e ¶ Repelli potest.] Ecclesia dedit in emphyteosin ꝓ qnquaginta, cũ valeat parũ plus. statuta pẽsione vnius nũmi. An habeat locũ pœna huius aut.? Videẽ ꝙ sic[a], cùm nõ sit mutatũ: vt. ĩ. de testa. l. sancim⁹. Itẽ omne pactũ factũ ĩ eo cõtractu valet: et sic dicta forma: vt insti. 40 loc. §. adeò. ĩ fi. Ecõtra ꝙ nõ, tũ qa ille contract⁹ est cõtra legẽ istã: & ita eius forma nõ seruãda est: vt ĩ aut. de non ali. §. lex itaq;. coll. ij. tũ qa graue esset nimis ꝓpter cessationẽ vni⁹ nũmi, totũ ꝑtiũ & rẽ ꝑdere: vbi aũt cõtrahiẽ scd̃m aut. si quas. & scd̃m illam 50 ꝑpetua. nõ est graue dãnũ vltra modũ. Itẽ nõ est verisimile. ĩponi pœnã ĩ casu quo nõ põt cõtingere. ar. ĩ aut. de fil. ante dota. instru. na. in fi. coll. iij. Quid si vna ecclesia habet ab alia, & non soluit? Respon. idem: vt arg. ĩ. de 60 fru. & lit. expen. l. fi.

f ¶ Temporis.] ꝓ̃sentis & præteriti, nõ futuri: vt dixi in authen. qui res.

g ¶ Meliorationis] Locupletaẽ igiẽ ecclesia cũ aliena iactura? Rñ. hoc fieri culpa huius q dãnum sentit: quare sibi iputet: vt. ff. de reg. iur. l. qd̃ qs. Et 70 sumiẽ hæc aut. ex illa de nõ alie. §. scire autẽ & ex illa de alie & emphy. §. si verò quis locator. col. ix.

HAecvsus] CASVS. Hęc aut. dicit duo. Prĩò ꝙ cõtractus istæ cõcessus in maiori ecclesia Cõstãtinopolitana, vt posit alienare ĩ certũ vsum cõcediẽ in qualibet 80 ecclesia. Scd̃ò dicit, ꝙ si ecclesia cõcedit rẽ ĩ vsum finito tꝑe illo, debet ea res pleno iure ad ecclesiã redire, aut alia æque bõa ĩspecto reditu: nec illa res q̃ daẽ, debet esse magis onerosa tributis, quã fuit illa res ecclesiæ. ¶ No. ex hoc tex. in ver. pleno iure. ꝙ per istã aut. & per. l. Iul. j. in fi. ff. de rei vẽ. tenet Bar. in materia substitutionis cõpẽdiose, ꝙ vbi ponitur hoc verbũ pleno iure, ꝙ substitutio sit directa: qa exponitur pleno iure. i. directa: vt hîc, &. d. l. Iulianus.

a Hanc sequũtur oẽs doct. ꝑ istã aut. q̃ gñaliter loquitur. & facit qd̃ no. ff. de cõtra. emp. l. si res bona fide. secũdũ Bald. & Paul. de Cast.

to ꝑ̃stito, id est ꝙ alia de causa nõ alienaẽ, nisi vt immunitas[a] eiusdẽ venerandæ domus seruetur.

In authen. de alie. & emphy. §. si verò qs aut locator. col. ix. cõsti. iij. et de nõ alie. §. scire. col. ij. cõst. j.

¶ Non soluens ecclesiæ canonem per biẽnium, uel rem deteriorem efficiens repelli potest ab emphyteutico iure. h. d. secundũ Bal. uel sic: Emphyteuta deteriorans, uel non soluens canonem per biennium, quatuor pœnis hic contentis punitur: quia potest expelli, et sic perdit utile dominium. Itẽ nihilominus soluit quod soluere debebat pro tempore præterito. Item damnum seu interesse refundit. Itemélioramenta non repetit. h. d. Pau. de Cast.

QVi rẽ huiusmodi[b] cõductã, vel ĩ emphyteusin acceptã fecerit deteriorẽ[c], aut emphyteuticũ canonem per biennium[d] non soluerit, hac lege repelli[e] potest, vt tamẽ soluat totius temporis[f] pensionẽ: & id in quo rem læsit, resarciat: non repetiturus, si quid impendit nomine meliorationis[g].

In authen. de alie. & emphy. §. si verò aliqs voluerit. col. ix. cõsti. iij.

¶ Alienatio permissa ecclesiæ Constantinopolitanæ. ĩ. e. tit. l. iubemus. §. fi. extenditur ad omnem locum pium. hoc dicit. Sali.

HÆc vsus præstatio[h] locũ habet in omni domo religiosa: quo finito res vtraq; pleno iure perueniat in domum iam dictam: nec tributis quidem grauata maioribus sit ea res, quæ datur inuicem, & eiusdem reditus sit.

¶ Cassatis omnibus factis, tempore tyrannidis, priuilegia ecclesiarũ in omnibus in suo robore perseuerent. h. d. secũdũ Bal. Vel sic: Omnia quæ facta sunt tẽpore tyrãnidis, superueniente iusto domino, debent rescindi. d. d. Pau. de Cast.

Idem AA. Sebastiano præ. præ. L. XV.

DEcernim⁹[i] vt antiquatis[k] ac[l] infirmatis funditus[m] ijs, quæ[n] cõtra ipsum orthodoxę religionis ♁ deũ quodammodò facta sunt, in integrũ restituanẽ vniuersa, & ad suũ ordinẽ reuocenẽ, q̃ ante ♁ ꝓfectionẽ nr̃ę mãsuetudinis, de orthodoxę religiõis fide, et sanctissimarũ ecclesiarũ, & martyriorũ statu firmiter obtinebãt: Iis q̃ cõtra hæc tꝑe tyrãnidis innouata sunt, tã cõtra venerabiles ecclesias, quarũ[o] sacerdotiũ[p] gerit beatissimus, ac[q] religiosissimus ep̃s patriarcha nr̃æ pietatis, pr̃ Acari⁹, quã cõtra cæteras[r], q̃ ꝑ diuersas prouĩcias collocatæ sunt, necnõ & reuerendissimos earũ antistites, seu de iure sacerdotaliũ creationũ[s], seu de expulsiõe cuiusquam ep̃i, à quolibet his tꝑib⁹ facta, seu de ꝑ̃rogatiua ĩ ep̃orũ cõcilio, vel extra cõciliũ añ alios residẽdi[t], vel de priuilegio metropolitão, vel patriarchico sub ijsdẽ impijs tꝑib⁹, penit⁹ antiquãdis: vt cassatis, & rescissis, quæ ꝑ hmõi sceleratas iussiones, aut pragmaticas sanctiones aut cõstitutiones impias, siue formas subsecuta sunt, q̃ à diuæ recordatiõis retro prĩcipib⁹, ante nostrũ imperiũ, & deinceps à nr̃a mãsuetudine indulta, vel cõstituta sunt, sup sc̃tĩs ecclesijs, & martyrijs, & religiosis ep̃is, & clericis, aut monachis, inuiolata seruenẽ. ¶ Sacrosanctã quoq; huius religiosissimę ciuitatis ecclesiã, matrẽ[v] nr̃æ pietatis, & Christianorũ orthodoxæ religionis oĩm, & eiusdẽ regiæ vrbis sanctissimã sedẽ, priuilegia & honores oẽs sup ep̃orũ creationibus, & iure ante alios residendi, & cætera oĩa quæ ante nostrũ imperiũ, vel nobis imperãtibus habuisse dinoscitur, habere in perpetuũ firmiter regiæ vrbis intuitu iudicamus & sancimus.

♁ Dominum.

♁ Professionem.

¶ Valet donatio facta pijs locis, & pauperibus, usq; ad quingentos aureos, uel solidos, sine aliqua insinuatione. h. d Bald. Vel sic: Donatio priuato collata non ualet ultra ducentos solidos, nisi insinuata. In ecclesiam uerò collata, ualet usq; ad quingentos etiam non insinuata. principis tamen est priuilegium ut ab eo ualeat sine insinuatione donatum. h. d. Sali.

Imp. Iustinia. A. Mẽnæ ꝑ̃fe. ꝑ̃. L. XVI.

ILlud[x] quod ex veteribus legib⁹ licet obscurè positis à quibusdã attẽtabatur, vt donationes super pijs causis factę, licet min⁹[y] actis[z] intimatæ[a] essent, tamen valerent: certo & dilucido iure taxamus, vt in alijs[b] quidem casibus iura vetera sup intimãdis[c] donationib⁹ intacta[d] maneãt. si quis[e] verò donationes vsq; ad quingẽtos solidos, in quibuscunq; rebus fecerit[f] vel in sanctam ecclesiã, vel in xenodochium[g], vel in nosocomiũ[h], vel in orphanotrophiũ[i], vel in pto-

h ¶ Præstatio.] Quam facit ecclesia alicui priuato: vt in fi. l. iubemus. & sumitur in aut. de ali. & emphy. §. si verò quis voluerit. col. ix.

DEcernimus.] Pone casum vt in gl. j. ¶ Et no. primò ex tex. ibi, deũ. ꝙ qui facit cõtra ecclesiã, facit cõtra deũ. Bal. & Paul. ¶ No. secũdò ibi, ꝓ̃sidẽdi. ꝙ honor ẽ alios precedere. Odof. & Bald.

i ¶ Decernimus.] Imperator Leo versus Oriẽ- 10 tem ꝑfect⁹ erat: & ideò qdã tyrãnus ecclesias inuaserat. s. Odoac⁹: & multas leges, & statuta cõtra ecclesias, & earũ priuilegia statuerat: q̃ oĩa cassãt ꝑ hãc legẽ, & ad pristinã formam reducit. Accur.

k ¶ Antiquatis.] i. vt frequẽtari non debeant.

20 l ¶ Ac.] pro id est.

m ¶ Fũditus] ipso iure.

n ¶ Quæ.] subaudi his. Accursius.

o ¶ Quarum.] s. ecclesiarum.

p ¶ Sacerdotiũ.] id est patriarcharum.

q ¶ Ac.] poniẽ ꝓ id est.

r ¶ Cæteras.] s. eccl̃ias.

30 s ¶ Creationũ.] quis & à quo ordinetur ep̃us.

t ¶ Residendi.] qs à dextris, & qs à sinistris patriarchę debeat sedere: vt fuit cõtentio inter archiepiscopum Rauennateñ. & Mediolaneñ.

v ¶ Matrem.] s. secundã post Ro. sedẽ: vt. s. eo. l. 40 iubemus. ij. §. scientes. & in aut. de eccle. titu. §. j. colla. ix. &. s. de sum. tri. l. victor. Accur.

ILlud quod.] plana est hæc lex. ¶ Et not. prĩo ex ea in verbo, in actis. & vers. actorũ. ꝙ scripturæ factæ corã iudice, vel magistratu, etiã ꝑ mo- 50 dũ volũtariæ iurisdictionis, dicunẽ acta: & sic debet oĩbus fieri copia ipsarũ, vt sunt emãcipatiões, & adoptiones, & creationes tutorũ, vel curatorũ, in qbus reqriẽ authoritas magistratus. de quo vide qd̃ not. Inno. in. c. j. extrà de ꝓba. ¶ No. scd̃ò q̃ di- 60 canẽ donatiões factę ad pias causas. Bal. & Pau.

x ¶ Illud quod ex veteribus legibus.] Dicebaẽ ꝙ dõatio facta ĩ priuatũ valeat vsq; ad. cc. solidos: sed si ĩ eccl̃ia fieret, in plus: sed non determinatur per eas. vnde dicit, illud &c.

70 y ¶ Minus.] i. non.

z ¶ Actis.] i. chartis.

a ¶ Intimatæ.] i. recitatæ.

b ¶ In alijs.] i. cùm donatio cõfertur in alium.

c ¶ Intimandis.] i. in scriptis deducendis.

d ¶ Intacta.] vt debeãt insinuari si sunt vltra cc. 80 solidos. vt. ĩ. de donat. l. sancimus. in princ.

e ¶ Si quis.] ĩ qbuscũq; ĩmobilib⁹, vel ĩmobilib⁹.

f ¶ Fecerit.] id est facere voluerit.

g ¶ Xenodochium.] locus in quo peregrini aluntur.

h ¶ Nosocomium.] locus in quo egroti curantur.

i ¶ Orphanotrophium.] in quo pueri orbati parentibus aluntur.

Prochotrophiū. Gerōtocomium. Brephotrophium.

a ¶ Ptochotrophium.] in quo pauperes aluntur.
b ¶ Gerontocomium.] in quo pauperes propter senectutem & propter infirmitatem curantur.
c ¶ Brephotrophium.] in quo infantes & imbecilles aluntur: vt probatur hæ expositiones in nouellis super illa consti. de ali. & emphy.
d ¶ Ciuitate.] sic ergo in hoc & aliās parificatur ciuitas cū ecclesia: vt & j. e. l. vt inter diuinum.
10 e ¶ Actorum.] id est scripturarum factarū coram iudice. Acta.
f ¶ Quantitatis.] quā quingentorum solidorū.
g ¶ Donatione.] imperiali. nam Imperator pōt plus dare pijs locis, vltra quingentos solidos sine actis: vt in aut. de non ali. 20 §. finimus. col. ij.
h ¶ Valeat.] s. donatio in eo quod excedit: vt. j. de dona. l. si q̄s argēti. §. fin. autē donator. ver. sed in omnibus. Accur.
i ¶ Intimata.] id est scripta in actis.
k ¶ Alia causa.] absimili pdictis. nā in locis si 30 milibus pdictis idē iuris est: sed ibi est secus vbi qs vellet dicere: donaui amico meo, vel cōsanguineo: & cā pietatis. tūc eīn non posset nisi secūdū vetera iura, vt hic dicit, vsq; ad cc. solidos: vt. j. de dona. l. sancim⁹. in prin. & p hoc. ff. de leg. & senatuscon. l. 40 quod verò contra rationē. hodie verò est cōe ius omniū donationū. vtvsq; ad qngētos solidos, valeāt sine scriptura: vt. j. de dona. l. pe. in fi. Vnde dicunt quidā hodie valere in ecclesia Romana vsque ad octingētos sine scriptura: vt sicut olim in trecentis 50 vltra donatiōes alias fiebat, sic hodie: qd satis dici potest: sed secūdū authēticā videt in immēsum: vt in aut. de nō alie. §. finimus. col. ij. sed certè ibi dicit de Imperatore donante. Illud autē constat, siue Imperator priuato, siue priuatus ei donet, nō

Donatio sacta ecclesię vltra quingentos aureos, sine scriptura, an valeat.

chotrophium[a], vel in gerōt ocomium[b], vel in brephotrophiū[c], vel in ipsos pauperes, vel in quancunque ciuitatē[d]: istæ donationes etiam citra actorum[e] confectiones cōualescāt. ¶ Sin verò amplioris quantitatis[f] donatio sit (excepta scilicet imperiali donatiōe[g]) nō aliter valeat[h] nisi actis intimata[i] fuerit: nulli danda licentia quacunque alia causa,[k] quasi pietatis iure subnixa, pter eas[l], quas specialiter expositi sumus introducēda, veterū[m] scita[n] super intimandis donationibus permutare.

¶ Vasa sacra, & uestes sacræ, non possunt pignorari, uel alienari, præterquā in redemptionē captiuorū: aliàs à recipiente uendicatur omni exceptione remota. h. d. Bal. Vel sic: Res mobiles, etiam sacræ, non possunt alienari, uel pignorari, nisi in redemptionem captiuorum, uel si debitū urget quod aliundè solui non ualet: & alteri ecclesiæ tātū: aliàs uēdicatur extātes, & cōsumptarum æstimatio condicitur. h. d. secundum Salice.

I dē A. Demosthēni præf. præ. L. XVII.

Sancimus[o] nemini licere sacratissima, atq; arcana vasa, vel vestes cæteraq; donaria[p], quę ad diuinam religionē necessaria sunt, (cū etiā veteres leges ea quæ iuris diuini sunt, humanis nexibus nō illigari sanxerint[q]) ad vēditionē, vel hypothecā, vel pignus trahere: sed ab ijs q̄ hæc suscipere ausi fuerint, modis omnib⁹ vendicari, tā p religiosissimos epos[r], quàm p œconomos[s], necnō & sacrorū vasorū custodes: nulla eis[t] actiōe reliquēda[v] super recipiēdo ptio[x], vel fœnore[y] exigēdo, pro quo res pignoratæ sunt: sed omnibus huiusmodi actionib⁹ respuendis, ad restitutionē eorū[z], oībus modis coarctari. Sin autē, vel conflata[a] sunt[b], vel fuerint[c], vel alio modo immutata, vel dispersa: nihilominus, vel ad ipsa corpora[d], ✳ vel ad ptia[e] eorū actionē cōpetere, siue p in rē[f], siue p condictionē[g], siue p in factū[h] actionē: cui⁹[i] tenor in multis, & varijs iuris articulis[k] sępè est admissus: excepta videlicet cā captiuitatis, & famis in locis ijs, in qb⁹ hoc (qd abominamur) cōtigerit. Nā si necessitas fuerit ī redēptiōe captiuorū[l], tūc & vēditionē pfatarū[m] rerū diuinarū, & hypothecā, & pignorationes fieri cōcedim⁹: qm̄ nō absurdū est aīas[n] hominū qbuscūq; vasis vel vestimentis præferri: hoc obtinēte nō solùm in futuris negotijs, sed etiā in iudicijs pendentibus[o].

In authen.

de aliena. & emphy. §. penul. in fi. col. ix. consti. iij.

¶ Ista authenti. addit alium casum, in quo uasa sacra possunt alienari. Bal.

Præterea[p] si habeat ecclesia supflua vasa, cū debitrix sit, nec aliūdè soluere possit: ne qd immobile alienet, vel distrahat, integra ea[q] (gestis habitis corā eo cui⁹ est loci ordinatio) vel alijs locis venerabilib⁹[r] oblata dent, vel cōflata[s] cuilibet alij vendant, quo magis debitū persoluat. ¶ Qui aūt hæc

✳ Vel ad ipsa pretia illorum exactionē cōpetie &c.

60 est necessaria scriptura: vt in aut. vt nō fiāt pig. §. fin. col. v. Sed quid si dicā, dono talē rē pauperib⁹ corā quibusdā? videt q valeat: vt. ff. de leg. ij. l. cūm pater. §. donatiōis. & j. ti. j. l. si qs ad declinandā. §. vbi aūt. Sed dico aliud in legato, vbi nō exigitur legatarij persona. & aliud in hmōi contractibus, vbi exigit per se, vel per aliū: & sic intellige in pauperes præsentes per se, vel per aliū.
l ¶ Præter eas.] scilicet causas.
m ¶ Veterum.] scilicet legum.
n ¶ Scita.] id est statuta.
Sancimus.] Hæc lex tria facit. Primò phibet. Secūdò punit. Tertiò excipit. litera plana est. ¶ No. hanc. l. contra illos qui recipiunt pignori calices, 70 vel cruces ecclesiarum: vt perdant pecuniam, & illa restituant: quia postquā semel sunt dedicata diuino vsui, non debent redire ad humanum: quod intelligit Inno. etiam ex pacto apposito in contractu: vt ipse no. in. c. verum. de foro compe. Pau.
o ¶ Sancimus.] Sicut lex, iubemus. prohibet, punit & permittit: ita hæc. sed illa in mobilibus. hæc in immobilibus. & sic ista imitatur illam: licet cæteræ leges huius ti. dicant de ijs quæ sunt vsui deo ministrantium, hic tamen de rebus diuino cultui consecratis dicit.
p ¶ Donaria.] vt thuribula & similia: istae ēm quodāmodo dōata sunt deo.
q ¶ Sanxerint.] vt & j. de relig. l. locū. & ff. de cōtrahē. emp. l. & liberi. & l. 80 sed celsus. in prin. & de vsuscapionē. & de re. di. l. intantum. §. sacræ.
r ¶ Episcopos.] cùm fortè res erant episcopalis ecclesiæ: imò certè, & si alicuius capellæ: vel monasterij sibi subditi: vt in authen. de aliena. & emphy. §. & quoniam cognouimus. col. ix.
s ¶ Oeconomos.] quando alius obligauit, non œconomus.
t ¶ Eis.] scilicet emptoribus.
v ¶ Relinquenda.] s. contra ecclesiam. sed cōtra œconomū sic: vt in aut. de ali. & emphy. §. si verò præter hæc. colat. ix. & in aut. de non alie. §. si autem creditor in pignore.
x ¶ Pretio.] quando emit.
y ¶ Fœnore.] id est fœnerata pecunia, quando scilicet mutuauit.
z ¶ Eorum.] scilicet vasorum.
a ¶ Conflata.] i. confracta, & in massam redacta.
b ¶ Sunt.] s. vasa à tempore huius legis.
c ¶ Vel fuerint.] s. deinceps. Accursius.
10 d ¶ Corpora.] si extant.
e ¶ Ad ipsa pretia.] i. æstimationem. s. si corpora non extant.
f ¶ Per in rem.] s. si extant in eadem forma.
g ¶ Siue per condictionem.] i. ex lege ista vel sine causa qsi mu- 20 tata sunt, vel non extāt.
h ¶ Per infactum.] cùm consumpta sunt, & non extant. vel. i. cùm extant, vel non extant.
i ¶ Cuius.] s. actionis in factum.
k ¶ Articulis.] Nā locō cuiuslibet edicti & interdicti dat: vt inst. de in- 30 terdi. ī fi. & in subsidiū legis aqliæ: vt insti. ad. l. aql. in fi. & in cōtractib⁹ innoīatis trib⁹, do vt des: facio vt facias: do vt facias. in quarto. s. facio vt des, dat de dolo actio: vt ff. de pscri. ver. l. naturalis. & in alijs multis casibus in subsidiū: vt hic, & 40 ff. de pscri. ver. l. quoties. & de hac actiōe dic vt no. ff. de pscri. verb. supper rubr. Sed ad id quod dixi dari rei vēd. est cōtra ff. de rei vēd. in rē. §. loca. Sol. q ibi dixit rem sacrā rei vēdi. peti nō posse, verum est à priuato, & laico: sed ab ecclesiasticis 50 pōt. Vel dic adiecta cā ecclesiæ: qa vēdicat tanquam ecclesiæ, non tanquā suā: sicut & arg. ff. de rei vēd. l. j. §. j. Vel hęc corrigit. vel hæc est difiūctiua, cu⁹ altera pars est vera, in rem s. vel in factum dari: quia in factū datur. Vel ponit vel pro &, siue 60 correctiuę, prima verior.

Rei vendicatio, an p re sacra possit intentari.

l ¶ Captiuorum.] scilicet vendi talia vasa.
m ¶ Præfatarum.] s. mobiliū hodie, & immobiliū, nisi hac cōditiōe vt nō alienentur, ad ecclesiā venerint: vt in aut. de ali. & emphy. §. sanctissimas. col. ix. quam quidam hic habent, quæ incipit, res mobiles.
n ¶ Animas hominum.] i. aīata corpora: vt & ar. ff. de pœnis. l. in seruorum. §. fi. & insti. de eo cui li. cā bona add. §. ne hmōi. & ff. de vē. in pos. mit. l. j. §. & gñaliter. & illud. Et mihi res, nō me reb⁹ submittere conor. Hac etia ratione dicas, pro alimentis pauperū fieri alienationē: quia animę hominū &c. & qa simili modo fine insinuatiōe, in vtraq; causa donat: vt s. eod. illud. & j. 70 de don. si quis pro redēptione in pri. & pro hoc in decre. xij. q. ij. c. aurū habet ecclesia. licet aut. de non alie. § ijsdem. colla. ij. & de alie. & emphy. §. sacratissimas. colla. ix. de his non dicant.

Versus.

o ¶ Pendentibus.] dummodo non pendeant ex appellationis causa: vt in aut. vt cum de appel. cog. in prin. colla. viij. ¶ Sequitur authen. præterea. vt si hactenus fuerint factæ tales venditiones, modò reuocentur.
Præterea.] CASVS. Vasa superflua si debitū vrget quod aliūdè non possit solui, possunt vendi: ne quid aliud immobile alienetur: & possunt vēdi integra alteri ecclesiæ, laico autē non, nisi conflata: & si præter istā formā emantur, vel vendantur ista vasa, reuocantur: & eædem pœnæ impo- 80 nuntur accipienti, quæ imponerentur si acciperet rem immobile ecclesiæ.
p ¶ Præterea.] Lex C. in casu permiserat alienari. hic in alio. præterea & c.
q ¶ Ea.] scilicet vasa.
r ¶ Venerabilibus.] subaudi sicut sunt scilicet integra.
s ¶ Conflata.] i. cōfracta & liquidata: sed tamē & adhuc videntur sacra. arg. instit. de rerū diui. §. sacræ res. & ff. de rerū diui. l. intantū. §. semel. licet decretistæ distinguant. Sed bene potest respōderi, q calix fractus non sit sacer, cū nil calicitatis remansit eo fracto: sed domo diruta remanet area, quæ est eius maxima

Calix fractus, non remanet sacer.

Homo liber quãdoque venpi potest.

maxima pars. Itẽ quõ vẽdentur, cùm æstimari nõ possunt: vt. ff. de re. di. l. sacra. §. fi. & de contrahen. emptio. sed celsus. in prin? Respõ. fiet vt poterit æstimatio, vt & in libero homine cuius venditio quandoque valet: vt. j. de pa. qui fili. dis. l. ij. & ff. de ijs qui deiecerunt vel effu. l. fi.

Sancimus.] CASVS. Lex erat ꝙ si curialis alicui daret in vita vel in vltima volũtate, quarta dabatur curię: fallit si daret ecclesiæ. litera plana est. ¶ Nota ex hac. l. in fi. argumẽtũ qñ cõtra te allegatur aliqua lex quæ loquaẽ in ecclesia: si non occurrit alia congrua rñsio, potes dicere, speciale est in ecclesia propter rationem quæ hic ponit in text. secundum Pau. hîc.

quo magis debitũ ꝑsoluaẽ. ¶ Qui aũt hæc acceperit cõtra hãc obseruationẽ: eisdẽ pœnis subiaceat q̃ in rebus immobilibus sunt ꝑditę.

Ecclesiæ lucratiuã descriptionem non soluũt. Bal. uel sic: Ecclesia habet immunitatem à lucratiuorum inscriptione. hoc dicit. Bart. uel sic: Fauore ecclesiæ permittitur adscripto curiæ totam suam substantiam, in ecclesiam, uel locum pium transferre, nulla fienda diminutione. Sali.

Idẽ A. Demostheni præ. pr. L. XVIII.

Sancimus [a] res ad venerabiles ecclesias, vel xenones, [b] vel monasteria, vel orphanotrophia, vel gerontocomia, vel ptochotrophia, vel nosocomia, vel brephotrophia, vel deniq; ad aliud tale cõsortiũ descẽdẽtes ex qualicũq; curiali [c] † liberalitate, siue inter viuos, [d] siue mortis cã, siue ĩ vltimis volũtatib⁹ habita, à lucratiuorũ inscriptionib⁹ liberas ĩmunesq; esse: lege scilicet q̃ sup hmõi inscriptionibus [e] posita est, in alijs [f] qdẽ ꝑsonis, suũ robur obtinẽte: in ꝑte aũt ecclesiastica, vel aliarũ domuũ quę huiusmodi pijs cõsortijs deputatę sunt, vigorẽ suum pietatis intuitu mitigãte. Cur enim nõ faciamus discrimẽ inter res diuinas, & humanas [g]? & quare nõ cõpetẽs ꝑrogatiua cælesti fauori cõseruetur [h]? quã oportet, nõ solũ ĩ casib⁹, quos futurũ tẽpus creauerit, sed etiam in adhuc pendentibus, & iudiciali termino, vel amicabili compositione necdum sopitis obtinere.

Casus.

a ¶ Sãcimus.] Cõsuetudo siue lex erat q̃ dicebat ꝙ si qs decurionũ vel curialiũ vellet suã substãtiã totam dare quoquo modo alicui siue in vltima volũtate, siue ĩter viuos: certa pars puta quarta dabaẽ curię: hodie verò excipiũtur ꝑ hãc legẽ oĩa loca venerabilia, vt eis decuriones bona oĩa dare possint, & curia nil detrahat: & in alijs oĩb⁹ remaneat dicta consuetudo: vt hîc, & .j. qñ & qb⁹ quarta pars. l. j. & ij. & .j. de impo. lu. de. l. j. li. x. sed si curialis sit clericus, tũc tres partes suæ substãtiæ remanent apud curiã: vt. j. tit. j. aut. sed neq;. quæ est contrà. sec⁹ si aliter donet ipso in curia existente, vt hîc.

† Aliâs curialis.

Xenones.

b ¶ Xenones.] vbi peregrini alũtur: & oĩa quæ sequũtur, sunt nomina venerabilium locorũ: quæ expone: vt. s̃. eo. illud.

c ¶ Curiali.] i. alicuius curialis. nã ex bonis curialiũ tãtùm dabatur quarta ipsi curiæ.

d ¶ Viuos.] scilicet donationis.

e ¶ Inscriptionibus.] Inscriptio erat quarta portio ei⁹ rei quã aliquis dabat venerabili loco: vt. j. quãdo & quibus quarta pars de. l. ij. & .j. de impo. lu. descri. l. j. lib. x.

f ¶ In alijs quidẽ personis.] scilicet priuatis.

g ¶ Humanas.] q. d. bñ debem⁹ facere discrimẽ.

h ¶ Conseruetur.] q. d. bene debet conseruari.

¶ Ecclesia & ciuitas, in rebus relictis iure hæreditario, legatis, donationibus, & uenditionibus habet priuilegia circa præscriptionẽ cẽtũ annorũ, et circa dominij acquisitionẽ, sine traditione possessionis: & habẽt personalẽ, hypothecariã, & etiã in rẽ actionẽ. h. d. secundum Bar. Ista lex est ualde not. præmisso procemio huius lec. triplex subdit statutum, ut patet ex summario.

Idẽ A. Iuliano ꝑfe. ꝑto. LEX XIX.

Vt inter diuinũ [i] † publicũq; [k] ius & priuata [l] cõmoda cõpetẽs [m] discretio [n] sit, sancimus, si qs aliquã reliqrit hæreditatẽ [o], vel legatũ, vel fideicõmissum, vel dõatiõis titulo aliqd dederit [p], vel vẽdiderit [q] siue sacrosanctis ecclesijs, siue venerabilib⁹ xenonib⁹ [r], vel ptochotrophijs, vel monasterijs masculorũ vel virginũ, vel orphanotrophijs, vel brephotrophijs, vel gerõtocomijs, necnõ iuri ciuitatũ: vel donatorũ vel vẽditorũ vel relictorũ [s] eis sit longæua exactio, nulla tẽporũ solita ꝑscriptione coarctãda [t]. ¶ Sed & si in redẽptionẽ captiuorũ quædã pecuniæ vel res relictæ [v], vel legitimo modo dõatæ sunt: & earũ exactionẽ lõgissimã [x] esse censemus. ¶ Et nobis qdẽ cordi erat nullis tẽporũ metis hmõi actiões circũcludi: sed ne videamur in ĩfinitũ [y] hãc [z] extẽdere, lõgissimũ vitæ hominũ tp̃s eligimus: & nõ aliter eã actionẽ finiri cõcedim⁹, nisi cẽtũ annorũ [a] curricula excesserĩt. tũc [b] eñ tm̃modò huiuscemodi exactionẽ euanescere sinim⁹. Siue itaq; [c] memoratis religiosissimis locis vel ciuitatibus hæreditas siue legatũ vel fideicõmissum fuerit relictũ, vel dõatio vel vẽditio ꝓcesserit in qbuscũq; reb⁹ mobilib⁹ vel immobilib⁹, vel se mouẽtib⁹, siue ꝓ redẽptiõe captiuorũ [d] qdã fuerĩt derelicta vel dõata [e], sit eorũ [f] penè ꝑpetua vẽdicatio, & ad annos cẽtũ (secundũ qd iã dictũ est)

Vt inter diuinum.] CASVS. Facit hæc. l. differẽtiã ĩter priuatos ex vna ꝑte, & ecclesias & ciuitates ex alia circa ꝑscriptionẽ in quatuor casib⁹. s. ĩ hæreditate, itẽ ĩ legato vel fideicõmisso, itẽ ĩ donatiõe, itẽ ĩ vẽditiõe: vt si ecclesię vel ciuitati ex ꝑdictis causis debeaẽ, nõ currat ꝑscripto nisi cẽtũ annorũ. Scđò dicit de captiuis ecclesiæ vel ciuitatis, si qd eis debeaẽ ex ꝑdictis causis. Tertiò ꝙ si ecclesiæ ciuitati & captiuis aliqd debeaẽ, ꝑsonalis et realis actio & hypothecaria ex causis ꝑmissis eis cõpetit. Vltimò ꝙ ĩ ꝑsentib⁹ & futuris locũ habeat negotijs. ¶ No. priò ex hac. l. ĩ prĩ. scđm Iaso. hic ꝙ ecclesia & ciuitas eqparaẽ: & ad hoc cotidie allegaẽ iste tex. & ĩtellige verũ quãtũ ad tres casus positos hîc ĩ tex. aliâs eqparatio nõ ꝓcedit. ¶ Nota scđò ibi, aliquã reliquerit hr̃ditatẽ. scđm Albe. Bal. Sali. Fulgo. Pau. & Iaso. hic ꝙ verbũ relinquẽdo, trahiẽ ad instõnẽ hr̃dis. Et hoc iõ qa adiectũ vniuersitati scđm eosdẽ.

i ¶ Vt inter diuinum.] duobus modis dicitur ius: diuinum, & à deo cõstitutum, vt euãgelia. & deo cõstitutum: vt super rebus ecclesiasticis factũ: & hoc secundo modo accipitur hîc Item & publicũ duobus modis dicitur, vt à qualibet ciuitate factũ, quod dicitur ius ciuile: vt insti. de iur. na. §. ius autẽ ciuile. & ciuitati factum, scilicet super rebus ciuitatis: & sic hîc accipitur. Accur.

k ¶ Publicumq;.] ex vna parte, & priuatum ex alia parte.

l ¶ Priuata cõmoda.] dic. i. iura super commodis priuatorũ facta inter duo prima, scilicet ius diuinũ & publicũ ex vna parte, & hoc tertium ex alia, est differentia: vt hîc, & .s̃. l. proxi. in fi. Et sic no. quòd idem ius datur rebus ciuitatũ quod rebus ecclesiarũ: vt hic, & .s̃. e. l. illud. & ar. in aut. de non ali. §. finimus. col. ij. Sed ar. cõtra ff. de verb. sig. l. eũ qui vectigal. in fin. Itẽ not. hîc ꝙ ius publicũ ciuitatũ aliarũ appellatur præter Romanorũ, secundũ quosdam: vt. j. de ser. fu. l. mãcipia. alibi pro Romanorũ, & aliarũ ciuitatũ: vt. ff. de publica. l. sed & hi. §. præterea. alibi pro Romanorũ tantũ: vt. d. l. eũ qui vectigal. & .j. de offi. eius qui vicem alterius gerit. l. j. Accursius.

m ¶ Competens.] i. idonea.

n ¶ Discretio.] i. differentia.

o ¶ Hæreditatẽ.] instituendo ecclesiã, vel ciuitatem.

p ¶ Dederit.] i. dare consueuerit.

q ¶ Vendiderit.] quatuor no. secũdũ Io. in quibus hęc lex locũ habet. in hæreditate, in legato, in donato, in vendito.

† Gl. in. c. iij. sup ver. ecclesia fungatur &c. dicit ꝑ hãc l. ꝙ ecclesia fungitur iure reipublicæ.

r ¶ Xenonibus.] locus in quo ꝑegrini suscipiunẽ: & expone hmõi venerabilia loca: vt. s̃. eo. l. illud. Accur.

s ¶ Relictorum.] hoc refertur ad hæreditatem & legatum.

t ¶ Coarctanda.] scilicet exactione.

v ¶ Relictæ.] idẽ in hæreditate relicta eis: idẽ & in emptione facta nomine captiuorum.

x ¶ Longissimam.] i. centum annorum.

y ¶ In infinitũ.] Not. infinitatẽ vitari [a]: vt. ff. de lega. iij. l. fideicõmissa. §. si quis decẽ. & de dã. infec. l. qui bona. in fi. & in aut. vt deter. sit nu. cle. in pri. col. j. ar. cõtra in aut. de nõ alie. §. finim⁹. & ff. de in litẽ iu. l. videam⁹. §. iurare. & ff. de fideius. l. si ita stipulatus à Seio.

a Concor. c. licet dilectus. eũ gl. ij. ver. infinites. extrà de test.

z ¶ Hãc.] exactionem.

a ¶ Centũ annorũ. [b]] hæc enim est longissima hoĩs vita: vt hîc, & ff. de vsufr. l. an vsusfructus. & tãto tẽpore durãt actiones ecclesijs, & ciuitatib⁹, & captiuis: vt hîc. Sed videẽ cõtrariũ in iure ciuitatũ, secũdũ M. nã vr̃ ꝙ viginti tm̃ an. duret: vt. ff. de di. & tẽp. ꝑscri. l. ĩ oĩb⁹. q̃ ẽ cõtra. Sol. ibi specialiter in reb⁹ fiscalib⁹ Romanorũ loquiẽ [c] q̃ multis alijs priuilegijs gaudent: quare mirari nõ debes, si hîc grauenẽ: cũ & idẽ in libertate fit. s. ꝙ qñq; est deterioris cõditiõis, quã res aliæ: qa & alia multa habet priuilegia: vt. ff. de libe. cã. l. liberis. §. si duo. & l. duob⁹. & de ma. test. l. cũ ex plurib⁹. Vel dic secũdũ P. ꝙ ista corrigiẽ ꝑ. l. j. de ꝑscri. xxx. an. l. oẽs. & .j. de fund. pa. l. fi. li. xj. q̃ sunt sir̃ huic cõtrà. nã statuerũt. xl. an. & illæ duę corrigũtur ꝑ istã, & ista ꝑ aut. quas actiões. j. e. Vel dic, illæ tres loqũẽ de retinẽdis, hæc loquiẽ de acqrendis sed hoc nõ placet: qa maior ꝑscriptio deberet statui in amittẽdo, quã in acquirẽdo siue recuperãdo. Vel dic secũdũ Io. ꝙ hæc in quatuor tm̃ casib⁹ loquiẽ: illæ ĩ alijs. hæc placet. Vel dic ꝙ oẽs illæ actiões q̃ ꝓlixi⁹ durabãt, arctãt: hęc aũt ecõtra q̃ min⁹ durabãt, ꝓrogat. Itẽ cõtra. j. dẽ fun. rei priua. l. eũ q. li. xj. vbi. xxx. an. ꝑscribiẽ seru⁹ public⁹: sed ibi de seruo prĩcipis dicit. præterea est ibi fauor curiæ præscribẽtis, qui facit etiã naturales filios legitimos: vt in aut. quibus mo. na. effi. sui. §. quod verò nõ est. colũ. vij. & insti. de nup. in fi. Itẽ contrà. j. de ope. pub. l. præscriptio. sed ibi speciale vt nulla præscriptio currat in locis publicis. ff. de via pub. l. viam.

b Concor. c. ad audientiã. ante fi. extrà de ꝑscrip. & ca. cũ nobis.

c Solue aliter secundũ Baldus hîc. & dic ꝙ hic loquitur in quatuor casibus fauorabilib⁹: ibi in alijs casibus non fauorabilib⁹, sed odiosis.

b ¶ Tunc.] scilicet elapso illo tempore nulla petitione, vel exactione facta. Accursius.

c ¶ Siue itaq;.] Repetit vt addat: quia iam dedimus priuilegium circa præscriptionem: innuit itaq; & aliud demus, vt ei competat in rem, etiam si non tradiderit: & repetit tamen prius quod dixerat.

d ¶ Captiuorum.] Vel simili causa, vt pauperibus: vt. j. tit. j. l. nulli. & l. si quis ad. & episcopo his casibus datur vendicatio per leges illas.

e ¶ Donata.] ita ꝙ non tradita.

f ¶ Eorum.] s. relictorum vel donatorum.

extēdat̃:nulla alia exceptione tp̄is inhibēda[a], siue cōtra primas[b] p̄so nas, siue cōtra hęredes, vel successores eorū moueat̃[c]. In his aūt oī bus casib⁹, nō solū p̄sonales[d] actiones dam⁹, sed ēt ī rē[e], & hypothecariā, scd̄m nr̄ę cōstōnis tenorē, q̄ legatarijs, & fideicōmissarijs hypothecariā[f] dōauit: & supradictis oībus vnū tm̄mō terminū hūanę vitę īponim⁹, id est cētū metas ānorū. hęc aūt oīa obseruari sancim⁹ & ī his casib⁹, q vel posteà fuerint nati, vel iā ī iudiciū deducti[g] sunt.

In authen. de eccl. tit. §. pro tēporalibus autē. col. ix. consti. vj.

Hodie ubi cōtra priuatū haberet locū præscriptio. x. xx. uel. xxx. annorum, gaudet ecclesia spatio. xl. annorum, sublato centum annorū spatio, quod soli ecclesiæ Romanæ reseruatur in priuilegium h.d. Sali.

QVas[h] actiōes †aliâs decēnalis, aliâs vicēnalis, aliâs tricēnalis p̄scriptio excludit: eæ si loco religioso cōpetāt, quadraginta annis excludūtur[i], vsuscapione[k] triēnij, vel quadriēnij p̄scriptiōe[l] in suo robore durātib⁹[m], sola Romana ecclesia[n], gaudente cētum annorum spatio, vel priuilegio.

a Inhibenda.] scilicet actione. Accursius.

b Primas personas.] Relinquētiū. s. hæredes primos, vel cōtrahentium. Hoc quod dico relinquentiū, referas ad hæredes, & successores: hoc qd̄ dico cōtrahentiū, referas ad primas personas & hæredes, & successores. contra primas enim personas relinquentiū non posset moueri actio, cùm non sint.

c Moueatur.] actio. s. sic ergo si cōtra alios agat, potest repelli minori præscriptione: qd̄ in petitione hæreditatis potest aptari. & in rei vendicatione, & non in alijs.

d Personales actiones.] ex empto, vel cōdictione ex lege, vel ex testamēto actione, vel hęreditatis petitione.

e In rē.] s. vtilē[a]. Sed qd̄ si p̄tiū nō fuit solutū, 20 idē fortè: vt. ff. de publ. l. de p̄tio. nā & hîc de vtili dicit: vt ibi. Sed tu dic ꝙ in eodē casu vēdicat sine traditiōe, quo & priuatus facta traditiōe. s. soluto p̄tio[b], vel aliâs satisfacto: vt insti. de re. di. §. venditę. Itē nunqd possesio sine traditiōe trāsferť? Rn̄. nō: 30 qa plurimū facti habet possesio: vt. ff. ex qb. cau. ma. l. deniq;. & ff. de acq. pos. l. cū hęredes. in prin. Itē qd si vni ecclesię pri⁹ vēdidit, & solutū fuit p̄tiū: nō tn̄ tradidit: deinde alij ecclesię vēdidit, et tradidit. q̄ erit potior? Rn̄. pria prælata vtili actione 40 directè[c]: vt. ff. de pcu. l. in causæ. in fi. licet sit ar. cōtra. j. de rei ven. l. quoties. sed illa in priuato loquit̃, et extraordīaria est.

f Hypothecariā.] Hoc refert̃ scd̄m Azo. & H. ad sola legata, & fideicōmissa, & ī alijs bōis relinquentis: & non est speciale in hypotheca: quia & per aliam legē cōpetit, vt 50 subijcit secūdum &c. quā habes. j. cōia de leg. l. j. Alij etiā ad donata trahunt & empta & vēdita: vt & ibi cōpetat tacita hypotheca, sicut in alijs bonis vendētis, vel donātis: & secūdum eos tria priuilegia cōcedit hęc lex circa pręscriptionē, quę alijs similis nō reperitur nisi vt in. d. l. de vsufr. l. an vsusfructus. et j. ne rei do. vel tem. l. j. et. ij. & iij. itē & in rei vēdicatione quæ datur non tradita possesione: quod non est aliâs: vt. ff. de rei ven. l. si ager. & j. de pac. l. traditionibus. quæ sunt contra. Item in tacita hypotheca, vt dixi.

g Deducti sunt.] id est existunt, & nondum defuncti.

QVas actiones.] Hæc aut. in parte corrigit. l. in parte adiuuat. dicit lex codicis ꝙ ecclesiæ gaudēt præscriptione cētū annorū, hæc aut. di 60 cit, ꝙ cōtra oēs ecclesias præscribit̃ præscriptione. xl. annorū, excepta Romana ecclesia, cōtra quam non præscribitur, nisi spatio centum annorū. Viuia.

h Quas actiones.] Si competant priuato.

j Excludūtur.] hoc fallit in duobus casibus, in quibus priuatus audiretur vsq; ad. xxx. an. vt & aliâs tricēnalis est præscriptio: & sic ecclesiæ est annalis: vt in hæreditate hæretici: vt in aut. vt cùm de app. cog. §. si verò liberi. col. viij. & in bonis rapiētis monachā: vt in aut. de san. epis. §. si quis rapuerit. col. ix.[d] Sed quid si ecclesia cōtra ecclesiā se vellet tueri? Rn̄. quadraginta annis tueri potest secūdum Al. ar. ff. ex quib. cau. ma. l. si. licet quidā dicant. xxx. an. Itē quid si ecclesia cōtra priuatū velit se tueri: nūquid priuatus poterit vti 70 eadē exceptione? Rn̄. eodē modo, quo & aliqs priuatus cōtra aliū priuatū: nec ob. ff. quod quisq; iu. l. j. qa hoc priuilegiū ex liberalitate principis fuit indultū nullo petēte: ibi ad alteri⁹ petitionē: vt. ff. e. ti. l. iij. in prin. Itē an idē in ciuitate qd̄ in ecclesia cui præscriptio. c. annorū fuit largita? Rn̄. nō. idē secūdū Pi. & Io. qa in ea nō inuenitur correctū: vt. j. de ap. l. præcipimus. in fi. & de testa. l. sancimus. sed Pla. dixit idē: qa eadē est ratio vel maior: ergo idē ius: vt. ff. ad le. Aquil. l. illud. & j. de di. rescri. l. j. Itē nūquid poterit hodie cōcedi vt tantùm centū annis, cōtra aliquā ecclesiā præscribatur? Rn̄. sic, vt fuit Nouātulanæ ecclesiæ. tū qa sunt odiosæ præscriptiōes, sicq; arctandæ: tū quia antiquæ formæ reddit̃: vt ar. ff. de pac. l. si vnus. §. qd̄ & in specie. & j. de spon. l. fi. Item 80 an hoc poterit cōcedi vt nulla præscriptio obijciat̃? Rn̄. nō: vt arg. ff. si quis cau. l. sed & si. §. quæsitū[e]. Itē nūquid cōtra has præscriptiones, vel minores, quæ currūt vt statim dices, poterit restitui in integrum ecclesia, vel ciuitas? Quidā vt Pi. sic, vsq; ad quadriēniū à tp̄e læsionis. s. cōpletæ præscriptionis: vt. j. de iure reipu. l. rēpublicā. li. xj. & j. qui. ex cau. ma. l. respublica. nā hic parificat rempublicā ecclesiæ: sed respublica restituitur: ergo & ecclesia. et hoc dicūt ferè omnes. Alij ꝙ non: & æquiparatio fit minori in cōtractibus, nō autem in præscriptionibus. Item quid si præscriptio. x. vel. xx. vel. xxx. annis cœperat currere contra eum cui ecclesia successit? Dicunt quidam secundū Pi. & Ia. fieri quadraginta annis. vt. ff. de vsu. l. cùm quidam. §. fiscus. & §. si debitores. Sed potest dici eam debere vti iure priuati: vt. ff. de iure fisci. l. fiscus. & de fun. do. l. si fundum[f].

k Vsuscapione.] scilicet triennij. Accursius.

a Imò perest dici directam.

b Ista est vera. Paul. & Ias.

† Hæc aut. est canonizata. xvj. qō. iij. §. de præscriptionibus. ver. quas actiones.

c Ista ratio est falsa. P. de Cast. & Ias.

d Hoc hodie de iure canonico immutatū est vt. in. c. fi. de pręscr. lib. vj. vbi vide.

e Iste. §. nihil facit pro gl. secūdū Bal. Rapha. & Ias.

TITVLVS VI.

De episcopis, & clericis°, & orphanotrophiis†, & xenodochiis, & brephotrophiis, ptochotrophiis, & asceteriis, & monachis, & de priuilegiis eorū, & castrēsi peculio, & de redimendis captiuis, & de nuptiis clericorū vetitis, seu permissis.

Clerici extraordinaria munera non subeūt, & hospitem recipere non tenentur. h.d. Bal.

Imperator Constatinus A. clericis salutem dicit. LEX I.

IVxta †sanctionē[p] quā dudum meruistis[q], & vos, & mancipia[r] vestra nullus[s] nouis collationibus[t] obligabit: sed vacatione[v] gaudebitis: præterea †neq; hospites[x] suscipietis.

Clerici non uocantur ad munera sordida: quia conuenientius est, ꝙ bona eorū, inter pauperes distribuantur, quàm in sordidis muneribus, uel aliâs illicitè consumantur. & hoc priuilegium datur clericis, & eorum seruitoribus, & uxoribus & filijs. h.d. secundum Iaco. But.

Imperator Constantius A. Fælici episcopo. LEX II.

OMnis[y] †à clericis indebitę[z]

l Præscriptione.] vt si fiscus rē eclesiæ vēderet tanquam suā: vt. j. de quadrien. præscrip. l. 10 ij. in fi. principij.

m Durantibus.] vt currāt cōtra ecclesiā cū effectu. & idē in qualibet p̄scriptiōe minore decēnio: vt in redhibitoria, vel quāto minoris: quia in. x. xx. & tricennali tantùm innouat hæc cōstitutio: vt in cor. aut. vn̄ hæc 20 sumitur. Hæc cōstitutio innouat constitutionem priorem. & in aut. de ec. tit. §. pro tēporalibus. colum. ix. secus in minore cōtra quē ipso iure non currit: vt. j. in quib. cau. in integ. rest. non est necessaria. l. fi.

n Sola Romana ecclesia.] 30 Hæc clausula sumpta est ab Irnerio ex illo titulo, vt ecclesia Romana &c. col. iij. qui dicebat aliā cōstitutionem. s. hæc cōstitutio &c. colū. viij. loqui in alijs ecclesijs tantùm. Sed tu dic secūdum H. ꝙ in oībus dicit, & sic corrigit illā, vt ec- 40 clesia Romana cū etiā specialiter de ea mētionem faciat in rubrica sic dicens, hæc cōstitutio innouat &c. est ergo hîc adiectio falsa iure legū: sed iure canonū valet. quod dixit Ir. xvj. q. iij. c. fi. & c. ad audientiam. & c. cum nobis. & c. si diligenti. extra de præscrip.

50 DE EPISCOPIS ET CLERICIS, &c. *De rebus ecclesiarum dixit: nunc de ministris.*

IVxta sanctionem.] CASVS. Eximit clericos, & eorum familiā, vt nō soluāt munera extraordinaria: nec hospitēt armigeros. ¶ No. ex hoc tex de dictiōe, iuxta. nā qn̄q; ponit̃ relatiuè, quādoq; locatiuè & designatiuè. Primo modo loquit̃ hîc. Secūdo modo loquit̃ tex. & gl. ff. de serui. vr. præd. l. quidam hyberus. & l. si statuas. ff. de iniu. Bal.

p Iuxta sanctionem.] id est legem.

q Meruistis.] ô ep̄i & clerici. & facit mētionē de. l. placet. s. ti proxi. & lo 60 quit̃ hic Cōstantinus q fuit imperator primus Christianus. j. de nat. li. l. diui Constantini. & l. illam, placet. fecit vel ipse, vel alius eius antecessor.

r Mancipia.] id est familia vestra.

s Nullus.] scilicet exactor.

t Collationibus.] s. sordidorum munerum, vel extraordinariorum.

v Vacatione. s. sordidorum munerum, vel extraordinariorum.

x Hospites.] hospites hîc intellige milites armatos, quorū hospitalitas eis quasi mun⁹ incūbebat: hospites autē. i. pauperes suscipere debēt. Vn̄ Pau. Hospitalitate inuicē p̄uenientes. vt. j. l. prox[g]. Sed opponit̃, hospitis receptio est patrimoniale munus: vt. j. de mu. pa. l. iij. & l. etiā. li. x. & ff. de mu. & ho. l. fin. §. si 70 aūt. & l. & q origine. §. mun⁹ hospitis. ergo clerici debēt subire: vt. j. eo. l. de his. q̄ est cōtra? Rn̄. subeūt clerici munera patrimonialia, sed nō oīa: qa tributorū tm̄. Vel aliter hospitis susceptio: alia rei p̄priæ cohęret: alia nō: sed quasi ex inopinato suscipit̃ p̄rio casu clerici nō excusant̃: qa nec milites, nec mulieres, nec impuberes, nec veterani, imò nec ipse princeps: vt. j. de mu. pa. p totū. li. x. & vt ne. lice. ī emp. spe. se ex. li. x. & ff. de va. mu. l. sunt munera. In secūdo & clerici, & milites excusant̃: vt hîc, & ff. de var. mu. l. his. §. angariarū. Vel melius licet patrimoniale sit munus suscipere hospites: tamē propter beneficiū speciale huius legis se excusant. illi enim soli se excusant q de hoc habent speciale priuilegiū: vt. ff. de va. mu. l. sunt munera. vt philosophi, & artium pro- 80 fessores, & milites, & veterani: vt. ff. de mu. & ho. l. fi. §. pe. & fi.

y OMnis.] Tria dicunt̃ ī. l. ista. s. ꝙ clerici relaxent̃, vel excusent̃ ab extraordinarijs munerib⁹. Scdò ꝙ si qd honestè q̄ fierit, ꝙ eroget̃ in vsus pauperū. Tertiò, hoc cōcedit tā clericis, q̄ suis familiarib⁹. ¶ Ex hac. l. not. p̄riò ꝙ clerici de bonis præbēdarū suarū quæ vendūt, vel vēdi faciūt, nō tenent̃ soluere gabellas: nec etiā ad portā soluūt, etiā si sint clerici coniugati. Not. vltimò, ꝙ priuilegium clericorum datur eorum vxoribus, & filijs secundū Bal.

z Indebitæ.] quò ad eos: & si exigant̃, iniuria est eis, sed si exigatur à laicis, non

f Istā conclusionē gl. reprobant cōiter oēs doctores p tex. not. in auth. ꝙ si in quibusdam j. de pręs. x. vel xx. an. secūdū Ias.

† Rectius haud dubiè legitur, orphanotrophis Xenodochis, ptochotrophis ascetris.

† Hæc lex vsque ibi, p̄tereà &c. canonizata est xvj. q. j. §. nouarū subca generaliter.

† Concor. cū hoc fi. c. j. in fi. extrà de immu. eccle.

† Hæc est notabilis lex pro priuilegijs clericorū: quæ allegatur in gl. j. & in. c. Ioannes. & in glo. ij. in c. ex parte. extrà d cle. coniug.

g Vide. xlij. dis. à prī. vsque ad. §. sed licet. & lxxix. distī. volum⁹. & xij. q. j. qa circa finē. et q. ij. mos. & lxxxv. dist. c. j. & xvj. q. j. qm̄ quicquid. & c sicut iuncta glos. in verbo hospitalitatē. de sup. neg. præ. & de præben. de monachis.

cis,non est iniuria: vt statim dicet. Et dic quòd de extraordinarijs exactionibus dicit. nec obstat. j. l. proxi.

a ¶ Conuentionis.] scilicet extraordinariæ collectæ.
b ¶ Exactionis.] scilicet sordidorum munerum.
c ¶ Nullaq;.] idem dicit melius declarando.
d ¶ Sordidorum.] i. operum.
e ¶ Negotiatores.] scilicet laici.
f ¶ Præstationē cōpetentē.] vt collectam extraordinariam.
g ¶ Vniuersis.] s. clericis nō habita relatione ad singulos clericos. i. ad singula generū: q̃a nō ad vagabūdos: vt. j. eo. l. gñaliter. sed ad singulos gradus. i. ad gña singulorū.
h ¶ Strepitus.] vocatio.
i ¶ Parsimonia.] i. parcè viuendo quæsiuit.
k ¶ Prouisione.] i. ex scientia vel scriptura. simile verbū. ff. de pecu. l. peculium ex eo.
l ¶ Conscia.] vt ex scriptura.
m ¶ Cōgesserint.] i. congregauerint. Accur.
n ¶ Oportet.] i. opportunū est: vel deceñ est. sic ff. de iusti. & iur. l. j. § pri. nec eñ est necesse: vt. j. e. l. sacrosancta. quæ est cōtra. Vel hic in quæsitis de rebus ecclesiæ: ibi de suo patrimonio.
o ¶ Ergasterijs.] ab erga, qd est opa, & steron, qd est statio: inde ergasterū. i. opærū statio.
p ¶ Tabernis.] p eodē accipe. i. stationib⁹, vel ppriè[a]. Sed hoc quo, cùm etiā tabernas intrare nō debeat. xliiij. dist. ca. nulli? Rñ. locabunt: vt. ff. de pe. ti. hære. l. ancillarum.
q ¶ Religionis.] scilicet pauperum.
r ¶ Verūetia.] Nō solū clericis damus hoc priuilegium, verūetiam & eorū familiaribus.
s ¶ Hominibus.] scilicet familiaribus.
t ¶ Eorūdē.] clericorū.
v ¶ In mercimonijs.] scilicet vendendis.
x ¶ Cauerunt.] i. prouiderunt.
y ¶ Redūdaret.] i. abūdaret, tā ī se, quā in suis.
z ¶ Cōquiescat.] nisi sint ea quę ad expeditionem nostri numinis accepimus: vt. s. ti. j. l. neminem. quæ est contra.

¶ Ecclesiasticis &c.

a Quid autē si taberna, & vnde dicatur: vide gl. in verbo, taberna riorum. in cle. j. extrà de vita & ho. cl.

† Potestas.

cōuētiōis [a] īiuria et iniq̃ exactōis [b] repellat ī pbitas: nullaq; [c] cōuētio sit cōtra eos munerū sordidorū [d]: & cū negotiatores [e] ad aliquā pstationē [f] cōpetētē vocant, ab his vniuersis [g] istiusmodi strepit⁹ [h] cōquiescat. Si q̄d eñ vel parsimōia [i] vel puisiōe [k], vel mercatura, honestati tñ cōscia [l], cōgesserint [m]: id ī vsum pauperū atq; egentiū ministrari oportet [n], at id q̄d ex eorūdē ergasterijs [o], vel tabernis [p] cōquiri potuerit, & colligi, collectū id religiōis [q] existimēt lucrū. ¶ Verū et [r] hoīb⁹ [s] eorūdē [t] q̄ operā in mercimonijs [v] habēt, diui pricipis genitoris mei statuta multimoda obseruatiōe cauerūt [x], vt ijdē clerici priuilegijs plurib⁹ redūdarēt [y]. ita q; extra ordinariorū munerū, a pdictis * necessitas, atq; oīs molestia conqescat [z]. ¶ Ad parangariā quoq; pstationē nō vocent, nec eorūdē facultates, atq; substātię. Oībus clericis [a] hmōi progatiua succurrat. vt & cōiugia [b] clericorū, ac liberi [c], eorū quoq; ministeria [d], id est mares pariter, ac fœminæ, eorūq; et filij [e], & filiæ, īmunes semp ab hmōi [f] muneribus perseuerēt.

¶ Nullus laicus potest imponere collectam, uel onera clericis, ecclesijs, uel pijs locis: nec inuadere bona ecclesiarum, uel clericorum: & si requisiti negligunt emendare, subiacent banno imperiali: de quo non eximantur, nisi debita satisfactione præmissa. h. d. Bal.

¶ Noua constitutio Friderichi imperatoris de statu. & cōsuetu. contra liber. eccle. col. x. §. item nulla.

Item nulla [g] cōitas, † vel psona publica, vel priuata collectas, vel exactiōes, āgarias [h], vel parangarias, ecclesijs, vel alijs pijs locis, aut ecclesiasticis psonis imponere, aut inuadere ecclesiastica bona psumāt [i]: q̄d si fecerint [k], & reqsiti ab ecclesia [l], vel impio, emendare cōtēpserint, triplū [m] refundāt: & nihilomin⁹ bāno imperiali subiaceāt: q̄d absq; satisfactiōe debita, nullatenus remittatur.

a ¶ Clericis.] id est hominibus clericorum.
b ¶ Coniugia.] licita tamen, quia antequam erant clerici.
70 c ¶ Liberi.] Habiti ante sacros ordines.
d ¶ Ministeria.] id est ministri.
e ¶ Filij.] ante cōcepti. nā post sacros ordines essent incoesti. Itē si sint in sertitio parentum, & viuunt patres clerici. non aliàs. & facit. s. ti. j. l. placet.
f ¶ Ab huiusmodi.] non extraordinarijs.

Item nulla.] Hæc cōstitutio coadiuuat & auget. l. C. et dicit duo: Primò præcipit q̄ nulla cōitas, vel psona publica, vel priuata, debet cogere clericos, ad exactiones collectarū: siue ad extraordinaria munera. Secūdò dicit, q̄ si aliquis cōtrafecerit, tenetur reddere acceptū in triplū: & banno imperiali subijcietur: à quo nō liberabit nisi satisfecerit. ¶ Ex hac cōstitutione not. primò q̄ cōmunitates nullā habēt potestatē in ecclesia, vel ecclesiasticas personas: nec possunt eis imponere collectas. No. secundò de triplici pœna quæ alibi non reperitur in insinuatione rei immobilis, secundum Bal. hic.
g ¶ Item nulla] Constitutio Friderichi.
h ¶ Angarias.] hoc expone vt dixi. s. ti. j. l. neminem.
i ¶ Præsumāt.] Ex prædicta causa, quia nō soluerūt collectas vel etiam ex alia: vt hic tanquam fauor extēdatur: vt. ff. de libe. & posthu. l. cùm quidam.
k ¶ Quod si fecerint.] aliqui officiales.

l ¶ Ab ecclesia.] ratione ergo delicti erit laic⁹ in foro ecclesiæ: q̄d est notādum: sicut fit de loco publico p aut qua in prouincia. j. vbi de cri. agi opor.
m ¶ Triplum.] sic insti. de actionibus. §. tripli.

De his.] Plana est. ¶ Et no. ex hoc tex. quæstionē quā proponit Guil. de cug. hic vtrū rōne tributorū cleric⁹ possit trahi ad forū seculare: & dicit ipse, q̄ p cēsib⁹, & tributis ipsi possunt coueniri, & trahi coram iudice seculari, quem reprehendit hic. Bal.
n ¶ Authoritas.] loquitur præfecto prætorio.
o ¶ Excusare.] q̄d q̄nq; faciebat: vt. s. de sacrosan. eccle. & l. seq.
p ¶ Adpensitanda.] id est soluenda.
q ¶ Fiscalia.] s. tributa.
r ¶ Namq;.] bñ dico pfectū ptorio posse cōstringere clericos, vt soluāt tributa p pdijs. nā bene volumus q̄ soluāt, aliàs amittent prædia: & hæc vera sunt in prouincialibus prædijs tantùm.
s ¶ Duntaxat.] Hæc dictio dūtaxat, respicit prouinciales. q̄d sequit. nam ad pximiorē scripturā referēdū est: vt. ff. de postu. l. j. in. §. deniq;. & §. sequen. q̄dam tñ puinciæ hodie euaserūt: vt. ff. de cen. l. pe. & fi. Sed vr etiā Italicorū pdia esse grauanda tributis: vt. j. fine cē. l. oēs. q̄ est cōtrà. So. vt ibi. Itē similiter cōtra in fi. de re. di. §. p traditionē. Sol. nulla est differentia quo ad trāslationē dominij: sed quo ad tributa sic. Itē eodē mō est cōtra vt. j. de vsusca. trāsfor. l. j. sed & ibi æquatū est ius oīm prædiorū in vsuscapione, non in tributis.

¶ Clerici pro prædijs proprijs tenentur ad fiscalia, aliàs patiuntur translationem. h. d. Sali.

Idē Aug. ad Taurū pf. p. LEX III.

De ijs clericis, q̄ pdia possident, sublimis authoritas [n] tua, nō solū eos aliena iuga nequaquā statuet excusare [o]: sed etiā p ijs pdijs, q̄ ab ipsis possidēt, eosdē ad pēsitāda [p] fiscalia [q] purgere †. vniuersos nāq; [r] clericos, possessores dūtaxat [s] puinciales pēsitationes fiscaliū [t], trāslationesq; [v] faciēdas, recognoscere iubemus.

† Quia res trāsit cum suo onere: vt hic. & c. j. in gloss. j. post pri. ex trà de iure patrona.

¶ Officiales nō redditis publicæ administrationis, rationibus nō possunt clericari, sed redditis possunt. Et si clà fecerint se ad ordines promoueri, puniūtur pœna hic statuta. Bal. Vel sic: Officiales publici ad ratiocinia obligati, nō possunt se iugo clericali adstringere: secus, si nō sint obligati: quia possunt palā. i. cōsentientibus ijs, qui præsunt publicis ratiocinijs, & sine pœna, non clā: alioquin patiātur translationē duarū partiū bonorū, secundum formā hic traditam. h. d. Salic.

Idē A. ad Taurū præf. p. LEX IIII.

Officiales [x] † rationales [y], siexhibitione cursus [z], seu primipili [a] necessitate [b] neglecta, interuersa [c] etiam ratione fiscali, ad clericatus honorem putauerint transscundum [d]: ad priorem conditionem retrahantur [e]. Si verò obnoxij rōcinijs, vel necessitatibus non sint sub notione [f] iudicum [g] officijs [h] consentientibus [i] (si probabilis vitæ studium postulauerit) transferantur [k], nec cessionem [l] metuant facultatum.

t ¶ Fiscalium.] i. tributorum solutiones.
v ¶ Trāslatiōesq;.] Si eñ nō soluāt, eis auferet fund⁹, & in alios trāsferet. Sed cōtra. s. ti. j. l. placet. in illo ver. nulla &c. Sol. vt ibi. sed hodie videt correcta ista lex p authē. item nulla. quàm proximè legimus[b].

Officiales.] hęc l. tractat de certis psonis q̄ nō pñt clericari. Et pōit tres casus, quos vide in tex. ¶ No. ex hac l. q̄ clericat⁹ est dignitas, & honor: vt patet ibi in tex. ad clericatus honorem. & vide in capitu. j. de cleri. coniuga. lib. vj. Pau. de Cast.

m Prohibitum.] ſcilicet accuſato[d], ſed accuſanti eſt prohibitũ. vnde ſi paciſceretur, vel tranſigeret, incideret in Turpilianum. ff. ad turpil. l. ab accuſatione. ſed accuſato licet qualitercũque redimere ſanguinẽ ſuum: vt. ff. de bo. e. l. j. Item nunquid tranſactio talis præiudicabit alijs ſi velint eum interim de eodem crimine iterum accuſare? Reſpõ. non[e]: vt. ff. ad le. iul. de vi pub. l. qui cœtu. §. fi. Sed arg. cõtra. ff. de præua. l. præuaricationis. &. ff. de iureiur. l. eum qui. §. in popularibus. ſed illud eſt, quia habent iudicis authoritatem: hîc autẽ partium conſenſum tantùm. Alij dicunt gratuitum pactum nõ præiudicare: vt. d. l. qui cœtu. in fi. ſed tranſactio ſic. Imò contrà, in eo quòd excepit adulterium tantùm: vt hîc, &. j. ad legem iuliam de adul. l. de crimine. imò, & raptus videtur excipi: vt. j. quibus ex cauſis ſer. pro præ. li. ac. l. pe. Solu. Idem ſtatuitur in raptu virginis, quod in adultero, propter ſimilitudinem quam inter ſe habent. ſed ſecundum Ioan. bene poteſt tranſigi, vel paciſci de raptu: vt videtur velle litera illa. dicit enim pacto tranſmiſſum: ergo apparet quòd per pactum eſt remiſſum: ergo fuit licitum pactum. Item contrà in eo, quòd hîc dicit de adulterio non poſſe tranſigi: vt in authen. vt li. ma. & auiæ. §. fina. col. viij. ibi, niſi tamen nondum aut iudiciali decreto aut amicabili conuentione &c. Sol. dicunt quidam hoc corrigi. ſed verius ſecundum Ioan. quod ibi dicitur, non eſt referendum ad capitulum adulrij, ſed ad alia capitula in eadem aut. primò poſita. Item contrà in aut. vt nulli iudi. §. adulteram. col. ix. Solu. ſpeciale fortè in viro. Vel verius ibi actum erat, & etiam mulier punita, q̃a in monaſterium erat miſſa: ſed vir ſibi reconciliat intra biennium. Item contrà. ff. de adul. l. ſi maritus. ij. §. ſi negauerit. Solu. ibi repudiauit, non autem tranſegit, vel pactum fecit. Item contrà. ff. de pac. l. iuriſgen. §. ſi paciſcar. & §. ſeq. vbi non permittit valere pactum contra publicam vtilitatem factũ. Solu. illa diſtinguitur per iſtam: vt ea locum habeat in crimine quod non ingerit pœnam ſanguinis. Alij dicunt eam tantùm loqui in gratuito pacto, iſtam in tranſactione tantùm. & exponunt hîc tranſigere, vel paciſci pacto, ſcilicet non gratuito: & inducunt. ſuprà. eodem. l. præſes.

d Reprobatur per Bart. Bald. & Ia. excepto Fulgo.

e Omnes gl. ſolutiones cõmuniter tenent docto. hîc.

na non, ni falſi. h. d. Sali. & Alex.

Idẽ AA. & CC. Valẽtianino. **L. XVIII.**

TRanſigere[k] vel paciſci de crimine capitali[l], excepto adulterio, prohibitũ[m] non eſt: in alijs autem publicis[n] criminibus, quæ ſanguinis pœnam non ingerunt, tranſigere non licet,[o] citra falſi[p] accuſationem. S. iij. Calend. Septemb. AA. Conſ.

Noua repertio inſtrumenti, non uitiat tranſactionem: ſed dolus ipſum occultantis eam inualidat, ſi actio prima non erat ipſo iure ſublata: aliás inducit actionem de dolo. hoc dicit. Salice. Vel ſic: Tranſactio non reſcinditur prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum, ſi bona fide facta fuit: ſed ſi reus per dolum extorſit eam, reſcinditur, uel per doli replicationem, ſi actio non erat ipſo iure ſublata, uel per doli actionem, ſi actio ſublata erat. h. d. Alexan.

Idem AA. & CC. Irenæo. **LEX XIX.**

SVb † prætextu[q] inſtrumenti ✻ poſt reperti tranſactionẽ bona fide finitam, reſcindi iura nõ patiuntur. Sanè ✻ ſi per ſe[r], vel per alium ſubtractis inſtru-

† Vide. c. j. cũ gl. j. extrà de tranſact. & . c. inter monaſterium. de re iudica.

✻ Poſted.

✻ Si eam.

n In alijs autẽ publicis.] Publica iudicia ſunt, q̃ enumerata ſunt. ff. de pub. iud. l. j. Quid autem erit in priuatis delictis? Reſpon. Io. vt in eis poſſit tranſigi & paciſci. Satis enim eſt, quòd non inuenio prohibitum in eis: vt. ff. qui. ex cau. ma. l. necnon. §. j. Sed ar. contrà. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. iulianus. et. ff. de ijs qui no. infa. l. quoniam. et poteſt ſic diſtingui[f] an criminaliter, & tunc non licet. an ciuiliter agitur: & tunc licet.

f Iſtã glo. ſequuntur Albe. Bart. Bald. Pau. Sali. & omnes moderni.

o Non licet.] vt infrà. de contrahen. & com. ſtip. l. ſi quidem. in fi. quia ſi tranſigat, pro cõfeſſo habetur: vt. ff. de præuari. l. in omnibus. Et no. quòd nõ repetit niſi tranſigere. nam paciſci bene licet: vt. ff. de iur. fiſ. l. in fiſci. & . l. eius. & ad. l. iul. de vi pu. l. qui cœtu. §. fin. quod non placet Ia. vt alibi no. Sed quid ſi tranſigat? Dicunt quidam tranſactionem valere inter eos: ſed alijs non præiudicare. quod non placet: quia ſic nulla eſſet differentia an tranſigat quis ſuper re familiari, an ſuper republica: ſed lex apertè facit differentiam: vt. ff. de pact. l. iuris gen. §. ſi paciſcar. & . l. ſi vnus. §. pacta. & ſic dico etiam inter eos non valere: vt no. d. §. ſi paciſcar. in gloſ. Fit enim nunciatio &c. hîc videtur aliter dicendum vt alibi notatur, ſcilicet cùm refertur ad pecuniariam æſtimationem.

p Falſi accuſationem.] vt. j. de fal. l. ipſe. & eſt ratio, quia plerunq; falſi accuſatio refertur ad pecuniariam æſtimationẽ, ſecundũ Io. & hoc ſolo caſu videtur eã accuſationem exceptã à trãſactione. ſcilicet prohibita: videlicet vt fieri poſſit tranſactio, ſuper falſo quod refertur ad pecuniariã æſtimationẽ. nã quãdoque irrogat pœnã ſanguinis: vt. j. de fal. mo. l. j. §. actore. & . l. pe. Vel dic[g] quòd ſemper ſuper crimine falſi licet tranſigere, etiã quando irrogat pœnã ſanguinis: vt in princi. l. item cùm non irrogat: vt hîc. alioquin non eſſet bona exceptio quam fecit. Et no. verſus. Sanguinis in pœnis (niſi mœchus) tranſigit omnis. In cæteris nulli liceat: niſi crimine falſi.

Tranſactio an poſſit fieri ſuper crimine falſi.

g Approbatur per Bar. & Iaſ.

SVb prætextu.] CASVS. Mutuaui tibi. x. factũ eſt inſtrumẽtũ. negaſti te mihi debere, vel te ſoluiſſe dicis: vnde venit in dubium. tecum tranſegi. pro. v. & alia. v. remiſi: quia inſtrumentũ reperire nõ potui: ſed trãſactione facta inſtrumentũ inueni. an eius prætextu litẽ finitã tranſactione reſuſcitare poſſim, quæritur: & reſpon. q̃ nõ. Si autẽ inſtrumẽta ſubtraxiſti per ſeruum, vel per aliũ credẽtẽ tua eſſe, et neutro caſu commiſſum fuit furtum, vt propter hoc facilius veniretur ad tranſactionẽ, aut fuit ſimplex tranſactio, aut Aquil. ſtipulatione vallata, & acceptilata. Primo caſu agam actione priſtina, & ſi excipias de pacto tranſactionis, replicabo de dolo. Secundo caſu, cùm nullum detur mihi auxilium, agam de dolo. Viuianus.

q Sub prætextu.] Prohibent iura, niſi in cauſa publica: vt. ff. de re iudi. l. imperatores. et niſi in cauſa eccleſiæ: vt ar. in aut. de non alie. §. ſinimus. col. ij. et niſi in cauſa pupilli: vt infrà. de iur. reipu. l. rempublicam. li. xj. & niſi ſit teſtamentum: vt. ff. eodem. l. de his. Idem de codicillis: vt. ff. e. l. imperatores. §. j. et. l. non eſt.

r Per ſe.] Per ſe poſſunt ſubtrahi, ita vt non cadat in nomen furti: vt ſi apud eum ſint, et non contrectet, ſed celet: vt. ff. de fur. l. inficiando. circa princip. Si autem contrectaret, fieret furtum, et daretur actio furti ad duplum eius quod continetur in inſtrumento: vt. ff. de fur. l. qui tabulas. et

sic non daretur de dolo,quã hîc dicit dari:vt.ff.de dolo.l.j.§.ait prætor.&.l.ij.Per aliũ autẽ subtrahit,vt si alicui mãdauit vt acciperet ea:qui putans esse mãdantis,ea accepit.Nec enim mandator cõmisit furtũ:quia non contrectauit,nec fuit præsens.nec accipiens commisit furtum:quia non fuit in dolo: vt.ff.de fur.l.si is qui rem.ij.§.si tu titium.&.l.si quis perferendũ.&.l.falsus.§.si quis nihil. Alij nõ exigunt huiusmodi expositiones:quia dicũt cõpetere furti eũ actione de do 10 lo:cùm sint famosę ambæ:quod non placet:vt ff.de dolo.l.j.&.l.ideoq;.

ADDITIO. Aduerte,q duplex est dolus:vnus cõmissus in subtrahẽdo,& ex illo cõpetit actio furti,& non de dolo.Secũdus est,dolꝰ cõmissus ĩ celãdo,& extorquendo à te transactionem,& ex isto,nõ oritur actio furti:quia assidua contrectatione non nascitur.l.ei qui.ff.de furtis. vnde meritò agitur de dolo:& isto casũ loquitur hæc lex secundũ Iac.But. quod approbat hîc Bar.

*Concor. gl.in.c.j.su per ver. ob lineat.extra.eo.titu. * Infra.*

mentis quibus veritas argui[a] potuit,decisionẽ litis extorsisse ꝓbetur:si quidẽ actio[b] superest,replicationis auxilio doli mali†, pacti exceptio remouetur. Si verò iam perempta[c] est * intra cõstitutũ[d] tempus tantùm actionẽ de dolo potes exercere[e]. D. iiij. Calend. Octob.Sirmij AA.Conſ.

Contra transactionem non potest ueniri, sicut nec contra rem iudicatam:nec tẽpus noctis uitiat transactionem.h.d.Sali.uel sic: Trãsactio & sententia paris sunt authoritatis:& ualet trãsactio facta de nocte,sicut de die.h.d.Alexan.

I idem AA.&CC.Antistiæ. L. XX.

NOn minore[f] authoritatem transactionũ,quàm rerũ iudicatarum esse,recta ratione placuit.Siquidem[g] nihil ita fidei[h] cõgruit humanæ,quàm ea quæ placuerant,custodiri. Nec enim ad rescindendum pactũ[i] sufficit,q hoc secũda[k] hora† noctis intercessisse proponas:cũ nullum tẽpus[l] sanæ mentis maioris viginti quinque annis cõsensum repudiet[m]. S.iiij.Cal.Octob.ipsis AA. Cõs.

Simulata emptio,ex causa transactionis facta, fictum emptorem non obligat ad pretium soluendum.Bal.uel sic:Transactio uera præualet uenditioni, ex causa transactionis simulatæ: ideo pretium ex ea fictum peti non potest.h.d. Sali.uel sic:Plus ualet quod agitur, quàm quod simulatæ concipitur.h.d.Alex.

I idem AA.Geminiano. LEX XXI.

CVm ea quæ trãsactionis causa dari[n],aut retineri conuenit,velut emptorem eum quẽ accipere placuerat,obtinere præscribitur[o]:ijs quæ simulatæ gerũtur, pro infectis habitis,frustrà ficti pretij postulatur numeratio[p]. S. V.Non.Octob.ipsis AA.Conſ.

Protestatio,uel contestatio super dolo,non facit dolum præsumi.h.d.Salic.& Alex.uel sic: Trãsactio nõ rescinditur, ex ꝓtestatiõe.Ia.But.

I idem AA.&CC.Alexandro. L. XXII.

SI maior transegisti, ad rescindendam transactionem de dolo * contestatio[q] non sufficit. S. Cal.Decemb.ipsis AA.Conſ.

Exceptio,non sum hæres, opposita creditoribus hæreditarijs, est exceptio intentionis. Itẽ cui denegatur defensio,multò magis denegatur actio.h.d.Bal.uel sic:Si conuentus ut hæres non opposuit,quòd nõ erat hæres,sed ut hæres trãsegit,& soluit repetere non potest.licet uere nõ esset hæres:& si nõ soluisset,compelleretur soluere si stipulatio interuenisset.h.d.Alex.& Sali. Vel sic: Post rem transactione decisam non potest opponi exceptio intẽtionis,uel facti, nec soluti repetitio concedi.h.d.Sali.

I idẽ AA.&CC.Tatiano. L. XXIII.

NEc intẽtio[r] creditorũ Archimedori[s] †ô cui alios fuc cessisse profiteris,si obligat[t] pro eo non fuisti,tenere[v] te potest. sed hoc integro[x] negotio tractari conuenerat.Nam,cùm iam quæstionem transactione decisam, & à te dari[y] placitam,numeratam[z] pecuniam proponas:huius indebiti soluti prætextu[a] improbè tibi petitionẽ[b] decerni postulas:cùm etsi tantùm in stipulationem fuisset deducta[c], indebiti promissi velamento defendi non posses[d]. D. viij.Id.Mart.C C.Conſ.

30 a Arguí potuit.] id est argutè probari.

b Actio.] Quæ est, si quidem &c. vt statim dicit.

c Perempta.] scilicet actio vetus.& sic fuit stipulatio, & acceptilatio.

† Concor. gl.in.c.con suluit. super verbo, odit lucẽ.in si.extra de offi.deleg.

d Cõstitutum tempus.] scilicet biennij:vt 40 j.de dolo.optimum.

e Exercere.] sic ergo vbi quis per calumniã resistit,valet trãsactio: vt hîc:licet sit secus in actore cõmittente dolum : vt dixi.s.e.l.ij.Sed cùm dolus dederit causam transactioni:quare nõ est nulla ipso iure,sicut venditio: 50 vt.ff.de dolo.l.& elegãter.post prin?Respon.in venditione qui rem tradit,habet de dolo. Nã vt ait B. præcessit venditio vt infirma: secuta est tra di tio vt infirmanda per actionẽ, de dolo. sed iste videtur tradidisse,cùm remisit actionem. Vel aliud in bonæ fidei, aliud in stricti iuris, sicut est transactio secundum B. sed hoc non placet: vt infrà. de 60 inuti.stipu.l.dolo.Item quomodo datur de dolo cùm alia competit:vt.ff.de dolo.l.j.§.si quis cum? respondet Bu.hîc nulla competit post dolum admissum.Vel dic quòd hîc in ea amittenda passus est dolum:vt ibi dicit.Item quare non datur conditio,ob causam,vt se reponat in obligationem:vt.ff.de con di.cau.da.l.si quis? Respon.quia hîc factum fuerat à reo quod conuenerat: sed actor dicebat se dolo inductum:vt dixi suprà eodem.l.actione. et facit infrà.in qui.cau.ces.lon.temp.præscript.l.j.et suprà.titul.l. cùm posteà. et infrà. de re iudi.l.sub specie.et.ff.de excepti.l.qui agnitis.& de iureiu.l.admonendi.in fine.

Trãsactio facta per dolũ nõ est nulla ipso iure.

N On minorem.] CASVS. Parem authoritatem habent res 70 iudicatę,et trãsactio:quia vtraque finit lites:quia nihil &c. neque referatur nocte vel die fiat,cùm nullo tempore excluditur cõsensus. Viuianus.

f Non minorem.] quantùm ad decidendas lites,& quantũ ad exceptionem parandam:quandoque tamen secus est:vt.s.eod.l.si diuersa.Item pactio non facit ingenuum,sed sententia sic:vt.j.de inge.ma.l.diffamari.& plenè potes dicere vt.ff.de iureiu.l.ij.

g Siquidem.] id est quia.

h Fidei.] vt.ff.de pac.l.j.in prin.& insti. de rerum diui.§.per traditionem. ff.de act.emp.l.ex empto.in prin.

i Pactam.] scilicet transactionis.

80 k Secunda hora] puta in gallicatũ.Et sic nota. quòd valet de nocte quod fit, sicut de die:vt.ff.de testamẽ.l.ad testifica.§.posse.Sed si de nocte fit, cum possit,vt dictum est,nunquid erunt necessaria luminaria? Respond.sic ff.de ven.inspi.l.j.§.tria lumina.et infrà.de sen.ex breui.reci.l.ij.Sed arg. contra infrà.ad legem iuliam de adul.l. Gracchus.et in authen. de iudi. §. sedebunt.colla.vj.

l Tempus.] de die,vel de nocte.

m Repudiet.] quin possit transigi.

CVm ea.] Pone casum in terminis vt in glos.proxima.Ex qua gloss. pro declaratione ipsius nota dum dicit,scholaris in dando reus,id est quiconueniebatur,dedit siue restituit.sed dum dicit in retinendo actor, id est quòd dum scholaris ageret,conuenit quod aduersarius retineret. et finalis conclusio huius legis stat solùm in hoc,quòd vbi est vera transactio,et simulata emptio , statur transactioni : et cõtractus simulatus nihil operatũ, secũdum Bal. Et adde se10 cũdum Iac. q simulatio non potest liquidè ꝓbari:ideo sufficiũt verisimiles coniecturæ , sicut in dolo.l.dolum.j.eo.

n Cum ea dari.] Scholaris gloriosus , & inanis gloriæ cupidus,in retinẽdo actor, in dando reus,cùm ageret ad fun20 dum,cõuenit,vt aduersarius retineret fundum, velut emptor cùm retineret ex causa trãsactionis modico dato scholari.Itẽ si aliã rẽ dedit nomine transactionis, vt fibi daretur fundus petitus,& cõuenit vt illa titu lo emptionis retineretur 30 ab aduersario. ecõtra in dando reus qui restituit fundũ, cùm sit reus, sed fingit emptionem modi ea pecunia accepta per transactionem.

Casus literalis.

Contestatio solũ.

o Præscribitur.] i. in præiudicium veritatis scribitur,vel ante oculos scribitur. Cùm enim ve40 rè esset transactio, fingebatur emptio. Et dic præscribitur. s.in instrumento venditionis.

Artemedori.

p Numeratio.] vt.j. de contrahen.empt.empti.& de dona.inter virũ & vxo.l.creditor. & plus va.quod agi.l.j. &.l.si qs. &.j.si cer.pe.l.si non sin 50 guli.&.l.si ex pretio.

SI maior.] CASVS. Transegisti. Licet ꝓtestatus fueris in trãsactione dolũ interuenisse,nõ propter hoc rescinditur transactio, nisi ꝓbet:vt.j.de dolo.l.dolũ.

Not. ex hac.l.quòd licet reperiatur protestatum , non tamen præsumitur protestatio vera nisi probetur:quod not.secundum Bal.

60 q Contestatio.] id est protestatio:vt & dixi supra eodem.l.interposi tas.nisi probetur:vt infrà de dolo.l.dolum.et de ijs quæ vi.&c.l.metum.Excipiunt quidam in minore, à contrario sensu:vt hîc. sed malè.ff.de iureiurand.nam & posteà.§.si minor.et.ff.de minori.l.non omnia.Vel dic contestatio de dolo,id est q litem fuerit contestatus super actione de dolo.

NEc intentio.] CASVS. Decessit aliquis,credebas te eius hæredem:& conuentus à creditoribus cum eis transegisti .alio existente hærede repetere vis quod nomine transactionis soluisti.quæritur an possis? et respon.quòd non:quia antequam transigeres,tibi prospicere debuisti. vnde si transegisti, licet non soluisti : soluere teneris. & si solueris , non repe70 tes.Viuianus.

r Nec intentio.] id est petitio.

s Archimedori.] cui putas te hæredem esse.

t Obligatus.] quoquo modo,vt fideiussor.

v Tenere.] repete nec.

x Integro.] id est antequam transigeres & solueres.

y Dari.] scilicet creditoribus Archimedori.

z Numeratam.] id est datam esse.

a Prætextu.] siue sciente,siue ignorante ius vel factum.

b Petitionem.] id est repetitionem.

80 c Deducta.] non etiam soluta , & hoc præcedente transactione.

d Non posses.] Et cui denegatur hæc defensio,multò magis actio:nec etiam à veris hæredibus repetes,qui non sunt liberati, per tuam transactionem. & sic est contrà.ff.de petitio.hæredita.l.si quid possessor.Sed dic,quòd ibi soluit ex contractu defuncti : hîc autem in suo, scilicet transactionis. hoc modo intelligitur.ff.de pact.l.si tibi.§.final. aliàs pe. Item contrà.ff. de tut. & rat.distr.l.si ex duobus. sed aliud in tutoribus & curatoribus, qui vna obligatione

Trãſactionis cauſa datum nõ repetitur.

obligatione & actione tenentur.hîc autem non ſoluit ex obligatione, qua tenebantur hæredes,ſed ſua,vt dixi.Item nota datum,vel promiſſum trãſactionis cauſa etiã indebitũ nõ poſſe repeti:ſed tũc ſolui debet:vt hîc,&.j̃. de cõdi. inde.l.ſi citra.& de nõ nu.pec.l.ſi trãſactionis.& de cõtrahẽ.ſtipu.l.ſcire.& de plus peti.l.j.niſi in caſu qñ actor calumniatur:vt.ff.de condi.inde.in ſumma.

¶ Non poſſes. fui aduocatus in cã tua. ꝓmiſiſti mihi.l.trãſegi pro.xl.reſiduũ non poſſum petere.

¶ Solutio partis debiti ex cauſa tranſactionis, inducit liberationem à toto: ſecus in confeßione partis factà à reo.hoc dicit.Baldus & Sali.

Idẽ AA.& CC.Victorino. L. XXIIII.

SI quidẽ ex cauſa trãſactionis acceptis ijs, quę inſtrumẽto [a] cõtinẽtur,nihil amplius peti cõuenit [b]: aduerſariã tuã exceptionis auxilio defendi perſpicis [c]. Sin verò certã quãtitatẽ,quaſi ſolã ab ea debitã reddere ſe debere,ſine litis deciſione [d] confeſſa eſt:tàm [e] eam, quàm reſiduã debiti partem petere minimè prohiberis.S.V. Nõ. April.Sirmij.CC.Conſ.

¶ Tranſactio non reſcinditur ob defectum cauſæ non expreſſæ.h.d.Bar.& Bald.uel ſic: Defectus cauſæ impulſiuæ,uel finalis in corde retentæ non uitiat tranſactionem,uel debiti remißionem.h.d.Sali.

Idem AA.& CC.Marcellæ & Quirillæ.

LEX XXV.

SI maiores [f] vigintiquinq; annis,cũ patruo,ſiue auũculo veſtro tranſegiſtis [g],vel ei debita donationis cauſa,ſine aliqua cõditione [h] remiſiſtis:non idcirco ꝙ hoc eius [i] hæreditatis captandæ cauſa, id eſt ſpe futuræ ſucceſsionis, vos feciſſe proponitis:alijs ei ſuccedẽtibus inſtaurari finita debent [k].S.ij. Id.April.CC.Conſ.

¶ Status liberorum ex contractu matris, non læditur.Bal.

Idẽ AA.& CC.Dionyſiadę. L. XXVI.

TRanſactione matris [l],filios eius non poſſe ſeruos fieri, notiſsimi iuris eſt.S. Idib. April. CC.Conſ.

¶ Valet tranſactio hominis ægri ſicut ſani:dũmodo ſit ſanæ mentis.h.d.Bal.

Idem AA.& CC.Catoni. L. XXVII.

SI quidẽ.] CASVS. Debebat tibi aliqua mulier.x.ea petijſti. dicebat ſe ſoluiſſe: vel nihil debuiſſe. vnde venit in dubium, & cum ea trãſegiſti.v.tibi ſoluit, & alia.v.remiſiſti.an alia v.petere poſsis, quæritur & reſpõ.ꝙ non,q̃a obſtat exceptio. ſi autẽ cõfeſſa tibi debere quinq;,ſoluit.v.alia quinque petere nõ prohiberis, ſi alia. v. debeat.Viuianus.

a ¶ Inſtrumento.] trãſactionis.

b ¶ Conuenit.] minore pecunia ob tranſactionem accepta.

c ¶ Perſpicis.] vt. ff. eo.l.qui fidem.

d ¶ Deciſione.] i.non interpoſita tranſactione. in vtroque ergo plus fuit petitũ, & minus ſolutũ, ſiue confeſſatũ. vnde videbatᷣ ꝙ ſicut in primo eſt exceptio pro reſiduo, ſic & in iſto.Sed cõtrà eſt vt hîc, &.ff. de pac.l. ſi vnus.§.et in ſumma.aliâs ante omnia.&.l.ſi intra. &.ff.eo.l.cum aquiliana. &.ff.de excep.rei iudica. l.ſi ex teſtamento.&.j̃.de ſol.l.ſi inter.&.l.ſi intereſt. & infrà. de furtis.l. poſt deciſionem.

e ¶ Tam eam.] quantitatem,ſcilicet quam fuit confeſſa ſe debere.

SI maiores.] CASVS. Debebat tibi patruus tuus.x.petijſti,& cũ eo tranſegiſti,& quinque remiſiſti, ea ſpe vt hæredẽ te inſtitueret. inſtaurari per tranſactionẽ litẽ iam ſopitam fruſtra conaris:quia agenti tibi actione priſtina obſtabit exceptio.¶ Nota hîc, quòd licet donatarius non inſtituat donatorem hæredem,non propterea dicitur ingratus:ideo non reuocatur donatio,quamquam nil relinquatur donanti in teſtamento donatarij, ſecundum Bald.

f ¶ Si maiores.] auunculus meus mihi centum debebat: tranſegi cum eo pro.xx.quia credebam quòd me hæredem faceret.non poſſum petere.

g ¶ Tranſegiſtis.] minore pecunia ob trãſactionẽ accepta,quàm deberetᷣ.

h ¶ Conditione.] ſed quid ſi actor expreſsiſſet conditionem, puta remitto tibi litem,ſi me feceris hæredem?Reſpon.vt dicam infrà eodem.l.cum donationis.

i ¶ Eius.] ſcilicet patrui.

k ¶ Debent.] vt.j̃.de condi.ob cau.da.ſi repetendi.et.ff. de condi. cau. da.l. iij.§.quamquam conſtet.

TRanſactione.] CASVS. Debet tibi aliqua mulier decem: ea petiiſti,& tranſegiſti,vt filij ſui ſerui tui forent.quæritur an eis præiudicet tranſactio?Et reſpon.quòd non.Vel dic:duo inter ſe tranſegerunt de muliere aliqua,dicentes eſſe eorum ancillam.non præiudicat filijs quo minus liberi ſint.Viuianus.

l ¶ Tranſactione matris.] id eſt facta à matre,vel inter alios ſuper cõditione matris.nam hæc non valet:vt.j̃.e.l.ſi.no.& facit.ff.e.l.de re filiorum. & de pac.l.ſi vnus.§.& in ſumma.& de reg.iur.l.non debet alteri.et.j̃.de proba. l.ad probationem.ij.et de lib.cau.l.poſt certi.

m SAnum.] Iſta lex plana eſt, ideo pone caſum per teipſum.

¶ Manifeſtum eſt.] non eo minus quia æger eſt:ſicut nec eo minus teſtari poteſt:vt.j̃.qui teſta.fa.poſ.l.ſenium.

SIue apud.] CASVS. Tranſactione facta inter te & aduerſarium tuum,ſiue coram iudice,ſiue extra iudicium,ſcriptura interueniente vel nõ rata eſt & obſeruãda.ſi ergo fundũ petebas,& trãſegi vt quinq; tibi darẽ, & mihi fundi poſ.remitteres:ſi non ſtem placitis:an tibi detur actio, ex pacto trãſactionis?Rñ.ꝙ nõ.Si autẽ interceſsit ſtipulatio in trãſac.ages ex ea. ſi nõ, ages ex actione priſtina:& ſi excipiã ex pacto trãſactionis,replicabis de dolo, vel in factũ,ſi fuerit parẽs, vel patronus:& ſic conſequeris quod conuenit, ſi priſtinam velim euadere petitionẽ fundi. & ita ad aliud agit quis,& aliud cõſequitᷣ. agitur ad fundũ,ſed hoc cõſequitur. hic agẽs.ſ.vt fiat quod in pacto conuenit.Viuia.

SAnum mẽte,licet ægrũ corpore,rectè trãſigere manifeſtum [m] eſt:nec poſtulare debueras improbo deſyderio placita reſcindi,valetudinis corpis aduerſę velamẽto.S.vij.Id.Maij.CC.Conſ.

¶ Ex ſolo tranſactionis pacto,nõ datur actio: nec primitiua tollitur:qua ſi agatur,contra excipientẽ replicatio datur.h.d.Sali.uel ſic: Tranſactio cum ſcriptura, uel ſine facta apud acta, uel extrà producit exceptionẽ.actionẽ uerò nõ, ſi fuit facta nudo pacto:& reus eam non ſeruãs conueniri poteſt primitiua actione: contra quã ſi excipiat,repellitur replicatione:cuius uirtute compellitur implere conuenta:aliás ad ulteriora ꝓcedetur in cauſa, ſuper actione primitiua. h.d.Alexan.

Idẽ AA.& CC.ſapparitæ.L. XXVIII.

SIue apud acta rectoris prouinciæ,ſiue ſine actis [n],ſcriptura ĩtercedẽte,vel nõ [o],trãſactio interpoſita eſt,hãc ſeruari cõueniet [p]. Sed quoniã vt certũ [q] quid accipias,cõueniſſe te,licet ſine ſcriptura,proponis,nec huius rei cauſa ſtipulationẽ ſecutam eſſe: quãuis ex pacto [r] nõ potuit naſci actio:tñ rerum vẽdicatione pendẽte [s], ſi exceptio pacti oppoſita fuerit, doli mali, vel in factum [t] replicatione vſus, poteris ad obſequiũ placitorum aduerſarium tuum vrgere [v]. D.iij.Nõ.Iul.CC.Conſ.

¶ Tranſactio generalis generalem parit exceptionem in eo, quod tunc poterat ſub actione propoſita includi:non in eo quod includi non poterat:licet actor tranſigens includi per errorem putaret.h.d.Alex.& Bal.uel ſic: Generalis tranſactio,nõ reſcinditur prætextu ſpecierum nouiter repertarum, niſi tranſactionis tempore, apud tertium fuerint conſtitutæ. hoc dicit. Salicetus.

n ¶ Actis.] tantumdem enim valet: vt.s̃.titul. j.l. pacta.ij.

o ¶ Vel non.] tantũdẽ enim ſimiliter valet:vt.s̃. e.l.cum te tranſegiſſe.

p ¶ Conueniet.] ſi quidem nihil &c. vt.s̃. eo.l. non minorem.

q ¶ Certum.] puta. x. idem ſi incertum.

r ¶ Pacto.] ſcilicet nuda tranſactione.& intellige ad dãdũ actori:vt hîc, &.s̃.ti.j.l.cùm proponas. ij. Sed ad repetendũ reo quod dedit,ſic: vt. ff. de cõdi.cauſa da.l.iij.§.j. in prin. & de condi. inde.l. elegãter.§.pe. Sed quare non actori ſicut reo datᷣ? Reſpõ.ſecundũ B. ꝙ hæc ſpecies incidit in contractum illũ facio vt des:ex quo debet dari de dolo: vt.ff.de præſcri.ver.l.naturalis.§.ꝙ ſi faciãt. hæc autẽ.ſ.de dolo,locũ habere hîc nõ poteſt [a]: quia alia cõpetit vel cõpetijt: vt.ff.de dolo.l.j.§.ſi quis cũ.Hoc autẽ nõ valet:q̃a ſic poſſet dici [b],do vt des, cũ remittere ſit dare: vt ff.de condi. cauſa da. l. ſi mulier. Dîc [c] ergo ꝙ ea eſt ratio, quia eſt nudũ. nec enim eſt veſtitũ aliquo veſtimento, etiã rei interuentu, quod magis videbatur: quia licet remiſerim, nõ tamẽ plenè veſtiui, cùm adhuc poſſim agere:vt.ff. de cõdi. inde.l.eleganter.§.pe.ibi. Sed hîc non videtur &c. quid ergo ſi per acceptilationem liberaui?Dico idem quia ſaltẽ de facto agere poſſum:vt.j̃.e.vbi ſecundũ H. Azo contrà: vt ff.de pac.l.in traditionibus.&.s̃.de pac.l.legem.Itẽ quid ſi caueam me nõ acturum? Reſpon.videor plenè veſtiſſe:vt.ff.de condi.inſtit.l.iiij.§.fina. nõ tamẽ poſſum cogi ad cauendum niſi conuenerim hoc: vt.ff.de condi. cau.da.l.iij. in prin.licet aliâs quandoque quis cogatur ad cauendum:vt in contractibus: vt.ff.de iudi.l.in omnibus [d].& in ſeruitutibus:vt.ff.ſi ſer.vend.l.harum.& in vltimis voluntatibus fauore earum: vt. ff. de condi. & demon. l. mutianæ. Nec ob.quòd ſi ſtipulor conuentum.quòd poſsim petere:quia tunc eſt veſtitum ſtipulatione,ſiue prouiſione mea.lex enim mihi ſuum non meum denegat auxilium.Iem no.quòd hoc eſt regulare, quòd ex nuda tranſactione non datur actio.Fallit autem in duobus caſibus,vbi datur actio: vt.j̃.eod.l.ſi pro fundo.&.s̃.eo.l.cùm mota.vel dicas,quòd in legibus illis fuit à lege data, non natiua.vel in.l.cùm mota,fuit contractus innominatus do vt facias:licet præuenerit illa in faciendo.Item,quæ eſt differentia inter contractum facio vt des:& pactum tranſactionis?Reſpondeo aliud eſt factum de quo dicitur in dicto contractu,quòd ſcilicet prorſus conſummari poteſt:vt ſcribo librum manumitto ſeruum,quæ reuocari non poſſunt.& aliud de quo hîc loquitur quod non prorſus perficitur:vt.d.l.eleganter.§.pe.

s ¶ Pendente.] dicitur pẽdere prima vendicatio,propter incertum exitũ: quia incertum eſt an rem redderet,an conuentum ſeruaret.vel dic [e] pendet ex eo,ꝙ non prorſus deſinit eſſe dominus remittens,quod eſt not.Sed arg. contrà.ff.ad.l.fal.l.iij.§.j.melius facit.l.iiij.ſecundum Bar.hîc.

t ¶ Vel in factum.] contra patrem vel patronum:vt.ff.de doli excepti. apud.§.aduerſus.

v ¶ Vrgere.] nõ præciſè,ſed cauſatiuè ſi vult euadere primã petitionẽ. ſic & aliâs aliud petitur,& aliud quis conſequitur:vt.s̃.tit.j.l. ſi pacto &.j̃. de rei vxo.ac.§.j.Sed vſq; quo audietur hîc reus?Reſpon. [f] vſq; ad ſñiam:vt.j̃.eo.l.ſi

a Et bene Bar.

b Iſta ratio reprobatiua nõ valet. Sali.& Iaſ.

c Iſta eſt veriſsima opi.ſecũdũ Bar.Pau.& Iaſ.

d Contrarium tenet B.Bal.Pau.& Iaſ.quia ibi loquitᷣ de cautione quæ datur vt aliquis reddatur ſecurior: & nõ de cautione quæ habet vim implementi.Iaſ.

e Vtraque placet Sali.

f Iſtã communiter ſequũtur ſcribentes hîc.

maior. Vel[a] post diem vsque dum cõueniatur iudicati: vt. ff. de peti. hære. l. itẽ veniunt. §. idem rectè ait si noxali. Item opponitur: quia semper ex transactione datur actio. Nam aut dolo me induxisti, & datur de dolo: aut non seruas conuentionem, & ago conditione ob causam: vt dixi. s. e. l. sub prætextu. Respondeo[b] de dolo datur ex delicto, non ex pacto. Item ob causam, non ex pacto, sed vt se reponat in obligationem. hęc autem lex ex pacto denegat dari. Item ꝙ dicit dari primã, fallit[c] in accusatione: vt infrà ad Turpill. l. quamuis.

a Ista nullo modo potest esse vera. Sal.

b Istã approbat Ias.

c Et istud est odiosũ. Ia. hîc.

Idem AA. & CC. Martiæ. L. XXIX.

ij SVb[a] prætextu[b] specierum[c] post repertarũ, generali trãsactione finita[d], rescindi prohibẽt iura. Error autem circa proprietatem[e] rei, apud aliũ extra personas transigentiũ, tempore transactionis cõstitutæ, nihil potes[f] nocere. S. iiij. Calen. Octob. C C. Cons.

¶ *Allegans ad rescindendam trãsactionẽ proprium dolum, repellitur: & crimen fateri uidetur. h. d. Bal. Vel sic: Qui aliquem ad transigendum inducit, non potest petere rescindi transactionem ratione sui doli: quia turpitudinẽ suã allegat. h. d. Alexan.*

Idem AA. & CC. Antonino. L. XXX.

ij TRansactione finita, cùm ex partibus tuis magis[g] dolum intercessisse, quàm eorum contra quos preces fundis, cõfitearis: instaurari, graue, necnon criminosum tibi est. S. V. Id. Octob. Crebro C C. Cons.

¶ *Clausula generalis refertur ad specificata. Vel sic: Terminus ad quem fit relatio, restringit terminum proferentem, siue referentem. h. d. & est notabilis lex. Bal. Vel sic: Generalia uerba transactionis restringuntur ad rem & causam, de qua litigatur. hoc dicit. Alexan.*

SVb prætextu.] CASVS. cõueni te procuratorẽ meũ: pone actione mandati petitione generali proposita, hoc est vt rationem reddas administrationis 20 quã gessisti. interueniẽte posteà inter te, & me generali trãsactione, hoc est, quòd amplius de administratione tua te non cõueniã: reperitur posteà aliqua species, administrationem tuam contingens, de qua nihil fuit actum, neque cogitatum in transactione. Queritur 30 an prætextu rei posteà repertæ possim rescindere transactionem? Respõ. quòd non, nisi fortè res illa, seu species apud alium tempore transactionis fuerit constituta, quã meam esse ignoraui. Viuianus.

40 a ¶ Sub prętextu.] generalis fuit petitio, & generalis fuit transactio, & in omnibus nocet, etiã in ea specie, de qua cogitatum non fuit, nisi dolus interueniat aduersarij: vt. ff. de pact. l. tres fratres. vel aliâs sufficiens causa: vt. ff. eo. l. de re filiorum. et. l. de his. & l. non est. Sed contrarium huic. s. e. l. age. Solu. vt ibi[d]. Item contra. j. de iudic. l. ij. sed ibi fuit specialis petitio licet generalis sententia: vt j. e. l. si de certa. quod non placet: imò aliud in iudicijs, quæ restringuntur ad cogitata, cùm reddantur in inuitum: 50 vt. ff. de verbo. obli. l. inter stipulantem. §. j. & aliud in transactione quæ ex consensu fit, & ideo tollitur: vt. j. vt ac. ab hære. & contra hære. l. j. Item & quãdo est petitio specialis in transactione, & iudicio, & decisio generalis: ipso iure non nocet in transactione: nisi in specie petita: vt. j. eo. l. si de certa. Sed in iudicio sic, licet replicetur, vt potest dici per prædictam. l. ij. de iud. quod nõ placet. Item huic contra. j. si aduer. rem iudi. l. j. Sol.[e] ibi indefinitè, hîc generaliter facta fuit decisio. Vel ibi in iudicio: imò ibi iure restitutionis[f]. Et quod hîc dixi in transactione generali & petitione speciali, serua etiam in arbitrio: vt. ff. de arbi. l. si cùm dies. §. plenum. Item quære hîc quod quæsiui. ff. de pac. l. si vnus. §. illud.

d Ibi fuit facta persecutio spiritualis: hîc non Ias. Iudiciũ redditur in inuitum.

e Reprobatur per omnes scriben. hîc.

f Istam tenet Barto. Bal. & Sali.

60 b ¶ Prætextu.] Hic quondam pupillus transegit cum tutore vel curatore.

c ¶ Specierum.] Agebatur generali, vel vniuersali iudicio.

d ¶ Finita.] id est ea quæ sunt finita.

e ¶ Proprietatem.] ad differentiam personalis actionis.

f ¶ Potest.] Loquitur transigenti qui tempore transactionis putauit eam rem esse apud eum, cum quo transigebat, cùm esset apud alium: vel econtrà[g], hoc quidem ei nocet. vel dic[h], quòd erat error circa proprietatem hoc modo: hic adultus non credebat suam, eo quòd non erat inter cæteras res suas constituta apud procuratorem, sed apud alium. Sed quid si actor scie- 70 bat esse apud eum, sed non credebat suam? Adhuc dicit Pla.[i] idem, quia de ea non videtur cogitasse: vt. ff. de nego. gest. l. pomponius. in fine. & de li. le. l. non solùm. ij. §. si hæres. & l. finali. §. titia. & de except. rei iudi. l. si ex testamento. & quia super personalibus non super realibus petionibus transegit: imò puto etiam si super realibus petitionibus transegit. Alij dicunt contrà, quòd dirigit sermonem reo, scilicet quod etiam de illa re sit ei transactum: & sic concordabit cum princip. huius. l. Vel primò non credebat suam, eo quòd erat apud alium: tamen nihilominus prodest ei transactio. Accursius.

g Istæ duę lecturę sũt veræ secũdũ Bart. sed nimis violã literã secundũ Ias. Ias. hîc.

h Idẽ Bar. Pau. & alij.

i Et bene si super petitione primęua actio realis nõ intelligebatur inclusa: aliâs secus, puta quia adiectũ fuit vt reliqua restituerẽtur. Sali.

TRansactione.] CASVS. Pone induxisti me dolo, vt fundũ 80 meum (quem meliorem credebas) cum famulo tuo permutarem: tu ipse deceptus fuisti. Quæritur, si contractum rescindere velis, tanquam dolo initum, debeas audiri turpitudinem propriam allegans. & respondetur quòd non: mihi tamen bene licebit agere & facere vt stetur transactioni. ¶ Ex hac. l. no. arg. quòd positio dicitur criminosa, quodcunque contineat crimen, siue criminaliter, siue ciuiliter: & ideo non debet responderi, quando fiet aduersario. et ita inducit Bar. istum tex.

g ¶ Magis.] Electiuè[k] ponitur, & aduersa pars bene poterit eam rescindere: vt. s. ti. j. l. cùm posteà. & si velit poterit agere, vt stetur transactione: vt diximus. ff. de dolo. l. & eleganter. circa prin. Sed si ambo dolo fecerint, neuter agit: vt. ff. de dolo. l. si duo. Sic ergo nota quem non debere allegare turpitudinem suam[l]. vel sic, neminem ex suo dolo lucrari, nec alij nocere: vt. j. de pericu. & commo. rei vend. l. dolum. & j. de ser. pign. da. ma. l. si creditoribus. & s. de episc. & cleri. l. omnes. §. si. & ff. de excep. doli. l. apud. §. marcellus. & j. de euict. l. siue possessio. & 10 de reuo. dona. l. cùm profitearis. & j. de reuoc. his quæ in frau. cre. l. filios. & j. si ex fal. alleg. l. j. & ff. de regu. iur. l. nemo ex suo delicto. & ff. de ar. l. ita demum. in princip. & j. de leg. l. penul.

k Imò cõparatiuè secundũ Bal. Cæ. Sali. & Ia. hîc.

l Ad suum cõmodũ & agendo secundũ Sal. & Iason hîc tamen in foro poli bene auditur: vt. c. in dilectos. de domino.

I. idẽ AA. & CC. Proculo. L. XXXI.

SI de certa re[h] pacto trãsactionis interposito hoc cõprehensum erat, nihil amplius peti[i]: & si non additum fuerat, eo[k] nomine: de cæteris tamen quæstionibus[l] integra permanet actio. PP. iiij. Id. Octob. Byzantij. CC. Cons.

¶ *Post sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, non potest transigi: actio tamen ex ea potest nouari, & acceptilatione perimi. Salice. uel sic. Super re iudicata ualida & indubitata trãsigi non potest: sed bene potest iudicatum remitti per acceptilationem factam ex alia causa quàm transactionis: & si non esset remissum per acceptilationem, potest executioni mandari. hoc dicit. Alexan.*

Idem AA. & CC. Cyrillo.

LEX XXXII.

SI causa[m] † cognita, prolata sententia (sicut iure[n] traditum est) appellationis[o], vel in integrum restitutionis[p] solennitate suspensa non[q] est: super[r] iudicato frustra transigi[s], non est opinionis incertæ. Proinde si non Aquiliana stipulatione, & acceptilatione subsecuta competentem tibi actionem[t]

† Concor. ad hanc. l. c. de expo. sita. cũ glo. super verbo, cõpromisit. extrà de arbitris.

SI de certa re.] CASVS. Tene 20 baris mihi ad fundum: egi & transegi his verbis expressis, vt amplius nõ petã, hoc nõ adiecto, nomine fundi. subintelligitur enim, & si non apponatur nomine fundi: an per ista generalia verba mihi præiudicẽ, quãtum ad species, ad quas mihi 30 aliàs tenebaris. quęrit: & respõdetur ꝙ nõ. Viuia.

h ¶ Si de certa re.] id est de specie certa. puta fundo. Incertum tamen erat propter litẽ an possem petere: aliâs contrà ff. eo. l. j. Accursius.

i ¶ Peti.] Vnde videbatur propter generale pa- 40 ctum, in trãsactione cõprehensum, nec aliquo speciali nomine coarctatum de omni re transactum: sed non est ita: vt hîc, & j. ad velleia. l. iubemus. & ff. e. l. qui cum tutoribus. & j. de indic. l. licet. & j. si aduer. rem iudi. l. j. & ff. de arbit. l. si cum. §. plenum. & de condi. indeb. l. Stichus. §. idem quæsiuit.

k ¶ Eo nomine.] id est nomine rei de qua fiebat transactio.

l ¶ Quæstionibus.] De quibus non fuit actum nec cogitatum[m]: & potest 50 intelligi, ita vt si de eadem re experiar, si tamen ex alia causa, non obstat trãsactio, sicut nec sententia: vt. ff. de excep. rei iudi. l. cùm quæritur. arg. ff. eo. l. qui cùm. in princi. & in fi. Sed hoc puto falsum secundum H. tribus rationibus. Prima, quia vbi est generalis petitio & transactio, nocet in omnibus omnino: etiam de quibus non cogitaui: vt. s. eo. l. sub prætextu specierum. licet secus sit in iudicio j. de iudi. l. ij. Idem ergo debet esse in specie: vt in omni causa noceat, quantum ad illam rem. ff. de administr. tuto. l. si duo. in fi. licet huic rationi posset responderi esse verum, si agat ex eadem causa. Quid enim si 60 prius personali, nunc rei vendicatione agit? Secunda ratio est, quia vbi promitto non mouere litem, teneor non mouere controuersiam etiam occasione iuris futuri: vt. ff. de verborum obligatio. l. stipulatio ista. §. quæsitum. & §. sed quatenus. Tertia ratio est, in eo qui facit pactum de fundo non petendo: & posteà petit vsumfructum, quem non potest petere, nisi ex alia causa: & tamen repellitur: vt. ff. de pact. l. si vnus. §. penulti. imò ibi petitur vsusfructus causalis: & sic ex eadem causa agitur qua primò. ADDITIO. Dicit Barto. hîc quòd contra opinionem Hugo. est casus secundum. l. si ita quis promiserit. §. fina. ff. de verborum obliga. Vide. c. abbate sanè. de re iudica. libro sexto.

m Cõcor. c. ij. cũ glo. j. in medi. extrà de renun. Trãsactio gẽeralis an noceat in omnibus.

SI causa cognita.] CASVS. Petebas à me. x. obtinuisti. non appellaui intra decem dies: neque in integrum aduersus sententiam fui 70 restitutus, quia non eram minor. an super actione in factum ex re iudicata transigere possim, quæritur? & respond. quòd non, quasi super certo. vnde si eam per stipulationem Aquil. & accepti. non sustulisti: vt pars pareat iudicatis, preces prouidebit. Viuianus.

m ¶ Si causa cognita.] vt. j. de iudi. l. iudices.

n ¶ Iure.] præsentibus partibus, vel vna contumaciter absente, sententia scripta, & partibus recitata: vt. ff. de re iudi. l. de vno quoque. & l. contumacia. & j. de sen. ex breui. reci. l. ij.

Sententia quomodo profertur.

o ¶ Appellationis.] quæ est communis iuris.

p ¶ Restitutionis.] quod est speciale ius.

80 q ¶ Non est.] Neque potest suspendi: vt. ff. de condi. indebi. l. eleganter. §. primo.

r ¶ Super iudicato.] vtpotè super certo. & adde quod diximus. ff. eodẽ. l. post rem.

s ¶ Transigi.] nisi animo donandi vel nouandi: vt & illa reuocetur in dubium, vtpote super certo: tamen per pactum de non petendo potest ipsum liberare.

t ¶ Actionem.] in factum ex re iudicata: vt. j. de re. cre. l. actori.

Peremisti.

a ¶ Peremisti.] animo forte donãdi, vel nouandi: quod fieri potest: vt. j. de excep. rei iud. l. si causam. &. ff. de re iud. l. si se. §. si ex conuētione. & tūc si noua actio reuocatur in dubium, potest super ea trāsigi: vt. ff. de mino. l. minor annis. xxv. Alij dicūt, ꝗ possit fieri trāsactio per Aquilianā stipulationē, super sententia: licet non simpliciter. quod non placet: quia ex quo prohibetur trāsactio, ergo quælibet eius species. Sunt autem eius species duæ. s. simplex, & per Aquilianā stipulationem: vt. ff. eo. l. ij.

b ¶ More.] quē habes. ff. de re iudi. l. a diuo. §. j.

peremisti [a], præses prouinciæ vsitato more [b] legū rebus pridem iudicatis effectū adhibere curabit. S. viij. Cal. Nouemb. CC. Conſ.

¶ Ratione euictionis non rescinditur transactio, sed agitur præscriptis uerbis, in eo quod conuenit dari, non in eo quod conuenit retineri. Vel sic: Si datur fundus ex causa transactionis, debetur euictio: si uerò dimittitur, non debetur. h. d. Iac. But. & Bal. uel sic: Si euictus sit actori fundus, qui ex causa transactionis dari debuit, lis decisa non instauratur: sed præscriptis uerbis, uel ex stipulatu (si stipulatio intercessit) contra eum agitur. Reus uerò non agit si res: de qua lis erat, ab eo ex transactione retenta euicta sit. Alexan.

I idem AA. & CC. Euchrusio.

LEX XXXIII.

SI pro fundo [c] quem petebas, prædium [d] certis finibus liberum [e] dari [f] transactionis causa placuit, nec eo tempore minor annis vigintiquinq; fuisti: licet hoc prædium obligatū pòst, vel alienū pro parte fuerit probatum: instaurari decisam litem prohibēt iura. Ex stipulatione sanè, si placita seruari [g] secuta est: vel si non intercessit, præscriptis verbis, actione ciuili subdita, apud rectorem prouinciæ agere [h] potest. Si tamē res ipsas apud te cōstitutas [i], ob quarum quæstionem litis intercesit decisio, fiscus vel alius à te vendicauit: nihil petere potes [k]. S. v. Id. Nouēb. Melantiadæ. CC. Conſ.

¶ Licet pollicitatio de instituendo transigentem hæredem non impleatur ab eo cui transigitur uel donatur, transactio tamen, uel donatio non rescinditur. Bal. uel sic: Liberatio facta ex causa transactionis sub spe futuræ successionis, etiam promissæ seu pollicitæ, licet spes defeciat, non potest rescindi, tanquam remittens fuerit dolo inductus: nec ex eo quòd causa propter quam facta est, non sit secuta: nec etiam potest agi ex pollicitatione, seu promissione: quia non ualet tanquam contra bonos mores. hoc dicit in effectu. Alexan.

SI pro fundo.] C A S V S. Petebam à te fundū Titianū: trāsegi, & cōueni vt dares fundū Seianū liberū, neq; alienū, vt pro parte, vel toto à lite recederē: 20 recessi. fundus euictus est, vel alij erat obligat⁹: volo rescindere trāsactionē. nunqd possum, quæritur? & rñ. ꝙ non: sed si intercesit stipulatio, agā pro euictiōe ex ea. si nō, agam præscriptis verbis ad interesse. Si autē fundus Titianus quē petebā 30 fuerit à te euictus, vel à fisco, vel ab alio: nō ideo euictionis actionem habes: & tibi imputare debes quod eum non restituisti cùm tradere potuisti. Viuianus.

c ¶ Si pro fundo.] Titiano.

d ¶ Prædium.] Seianū.

40 e ¶ Liberum.] Et nō obligatū, vel alienum in totum, vel pro parte: ideoq; iustū titulū in eo dedit tibi: tu aūt ei nullū, cùm nihil ei tradidisti.

f ¶ Dari.] i. accipientis fieri: vt. ff. de verb. obli. l. vbi autē. §. fi. si ergo euincitur, apparet non fuisse 50 factum accipientis.

g ¶ Seruari.] id est causa seruandi.

h ¶ Agere.] sic & in cōtractu permutatiōis nō agit⁹ prius, sed re tradita euicta. sic &. ff. de re. permu. l. j. §. j. & sic nō est cōtra: vt. s. l. siue apud. vel solue vt ibi. Item facit. ff. 60 de sol. l. q. sibi aut titio.

Apostrophe.

i ¶ Constitutas.] Apostrophe. i. mutatio personarū est. Vel dic eidem quæréti de plurib⁹ quæstionibus, respondet imperator.

k ¶ Potest.] vt &. ff. de rei ven. l. at ex diuerso. §. petitor. & de condi. fur. l. si seruus. §. cauere. Sed contra. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. si donate. Sol. ibi conuentus habuit causam 70 ab actore: vt ibi dixi. Accursius.

CVm donationis.] C A S V S. Tutelam fratris tui gessisti, & in c. ex mala administratione tenebaris. Idem pubes factus, petiit à te illa c. & transegi, vel animo donandi remisit, quia pollicitus es quòd illum hæredem faceres. & alios hæredes posteà instituisti. vult venire contra transactionem, quasi dolo esset inductus. an posit, quæritur? Et respon. quòd non: quia non videtur volens dolum passus: nec ex pollicitatione tua adstringebaris, cùm esset contra bonos mores, quasi de futura successione: neque valet etiam si stipulatio esset interposita. Vel sic forma quæstionem, an ipse posset agere de dolo, vt adimpleatur quod promisisti? Re- 80 spon. quòd non obligatus es ad relinquendum alicui hæreditatem tuam. Viuianus.

l ¶ Dolus.] Not. dolus & c. vt. j. de rescinden. venditio. venditor. &. ff. de regu. iur. l. nemo videtur. &. ff. de act. emp. l. j. in fi. Item nota scire se ius habere, vel sibi deberi, transactioni non nocere: sic econtra: nisi esset in insistente, id est in actore: vt. ff. de condi. indeb. l. in summa. §. j.

m ¶ Adstringitur.] cùm sit contra bonos mores. & idem si interuenisset stipulatio: vt. ff. de verborum obligatio. l. stipulatio hoc modo. imputatur ergo ei qui tali pollicitationi credidit. Et nota hîc tres casus. nam aut qui remisit, nihil de hæreditate dixit, sed in corde retinuit, & tunc valet pactum, siue ille cui transigebatur, eam pollicebatur, vt hîc: siue nil dicebat, vt supra eodem. l. si maiores. Aut dixit quidem, sed in forma conditionis: vt puta: remitto tibi si me feceris hæredem. & tunc nulla est remissio secundum B. sicut & stipulatio sub impossibili conditione facta non valet: vt institu. de 10 inutili stipulatio. §. impossibilis. Nam turpia deiure dicuntur impossibilia: vt. ff. de conditio. institut. l. filius. & l. conditiones. Sed Pla. dixit pendere remissionem in euentum conditionis. nec est enim turpis, cùm non captetur 20 mors alicuius: sed tantùm ex testamento se speret hæredem. Si[a] verò remittat, & dicat, Ideo hoc facio vt me facias hæredem. & sic etiam vterque consentiat, dico quòd non possit petere debitum: quia in pari causa potior est 30 conditio posidentis: vt infra de conditio. ob turpem causam. l. secunda. Accursius.

I idem AA. & CC. Cyrillo & Ptolemaidi.

LEX XXXIIII.

CVm donationis [†], seu transactionis causa administratæ tutelæ, debiti scientes vos obligatione fratri vestro remisisse proponatis, nec vnquam volenti dolus [l] inferat: frustra de dolo queri mini: nec ad implendum promissum hæreditatis propriæ pollicitatione quisquam adstringitur [m]. PP. vj. Id. Nouemb. CC. Conſ.

† In vetustis exem. hæc. l. cum donatiōis præcedit. l. si ꝓ fundo. Turpia de iure dicuntur imposſibilia.

a Ista glo. est singularis secundū Ang. in. §. si imposſibilis. institu. de inuti. stipul. & secū dū Ia. hîc

¶ Præsentia amicorum inducit præsumptionē quòd non interuenit metus. Bal. uel sic: In trāsactione non præsumitur metus, nisi probetur. Et si qua suspicio foret, interuentus amicorum illam tollit: hoc dicit. Sali.

I idem AA. & CC. Hammoni.

LEX XXXV.

TRansactionē [n] quæ dominij trāslatiōe, vel actione [ǂ] peracta [†] seu perempta finē accepit: cū ea amicis [†] etiā interueniētibus [o] reuera ostēditur processisse, met⁹ velamēto rescindi postulātis ꝓfessio detegit improbitatem [p]. S. ix. Cal. Decē. Nicomediæ. CC. Cōſ.

ǂ Pacta. † Aliàs, parata.

† Iste textus est singularis secundū Bar. Pau. & Ia. hîc in ca su suo: ex quo not. ꝙ præsentia amicorū, facit cessare præsumptionē metus.

TRansactionē.] C A S V S. Petebam à te decem interuenientibus amicis, tecum transegi, & conuenisti de aliquo mihi 40 dando nomine transactionis, vel promisisti. vis vt rescindatur transactio, quasi per metum extorta. quæritur an sis audiendus? Et respond. quòd non: sed improbitas tua detegitur: quia nō est verisimile te metum passum in transi- 50 gendo, cùm omnes amici tui interuenerunt. similem præsumptionē habes. ff. quod metus causa. l. non est verisimile. Viuianus.

n ¶ Transactionem.] Construe literam, & dic, cùm tibi transigebam, vel quid mihi de- 60 disti, vel promisisti, vel aliquam actionem quam contra me habes, remisisti.

o ¶ Interuenientibus.] per quod tollitur cogitatio metus: vt &. j. de iis qui per me. iudi. non appel. l. prima.

¶ Licet reo sit præfixus terminus in transactione, tamen nihilominus poterit offerre post terminum. h. d. notabiliter secundum Bald. uel sic: Etiam post terminum reus offerēdo promissa, implet transactionem: & sibi parat efficacem exceptionem contra actorem uolentem agere pristina actione. h. d. secundum primum intellectum gloss. & licet sit in se uerus, tamen uiolat tex. in uerbo, nec offerant. Vel sic secundum alium intellectū gloss. Pristina actio intentari non potest, priusquam sit lapsus terminus in transactione præfixus. h. d. & iste tex. est indubitabilis. Vel sic secundum intellectū Marsi. & Bu. In contractu transactionis, tanquam stricti iuris non uenitt usure à tepore moræ. h. d. Alex.

I idem AA. & CC. Archillæ.

LEX XXXVI.

SI maior annis vigintiquinque transegisti: quamuis dari tibi [q] placita repræsentata necdum probentur, nec offerant [r] ij

p ¶ Improbitatem.] Nisi apertissimis probet argumentis: vt. ff. quod metus cau. l. non est verisimile. in prin. Accursius.

70 SI maior.] C A S V S. Petebam à te fundū: cōueni vt dares mihi decem intra certum diem: & à lite recederem. recessi. si statuto tempore non fecisti quod promisisti, non propter hoc rescindetur transactio. & suppletur in litera: nec offerant, scilicet statuto tempore, sed post. alioquin si nullo modo vellet offerre, ageres actione pristina: vt. s. eod. cùm proponas. cum suis concordan. Vel sic: Reus cōuenit se daturum decem nomine transactionis, vsque ad certum diem. dicit se non teneri stare pacto cùm ex eo, interim nihil commodi sentire posit: sed sibi obstabit exceptio trāsactionis. Et quod dicit repræsentata. id est ante diem solutionis oblata: vt insti. de lega. §. si quis 80 debitori. Vel dic, quòd loquitur in re promissa cui tacitè inest dilatio: puta partu, vel fructibus nondum maturis.

q ¶ Dari tibi.] subaudi vsque ad certum tempus vel diem.

r ¶ Nec offerant.] scilicet termino statuto: offerunt tamen posteà in lite. secus autem si nec in lite offerunt: quia non est fides & c. vt & supra eodem. l. cùm proponas. & l. siue apud. & supra titu. primo. l. cùm proponas. ij. Sic & dicimus. infra de rescinden. vendi. l. ij. In duobus casibus fallit vbi in plus exigitur: vt infra de inofficioso testamento. si quis suo. in principio. & de fi-

deicom.lib.l.fi.in fi.Vel aliter intellige legē,ne videatur laicis quędā iniquitas,ꝙ reus cōuenit se daturū decē,ex causa trāsactionis vsq; ad diē : sed actor ante diem illā decē petebat. cùm enim nil cōmodi interim habeat ex pacto, credebat se non teneri stare ei:& hoc innuit in eo quod dicit,repręsentata. sci licet ante diem:vt insti.de leg.§.si quis debitori.sed hoc non potest dicere.

a ¶ Amplius.] nisi prę dicta decem.

¶ Procurator per litis contestationem efficitur dominus litis: nec potest sine causa remoueri. h.d. Bal. vel sic: Lite cum procuratore contestata, dominus non potest litem in se transferre sine causa. h.d. Sali.

Idẽ A. ad Bassum præ. vrbi. LEX XXII.

PRocuratoribus institutis, & post contestatam [c] litem dominis effectis [d]: hi qui mandauerant, non habeant facultatem negotia persequendi [e], nisi capitales inimicitiæ, vel morbº, vel alia necessaria [f] causa intercesserit: [g] tunc [h] enim etiã [i] inuitis his trãsferri lis potest. Da. xiij. Cal. Iul. Constantino A. & Licinio Cæs. v. vtrisque Cons.

¶ Mandatum procuratoris effecti domini litis non reuocatur absentia, vel morte mãdantis & loco suo aliũ potest instituere. h.d. Bal. Vel sic: si lite cum procuratore contestata, moriatur dominus nõ propterea finitur instantia, nec procuratoris mandatum. h.d. Sali. & Alexan.

Imperator Iulianus A. Secundo præfecto prætorio. LEX XXIII.

NVlla † dubitatio est post cãm ĩ iudicio agitatã, vt pote dominũ litis [k] procuratorẽ effectũ, etiam post excessum [l] eius, qui agendã, vel defendendam litem mãdauerat, posse inchoatam causam iurgiumque finire: quippe cùm, & procuratorem posse eũ [m] instituere, veteris iuris voluerint conditores [n]. Lect. ij. Nõ. Februar. Iuliano A. iiij. & Salustio Cons.

¶ Exceptio falsi procuratoris reddit iudicium retro nullum: ideo potest quandocunque opponi. Alexand.

Impera. Grat. Valent. & Theod. AAA. Pancratio præfec. vrb. LEX XXIIII.

LIcet in principio quæstionis, persona debeat inquiri [o] procuratoris, an ad agẽdum negotiũ mandatũ à domino litis habeat [p]: si tamen falsus procurator inueniatur [q], nec dici controuersiæ solent [r], nec potest esse iudiciũ. D. ij. Calen. April. Constantinop. Antonio, & Syagrio † Cons.

¶ Personæ hìc enumeratæ, non possunt per se litigare, sed per procuratorem. & si contra fecerint, sententia pro eis lata non habet effectũ: & iudex qui eas admisit, pœnam hìc statutam patitur: & hoc hodie restrictum est usque ad personas illustres inclusiuè. hoc dicit. cum authentica hìc posita. Alexan.

Imperatores Valent. et Theod. & Arcad. AAA. Tatiano præfec. præto. LEX XXV.

QVicunque pretorianæ, [s] vel † vrbanę prefecturę sublime fastigium [t], vel magisteriũ [v] militare, vel consistorianæ comitiuæ [x] insignia † meruerit dignitatem, vel proconsulare [y] ius dixerit [z], aut vicarij [a] fuerit administratione suffultus: si quod ab eo vel infertur iurgium [b]: vel refertur, procuratoris personam in negotij sui iura substituat †. ¶ Quòd si quis sanctionis huius statuta transgressus, iudicijs † sese iurgaturus ingesserit: careat eius litis sorte, cuius non per procuratorem expectauit euentum. iudex nihilominº qui cõtrà fecerit [c], nouerit à se viginti [d] libras auri, ab Officio.

a ¶ Cogantur.] vt. j. de recep. arbit. l. sancimus. & . j. de ijs qui ve. æta. impe. l. secunda. §. j.

b ¶ Præscripserit] id est ante oculos scripserit, vel etiã sine scriptura dixerit [a]. Et sic no. seruãdos fines mãdati: vt & . ff. de iureiu. l. si itaq;. & . ff. de pa. l. sed si tãtũ. & . s. de trãsa. l. trãsactionis. & . s. eo. l. si ꝓcurator. & . ff. de arbi. l. nõ distinguemus. §. de officio. & insti. mã. §. is. q. Sed ar. cõtrà. [b] ff. eo. l. ad rem mobilẽ. & . l. ad legatũ. Itẽ 10 not. q qđ in vno permittitur, in alijs ꝓhibetur. sic & ff. de fund. instru. l. q̃situ. §. pe. & . l. cũ de lanionis. §. cui fundũ. & de vsur. l. iij. §. cũ pollidius. & . j. de pa. cõuẽ. l. fi. & . ff. de vul. substit. l. si ita qs. & . j. de p̃di. cur. l. fin. ibi, vt ex hoc &c. lib. x. & . ff. de auro & 20 argẽ. lega. l. j. & . ff. de iu. l. cũ prætor. in prin. & de mi. l. & si fine. §. sed quod Papinianus. Sed ar. cõtra ff. de fundo instruct. l. q̃situ. §. fi. [c] Itẽ nota maritũ esse de ꝑsonis, q̃ sine mãdato admittũtur. sunt & aliæ multæ: vt dixi. ff. eo. l. sed & hæ. in prin.

30 PRocuratoribus.] CASVS. Ad agendũ procuratorẽ instituisti. lis est cõtest. an eo inuito lit. cõtesta. in te possis trãsferre iudiciũ? Rñ. q non: nisi morbus vel inimicitia capitalis intercessit, vel alia cã legitima: quo casu etiã 40 eo inuito inte erit lis transferenda.

c ¶ Contestatã litẽ.] antè verò, & sine causæ cognitione pôt: vt. ff. eo. l. ante litẽ cõtestatã, & . j. mand. l. si pater. ADDITIO vide. c. quãuis procurator. eo. ti. lib. vj.

50 d ¶ Effectis.] hoc expone vt. j. l. proxi.

e ¶ Persequandi.] & sic per cõsequẽs à procuratione eos remouere.

f ¶ Necessaria.] q̃ multæ sunt: vt. ff. eo. l. filiusfa. §. fi. & . l. se. vsque ad. l. sed etiam. & . l. post litẽ. vsque ad. l. quæ omnia. §. j.

60 g ¶ Intercesserit.] s. inter procuratorem & dominũ litis. tunc enim inuitis his transferri lis potest.

h ¶ Tunc enim.] s. quando sunt inimici capitales; vel alia iusta causa.

i ¶ Etiam.] q d. non solũ procuratoribus volentibus transfertur in dominum, sed etiam eis inuitis. Accursius.

NVlla.] CASVS. Procuratorem ad agendũ, vel defendendũ instituisti lite cõtestatata decessisti: vel te ex iusta cã absentasti. an nõ eo minus q decessisti, vel absentasti te posset procedere procurator? & respon. q 70 sic, cùm per litis contest. litis. i. instantiæ iudicialis (non intellige rei petitæ in iudicio) dominus efficiatur, etiam procuratorẽ instituere potest quod non posset, nisi dominus per lit. contest. fuisset. dic, quòd est dominus, quia potest testes quosdam reprobare, & quosdam approbare & admittere: & instare vt iudex in causa procedat, ac si dominus fuisset litis.

k ¶ Dominum litis.] i. instantiæ litis. Et sic non. q per cõtestationem fit dominus: vt. hîc, & . s. l. proxi. & . ff. de ap. l. ab executore. §. fi. de excep. do. l. si ꝓcurtaor agit. §. j.

l ¶ Post excessum.] id est recessnm. Vel dic. i. mortem: vt. ff. de iurisdic. om. iud. l. & quia. in fi. Accursius.

80 m ¶ Eum.] s. procuratorem per contestatam litem dominum factum.

n ¶ Conditores.] vt. ff. eo. l. in causæ. in fi. & . s. eo. l. neque. in fi. & . l. qđ quis.

LIcet.] CASVS. Tenebatur Titius mihi in. x. tu dicens te procuratorẽ meũ, cũ non eras, ea petijsti, & obtinuisti. lata sententia vult tibi Titius opponere exceptionem falsi procura. Respon. quòd licet talis exceptio falsi procur. in initio litis, vel antè esset proponenda ad exemplum dilatoriarum exceptio. vt in aut. de litigio. tamen quandoque siue lis contestetur, siue nõ præponi & probari potest ab aduersario: qua probata licet lata fuisset sententia, fingitur retro iudicium nullum fuisse, id est neque cõtestatio, neq; partium cõfessio, neque testium productio, neque controuersia, scilicet repetita. tenet tamen iudicium vtrum fuerit procurator vel non.

o ¶ Inquiri.] ex natura dilatoriarum exceptionũ: vt. j. de proba. l. exceptionem. Est enim hæc dilatoria: vt insti. de excep. §. fi.

p ¶ Habeat.] sic cogatur mandatum ostendere, vel de rato satisdare: vt. s. eo. l. j.

10 q ¶ Inueniatur.] quod asserẽdo permittitur aduersario probare quãdocunq; velit: vt. ff. e. l. in causæ. §. j. & de iu. l. non idcirco. §. fin. Item not. [d] hîc speciale in hac dilatatoria, vt opponatur post litem contestatã. sic & in qualibet alia dilato 20 ria, per quam cõtẽditur retro nullum fuisse iudicium, vt non sui iudicis. Vel melius [e] in hmôi exceptione falsi dicas, q à principio videtur opponi: quia ipso iure nil est actum: vt. j. si à nõ cõpe. iud. l. j. Alij dicũt q si dicam, nõ es procurator, q 30 est peremptoria. Si autẽ dicas, nõ potes esse, quia miles: hæc est dilatoria: quod nõ placet [f]. Alij vt H. dicunt, aut scio falsum procuratorem: aut credo verũ: aut ambigo. si scio, repello [g]. si credo verũ, quocũq; tempore iudicij probẽ non esse verũ, re- 40 pellor falsum asserendo: vt hîc. Sed si ambigo, in principio hoc debeo dicere: vt in princi. huius l. Alij [h] dicũt quòd hîc ab initio fuit proposita, sed adiecit, audiamº quid dicere velit.

r ¶ Solent.] de re principali. est tamẽ iudicium 50 de persona, vtrũ sit ꝓcurator, vel non, & sic vtrũ sit procedẽdum vel nõ: vt. ff. de iudic. l. si quis. j. hinc est q & si solutum fuerit tali falso procuratori, qui scilicet nũquam habuit mandatũ, vel habuit sed fuit reuocatum, potest repeti, nisi per sen 60 tentiam soluatur: vt. ff. fa. ercis. l. cùm putarẽ. & ff. mã. l. si fideiussor. j. §. in oĩbº. & . ff. de do. inter vi. et vxo. l. si spõsus. §. si vxor. magistñ puto [i], q possit repetere ꝑ iudicẽ, vel sñiam solutũ: vt. ff. rẽ ra. ha. l. si fine. §. q si ꝓcurator. & . §. q si debitã. et de do. inter vi. et vxo. l. si spõsus. §. si vxor. Itẽ nullũ est iudiciũ, vt hic dicit, in p̃iudiciũ dñi, nisi hẽat ratũ: vt. ff. de iud. l. licet. et. j. de ne. ge. l. si pecuniã. qđ etiã appellãdo ratũ habere videt: vt. ff. rẽ ra. ha. l. iij. §. fi. sed in suũ p̃iudiciũ & fideiussorũ, quos ꝓcurator de rato hñdo dedit, valet iudiciũ.

QVicunque.] CASVS. Tres habet partes. In prima dicit, q 70 in dignitate cõstitutº, siue fuerit p̃tor, siue p̃fectº, siue magister militũ, siue ꝓcõsul, siue vicariº principis, et litẽ inferre, vel suscipe putauerit: hoc ꝑ ꝓcuratorẽ faciat. alioqn si ꝑ se duxerit litigandũ, cadat à ca. et hoc in prima parte et secũda. Iudex aũt vnà cũ officiali suo q hoc passus est, in. xx. libris auri mulctet. & hoc in tertia. qđ aũt hac. l. dicit, restringit ad illustres inclusiuè, et descensiuè. in illustribus enim et superillustribus habet locum hæc lex.

s ¶ Prætorianæ.] quia sit prætor. Vel dic præfectus prætorio.

t ¶ Fastigium.] id est altitudinem, vt quia sit præfectus vrbis.

v ¶ Magisterium.] quia magister militum.

x ¶ Comitiuæ.] quia sit comes consistorij, siue palatij principis.

80 y ¶ Proconsulare.] quia sit proconsul.

z ¶ Dixerit.] aliâs dixit.

a ¶ Vicarij.] scilicet quia sit vicarius principis.

b ¶ Iurgium.] ciuile. nã criminale nõ instituitur per ꝓcuratorem: vt. j. de accu. l. tunc conuenit. et. ff. de publi. iudi. l. pe. §. j. et in aut. vt ab illustribus. §. j. col. v. nisi in crimine iniuriarum: vt. j. de iniur. l. si.

c ¶ Contra fecerit.] id est admiserit talem personam ad iurgandum.

d ¶ Viginti libras.] publico inferendas.

a Sequitur eam Bart. & Sali.

† Iste text. est sing. secundũ Bar. hîc in casu suo, intelligendo tamẽ secũdũ intellectum gloss.

b Dic q qui habet mandatum ad vnũ censetur habere ad aliud sine quo illud explicari nõ potest vt in legibº contrarijs: non tamen videtur habere mãdatũ ad aliud penitus diuersum, & disparatum vt hîc Bart. Sali. & P.

c Dic q ibi exprimitur genus & species: hîc verò exprimitur species tãtùm. Barto.

† Concor. gl. vlti. in. c. ex parte de cani. in me. extrà de rescrip.

d Ista est vera sol. la. post docto. adde gl. fi. in. c. in nostra. extrà eo. titu.

e Ista non est noua solu. sed est ratio præcedentis solutionis se. cũdũ la. & alios hic.

† Euchario.

f Et bene la. q a vtraque est dilatoria: vt l. ij. §. fi. ff. de excep. Bar. & Sal.

† Vrbicariæ.

g Quasi dicat q post lit. contest. non possit ipsum repellere. Sali. quod tamẽ est falsum Bar. Sali. P. Alexan. & Areti.

h Reprobatur Bart.

† Comitiue insignibus meruerit dignitates, vel pro &c.

† Concor. glo. ij. circa fi. in ca. pastoralis. extrà de iudi.

† Aliâs, iudicij sese iurgijs ingesserit.

i Hæc est vera Bar. & docto. hîc.

a ¶ Officio.] id est officialibus.

b ¶ Hoc ius.] vt non licet ei agere per se, sed per procuratorem.

c ¶ Vsque.] & extensiuè & inclusiuè [a]. sic ergo illustres & super illustres hoc seruabũt. & est rõ: quia ratiõe dignitatis debẽt sedere cũ iudice: sed si allegarẽt, stare deberẽt: & sic vnũ absurdũ inde sequereẽ: vt in corpore huius authẽ. vt ab illustrib' §.j.

d ¶ Cæteri.] Clarissimi ac speciales.

10 e ¶ Cõmune ius.] vt in criminibus ex q̃bus imponitur pœna vsq; ad relegationẽ, nõ possit institui ꝓcurator, nisi in cã iniuriarũ: vt.j. de iniur. l. fi. in inferioribus sic & in pecuniarijs causis: vt dixi.s. eo. l. cum rem.

officio [a] quoque suo tantundem ponderis exigẽdũ. Dat. xviij. Cal. Octob. Arcadio. A. ij. & Rufino Cons.

In authen. vt ab illustribus §.j. colla. v. constitu. xviij.

Hoc ius [b] stabit vsq; [c] ad illustres solos. cæteri [d] enim cõmune [e] ius amplectuntur.

In pecuniariis.] 20 CASVS Si in pecuniaria cã iudex vt ad iudicium venias te citare fecit, neque tibi nũci' dixerit vt venias, vel procuratorem mittas: cũ electionẽ habeas veniendi, vel mittendi: si nõ venias sed mittas: an videaris iudicis ꝓcepto paruisse, q̃ritur: & rñ. q sic. electionẽ enim habes ex hac l. nisi in casib'. vnus est cũ melius scias veritatẽ quã procurator, vel tua persona legalior est, ita q tibi credi debet: quo casu in propria persona venire debes. vel si talis sit cã, q̃ per ꝓcuratorẽ expediri 40 nõ possit: vt est popularis. ff. eo. l. licet in princ. & est qđ seqtur nisi &c. vt si nõ idoneũ procuratorẽ misisti, vult iudex vt iustiorẽ instituas. ¶ Ex ista l. no. q in omni citatione simpliciter facta. intelligiẽ alternatio, vt q' per se cõ pareat, vel ꝓcuratorẽ mit 50 tat. facit. l. j. in. §. vsus. ff. eo. c. fi. de dila. in. c. dilecti et. c. pe. de iu. calũ. Ia. hîc.

¶ *Citatus in causis pecuniarijs, potest per procuratorẽ cõparere, licet hoc in citatorio non cõtineatur: nisi fuerit citatus, ut personaliter compareat: quod facere potest iudex iusta ex causa: non aliter. h. d. Alex.*

Imper. Arcad. Honor. & Theod. AAA. Anthemio præf. præ. LEX XXVI.

In pecuniariis [f] cõtrouersijs, & si specialiter hoc ꝓcepti, vel sententiæ [g] minimè designat authoritas: passim [h] vnicuiq; (si tamẽ ita maluerit [i]) per ꝓcuratorẽ respõdendi tribuimus facultatem [k]: nisi fortè [l] quosdã iustiores [m] nõnũquàm [n] ob causas vehementiores [o] maximi [p] iudicis vocabit authoritas.

TITVLVS XIIII.

Ne liceat potentioribus, patrocinium litigantibus præstare, vel actiones in se transferre.

¶ *Recipiens patrocinium potentioris, ad terrorem aduersarij debet puniri in iactura causæ. Et patrocinium præstans, venit puniendus arbitrio rectoris prouinciæ qui in prædictis est iudex, etiam contra potẽtiores magistratus, quãuis tales iurisdictioni rectoris prouinciæ regulariter non subessent. h. d. Alex.*

f ¶ In pecuniariis] quare hoc dicat, dixi. s. eo. l. ij.

g ¶ Sententiæ.] s. cõuẽtionalis [b], ac si dicat, licet ꝓceptũ, vel sententia, qua qs ad iudiciũ vocaẽ, minimè designet, vt vocat' habeat hãc electionẽ. s. vt veniat, vel ꝓcuratorẽ mittat, habet tñ ex hac lege.

60 h ¶ Passim.] id est indistinctè.

i ¶ Maluerit.] nam inuitus non cogitur

k ¶ Facultatem.] vt. ff. de iniur. l. sed si vni'. §. idẽ Iulian. et. ff. famil. ercis. l. planè. et insti. de his p quos agere pos. §. fi. et. ff. de arbi. l. nõ distinguem'. §. q̃si tũ. ver. sed si dñi. & .s. de ijs. q ad eccle. cõsu. l. fi. §. cùm autem. sed hodie [c] prius iurat de calumnia, quã constituat procuratorem: vt.j. de iura. calũ. l. ij. §. fin autem absfuerit. Vel aliter dic vt ibidem dixi.

l ¶ Forte.] põt quilibet et per se litigare si vult nisi &c.

m ¶ Iustiores.] s. ꝓcuratores: vt.s. proxi. l. et sic respicit quod dixit.s. si tñ ita maluerit: quia ibi innuit q possit per se si vult. et aliud ponitur hæc exceptio, 70 nisi &c. Vel [d] dic ipsos dominos litis quando non possunt per procuratores agere, quod q̃nque euenit: vt. ff. eo. licet. in princi. et.j. de ijs qui ve. æta. impe. l. ij. Vel tertio, [e] quia dñs melius scit veritatem, quã procurator. vel est verior et legalior persona dñi, et non ita rixosa.

n ¶ Nonnunquam] et aliquãdo ob causas aliquas iustior est vnus, quàm alius. vel ad causas ad quas vocantur, erit vnus iustior, quã alius.

o ¶ Vehementiores.] i. expeditiores. nam non est sic rixosus.

p ¶ Maximi iudicis] maximũ vocat quẽcunque audiẽtẽ causam. respectu enim partium saltem est magnus. ADDITIO Vide cap. ij. extrà. e. in anti. iuncto. c. j. eo. tit. lib. vj.

80 ¶ NE LICEAT POTENTIORIBVS *&c.* ¶ *Dixit de licita procuratione, & eius occasione: sequitur hîc & sequẽtibus titulis de illicita. Nã omnia mala exempla sunt orta de bonis rebus: vt ait Salustius.*

Diuine] CASVS. Tres habet partes. in prima recitat Imperator constitutionem diui Claudij, qua cauetur, vt si aliquis causam habens cum aliquo suffragium potentiorum, ratione officij implorauerit, quo magis aduersarius vel ad transactionẽ veniat, vel cedat in amissione causæ puniatur. et lis suo tramite æqualiter decurrat: & hoc in prima. Assumens seuera sentẽtia puniatur. quæ autem sit pœna, hîc non aperit: & dicitur seuera in faciendo: non in patiendo: quia patiens ea dignus est. & hoc in secunda. quia autem omnim interest, & maximè pauperũ, à potentioribus non grauari: duo præsidi committuntur per dictam cõsti. scilicet vindicta, si nõ fuerit obseruatum, quod in cõstitutione dicitur: & cognitio pœnæ. s. iactura causę: hoc est rei inductę in causam debitore hoc petente, & querelã deponẽte. 10 neq; timeat præses q potentioribus præiudicet. s. in dignitate: cùm quantũ ad hoc superior sit. ¶ Ex isto textu not. secũdũ Ia. q assumẽs patrocinium potentioris punitur in amissione causæ. Similiter comitatenses, qui faciunt ciuem emere ali- 20 quam rẽ pro eis, vt sub titulo ciuis nõ subsit oneribus eis impositis: puniũtur amissione talis rei emptę, quæ debet publicari. ita not. Bart. in. l. j. C. de naui. nõ excus. lib. xj.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. Aristobolo salutem. LEX I.

Diuinè admodũ [q] constituit [r] diuus Claudius, cõsultissimus princeps, parens noster, vt iactura [s] causæ afficerentur [t] ij, qui sibi potentiorum [v] patrocinium aduocassent [x]: vt hoc proposito [y] metu, iudiciariæ lites potius suo marte [z] decurrerent, quàm potentiorum domorum opibus [a] niterentur. Quem [b] palàm est intantum prouincialium quæstionibus esse commotum, vt huius [c] sanctionis rectores prouinciarũ custodes [d], & contemptæ huius rei vindices fecerit [e]: scilicet vt in actores [f] seu procuratores, in subsidia [g] negotiorum, vel vsurpatos [h] gratia, vel redemptos [i], seuera [k] sententia vindicarent. ¶ Quare [l] cùm intersit in vniuersum omniũ, & præcipuè tenuiorum [m], qui sæpe importunis potẽtium intercessionibus opprimuntur: inter litigatores [n] audiẽtiam tuam impertiri debebis. Nec metuas, [o] † ne prçiudices [p] clarissimis viris: cùm diuus Claudius huius rei rectorem prouinciæ disceptatorẽ, & si res postularet, vltorem

q ¶ Admodũ.] i. valde.

r ¶ Constituit.] et ideo de nouo constituendum 30 non est.

s ¶ Iactura.] i. amissiõe.

t ¶ Afficerentur [f].] an ipso iure? q̃dã sic. Tu dic per sententiã. nã dicit afficerentur, & non sunt affecti: vt.j. l. proxi. Itẽ quia hîc cõmittit statim duo, scilicet vindictam, & cognitionẽ huius pœnæ. s. 40 iacturæ debiti, si appareat id cõmissum. & hoc implorante debitore, & querelã exponente. Acc.

v ¶ Potentiore.] nõ loquitur de quolibet potentiore: sed de eo qui ratione officij est potentior: & qui minacem potest feruorẽ ostẽdere: vt.j. quod 50 metus cã. l. si per impressionẽ. & si quacũq; præ. po. l. j. & .j. si rector prouincię, vel ad eũ per. l. j. & patet hîc, & .j. e. l. §. fi. vbi dicit, ne præiudices &c. & sic differt hîc ti. ab eo, de alie. iud. mu. cã fac. q̃a ibi de potẽte alia rõne tractat: vt. ff. de alie. iud. l. iij. & . ff. si ex noxa. cau. l. j. §. si desinat. Opponiẽ.s. de aduo. di. iud. l. ij. sed ibi ĩ minori: hîc ĩ maiori officiali.

60 x ¶ Aduocassent.] videtur ergo, q ex hoc solò, quòd paciscuntur de patrocinio, licet non fuerit præstitum, puniantur. Vel fortè de æquitate, tunc non puniuntur: vt. ff. de in ius voc. l. quamuis.

y ¶ Proposito.] i. ꝓcul posito. Vel dic ecõtrà. i. ãteposito. s. de amissiõe cãę.

z ¶ Marte.] id est æqualiter: vel id est suo ordine.

a ¶ Opibus.] id est suffragiis: & quod dicit domorum, id est illis de domibus. vt. ff. si certum peta. l. lecta. in prin.

b ¶ Quem.] scilicet diuum Claudium.

c ¶ Huius sanctionis.] qua prohibentur potentes patrocinari.

d ¶ Custodes.] quo ad amissionem causæ: sed iudices quo ad pœnam im- 70 ponendam potenti.

e ¶ Fecerit.] diuus Claudius.

f ¶ In actores.] i. aduocatos, quos vocat actores, quia causam agunt. Sed cõtrà.j. de suffra. l. j. Sed non potest assumi in terrorem: vt hîc, potest tamen ad ius conseruandum. Vel ibi non erat potentior.

g ¶ In subsidia.] id est auxilia.

h ¶ Vsurpatos.] id est malè quæsitos.

i ¶ Redemptos.] scilicet pretio.

k ¶ Seuera.] id est capitali. secundum B. & dicitur seuera in faciendo. vel verius secundum Azo. pro motu iudicis.

80 l ¶ Quare cũ intersit] q̃a diu' Claudi' &c. & est locus ab authoritate.

m ¶ Tenuiorum.] fauetur debilibus: vt hîc, & .j. quando impera. inter pupil. & vid. l. j. & in aut. de mand. prin. §. si tibi. col. iij.

n ¶ Litigatores.] hoc ipm querẽtes. cõquerũẽ enim reus de tali ꝓcuratore.

o ¶ Metuas.] loquitur præsidi.

p ¶ Præiudices.] præiudicat enim. nam aliâs clarissimi, & illustres non cõueniuntur sub præside: vt.j. vbi se. vel cla. l. iij. quæ incipit, quoties. & .s. de offi. rect. ꝓuin. l. ij. sed ratione delicti hoc fit: vt.j. vbi se. vel cla. l. j. & est optimũ

Marginal notes:

a Gl. Istã sequuntur Sal & Alex. & de dictio ne vsque vide hîc per Iac. But. & Sal. per Cy. & Sali. in. l. à caligato. j. de inip. & plenius per Bar. in. l. patronus. §. j. ff. de le. iij.

b Adde gl. similẽ quã sequuntur ibi Bar. Bal. Sali. & Pau. in. l. cũ clericis. in ver. sententiarũ s. de epi. & cle.

c Idẽ Sali.

d Et meli' Bart. hîc. & concor. cũ hoc glo. c. ij. iũcta gl. super verb. detentus. in versic. & illud scire debet. extra eo. titu.

e Ista displicet Bart. sed vltima placet doc. hîc.

f Cõcor. c. j. cũ gl. j. de offi. deleg.

† Al. nec metues.

Titulus ne liceat po. quomodo differat à titu. de alie. iudi. mu. &c.

Aduocat i actores vocantur.

Illustres, sub præside nõ conueniuntur.

simile in aut.de man.prin.§.patrocinia.col.iij.

a ¶ Specialiter.] & ideo alij delegare nõ potest:vt.ff.de offic.eius cui man. est iur.l.j.in prin.nec ob.j.de iud.l.à iudice.in fi.Nã hîc datˀ iurisdictio ab ipsa cõstitutione,vel à principe per cõstitutionẽ,vt ordinarius sit illius causæ specialiter:& ideo delegare nõ potest:vt.ff.de offi.eius cui.man.est iur.l.j.vbi autem vt delegatus simpliciter. Et quia decessione actionis hic titu. dicit in rub.& in.l.si ideo distin-
10 gue: quia aut fit in vltima volũtate,aut inter viuos.primo casu valet: vt ff.de lega.iij.l. nomen. in pri.& de libe.le l.legaui. nisi iã erat in iudiciũ deducta: quo casu agit hæres: & quod cõsequitur, legatario præstat:vt.j. de litig.l.quicũq;.& in aut.
20 ibi posita, nũc si hæres. Secũdò si quidẽ potẽtiori ratione officij, actio amittitur: vt.j.l.proxi.& j.qui dare tut.poss.auth. minoris. si alia ratione, tũc habet locũ titulus de alie.iudi. Si nõ potẽtiori, si est in iudicium deducta, nulla est cessio, nisi
30 in casib⁹,nõ tamẽ amittitur actio, licet fiat cessio de ea litigiosa:vt.j.de litig.l.ij.& fi.in fi. Si autẽ est indubitata,id est in iudiciũ non deducta:si constat verã cessionem, valet,vt per totum titu. de hære.vel acti.ven.si autẽ constat eã simulatã, nul-
40 la est:vt infrà.plus vale. quod agi.per totũ. Si dubitatur an sit simulata, vel non,ex tribus præsumitˀ simulata.s.ꝙ pro parte sit vẽdita:& pro parte donata:itẽ ꝙ minori prętio vẽdita: item ꝙ titulus cessionis nõ sit in instrumẽto cessionis:quod esse
50 debet in principio : vt.j. mãd.l.ꝑ diuersas. &.l.fi.

† Concor. cum hac lege,& superiori ca.ij. cum gl. super verbo, sanctiones. extrà de alie.iudi. mutã.causa fa.

† Al. Honor. xiij. & Theodosio x. neque in constitutionis inscriptione adijcitur nomen Arcadij.A.

Actionis cessio, ex tribus præsumitur simulata.

Si cuiuscunque.] CASVS. Debebas mihi.x.actionẽ mihi cõpetẽtem contra te potentiori cessi. an valeat cessio,quæritur:& respõ. ꝙ nõ, adeò ꝙ amissione debiti mulctari debeam.

† Cõniuẽt.

60 b ¶ Actiones.] aliud si res: qa tũc nõ amittitˀ: vt.ff.de alie.iudi.l.pe.Vel aliter solue vt ibi.vel hîc de potente ratione officij, ibi alia ratione.

specialiter [a] fecerit. D. iiij. Id. Septemb. AA.iij.&.ij.Cons.

¶ Cedens actionem suã potentiori ratione officij perdit actionẽ illam, & cessio nõ habet effectum.h.d.Alex.concordat Bal.& Sali.

Imperatores Arcadius Honor.& Theod.AAA. Ioanni,præ.præ. LEX II.

Si cuiuscũq; † modi actiones [b], ad potẽtiorũ fuerint delatæ [c] ꝑsonas,debiti creditores iactura [d] mulctentur. Aperta enim credentium [e] videtur esse voracitas, qui alios actionum [f] suarũ redimũt [g] exactores.D. V. Id. Iul. Honorio vij. † & Theodo.ij.AA.Cons.

TIT. XV.

De iis,qui potentiorum nomine titulos prædiis affigunt, vel eorum nomina in lite prætendunt.

¶ Qui titulos seu insignia potentiorum prædijs sui affigunt,uel eorum nomina in lite prætendunt:suo iure priuantur, & in metallũ damnantur: & potentior si consenserit, infamatur. h.d.in effectu.Bal.Sali.& Alex.

Imperatores Arcadius & Honorius AA. Messalæ præ.præ. LEX VNICA.

Animaduertimus plurimos [h] iniustarum [i] desperatione causarũ potentiũ titulos [k], & clarissimę priuilegia dignitatis ijs,à qbus in ius vocanť,opponere. At [l] ne in fraudẽ legũ,aduersariorũq; terrorẽ his nominibus abutanť,& titulis:q [m] huiusmodi dolo scientes conniuerint [n] †,afficiẽdi sunt publicæ sententiæ nota [o]. Quòd si nullũ hac in parte cõsensum ꝓbuerint [p], vt libelli,aut tituli eorum nominib⁹ [q] ædibus affigantur alienis: eatenus in eos qui fecerint vĩdicetur,vt affecti [r] plũblo [s],perpetuis metallorũ supplicijs deputentur. ¶ Quisquis igitur lite pulsatus(cũ [t] ipse & rei [v] sit possessor & iuris [x] & titulũ [y] illatę solenniter pulsatiõis exceperit [z])contradictorijs libellis aut titulis alterius nomẽ crediderit ingerẽdũ †:eius [a] possessionis aut causæ [b],quã sub hac fraudæ, aut retinere [c],aut euitare [d] tentauerit, amissiõe mulctetur [e]:nec repetendæ actionis [f],etiam si ei probabilis negotij merita suffragãtur habeat facultatem. ¶ Eos [g] sanè, qui se spontè alienis litibus inferi patiuntur,cum his neque possessio neque proprietas competat: veluti famæ suæ prodigos,& calũniarum redemptores notari oportebit [h].Dat.xv.Calend. Decembr. Mediolani,Stilicone & Aureliano Cons.

TITVLVS XVI.

Vt nemo priuatus titulos prædiis suis vel alienis imponat, vel vela regia suspendat.

¶ Qui titulum principis rei suæ imponit,illã ꝑdit & iuris publiei illã facit.h.d.Bal.Sali.& Alc.

Imperatores Honorius & Theodosius AA. Flauiano præfecto prætorio. LEX I.

Regiæ [i] maiestatis est, vt nostræ tantũ domus & patrimonia, titulorũ inscriptiõe

hmõi potẽtiores cõsenserũt,ꝙ cõuẽti hoc fecerint,pœna plũbi afficiať,& ꝑpetuò in metallũ danť. Itẽ si qs lite pulsatus cũ possideret,nomẽ potẽtis in lite ꝑtẽdat:amissione causæ puniatur:ita ꝙ neque facultas controuersiam recuperandi ei tribuatur &c. ¶ Ex tex.ibi nec repetendæ actionis.no.secundum Bart.ꝙ pœnæ huius.l.habent locũ nedũ in reo,sed etiã in actore.& istud etiã leqtur Alex.licet Rapha. Fulg.hîc teneat,ꝙ ista lex solum habeat locũ in reo per aliqua verba text. ibi
50 in ius vocat⁹.& in verb. pulsatus.Ias.hîc.

h ¶ Plurimos.] s.reos cõuentos.

i ¶ Iniustarum.] quia credebant se habere lites iniustas.

k ¶ Titulos.] i.subscriptionẽ quãdã:ꝙ hæc domus sit cuiusdã potẽtissi
20 mi,vel ꝙ noĩe potentissimi possidet:vt ꝑ hoc sub certis iudicibus conueniatur:vt.j.vbi se vel cla.l. ij. Vel minores det sportulas vt.j.de fru.& li.expẽ.l.si. vel cõueniatur in scriptis: vt.j.de dign.l.quoties.lib. xij.Vel dic vt terreat,& nũc ĩcipit soluere terrorẽ.

30 l ¶ At.] pro sed.

m ¶ Qui.] s.potentes.

n ¶ Cõniuerint.] id est consenserint.

o ¶ Nota.] id est fiunt infames:vt.j.in fi.l.& etiã de crimine stellionat⁹ possunt accusari,cũ titul⁹ criminis deficiat vt.ff.de cri. stel.l.iij.

† Inferendum.

40 p ¶ Præbuerint.] s.potẽtes refert enĩ quo ad potẽtes vtrũ cõsenserint,vel nõ.Nõ a ũt quo ad eos, q scripserint,vtrũ consenserint potententes, vel non.

q ¶ Nominibus.] s. adiectis.

r ¶ Affecti.] perpetuis metallorũ supplicijs depu
50 tentur.

s ¶ Plumbo.] quod deferũt ad metalla.

t ¶ Cum ipse.] ĩterpositio est vsq; ibi,cõtradictorijs.

v ¶ Et rei.] s.corporalis, ꝑ qua cõuenit in rem.

x ¶ Et iuris.] s. incorporalis: vt seruitutis vel actio
60 nis ꝑsonalis qua cõueniť ꝑ re corporali:q(licet ĩpriè)possideri dicũť à debitore:vt.ff.de pe.hæ.l.regulariter.&.l.ẽt.§. penulti. Vel dic iuris.s.emphiteutici.Vel dic pro eodẽ pon i rei.s.& iuris.i. rei iustè possessæ:vt.j.statim dicet.vel econtra,ita vt iure conueniri posit.

c ¶ Delatæ.] ab eo cui competebant.Et dic delatæ per cessionem.

d ¶ Iactura,] id est amissione.

e ¶ Credentium.] id est creditorum qui cedunt,& quibus ceditur.

f ¶ Actionum.] quid si minor fuerit? sibi per restitutionem in integrum non subuenitur per.l.si aduer.deli.l.j.tñ si ius ignorauit, quod licet ei, potest.

g ¶ Redimunt.] gratia vel pretio:vt.s̃.l.proxi.& no.quòd hæc lex, respicit
70 vltimam partem rubricæ.

¶ DE IIS QVI POTENTIOR. &c. ¶ *Superiori titulo prohibuit actores aduocare potentis patrocinũ:nunc econtrà in reo prohibet.*

ADDITIO. Hãc continuatiõnẽ reprehẽdit hîc Bar.ea occasione qa innuit hæc gl.titulũ præcedẽtẽ nõ habere locũ in reo,quod secũdũ eũ falsum est,ꝑpter gñalitatẽ rubricæ,quæ dicit ibi.Patrociniũ litigãtibus præstare. Itẽ patet etiã ex.l.j.in prin.quæ loquiť generaliter.Cõtinuat ergo sic.Suprà punit litigãtes,qui aduocãt patrociniũ potẽtiorũ præstãdũ dicto, vel facto ipsorũ potẽtiorum:hîc punit litigãtes,qui aduocãt patrocinium potẽtiorum dicto, vel facto ipsius litigantis:quod facit assignando titulos &c. vt videbitis. infrà

80 Animaduertimus.] CASVS. Petebã à te fundũ:dicebas aliquẽ clarissimũ esse possessorẽ illi⁹ fundi,vel te noĩe illius fundũ possidere:& inscriptionẽ quãdã ĩ illo fundo fecisti talẽ, hic fund⁹ est talis potẽtioris.& hoc fecisti,quo magis me ab agẽdo repelleres.qualiter mihi cõsulať,q̃riť.& dicit Imꝑator,ꝙ aĩaduertit plures reos,cõuẽtos hoc fecisse.hoc ĩ prima.In scdã statuit pœnã ĩ ꝑsonas potẽtiũ, q cõsenserũt nomẽ suũ imponi,vt infames efficianť.& hoc similiter dicit ĩ fi.l. ibi,eos &c.& potes cõtinuare illũ ver.cũ hac secũda parte.In tertia diciť ꝙ si

y ¶ Titulum.] id est actionem qua pulsabatur.

z ¶ Excepcrit.] i.exceptione repulerit sed hoc nihil est.Sed dic exceperit, id est susceperit libellum recipiendo.

ã ¶ Eius possessionis.] cùm in rem agitur.

b ¶ Aut causæ.] cùm agitur personali actione.

70 c ¶ Retinere.] quando in rem.

d ¶ Euitare.] cùm agitur in personam.

e ¶ Multectur.] sed cui dabiť hæc mulcta? qdã fisco.sed puto aduersario:vt s̃.titu.j.l.fina.

f ¶ Actionis.] i.defentionis. ADDITIO. Vult hîc gl.ꝙ hîc tit. non habet locũ in actore,sed solũ in reo.Idem vult gl.rubri.sed Bart.tenet hîc contrarium.s.ꝙ etiã habet locũ in actore,sicut in reo.Et.l.j.s̃.tit.j.loquitur in alio casu:vt dixi.s̃.in rubri præsenti.

g ¶ Eos] s.potentes.

h ¶ Oportebit.] vt.s̃.eo.l.ij.

80 ¶ VT NEMO PRIVATVS &c. ¶ *Supuriori titulo dixit quando dicebat,quòd sua erat aliena:nunc quando suam,uel alienam dicit suam.*

Regiæ.] CASVS. Si in fundo tuo vexilla suspendisti, cùm hoc ad principem pertineat:fundus confiscabitur.si in al eno:nõ confiscabitur fundus sed omnia tua bona confiscabuntur.& differt iste titulus à superiori:quia ibi dicebat conuentus, ꝙ res sua erat aliena:hîc sua.

i ¶ Regiæ.] id est ad maiestatem regiam pertinet.

legātur[a]. Oēs igitur intelligāt publico iuri eſſe[*] deputandū[b] id, cui nomē dominicum[c] præſcribitur[d]. Dat.iij. Cal.Decemb.Rauēnæ Baſſo & Philippo Conſ.

Imponens titulum, uel uela regia rebus ab alio iuſtè uel iniuſtè poſſeßis, ſi plebeius eſt, ultimo ſupplicio punitur. ſi autem eſt nobilis, deportatur. licet etiam unicuique iſta frāgere, & tollere, de quo non poterit accuſari: & iudex recipiens accuſationem, punitur pœna hîc ſtatuta. hoc dicit. Sali. & Alexan.

Imperatores Theod.& Valentin.AA. ad Florētium præfec.præto. LEX II.

NE quis vela[e] regia ſuſpendere, vel titulum[f] audeat ſine præceptione iudicis cōpetentis alienis rebus imponere, quas quocunq; modo qualiſcunq; perſona poſsideat, licet nō dominus, licet iniuſtus poſſeſſor, vel temerarius inuaſor qui poſsidet, doceatur. ¶ Eū autē, qui hoc facere auſus fuerit, ſi plebeius eſt, vltimo[g] ſubdi ſupplicio, ſi clariſsimus, vel curialis, vel miles, vel cleric⁹, proſcribendum[h] deportandumque, non ſolùm ciuitate Romana, ſed etiam libertate[i] * priuari cenſemus: executoresq; huius legis oēs iudices eſſe oportere[k]. ¶ Deponēdi autem, vel frangendi titulos, & conſcindendi vela, non ſolùm eis, ad quorum præiudicium tale aliquid cōtra fas, contraq; leges committitur: ſed omnib⁹ tam liberis, quàm ſeruis, ſine metu calūniæ[l], vel accuſatione[m] criminis, licentiam miniſtramus: decernentes iudices, eorumque officia tricenis libris auri mulctari, ſi talem accuſationem vel admittant, vel depoſitam ſcribi concedant. D.xv. Calend. Iul. Theodoſio A.xvij. & Feſto Conſ.

TITVLVS XVII.

Vt nemini liceat ſine iudicis authoritate ſigna rebus imponere alienis†.

Inſignia impoſita rei meæ ſine iudicis authoritate, licet mihi propria authoritate remouere. hoc dicit. Salic. Vel ſic: Lite pendente, nemo poteſt imponere ſignum ſuum rei quam petit. hoc dicit cum.l.ſeq. Alex.

Imp. Probus A. Octauio. LEX I.

a Legantur.] id eſt deſignantur.

b Deputandum.] aliàs imputādum. videtur enim ipſe velle ea publico iuri deputari, cùm ipſe inſcribat ei ſuū nomē, cùm propriū ſit regiæ maieſtatis ſua patrimonia tali gaudere inſcriptione: vt hîc, & .j. de bo.vacan.l.iij.libro.x. & eſt ſimile ad legem iſtam. ff. de diuor. & repu.l.fi.in fi.

Imputandum. Poſſeſsioni alienæ inſcribentis pœna.

c Dominicum.] i. nomē dn̄i Imperatoris, vel.i. eius, cuius eſt dom⁹ vel poſſeſsio & hoc cùm 10 dn̄s poſſeſsionis inſcribit. Si autē alienæ poſſeſſioni quis inſcribat, non cōfiſcatur poſſeſsio illa: ſed omnia bona inſcribētis: vt in aut. de mā. princi. §.fi.col.iij. Accur.

d Præſcribitur.] i. in præiudiciū ſcribitur, vel ante oculos ſcribit.

20 NE quis.] CASVS. In prima parte ꝓhibet, ꝙ nullus vexilla, vel vela in aliena poſſeſsiōe, ſiue poſſeſſor fuit iuſtus, ſiue inuaſor, ſuſpendat. & hoc in prima. Si autē fecerit: ſi plebeius eſt, vltimo afficiat ſupplicio. ſi clarus, vel e30 tiā clericus, deportabit. & non ſolùm ciuitatem amittet, ſed libertatē. & hoc in ſecūda. hmōi aūt pœnæ infligēdæ ſunt in oēs iudices executores. et ſi hoc in tertia. Cuilibet frāgēdi tales titulos, vel vela pateat facultas: non ſolùm ei, in cuius præiu40 dicium ſuſpēſa ſunt: & hoc ſiue ſeru⁹, ſiue liber: neq; timeat, ꝙ de calūnia accuſetur. hoc in quarta. Index aūt qui talē accuſationem admiſerit. xxx. lib. auri vnà cum officiali ſuo puniatur. & hoc in quinta. ¶ Nota in hac.l. ꝙ ea quæ illicitè ædificata 50 ſunt, poſſunt ꝑ quēcūq; licitè deſtrui, & ſine pœna. facit.l. fideicōmiſſa.§. ſi quis illicitè. de lega.iij. ſecūdum Pau. de caſt.

* *Eum.*

e Vela] fortè vexilla.

f Vel titulum.] id eſt chartulam ſcriptam.

g Vltimo.] pro leui delicto imponit hîc ma60 gna pœna: vt.j. de liber. & eorū lib.l.ij. Itē eſt hîc arg. contra.s. de epiſc. & cle.l. presbyteri.

h Proſcribēdum.] i. damnādum in cōfiſcatione bonorū, vel id eſt bona proſcribenda.

i Libertate.] hodie nemo bene natus &c. vt 70 in aut. de nupt. §. quod autē prius. coll.iiij. vnde in liberto, qui nō eſt bene nat⁹ ab initio, hæc lex poſſet habere locū. Itē nota hîc pœnā deportationis adimere alicui libertatē, qđ eſt ſpeciale: aliâs ſecus, vt in contrario: vt inſti. de capi.dimi.§.mi80 nor. ſic.j. de poſtlimi.reuer.l.fi. Et dic deportantur, ſcilicet in metallum. & ſic non loquitur de deportatione, ſed de damnatione in metallum. Accur.

† Al. ſigna imprimere, rebus, quas alius detinet.

Deportatio aliquando adimit libertatem.

k Oportere.] qui tamen habent merum imperium, cùm deportatio ſit de imperio: vt. ff. de offi. præſi.l. illicitas. §. qui vniuerſas.

l Calumniæ.] id eſt non poterit dici calumniator.

m Accuſatione.] item non poterit accuſari. Et nota in fine huius titu. de officio iudicis circa libellum: vt. ff. de offi. aſſeſ.l.j.

¶ VT NEMINI LICEAT SINE IVDI. AVTH. SIG. &c.

¶ Superior titulus dixit de uexillis & titulis: hîc generaliter de ſignis. Itē.s. non licebat ante litem conteſtatam, hîc non licet etiam poſt litem conteſtatam: & ideo ſi ſigna imponit poſt litem conteſtatam, non patitur pœnam ſuperioris tituli: ſed iudex eum puniet pro motu ſuo. Accurſius.

SÆpè reſcriptum eſt ante ſententiā ſigna reb⁹, quas aliquis tenebat, imprimi non oportere. Et ideo ea[n] rebus, aut fructibus apud te conſtitutis illicitè impoſita[o], poteris ipſe licitè detrahere[p] vt amotis his, cauſa, quæ ex officio tibi infertur terminetur. D.iiij. Cal. Iul. Probo A.ij. & Lupo Conſ.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Craugaſio. LEX II.

REbus, quas alius[q] detinet, imprimere ſigna nemini[r] licet, etiam ſi ſuas,[s] vel obligatas ſibi eas eſſe aliquis[t] affirmet[v].

TITVLVS XVIII.

Ne fiſcus[x], vel reſpublica[y] procurationem † alicui patrocinii cauſa in lite præſtet.

¶ Sub prætextu pecuniæ fiſco debitæ nō debet fiſcus patrocinium præſtare. Bart. autem aliter iſtam legē intelligit, & ſummat eam ſic: Actio litigioſa, uel dubia non poteſt in ſolutum fiſco dari ſponte recipienti. h.d. Alexan.

Imp. Gor. A. Legitimo & alijs. LEX I.

REipublicæ[z] * iuribus adiuuari te ſub obtētu quantitatis, quā eidē reipublicę debes cōtra iuris rōnē deſyderas. iij. Id. Ian. Gordi. A.ij. & Pompeiano Conſ.

¶ Reſpublica non debet paciſci de quota litis. h.d. Vel ſic: Actionē litigioſam, uel dubiā ex cā donatiōis reſpublica ſuſcipere non pōt. h.d. Alex.

Idem A Tertullo. LEX II.

CVm allegas partē rerū, vel actionū dimidiā * fiſco, quo magis eius iuribus ꝓtegaris, velle te donare: huiuſmodi litium donationem admitti temporum meorū diſciplina nō patitur. vnde ius tuū ſi quod tibi cōpetit, citra inuidiā[a] fiſci mei tueri ſolenniter cura. S.vj. Nō. Aug. Gordiano A.ij. & Pompeiano Conſ.

Imp. Diocl. & Maximi. AA. & CC. Amp. L.III.

ABhorret * à ſeculo noſtro ſub prætextu debiti[b] procurationem contra priuatos[c] fi-

SAepe.] CASVS. Petebas à me rem 10 mobilē, vel īmobilē. ān ſn̄iam ſignū illi rei īpoſuiſti: authoritate mea illud poſſum extrahere, vt cā quā mihi moues, officio iudicis terminetur.

n Ea.] ſ. ſigna, q̄ appellantur Bononiæ gliſa.

o Impoſita.] ſ. ab actore.

20 p Detrahere.] ēt authoritate tua: vt arg. ff. qđ vi aut clā.l. ſi vitē.§. ſi ad ianuā. & .s. ti.j. in fin. & ar.s. de iudęis.l. nullus.

q REbus.] Alius puta Titius.

r Nemini.] ſ. Seio.

s Suas.] id eſt Seij.

t Aliquis.] ſ. alius à 30 poſsidēte, ſed ijs quas ipſe tenet, ſint ſuę vel alienæ pōt imponere ſigna, ſed non vexillū, vel vela: vt.s. titu.j.l.j & .ij.

v Affirmet.] non eſt tamen verum.

x ¶ NE FISCVS VEL RESPVBLICA &c. & dic, *Ne fiſcus id eſt procu 40 rator fiſci.*

y Vel reſpublica &c.] Licet generaliter ꝓhibuerit ſuprà patrocinium potentis: nūc tn̄ ſpecialiter ꝓhibet fiſcū, vel rēplubli. id eſt fiſcū. ſiue reipublicæ. i. fiſci procuratorē. Ac.

† Procuratorē alicui patrocinij cauſa illicitè præſtet.

* *Legibus.*

REipublicæ.] CASVS. Mi 50 hi ī.c. tenebaris: & reip. illa.c. obtuliſti, & contra me petētē illa.c. auxiliū reipu. imploraſti an ſis audiēd⁹, q̄rit? & rn̄. ꝙ nō. Vel dic, ſi reip. tenebaris in.c. & ego tibi in.x. ſi feciſti mihi pactū de nō petēdo: ſi reipu. ſua.c. ob6 otuleris, quo magis cōtra me ꝑſtares iuuamē, an ſis audiēd⁹? & dicit ꝙ nō.

* *Actionem.*

z Reipublicæ.] hîc cōfitebāt ſe debere ſuo creditori: ſed à fiſco cōtra ius ſe iuuari cōtra priuatū poſtulabat, ſed ī vltima lege huius ti. nō confitebāt ſe debere. Vel dic ꝙ hîc con 70 tra debitores exceptione tutos ſe iuuari petebat in vltima cōtra creditores. Accurſius.

CVm allegas.] Plana eſt. Inuidiā. i. blaſmū. Idē ī quolibet aduocato vt hmōi pactū facere nō poſsit: vt.s. de poſtu.l. ſi quis.

* *Abhorremus:*

80 ABhorret.] CASVS: Tenebāt tibi fiſc⁹ ī.c. ei remiſiſti, quo magis tibi ī cā cōtra me ī patrociniū ꝑſtaret. q̄ritur an valeati, rn̄d. ꝙ non.

b Debiti.] quod fiſcus tibi debet quod volebas fiſco remittere, ſi tibi patrociniū exhiberet. Vel pone vt.s.l.j.

c Priuatos.] debitores illius qui volebat fiſcū ſuum eſſe procuratorē, vel aduocatum. Item ſuperior lex loquitur in creditoribus nihil fiſco debētibus, hæ autem duæ de debitoribus loquūtur tam fiſci, quàm priuati: & prima ſimiliter vel hanc expone vt prius. Accur.

a ¶ Fiscum.] .s.debitorem.

AD fraudem.] CASVS. Tenebaris mihi in.c.& fisco in alijs.c.fisco sua.c.obtulisti,quo magis tibi contra me patrociniũ pstaret hoc implorare non debuisti:sed si negas me tibi.c.mutuasse, exceptiõe nõ numeratæ pecu.vtaris.Quid ergo differt hæc lex à superiori? Pla.dicit ꝙ ibi debitor se debere cõfitebat:hîc negat. Vel ibi contra debitores suos exceptione se iuuari postulabat:hîc cõtra cre 10 ditores.

b ¶ Ad fraudem.] id est ad dãnũ:vt.ff.de ædil. edic.l.cũ aũt.§. excipitur. Vel propriè pone.

c ¶ Inuidiam.] id est patrociniũ fisci,quod inuidiam generaret, id est, odium.

¶ DE NEGOTIIS 20 GESTIS. ¶ *Dixit de negotijs gestis ex mandato:nũc qñ sine mandato.*

CVm tutores.] CASVS. Mater tutores filiorũ suorum accusabat de suspecto,& alios petijt corã iudice dari.sumptus 30 fecit.an eos per actionem neg. ge. repetere posit & respõ.ꝙ remouẽdo suspectos & petendo idoneos, officio pietatis functa est: vnde eis donasse videtur eos:quo circa repetere nõ põt.neque enim si extraneus in familia sua fecisset eos,repetere posset:mul- 40 tò fortius neq; ista,cùm maior sit paterna,vel materna dilectio quã domestica. ¶ Nota ex textu ibi, non admittit.ꝙ idẽ est dicere non admitto,& denego.& per hoc dic,si reperitur in actis,ꝙ exceptiones iudex non admisit,ꝙ idẽ est dicere ꝙ reiecit eas 50 & tene mẽti,secundum Bald.

d ¶ Suspectos faceres.] id est detegeres accusando eos de suspecto, & probãdo.sic.ff. de acq. rerũ do.l.adeò.§.cũ quis. & hoc accusando corã prætore si est Romæ,vel si est in prouincia,corã præside,qui solus in pũincia pro tribunali cognosit:vt.ff.ad Turp.l.j.§. suspecti. & insti.de suspec.tut in prin.Et nisi hæc duo faciat,quòd suspectũ remoueat, 60 & alterum petat,vt hîc dicit:repellitur à filij successione:vt.j.de leg. hæred. l.sciant. Imò nõ repellitur licet non accuset:vt in cõtrario:vt.ff. q pe.tu.l.fi. §. fi.accusare tñ põt:vt instit.de suspec.tut.§.cõsequẽs.& hic[a].Vel verius petere debet,non susp ectũ facere,vt ibi.Sed quõ mulier accusat:cũ prohibitũ sit mulieribus accusare:vt.ff.de accusa.l.qui accusare.circa prin? Rñdeo,hoc est spãle:vt instit.de suspec.tuto.§.cõsequẽs.Et est ratio specialitatis,quia hęc mulier vindicauit suorũ iniuriã,accusando tutores de suspecto:quod est permissum vt.j.de ijs qui accusa.non pos.l.de crimine.& est alia ratio,quia remouetur,ẽt sine accusatore:vt.ff.de suspec.tuto.l.iij.§.præterea.licet regulariter contrà: vt.ff.de mu.& ho.l.rescripto.§.pe.& sic patet ꝙ accusatio de suspecto non imi 70 tat alias accusatiões.Vel repete. [Suspectos faceres.] impropriè.mater enim non facit eos suspectos,sed mala administratio. Accursius

e ¶ Munere pietatis.] Aliquando vocatur pietas,& inter patrem & filiũ ff.de cur.fur.l.furiosæ matris. Aliquando obsequium, vt inter libertum & patronum: vt infra eodem lege.officio. aliquando religio, vt erga deum: vt ff.de iustitia.& iure.l. veluti. quandoque beneficium, & generaliter atque ppriè:vt.ff.de seruis expor.l.seruus.Vel dic:Munere pietatis.i.officio illo qđ est pietas:quæ causa facit,vt etiam si vtiliter gestum sit,nihil posit petere: qa videtur naturale debitum soluisse.Ir.sed non est semper verum, ꝙ videatur mater donare quicquid impedit,sed hoc perpenditur ex qualitate & quanti- 80 tate impensarum & ex facultatibus matris & filiorum:vt.ff.de dona.inter virum & vxo.l.vtrum.& de lib.agno.l.si quis à lib.§.si mater. & dixi.ff.eod.l. nesennius.& dices.j.eo.l.alimenta.

f ¶ Non admittit.] idest non inducit.Vel dic idest denegat:vt.ff.eo.l.ex duobus.§.fi.& de cõdi.inde.l.cũ is.§.pe.de relig.l.& si quis.§.l.hęc actio.& fa. hercis.l.quæ pater.ij.&.j.eo.l.alimẽta.j.rñ.sed fallit in casu:vt.j.de nup.l.patrẽ.

g ¶ Posis.] sed quid si est protestata se velle petere expensas, De hoc dic vt j.eo.l.alimenta.

† Al. de negotiorũ gestorũ actione.

♁ Potest.

Mater an filij successione perdat,si tutorem suspectum remoueri nõ faciat.

a Istud approbat hîc Bart. quod dicit probari in.l.ij.§. si mater nõ petierit. & §.fi.ff.ad Tertyl. Ex quo soluit aliam quæstionem. Quid si mater fuerit protestata quòd istas expẽsas faciebat animo repetendi: vtrũ posset repetere & dicit ꝙ sic in expẽsis factis in accusando tutorem suspect̃, qđ non tenebatur facere. Sed expensas factas in

scum[a] præstare.Dat,viij.Calend. Ia. nuar.Philippopoli.CC.Cons.

¶ *Respublica non debet debitorem suum iuuare contra alium prætextu debiti sui .h.d.Salicetus.*

I idem AA. & CC.Achilli. LEX IIII.

AD fraudem[b] creditoribꝰ faciendam,inuidiam[c] fiscalẽ contra seculi nostri trãquillitatẽ implorari non decet. Redde itaq; quod fisco nostro debes.& si conuẽtus velut à creditore fueris,quẽ tibi numerasse pecuniam negas, exceptione non numeratæ pecuniæ secundum leges vti potes. D xvj.Calend.Ianuar. Sirmij. CC. Cons.

TITVLVS XIX.
De negotiis † gestis.

¶ *Expensæ factæ pietate materna, uel affectione domestica,non repetũtur:quia animo repetendi factæ non uidentur.h.d.* Alexan.

Imperatores Seuerus & Antoninus AA. Sopatræ. LEX I.

CVm tutores filiorum tuorum suspectos faceres[d], eisdemq; tutores seu curatores peteres, munere[e] pietatis fungebaris,quæ causa nõ[f] adimit negotiorum gestorũ actionem,vt sumptus,quos in ea lite fecisti,repetere posis[g] :cùm[h] etiã si[i] quis pro affectiõe domestica[k] aliquos sumptus fecerit,nulla[l] ratione eos repetere ♁ posit. PP. iij.Noñ. Octobr. Dextro & Prisco Cons.

¶ *Pupillus ex gestione non tenetur,nisi quatenus locupletior est effectus: & in illo etiã non tenetur,si alius gratis erat facturus.h.d.* Alex.

I idem AA.Rufinæ. LEX II.

COntra impuberes quoque, si negotia eorum vrgentibus necesitatis[m] rationibus vtiliter gerantur: inquantum locupletiores[n] facti sunt, dandam actionem, ex vtilitate[o] ipsorũ receptum est.Quæ tibi quoque iure decernitur,quòd[p] sumptus in pupillum,quem Romam tutorũ petendorum gratia duxisti,fecisse te allegas:si nõ matertera eiusdem[q] se facere paratam proprijs impendijs ostenderit[r] .PP.x.Calen.Februa.Laterano & Rufino Cons.

¶ *Pro eo, quod quis soluit sponte & utiliter pro alio, competit actio negotiorum gestorũ directa. sed si soluit ex neceßitate communionis,seu causatiua,competit actio familiæ erciscundæ, uel communi diuidundo.h.d. secundum magis communem intellectum.* Alex.

I idem AA.Hadriano. LEX III.

SIue pro fratre[s] cohærede pecuniam[t] soluisti, negotiorum gestorum actione experiri potes[v] : siue pignoris liberandi gratia debitum vniuersum soluere coactus es[x] ,actionem eãdem[y] habebis, vel iudicio familiæ erciscundæ, si non est inter vos[z] ,redditum[a] , eam quantitatem assequeris[b] .PP.viij.Calend. Februa.

h ¶ Cum etiam.] probatur à minori.

i ¶ Si quis.] id est extraneus alius.

k ¶ Domestica] quæ est minor quàm paterna vel materna. Accur.

l ¶ Nulla.] neque communi,neque speciali,neque ciuili,neque naturali:vt hîc,&.ff.eo.is qui.&.j.eo.l.quod in vxorem.

COntra.] CASVS. Præmittit regulã ,qua ponit exemplũ,quod tale est.Quicũ- 10 q; siue minoris,siue maioris vtiliter negotia gesserit,cõpetit sibi neg.ge. actio,ad repetẽdũ quod impẽdit in pupillo, quatenus factus est locupletior.si ergo pupillũ Romam duxisti causa tutoris petẽdi,& sumptus fecisti:neg.gest.act.repete- 20 re potes:nisi matertera sua probet se velle hunc sumptũ fecisse. quo casu præsumeris donasse:nec repetes, sicut neque ipsa repetet sumptus.

m ¶ Necesitatis.] vt quia tu gestor curator eras. Azo. Vel dic ꝙ erat voluntarius. Et quod di- 30 cit necesitatis, dic id est vtilitatis eius cuius negotia geruntur. nam si sit necessarium, vt quia res erat peritura, etiã si non sit locupletior, tenet: vt ff.de sol.l.in pupillo. & de mino.l.verũ.§. itẽ nõ restituetur. quæ sunt cõtrà. Et dic necesitatis, 40 qua tenebatur ille, q negotiũ gesit,vel ille, qui necesse habebat geri.

n ¶ Locupletiores.] Quod tẽpore litis contestatæ inspicitur: vt.ff.e.l. litis.& est in pupillis hoc ius singulare. aliàs sufficit vtiliter cœptũ, etiã si euẽtus nõ sit secutus bo- 50 nus:vt.ff.eo.l.sed an vltro.§.j.sunt et alij similes casus huic,quos nota.ff. e.l.si negotia absentis.

o ¶ Ex vtilitate.] ne aliâs desererẽtur:vt instit. de obl. quæ ex quasi cõtractu.§.j.&.ff.de min.l.& si sine.§.idẽ faciũt.&.ff.de admi.tu.l.cũ plures.§.j.

p ¶ Quod.] id est quia.

q ¶ Eiusdem.] pupilli.

60 r ¶ Ostenderit.] tunc enim donasse videris:vt.ff.e.l.si pupilli.§.fi.& ar. j.de ali.pu.præ.l.ij.in fi.&.ff.de eo.l.qui pro tuto.l.j.§.fi.Item subaudi hîc vel non amicitia paterna ductus:vt.s̃.l.proxi.in fi.

SIue pro fratre.] CASVS. Quæsiuit qdã,an cohæres debitũ paternũ soluẽs à cohęredibꝰ p act.ne.ge.repetere posit.& dicit ꝙ sic. Viui.

s ¶ Siue pro fratre.] tuo,scilicet nomine eius.

t ¶ Pecuniam.] à defuncto debitam,& sine pignore.ideo pro parte negotium potuit expediri,vt differat à casu sequenti.

v ¶ Potes.] s cõtraria:vt.ff.de pcu.l.si qs cũ.§.j.Sed videt ꝙ nõ posit repetere,sicut mater,cã pietatis:vt.s̃.e.l.j.Sed nõ est tãta pietas in fratre sicut in pa- 70 rẽte.nõ minus enim terrent in psona filiorũ quã sua.ff.qđ me.cã.l.isti qdẽ.

x ¶ Coactus es.] si pignus velles liberare: vt.j.de distract.pig.l.quãdiu.ff. de verb.obli.in executione.§.fi.& fa.ercis.l. hæredes.§.in illa. & de cõtrahen. emp.l.fistulas.§.qui fundum.& arg.ff.eo.l.si communes.

y ¶ Eandem.] s.vtilem secundũ quosdã:cùm ex necesitate,vt dixi,soluerit totum:vt ar.ff.eo.l.ait prætor.§.hac.& sic cõcurrit hîc actio vtilis cum actione fa.ercis.& cõmuni di.eo casu, qñ non potest negotiũ pro parte expediri, non autẽ directa:vt.ff.fami.ercis.l.hæredes.§.nõ tantùm.& cõi di.l.si qs putans.§.j.quæ sunt cõtra.Alij dicũt,ꝙ hæc desiit esse cõis eo casu,quo datur negotiorũ gestorũ:vt.ff.cõi di.l.j.in fi.Tu dic eandẽ.s.cõmuni di. quæ datur ad 80 idẽ quod negotiorũ gestorũ,& est simplex relatio,sicut & ibi,mulier saluauit quæ damnauit:vt.j.de iniur.l.dñm.& sic idẽ in genere,non in specie.

z ¶ Vos.] sed videtur contrà:quia petitio hæreditatis,quod est vniuersale iudiciũ sicut illud,amplius quàm semel potest intẽtari.Sol.hoc iudicium familiæ erciscũdæ vniuersale est effectu:istud non.vnde aliud hîc,& aliud ibi.

a ¶ Redditum.] nam amplius quàm semel intentari non potest:vt ff.fami. erciscun.l.si filia.§.familiæ.

l ¶ Non poteſt.] imò videtˉ perſpici poſſe:vt.ff.de cond.ob turpem cau. l.ex ea.&.fi.eo.l.metũ autẽ.§.ſed quod prætor.quæ ſunt contrà.Sol.ibi in promittendo et ſoluendo fuit facta vis:hîc in promittendo tantùm. Vnde nullo modo repetit:tum quia ſublata eſt proxima cauſa turpitudinis.turpitudo enĩ eſt vis et metus.Cauſa proxima dicitur coacta voluntas,quæ tollitur: quia ra 60 tum quod fecit videtur habere ,ſponte ſoluendo:vt.ff.de condi.ob tur cau.l. ſi ob . turpem. Tum etiam quia odioſa eſt exceptio hæc:vt.ff.de excepti.doli. l.ij.&.iij,in princ.et.l.apud Celſum.§.pe.vnde omnino ceſſat repetitio:vt . ff. de condi.inde.l.qui exceptionem. Tum etiam quia vna ſolutio,non parit liberationem et repetitionem:vt.ff.de ſoluti.l.qui hominem §.fi.Vnde his trib⁹ rationibus reprobatur gloſſ. Ir.quæ dicit ſponte ſoluentem admitti ad repetendum,ſi probet vim factam in cauendo his verbis. Præſumitur enim querelã de vi non habuiſſe:aut ergo omnino non repetit:aut eatenus impeditur donec probet contrarium.Ir.Primam ergo partem ſecundum.B.& Pla.et Io. admittimus:ſecundam non ſcilicet quòd poſsit probare vim factam in cauẽ- 70 do.Sed Py.eam exponit,donec probetur cõtrarium.ſ.vim factam in ſoluẽdo quod nihil eſt , ſecundum Azo.nam quia certum erat vim non adhibitam in ſoluendo:præſumitur,ergo nec in promittendo.Item quid ſi parum poſt cautionem coactum ſpontè ſolui:Reſpon.ſecundum Al.repeto:vt argu.ff.de mino.l.ijj.§.ſcio.et.ĵ.ad vellei.l.ſi mulier.ij.et.ff.ex quibus cau.ma.l.ab hoſtibus. §.fi.quòd non placet ſecundũ H.Ité quid ſi iuraui per metũ dare decé:et do. ſponte:rñ.nõ repeto:quia ſoluere nõ tenebar.ar.ff.qui ſatiſd. cog.l.fi . et quia ſublata eſt proxima cauſa turpitudinis:vt.ff.de cõdi.ob tur.cau.l.ſi ob turpé. Sed Pla.cõtra:vt ar.ĵ.ſi aduer.vẽdi.l.j.et in autˉ.ſacramenta.ſed ſecundũ canones ſoluo et repeto:vt in vſu.vt extra de iureiur.ad noſtram.ij.et,c. debitores. 80 Ité nõne hac. l.ſoluens errat in iure.credés ſe teneri:ergo in dãno vitãdo ſubuenitˉ ei: vt. ff.de iur.et fac.ig.l.error:Rñ.hic fuit fatu⁹ error:vt.ff.eo.l.ti.l . nec ſupina [a].Ité nũquid fuit turpis promiſsio,& ſic cõtra legé:quicquid ergo ſequtur ex eo vel ob id &c.vt.ſ.de leg.et conſti.l.non dubiũ:Rñ.nõ fuit turpis ſed turpiter facta:quia nõ venit turpe in obligatione.

Turpitudo eſt vis & metus.

Solutũ per metum interueniente iuramento an repeti poſsit.

a Sed non ne quilibet error in dãno vitando parit repetitioné.l. ſed & ſi me putem . ff. de condic . indeb . vnde

m ¶ Quando.] pro quia.

n ¶ Properaſſe.] cùm nemo ſuas pecunias iactet:vt.ff.de probatio.l. cũ de indebito.verſicu .j.ſic ergo ad primordium tituli poſterior non formatur

euentus:quod fit alibi:vt.ĵ.de impo.lu. deſcrip.l.j.in fi.lib.x.

a ❡ Querela.] ſ.metus.

b ❡ Dicas.] & fidem iudici facias,vt.ſ.de tranſac.l.interpoſitas.&.l.ſi maior ĵ. &.ĵ.eo.l.metum.

SI vi.] CASVS. Si auo meo metũ intuliſti, vt tibi fundũ vẽderet, & tu emiſti,& alij eũ vẽdidiſti:an cõ ra ſecũdũ emptorẽ refuſo pretio qđ auus acceperat ad repetẽdum fundum actio mihi cõpetat:& quæ,quæritur & rñ.ꝙ ſic.& datur ei in rem vtilis actio:niſi præſcriptiõe.xxx.vel.xx.an.ſe tueri poſsit:cũ heres ei directò vel per patrẽ meum medium exiſtam.

querela [a] de chirographo, vt pote per vim extorto,niſi & in ſoluendo vim te paſſum dicas [b] .PP. vj.Calend.Iul.Alexandro A.ij.& Marcello Conſ.

❡ *Vendens uel eius hæres,fundũ propter metum,uenditum repetit utili actione in rem à quo libet poſſeſſore ſi pretium offerat:& poßidens longo tempore non præſcripſerit.h.d.Sali. & Alex.*

Imp.Gordianus A.Caio. LEX III.

SI vi [c] ,vel metu fundum,auus tuus diſtrahere coactus eſt: etiam ſi maximè [d] emptor eum alij vendidit:ſi tamen tu auo tuo hæres extitiſti [e] :vt tibi reddito [f] à te pretio reſtituatur. poſtquàm placuit in rem [g] quoque [h] dari actionem ſecundum formam perpetui edicti, adito præſide prouinciæ poteris poſtulare:ſi modò qui ſecundo loco comparauit, longæ poſſeſsionis [i] præſcriptione non fuerit munitus [k] .PP.vj.Id. Auguſt.Pio & Pontiano Conſ.

❡ *Actio quod metus cauſa,intra annum datur ad quadruplum,ſi res non reſtituatur: poſt annum uerò ad ſimplum,ſi alia actio non competit.h.d.Bal.Sali.& Alexan.*

c ❡ Si vi.] quãtũ ad corpus.metu quo ad animũ.

d ❡ Si maxime.] id eſt qđ maximũ videbatᷓ vt agere non poſſes.

e ❡ Extiti.] ſiue directò,ſiue per medium patrẽ detur hæredibus hæc actio:vt.ff.eo.l.quod diximus.§.fi.

f ❡ Reddito.] ſ.ei, qui dedit,vel ei qui emit ab eo:& ſic fuit hîc:& cogetur primus emptor habere ratum:cùm ipſe teneatᷓ ſecundò de euictiõe:vt.ff. de neg.geſ.l.ſoluendo.& l.Pomponius.j.& .l. quæ vtiliter.§.fi.&.l.ſeq.& de excep.doli.l.ſi opera. ſicque quilibet in ſuo reponitur ſtatu vt.ĵ.de reputa. quæ fi.in iudi.l.j. & . ff. de mino.l.quod ſi minor. §.reſtitutio.Sed ad hoc ꝙ dicit reddi debere pretiũ eſt contra.ĵ.de rei ven.l.ſi mãcipiũ.ſed hîc reſtituit quia verſum eſt in ſui vtilitatem.i.aui cui ſuccesſit,cuius perſonam hæres ſuſtinet:vt in aut.de iureiur. à mo.præſtito.§.j.colla.v.ſic.&.ff.de rei ven.l.emptor.Et eodem modo ſoluitur.ĵ.de præſcrip.xxx.an.l.j.in fin.&.ĵ.ne rei domi. vel tẽp.lo.l.ij.Item ad idẽ eſt contrà.ĵ.de reſcin.vend.l.j.ſed ibi abundat maximè.Item ad idem eſt cõtrà.ĵ.eo.l.ſi per impreſsionem.Sol.ibi ſpeciale. Item quod pretium redditur? Rñd quod præſtitum eſt auo.Nam & ſi nihil auo præſtitum eſſet,nihil redderet:vt.ĵ.de euic.l.ſuper emptione,ſed ſi aliquid ſit minus,& illud reddi poteſt:vt.ĵ.de reſti.mili.l. ſi cum militaribus.

g ❡ In rem,] licet enim non ſit dñs de iure ciuili,tranſtulit enim dominium in emptorem:& tamen de æquitate prætoria videtur dñs, quia nemo videtur re ſua excluſus &c.vt.ff.de in integ.reſtitu.l.nemo.& non videtur poſſeſſionem adeptus &c.vt.ff.de acquir.poſ.l.non videtur.

g ❡ In rem.] id eſt reſciſſoriam.

h ❡ Quoque.] q.d.non ſolũ perſonalẽ quod metus cauſa,quæ eſt in rẽ ſcripta:& datur vtilis non directa:quia translatum fuit dominium:vt.ſ. dictũ eſt.& datur contra quẽlibet poſsidentem:vt.ff.eo.l.metũ aũt.§.fi.&.l.ſi cũ.§. in hac.et.§.aliquando.Tria ergo auxilia dantur ex hoc edicto.Actio in rẽ vtilis,& actio perſonalis quod metus cauſa.Item exceptio metus:vt hîc.&.ff.eo. l.metum.§.ſed quod prætor.&.§.licet.&.§.volenti.

i ❡ Longæ poſſeſsionis.] vt decẽnij inter pſentes,vel.xx.inter abſentes.

k ❡ Munitus.] Præſcribit enim vtili rei vendicationi,non actioni qđ me. cauſa cùm ipſa ſit perſonalis:vt inſti.de actio.§.præterea quaſdam.& earum ſit meta.xxx.an.ſpacium:vt infrà de conſtitut.pecu.l.ij. ſecundum Pla.& ſic, ſi modo &c.refertur ad vtilem in rem,non ad perſonalem.Vel dic præſcribi actioni quod metus cauſa, nam cùm excedit ſuos terminos in eo quod eſt in rem ſcripta,& datur contra quemlibet poſsidentem:vt.ff.eo.l.metũ aũt.§. fi.excedatur à non ſuis terminis:vt.ĵ.de edic.diui Hadri.tol.l.fi.in fi.Item oppono,quomodo præſcribit qui dominus factus eſt per traditionem:vt inſtit. de rerũ diui.§.per traditionem,& per voluntatem,licet coactam:vt.ff.eo.l.ſi mulier.§.ſi metu.&.ff.de vſuſca.l.ſequitur.§.lana.reſpon. quod ad ius ciuile verum eſt.Sed de prætorio contrà:vt.ff.de in integ.reſt.l.nemo.Præterea qa eſt dominus de iure ciuili,multò fortius præſcriptione longi temporis tueri in dominio ptorio ſe debet:vt ſic magis contra intentionem agentis pſcribatᷓ quã dñiũ:vt.ff.de cap.l.in bello.§.ſi quis ſeruũ.Itẽ adhuc contrà:inſtitu.de vſucap.§.furtiuè.&.ĵ.de vſuca.pro empto.l.ſi partem.&.ff.de vſuca.l.non ſolum.in princ.&.l.ſequitur.§.quod autem.quibus legibus dicitur,ꝙ res furtiuæ:& vi poſſeſſæ non præſcribuntur.Sol.ibi de vi expulſiua:hîc autẽ cõpulſiua,in qua eſt voluntas:hodie enim malæfidei poſſeſſor &c.vt in aut. vt ſpõ. largi.§.rurſus.colla.ix.&.ff.de dolo.l.& eleganter.in princ.nam in metu dolus eſt.Item ſi emptor eſt munitus exceptione,nonne poterit agi contra metum inferentem?Reſpõ.non:vt.ĵ.de ijs,qui à non do.ma.l.fi.[a] Item nunquid finitur anno reſciſſoria?Rñ.illud qñ officio iudicis petitur reſtitutio,hîc actionis iure.Itẽ & illud poſt cõpletã vſuſcapionẽ.hîc ante.Itẽ quo iure eſt obligatus bonæ fidei emptor,an actione perſonali?Rñ.ex varijs figuris cauſarum:vt ff.de actio.& oblig.l.j.in prin.Itẽ quid ſi res eſt integra.an agetur quod metus cauſa contra eum,qui me compulit vt venderẽ?Rñ ſecũdum Ioã.nõ cũ ipſo iure nõ teneat cõtractus, vt in dolo ſimplici:vt. ff. de dol.l.& elegãter.ĩ prĩ. vel illud ĩ ſimplici dolo.

dic quòd licet errans in iure non repetat in caſu iſtius l.per actionem quod metus cauſa.repetit tamen per cõditio. inde d.l.ſed & ſi me putẽ, nec obſtat quòd hæc gl.ſ.in verſi. tum etiã quia odioſa &c. dicit hanc exceptionem eſſe odioſam &c. quia in hoc non dicit verũ ſecũdũ doct, hîc vt hîc refert Bart. quẽ de hoc vide latius.

Actio quod metus cauſa qualis eſt & contra quẽ datur.

Aactio perſonalis ſcripta in rem, præſcribitᷓ. lõgo tẽpore.

Vſuſcapio non habet locum in rebus furtiuis & vi poſſeſſis.

a Iſtud reprehendũt hîc omnes vt etiam refert Bar.hîc. Nec obſtat l.ſi hîc alle. luia loquitur, quãdo dominium rei eſt cauſa actionis perſonalis: ita quod actio datur in cõſequẽtiam dominij : quod hîc non eſt. Vide de iſto latꝰ ĩ eũdem Bar.in l.iij.ff.vi bo.rapto.rum.

Idem A.Primo & Euthidico. LEX IIII.

SI per vim [l] ,vel metũ mortis, aut cruciatus † corporis [m] , venditio à vobis extorta eſt, & nõ poſteà eã conſenſu [n] corroboraſtis:iuxta perpetui formã edicti, ĩtra annum quidem agentes,quo experiundi [o] poteſtas eſt,ſi res nõ reſtituatᷓ, [p] quadrupli condemnationem referetis [q] ,ſcilicet reddito à vobis pretio [r] . Poſt annũ verò cauſa cognita,eadem actio in ſimplum permittitᷓ.quæ cauſæ cognitio eo pertinet,vt ita demũ decernatur,ſi alia actio [s] nõ ſit.PP.iij. No.Augu.Gordiano A. & Auiola Conſ.

❡ *Actio quod metus cauſa cõpetit,ſiue quis ſit coactus vendere,ſiue minori pretio uẽdere,nec refert,an uandatur metum inferenti.an alij.h.d. Sali.& Alex.*

Idem A.Rufo militi. LEX V.

NOn † intereſt [t] à quo vis [v] adhibita ſit patri,& patruo [x] tuo,vtrũ ab ẽptore,an verò ſciẽte emptore ab alio [y] ,vt vi metuve poſſeſsionem vẽdere [z] cogerẽtur. Nã ſi [a] adhibita vi compulſi ſunt,

SI per vim.] CASVS. Si per metũ cõpuliſti me, vt fundum meũ tibi venderem,an actio qđ metus cã,ad recuperandum fundũ mihi cõpetat,quærit? & reſpond. ꝙ ſic,niſi poſteà ex interuallo vẽditioni cõſenſum tacitũ,vel expreſſum præbuiſſem:& dabitur intra annũ,niſi reſtituatur ex prima ſnĩa,qua iudex eũ ptiũ mihi reſtitui iubet ĩ quadruplũ:poſt annũ in ſimplũ cã cognita.In cauſæ cognitione hoc vertitᷓ an mihi alia actio cõpetat q̃ ſi cõpetat:hęc non dabitur.& ĩtellige,ꝙ actio qđ metꝰ cã dabitur refuſo ptio tibi quod accepi pro fundo. ❡ Nota ꝙ contra hãc actionem opponitur exceptio conſenſus adhibiti.Bal.

l ❡ Si per vim.] ſ. cõpulſiuam.

m ❡ Corporis.] vel aliũ ſimilẽ metũ : vt.ſ.de traſac.l.interpoſitas.

n ❡ Conſenſu.] expreſſo vel tacito : vt.ſ.l.ij.

o ❡ Experiundi.] ergo eſt annꝰ vtilis:vt .ff. e.l.ſi cũ.§.poſt ãnũ.&.ff. de diuer.& tẽp.pſcrip.l.j.

p ❡ Reſtituatur.] Per primam ſententiam:vt.ff. eodem lege ſi cùm l.ſi cũ.§.ſatis.ſcire enim debemus,ꝙ duæ ſententiæ feruntur in hac lite quod metus cã.Prima in qua condẽnatur,vt rẽ reddat.Secunda eſt:quia ſi iſte cõdẽnatus non reddit rem,dãnatur ad quadruplũ:vt.ff.eo.l.ſi cũ .§.hæc autẽ actio.& in hoc quadruplo ineſt res.vt in præallega.l.§.quadruplabitur. Item quęritur,an vtraque ſit diffinitiua?Itẽ an ab vtraque poſsit appellari?Itẽ quod tempus eſſe debet inter primã,& ſecũdã ſententiã?& alia multa quæ notantᷓ. ff.eo.ſi cũ exceptione.§.hæc autem actio.

q ❡ Referetis.] id eſt referri faciatis.

r ❡ Pretio.] Hîc ſigna.& ſolue eodem modo contraria,quæ ſunt ſuprà .l. proximo.

s ❡ Alia actio.] ſcilicet ciuilis & ordinaria,veluti petitio hæreditaria:vt.ff. eod.l.ſi cùm.§.poſt annum.nam cum actione de dolo datur:vt.ff.eo.l.ſi cũ. §.eum qui.& cum vtili rei vendicatione:vt.ff.eo.l.metum autem.§.volẽti.& ſ.eodem.l.proximo.raro enim inuenitur,quin alia competat,quandoque tamen inuenitur,vt cùm promiſi per metum vel acceptum tituli per metum. Item poſt annum,ſecundum iura vetera,non competit de dolo.Poteſt etiam exponi ſecundum Io.ſi alia actio non ſit.i.ſi aliunde actio non ſit.Tertij dicũt non dari quod metus cauſa,vbi datur in rem,& in prædictis caſibus tantùm, vbi non datur in rem : dicunt dari quod metus cauſa quod non placet.

NOn intereſt.] CASVS Si pater tuus,vel patruus metu compulſus fundum diſtraxit, non aliàs diſtracturus:an repetere poſsit per actionem.quod metus cauſa,quæritur?& reſpond.quòd ſic neque refert an ab emptore compulſus fuerit , an ab alio ſciente:ſi aliàs fuerat diſtracturus, & metu compulſus minori pretio diſtraxit : puta valebat centum: diſtraxit pro lege quod accceptum eſt per actio .quod metus cauſa retractabitur.

t ❡ Non intereſt.] quo ad emptorem.nam vtrobiq; tenetur.

v ❡ Vis,] compulſiua.

x ❡ Patruo.id eſt fratri patris tui.

y ❡ Ab alio.] Vtrobique enim agitur actione,quod metus cauſa contra emptorem.Item nec hoc intereſt:non erat alias venditurus vt hoc caſu,aut erat venditurus, & fuit coactus vt minoris venderet: vt.ĵ. proximo caſu. nam ſi adhibita &c.[b] Item quod dicit ſciente emptore,ſupplent quidam& fraudẽ participant:& ſic ſoluitur cõtra.ff.eo.l.metũ autẽ.§.ſed licet.Sed certè in alio prorſus caſu ibi loquitᷓ:& hîc ſubaudi maximè.Nam idẽ eſt in emptore ignorante.ſ.ꝙ ſemper teneatur quod metus cauſa:ſed in hoc eſt ſolũ differentia inter emptorem ſcientem,& ignorantem:quia ſi ignoraret liberatur rei interitur:vt.ff.eo.l.ſi cum.§.in hac.&.§.aliquando.

z ❡ Vendere.] pater tuus,& patruus.

a ❡ Nam ſi.] probat à minori.

† Concor. c.pe.in me. extrà de ijs quæ vi metuſve cauſa fiunt.

† Concor. cum hac.l. c.abbas.extrà eo.titu.

Sententiæ duæ feruntur in lite quod me. cauſa.

b Dic ꝙ quantũ ad hoc vt competat iſta actio,quod me. cauſa. non eſt differẽtia in iſtis duobus caſibus vt hac.l. Sed in modo cõcludẽdi eſt differentia. Nã coactꝰ vendere petit reſcindi contractũ, & rem reſtitui:coactus verò vendere pretio viliori, petit ſuppleri iuſtũ pretium non rẽ reſtitui probatᷓ in.l.ſi res.§.j.ff.de iure dotium. Barto.

Maiore

a ¶ Maiore.] ſ.ꝑtio,& ſubaudi maximè.nã licet aliàs vēditorē cōpellã iuſto pretio, vendere,teneor:arg.ff.re.amo.l.nō enim.Io.Sed Py.contra arg.ff. co.l.ſed & partus.§.ſi.&.l.ſi cū,in prin.Sed certè ſecūdū Azo.poteſt intereſſe eius magis,quã valeat res:vt.ff.de mino.l.ſi in emptione.Itē maioris ꝑtij eſt, quod magis eligis:vt inſtit.de actio §.huic autē.&.§ præterea ſi quis.ff. de in diē adie.l.ſi venditor.

b ¶ Diſtrahere.] aliâs venditurum,vt differat à priori caſu.

c ¶ Tenore.] i.actiōe quod metus cauſa.

d ¶ Impetrabunt.] ita ꝙ ſi contumax eſt,in quadruplū condēnabitur.qđ vero iuſto ꝑtio deeſt,ſuppletur ſecūdū P.& Ir. Ac.

AD inuidiam.] CASVS. Si ali cui potenti rē meã vendidi,& coꝑtextu volo eam reuocare:quia in dignitate fuit is cui vēdidi: ꝑ ac. quod metus cã.an poſſim quæritur?& dicitur ꝙ nō ſufficit ad metū probandū,ꝙ ille fuerat in dignite conſtitutus,etiam vno teſte adiūcto:licet ſi vim paſſus fuiſſem, præſumptionem faceret cōtra eū dignitas:vt.ff.co.l.nō eſt verisimile. Viuia.

e ¶ Ad inuidiam.] i. malam præſumptionem.

e ¶ Inuidiam.] ſ.creandam præſumptionē: vel id eſt blaſmum:vt quia dignitatē habeat non præſumitur feciſſe vim ſed contra in paſſo vim facit ꝑſumptionem contra eum ſua dignitas:vt.ff.co.l. nō eſt.in princ.

f ¶ Arguendum.] i. argutè probãdū.quod eſt neceſſe:vt.j.co.l.metū.& j.titu.j.l.dolum.Accur.

SI donationis.] CASVS. Si vt tibi donarē aliquid, vel promitterē,vel tecū tranſigerē,mihi metū, intuliſti:an valeat quod actū eſt quæritur?reſpō. quòd nō quãuis inde factum fuerit inſtrumentū:& hoc ꝑtoris edicto quod eſt.ff.eo dē.l.j.

g ¶ Alterius.] innuit donationem vocari contractū:vt &.j.de præſcriptio.xxx.an.l.ſi quis emptionis.in prin.

poſſeſſiones ſuas,quę maiore[a] valebāt,minimo diſtrahere[b] iuriſdictiōis tenore[c] :vt id qđ improbè factū eſt,in priorē ſtatū reuoluat, impetrabunt[d] .PP.vj . Cal. Iañ. Gordiano A.& Auiola Conſ.

¶ *Ex ſola dignitate non præſumitur dolus, uel metus inferri.h.d.Bal.Vel ſic: Ex ſola dignitate contrahentis non præſumitur uiolentia.h. d.Alex.*

Impp. Diocletianus & Maximia.AA.& CC. Polliæ. LEX VI.

AD inuidiam[e] alicui nocere nullam dignitatem oportet. vñ intelligis ꝙ ad metū arguēdū[f] per quē dicis initū eſſe cōtractum ſenatoria dignitas aduerſarij tui ſola non eſt idonea.PP.iij. Cal. Maij Heracliæ .CC.Conſ.

¶ *Minæ capitales inducunt iuſtum metum: & omnis contractus,qui fit per metum,poteſt peti reſcindi.h.d.Bal.uel ſic: Quilibet contractus celebratus iuſto metu ſiue ſit hincinde obligatorius,ſiue ex altera tantùm parte reſcinditur. h. d.Alexan.*

Idem AA.& CC.Cotui. LEX VII.

SI donationis, vel tranſactionis,vel ſtipulationis, vel cuiuſcūque alterius[g] cōtract⁹ obligationis cōfectū inſtrumentū, metu mortis,vel cruciatu corpis extortum, vel capitales[h] minas pertimeſcendo,adito præſide prouincię probare poteris:hoc ratū haberi ſecūdum edicti formam[i] non patietur Dat.ij.Noñ.Ianua.AA. Conſ.

¶ *Metus ne quis uocetur ad munera nō inducit actionem quod metus cauſa.hoc dicit. Bal. Vel ſic uenditio facta,ut cautio frumenti ſibi reddatur:uel ne ad ciuilia munera uocetur,per actionem quod metus cauſa nō retractatur.h.d. Sali. & Alex.*

Idē AA.& CC.Triphonio. LEX VIII.

CVm te domus,& orti venditionē feciſſe[k] ſub ſpe recipiendi[l] ,ꝙ de frumēto feceras[m] inſtrumētum[n] ,vel timore,ne ad ciuilia munera[o] noīareris, ꝓponas:et reſcindi vēditionē veluti metus cauſa factam deſyderes:intelligis , ad ratū non habendū cōtractū,metū hmōi ꝓdeſſe nō poſſe[p] .D.xj.Cal. Septēb.Viminatij.CC. Conſ.

¶ *Ex ſolis minis non probatur metus,niſi fuerit deuentum ad actum.hoc dici.Bald. Sali. & Alexan.*

Idē AA.& CC.Himnodæ. LEX IX.

MEtum non iactationibus[q] tantū,vel[ꝺ] cōteſtationibus ſed atrocitate[r] facti probari conuenit. Dat. Cal.Decembr .CC. Conſ.

¶ *Timor accuſationis inſtitutæ,uel inſtituēdæ non facit hanc actionem competere, ad reſcindendum contractum.h.d.Alex.*

Idem AA.& CC.Fauſtinæ. LEX X.

ACcuſationis inſtitutę,vel futurę metu alienationem,ſeu promiſſionem factam reſcindi poſtulantis,improbū eſt deſyderiū[s] . Dat.vj.Cal.Febr.CC.Conſ.

¶ *Venditio facta officiali deputato, ad iuſtitiam adminiſtrandam,reſcinditur conditione ex hac lege ſi facta fuit per impreßionem,ſiue ſit facta uenditio ſibi,ſiue alteri ſuppoſito ab eo, nec pretium ei redditur.h.d.Alexã.*

Imp.Conſtantinus A.ad Euagriū præfect.præto. LEX XI

SI per impreſſionem †quis aliquem[t] metuens ſaltem in

maiores .ideo autē non repetitur,quia in neutro caſu fuit cã expreſſa. Quid autem ſi fuiſſet cauſa expreſſa?Rñ.in primo caſu huius legis repetitur:vt.j.de condi.ob cauſam.l.ſi repetendi.&.ff.de condi.cauſa.da.l.iij.§.ſi quis.In ſecundo ſi quidem erat inhabilis,repetit:vt.j.de condi.ob tur.cau.l.quod euitandi ſi habilis,nō repetit,licet ſit cauſa expreſſa,quia in pari delicto &c.vt.ff.de cōdi.ob tur.cau.l. ſi ob turpē.Eſt enim delictū militiam detrectare vel mun⁹ militię euitare:vt.ff.de re milita.l.qui cum vno . §. qui poſt.Accurſius.

MEtum.] CASVS. Qui metū allegat:probare debet,certum eſt.ſi ergo aliqñ minas mihi intuliſti,quia mihi vim inferres , vel corã pluribus,an talis iactantia mihi ꝙ vim inferres,ſufficiat ad metum probãdū quæritur?& reſpō. quòd non.

q ¶ Iactationibus.] qa præſens metus accipitur: vt.ff.eo.l.metū.iij.in prin. & diſtingue,quę perſona ſit,quę iactauit ſe illaturã vim,vel metū:potens,vel nō:de qua ſit veriſimile, ꝙ īferre poſſit:vt.j. ex q. cau.ma.l.ij.&.iij.&.ff.eo.l. non eſt.in prin.& ſecūdū hoc dic,ꝙ hæc duo verba iactationibus,& conteſtationibus intelligantur in eo,qui dicitur feciſſe metum: vt iactatio dicatur, ſit præſente nullo, conteſtatio quæ fit præſentibus pluribus :poſſunt ecōtra intelligi in eo qui dicit paſſus . Poſſunt etiã diuiſim intelligi , vt iactatio ad metum inferēte,quia plerunque minat⁹ fuerat hunc ſe interficere conteſtatio ad vim paſſum qui exclamauit corã alijs , vel non corã.

r ¶ Sed atrocitate.] in qua capitales continentur minæ. & facit ſuprà de tranſactioni.l.ſi maior primo.

ACcuſationis.] CASVS. Ne te accuſarem de crimine aliquo,vel iam accuſatione inſtituta deſiſterem, fundum mihi vendidiſti, vel aliquid promiſiſti:an repetere poſsis,quæritur? Et reſpond ꝙ non. non enim ſufficit talis metus ad vēditionem reſcindendam quia præſumitur trãſactio. Viuianus.

Munus militię euitare delictū eſt.

Metus vt ſufficienter probetur, probatur iactatione minantis.

ꝺ Cōteſtatione.

h ¶ Capitales.] Puta ne cōbureret inſtrumēta ſtat⁹,ꝙ eximit caput de ciuitate,ſicut mors naturalis:vt.ff.eo.l.iſti quidē.§.ſi is.nō dico ꝙ loquat, vbi timui capitalem accuſationē,licet Io. procedendo hîc reſponderit,quia tunc nullo modo repetitur:vt.j.eo.l.accuſationis.nec dico,ꝙ loquatur vbi minabat ꝙ me interficeret,qa hoc cōtinetur ſub illo mēbro,metu mortis.& facit.ſ. de fact.l.interpoſitas.&.ſ de reſcin.vendi.l.j.&.ff.de cōdi.ob tur.cau.l.ex ea.

i ¶ Formam.] quæ eſt.ff.eo.tit.l.j.

CVm te.] CASVS. Exactori tributorum,frumentum me ſoluturū promiſi publicū,& factum eſt inſtrumentū promiſsionis:facta ſolutione ipſe retinet inſtrumentum, ſpe recuperandi inſtrumētū:fundū meū vendidi ei:volo fundū reuocare per act.quod metus cauſa:an poſsim,quæritur?& reſpon.quòd non.Item ſi electus fuiſti in ciuitate aliqua , vt aliquos nominares ad ſubeunda ciuilia munera,& ne me nominares , fundum quē affectaſti ,tibi vendidi:an reuocare poſsim,quaſi per metum inductus quæritur?Et rñ.ꝙ nō.& eſt ratio,quia cã pro qua vendidi non fuit expreſſa: vt .j. de condi.ob cau.l.ſi repetendi.

k ¶ Feciſſe.] ſ.exactori tributorū.

l ¶ Recipiendi.] expreſsè tamen hoc non dixiſti

m ¶ Feceras.] quod modò erat ſolutum. Accurſius.

n ¶ Inſtrumentum.] eidem enim caueras de dando inſtrumento.

o ¶ Munera.] nominator enim erat.Et nota ꝙ prætor hos caſus in edicto non poſuit,ſed princeps interpretatus eſt:quia in his ſæpe continetur atrocitas:vt.ff.eo.l.non eſt. Accurſius.

p ¶ Non poſſe.] vt arg.j.de reſcin.ven.l.non idcirco.&.ſ.de tranſactio.l.ſi

s ¶ Eſt deſiderium.] Hoc eſt planum,ſi nō fuit cauſa expreſſa,ob quam dedit.Si autem fuit expreſſa,quod fieri debet:vt.j.de condi.ob cauſam da.l.ſi repetēdi. aut erat accuſatio calumnioſa,& tunc datum repetitur:vt.ff.de cōd. indebi .l .in ſumma.in principio,aut non calūnioſa:& tunc ſi tale erat crimē. de quo poterat tranſigi,& non ſtetur traſanctioni,repetitur datum, & exceptio obijcitur:ſi non poterat tranſigi ,non repetitur datum,quaſi turpiter datum:vt.ff.de conditio.ob turpem cauſam.l.ſi ob turpem.&.j.de contrahend. ſtipulatio.l.ſi quidem.De quibus autem criminibus tranſigi liceat, vel non: habes.ſ.de tranſactio.l.tranſigere.Sed contrarium huic.l.eſt .ff.eodem.l . nec timorem.§.fina. & . l. ſequentis vbi dicit repeti poſſe id,quod ab eo datum eſt,qui in adulterio ſit deprehenſus.Solutio ibi metus inſtabat.vel hîc timebat pœnam legitimam,et à legitima perſona inferendam: ſecus vbi deprehendor in adulterio:nam ibi poſſum,vel non poſſum iure occidi:& ideo iuſtè timui,quia non iure præcipiente:ſed permittente occidor.Item quia non eſt ibi miniſter legis vt iudex:ſicut eſt hîc.

SI per impreſsionem.] CASVS. Si tibi in aliquo officio cōſtituto timore officij tui me opprimenti fundum vendidi: vel amico quem interpoſuiſti per fraudem, cùm fortè tibi emere non licuit:totum debet reſcindi:nec pretium reſtituitur. ¶ Nota iſtam legem contra fœneratores qui faciunt res,vel recipi inſtrumenta per vxo. vel per familiares eorum quod tene menti ſecundum Bal.hîc.

t ¶ Aliquem.] Caſtaldionem puta.

† Concor c.ſuper hoc cum gl.,parua . ſuper verbo , oppreſsionem extra de renuncia.

Accuſatus tranſigens an poſsit datum repetere.

a ¶ In mediocri.] aliàs in modico.

b ¶ Reddatur.] per actionē quod metus cā secundū quosdā. Vel dic cōdictione ex hac.l.& sic metus q̄nq; punitur per actionē, quod metus cā: ex verbis legis,& in sententia, vt ferè per totum titulum illum. Quandoq; per sententiam tantū: vt.ff.e.l.isti.§.pe.&.§.fi. Q̄nq; per constitutionem principis, vt hîc Quandoq; officio iudicis vt.ff.eo.l.non est.per totam.legē.

In modico.

c ¶ Retineatur.] quadruplū q̄nque fisco dat: vt.ff.de contrahen.emp.l.nō licet.& l.qui officij. Et est hoc speciale, vt pretiū non reddatur. aliàs contra vt.ſ.e.l.si vi.&.l.si p vim.

Metus multipliciter punitur.

d ¶ Si qui.] i.officiales.

e ¶ Prædam.] id est lucrū.de quo dictū est.ſ. in prin.

f ¶ Acquirant.] i. acquirere nitantur. sic.ff.de aut.tut.l.pupillus.§.fin & ſ.de contractibus iudi.l.j.

Venditiones] CASVS. Sicut venditio siue donatio seu quilibet cōtractus metu mortis, vel cruciatu corporis initus, p rato habendus non est: similiter neq; si per potentiam extortus sit. Viuianus.

Omnino.

g ¶ Infirmari.] vt hîc, &.ff.de of.præsi.l.illicitas in prin.&.ſ. de contrahē. emp.l.inuitum.& intellige potentiā talem: de qua lex superior dicit. Vel dic de tali, q̄ inducit actionē, quod metus causa.

Dolus duplex est.

¶ DE DOLO MALO. ¶ *Ideo dicit malo, quia est & bonus & malus dolus: ut.ff.eo.l.j. Et cōtinua. Dixit de resti. iure ac. quod metus causa: nūc de ea, quæ datur iure actionis de dolo. Accursi.*

Si fideiussor.] CASVS. Mihi deceē mutuasti: pignora & fideiussorem dedi,& fideiussori iure creditoris pignora mea vendidisti: qua actione ea reuocare possum, q̄ritur? & respon. q si fideiussor emerat, cōsultè faciet: si oblata sibi sorte cum vsuris, pignora cū fructibus restituat: alioquin dabitur contra eum de dolo actio. idest actio mandati nomine doli, propter fidē ruptam. q.d. propter tacitum pactum videtur tacitè conuenisse de seruanda fide in toto contractu. vnde mihi non sibi pignora luere debuit. ¶ Nota ex hac.l. secundum Bald. quòd quando actio est famosa, lex consulit debitori q soluat,& non expectet sententiam. cōcordat.ff.de procurat. l.si reus paratus.

In modico. mediocri [a] officio constitutum rei suæ in eadem prouincia, vel loco, vbi tale officium peragit, sub venditionis titulo fecerit cessionem: & quod emptum fuit, reddatur [b], & nihilominus etiam pecunia retineatur [c]: simili pœna seruanda, si [d] qui vel cōiugis, vel amici nominibus abutētes, prædam [e] tamen sibi acq̄rant [f]. x. Cal. Octobr. Aquileiæ. *

¶ *Extortum per potentiam, infirmatur. h. d. Bald. Vel sic: Quilibet contractus metu potentis celebratus venit rescindendus. hoc dicit. Sali. & Alex.*

Imper. Honorius & Theodosius AA. ad populum. LEX XII.

Venditiones, donatiōes, trāsactiones, quæ per potentiā extortæ sunt, præcipimus * infirmari [g]. D. xiij. Calend. Mart. ipsis AA. vii. & .iij. Cons.

TITVLVS XXI.

De dolo malo.

¶ *Si creditor pignora sibi obligata, uelit iure creditoris uendere, fideiussor non debet pro se emere: aliàs tenetur de fide rupta, quia censetur habere mandatum soluendi, & sic liberandi pignus unde si emat, tenetur rem debitori reddere restituta sibi sorte cum usuris. h. d. Alexan.*

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Clementinæ. LEX I.

Si fideiussor à creditore pignora [h] emerit: oblata [i] quantitate sortis & vsurarum [k], tibi dominium [l] cum fructibus, quos bona fide percepit, consultius restituet [m], ne fidei ruptæ [n] gratia, de dolo [o] possit actio exerceri. Accepta. Da. iij. Id. Maij, Plautiano & Geta Cons.

Præsumptio iuris & de iure nō admittit p bationē in cōtrarium.

h ¶ Pignora] exposita venalia.

i ¶ Oblata] hîc respondet. Et dic oblata. i. deposita & consignata quantitate à debitore isti fideiussori.

k ¶ Vsurarum.] s.solutarū,& etiā vsuras totius quantitatis solutæ: cū & fructus reddat,& bonæ fidei sit iudicium: vt.ff..mand.l.si verò non remunerandi. §.si mihi mandaueris.

l ¶ Dominium.] fuit ergo dominium translatum: vt institu.quibus ali.licet.§.j. Vel dic dominium, id est rem ratiōe dominij: vt.ff.de verborum signifi.l.interdum.

m ¶ Restituet.] est ergo præsumptio iuris & de iure, contra quam non recipitur probatio, quòd ex necessitate fuit facta venditio: ideo que debitori superest ius offerendi: vt.ff.de distrac.pig.l.ij.&.l.cùm secūdus.§.j. Item nota generale, nō admittitur.s.fideiussor, vt quilibet alius: sic &.ff.de vulga.substitu.l.cohæredi.§.cohæres.& de lega.ij.l.fi.§.quatuor.& de distrac.pig.l.ij. Sed arg. contrà.ff.quod cuiusque vniuer.l.item.in princip.& de adop.l.si paterfamiliàs.§.qui duos.

m ¶ Restituet.] sine lite. Accursius.

n ¶ Ruptæ.] scilicet taciti pacti. nam bonā fidē promisisse videtur in toto negotio, quā nō seruat emēdo, sed luendo: vt.ff.mād.l.si mādato. ij.§.j.in fi.

o ¶ De dolo.] imo datur mandati: vt.ff.man.l.si mādato.ij.§.j.& de pig.l.ij.l.& sic nō de dolo: vt.ſ.l.proxi. Sol. expone hîc.i.mandat i nomine doli secundū Ioan. Alii. vt I. q hîc emit debitore inuito. Alij q hîc iam erat actum mādati: vt arg.ff.fami.ercis.l.si familia.§.familiæ. Alij q hîc fideiussit ad tēpus,& tēpore elapso emit pignora. arg. contra hanc solutionem.ff.mand.l.si fideiussor j.§.fi. vel distingue, an officio iudicis sit assecutus fideiussor,& tunc mādati: an contra spōtè emit: & tunc de dolo: vt argu.ff. de distract.pign.l.ij. Alij aliter soluūt, sed omnes reprobo præter primam: vt in contrario notaui. Acc.

¶ *Actio de dolo, non concurrit cum alia, & causa cognita competit. hoc dicit. Bal. & Salice. Vel sic: Actio de dolo cum alia regulariter non concurrit. h. d. Alex.*

Imp. Antoninus A. Agrippæ. LEX II.

De dolo [p] actio, cum alia [q] nulla competit, causa cognita [r] permittitur. D. Non. Noueb. Gentiano & Basso Cons.

¶ *De utili tempore deducitur tempus absentiæ hoc. dicit. Alex.*

Imper. Goardinus A. Aquilino. LEX III.

Non possunt obesse tibi tempora, quæ *In actione.* in actiōe de dolo solent computari [s], quibus [t] reipublicæ causa (vt allegas) occuparis: sed exinde [v] tibi incipiet tempus cedere [x], ex quo muneribus liberatus, facultatē agendi intra [y] præstituta [z] tempora cœperis obtinere PP. Idib. August. Sabino. ij. & Venusto Cons.

¶ *Ex contractu innominato facio ut des, vbi ex facto præstito, nihil adest aduersario, cuius comtemplatione factum præstatur: vel si adest, non constitit in commodo pecuniario, non datur actio præscriptis verbis, sed actio de dolo, ut impleantur conuenta. h. d. secundum intellectum gl. quem sequitur Ray. Iaco. Butri. & etiam Bal. Vel sic: Secundum intellectum Pe. Cyn. Bartol. & Ange. hoc intendit. Si in contractu facio, vt des, non seruatur fides facienti, & factum de se nō est repetibile: datur actio de dolo, ad id quod interest eius illud factum non præstitisse: sed si est repetibile, daretur cōdictio ob causam ad repetendum. Vel ei daretur rei uendicatio, si dominium non erat translatum. h. d. Alexan.*

Impp. Dioclet. & Maximian AA. & CC. Menādræ. LEX IIII.

De dolo.] CASVS. Ita demū de dolo datur actio, si nulla alia competit & hoc cū causæ cognitione. Hæc autē in causæ cognitione verſant̄, tēp⁹, res persona. Tēpus, vt vltra annū non detur, secundū antiqua iura: hodie vltra biennium vt ſ.l.vlti. Itē res quia pro modica re non datur: vnde nisi quantitas sit vltra duos aureos, nō detur. Itē persona, vt non contra parētes, vel patronū detur, cū sit famosa: vt.ff.eo.l.si oleū.§.vlti.&.l.seq. Vel pone casum vt in glo.seq.

In actione.

p ¶ De dolo.] CASVS. Emi à te equum, nō vis mihi tradere: volebā agere actione de dolo, dicit Imperator nō potes, sed exempto.

q ¶ Alia.] s.specialis. & æquū sit actionē dari ex dolo cōmisso: secus si generalis, vt cōditiōe certi vel sine causa: nam species non excludit suum genus. Itē nulla alia quæ nō sit arbitraria & prætoria, & ex eadē æquitate inducta, & restitutoria, alioqn contrà: vt.ff. quod metus cau.l.si cū.§.eum qui. & sic potest dici interdictum vnde vi.& quod vi aut clā. et iniuriarū actionē dari cū hac actione: qa & cū actione quod metus causa datur, etiā vnde vi. vt.ff.quod metus cā.l.metū iij.in princi. Sed contra est.ff.de in integ.restit.l.diuus.in fine.et.ff.eodem.l.prima.§.ait prætor.ibi, vsque adeò &c. Sic nota hanc actionem habere se ad modum inuidi: qui non maiori, vel minori statu, sed pari inuidet: sic hæc non cum pari, sed cum generali supra se, vel speciali sub se bene datur, vt dictum est.

Casus literalis.

Actio de dolo aliquas actiones secum admittit. Inuidus sibi pari inuidet.

r ¶ Cognita.] in causæ cognitione spectatur quantitas, tempus,& persona: vt.ff.eod.l.si oleum.§.fin.et.ll.seq.

Non possunt.] CASVS. Vltra annum vtilem à tempore doli cōmissi de dolo nō datur actio, si ergo tibi competit,& reipubli. causa aberas, an currat tibi tempus, quæritur: & respon. quod non, quòd verum est, si procuratorem relinquere non potuisti.ff.de diuer.& tempo. præscrip.l.j. sed à tempore tuæ reuersionis, quo tibi experiendi fuit facultas, currit, vt extunc nisi intra præfinita tempora litem terminaueris, et ages, tibi præiudicasti, hodie tamen hæc actio intra biennium potest experiri.

s ¶ Computari.] scilicet vtilis anni secundū vetera hodie biennij: vt.ſ. eo. l.fina.in principio.

t ¶ Quibus.] s.diebus subaudi: nullo enim modo currunt, si nec per se, nec per alium agere potuit, si verò per alium potuit, currunt: vt.ſ. eodem.l.fina. Sed restituitur: vt.ff.de diuer.& tempo.præscrip.l.j. sic et dicimus.ff.de in integ.restit.l.finali Item quòd mero iure currant, sed restituantur patet, per.l.vlti.infra eodem quæ est contra.&.ſ. de restit. mili.l.j.&.ij. vel solue vt ibi.

v ¶ Exinde.] id est eo tempore.

x ¶ Cedere.] idest currere.

y ¶ Intra.] id est iuxta.

z ¶ Præstituta.] Olim annus, hodie biennium.

Cùm proponas

CVm proponas.] CASVS. Ancillã meã tibi in cõtubernio copulaſti, & cõueniſti, vt mihi aliud mãcipiũ dares, vt eã manumitterem, vel darẽ tibi ad manumittẽdũ eam, poſteà manumiſi, vel tu manumiſiſti, & eſt cõtractus, facio vt des, ſi nõ facias quod cõueniſti, qualiter mihi ſuccurrarẽ quæritur. & diſtinguitur, aut eſt manumiſſa, aut non, ſi ſit manumiſſa, in ſeruitutẽ non reuocabitur, ſed mihi de dolo dabitẽ actio ſi tempus quo mancipiũ dari debet nondũ exceſſit: ſi manumiſſa nõ eſt, eã cum partu recuperabo, ſi mihi à te, vel ab ea quęſtio ſtatus nõ moueatur, puta quia dicat ſe ingenuã à natiuitate. Viuianus.

CVm proponas inter te, & eũ quẽ in cõturbernio [a] ancillã tuã ſibi cõiunxiſſe memoraſti, placuiſſe, vt tibi [b] pro eadẽ [c] daret mãcipiũ: intelligis, quòd ſi manumiſiſti, vel ei tradidiſti [d], & ille manumiſit, reuocandę libertatis poteſtatẽ nõ habes [e]: ſed ſolũ, ſi necdũ ſtatutũ [f] tẽpus [g] exceſſerit, & fidẽ placiti rumpat, deſyderare debes, de dolo tibi decerni actionẽ [h]. Quòd ſi penes te, dominiũ eius remãſit [i]: adito pręſide prouincię, cũ natis [k] eiꝰ, hãc potes recuperare ſi nulla moueatur [l] ſtatus quęſtio Dat. iij. Cal. Maij Heraclię. CC. Conſ.

Valet tranſactio inter filium emancipatum & patrem cuius tutelam pater geſſit ſed ſi dolus patris interuenit, talis dolus purgatur per actionem in factum, non per actionem de dolo. h. d. Bald. Vel ſic: Tranſactio facta pacto nudo, tollit actionem ope exceptionis: ſed ſi facta fuit per acceptilationem, tollit ipſo iure. Quod ſi pater fuit in dolo tranſigendo, datur filiæ contra eum actio in factum, loco actionis de dolo. Alex.

Idẽ AA & CC. Amphidroſæ. LEX V.

SI ſuperſtite patre per emancipationem tui iuris effecta, matri ſucceſſiſti: rebuſque tuis per legitimum tutorem patrem [m], eundẽque manumiſſorẽ [n] adminiſtratis, poſteà trãſegiſti [o] cũ eo bona fide [p]: ꝓſpicis, ꝙ ſi pactũ [q] tãtũ factũ ſit, petitio tua ꝑ exceptionẽ [r] ſubmouet, Si verò nouatio legitimo modo interceſsit, & acceptilatio ſubſecuta eſt, nullam tibi iam ſupereſſe [s] actionẽ. ¶ Sanè ſi læſa [t] es immodicè, [v] liberatione ſolenniter per nouationem, atque acceptilationem tributa: non de dolo propter paternam verecundiam, ſed in factum actio tibi tribuẽda [x] eſt. D. Idib. Iuñ. CC. Conſ.

Dolus non præſumitur, niſi per indicia vrgẽtia probetur. h. d. Bal. Sali. & Alexan.

Idẽ AA & CC. Hymnodæ. LEX VI.

DOlum [y] † ex iudicijs perſpicuis [z] probari conuenit [a]. Dat. Cal. Decemb. CC. † Conſ.

† Ex inſidijs.

† AA. & Conſ.

Dolo inductꝰ ad repudiãdũ hæreditatẽ agit contra inducentem per actionem de dolo. hoc dicit. Bal. Vel ſic: Repudians hæreditatem dolo ſubſtituti. contra illum agit de dolo. hoc dicit. Salice. Vel ſic: Repudiatio hæreditatis facta per dolum alterius, ad quem deuoluta fuit hæreditas non redditur propterea nulla: ſed contra illum per actionem de dolo ſucurritur ad intereſſe. h. d. Alexan.

Idẽ AA & CC Sebaſtiano. LEX VII.

SI maior [b] quinque, & viginti annis hęreditatẽ fratris tui repudiaſti: nulla tibi facultas ius adeũdę relinquitẽ. ¶ Sanè ſi eiꝰ vxoris tibi ſubſtitutæ. dolo factũ [c] eſt:

---

a ¶ In contubernio.] Nã inter liberos tantùm eſt matrimoniũ: vt. ff. ad le. Iuliã de adu. l. inter liberas. & . j. de inceſt. nup. l. cũ ancillis. ADDITIO. Tu dic, ꝙ de iure canonico, etiam inter ſeruos poteſt contrahi, & eſſe matrimoniũ, de quo in. c. j. & per totũ titul. extrà de coniug. ſeruorum.

Matrimonium tantũ eſt inter liberos.

b ¶ Tibi.] Domino ancillæ.

c ¶ Eadem.] Manumittẽda prius à te, & ita fuit facio vt des, licet poſt eã pro facto quod facere debuit, alij dedit ad id faciẽdum, & ſic datio eſt pro facto. ſic. ff. loc. l. ſi tibi habitationem.

d ¶ Tradidiſti.] Hoc caſu videtur cõtractus do, vt des, & ſic videtur ꝓſcriptis verbis nõ de dolo dari: vt. ff. de præſcrip. ver. l. naturalis. §. j. quæ eſt cõtra. Sol. hîc tradidi. nõ vt ſibi haberet, ſed vt per eum vt per miniſtrũ manumitterẽ. Vnde ego videor manumiſiſſe ſicut, & ſuperiori caſu, cũ per me manumitto. ff. de admi. tut. l. ita autem. §. geſsiſſe Sed huic ſolutioni obuiat quod aliàs dicitur, quòd nemo manumittitur per alium: vt. j. communia de ma. l. j. in fi. & de vin. liber. l nec mulierẽ. Sed hîc poſſum: quia tranſtuli dominium, & in rem ſuam feci eum procuratorem, non autem per ſimplicem procuratorem, niſi ſit filius, vt ibi. Item adhuc, eſt contra & vtrique caſui. ſ. de tranſact. l. cùm mota. vbi in facio vt des, videtur dari præſcriptis verbis. Solutio ibi fuit do vt facias, licet in faciendo fuerit præuentum. Item adhuc contrà. ff. de condi. cau. da. l. iij. §. idem erit. verſicul. quinimo &c. vbi nõ de dolo ſed conditionem dicit dari in facio vt vt des. Solu. ibi dicit de conditione certi, quæ eſt genus ad hanc, quæ de dolo ſpecialem ſecum admittit. vel aliter, vt ibi.

Manumiſſio an poſſit per aliũ fieri.

e ¶ Non habes.] ſ. fauore libertatis.

f ¶ Statutum.] in actione de dolo.

g ¶ Tempus.] non dando tibi mancipium quod promiſerat.

h ¶ Actionem.] actione præſcriptis verbis deficiente, cùm non ita dediſti, vt aliquid de tuo facto ei videatur adeſſe. Vel vt hac datione eum obligare volueris. Sed potius manumiſsionis eum facere miniſtrum. Et hæc eſt ratio ſecundum eum, quare in facio vt des, non detur præſcriptis verbis. ſed hanc reprobaui, ſed poſteà approbatur: vt. ff. de præſcri. ver. l. naturalis. §. quòd ſi faciam. vel dic vt ibi. Accurſ.

i ¶ Remanſit.] Quia adhuc non tradidiſti, nec manumiſiſti, nec hac conditione expreſsè tradidiſti, ſi daret prius mancipium: vel incontinenti dicebat ſe daturum, vt in venditione videmus: vt inſtitutione. de rerum diui. ſic. §. venditæ.

k ¶ Cum natis.] id eſt filijs.

l ¶ Moueatur quæſtio.] Ab ea dicente ſe liberam à natiuitate vel ab iſto. nam tunc terminaretur quæſtio ſtatus antequàm agat rei vendicatione.

SI ſuperſtite.] CASVS. Filiam tuam impuberem à matre inſtitutam emãcipaſti: res eius vt tutor legitimus adminiſtraſti, maior facta tecum tranſegit, reuocato in dubium an ei ex adminiſtratione obligatus eſſes vult venire contra tranſactionem: an poſsit, quæritur? diſtinguitur an fuit interpoſita tranſactio bona fide tua, an non. Primo caſu: aut fuit ſimplex pactio, aut vallata ſtipulatione Aquiliana, ſubſecuta acceptilatione. Primo caſu cùm fuit ſimplex conuentio, dabitur tibi exceptio. Secundo caſu nulla ſibi ſupereſt contra te actio, cũ ipſo iure libereris: ſi autẽ mala fide, ſibi contra te in factum actio dabitur: cùm de dolo dari non poſsit: quia contra parentem, vel patronum non datur. Viuia.

m ¶ Patrem.] vt inſti. de legiti. parentum tu.

n ¶ Manumiſſorem.] i. emancipatorem: vt. ff. qñ act. de pe. eſt an. l. j. §. j.

o ¶ Tranſegiſti.] Facta maior.

p ¶ Bona fide.] ſ. interueniẽte ex parte tua. Vel dic bona fide: quia dolus patris non interceſſit.

q ¶ Pactũ.] id eſt ſimplex trãſactio.

r ¶ Per exceptionem.] replicabis tamen in factũ ſi pater dolũ cõmiſit, vel non replicabis, qñ dolũ non fecit pater.

s ¶ Supereſſe.] ſ. quod eſt notandum.

t ¶ Si læſa.] Vt qa dolo te induxit ad tranſigẽdũ, ſecus ſi non ꝓſtitit ꝓmiſſa. tũc enim agit cõdictione ob turpẽ cauſam vt. ff. de cõdi. ob tur. cau. l. ſi quis. vel aliter: vt not. ſ. de tranſa. l. actione.

v ¶ Immodice.] i. vltra duos aureos: vt. ff. e. l. ſi oleum. in fi. vel dic iudicis arbitrio æſtimabitur.

x ¶ Tribuenda.] Sic ergo reſtituitur filia contra patrẽ: vt. j. de bo. quæ lib. l. fi. §. fin autẽ patre. & ſic eſt cõtrà. j. qui & ad ver. quos. l. fi. Sol. vt ibi Itẽ nota hîc ꝙ actio fãmoſa non datur in patrẽ: vt ff. de obſequijs. l. parens. & l. licet. & ff. eo. l. nõ debet. Et ſic eſt cõtrà. ff. de fur. l. ſi quis vxori. §. j. vbi dicitur dari furti etiã in patrem, ſed hęc famoſior. Vel verius expone ibi. i. in factum nomine furti. ſic. j. de iure do. l. j. Itẽ ad idẽ eſt contra. ff. de in ius voc. l. ſed ſi hac. §. ꝑtor ait. & ff. de iniur. ꝑtor edixit. §. præterea., Vbi ĩiuriarũ dicit filio dari in patrẽ, & liberto in patronũ. Sed & ibi expone vel tẽpora, ſecũdũ Azo. i. in factũ, noĩe iniuriarũ. Itẽ ad idẽ cõtrà. ff. de vi & vi ar. l. j. §. interdictũ hoc. Sed illud non infamat: vt ff. illo titu. l. neque.

Actio famoſa an poſſit in patrem dari.

DOlum.] CASVS. Delata mihi erat hæreditas aliqua: perſuaſiſti vt eã adirẽ quãuis minus ſoluẽdo eſſet: ſi dicã te dolo induxiſſe me ad adeũdũ, an dolũ probare debeã, quæritur? & rñ. ꝙ ſic: ex perſpicuis circũſtantijs: nõ enim doli ſufficit atteſtatio: vt. ſ. de tranſa. l. ſi maior. ¶ No. ꝙ ea q̃ conſiſtũt in aĩo, nõ pñt probari directò, ſed probãtur ex indicijs perſpicuis. q. d. leuia indicia nõ ſufficiunt ad probationẽ, ſecũdũ Bar. & Bal.

y ¶ Dolum.] Volo agere actione de dolo, & dico ꝙ talis eſt ille, qui ſolet homines decipere.

z ¶ Perſpicuis.] id eſt probationibus manifeſtis.

a ¶ Conuenit.] Vt. j. de reſcin. ven. l. ſi dolo. & l. dolus. & ff. eo. l. & eleganter. in fi. & ſ. de tranſac. l. ſi maior. j. & ſ. tit. j. l. ad inuidiam. & ff. eo. l. quid enĩ. & de mino. l. iij. §. j. in fi. & de proba. l. quoties. §. j. hoc tamen fallit in illa regula brocardorum, dolum præſumi: vt. ff. mã. l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes & ff. ad le. fal. l. dolo. & ponebat Aldricus caſum in hac lege in Hiſpanis, qui inuitauerant eum ad prandium: vt fideiuberet pro eis, vel rationes ſuas accommodaret, & dabant ei vinum album, quaſi aquã rubeo miſtum vt ſic inebriaretur. ADDITIO. Aduerte ꝙ qñcũq; aliquis omittit id quod ſcit ſe facere debere, præſumitur eſſe in dolo. ita loquuntur ll. per glo. alleg. Si autem facit quis aliquid, tunc aut illud eſt ſimpliciter prohibitum, & etiã præſumitur eſſe in dolo. l. j. j. de ſica. & l. ſi non. de iniur. & c. j. extrà de præſumpti. Aut eſt ſimpliciter permiſſum id quod facit, & nõ præſumitur dolus niſi probetur: vt hîc.

Hiſpanorũ cautela.

SI maior.] CASVS. Frater tuus te maiorẽ. xxv. an hæredẽ inſtituit, & vxorem ſuam tibi ſuſtituit: dolo iuductus ab vxore eam hæreditatẽ repudiaſti: an tibi ad adeundam hæreditatem detur facultas, quæritur & rñ. ꝙ non, ſed tibi contra eam de do. datur. actio. Vi.

b ¶ Si maior.] ſi enim minor eſſes, ceſſaret actio de dolò cùm locum haberet in integrum reſtitutio: vt. ff. eo. l. j. §. ait prætor. & ff. de mino. l. & ſi ſine dolo. §. reſtitutus.

c ¶ Factum eſt.] vt eam hæreditatem repudiares.

a ¶ Potes.] Sed oppone, quia ipso iure videtur nulla repudiatio dolo dante ei cãm, vt in vẽditione dicit: vt.ff.eo.l.& elegãter.in prin.&.l.si qs affirmaue rit. & sic nõ est necessaria de dolo actio, cũ ipso iure sit munitus? R̃n. tãtã vĩ habet repudiatio, quãtã vẽditio, cũ sequitur traditio: sed vẽditio p̃cedit vt in firma: traditio vt infirmãda per actionẽ de dolo. sic ergo à simili infirmãda est repudiatio per actionem de dolo. & facit ad hãc.l.s̃.de iur.& fa. igno. l.ij.&.ff.eo.l.seru⁹.&.j̃.de rescin.ven.si dolo.&.ff. de act.emp.l. Iulianus.§. si venditor.

Venditio facta per dolum non valet.

OPtimũ.] CASVS. Tẽpus statutũ est infra qđ de dolo debet exerceri actio à quo tp̃e.quęrit? vtrũ à tp̃e doli cõmissi, an à quo qs scit dolũ cõmissum? & r̃n. ꝙ nõ intra annũ vtilẽ, sed intra biẽniũ tp̃e doli cõmissi, exerceri debet & terminari: siue absens fuerit, siue præsens, q̃ dicit se dolũ passum: nulla igit̃ licentia alicui eã post biẽniũ mouere seu motã exercere.

b ¶ Moueri.] sed biẽnio transacto p̃petuo, tenet̃ actione in factũ, de eo quod ad eũ p̃uenit: vt.ff. e.l.itaq;.§.j.&.l.Sabinus.

c ¶ Absfuerit.] currũt ergo hîc tp̃a absenti. & sic est cõtra.s̃.eo.l.non p̃nt.Solu.hîc corrigit: vel illa in vtili tp̃e.hîc in cõtinuo. Vel ibi reipublicæ cã aberat: hîc ex alia cã Vel verius currũt vt hîc sed restituit̃ vt ibi.& solue vt ibi.

Litis contestatione anperpetuetur actio.

d ¶ Dolum.] sed consulitur ei actione in factũ vsq; ad.xxx.annos.

e ¶ Finiendæ.] Nõ ergo p̃petuat̃ actio lite contestata. sic est in rescissoria secundũ quosdã: vt j̃.de tẽp.in integ.resti.l.supervacuã. qđ non placet, & ibi loquitur de restitutione, q̃ officio iudicis fit ad rescissoriã recuperandã. Generaliter ergo omnis actio lite contestata p̃petuat̃: vt.j̃.de p̃scri.xxx. an.l.fi.&.ff.de reg.iur.l.nõ solet.&.l.nemo enim.&.ff.de noua.l.aliã. Sed fallit in actione de dolo: vt hîc, &.ff.de peculio.l. quæsitum.§.fi. Itẽ fallit in retractatione status defuncti, quæ fieri debet vsque ad quinquẽniũ tantũ: vt.ff. ne de sta.defun.l.ij.§.fi.& de collu.de.l.ij.§.aliter atq;. Sed ar.contra in ead.l. ij.§. quinquennium autem non.

actionem de dolo contra eam exercere potes [a]. D. xvj. Cal. Maij. CC. Conſ.

¶ *Actio de dolo hodie durat tantùm biennio, continuo, à tempore doli commißi numerando quod tempus currit abſenti, & ignoranti: & lis intra illud biennium inchoata, debet etiam terminari. h.d. Sali. Vel ſic: Hæc actio debet hodie intra biennium moueri & terminari: aliàs ipſo iure tollitur, & iſtud tempus abſenti, etiã ignoranti currit. h.d. Alexan.*

Impera. Constantinus A. ad Symachum vicarium. LEX VIII.

OPtimum duximus, non ex eo die, quo se quisq; admissum dolum didicisse commemorauerit, neque intra anni vtilis tempus, sed potius ex eo die quo asseritur cõmissus dol⁹, intra cõtinuũ biennium de dolo actionem moueri [b], siue absfuerit [c], siue presto sit is qui dolum [d] se passum esse cõqueritur. omnes igitur sciant, neque incipiendæ post biennium, neque ante cõpletum biẽnium cœptę, post biennium verò finiẽdæ [e] doli actionis esse cõcessam licẽtiã. D. viij. Cal. Aug. Nesso Constantino. A. v. & Licinio Cæsare Cõ.

TITVLVS XXII.

De in integrum restitutione minorum vigintiquinque annis.

¶ *Minor læſus in renunciando querelæ inofficioſi teſtamenti tacitè vel expreſſè, reſtituitur in integrũ. Bal. & Alexan. Vel ſic? Renunciatio querelæ expreſſa vel tacita, præiudicat maioribus, non minoribus ætatis beneficio. Sali.*

¶ DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE. ¶ *Dixit. s̃. de reſtitutionibus, quæ dantur iure actionis: nunc de iis quæ dantur iudicis officio. Primò quæ dantur minoribus, præmittendo generalem titu. poſteà ſpeciales ſupponendo.*

ILlud.] CASVS. Pater filium suũ exhæredauit, & extraneũ instituit hæredẽ, querelæ de inoffic.testa. expresſè renunciauit vel tacitè. Expresſè: vt quia dixit se nolle eã intẽtare. Tacitè, vt quia agnouit legatũ in eo testõ ei relictũ, vel hæredi patrocinium præstãdo: an ad eã redire posſit, quæritur? & r̃n. ꝙ nõ si fuit maior: si fuit minor, potest desyderare, vt in integrum restituatur.

f ¶ Inspiciendum.] quantum ad ius commune & regulariter,

g ¶ Num.] id est an.

h ¶ Palam.] q̃a fecit pactũ de nõ agẽdo viua voce: vt.s̃.de pact.l. postquâm

i ¶ Dissimulatione.] agnoscẽdo iudiciũ defuncti, accipiẽdo aliquid ex testõ, vel præstando patrociniũ legatarijs: vt.j̃.de inof.test.l.parentibus.&.ff. de inoffi.testa.l.Papinianus.§.si conditioni.&.l.fi.

Querelę inofficiosi testamenti, quomodo tacitè renũciatur.

k ¶ Renunciatum.] an non subaudi: vt.si renũciatũ sit, amplius moueri nõ posſit, & hoc si est maior: nam si est minor, distinguit̃, vt hîc sequit̃.

l ¶ Nec &c.] hucusque loquitur in maiore: sed hic, nec hoc &c. in minore loquitur.

m ¶ Hoc.] id est, non solummodo hoc imò & cætera præiudicia.

n ¶ Tuam.] id est, minoris.

o ¶ Cadere.] s.cum effectu, vel efficaciter. cadit enim, sed restituitur: & sic ponitur per totum titulum infrà. quibus non ob. longo. tempo. præscript. & hoc si cũ authoritate tutoris renũciauit. aliàs ipso iure nõ nocet: vt.j̃. eo.l.iij. Sed certè. imò videtur semper ipso iure nõ nocere: vt.j̃.in q̃bus cau.in integ. rest.nõ est nece.l.ij.quæ est cõtra. Solt[a]. secus est in trãscursu tp̃is, quã in renũciatione expresſã vel tacita, quæ fit ipsã re, vt aduocãdo pro testõ: vt.ff. de inoffic.testa.l.ii. Vel [b] dic ꝙ.s̃.dixit tacita dissimulatione, dices tacẽdo quinquẽnio: vt.j̃.de inoffi.testa.l. contra maiores. Et secundũ hoc verbũ cadere, p̃priè & impropriè ponit̃ propriè quãtum ad hoc quod dicit tacita: q̃a tũc ipso iure tut⁹ est, vt in cõtrario. Impropriè quantũ ad id quod dicit palã: q̃a tunc verè cadit in minorẽ: sed restituit̃. sic & aliàs ff.de offi.procõ.& le.l. ij. Vel [c] tertiò dicit ꝙ hæc lex corrigit̃ per illã. Vel dic secundũ Hugo. [d] speciale in odiũ quærelæ: vt etiã expresſã renunciatio minori nõ noceat ipso iure per legẽ istam.

a Hæc sol. ab omnib' reprehenditur secũdũ Alexan.

b Et malè Alexan.

* An inofficiosi.

c Istam sequitur Bar. b.Sal.& Ange. & dicit Alex. quòd hæc magis tenetur.

d Nihil est secũdũ tenentes hic.

Imperator Alexander A. Plotianæ. LEX I.

ILlud inspiciẽdũ [f] est * num [g] ĩofficiosi q̃relæ, vel palã [h], vel tacita dissimulatiõe [i] sit renunciatum [k]. ¶ Nec [l] hoc [m] autem in tuam [n] personam cadere [o] posse, auxilium, quod ætati impertitur [p], ostendit. D. v. Id. Iul. Maximo. ij. & Aeliano Conſ.

¶ *Liberorum numerus non ſupplet ætatem, quantum ad excludendum à reſtitutione in integrum. h.d. Bal. Sali. & Alexan.*

Imperator Gordianus AA. Alexãdro. L. II.

¶ Sin autem abfuerit † alterutra pars[n],& per procuratorem cauſa eius agitetur: non ante licentiã[o] habeat actor litem exercendã ſuo procuratori mandare[p],niſi prius actis[q] interuenientibus in prouincia in qua degit[r] , ſacramentum calumniæ ſubeat[s] .Similique modo ſi reus abfuerit , & forſitã per iudicatum[t] ſolui ſtipulationem procuratorem[v] ordinauerit , vel defenſor[x] pro eo interuenerit : & ipſe[y] ,vel præſente actore per ſe,

l ¶ Ex præteritis.] vt ſacramentum in litem.& veritatis.& teſtis.

40 m ¶ A nobis.] vt iudicis & aduocati : vt.j.titu.j.l.rem non nouam. in prin.&.§.patroni.Accurſius.

n ¶ Pars.] ſcilicet rei vel actoris.Accurſius.

o ¶ Licentiam.] videt̃ ꝙ ad litis cõteſtationẽ,& narrationẽ,& interrogationes nõ poſſit quis dare procuratorẽ.fiũt enim iſta antequã iuretur de calumnia:vt.ſ.e.l.in prin.Rñ.imò poteſt:vt.ff.de procu.l.ſed etiã ex his.&.l. nõ ſolũ.in prin.& quod hîc dicit eſt intelligẽdũ,cũ ſic vult dare procuratorem, vt totam cauſam debeat explicare vſque ad finem.Vel dic lite conteſtata cum domino non conſtitui procuratorem,niſi primò dominus ſubeat ſacramentum calumniæ.& intellige hoc quando conſtabat de mandato.& ita in.§.hoc 50 etiam.loquitur quando dubitabatur de mandato.Accurſius.

p ¶ Mandare.] ſcilicet vt procedat vltra litis conteſtationem.

q ¶ Actis.] ſ.coram iudice illius terræ.

r ¶ Degit.] ſiue degit in ea in qua ſit lis, ſiue in alia.

s ¶ Subeat.] hoc iureiurando ab vtraque parte præſtito non videtur habere locum de rato cautio:ſed certè imò habet.j.eo.l.§.hoc etiã.&.ſ.de ijs qui ad eccle.confu.l.fi.& dixi plenè.ff.de procu.l.pomponius.§.ſed & his.Non enim eoipſo ꝙ iurat dominus de calumnia,perſonam procuratoris cõfirmat : ideo etiam poſt iuramentum præſtitum procurator qui ſatiſdederat de rato, conueniri poterit ad intereſſe,ſi dominus ratũ nõ habet .Itẽ cùm procurator nõ 60 iurat:vt.l.quoties.§.ſi tutor.nõne calumnioſè petet dilationes,& faciet interrogationes?Rñ.iudex cum cautela det,& inquirat à domino ſi præſens eſt:aliâs inquirit an doloſè abſit.Itẽ not. ꝙ hoc verũ in ſimplici procuratore , ſecus de eo qui factus eſt in rem ſuã qui iurat,cùm propriã fouet cauſam:vt. ſ. de procur.l.qui ſtipendia.ff.quando ap.ſit.l.j.§.in propria . niſi poſſit melius veritas ſciri per dominum:vt.ſ.de procu.l.fi.ſiue ex parte actoris ſit ſiue rei . tamen quidã dicunt,ꝙ ex parte rei non ſit procurator in rem ſuã,inuito actore:vt.ff.de procõ.l.ſi actor.Nos aũt cõtrà,vt.ff.fami.erciſ.l.planè.Sed P.diſtinguebat[m] an intenderet vtilem nomine ſuo quod poteſt:vt.j.de leg.l.ex legato.& tunc iuret.an directam nomine domini:tunc non.Sed argu.cõtra.ff. de 70 procu.l.non ſolùm.§.ſed interdũ.ſed ſecundũ R.& M.nunquã procurator iurat:ſed dominus ſemper.ſi autem nõ eſt in rem ſua procurator rei,aut dominus pro eo ſatiſdat:& tunc non iurat:vt hîc.Aut ipſemet,& tunc ſic ad inſtar fideiuſſoris quẽ cõſtat de calũnia iurare.nec obſtat.j.proxi.ibi,vel defenſor &c.nã ibi dñs pro eo promiſerat iudicatũ ſolui.ſed tu potes dicere aliter vt dixi.ff.de procu.l.non ſolũ.in prin.Itẽ huic.§.eſt cõtra.ff.de dã.infec.l. qui bona.§.ſi alieno.ſed ibi eſt ſpeciale,vel corrigitur,vel extra iudicium præſtabatur ibi.Accur. ADDITIO. Tu dic,ꝙ ibi loquit̃ de iuramento calumniæ inuẽto per hanc.l.ad ſolennizandũ iudiciũ, quia iſtud nõ præſtatur per procuratorem,ſed per dominum:vt hîc,ſed loquitur in alio iuuento per 80 iura vetera quod pluries præſtabatur in cauſa ad remouendum calumnias, & illud poterat præſtari etiam per procuratorem ad excludendum calumniam ſuam,ſecundum Pau.de caſt.hîc.

t ¶ Iudicatum.] quia dominus mandauit procuratori,vt defenderet eum, & ſatiſdedit pro eo iudicatum ſolui.

v ¶ Procuratorem.] cum mandato.

x ¶ Vel defenſor.] ſine mandato.

y ¶ Et ipſe.] repete,non aliter valet ordinatio procuratoris : vel defenſor non ali-

a Glo.iſta in hoc malè loquitur ſecundum Pau.cũ in illis habeatur pro patreſa . vnde non requiritur conſenſus patris in aliquo : vt. ff.ad macedo.l . ij . & de caſt.pec. l.iij.Lex auten ſi . alie. in gl. in. §. j . loquitur in aduentitijs.

† Et licet vera cauſa natura forſitam alia eſt : tamen &c.

b Et malè Pau.

c Dic vt quia agitur de facto ipſius adulti.P.

d Et bene Bar.B.Pau. & Alexan.

e Iſta glo. eſt notabilis,& approbata ſecundum ſcribẽtes hîc.

f Iſtud dictũ glo. eſt valde ſingulare:ſecũdũ Pau.hîc:ad hoc quòd actor debeat audiri & quòd iudex debet ipſum compellere ad litigandũ cũ eo modo ꝑ dicto in gl. &c.

g Iſta glo. eſt ſingularis & valde notabilis ſecundũ Bar. & Pau.hîc.

h Iſtud dictũ glo. eſt valde ſingulare:nec reperit̃ alibi. & ad iſtam glo.ſemper recurritur in materia poſitionũ . Pau.

Interrogatus an teneatur ad omnia reſpõdere,

† Concor. cũ hoc. §. gl.vnica, in fi.inca.quia in cauſis.extrà de procura..

i Iſtud hodie eſt immutatũ de iure canonico,quòd admittatur poſitio negatiua,& ſic eſt reſpondendũ, quia licet non poſſet probari per teſtes, poteſt tamẽ probari per confeſſionem:vt eſt caſus in c.j. de confeſ. lib.vj. Pau.de ca.

k Alios caſus in quib' quis non tenetur reſpõdere , vide per Pau.de caſt.hîc.

Procurator an poſſit dari ad litis cõteſtationẽ.

l Nihil eſt ideo dic ꝙ licet iuramẽtũ de calũnia quod habet ſolennizare proceſſum debeat præſtari per dominũ : attamẽ etiam ipſe procurator iurabit de calũnia ſua ſecundum Pau.

m Iſta diſtinctio nõ placet ſcribẽtibus hîc.

vel per inſtructum[a] procuratorem, vel etiã abſente[b], eo, ſi hoc iudex perſpexerit, inter acta iuramẽtum præſtet, quod[c] reum dare anteà[d] diſpoſitum eſt.

Sacramentum calumniæ non poteſt à partibus remitti: quia eſt introductum pro publica utilitate: & quia dolus futurus remitti non poteſt. hoc dicit. Bald.

Sed quia veremur ne forſitan quidã colluſione[e] aliqua vtentes † remittere videãtur[f] inter ſe huiuſmodi ſacramentũ, & ex prædicta diſsimulatiõe[g] noſtrã ſanctionẽ deludãt †: ſancimus[h] oẽs iudices, licet ex compromiſſo cognoſcãt, vigorẽ ſuũ exercẽtes (quia[i] non pro commodo priuatorũ, ſed pro cõmuni vtilitate præſentẽ legẽ poſuimus) minimè pati tale ſacramẽtũ remitti[k], ſed omnimodo hoc, & ab actore, & à fugiẽte exigi: ne paulatim videatur hmõi res defraudari, & ſacramẽtũ, vel principaliũ perſonarũ, vel aduocatorum ex quacũq; parte mutilari[l].

Qui propter dubiũ mãdati eſt admiſſus: cum cautione rati, non releuatur: quin principalem ſuum debeat facere iurare de calumnia intra tẽpus à iudice ſtatuendum. h. d. Sali.

Hoc[m] etiã huic legi addendum eſſe cẽſemus, vt ſi quis pro alio litem mouere voluerit, & nullo[n] mãdato prolato, ſed per fideiuſsionẽ[o] ratã rem dñm habiturũ, ſuã pſonã firmauerit[p]: ne vel ex hac machinatione[q] lex circũſcribi[r] videaẽ, ſancimus ſi quid tale in poſterũ emerſerit, ſiue pro vna perſona quis litem mouere voluerit, ſiue pro aliquo corpore[s], vel vico, vel alia vniuerſitate, fideiuſsionem[t] quidem ſolitam præſtare, litem autem vlterius minimè procedere[v], niſi intra † à iudice ſtatuendum[x] tempus faciat perſonas principales[y] ſacramentum ſubire, vel præſente aduerſario (ſi hoc maluerit[z]) vel alio[a] pro eo[b] agente, vel penitus altera parte ceſſante, inter acta apud defenſorẽ locorum huiuſmodi ſacramentũ calumniæ, vel ab ipſo pro quo agitur[c], vel à plurima[d] parte, vel idonea[e] vniuerſitatis procedat.

Si actor non uult iurare de calumnia, cadit ab actione, reus uerò nolens iurare, habetur pro confeſſo. h. d. Bal.

Quòd ſi actor noluerit ſacramentum calumniæ ſubire, & hoc legitimè fuerit approbatum[f]: nõ liceat ei penitus ad litem peruenire, ſed † cadat[g] ab inſtituta actione quaſi improbus litigator, & triſtitia[h] iudicum ei cum ſumma in terminatione occurrat, & à iudicio eum quàm longiſsimè expellat. ¶ Sin autem[i] reus hoc ſacramentum ſubire recuſauerit: in ijs capitulis quæ narratione[k] cõprehenſa ſunt, pro confeſſo[l] habeatur: & liceat iudici ſententiã proferre, quemadmodum ei, & ipſa rei[m] qualitas ſuggeſſerit. Sic enim non lites ſolùm, ſed etiam calum-

non aliter admittitur niſi & ipſe &c.

a **Inſtructum.**] ab actore præſente, vel verius præſente ad locum vbi reus iurat.

b **Abſente.**] omnino per contumaciã aliâs actori defertur ſacramentum calumniæ etiã in abſentia: vt. ſ. aut. principales. ſicut etiam teſtibus: vt. j. de fide inſtru. l. iudices.

c **Quod.**] ſcilicet iuramentum.

d **Antea.**] i. in principio huius legis. Accur.

e **Colluſione.**] quia fingunt ſe iuraſſe, & non iurauerunt.

f **Videantur.**] id eſt remittant.

g **Diſsimulatione.**] ſimulant non calũniosè agere.

h **Sancimus.**] ex cõpromiſſo. Sic ergo no. ꝙ corã arbitro iuratur de calumnia: vt. j. tit. j. l. rem nõ nouam. & ff. de arbi. l. j. Sed nunquid ſi fuit à principio omiſſum tacitè, pòſt poterit peti quacũq; hora iudicij vt iuretur? Reſpon. ſic: vt. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. pen. & quod in hac. l. in principio dicit: ꝙ à principio eſt iurãdũ: verũ eſt ſi deferatur[a]. Item an iurando de calũnia videtur litis cõteſtationẽ fieri? Reſpõ. non, quia iſtud iuramentũ fit poſt litem cõteſtatã: vt. ſ. eo. in prin.

i **Quia.**] videbatur enim ꝙ iſtud iuramentum de quo tractatur ſuprà, ſit inductũ pro priuatis tantùm: & ſic poſſit remitti: ſed certè non eſt inductũ pro priuatis tantùm, imò ob publicã vtilitatem.

k **Remitti.**] contra. ſ. de pac. l. ſi quis in cõſcribendo. Sed iſtud eſt inductum ob publicã vtilitatẽ: vt aliâs. ff. de poſtu. l. quos. Itẽ hoc eſt verũ, ꝙ non poteſt remitti expreſsè: tacitè autẽ poteſt ſecundum Io. & M. cùm demum exactum præſtatur: vt. ff. de no. oper. nũ. l. de pupillo. §. qui opus. & ff. de iureiur. l. iuſiurãdũ. §. qui iuſiurandũ ſic & aliâs plus valet tacita permiſsio quàm expreſſa: vt. ff. de procu. l. filiusfa. §. pen. & tacita prohibitio quàm expreſſa: vt. ff. de ſolu. l. verò Procuratori. & l. ſi quis ſtipulatus fuerit. x. in melle. & ſecundũ hoc tacitè omiſſo iuramẽto calũniæ, valet nihilominus ſentẽtia: & eſt neceſſe ꝙ appelletur. Sed Azo dicit[b] etiã tacitè non poſſe remitti, & ſic ſententiã nõ valere quaſi cõtra ſolitũ ordinẽ iudiciorũ latã: vt. j. de ſen. & interlo. l. prolatã. & j. de lit. cõte. aut. offeratur[c]. De patrono & de patre dic vt dixi. ſ. e. l. in princi. Item quid de clericis? M. dicit ꝙ non iurant: vt. ſ. de epiſ. & cler. l. cũ clericis. §. ꝙ ſi lis. & in Lõbarda. titu. de aduocatis & vicedo. l. honor. & l. quicunq;. & l. quoniã. Sed certe illa cum clericis. dicit in ſacramẽto iudicio ſiſti. Item in ſpiritualibus cõſtat ꝙ non eſt iurandũ: vt dicit decre. extrà de iura. calum. c. literas. ſed in aliis dico clericũ iurare vt in prædicto titu. de iureiurã. c. pe. & fi. Alij diſtinxerunt an agat, ſiue cõueniatur clericus de ſuo facto: vt tunc iuret cùm inueniatur eum purgare debere ſuã innocentiã: vt. ſ. de iis qui ad eccle. confu. l. præſenti. §. ſanè. & aliâs arg. j. de teſti. l. ſeruos. Aut de facto eccleſię: & tunc ſi de ſpiritualibus vt de decimis, primitiis, & ſimilibus: tunc non iuretur: ſi de aliis puta vinea, iuret non per ſe ſed per aliũ: vt extrà de iura. calũ. l. inhærẽtes. & c. in pertractãdis. & in Lõbarda. in d. l. quoniam. & ſ. de epiſ. & cle. l. cum clericis. Itẽ ſacramẽtũ teſtis puto etiam expreſsè remitti, ſecundum Azo. vt arg. ff. de fer. l. j. ſed H. idẽ quod in iſto. Item à principe hoc poteſt remitti, ſi huius legis faciat mẽtionẽ: vt. ff. de leg. iij. l. ſi quis. in princ. vt vni remiſſum alteri proſit: vt. ff. quod quiſq; iu. l. j. & l. ſi quis. in prin. & j. de fruct. & lit. expen. l. fi. Item quid ſi aduerſarius dicit per mendacium tale reſcriptũ impetratum, vel fortè falſum? Dico ſuper hoc etiam impetrantem iurare de calumnia: vt arg. ff. de in ius voc. l. is quoque. & ff. ſi quis in ius voc. non ier. l. ij. & ff. ſi quis cautio. l. ſi eum. in prin.

l **Mutilari.**] ad hoc. ff. de pac. l. ius publicũ. Et dic mutilari. i. annihilari.

m **Hoc etiam.**] non ſolùm ſupradicta: ſed etiam hoc addimus.

n **Nullo mandato.**] prolato, vel probato, allegato tamen. aliâs contrà. ſ. de procura. l. j.

o **Fideiuſsionem.**] vnde videtur iuſiurandum ceſſare, ſed non ceſſat.

p **Firmauit.**] i. admiſſus fuerit.

q **Machinatione.**] Quæ eſſet ſi iurare non deberet.

r **Circumſcribi.**] i. ne ſacramentum omittatur.

s **Corpore.**] Togatorum, coarctorum, vel nauiculariorum, vel monachorum, vel canonicorum.

t **Fideiuſsionem.**] id eſt rem ratam dominum habiturum.

v **Procedere.**] Sancimus.

x **Statuendum.**] à iudice.

y **Principales.**] quæ ſunt iſtæ perſonæ ſtatim exponit.

z **Maluerit.**] aduerſarius. Accurſius.

a **Alio.**] præſente.

b **Pro eo**]. ſi vna perſona ſit. Accurſius.

c **Agitur.**] ſi vna perſona ſit Accur.

d **Vel plurima.**] plurimam partem intelligit P. & M. idoneam partem omnium hominum ciuitatis, & pro eis ff. quòd cuiuſque vniuerſitatis. l. item. §. actor. & §. ex ijſdẽ. Sed nos cum Ioanne dicimus illos per quos defenditur vniuerſitas, vel per maiorẽ partem eorum: vt. ff. de condi. & demonſtra. l. municipibus. & ff. ad municip. l. municipes. aliud in tutoribus vbi ſufficit ſi vnus iuret: vt infrà ſi vnus ex pluribus tuto. vel curatoribus. l. prima. Eſſet enim ridiculum maiorem partem populi alicuius magnę ciuitatis debere iurare. iurabit ergo ſyndicus[d] quia ipſe habet legitimã adminiſtrationem: vt. ſ. eadem. l. §. quod obſeruari, vel maior pars adminiſtratorũ quando aliquis agit pro vniuerſitate ſine mandato, vt modò dixi. Item ſyndicus monaſterij eadem ratione: quia habet legitimam adminiſtrationem: vt. ſ. ea. l. §. quod obſeruari. ſed ſecundum Alberi. abbas tantùm iurabit. Item actor iurat ſecundum nos, & hoc dico ſi agat, vel conuenitur actor, vel ſyndicus, ſed ſecundum Albericum non. ſi nullus eſt conſtitutus ſyndicus, vel actor, iurat abbas. Item ſi melius ſcit abbas veritatẽ quàm ſyndicus, ipſe iuret, vel ſaltem de veritate dicenda: vt. ſ. de procuratoribus. l. fi: Accurſius.

e **Idonea.**] quamuis non ſit maior pars. Accurſius.

f **Approbatum.**] ſ. iudici.

g **Cadat.**] Nõ ipſo iure, ſed p ſñiam[e]: vt in aut. vt lit. iurẽt. §. illo. col. ix. & j. prox. Sed nõne hoc eſt iniquũ cũ fortè nolit cãm[f] proſequi? Rñ. nõ: quia ad alterũ cõpellit ex quo iam litem incœperit: vt. j. qũo & qñ iudex: aut. qui ſemel[g]. Itẽ videẽ ꝙ nõ debẽt ius ſi quod habẽt admittere: vt. j. tit. j. l. properandum. §. ſin autẽ ex geſtis. quæ eſt contrà. Sol. ibi de abſente qui iurauerat. hîc de præſente, & non iurante. Item dicit in abſente qui non iurauit. Accurſius.

h **Triſtitia.**] quia iudices debent oſtendere ſe triſtes, & iratos contrà iurare nolentes. Accurſius.

i **Sin autem.**] Sed quid ſi quis iurauerit ſe nunquam iuraturum? Dico non eſſe remittendum iuſiurandum, ſed repellendum eum ab agẽdo ſi nõ iurauerit, quod videtur facere non poſſe cùm contrà iurauerit, vel ſi conueniatur facere ſoluere quod petitur habeat facultatem, nec enim poteſt: vnde habebitur pro confeſſo. Accurſius.

k **Narratione.**] ſcilicet libello actoris. i. quæ comprehẽſa ſunt in narratione ab actoris parte. H.

l **Pro confeſſo.**] Sed nũquid hîc & ſuperiori caſu poterit appellare? quidam nõ. Tu dic ſecundũ Ioan. ꝙ ſic: vt. ff. de appel. creditor. §. iuſſus. vbi dicitur, ꝙ cõtumax (præter quã in nõ veniẽdo) poteſt appellare. Itẽ quomodo fertur ſentẽtia lite nõ cõteſtata? Rñ, imò eſt cõteſtata, ſed pòſt noluit altera pars iurare: aliâs non daretur definitiua: vt. j. de tempo. & repara. appel. l. fi. §. illud.

m **Rei qualitas.**] per hoc apparet quòd non eſt ſemper ideo condem-

† Remittere videantur ſibi huiuſmodi ſacramentũ &c.

† Quod fieri non debet quia pactis priuatorum ius publicum non mutabitur. ſimile in. c. ſi diligenti. cũ gl. j. extrà de foro compe.

a Vide caſum de hoc expreſſum in. c. i. reſ. j. eo. ti. li. vj.

b Et benenã nec expreſſè nec tacitè remitti põt: ſed poteſt remitti qđ eſt diuerſũ à remiſsione. Pau.

c Iſtud eſt hodie deciſum de iure canonico in. c. j. §. j. e. ti. li. vj.

† Aliâs niſi iudices intrẽ ſtatuendũ tẽpus faciãt principales perſonas ſacra &c.

† Cõcor. c. imperatorũ cũ gl. ſuper verbo, decidant. & ca. fi. extrà eo. titu.

d Concor. gl. j. in prin. in c. ſi extrà de procur. Abbas an debeat de calũnia iurare, vel ſyndicus monaſterij.

e Priuatoriã iuris ſui vel dic abſolutoriã ſecundum Pau. hîc.

f Id eſt inſtãtiã. Pau.

g Dic ſecũdũ Pau. hîc ꝙ aliud eſt expreſſe renunciare inſtãtiæ: quia tunc ſoluit expenſas: aliud eſt recuſare iuramentũ præſtare, & velle proſequi: quia tũc puniẽ: vt hîc.

a Ista glo. reputatur sing. secundum Pau. de cas. hîc ad hoc ꝙ quando ex tenore libelli apparet aliquid contra ipsũ actorẽ propter quod reus deberet absolui: licet reus verè, vel fictè confiteatur contenta in libello, non debet condẽnari, sed absolui: quia censetur confiteri cũ omnibus suis qualitatibus.

nandus. Quid enim[a] si actor fuerit cõfessus tale quid, propter quod reus non deberet dãnari: puta dixit illũ sibi. x. per metũ promisisset qui caderet in cõstantissimũ hominẽ? Non debet tunc iudex eum cõdemnare: licet nolit iurare: & hoc colligitur ex ipsis verbis, ipsa rei qualitas &c. Item nũquid potest petere tẽpus ad deliberãdum, vt subeat sacramentum calumniæ? Respon. ꝙ sic: vt dixi in respõdendo. s. ea. l. §. quod obseruari. in glossa & sic quoddam aliud est. Itẽ nunquid qui 10 iurare non vult tenebitur illi qui iurauit iniuriarũ? Ir. & R. dicunt ita. Io. cõtrà: quia iuris executio &c. vt. ff. de iniur. l. iniuriarum. §. is qui. Contrà. ff. qui satis. cog. si verò. §. j. &. ff. de iniur. l. si creditor. Accur.

a ¶ Credendum est.] 20 q. d. nullum alium.

b ¶ Calumnia.] id est exactione, quæ pro calũnia dabatur, quæ in decima parte litis mulctabat: vt insti. de pœna teme. liti. §. hæc aut. *ADDITIO*. Aduertas ꝙ & hoc ad ius antiquũ hodie redactũ est, vt in authen. 30 de litig. §. ad excludendas. colla. viij.

c ¶ Remedium.] idẽ in alio iuramẽto: vt. ff. de iureiuran. l. j.

d ¶ Primordio.] id est post exordium incontinenti: vt. s. e. l. circa princ.

e ¶ Moratur.] s. vtraq; ꝑsona. Et dic quid sit 40 territoriũ: vt. ff. de ver. sign. l. pupillus. §. territorium. Accursius.

f ¶ Ingressu.] ad iudicium.

g ¶ Proposito.] quod est vt abbreuiẽtur lites.

h ¶ Prædictum est.] s. in pẽdentibus tantùm.

i ¶ Concedi.] id est re- 50 mitti. sic. s. de arbit. ne in arbitris. in fi.

k ¶ Abfuerit.] vt quia per procuratorem ab vtraque parte litigatur.

FINIS SECVNDI LIBRI.

¶ DE IVDICIIS.

¶ *Dixit de præparatorijs iudiciorũ: ut de eden 60 do, & de in ius uocando, nunc generaliter[b] de iudicijs. Accursius.*

* Sancimus.

b Sequũtur Bart. Pau. Alex. & Ia. & extende vt per Bar. in ru. s. de pactis.

IVdicio cœpto] *CASVS.* Mutuaui tibi. x. & stipulatus sum nomine vsurarum singulis mensibus quatuor denarios, elapsis sex mẽsibus petij ista. x. & vsuras. litem 70 sum cõtestatus. posteà durauit lis, vsq; ad. vij. menses. an istorũ septẽ mensiũ qui cucurrerũt à tẽpore litis cõtest. possim petere vsuras, quæritur? Respõ. ꝙ sic, cũ primò in iudiciũ nõ fuerint deductæ, nec poterãt: qa nõ erãt cõmissæ, & ideo alia interpellatione opus est. ff. e. l. nõ potest videri. Vel pone casum, vt in gl. seq. ¶ Nota ex ista. l. regulã quia creditor petẽdo in iudicio sortẽ principalẽ non præiudicat in vsuris interesse, dãnis, nec aliis accessorijs: secus videtur in receptione solutionis: quia recipiẽdo sortem simpliciter sibi præiudicat in istis accessoriis. l. fi. in fi. ff. de eo quod cer. lo. iuncta distin. Bart. ibi, & l. ij. in prin. ff. si quis cau. Ia. hîc.

l ¶ Iudicio.] Conueni debitorem meũ qui in sorte & in vsuris mihi tene- 80 batur, & singulis mẽsibus stipulatus fueram vsuram, qui nec sortẽ, nec vsuras (cùm iam multũ tẽporis erat elapsum) offerebat, nõ est perempta stipulatio vsurarũ quæ pẽdente iudicio cucurrerũt[c]. Vel aliter. Quidam tenebatur mihi ad sortem, & vsuras quatuor annorũ, super sorte, & duorũ annorũ vsuris, ipsum cõueni, nihilominus possum petere vsuras in iudiciũ nõ deductas.

m ¶ Iudicio cœpto.] Quod fit litis contestatione: vt in aut. de liti. §. si verò apud. colla. viij.

n ¶ Vsurarum.] quæ pendente iudicio currũt[d]. tamẽ putabatur contrà, quasi hæc nouatio extingueret principalem obligationem sortis, sicq; per cõsequentiam stipulationem vsurarum. Sed[e] contra est, vt hîc &. ff. de verbor. obli. l. cum stipulanti. & de excep. rei iu. si in iudicio. &. ff. de vsu. lite. & j. de vsu. l. in bonæ fidei. & ff. de regu. iu. l. non solet. &. ff. de noua. l. aliam. Alij dicunt vsurarum quæ scilicet cucurrerunt[f] ante litem contestatam: vt si pro quatuor annis erat soluẽdæ, & pro duobus tãtùm annis fuerunt in iudicium de- 10 ductæ.

c Idẽ Bar. Bal. Pa. Sa. Alex. & Ia.

d Istam gl. sequuntur scribentes hîc.

niatores minuẽtur: sic pro iudicijs putabũt sese homines in sacrarijs sisti. Si enim & ipsæ principales litigãtiũ partes per iuramentũ lites exerceãt, & causarũ patroni præbeant sacramẽtum, & ipsi iudices ꝓpositis sacrosanctis scripturis, tam causæ totius faciãt examinationẽ, quàm suum proferant arbitriũ: quid aliud, nisi pro hominibus deũ in omnibus causis iudicẽ esse credẽdũ est[a]? ¶ Antiqua itaq; calumnia[b] quiescente, & eius ambagibus, constitutio nostra dilucida, & compendiosa, in terris clareat omnibus, & sit maximũ dirimendarum causarũ remedium[c].

¶ *In litibus post hanc legem mouendis, hoc sacramentum debet præstari in primordio litis. in tunc uerò pendentibus præstari debet in primo litis ingressu. & si una pars tantùm est præsens, illa sola debet iurare, & si ambæ sunt absentes, lis suo marte debet discurrere. Sali.*

¶ Sed prædictum sacramẽtum, in litibus quidẽ quæ necdũ sunt inchoatæ, præstari volumus in ipso litis primordio[d]. Sin autẽ causæ adhuc pendentes inueniantur, vel post litẽ contestatã, & post solitas iudiciales cautelas iam prẹstitas, si quidẽ præsto fuerit vtraq; persona, & in eadẽ ciuitate, vel territorio eius moratur[e]: & in his litibus sacramentũ locũ habere, * & in primo post hãc legẽ ingressu[f] cõpelli iusiurãdũ præstare. Sin autem vna pars abfuerit: ne videatur propter absentiã personæ lis differri, & aliquod cõtrariũ eueniat nostro ꝓposito[g]: & quod pro cõpendio litiũ introductũ est, protinus hoc in aduersariam figuram trãsformetur, iubemus præsentẽ quidẽ personã omnimodo dare sacramentum, absenti autẽ in pendentibus duntaxat litibus (secũdum qđ prædictum[h] est) hoc concedi[i]. Sin autem vtraque principalis persona abfuerit[k]: ne diutius lites protelentur, etiam sine datione sacramenti lites pendentes suo decurrant tramite PP. iiij. Cal. Aug. Iustiniano A. iiij. & Paulino V. C. Cons..

Codicis domini Iustiniani Sacratiss. principis ex repetita prælectione.

LIBER TERTIVS.



TITVLVS I.

De iudiciis.

¶ *Per litis contestationem factam super sorte, ac etiã in parte usurarũ, non extinguitur stipulatio quo ad reliquas usuras iam discursas, uel etiã discurrendas. h. d secundũ utranque lecturam quæ ponitur in gloss. in uerbo, usurarum. Alexand. de Imo.*

Impp. Seuerus & Anton. AA. Clemẽti. LEX I.

IVdicio[l] cœpto[m], vsurarum[n] stipulatio[o] non est perempta[p]. superest igitur, vt debitorem eius tẽporis, quod non est[q] in iudicium deductum[r], conuenire possis[s]. PP. Calẽd. Apri. Antonino. ij. & Geta. ij. Cons.

o ¶ Stipulatio.] cùm principale non subsistit, neque accessorium: vt. ff. de re. iudi. cùm principale. So.[g] est quoddam accessorium quod non potest esse sine principali: vt in vsuris bo 20 næ fidei. & aliud qđ potest esse sine principali, si talis sit causa, ex qua sit æquum tolli accessòrium, vt præscripto. nam negligentia causa est hinc inde si ex alia bona sit.

p ¶ Perempta.] no 30 uatio est in aliam, vel nouam obligationem trãslato. Vel dic perempta: quia nec commissa secundum primum casum[h], vel propriè secundum alium.

q ¶ Quod non est.] non solùm vsu- 40 ræ quẹ ante litis ingressum debebãtur, peti possunt: sed aliẹ quæ pòst.

r ¶ Deductum.] quia nec poterat[i] secundum primum casum, cùm non esset commissa stipulatio: vt. ff. eo. l. non quem- 50 admodum. Ideoq; alia interpellatione[k] opus est: vt. ff. eo. l. nõ potest videri. sed tamen ad officium iudicis spectat[l]: vt. ff. de ædil. edic. l. ædiles etiam. §. item sciendũ est. Ioann. contrà[m] in hoc: nec dicas illud in 60 bonæ fidei iudicio tantùm: quia idem est in stricti iuris iudicio: vt. ff. de rei vend. l. non solùm. nec mirum si habet locum officium iudicis & certi condictio ex stipulatione. nam & in illa. l. non solum. habet locum officium iudicis & legis Aqui. §. acto, secundum alium casum potest aliorum duorum anno- 70 rum vsuras petere per stipulationem: secus est si non per stipulationem, sed iudicis officio debentur: vt. j. depositi. l. iiij.

s ¶ Possis:] etiam in eodem iudicio secundum primum casum per officium iudicis, vel alio iudicio[n] secundum vtrunque. tot enim sunt obligationes, quot summæ: vt. ff. de verbo. obligat. l. scire debemus. in princip. licet aliter sit vbi non per stipulationem, sed iudicis officio debentur: quia non possunt peti in alio iudicio, vt modò dixi. Et quia nouatione videbatur sublata, ideo largius[o] dic quod nouationum alia volũtaria, alia necessaria. Voluntaria sit per stipulationem[p], & per eam decedit, & non accedit obligationi: vt. ff. de not. l. aliam. & l. Paulus respondet. & l. nouatione. & l. si creditor. & l. si stichum. §. 80 fina. nisi in posteriori obligatione sint repetita quæ fuerant im prima: vt. j. etiam ob chiro. pen. l. j. &. ff. de pig. act. l. solutum. in prin. Item fit hæc voluntaria lit. conte. vt si contra alium volens[q] meum debitorem liberare litem cõtester, vt. ff. de noua. l. delegare. & de sol. l. solutionem. necessària autem cùm contra debitorem meum mihi soluere nolentem. litẽ cõtestor, quæ ideo sic dicitur[r] quia etiam inuitum te traho: vt. ff. de verbo. obl. l. inter stipulantem. §. j. vel ideo: quia quodãmodo inuitus videor vocare te in ius, cùm aliter mihi debitum consequi non possum: vt. ff. de sepa. l. fina. & per hanc sit nostra conditio

e Nã hîc loquitur in nouatione necessaria, vbi prima actio non tollitur. vt in gl. fi. j. e. ibi in nouatione volũtaria per quã prima tollitur. l. nouatione. & l. ẽptor. ff. de nouatio. secũdũ Bart. Bald. Pau. Sali. Alex. & Ia.

f Hec lectura quo ad istud nõ habet dubium. Pau. Alex. & Ia.

g Idẽ Cy. Alex. & Ia.

h Hec nõ placet Bar. Bal. Pau. & Alexan.

i Displicet Pau. Alex. & Ia.

k Ista est vera secundum eosdẽ.

l Imò non Bar. Pau. Alex. & Ia.

m Et bene Bar. & alij.

n Finito tamen priori iudicio per sententiam condemnatoriam secundũ eosdem.

o Hẹc gl. est valde magistra & ad eã cotidie recurritur. Alex. & Ias.

p Et etiam per aliũ cõtractũ Pau. & Ias.

q Secus ergo si eo inuito. Ale. & Ias.

r Quelibet ratio Placet. hîc. Ias.

conditio melior facta actione perpetua[a], & transitoria in hæredes: vt. j. de an. excep. l. j. §. ad hæc. & ff. de noua. aliam. Item transfertur ei periculum in possidentem[b]: vt. ff. de verb. obl. l. nemo. §. j. & nihilominus currūt vsuræ, vt hîc. Item interrūpitur præscriptio, & etiā vsuscapio quātùm ad effectum: currit tamē nihilominus vsuscapio: vt. j. de rei ven. l. more. & ff. pro emptore. l. ij. §. fi. quædam tñ actio non perpetuatur, vt actio de dolo: vt. s. de dolo. l. fi. & idem dicunt in rescisso- 10 ria: quod negamus[c] vt dixi. s. de temp. in integ. restit. l. superuacuam. fit quoq; necessaria per sen tētiam. & per eā reo absoluto, decedit obligationi: cùm agens ammodo repellatur exceptiōe rei iudicatæ, licet naturalis obligatio duret: vt. ff. de 20 cōdi. indeb. l. Iulianus. si autem dānetur debitor, accedit in hoc: quia alia noua actio datur in factum: vt. j. de re. cre. actori. s. vbi vetus erat personalis. alioquin vtilis in rem[d] ex sententia datur actio: vt. s. de arbit. l. ne in arbitris. §. sed & si. vetus 30 quoq; durat: licet quidā dicāt cōtrà. Si ergo agatur veteri, & excipiatur de sentētia replicabit de re secūdum actorē iudicata: vt. ff. de excep. rei iudi. si à te. §. si quis. Itē accedit: quia sine causæ cognitiōe mādabitur[e] executioni, nisi nouatio fuerit 40 facta: vt. j. de execu. rei iudi. l. si causam. Item maior vsura currit: vt. j. de vsu. rei iudi. l. ij. & iij. decedit autem quia prior vsura currere desinit interim[f]: vt. j. de vsur. rei iudi. l. sancimus. Item decedit quia vbi duo tenebantur insolidum, & pariter condemnati fuerunt, viriliter[g] teneri incipiunt. Item periculū vni[9], alius ammodo nō patitur: vt. j. si plures vna sen. fu. cō. l. j. & ij.

Sententia generalis lata super petitione generali, restringitur ope replicationis ad prosecuta tantùm. h. d. Alex. & Sali.

Idem AA. Valerio. LEX II.

Licet iudice accepto [a], cum tutore tuo egisti, ipso tamē iure actio tutelæ sublata non est [b]. & ideo [c] si rursus eūdē [d] iudicē petieris: cōtra vtilē [e] exceptionē rei iudicatæ, si de specie de qua agis, in iudicio priore tractatū nō esse allegas [f], non inutiliter replicatione doli mali vteris. PP. vj. Calen. Ianuar. Faustino & Rufo Cons.

Iudex qui de causa status principaliter cognoscere non posset: posset tamen incidenter. hoc dicit. Alexan.

Imper. Alex. A. Faustinæ. LEX III.

Quoties quæstio status bonorū disceptatiōi cōcurrit [g]: nihil prohibet, quo magis [h] apud [i] eū quoq;, qui [k] alioquin super causa status cognoscere non [l] possit, disceptatio [m] terminet. PP. vj. Id. Feb. Iuliano. ij. & Crispino Cōs.

Sententia lata super certa specie iudicij generalis, nocet in omnibus eius accessorijs, uel dependentibus, licet super eis non fuerit disceptatum. h. d. secundum uerum intellectum Alex. & Sali. Vel sic: Licet sententia generalis non nocet in specie non prosecuta: nocet tamen in appendicijs prosecutorum. h. d. secundum Barto. Sali.

Idem A. Popilio. LEX IIII.

Si cùm † tibi pretiū prædiorū * curatoribus comparatorū reputaretur [n], & instrumenta emptionis traderentur, quæstionem omissæ [o] euictionis non mouisti: intelligis semel finitā litē instaurari ♁ non posse [p]. PP. Calen. Aug. Modesto & Probo Cons.

Delegatus ab alio quàm à principe, delegare non potest. hoc dicit. Salicetus & Alexan.

Imp. Gordianus A. Marcello. LEX V.

A Iudice † iudex delegatus, iudicis dandi [q] potestatem non habet [r], cùm ipse iudiciario munere [s] fungatur [t]: nisi à principe [v] iudex datus [x] fuerit. PP. iiij. Non. Septembris. Pio & Pontiano Cons.

Licet.] CASVS. Tutelam alicuius pupilli administrasti, finita tutela in iudicium deduxit te: proposita actione tutelæ generaliter, sed super vna specie tantùm processum est, & absolutus es generaliter: an non ob- 50 stante re iudicata possit petere, vt sibi reddas rationem administrationis in aliis speciebus, quæritur. Respon. quòd sic, & si tu excipias de re iudicata, replicabit de dolo. ¶ No. ex hac. l. vnam regulam quòd prosecutio specialis restringit sententiam generalem ad prosecuta. rationem vide per Ia. hîc.

a ¶ Accepto.] id est delegato[h] ab ordinario. Et dic[i] quòd egisti generaliter[k] proposita actione tutelæ. Vel dic[l] secundum Ia. super vino, blado, sale, super pecunia: sed in iudicio vnam causam tantùm es prosecutus cùm multas species administrationis vna tutela habeat, & iudex generaliter absoluit. Alij dicunt[m], quòd proposuisti actionem adiecta vna causa, quam prosecutus es: vt arg. ff. de pecul. l. si ex duobus. Sed tunc non obstaret aliquo modo 60 exceptio[n]: vt. ff. de except. rei iudic. l. si mater. §. si quis autem. & §. eandem. sic etiam nō esset aliqua dubitatio huius legis. Item nec si potest poni vel intelligi, vt fuerit generalis petitio, & specialis prosecutio & sententia, quia tunc non nocet in aliis: vt. ff. de arbit. l. de rebus. ADDITIO. Non obstat illa. l. de rebus. quia ibi fuit omissa prosecutio scienter & dolosè hîc per errorem. Bar. Bal. Pau. Alex. & Ias.

b ¶ Non est.] in parte quam prosecutus nō es. In alia enim etsi natura debitor maneat: vt. ff. de condi. inde. l. Iulianus. tamen replicatio non datur.

c ¶ Et ideo.] quia superest.

d ¶ Eundem iudicem.] non alium[o] ne causæ continētia diuidatur: vt. ff. 70 de qui. re. ad eundem iudi. ea. l. ij. & j. ar. tu. l. omnes. & ar. j. eo. l. nulli.

e ¶ Vtilem.] id est efficacem prima facie, sed ope replicationis[p] annullatur. Sed contrà. s. de transact. l. sub prætextu specierum. Sol. distingue vt ibi[q], & ad hoc. j. de excep. l. si ex maiore. & s. si aduer. rem iudi. l. j. & s. de transact. l. age. & l. si de certa. & ff. de arbit. l. si cùm dies. §. plenum. & de admini. tut. l. Lucius. ij. §. tutelæ iudicio tutor cōuentus. Item arg. contra. j. eo. l. si cùm tibi. Sol. vt ibi.

f ¶ Allegas.] Si generaliter proponatur ad speciale descendi potest: nec obstat exceptio rei iudicatæ in vno.

Quoties.] CASVS. Petebas à me hæreditatē cuiusdam Titij 80 coram delegato iudice: dicebam te esse seruum meum: an iudex qui aliâs de causa status cognoscere non potest, possit se intromittere, quæritur. respō. quod sic: quia incidens est. de liberali enim causa præses cognoscit, siue incidat, siue principaliter proponatur. ¶ No. ex hac. l. regulam quod ille qui est iudex causæ principalis, est etiam iudex cuiuscunq; causæ ibidem incidētis, dato quod de ea non posset principaliter cognoscere. secundum Ia.

g ¶ Concurrit.] vt si à me hæreditatē petas[r], & te seruum meum dicam

h ¶ Quo magis.] id est minus. simile. j. qui da. tut. pos. l. j. sic econtra. j. eo. l. properandum. in fi. & ff. vi bo. rap. l. ij. §. j. vel propriè [s] pone quo magis. q. d. non magis disceptationem principalem terminabit, quàm quæstionem status. nam vtranque terminabit[t], & illa verba nihil prohibent &c. expone id est omnia iura magis consonant in hoc, quo, prout &c. sed in prima ponitur quo in vim nominis.

i ¶ Apud eum.] vt puta delegatum.

k ¶ Qui alioquin.] i. aliâs si principaliter quæ- 10 ratur de statu, nō potest agnoscere: vt. j. de ped. iudi. l. ij. in fi. & sic propter suam personam impeditur[v]. Vel dic propter personam eius, de cuius statu quæritur, vt quia est pupillus: vt. j. de ordi. iudi. l. j.

l ¶ Non possit.] quia 20 fortè pedaneus erat.

m ¶ Disceptatio.] s. vtraq; bonorum, & etiā status: adeò vt si secundū eum qui seruus dicitur de hæreditate pnūciet[x] sufficit ad libertatē. si contrà non impediatur [y] defensio libertatis: vt. j. de ordi. cognit. l. ij. An e- 30 nim de incidentibus sit pronunciandum, triplex est opinio: vt dices. j. de ordi. iudi. l. j.

Si cum.] CASVS. Curator tu[9] prædium tibi emit pro l. nec sibi fecit caueri de euictione: finita tutela vtili negot. gesto. actione 40 conuenisti eum ex cap. quæ tibi debuit ex mala administratione. l. tibi soluit, & reliqua. l. quæ in emptione prædij impendit tecum compensauit, & absolutus est: si pòst vis eum conuenire, quia non fecit sibi caueri, vel quia prædio euicto non egit de euictione: an possis, quæritur? Respon. quòd non possis.

n ¶ Reputaretur.] cùm generaliter contra curatores ageres.

o ¶ Omissæ.] à curatoribus. s. quia curatores non egerunt [z] de euictione prædijs illis euictis. vel dic quia omiserunt stipulari de euictione, vnde de ne- 50 gligentia poterant cōueniri. Vel dic omissæ scilicet ab istis curatoribus, vel à te[a] in iudicio, quia quæstio euictionis accessoria est.

p ¶ Non posse.] vt argumē. suprà de erro. aduo. l. fi. & de iur. & fac. igno. l. error. Sed contrà. s. eod. l. licet. Solu. hîc fuit generalis petitio, & prosecutio & sententia: ibi specialis prosecutio. hæc non placet[b]: quia hîc prosecutio fuit specialis, vel hîc non instauratur: quia hîc generaliter obstat exceptio, sed replicatur: vt ibi. sic & hæc secundum illam. Vel dic[c] quòd hîc species pēdet ex alia. s. ex emptione prædiorum vt causa principali finita non possit de hac accessoria plus quæri: vt ar. j. depositi. l. iiij. & sic non est species per se, sed pars (vt sic dicam) speciei.

60 A Iudice.] CASVS. Iudex aliquis qui ordinariam habet iurisdictionem delegauit mihi causam: an eam delegare possim, quæritur? Respon. quòd non: quia hoc solum potest delegatus à principe.

q ¶ Dandi.] id est delegandi ante litem contestatam. pòst bene potest: vt suprà de procuratoribus. neque tutores per simile. sed non est similitudo: quia quod dedit, potest reuocare lite contestata. ff. eodem. l. iudicium soluitur.

r ¶ Non habet.] No. delegatus non delegat[d]: vt. ff. de offi. eius cui mādat. est iurisdic. l. fin. & de iurisdi. omnium iudicum. l. more. & l. & quia. & . j. qui 70 pro sua iurisdic. l. j. Sed est contrà in delegato à proconsule qui delegat: vt. ff. de iudi. l. cùm prætor. §. j. & de offic. proconsul. l. legatus. quæ sunt contrà. Sol. Speciale[e] in eo sicut alia specialia in eo scilicet, quòd cognoscat de causa criminali. ff. de offi. proconsul. l. solent. Alij dicun[f] quòd habenti aliâs iurisdictionem potest delegare delegatus, non habenti non, sed non valet[g]: vt. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdi. l. & si prætor. Vel dic vt dixi in: d. l. legatus. Item cōtrà. ff. quis & à quo ap. l. j. Solut. [h] ibi ad vniuersitatem causarum erat delegatus.

s ¶ Munere.] id est honore, scilicet alteri ordinario[i] competenti non sibi: vt. ff. de iurisdi. omnium iudic. l. more. Vel dic munere id, est onere iudican- 80 di, quod ex necessitate subit: vt. s. de aduoc. di. iudicio. l. sancimus. j. non honore, vel potestate, quæ dicitur gladius.

t ¶ Fungatur.] scilicet onere.

v ¶ A principe.] vel à proconsule[k], vel ad vniuersitatem[l] causarum: vt modò dixi. Sed videtur quòd nullus delegatus possit delegare: vt in authen. hîc posita, ad hæc. quæ est ex titu. vt defun. seu fu. §. illud. colla. quinta. Dic ergo ad hæc &c.

x ¶ Datus.] id est delegatus.

a Ad quatuor annos Pau.
b Intellige tamen, nisi reus haberet iustam causam litigandi quia nō tenetur ius suum in discusum relinquere. l. illud. ff. de peti hæ. e. l. itē si. §. fi. ff. de rei vē. Alexand.
c Idē Pau. Alex. & Ia. licet sit verū in offi. rescindente. Pau.
d Et etiam datur actio iudicati si. cut in personali. Barto. Pau. & Ia. licet glo. censeat cōtrà.
e Et bene si implorer officiū iudicis: secus si actio. Alex. & Ia.
f Istud placet Barto. Pau. Alex. & Ia.
g Et bene si conueniātur ex sententia: secus si actione primeua Alex & Ia.
h Idem in ordinario. odo. & Ia.
i Istā tenēt Bal. & Ale.
k Sine specificatione spērū. Bal.
l Idē Bart. Bal. P. Sali. Alex. & Ia.
m Et malè Pau. Alex. & Ias.
n Idē Cy. & Sali.
o Imò post quā erat finitū primū iudiciū. Ia. & Pau.
p Sine aliqua ope restitutionis in integ. Pau. licet aliter Pet.
q Quia ibi in transactione hîc in sententia Alex.
r Corā iudice delegato. Pau. & Ias.

s Et bene Pau.
t Idē Bar. Bal. P. Sali. Alex. & Ia.
u Idē Pau. Alex. & Ia.
† Ista lex est singularis secundū Bart. & omnes hîc. & vide glo. in c. accusatus de hære. li. vj.
* A tutoribus vel &c.
x Et si aduersarius vult posteà per modū agendi petere declarari illum esse seruum nō potest. Pau.
♁ Non oportere.
y Quia actor possit petere declarari se esse liberum Pau.
† Concor. c. pastoralis. de offi. delega. in princ. & ca. quoniā eo. ti. extrà.
z Istā glo. sequitur Odo. & Ia.
a Istam tenet Bald. P. & Sali.
b Idē Bar. Bal. P. & Sali.
c Idē tenēt Bar. Bal. P. Sa. Alex. & Ia. & est singularis, nec repentur alibi secūdū eosdem.
d Etiā de cōsensu partium Alex. & Ia.
e Imó nō sed ex eo: quia censetur delegatus ad vniuersitatem causarum. B. Pau. Ale. & Ias. licet cum glo. teneat. B.
f Et malè secūdū eosdem.
g Idē Sali.
h Ista est vera secun prædictos scribētes.
i Idē Sali. Alex. & Ia.
k Idē in legatis cardinalium: ex quo cardinales æquiparantur pconsulibus. c. ij. de off. leg. in. vj. Bal. Alex. & Ias.
l Verū est quādo dele

ADhæc. CASVS. Hæc aut. non corrigit.l.C.sed ei aliquid addit. dicebatur enim in.l.C.delegatũ subdelegare non posse,nisi esset à principe delegatus. Authen.ista tractat de ordinario causæ principalis, & appellationis à delegato à principe:& ita ponit tres casus. Primus est. Iudex ordinarius occupatus ꝓpter rem publicam vult delegare causam,reseruata sibi sententia.nunquid hoc facere posit, quæritur? Respon.q̃d sic,si semel causam audiat in principio, in medio, & in fine. Secundus est.Si iudex ordinarius, qui de appellatione cognoscit,vult delegare causam , seruata sibi sñia:hoc facere non potest,quia per se debet cognoscere. Tertius casus est, in delegato à principe , si velit subdelegare, seruata sibi sentẽtia. nõ licet sibi hoc facere. sed si velit delegare cognitionẽ & prolationẽ, hoc facere potest:& si contra hoc factum fuerit,graues pœnæ imponuntur.

In authen. vt defun. seu fu.eo. nõ iniuri. à credi.§.illud. collatio.v. constitu.xiij.

Ordinarius iudex causæ principalis, potest eam delegare reseruata sibi sententia. sed tunc oportet,quòd lis corã eo cõtestetur:probationes producãtur:& per eum cũctis in fine examinatis,sentẽtia per eũdem proferatur:& delegatus ab eo,reliqua expediet.Iudex uerò causæ appellationis,& etiam delegatus,habens de iure potestatem omnia subdelegandi, prout est delegatus principis, non potest alteri delegare reseruata sibi sententia:& contrà faciens punitur.hoc dicit.Alexan.

ADhæc †, si administrator[a] sit,& publicis occupationibus impediatur,litẽ apud sese agitandam saltem in contestatione audiat:& rursus in medio semel, & in fine omnia quæ sunt examinata cõsequenter audiat, & sic ferat sñiam, & appellationẽ, si fiat, suscipiat:cętera licet expediri per consiliarios[b] . Itẽ iudex appellationis rem per se audiat[c] . Delegatus[d] autem omnino per se litem vnà cũ cõsiliarijs examinet.si contra hoc factũ fuerit,graues pœnæ sequẽtur. nam administratores & delegati vigĩti librarũ auri * multam præstabunt[e] :cõsiliarij si quidẽ aduocati sint , ab aduocatione expellẽtur:si verò nõ sint, sed cingulũ habeãt:cingulo priuabũtur, & decem libras auri præstabunt.

Cum seruis iudicium non consistit. hoc dicit.Bal.& Alexan.

Idem A.Iuniæ. LEX VI.

SEruus[f] in iudicio interesse non potest:nec si condemnatio aliqua in personam eius facta sit,q̃d statutũ est subsistit[g] .D.xv.

a ¶ Administrator.] i. ordinarius vt præses. sic accipitur in aut.de iudi.circa prin colla.vj.

b ¶ Consiliarios.] i.p aliquos[a] quibus audientiam cõmittat, sicut aliâs iurisdictio ex causa necessitatis per alium explicatur:vt.ff.de offi. cõsul.l.j.§.sed nõ põt, & intellige hoc quãdo vult sibi seruare sentẽtiã:cęterũ si totã vult cõmittere põt.

c ¶ Audiat.] s.totã si vult sentẽtiam sibi seruare[b],vt nec etiã mediã cõmittat.Vel dic audiat litem, & sentiet vt in alio dixit : sed prima verior, vt in delegato subiicit.

d ¶ Delegatus.] Non ergo delegatus à principe delegat.Sed est cõtrà s̃.e.l.à iudice. Solu.hîc de delegato ab alio, non à principe dicit secundum quosdã hoc nõ valet[c],q̃a etiã in delegato principis hîc dicit:vt in cor.ibi, alios aũt &c.alij[d] hoc nouũ,illud vetus. Tertij ibi fuit delegata habẽti aliâs iurisdictionẽ,hîc nõ habenti:vt innuitur in cor. ibi,alios autẽ &c. hoc nõ valet[e]:vt.ff.de offic. eius cui man.est iuris.l.& si prætor.Tu dic[f],quòd ordinarius reseruata sibi sentẽtia cætera cõmittit,vt tamen audiat ter.delegatus autem si sibi reseruat sentẽtiam,alia non cõmittit,vt hîc.sed si omnia velit cõmittere,potest[h], & idẽ in iudice appellationis:& sic cõsuetudo interpretatur.& ex ordine literæ sumitur,sed iure canonico secus[i]:vt extrà de offi.& po.iudic.delega.c.super quæstionum articulis.in prin.vsque ad.§.verum.

e ¶ Præstabunt.] aliâs pendent,id est soluent. Vnde versus.
Pendo do pœnam:dum pendeo suffero pœnam.

SEruus.] CASVS An seruus in iudicio vt actor,vel reus cõsistere possit.quæritur? Respon. ꝙ non nec si cõdemnetur,valet condemnatio.

f ¶ Seruus in iudicio.] scilicet vt sit pars iudicij vt actor vel reus[k], vel iudex:vt hîc,&.ff.si quis cau.l.quoties. &.j̃.l.proxi. &.j̃.de rei vendi.l.non seruum.&.j̃.de noxa.l.si tibi.&.ff.de pecu.l.iij.§.si seruus. idem in arbitrio[l] : vt ff.de arbi.l.non distinguemus.§.si seruus.hoc tamen fallit in casibus:vt habes ff.de iudic.l.vix.

g ¶ Subsistit.] id est vires habebit. aliâs est non subsistit, & sic vna negatio abundat:vt.ff.de dam.infec.l.fluminum.in prin.

CVm debitoris.] CASVS. Seruum tuum mihi pro.c.obligasti seruus ille tenebat omnia bona tua.an illum seruum bona tua tenẽtem conuenire posim,quæritur?Respon.ꝙ non:quia inter liberũ & seruum &c. sed officio iudicis mittar in possessionem bonorum tuorum:& ita mihi succurretur. ¶ No.ex versi.ad possessionem.secundum Bar.Bal.Salic. & modernos,quòd contra hæreditatem iacentem potest perueniri ad primum decretum:facit.l.si bona:& ibi Bar.C.de bo.auth.iudic.pos. Barto. in.l.iiij.§.prætor ait.in ver.toties.ff.de dam.infec.Iason.

h ¶ Siquidem.] id est quia.

i ¶ Nullum.] regularite.Sed fallit vt dixi.s̃.l. proxi. & maximè in iudicio turbatæ possessionis:vt.j̃.si per vim vel alio modo.l.j.

k ¶ Officio iudicis.] cuius est iurisdictio.vt si neq; veniat,neq; defendatur reus, mittatur actor in possessionem rerum eius causa rei seruandæ, imò etiam in seruum petitum obligatum:vt.j̃.de pig.l.creditores.

gat vnam causam tantùm : secus si totam vniuersitatẽ, quia tũc nõ posset Alexan.& Ias.

† Concor. gloss.super verbo . in prin.in c.super questionum . extrà de off . deleg.

a Qui dicũtur assessores.&placet citramontanis . Bar.B.Pau. Alex.& Ia.

b Aliâs si nihil vellet sibi reseruare , potest delegare & totũ expedietur per delegatum secundum Alex. & Sali.hîc.

* Pœnã.

c Et bene Bart. Bald . Pau . Alex. & Ia.

d Reprobatur secũdũ eosdem.

e Et bene secũdũ eosdem.

f Istã tenẽt Bar.Sa. Pau . Alex. & Ias.

g Per viã delegatiõis Alexand .

h Et bene Bar. & alij.

i Et bene secũdũ scribentes hîc: quia delegatus principis potest totã partẽ, vel totã audientiã delegare , & sententiam sibi reseruare: & etiam adijcere modũ, vel limitationẽ vt ꝙ ferat sententiam cũ consilio sapientis. Bar.Bal. Sali.P.Alexã. & Ias.

k Etiam si putabatur liber.

l Istã glo. vsque ad fi. sequuntur Barto.Pau. Alex. & Ia.

Calend.Septembr. Gordiano A. & Auiola Cons.

Contra seruum detentorem rei hypothecatæ,non potest fundari iudicium ex persona domini sui defuncti.sed hærede,uel alio non defendẽte causam,actor per officium iudicis in possessionem mittetur.hoc dicit. Alexan.

Imperatores Dioclet.& Maximian.AA.& CC. Hyrinæ. LEX VII.

CVm debitoris tui seruum tibi pignoris iure obligatũ, bona dñi sui quondã rebus humanis exempti tenere ꝓfitearis:aduersus eũ darĩ tibi actiones cõtra ius postulas,si quidẽ[h] inter seruũ & liberũ cõsistere nullũ[i] posit iudiciũ. Ad possessionẽ itaq; pignorum magis,officio[k] iudicis venire te conuenit,quã illicita postulare. S.xiiij.Calend. Maij, Sirmij CC. & Cons.

Aequitas scripta, rigori scripto præfertur h.d.Bal.Vel sic:æquitas præfertur rigori.h.d.Sali.& Alexan.de Imo.

Imperatores Constantinus & Licinius AA. ad Dionysium. LEX VIII.

PLacuit[l] in oĩbus[m] rebus[n] præcipuã esse iustitiæ † æquitatisq;[o] scriptæ † quàm[p] stricti iuris rationem[q] D.Idib.Maij,Volusiano & Anniano Cons.

Religio iudicantis,debet prius de rei ueritate plenariè instrui per probationes, interrogationes,& responsiones,quàm sententia proferatur.hoc dicit Bal.Vel sic: Vbi sententia plenũ facit præiudicium:ibi plenaria debet interuenire cognitio.hoc dicit Sali.Vel sic: In causis regulariter requiritur plena causæ cognitio,& plenaria probatio pro ueritate habẽda. hoc dicit , Vel secundum Bart.In causis in quibus sententia parit plenum præiudicium,requiritur plena causæ cognitio,& per cõsequens plenaria probatio. Alexan.

Imp.Cõstãtinus A.ad Maximũ. LEX IX.

PLacuit.] CASVS. Aliquid est statutum de iure stricto, aliquid de æquitate,quæ sunt contraria:quod eorum magis sequi debeat iudex, quæritur? Respõ. ꝙ illud seq debet quod de æquitate statutũ est, & dic sic exemplũ. Seruo meo persuasisti , vt à me fugeret, & tibi codicem meum perferret:nũciauit illico seruus mihi domino,& me permittẽte,codicem ad te pertulit:an furti,vel serui corrupti, aduersus te agere posim , quæritur ? Rñ. quod de iure stricto nõ, de æquitate secus,quæ iuri stricto præferenda est.

l ¶ Placuit] vbi æquitas ex vna parte,ius strictum ex alia est,& cõtradicũt:æquitas præferẽda est. Vel aliter . allegabaĩ similitudo de aliquo casu emergẽti, qui nõ est determinatus quid sequemur æquitatem, vel ius strictum.

m ¶ In omnibus rebus.] tàm ciuilibꝰ, quã criminalibus:& tàm publicis,quàm priuatis[m]:& pone exemplum[n] secundum Io.vt.j̃.de furtis.l. si quis seruo.Vel pone : vt ff.de mino.l.j.&.ff.de religio.& sum.fu.l. at si q̃s. §.idẽ labeo ait. &. l. sunt personæ.&.ff. de in rem ver.sed dicendum.&. ff. de eo quod certo loco. l. quod si Ephesi. §.in summa.&.ff.de verb. obl.l.si seruum.§.sequitur.&. ff. de in integrũ restitutione.l.pen. &.ff.de except. do.l.apud.§.si quos pupillo.&.ff.depositi.l. bona fides.Item poni potest in qualibet exceptione,vt Macedoniani, & Velleiani.nam exceptio est de æquitate,regula de rigore:& sic magis est sequenda exceptio.Item poni potest.j̃.si res ali.pig.da.l.cùm res.&.ff.de pig.l.j.in princ. &.ff.de pœnis.l.interpretatione.in prædictis enim casibus æquitas à rigore separatur:& sic seruatur æquitas[o].aliàs si separata nõ est,id totale seruatur[p]. Et nota quòd hîc loquitur de æquitate scripta.alias secus est[q]:vt.s̃.de legibus & constitutionibus.l.j.

n ¶ Rebus] id est causis.

o ¶ Aequitatisq;.] id est iustitiæ æquitatis.

p ¶ Quã stricti iuris.] ff.de leg.& se.l. non possunt . æquitas est rerum conuenientia[r].quæ in partibus causis paria iura desyderat[s], scilicet de æquitate scripta.

q ¶ Rationem.] strictum ius , vel ratio stricti iuris dicitur tribus modis. Primò ad differentiam actionis bonæ fidei. & sic accipitur instit.de action.§.actionum.Secundò,quod est adeò strictum ius,id est firmatum , vt nullo modo posit ab eo recedi:vt.ff.qui & à qui.ma.liberi non fiunt.l. prospexit . Tertiò cùm latius,mitiusque quàm dictet æquitas aliquid statuat: & sic hîc accipitur.

IVdices.] CASVS. Hoc dicit ista lex.Bonus iudex non debet pręcipitare causas,sed debet inquirere veritatem,plena inquisitione : & antequàm ferat sententiam,debet sæpius partes litigantes interrogare,an habeãt aliquid noui,quod velint proponere,& tunc debet ad finem negotij perueni re:siue sit iudex qui debet per se cognoscere,& definire,siue sit iudex qui debet ad superiorem referre.

Missio in possessio . nẽ quando fieri potest.

† Materia huius.l. traditur in.c.j. & fi . in . fi. extrà de trãs.& in.l. j. C.delegi. adde tex. moralem in c. disciplina xv. distinc. secũdũ Ias.

† In quibusdã scriptis exẽp.de est vox . scriptę.

❡ SIN AVTEM VTRAQVE. ¶ Not. ex hoc. §. ſecundum Bartol. & Iaſ. hîc quòd grauius puniť cõſtitutus in magna dignitate, quã in parua: ꝙ intellige quãdo agitur de pœna pecuniaria. ſed quãdo agitur de pœna corporali: totum eſt econtrà: vt. l. pedius. ff. de incen. rui. nauf. ſecũdum Cy. & Bal. in. l. fin. ſ. de ſum. trin. & eſt doctrina gloſ. in. c. nõ cogũtur. xlij. di. & in ca. cùm quidã. & ibi doct. de iureiu.

e ❡ Trium librarũ.] maiori ergo pœna maiores afficiuntur. ſic. ſ. de epiſ. & cle. l. preſbyteri. Sed nunquid hoc caſu finitur inſtãtia? Quidam dicunt ꝙ non: vt in authẽt. vt ſpon. lar. §. hoc quoque. colla. ix. imò perit, ſed reſtituitur[b]: vt. ff. ex q. cau. ma. l. ſed & ſi ꝑ. §. ait ꝑtor. & §. ſiue cui.

f ❡ Vel morte.] vt. ff. eo. l. mortuo.

g ❡ Irrecuſabili.] vt habes. ff. eo. l ſi longius.

h ❡ Mutatum.] cautẽ dicit mutatum, no ſolutum: vt. ff. eo. l. proponebatur. Soluitur tamen iudicium quibuſdã modis: vt. ff. e. l. Iulianus. & l. iudicium. & l. ſi à me.

i ❡ Repleatur.] Ex hac. l. olim enim contrà: vt. ff. eod l. ſi iudex. quæ eſt contrà. vel ſol. vt ibi[c]. Et not. hîc caſum vbi lis vltra triẽnium durat: quod quidam intelligunt, in perpetuo iudice, non annali: ne lis in infinitũ &c. quod non placet[d]. Quid ſi ſex menſibus tantùm durat? videtur cauſa non finiri.

ADDITIO. Imò habet locum iſta lex in quibuſcunque iudicibus, quo ad ſupplementum anni, qui ſemel redintegrabitur. Cyn. Pau. Alex. & Io.

❡ ILLO PROCVLDVBIO. ¶ No. ex hoc. §. circa fin. ibi in verſi. hæc autem omnia. & ad hoc ſemper allegatur ſecũdum Pau. de ca. ꝙ tempora iudicialia currunt minori hodie ſicut olim, nec ob. l. fi. ſ. de in integ. reſtit. vbi dicitur, quòd tempora quæ olim currebant, & dabatur reſtitutio, hodie ipſo iure non currunt. nam fallit hîc in tempore iudiciali, puta inſtantiæ primæ cauſæ. idem in inſtantia cauſæ appellationis, & in tempore dato ad appellandum: vt no. gl. in. l. fi. ſ. ſi aduer. rem iudi. & Bal. in. l. fi. in qui. cau. in integ. reſti. non eſt neceſ.

k ❡ Per patronos.] id eſt aduocatos.

m ❡ Ad terminum.] i. ad definitiuam ſententiam. ſic ponitur. ſ. eo. §. ſi quidem.

n ❡ Lex.] veluti ſequẽs rem nõ nouã. §. patroni.

o ❡ Vel iuſta cauſa.] vt valetudo, vel ſi infamis appareat, vel capitales inimicitiæ inter ſe & clientulũ interuenerint. ar. ff. de procura. filiusfamilias. §. fi. & ll. ſeq. & ſ. de poſtula. l. prouidẽdum. §. ſi quis verò. ſecus ſi per eum ſteterit aduocatum[h]: vt. j. de cõdi. ob cau. l. aduocationis.

p ❡ Honorarijs.] id eſt ſalarijs.

q ❡ A clientibus.] id eſt dominis cauſarum.

r ❡ Præſtandis.] ex iudicis officio. Quid autẽ ſi dare non poſſunt? Rñ. de publico dãtur ſecũdũ quoſdq: vt ĩ aut. de mandа. prin. §. ſi tibi. colla. iij.

s ❡ Protrahantur.] patet ergo ante ſententiã ſolui debere ſalarium, ne ſubtrahatur patrociniũ: vt not. ff. de var. & extraor. cog. l. j. §. diu⁹. ſic. ff. cõmunia prędio. l. vẽditor. §. fi. ſed de nouo cõueniri non poteſt: vt. ſ. de poſt. l. quiſqs. §. præterea.

t ❡ Litigator.] Tunc enim non cõpellitur ſtatim per iudicem ſoluere ſalarium, aduocatus pro eo conueniet clientem actione competẽti: vt dices. j. de ſuffrag. l. j. nõ autem exponas quòd nõ teneatur ad ſalarium, ſi alium aduocatum aſſũmat: quia nõ eſſet verũ: vt. ff. loca. l. qui operas. & l. ſed addes §. fi.

v ❡ Maluerit.] cõtra j. l. prox. §. fi. Sol. hoc corrigiť. Vel veri⁹[i] hîc ſpernitur aduocatus, ibi nõ ſperniť, cũ malã inueniat cauſam. & literã ibi poſitã expone, vt ibi not. ne huic ſol. cõtraria videať.

❡ SIN VERO CAVSAE. ¶ No. ex hoc. §. caſum in quo minores læſi in integrum non reſtituuntur, niſi in ſubſidium, ſecundũ Bald. hîc.

x ❡ Curatores, vel actores.] decreto ordinatos ad agendum.

y ❡ A cauſa.] id eſt inſtantia iudicij.

z ❡ Litem.] id eſt inſtantiam cauſæ.

a ❡ Nihilominus.] id eſt nihilo magis. ſic econtrà. ſ. eod. l. quoties. & hoc ſi intelligas litem inſtantiam iudicij, ſicut ponitur. ſ. eadem. l. in principio. Si autem dicas litem id eſt actionem[k], ſicut & ponitur. ſuprà eod. §. huiuſmodi. vbi dicit mors litis: impropriè ponitur nihilominus ſecũdũ Io. Alij propriè ponunt, & dicunt lis. id eſt cauſa ſuum habet vigorem. i. quod ſtatuitur de lite dimittenda. Vel litem. i. eremodicium: quod idem eſt. Vel dic litem habere ſuum vigorem poſt reſtitutionem.

b ❡ Vigorem.] vt ſcilicet triennio finito denuo[l] inchoetur ſecundum ſecundã expoſitionẽ. Sed an producẽtur iterũ teſtes? Rñ. ſic[m], niſi mortui ſint: quia tunc creditur actis primis: vt j. de teſti. l. fi. ADDITIO. Dic ꝙ illa lex loquitur in atteſtationibus productis coram arbitro, hîc coram iudice: ideo glo. diſplicet Bar. in. l. ij. ff. iudi. ſol. & hîc Alexand. & Ia.

a Iſtã glo. approbant Bart. Bald. Pau. Alex. & Iaſon.

Additio.

Pœna maior maioribus debeť.

b Placet Bar. Bal. dicunt tamen Alex. & Ia. non dari reſtitutionẽ niſi in ſubſidium.

c Dic ꝙ ibi in iudice ordinario, & de tẽpore præfixo inſtãtię: ibi in delegato & de tẽpore iuriſdictionis. Pau. Ale. & Ia.

d Idẽ Sali. Pau. & Ale. Additio.

e Iſtã glo. approbant Bart. Pau. Alex. & Ia.

f Quando iam eſt elapſum triennium: & iſta glo. eſt ſing. ſecundum Bart. Pau. Ale. & Ia.

g Placet Pau. in ſententia abſolutoria.

h Iſtã gl. approbãt Cy. Bal. & Pau.

i Iſtam tenent Bart. Pau. & Ale.

k Iſta expoſitio placet Barto. Pau. & Ale. & ſecundũ iſtã expoſitionẽ text. eſt melior de iure ꝙ per lapſum triennij nõ perit actio: ſed ſola inſtantia. Ia.

l Iſtud placet Barto. Pau. Alex. & Ia.

m Et bene poſt publicationẽ eorũ: aliâs ſecus. Bart. in l. ij. ff. iud. ſoul. & Iaſ. hîc.

a ❡ Et omnes.] vt magistratus, qui eos tutores dederunt, & similes: vt infr. de satisda. tuto. §. penult. & fina.

b ❡ In quo fuerint.] quasi in defectum. Et sic est contra. s. l. si tutor vel cur. l. etiã. Sol. vt ibi[a]. Item ad idẽ contra in aut. de here. & fal. §. pupillis. col. j. Sol. hic ideo[b] restituitur in subsidiũ pro dãno, quia saluã habet veterem actionẽ: aliogn electionẽ haberet, vt ibi. simile est alibi vbi pri[9] tutor coue nit. ff. de mino. l. etiã. cũ sol. imperatores. & arg. ff. de dolo. l. si arbitrio. §. dolo cuius.

a Et clario ri modo in l. fi. ibi. Bal. & Pau.
b Istã approbãt Gy. & Bald.

Rem non nouam.] ❡ CASVS. Habebam[9] ego & tu cãm coram iudice. an iurare debeat se cũ oĩ veritate dispositurũ, quę rit? R͞n. ꝙ olim sic cõsue 20 tũ fuit: sed iam abijt talis p̃statio iuramẽti in desuetudinẽ: quod reuocare intẽdit imperator, per hanc. l. statuẽs, vt qlibet iudex, siue maior, siue ab eo delegat[9], siue ab alio, siue ordinarius, siue cõprom issarius, seu cõiter a partib[9] electᵉ, siue 30 pœna in primordio habeat corã se sacrosancta euãgelia: & pmaneãt à principio litis: vsq; ad sententiã definitiuã: vt sic p̃ Dei p̃sentiã sibi tribuat auxiliũ iudicãdi. & istud à quolibet iudice obseruet. aliogn si hoc cõtempserit, grauiter puniat. & 40 hoc i p̃ria. An aũt patroni cãrũ iurare debeãt, q̃rit? R͞n. ꝙ sic, incõtinẽti ex quo lis fuit cõtestata. & hoc in quolibet iudicio, & corã quolibet iudice, cũ fuerit ordinari[9] &c. & sic iurabũt. ergo fidele patrociniũ prǽstare clientulis suis. & si cãm 50 improbã, vel desperatã noluerit, eã relinquãt: quo subsecuto nullus in locũ recusãtis subrogabitur. Si autem quidam credant iustam, quidam improbã: qui iustam nouerint, p̃seuerẽt: alij derelinquãt: nec in locis eorum ali[9] subroget. & hoc 60 dicit cõiũcta aut. hodie.

❡ Not. bonã. l. p̃ iuramẽto iudicatiũ, & ad terrẽdum oẽs iudices à malẽ iudicãdo, facit bon[9] tex. in. c. cũ eterni. de re iudi. lib. vj. Alibi dicit Bal. in. l. ij. in vlti col. C. de sen. ex bre. reci. ꝙ iudex debet habere duos sales: vnũ sa 70 pientiǽ, ne sit insipid[9] alium rectǽ conscientiǽ, ne si diabolus. Ia. hic.

Viduã du cẽs, rẽ non nouam aggreditur. Calcul[9] qualiter accipitur.

c ❡ Rem non nouam.] Hic fuit derisus. Bul. à suis scholaribus cũ in nocte duxisset vxorẽ viduam, & manẽ inciperet legem istam.

d ❡ Cui] i. alicui.

80 e ❡ Calculum.] i. sententiã definitiuam. aliãs ponitur pro computatione: vt. s. de errore calculi. l. j. Et dic accipere. s. potestatẽ iudicandi. Vel dic calculum. i. causǽ examinationem. & sic no. d. P. in summa de errore calculi.

f ❡ Sacramentum.] i. prǽsentiam euangeliornm: quǽ cũm prius fuisset in vsu, desijt: nunc reparatur. Vel dic, ꝙ de vero sacramento dicit quo iurat, ꝙ cum veritate, & legum obseruatione iudicabit, qđ prius fuerat in vsu: nũc re uocat quod erat contemptum: & addit hĩc nouum de prǽsentia euãgeliorũ.

g ❡ Obseruatione.] Sed hodie videt sibi cõmiti, put sibi videt. & sic lege hĩc aut. q. uǽ est cor. iusiurãdũ quod prǽs. §. pen. col. ij. q̃ incipit, hodie &c.

omnem autem iacturam, quǽ ex hac causa oritur, ad tutores & curatores, aut eorũ fideiussores hǽredesq;, & res eorũ, & ad omnes[a] quorum in hac causa legitimè interest, redundare. Sin autem non sufficiat pupillis, vel minoribus eorum substantia: tũc in id in quo[b] fuerint detrimentum perpessi, placuit in integrum restitutionis auxilium eis superesse. D. vj. Calen. April. Lampadio & Oreste VV. CC. Cons.

❡ *Iudices ordinarij, uel delegati, & arbitri cõpromissarij, post iuramentum quod debent prǽstare quòd omnia secundum ueritatem, & legum obseruationem decident, sancta euangelia coram se tenere debent: ut consyderent, quòd illis contemptis non magis iudicabunt, quàm iudicabũtur. Et aduocati debẽt corporaliter iurare, quòd cum omni eorum uirtute, & studio patroeinium prǽstabunt clientulis suis, circa id quod uerum & iustum putauerint: & si causa ei mala fuerit uisa, causam deserent: qua deserta non est clienti licitum recipere alios aduocatos. & ex conscientia possunt quidam remanere, & quidam deserere: & qui melius fecerint, apparebit ex sententia. hoc dicit Salic. & Alex.*

Idem A. Iuliano prǽfec. prǽ. LEX XII.

Rem non nouam[c], neque insolitam aggredimur, sed antiquis quidem legislatoribus placitam: cùm verò contempta sit, non leue detrimentum causis inferentem. cui[d] enim nõ est cognitum, antiquos iudices non aliter iudicialem calculũ[e] accepisse, nisi prius sacramẽtum[f] prǽstitissent omnimodo sese cum veritate, & legum obseruatione[g] iudiciũ esse dispositturos? ❡ Cùm igitur, & viam[h] nõ inusitatam inuenimus ambulandam, & anteriores leges nostrǽ, quǽ de iuramẽtis posite[i] sunt, non minimam suǽ vtilitatis experientiam litigãtibus prǽbuerunt, & ideo ab omnibus meritò collaudantur: ad hanc in perpetuum valituram legem peruenimus, per quã sancimus omnes iudices, siue maiores[k], siue minores[l], qui in administrationibus positi sunt, vel in hac regia ciuitate, vel in orbe terrarũ qui nostris gubernaculis regitur, siue eos qui bus nos audientiã cõmittimus[m], vel quia maioribus[n] iudicibus dãtur, vel qui ex iurisdictione sua iudicandi habent facultatem[o], vel qui ex recepto, id est compromisso[p] (quod iudiciũ imitatur[q]) causas dirimendas suscipiunt, vel qui arbitriũ peragunt[r], vel ex authoritate sententiarum, & partiũ cõsensu[s] electi sunt, & generaliter omnes omnino iudices Romani iuris disceptatores, non aliter litium primordium accipere, nisi prius ante sedem iudicialẽ sacrosanctǽ deponãtur[t] scripturǽ, & hǽ permaneant, non solũ in principio litis, sed etiam in omnibus cognitionibus vsq; ad ipsum terminum, & [v] definitiuǽ sententiǽ recitationem. Sic etenim attendẽtes ad sacrosanctas scripturas, & Dei prǽsentia consecrati[x] ex maiore prǽsidio[y] lites diriment, scituri[z] quòd non magis alios iudicant, quàm ipsi iudicantur[a]: cùm etiam ipsis magis quàm partibus terribile iudicium est. si qui dem[b] litigatores sub hominibus, ipsi autem Deo inspectore adhibito causas proferunt trutinãdas[c]. Et hoc quidẽ iusiurãdũ[d] iudiciale oĩbus notũ sit, & Romanis legibus optimũ à nobis accedat incrementũ, & ab oĩbus iudicibus obseruãdum: & sic prǽtereatur[e], cõtẽptoribus periculosum sit.

In authen de defen. ciui. §. pe. col. iij. & in authen. iusiurandum ꝙ prǽ. ab his §. pe. colla. ij. consti. iij.

❡ Propter eius breuitatem non summatur hǽc authen.

Hodie[†] iurant se facturos secundũ quod eis visum fuerit iustius[f] & melius, exceptis defensoribus ciuitatũ, qui iurant oĩa secundũ leges & iura se facturos.

❡ FINIT AVTHEN.

❡ Sequitur text. l. C.

❡ Patroni autem causarum, qui vtriq; parti suum prǽstantes auxilium ingrediuntur[g], cùm lis

h ❡ Viam.] id est materiam.

i ❡ Positǽ.] vt. ff. de iureiu. per totum. non autem dicit de illa quǽ est. s. de iur. calum. l. ij. quia illa post istam facta fuit: cùm ibi de ista faciat mẽtionem.

k ❡ Maiores.] vt illustres

l ❡ Minores.] vt spectabiles, vel clarissimos.

m ❡ Cõmittimus.] vt à principe delegati.

n ❡ Maioribus.] s. quã ipsi sint: vt q ab or- 10 dinario aliquo delegãt.

o ❡ Facultatem.] vt q habẽt honorẽ, sine administratiõe, quis iudicãt si quis in eos consentiat: vt ff. de iudi. l. j.[c]

p ❡ Ex cõpromisso.] hincinde pœna p̃missa.

q ❡ Imitatur.] s. regulariter: vt. ff. de arbi. l. j. & 20 dixi. s. de arbi. l. pe. §. pe.

r ❡ Peragunt.] s. sine pœna: sed aliãs vallato, vt pignorib[9], vel iuramẽto: vt. s. de arbit. l. ne in arbitris. Vel si p̃miserit stare sñiǽ. nã dabit certi cõditio ex lege nunc dicta.

s ❡ Consensu.] vt puta delegati sunt iudices 30 vtraq; parte cõsentiente in eos.

t ❡ Deponantur.] sic s. de epis. & cle. aut. l. sed iudex. & s. de epis. audiẽ. l. de creationib[9]. circa fi. & i aut. vt defun. seu fun. §. sancimus igit. col. v. & s. tit. j. l. ij. in princ.

v ❡ Et definitiuǽ.] & 40 pro id est.

x ❡ Cõsecrati.] iudices.

y ❡ Prǽsidio.] i. auxilio Dei: vñ illud, De vultu tuo dñe iudiciũ meũ prodeat: & oculi tui videant ǽquitatem.

z ❡ Scituri.] iudices.

a ❡ Iudicantur.] vñ dicit, Nolite iudicare, & 50 nõ iudicabimini. vñ & illud, Qua mensura mẽsi fueritis, remetieẽ vobis.

b ❡ Si quidem.] p̃ qa.

c ❡ Trutinandas.] id est dirimendas.

d ❡ Iusiurandum.] i. euãgeliorũ p̃sentia, q lo co iuramenti est. vel dic, ꝙ dicit de eo qđ qui iu- 60 rat se secũdũ veritatẽ, & legẽ iudicaturũ: vt s. pri. l. dixi. Et dicit iudiciale, qa iudex prǽstat: aliãs aliter accipit: vt. ff. de iureiuran. l. j. & ij. Accur.

e ❡ Prǽtereatur.] Sed nũquid valebit sñia? R͞n. sic: vt. ff. de vetre inspi. l. j. §. fi. & in aut. de in 70 stru. cau. §. si quis igitur vult. Arg. cõtra. s. de sen. & intrelo. l. p̃latã. & s. de legi. & cõsti. l. nõ dubiũ.

Hodie.] ❡ CASVS. I stã aut. cõtinuabitis ad. l. C. sic. Iurabãt iudices cũ oĩ veritate, & obseruatiõe legũ negotia examinare, 80 & definire: hodie iurant secundum quòd eis visum fuerit iustum iudicare: exceptis defensoribus ciuitatum, qui iurant iudicare secundum leges.

c Et ibi gl. magna ca. fi. tenet idẽ quodi. sta. de quibus vide la. in. l. error. s. de iu. & fac. igno.

Iudiciũ regulẽtur secũdũ deũ. Iudicare periculosum est.

†Scilicet iudices maiores. Pau. & Ia.

f ❡ Iustius.] adijcias secũdũ. ll. tñ: vt i aut̃ de defen. ciui. §. iusiurãdũ. colla. iij. Sed quidã dicũt speciale in defensore ciuitatis, vt nõ discedat à lege vt. d. aut. & qdã habẽt exceptis &c. sec[9]d in maiorib[9] q iurãt iudicare secũdũ id qđ sibi videt, vt hĩc: qđ nõ placet, qa oĩs etiã maior tenet seq leges in iudicãdo: vt in aut. de iudi. §. omnis autem. colla. vj. & sic prima opinio placet.

d Et bene Bal. Pau. & Ia. quia ista auth. venit correctiuẽ ad. l. C. in hoc, licet Al be. teneat contra.

❡ SEQVITVR GLOSSA TEXTVS. L. CODICIS.

g ❡ Ingrediuntur.] Scilicet iudicium. Accursius.

a ¶ Obiectam.] i. post litem contestatam: vt. j. de lit. contest. l. j. & s. tit. j. l. ij. in prin. & institu. de pœna teme. liti. §. item actoris.
b ¶ Ex compromisso.] cum pœna.
c ¶ Datos.] id est delegatos.
d ¶ Electos.] s. sine pœna. sed vel cum iuramento, vel pignoribus: vt. s. de arbit. l. ne in arbitris.
e ¶ Tactis.] Not. tactis: sed quòd sic iuretur, lege cauetur, sed consuetu 10 dine non habetur[a]: vt dixit B. Busoni iudici Imperatoris.
f ¶ Quod cum omni.] potest dici, vt vel vsque illuc, hocq́; &c. sit forma iuramenti. vel vsq; illuc, non autem credita &c.
g ¶ Credita.] id est cō 20 missa.
h ¶ Improba.] quæ colorari potest allegationibus.
i ¶ Desperata.] quæ non potest colorari.
k ¶ Allegatiōibus.] id est dictis partium.
l ¶ Litigatori.] Litigator ergo spretus fuit, 30 sed ipse posteà spreuit patronū: vt. j. sequitur. & sic puncta post dictionē contemptis. Vel quod infrà dicit expone ne improba aduocatio surrogetur melioribus contēptis. i. à contemptis clientibus. Et secundū vtranque expositionē[b] solui 40 tur contrà. s. l. proxi. §. penul. An autem recedēs totum salarium habere debeat? Respō. vt not. ff. de var. & extraordi. cog. l. j. §. diuus.

Sancimus.] CASVS. Habebamus ego & tu cām coram iudice delegato. con 50 tumaciter te absentasti. reuersus non audieris, nec admitteris ad defensionem causæ tuæ: nisi omnia dāna quæ in ingressu litis, id est circa aduocatorum salaria passus fuero, mihi resarcias declaranda per iuramentum meum, & eo præsti 60 to à iudice taxanda. & hoc in prima parte. Si autem iudex ad expēsas, & ad dāna non te condemnet, ex suo mihi refundet. & hoc in secūda parte. Istud autē nō solū habet locū in ordinarijs iudicijs, sed & in delegatis. & hoc in tertia. ¶ Ex hac 70 l. nota vnam regulam, quòd cōtumax amplius non auditur, nisi prius solutis damnis & expensis litis. concor. text. in. §. omnem. & ibi Ange. in authentica de litigiosis. & authentica qui semel infrà quomodo & quando iudex. Iason.

Iurantes an debeant sacra tāgere.
a Imò habetur consuetudine. ꝙ præstetur iuramentū. Iason.
b Istā gl. approbant Bar. & Pau.
c Dicidē in reo quod in actore: p gl. not. in. l. per interuallum. ff. eo. & in. c. j. de confe. lib. vj. Bal. Sali. & Ias.
d Ista approbatur p Bar. B. Pau. & Iason.
e Et etiam sententiam interlocutoriam: nō solū definitiuā secūdū Ia. licet cōtra sentētiā gl. Bart. & Pau.
f Istud placet Bartol. Pau. Alex. & Ias.
g Intrinseco: quia de extrinseco cōsyderatio non habetur. arg. l. si sterilis. §. cū per vēditorem. ff. de ac. emp. & l. inter. §. non omnia. ff. mādati. Bal. & Frācisc. de Are.

fuerit contestata, post narrationē propositam, & contradictionem obiectam [a], in qualicunque iudicio, maiore vel minore, vel apud arbitros, siue ex compromisso [b], siue aliter datos [c], vel electos [d], sacrosanctis euangelijs tactis [e] iuramentū præstēt, quòd [f] omni quidem virtute sua, omniq́; ope quod verum & iustum existimauerint, clientibus suis inferre procurabunt, nihil studij relinquentes quod sibi possibile est: non autem credita [g] sibi causa cognita quòd improba [h] sit, vel penitus desperata [i], & ex mendacibus allegationibus [k] composita, ipsi scientes prudentesq́; mala conscientia liti patrocinabuntur: sed & si certamine procedente aliquid tale sibi cognitum fuerit, à causa recedēt, ab huiusmodi communione sese penitus separantes. Hocq́; subsecuto, nulla licentia concedatur spreto litigatori [l] ad alterius aduocati patrocinium conuolare, ne melioribus contemptis, improba aduocatio subrogetur. ¶ Sin autem pluribus patronis adhibitis, & iuramēto ab omnibus prestito, quidam ex his causa procedente patrocinandū esse crediderint, quidam recusauerint: exeant quidam recusantes, volentes autem remaneāt. Causæ etenim terminus manifestare poterit qui timidius, quiq́; audacius iudicium, vel reliquerunt, vel protulerunt: nec in hac parte litigatoribus danda licētia alios pro recusantibus subrogare. D. iiij. Calend. April. Lampadio & Oreste VV. CC. Cons.

¶ Contumax non auditur, nisi refectis expensis. hoc dicit Bald. *Vel sic: Contumax non auditur, nisi reficiat sumptus, & damna. hoc dicit. Vel latius: Contumax reuersus non auditur, nisi reficiat aduersario sumptus, & damna iuramento cum iudicis declaratione taxanda: iudicibus contrà facientibus de suo resarcientibus: quod obtinet in maioribus, & minoribus. hoc dicit Sali.*

Idem A. Iuliano præfe. præ. LEX XIII.

rei vend. l. qui restituere. §. j. Sed non fit[h] taxatio hæc à lege, vt ibi: sed à iudice sic, vt hîc. Item no. ꝙ prius iuratur, & posteà taxatur post iusiurādū. & in hoc est cōtrà[i] aut. quā. l. hîc, post iusiurādū. & est ex cor. de iudi. §. oportet. col. vj.
p ¶ Non citati.] per edicta in albo proposita: sed per se[k]: vt. ff. ne quis eum qui in ius vo. l. iij. §. si quis. secundum quosdam: vel etiam per nuncium secūdum nos: vt. ff. de arbit. l. sed interpellatur. §. j.

Sancimus [m] omnes iudices, siue in hac florentissima ciuitate, siue in prouincijs, siquando absens persona citata, posteà apparuerit, non aliter ei iudicialē aditum reuelare, sed omnem claudere ei iudiciorū copiā, nisi prius omnia damna [n] restituat ex huiusmodi vitio aduersarijs eius inflicta, siue circa ingressus litis, siue circa honoraria aduocatorum, vel alias causas, quæ in iudicio versantur: æstimatione [o] iudicis quantitate eorum definienda, postquàm iuratum ab eo fuerit, qui fecit expensas: executoribus negotiorum modis omnibus dispositiones eorum adimplentibus: sciturus iudicibus nostris, & executoribus, ꝙ si hoc prætermiserint: ex sua substantia † huiusmodi detrimētum læsis resarcire compellentur. ¶ Quod & in pedaneis iudicibus obseruari censemus, licet non [p] citati, sed requisiti litigatores mala conscientia absfuerint. D. x. Calē. Maij, Lampadio & Oreste VV. CC. Cons.

In authen de iudi. §. oportet. colla. vj. consti. x.

Post iusiurandum [q] delatum, & præstitum, non licet iudici amplius taxare. Sed & si hodie prius iudex taxauerit, & ita secūdum quātitatē à iudice taxatā iuratum fuerit: non habeat licentiā iudex minus quàm iuratum fuerit condemnare. Sed si viderit iudex neutrum litigatorum subdi debere rationi sumptuum propter negotij varietatem: sua sententia hoc declaret.

¶ Iudices delegati possunt ex causa suspicionis recusari: sed partes cogentur ad eligendos arbitros, qui uice delegati fungantur. Bald. *Vel sic: Iudex delegatus etiā principis ex iusta cā suspicionis potest recusari: & partes tunc coguntur arbitros recipere, qui officio delegati funguntur. hoc dicit. Salicetus.*

Idē A. Iuliano p. p. LEX XIIII.

Apertissimi iuris est, lice-

Post iusiurandū.] CASVS. 10 Dicitur in. l. C. ꝙ contumax debet omnia dāna resarcire parti præsenti, declarāda per iuramentū. hæc aut. dicit ꝙ postquā pars iurauerit, nō licet iudici amplius taxare. sed pone ꝙ iudex prius taxauerit, & posteà pars iurauerit vsq; ad certam 20 quātitatem. certè iudex non condemnabit in minus, quàm iuratum fuerit. Si autē iudex cōsyderat vtrāq; partē habuisse iustā cām litigādi, cōpēsabit expēsas. Viuians.
q ¶ Post iusiurandum.] Olim in hoc casu erat contrà: vt. s. eo. l. 30 sancimus. Sed nunquid per hanc autt. corrigitur quod est. ff. de in lit. iurā. l. videamus. §. pen? Quidam ꝙ sic. Alij ꝙ sic speciale in expēsis litis, dicunt. Tu dic[m] hîc iurari de veritate propter certitudinē, & aduersarij delictum: vt. j. vnde vi. l. si 40 quādo. ibi in iuramento in litē. s. pro quāto nollet re carere. ADDITIO. Aduertas ꝙ quandoq; iurat super veritate, vt hîc: & tūc debet pcedere taxatio iudicis. postquā enim iuratū est, nō posse taxare: quia tūc detegeret periuriū 50 iurantis vt hîc. quādoq; iuratur de affectione, & tunc post iuramentū potest taxare iudex: vt. d. l. videamus. §. pe. quia tunc nō detegitur iurātis periuriū: sed refrenatur immoderata affectio eius. Ita dicunt communiter docto. in. d. l. videamus. 60 §. pen. Ex quo facile cōcipi pôt quid dicēdū sit in casu. l. si qn. j. vn̄ vi. & c. fi. extrà de his quæ vi &c. vbi iuratur de veritate. sicut hîc.

Apertissimi.] CASVS. An iudex delegatus recusari possit, quærit? Rn̄. ꝙ sic: 70 sed ante lit. cōte. & hoc cōtinebat in statuto cuiusdā præfecti prætorio: quo cauebat ꝙ potuit recusari ante lit. cōte. & partes cōpellebantur eligere arbitros coram quibus iura sua proponerēt. Nec refert an fuerit delegat⁹ à principe, qa oīmodo potuit recusari, si hoc partib⁹ videbat. nō enim de cōsciētia prīcipis est, ꝙ sub suspecto iudice litigetur. eo aūt 80 recusato, & ei libello recusationis porrecto, aliū assumat iudicē: & nō lite cōt. fiat hæc recusatio, cū post lit. cōte. nec recusationi sit loc⁹, nec appellationi ante sn̄iam. & hoc in prima. Per executorē autē partes cōpellātur aliū eligere: qui perinde erit iudex, ac si à principe esset delegat⁹. Et quod dicit de executore, potes intelligere de delegato recusato. & hoc in secūda. Nec refert an fuerit recusat⁹ iste delegat⁹ à principe. & hoc in tertia & vlti. ¶ Not. ex hac. l. ibi, antequā lis inchoet, ꝙ delegat⁹ debet recusari, vt suspect⁹ an̄ lit. cōt. posteà nō pôt. Ratio est duplex. Prima, quia intelligit aliâs in eū cōsentire. Secunda ra-

h Istā gl. vsque ad finem approbat Bartol.
i Et bene secundū p̄dictos.
k Istā approbant Bar. Bal. P. & Ias.
l Istud placet Bar. B. Pau & Ia.
† Concor. c. fi. cū glo. fi. post prī. extrà de rescrip. & ca. quoniā cōtrà. in. fi. de proba.
m Placet Bart. Bald. Pau. sed displicet Ias. l. cōtraria.

m ¶ Sancimus.] Loquitur in actore. Quid in reo, non inuenit[c] exp̄ssum an 80 te litē cōtestatā: sed pòst mittēdus est actor in possessionem cā rei seruādæ.
n ¶ Damna.] Sed nōne lex properandum. §. sin autem alterutra. s. eo. prouidet de omnibus expensis, quæ in iudicio factæ sunt, vt victus victori &c. etiā sine vitio absentiæ? Rn̄.[d] hæc post litem contestatā, & ante: illa pòst tamē loquitur. Item illa respicit finem causæ[e], hæc cùm redit absens ante sententiā: & potest esse bene ꝙ posteà pro eo feratur sententia. Item hîc addit de taxatione faciēda à iudice. Itē[f] hæc de omni[g] damno: illa de litis expensis tantùm.
o ¶ Aestimatione.] quam leges taxationem vocant. Et sic est contrà. ff. de

tio:quia iſta eſt exceptio dilatoria,quæ debet ante litem conte. opponi.& ita habes text.in capitu.inter monaſterium. vbi gloſſ.& doct. de re iudic. imò talis exceptio debet ante omnes alias opponi.l.ſed & ſi ſuſceperit. in princip. ff.de re iudi.Barto.& alij in l.quidam conſulebat.ff.de re iudi.Iaſon hîc.

a ❡ **Litigantibus.**] etiam actori quando non certum [a] petijt:aliàs cõtrà [b] infrà de lit.conteſt. auth. offeratur.

b ❡ **Iudices.**] ſcilicet delegatos. Sed an ordinarius poſsit recuſari? videtur quòd non:vt ſuprà de epiſco.& clericis.l.cõuenticulam.M.quòd ſic. & pro eo.j.de li.cõ. auth. offeratur.ſed illa loquitur in delegato.Item pro eo.j.de iuriſdi. omnium iudicum.l.nemo. ſed ibi non valet argumentum à contrario ſenſu.Vel ibi loquitur [c] in eo qui ſit ordinarius priuatorũ cõſenſu.ff.de iuriſd.omniũ iudi ſi cùm venerit. qui cùm demum lite conteſtata ſit iudex poteſt anteà recuſari. Vel loquitur authenti. in delegato qui poſt litem conteſtatam dicitur ordinarius iſtius cauſæ. Item pro eo ff.de liber.cau. l. ſi pariter.quæ in ordinario loquitur. aliàs de liberali cauſa non cognoſceret: vt infrà de peda. iudi. l. ij.ſed illa loquitur in actore. Itẽ iuſtiſsima cã ſuperuenit [d] inimicitiarũ.Item pro eo. infrà de ſent. & interlo. om. iudi.authen.& conſequẽter.ſed illa loquitur in delegato. Item pro eo.j.de aſſer.tol.l.fina.&.ff. de iuriſdi.om.iu.l.prætor.Sed ibi nõ ſolùm tanquàm ſuſpectus,ſed quaſi acturus duo contraria officia repellitur à iudicando.Vel magis ſpernit quàm ſpernitur.argument.ſuprà eodem.l.rem non nouam.§.finali.Item pro eo.ff. de arbit.l.non diſtinguemus.§.cùm quidam.Sed Bul dicit [e] nec ante litem conteſtatam,nec poſt poſſe ordinarium recuſari,niſi in caſibus:vt infrà ſi quacũque prædi.po.l.j.§.illo.& infrà quando imperator inter pu.& vi.l.j. & infrà de iuriſdi.omnium iudi.l.fina.& infrà.vbi quis decurio vel cohorta.l. fina. §.fina.ſed poteſt ei aſſociari epiſcopus:vt in authentica hîc poſita,ſi verò contigerit.ſed opinio M.canonizata eſt:vt in capitul. cum ſpeciali. extrà de appellationibus.

re litigatoribus [a] iudices [b] delegatos,antequàm lis inchoetur [c] ,recuſare:cùm etiam ex generalibus formis [d] ſublimiſsimæ tuæ ſedis ſtatutum ſit,neceſsitatem imponi iudice recuſato [e] partibus ad eligendos [f] arbitros [g] venire, & ſub audiẽtia eorum ſua iura proponere. Licet enim ex imperiali numine iudex delegatus eſt: tamẽ quia ſine ſuſpicione † omnes [h] lites procedere nobis cordi eſt, liceat ei qui ſuſpectum iudicem putat,antequàm lis inchoetur, eum recuſare [i] ,vt ad alium ⁂ curratur, libello [k] recuſationis ei porrecto: cùm poſt litem conteſtatam neq; appellari [l] poſſe ante definitiuam ſentẽtiam iam ſtatuerimus [m] ,neque recuſari poſſe,ne lites in infinitum extendantur [n] :eodem ſcilicet executore [o] neceſsitatem partibus per ordinarium iudicem, & omne ciuile auxilium imponente,& arbitros eligere [p] , & ad eos venire,& ſic litem appetere, quaſi arbitri fuerint ab imperiali cul-

a Niſi ex cauſa iuſta ſuperueniẽte Bart. Pe. & Iaſ.
b Et bene Bar.B.Pau. & Iaſ.
† Concor. iij. q. v. ca. quia ſuſpecti.&. c cũ inter. cum gl.extrà de excep.
c Idẽ Bal. & Sali.
⁂ Recurratur.
d Idẽ Bal. Pau.Sali.& Iaſ.ex quo limitaẽ opinio Bul.infrà poſita.
e Et bene Bar.B.Pau. & Iaſ.

c ❡ **Inchoetur.**] per litem conteſtatam:vt in auth.de litig. §. ſi verò apud iudicem.colla.viij.

d ❡ **Formis.**] habebat enim præfectus ſua ſtatuta, per quæ hoc idem licebat.

e ❡ **Recuſato.**] non actori ſi non vult,ſed reo ſi actor vult.

f ❡ **Ad eligendos.**] vt ſit in eorum arbitrio quẽ habeant,vel non habeant: vt.ff.de re.du.l.vtrum.§.cum quidam.& de verbo.obli.l. centeſimis. §. ſi ita. & de tutel.l.qui habet.§.j.

g ❡ **Arbitros.**] i.iudices quaſi delegatos.

h ❡ **Omnes lites.**] & matrimonia:vt.j.de nu.l.viduę.& educationes: vt infra vbi pu.edu.l.ij.

i ❡ **Recuſare.**] niſi à principe fuerit inhibita recuſatio [f] vt. ff. à quibus appell.non licet.l.prima in fin.& niſi in eum conſenſerit infrà de teſti. l. ſi quis teſtibus.& niſi in alio caſu infrà de libe.oblat.authent.offeratur.& niſi partium acquiratur conſenſus:vt infrà de tempo.ap.l.vltima in fin. Quid ſi recuſationem?an & appellationem?ſic [g] ,vt infrà de ſentent.& interlo.omnium iudic.l.fina. Alia quæſtio,ſi poſt litem conteſtatam inter litigantem, & iudicem orta eſt quæſtio,nunquid poteſt recuſari. Videtur quòd ſic [h] . ea enim quæ de nouo emergũt,nouo auxilio indigent.ff.de interrogat.acti.l.de ætate.§.ex cauſa.ff.de procurato.l.poſt litem.adhibetur aliud remedium, vt epiſcopus adiungatur:quia per litem conteſtatam factus eſt ordinarius. Et nota hîc ſecundum Ioannem,quòd ſufficit ſi ſimpliciter aſſeram eum ſuſpectum etiam ſine cauſa [i] .hoc enim innuit verbum putat,& verbum ſuſpicionis. & pro hoc eſt authenti.hîc poſita,ſi verò contigerit &c.&.ff.ad trebel.quia poterat.&.ff.de appellation.ſi perluſorio.& in decre. iij.quæſtione quinta quia ſuſpecti.&.ff.ad leg.Iuliã de adulte.l.denunciaſſe.§.quid ergo.Superfluo ergo quæritur an ſit probanda, cùm nec dicenda. Poteſt etiam dici,quòd iuret [k] ſe habere ſuſpicionem,licet cauſam non dicat,& hoc ne calumnioſè recuſet.nam & iuramentum calumniæ eſt ideo inductum,vt calumnia euitetur. Alij vt Py.dicunt eam eſſe aſſerendam, & probandam ſi dubitetur. & pro eis.ff.de libe.cauſa.l.ſi pariter.& infrà de ſuſpec. tuto.l. quarta & quinta. & infrâ de rebus cre.l.penultima.§.ſin autem.&.ff.de tranſactio.l.cùm hi. §. in cauſæ.&.ff.de priuileg.credi.l.ſi creditores. Et examinari cauſa debet apud recuſatum:quia ratione dubitationis ſortitur quis iuriſdictionem.ſic &.ff.de iudi.l.ſi quis ex aliena.&.ff.ad municipa.de iure.ſed illa de libe.cauſa.l.ſi pariter.loquitur in actore.Item eſt ibi cauſæ continentia: vt ſuprà eodem.l.nulli. &.ff.de quibus rebus ad eundem iudicem ea. l. prima.Item ordinarius erat ibi:quia aliàs de cauſa liberali cognoſcere non poteſt. Item & illa ſi quis ex aliena. & alia de iure loquuntur quando eſt dubium an ſit de iuriſdictione eius. hîc autem eſt certum, quòd eſt de iuriſdictione delegati.Sed decreta. ſuſpicionis extrà de officio delegati dicit arbitros eligendos ad cauſam ſuſpicionis probandam [l] . extrà de appellatio.capitul.ſecundo requiris.§. tertiò poſtulas.

f Quia tũc non recuſabiẽ niſi ex cauſa in iure expreſſa.Iaſ.
g Idẽ Bal. & Sali.
h Et bene Bald. Sali. Frã. de Are. & Ia.
i Niſi eſſet temeraria: vt quia eſſet iudex de conſenſu partium.Ia.
k Idẽ Bal. Sali.Are.& Ia.& eſt ſingu. ſecũdũ Ang. in. §.

mine delegati [q] . Quòd & ſi ab imperiali maieſtate iudex delegatus non ſit,ſed ab alio culmine, obtinere cenſemus. Datum v. Calend. Maij,Conſtãtinop. Lampadio & Oreſte VV.CC.Conſ.

In authen. vt different iudices audi. interpellan.allegatio ·§· ſi verò cõtigerit.colla.ix.conſtitu.x.

❡ *Authen. iſta loquitur in iudice irrecuſabili, id eſt in ordinario:cui ratione ſuſpicionis aſſociatur epiſcopus,ut cauſam amicabiliter componant ſi poſſunt: aliàs cognitionaliter dirimant.hoc dicit.ſed de conſuetudine iſta authen. non ſeruatur.*Bal. *Vel ſic : Ordinario ſuſpecto adiungitur epiſcopus.h.d.Sali.*

SI verò contigerit [r] aliquem ſubiectorum noſtrorũ indubitationem habere iudicem [s] : iubemus ſanctiſsimum archiepiſcopum,vel epiſcopum locorũ audire cauſam,vnà cum clariſsimo iudice:vt ambo,aut per amicabilem compoſitionem [t] diſſoluant, quæ

k ❡ **Libello.**] Qui ſic concipitur [m] , Quoniam res periculoſa eſt, & triſtiſsimos ſolet ſortiri euentus, ſub iudice ſuſpecto ſubire iudicium: ideo ego audientiam tuam domine R.recuſo. & hoc ſi offeratur iudici. ſi verò alij, puta deleganti,vel alij: vt infrà eodem.l. fina. retine omnia alia mutata ad audientiam illius. Et dic ei id eſt in eius præiudicium porrecto. Accurſius Florentinus.

l ❡ **Appellari**] loquitur in ordinario. Accurſius.

m ❡ **Statuerimus.**] vt ſuprà de epiſ. audien. l.ſecunda.In principio enim eſt recuſatio: in fine autem appellatio in medio non eſt locus remedio,niſi in caſu, ſcilicet cùm iudex in ciuili quæſtione,vel criminali negotio habenda[illegible] quæſtionem contra leges interlocutus [n] fuerit. vt.ff. de appella. recipien.l. ſecunda. & infrà de appellatio. ſi quis prouocatione Item fallit.ff.de arbi.non diſtinguemus.§. cùm quidam. Sed ſecundum canones aliter obſeruatur:vt ſecunda quæſtione ſexta capitu.non ita.Accurſius.

n ❡ **Extendantur.**] Quod eſſe non debet:vt ſuprà de tranſac.l.fratris. &.j. de fru.& lit.expen.l.terminato.&.ſ.de poſtu.l.quiſquis.§.præterea.&. j. de re iudi.l.ij.&.ff.pro ſuo.l.ſi.

o ❡ **Executore.**] Fortè loquitur [o] de iudice delegato,qui licet deſinat eſſe iudex quantùm ad iudicandum,poſtquàm eſt recuſatus:non tamen quantum ad exequendum,vel faciendum exequi per ordinarium iudicem:vt.j. e. l.fi.§.electione.

p ❡ **Eligere.**] quaſi delegatos intra triennium:vt.j.e.l.fin.§.illico.qui nõ recuſabuntur:vt.j. de lit.conteſt.aut.offeratur.

q ❡ **Delegati.**] Subſtitutus ergo omnino iure vtitur [p] eius cuius loco eſt ſubſtitutus:vt.ff.de donatio.inter virum & vxorem.l. ſi donatæ. §.ſi ſponſus. ſic & actio quæ loco alterius venit, vice illius. ff. ſi quis cau. l. ſi eum.§.iniuriarum.Et nota hîc argumen.quòd vbi do tibi electionem, & tu eligis:perinde eſt ac ſi ego elegiſſem [q] :vt ſuprà de iudæis & cęlico. l. iudæi. &. ff. de legatis ſecundò. vnum ex familia. §. ſi de falcidia. & de hæredibus inſtituendis. l. aſſe. & de optio. lega. apud aufidium. & per totum titulum.

SI vero.] CASVS. Dicitur in.l. codicis quòd iudex delegatus ſuſpectus poteſt recuſari.Quid autem ſi eſt iudex ordinarius ſuſpectus, qui ſecundum leges recuſari non poteſt? quomodo ſubuenietur parti, quæ habet eum ſuſpectum?dicitur in hac auẽ,ꝙ adiungetur ei epiſcopus loci &c. ſequentia clara ſunt.

r ❡ **Si vero contigerit.**] ſumitur in authen.vt diffe.iudi.§.ſi verò contigerit.colla.ix.

s ❡ **Iudicem.**] ordinarium [r] :nam delegatum omnino quis recuſat [s] :vt ſuprà eodem.l.apertiſsimi.hîc verò non recuſatur,quod eſt pro ſententia Bul. ſed alium ordinarium petit ſociari,ſcilicet epiſcopum. ADDITIO. Tu dic,quòd iſtud de epiſcopo non eſt in vſu,nec ſeruatur de conſuetudine:imò ſatis eſt,quòd ei adiungatur aliud probus vir.Guil.de Cug. Bal.Salicetus & Iaſon.

t ❡ **Compoſitionem.**] non loquitur [t] de arbitro compromiſſario. illud enim ab ordinario iudice non recipitur : vt.ff.de arbitris. ſed & ſi in ſeruum.§.ſecundo.Sed de arbitratore [v] ,vt tanquam vir bonus arbitretur. nam arbitrorum duo ſunt genera:vt.ff.pro ſocio. l. ſocietatem mecum. §. arbitrorum.

ſi quidẽ inſtitu. deſi. de cõ. hær. & placet p. dictis licet de iure non reperiatur expreſſum. Alex.in.l. quia poterat. ff. ad trebel.
l Idẽ Bal. Sali.Are.& Iaſ.
m Idẽ Sal. & omnes.
n Iſtã gl. approbat Bal.Pau.& Ia.& Barto. in.l.ij.j.in gl.alleg.
o Idẽ Bal. & Sali.& p hoc probatur dictum Barto. in.l. quia poterat.ff.ad trebel.ꝙ proceſſus agitatus poſt recuſationem ſit nullus. de quo ibi plenè p Alexand.
p Iſtã gl. approbat Bal. & Sali.
q Et ſi ciſti arbitri cenſentur habere iuriſdictionem ordinariam, quã eis tribuit iſta lex.Iaſ. & Pau. aliter tamen dicit Baldus.
r Iſtã glo. tenent Bar. Bal. Pau.& Ia.
ſ Vt remoueatur tanquam ſuſpectus.Iaſon.
t Et bene Bar.Bal.& Ia. ſaltẽ de iure ciuili vt gl.vt.d. l. cõtraria.
u Idẽ Bar. Bal Pau.& Iaſ.

Annot-

...dubia sunt, aut per annotationē [a] in scriptis factā, aut cognitionaliter [b] iudicent inter litigantes: ne prouinciales recedentes à patria, ad longinqua trahātur examina. ¶ Si autem iudex episcopo parere noluerit: principi scribat, qui de eo iudice sumet vindictam.

¶ *Magistratus militares & omnes illiterati possunt esse iudices, & iudicare. hoc dicit. Bal. Vel sic: Magister militū, & alij habentes experientiam negotiorū, licet illiterati, possunt causas dirimere, & sententias proferre. h.d. Sali.*

Idem A. Ioanni præfe. Præ. LEX XV.

Certi iuris † est q̄ cōcessa est etiā militaribus [c] hominibus [d] iudicandi [e] facultas. Quid enim obstaculi est homines qui alicuius rei peritiam habent [f], de ea iudicare? cùm sciamus & militares magistrat9 [g], & omnes tales [h] homines, per vsum cotidianū iam esse approbatos, vt & audiāt lites, easque dirimant, & pro sui & legis [i] sciētia [k] huiusmodi altercationibus finem imponāt. D. Cal. Nouemb. Lampadio & Oreste VV. CC. Cons.

¶ *Libellus recusationis debet offerri corā iudice recusato, si est præsens: uel coram iudice loci, ubi degit, seu est recusans, qui debet partes cogere etiam ad arbitros eligendos: quorum sententia per primum delegatum executioni mandabitur: nisi appelletur. Et appellatio debet fieri ad delegantem, non ad iudicem suspectum. h. d. Bald. Vel sic: Sufficit libellū recusationis porrigi coram iudice loci, ubi est pars uolens iudicem recusare, si ibi nō sit copia delegati: & per eum cui libellus porrigitur, debent partes compelli ad arbitros eligendos, quorum sententia per recusatum mandabitur executioni: & ab arbitrorum sententia appellatur ad delegantē. hoc dicit Salicetus.*

Idem A. Ioanni præ. Præ. LEX XVI.

Cum specialis [l] † iudex siue ab augusta fortuna [m], siue à iudiciali culmine in aliqua prouincia, in qua incusatus degit, datus est, & vna pars suspectum eum sibi esse dicit: ne fortè absente persona iudicis, & ī alia ciuitate eiusdem prouinciæ commorante, cōpellatur longo itinere emenso recusationis libellum [n] ei incusatus offerre: sancimus, si quidē præsto est præses prouinciæ in illa ciuitate vbi de ea re dubitatur, licere ei qui suspectum sibi iudicē esse dicit, ipsum præsidem adire, & hoc facere in actis manifestum [o]. Si autem non est moderator prouinciæ in præfato loco: hæc eadē apud defensorem locorū vel duūuiros [p] municipales gestis apud eos habitis celebrare, & iudicem quidem eum recusare: illico autē, id est intra triduum [q] proximum, sine vlla dilatione compelli arbitrū, vel arbitros eligere, & apud [r] eos litigare: ne & datus iudex remoueatur, & alter non eligatur: electiōe videlicet arbitri, si variatū [s] inter partes fuerit, simili modo, vel presidis prouincie, si adest, vel defensoris locorū, vel magistratuum municipij arbitrio dirimēda [t], & executore negotij cui mādata [v] est huiusmodi causæ examinatio, imminente, & statuta ab arbitris effectui mācipāte [x], nisi fuerit prouocatum [y]. tunc enim ipse qui iudicem anteà [z] dedit [a] qui suspectus visus est, appellatione trutinata [b], formam causæ imponat legitimam. D. Idib. Nouemb. Lāpadio & Oreste Cons.

TITVLVS II.

De sportulis, & sumptibus in diuersis iudiciis faciendis, & de executoribus litium.

¶ *Executor qui fuit in principio litis, debet usque ad finem in ea persistere. hoc dicit.*

a ¶ Annotationem.] proprio animi motu.

b ¶ Cognitionaliter.] id est aliorum consilio.

Certi iuris.] CASVS. An magister militū, vel literarū imperitus inter milites suos iudicare possit, quæritur? Respon. q̄ sic, cùm tales aliquando inueniantur per vsum cotidianum causarum approbati, & legum scientia dirimentes causas. ¶ Ex ista lege nota secundum communem intellectum, quòd imperiti literarum possunt esse iudices, & in causis iudicare: & proptereà videmus q̄ imperiti literarum eliguntur potestates, & proferunt sententias: tamen debent habere assessores literatos in iure, quorum consilio regantur, secundū Cynum Baldum Salice. & Iaso. hîc.

c ¶ Militaribus.] id est magistro militum iurisdictionem habente.

d ¶ Hominibus.] peritis in iure vel non.

e ¶ Iudicandi.] non postulandi, vel procurandi: vt suprà de procuratoribus. l. militum.

f ¶ Habent.] & iurisdictionem. Accursius.

g ¶ Magistratus.] id est magistri militum, & inter milites tātùm [a]: vt j. de iurisdi. omnium iudi. l. magisterie. non inter alios: vt infrà si à non cō pe. iudi. l. ij. &. iij. & erat hîc peritus literarū [b]: vt in fine patet. Sed à prīcipe delegatus etiam illiteratus esse potest: vt argumen. ff. de re iudica. l. quidam. Item potestates terrarum vel præsides, vt subijcit: & omnes &c. alij non: vt in authent. de iudicib9. §. j. collatio. vj. [c] vbi dicit, non enim existimauimus oportere &c: cùm sit in scriptis ferenda sententia: vt. j. de senten. ex breuicu. recitan. l. ij. &. iij. Dic vt ibi. Accursius.

h ¶ Tales.] iurisdictionem habentes, & potestates.

i ¶ Et legis.] quā habent per se, vel per suos assessores.

k ¶ Scientia.] contrà. j. de iure deliberan. l. fina. circa princip. hoc intellige pro scientia scilicet cōsiliariorum.

Cum specialis.] CASVS. In causa quam Titius habebat contra Seium, fecit sibi Titius iudicem delegari: quem Seius tanquam suspectum voluit recusare: sed in prouincia in qua iudex erat, non degebat. an coram præside prouinciæ suæ si præsens est, vel eo absente coram magistratu municipali actis interuenientibus possit eum Seius recusare, quæritur? Et dicitur quòd sic, ne longo itinere fatigetur. & hoc in prima parte. Intra autem triduum compellentur arbitros eligere, & coram eis litigare: & si in eligendo arbitros concordare partes non poterunt, præses si præsens est eliget. & hoc in secunda. Si autem arbiter sententiam tulit, ei stabitur, & per executorem effectui mancipabitur, nisi ab eo fuerit appellatum: & appellabitur ad eum qui iudicem delegauit suspectum, & qui vt suspectus recusatus est. & hoc in tertia & vltima.

l ¶ Cum specialis.] id est ad vnam causam datus, vel duas vel tres. Sed quid si ad vniuersitatem causarum sit delegatus? Dic, non potest [d] recusari secundum nos, quia dicimus ordinarium nō recusari, sed associabitur ei Episcopus: vt. s̄. aut. si verò. Accursius.

m ¶ Fortuna.] Fortunæ est regnare: vt dixi. s̄. de legi. & consti. l. digna.

n ¶ Libellum.] scilicet recusationis: qui fit vt dixi suprà. l. apertissimi. Sed an in præsenti, cùm compareat coram eo, potest sine libello recusare? Videtur quòd sic: vt. ff. de appella. l. ij. Sed argu. contrà [e] infrà de senten. ex breui. recitan. l. ij. in fine.

o ¶ Manifestum.] sic j. de appel. l. cùm pòst.

p ¶ Duumuiros.] qui sic dicuntur, quia duorum suffragio eligebantur: quorum vnus à plebe, alter à maioribus constituebatur, vt in tribunis: vt. ff. de ori. iur. l. ij. §. ijsdem temporibus. Accursius.

q ¶ Intra triduum.] sic. s̄. de erro. aduoc. l. sententijs. Et caue, quia non dicit recusationem [f] intra triduum faciendam, sed electionem arbitri. Sed recusatio fit intra. xx. dies: vt infrà vt lit. contest. authen. offeratur. Accursius.

r ¶ Apud eos.] ordinarium vel delegatum.

s ¶ Variatum.] quis eligatur, an non. Accursius.

t ¶ Dirimenda.] Eligit prætor eis discordantibus, vt hîc, & institu. de satisda. tut. & cura. §. sin autem. Sed argumen. cōtrà. ff. de lega. j. l. huiusmodi. in fin. vbi compellitur consentire. Accursius.

v ¶ Mandata.] à lege vel à delegante: vt. ff. de re iudi. l. à diuo. in princ.

x ¶ Mancipante.] Delegatus ergo exequitur. Sed contrà. ff. de re iudi. l. à diuo. in prin. Solu. hîc à principe fuit delegatus [g]: quod non placet: vt suprà circa principium. Vel dic, hîc exequitur sententiam alterius, id est non suam. hoc non tenet, quia quasi sua est. hoc nihil est dicere: vt suprà. l. prox. apertissimi. in fine. Vel dic statuta nō definiendo, sed in alia præparamenta causæ: vt s̄. l. proxi. l. apertissimi. in fi. hoc non placet, cùm hîc de appellatiōe dicat. Vel dic q̄ etiā executio erat cōmissa, vel eidē, vel alij de quo hîc dicit. Sed huic obstat, q̄ est misti impij: vn̄ nō delegat̄: vt ff. de iur. om. iu. l. iubere. Tu dic omissis prædictis mācipāte nō per se, sed per aliud ciuile auxiliū, sicut si ipsemet dixisset.

y ¶ Prouocatum.] Appellatur ergo à sententia arbitri. Sed contra. s̄. de arbi. l. j. Sed ibi [h] de cōpromissario, hîc de delegato: vt. ff. qui satisda. cog. arbitro. &. j̄. de sen. ex bre. re. l. j. &. ff. de ap. l. ex consensu. &. j̄. de ap. l. si appellationē.

z ¶ Antea.] Hoc cum distinctione intelligas: vt in aut̄. de appel. & intra quę tem. §. si. ibi, ita tamen hæc sancimus &c. col. iiij. Accursius.

a ¶ Dedit.] scilicet illum qui anteà.

b ¶ Trutinata.] id est cognita. Sed quæritur si delegatus proconsul delegauerit, & appelletur, ad quem debeat appellari? R̄n̄. ad primum delegantē [i]: vt hîc. &. ff. quis & à quo. l. j. Sed videtur ad secundum delegantem: vt hîc, &. j̄. qui pro sua iurisdi. l. j. in fin. Sed illa [k] corrigitur per hanc: & hoc secundum quosdam. Vel si est ibi, ad nos: planum est. Vel verius refert an delegatus deleget, vt ibi: an recusetur, & alter eligitur: vt hîc, & illa, quis & à quo, intelligitur in delegato ad vniuersitatem causarum.

¶ DE SPORTVLIS ET SVMPTIBVS. ¶ *Dixit de iudicijs: nūc de sumptibus in eis faciendis, & executoribus qui sunt quasi partes*

† Concor. gl. in. c. scitatus super verbo, impedimento in med. extrà de rescrip.

a In criminali tamen oportet, q̄ crimen sit militare. Pau.

b Sed non iuris. Ioan. Fab. in. §. similiter. in sti. de excusa. tut.

c Tu dic, quòd ibi loquitur in duodecim iudicibus delegatis in vrbe romana qui propter eorum scientiā eligūtur: ideo debent esse literati: & in negotijs experti. secundū Bart. ibidem.

† Concor. cum hac. l. gloss. super verbo, iudiciū. in me. in. c. inter monasterium. extrà de re iudi.

d Contrariū tenent hîc Bal. Sal.

Fran. Pau. & Ias.

e Idē Bal. Sali. & Ias.

Duumuiri qui dicunt̄.

f Sequitur istam glos. Bal. & Sali. Recusatio iudicis intra quātū tempus fieri debeat.

Delegatus, an possit sententiam exequi.

g Idē Bar. Pau. Sal. licet Ias. teneat contrà.

h Sequitur istam glos. Bal. & Sali.

i Idē Bal. Sal. & Ang.

k Nihil est Bal. Sali. & Ange.

Rubricæ duplex cōtinuatio.

adiacentes.Vel.§.de personis principalibus:nunc de secundarijs,scilicet executoribus conueniendis,& exactoribus.Accursius.

Quisquis.] CASVS. Habebas causam cum Titio, deputatus fuit nuncius ad citandum partes:ille idem à principio litis vsque ad definitiuam sententiam perseuerare debet.si autem aliter factum fuerit, primiscrinius ad quem spectat apparitorem dare, in quinque libras auri 10 mulctetur. Alio modo pone:quòd si quis propter crimen captus creditus fuerit vni ad custodiam:alij tradi non debet ad custodiendum.Viuianus.

Barto.Vel sic:Inchoata lis per unum nō debet per alium expediri,secūdum Iacobum But. Vel sic: Apparitor,siue nuncius in causa deputatus debet in tota causa officio suo fungi, nec debet mutari.hoc dicit.Bal.Vel sic:Per unum & eūdem nuncium tantùm debet quis citari usque ad ultimum. hoc dicit secundum unam lecturam. Vel sic:Ille cui quis est traditus custodiendus, non debet illum alij tradere custodiendum. hoc dicit secundum aliam lecturam. Vel sic: Nuncius in causa deputatus,non potest per iudicem mutari.h.d.glo.posita super uerbo, temerariè. & notabiliter.Sali.

a Exhibitus.] id est in iudicium ductus.

b Terminum.] id est 20 definitiuam sententiam. sic suprà titu.j.l. properandum.§.primo.

c Apparitore.] cū fideiussorem dare non possit in causa ciuili.

d Traditus.] id est deputatus vt ab eo vocetur. Vel dic traditus ad custodiendum: vt. ff. de 30 cust.reo.l.j.&.ij. Accursius.

e Posthabita.] id est præterita.

f Primiscrinio.] qui præest scrinio, in cuius est officio apparitores dare:vt in authen. de iudic.§.hoc autem.&.§. appellationes. colum. vj. 40 Accur.

Primiscrinius quis dicitur.

g Temerauerit.] iubēdo aliū exeq causam quàm primū. Alij dicūt ipsum apparitorem qui non compleuit.Accur.

h Mulctando.] im propriè.ff.de verborum significatio.l. antepenul. Accursius.

50 Omnibus iudicibus.] CASVS. Iudex siue à principe fuerit delegatus,siue ab alio ad vniuersitatē causarum executores litium nisi obediant, ab executione remouendi facultatem habet, & alios idoneos loco 60 eorum substituere. si iudex maior est,puniet executorem in quinque solid.si minor,in tribus. Si autem superillustris fuerit,maiori pœna si visum fuerit,scilicet corporaliter. ¶ Not. primo ex hac.l.quòd iudices delegati possunt in causa sibi 70 commissa eligere nuncios.concord.de offi. delega.c.pastoralis. in prin. qui nuncij debent ante omnia iurare facere officium suum bene,& legaliter: quod iuramentum facit quòd stetur posteà eorū relationi:vt extrà de appella.cū parati.¶ Secūdò not.quòd si nuncius deliquit in officio,potest puniri corporali mulcta, & debet ab officio reuocari,& alius subrogari loco ipsius. ¶ Tertiò not. quòd 80 hoc est verum in maioribus iudicibus qui possunt imponere mulctas corporales,& maiores mulctas.secus est in minoribus iudicibus,qui hoc nō possunt:& ideo habes notare quòd vicarij castrorum,& villarum non possunt nuncijs in officio delinquentibus imponere mulctas corporales, sed leuem mulctam tantùm,secundum Bal.

† Gl. in ca. ex literis.su per verbo, si subdelegatus. extrà de off. deleg. dicit q per hanc. l. subdelegatus habet iurisdictionē sed modicam coerctionem.

i Mandatur.] repete siue.Vel dic illustribus delegat princeps,& sic nihil repetes.Accursius.

k Offerre.] Quod sæpe faciunt pessimi executores huius terræ non volentes parere iudicibus. Azo.Accur.

Iuris.] CASVS. Bonoñ. à Mutiñ. petebat. x. coram iudice Bonoñ. an corā eo teneatur Mutiñ. quæritur. rñ. quòd non. actor enim forum rei secundùm iuris ordinem sequi debet. vnde vbi domum reus habet tempore contractus, vel si pòst transtulit, conueniendus est. Ex ista l. not. regulam quæ semper allegatur, ꝙ actor debet sequi forum rei. Pau.

m ¶ Ordinem conuerti.] subaudi tu actor. fallit in fundo in causa reconuentionis, vel vbi contractus celebratur.

n ¶ Sequatur.] nam hîc est ordo vt sequatur actor forum rei: vt hîc, & j̄. vbi in rem actio. l. fi. & j̄. eo. l. in criminali. & s̄. vbi & apud quem. l. ij. & ff. de iudi. hæres absens. in prin. & §. fi. Accur.

o ¶ Reus habet.] quod vbi sit, habes. ff. ad munici. l. eius. §. fi. & l. placet. & l. seq. & l. assumptio. §. fi. & j̄. de incolis. l. ciues. §. fi. lib. x.

p ¶ Contractus.] Contractum largè accipe: vt. ff. de iudi. l. omnem.

q ¶ Tantum.] hæc dictio tantùm, excludit domiciliū actoris, non rei, si alium forū reus habeat. Illud enim cōstat ꝙ multis modis sortitur quis forum: vt diximus. ff. de iudi. l. hæres absens. §. proinde. in fi. in glo. nisi ratio.

Iuris† ordinem conuerti[m] postulas, vt non actor rei forum, sed reus actoris sequatur[n]. nā vbi domiciliū reus habet[o], vel tēpore cōtract⁹[p] habuit: licet hoc postea trāstulerit, ibi tantū *[q] eū conueniri oportet. Dat. vj. Idib. Octobr.

¶ *Priuati nō possūt cōferre iurisdictionē. h.d. B.*

Idem AA. Iudeæ. LEX III.

Priuatorū[r] † cōsensus iudicē non facit eū qui[s] nulli præest iudicio: nec quod is statuit, rei iudicatæ * continet authoritatem. Dat. vj. Cal. Ianuar. AA. & Cons.

¶ *Ordinaria iurisdictio nō potest declinari post litis cōtestationē: nec recurritur ad superiorē per simplicē querelā, sed demū per appellationē. Bal.*

Imper. Constanti. A. ad vniuersos prouinciales. LEX IIII.

Nemo post litē cōtestatā[t] ordinariæ sedis declinet examen: nec prius[v] pręfecti prętorio, aut comitis Oriētis, vel alteri⁹ spectabilis iudicis imploret auxiliū[x]: sed appellatiōe legibus facta ad sacrum auditoriū[y] veniat. Dat. ca. Octobr. Basso & Ablabio Cons.

¶ *Trahēs aliquē in uetito examine, perdit causam: & puniūtur officiales q præstāt milites suos executoribus iudicum incompetentium. Bald.*

Impp. Arcad. & Honor. AA. Vincētio præ. præ. Galliarum. LEX V.

In criminali[z] negotio rei forū accusator sequat̄. Is verò q suā cām, siue criminalem, siue ciuilē, sine cœlesti[a] oraculo[b] in vetito[c] vocauit examine, aut executionē poposcit militarē: actor quidē ꝓpositi negotij actione multet̄, reus verò pro cōdemnato habeatur[d]:

Priuatorum.] CASVS. Ego & tu in causa quam habebamus, in iudicē, qui nullā aliâs habuit iurisdictionē consensimus vt inter nos iudicaret. an sit iudex, quæritur. rñ. quòd non. nec si iudicauerit, authoritatem rei iudicatæ obtinet iudicatum.

r ¶ Priuatorum.] puta duorum vel trium, vel etiam decem. nam secus in consensu alicuius collegij, puta cerdonū, pelliparioū, & similium: vt. j̄. eo. l. fin. Item secus in cōsensu vniuersitatis: vt in auth. de defen. ciui. circa princi. & §. j. in fi. col. iij. Sed obstat qđ ibi dicit quòd est confirmādus à præfecto prętorio. Sed dico ꝙ statim facta electione habent iurisdictionē, sed nō effectum iurisdictionis. sic & s̄. quibus ex cau. ma. l. fi.

s ¶ Qui nulli.] secus si alicui: vt & s̄. eo. l. j. & ff. de iudi. l. j.

Nemo.] CASVS. Petebam à te decem in iudicio: lit. contesta. volebas iudicem recusare. an possis, quæritur. respon. ꝙ non. M. l. istam intelligit tàm in ordinario, quàm in delegato: vt si præfecto supplicasti vt à primo recederes, non es audiendus: sed ad principem appellare poteris demum lata sententia.

t ¶ Post litem contestatam] ergo ante litem contestatam recusari potest ordinarius, secundùm Azo. quod est contra nos. sed expone hîc. id est delegati ab ordinaria sede. Vel aliter vt dixi. s̄. de iudi. l. apertissimi. Sed arbiter lite pendente potest recusari iustis ex causis: vt. ff. de arbit. l. non distinguemus. §. cùm quidam. Io.

v ¶ Nec prius.] ante definitiuam sententiam. nec est ergo remedio locus in medio: vt & s̄. de epis. audien. l. ij. & s̄. de iudi. l. apertissimi. in prin.

x ¶ Auxilium.] volebat enim à primo recedere, & alterius iudicis auxilium postulare, quod non potest: vt hîc, & j̄. de asser. tol. l. j. in fi. & j̄. de excep. l. si quis aduocatus.

y ¶ Auditorium.] id est ad iudicem appellationis.

In criminali.] CASVS. Actor forum rei sequitur. si ergo me coram iudice non meo super crimine accusasti, vel te coram non meo per amicos meos compuli accusare: tu in primo casu in amissione causæ multaberis. in secundo casu habendus sum pro condemnato. & si sententiam latam à non suo iudice executor aliquis executus fuerit, capite puniatur.

z ¶ In criminali.] idem in ciuili: vt. s̄. eo. l. ij. & ff. de ali. iu. mu. causa fa. l. iij. Accur.

a ¶ Sine cœlesti.] nam cum cœlesti potest. s̄. de dila. l. si quãdo. & auth. quod fieri. ibidem posita.

b ¶ Oraculo.] id est sine rescripto.

c ¶ In vetito.] id est prorsus. & dic vocauerit. s. cum effectu: sic vt venerit aduersarius: vt. ff. de in ius voc. l. quamuis. & quod quisque iur. l. j. in fi. & ff. rem ra. habe. l. amplius.

d ¶ Habeatur.] sed quomodo hoc potest facere reus vt cogat actorem corā alio iudice litigare? rñ. fortè si reus cōminet ei si sub eo nō agat, & se sub alio nō rñsurū: sicq; per metū eū ad hoc cōpellat, vel ꝑ dolū, vel per amicos

† Concor. cap. cùm sit generale. extrà de fo. cōpe. & xj. q. j. experientiæ. & cap. sequē.

* Reum

† Concor. gl. vnica ꝑ p⁹ fi. inca. rodolphus. de rescrip. &. c. significasti. de foro compe.

* obtinet firmitatem

Electione facta an statim habeat iurisdictionem electus

† Ista lex valde singularis & nota. & non reperta alibi, secundum Pau. de cas. & concor. cum ea glo. in. c. super. extrà de rescrip.

Iudex ordinarius an possit recusari.

Re⁹ an possit actorem cogere litigare sub certo iudice.

amicos.Sed qđ erit si postea eũ actorẽ vel reũ pœniteat.Si qdẽ ante sententiã,indulget ei vt actionẽ actor nõ pdat,& reus nõ habeat pro cõdemnato:pòst nõ:vt ff.de in ius vocã.l.quis.hodie reus etiã p rescriptũ non trahit actorẽ ad extraordinariũ iudicẽ:vt in aut. qua in puincia.j.ti.ij. &dic multet nõ ipso iure,sed p sniam.nõ eñ dicit multatus sit.Videtur ergo q cõdemnat⁹ reus post cõdemnationẽ agat conditione ex hac.l.vel cõditione sine causa, vt actor eũ liberet. sic.j.de asser.tol.l.j.§.fin. vel in ipsa definitiua sentẽtiabitur cõtra vocãtẽ in vetito examine scđm formam not.ff.de rei ven.l. vtiq;. tenet etiã iniuriarũ:vt ff.de iniu.l.iniuriarum.§.si quis p iniuriã.

a ❡Tribuni.] s.de actore & reo:hîc de iudice.

b ❡Capitalem.] id est deportationem.

c ❡Interdictam.] ex prędicta snia qua fuerit reus condemnatus, cùm sit lata à iudice nõ competente. Vel dic idem in tribunis qui pręsunt militibus & vicarijs si ipsi adeantur,cùm tamẽ ipsi non sint iudices rei vt audire non debeant.

& tribuni [a] siue vicarij capitalẽ [b] sibi animaduersionem subeũdam esse cognoscãt,si vel suam,vel militarem executionẽ interdictã [c] prębuerint.D.v.Cal.Ianuar.Medionali,Cæsario & Attico Cons.

❡*Magistri militum habent iurisdictionem inter milites.h.d. Bal. Vel sic: Magister militum potest cognoscere summariè inter milites, suos & etiam inter non militem & militem ab alio conuentum. hoc dicit.Pau.de Cast.*

Impera.Honor. & Theod. AA. Anthemio præfec.præto. LEX VI.

MAgisterię potestati [d],inter militares viros,vel priuatũ actorẽ & reum militarẽ,etiam [e] ciuiliũ quęstionũ audiendi [f] cõcedimus facultatẽ:pręsertim cùm id ipsum de more litigantium esse [g] videatur,cõstetq; militarẽ reum, nisi à suo iudice, nec exhiberi posse,nec si ĩ culpa fuerit, coerceri [h]. D.v.Cal.Maij,Lucio V.C.Cons.

❡*Qui sunt in aliquo collegio ratione professionis uel negotiationis,iurisdictionẽ eius qui præest collegio,recusare non possunt: non minus tamen sunt sub præside,uel alio superiore. h.d. Bal.*

Impera.Anastasius A.Constantino præfec.præto. LEX VII.

PEriniquũ [i] & temerariũ esse perspicimus,eos qui [k] professiones [l] aliquas,seu negotiatiões [m] exercere noscuntur, iudicum ad quos earundem professionũ, seu negotiationũ [n] cura ptinet [o],iurisdictionẽ & præceptionẽ declinare conari. Quapropter iubemus huiusmodi hoĩbus, nec cuiuslibet militię [p],seu cinguli vel dignitatis prerogatiuã in hac parte suppetere:sed eos q statutis ĩ quacũq; militia cõnumerati sunt si vel fuerĩt, vel qui dignitatẽ aliquã prætendũt,sine aliqua fori prescriptione his iudicib⁹ tàm in publicis [q] q̃ in priuatis causis obedire cõpelli,ad quorũ solicitudinẽ,pfessionis seu negotiationis q̃ pręter militiã vt dictũ est exercẽt,gubernatio videtur respicere:ita tñ [r],vt ipsis nihilominus iudicib⁹,sub quorũ iurisdictiõe militia siue dignitas eorũ cõstituta est, proculdubio respondeãt : ijs videlicet qui cõtra huius tenorem legis venire tẽtauerint, militię cingulo, seu dignitatis honore p tali conamine spoliãdis [s].

TITVLVS XIIII.

Quãdo Imperator inter pupillos vel viduas, vel * miserabiles personas cognoscat [t]:& ne exhibeantur [v].

❡*Personæ miserabiles nõ debẽt trahi in ius extra puinciã:sed ipsæ alios trahere possunt. h.d. Bal.Vel sic: Pupilli & uiduæ & aliæ miserabiles personæ de quibus hîc,habẽt hoc priuilegiũ quòd extra ppriũ domiciliũ nõ possunt pertrahi, etiã per rescriptũ principis,uel in curia principis:sed in proprio domicilio sunt conueniendi. ipsi tamẽ bene possunt trahere aduersarios eorũ extra domicilium coram principe,etiam per uiã simplicis querelæ.h.d.ista notabilis.l.secũdum Pau.de cast.*

Imp.Cõstan.A.ad Andronicũ. L. Vnica.

SI contra pupillos [x] † vel viduas [y] vel diuturno morbo fatigatos & debiles impetratum fuerit lenitatis, nostræ iudicium : memorati [z] à nullo nostrorũ iudicum cõpellantur comitatui [a] nostro sui copiã facere. quinimò intra prouinciã in qua litigator [b] & testes vel instrumenta sunt,experiantur iurgãdi fortunã [c]:atq; * omnis cautela [d] seruet, ne terminos puinciarũ suarũ cogant excedere [e]. ¶ Quòd si pupilli [f] vel viduę alijq; fortunę iniuria miserabiles iudiciũ nrę serenitatis orauerint,pręsertim cũ alicuius potẽtiã

MAgisteriæ.] CASVS. Si priuat⁹ cõtra militẽ causam habuit, siue fuit ciuilis siue criminalis, de ea magister militum cognoscere potest : & hoc ideo,quia miles ab alio quàm à iudice &c.

d ❡Magisteriæ potestati.] i.magistro militũ.

e ❡Etiã ciuiliũ quæstionum.] quasi diceret,non solũ criminaliũ. Sed contra in criminalibus:vt.j.vbi sena.vel cla. l.j.& ff.de accu.l.fi.in fi. Sol.hæc in milite militante.illa in nõ militãte. Vel dic veri⁹ & plenius q in militari crimine,puta si vẽdidit arma, solus magister militum habet coerctionẽ: vt hîc.In cõi verò crimine,siqdẽ enorme iudex siue pręses loci vbi deliqt, habet cognitionẽ & coerctionẽ:sed de mediocri habet cognitionẽ, coerctionẽ verò remittit ad magistrũ militũ: vt in legibus contrarijs, &.j. de re mili.l. fi.in prin. lib. xij. Sic & aliàs fit.vt in authen.vt cler.apud proprios.§. pe.col.vj.

f ❡Audiendi.] id est auditionis, vt & iter est ius ambulandi.id est ambulationis:vt insti.de serui. in princi.

g ❡Esse.] vt & s.de iudi.l.penul.

h ❡Coerceri.] de iure.

PEriniquũ.] CASVS. Pone in cãpsoribus Boñ.qui suos habent consules siue rectores.si ergo aliquis cõtra campsores causam habet, examẽ sui cõsulis cãpsorũ declinare nõ potest : siue miles fuerit,siue nõ: siue in dignitate fuerit,siue nõ:vel fori excep.& hoc in prima.& licet sub suo rectore vel consule possit cõueniri,nihilominus sub potestate,si hoc elegerit actor, cõueniri poterit. & hoc in secunda. Qui autẽ cõtra hãc.l. intẽtauerit,à missione cinguli siue dignitatis multetur. & hoc in tertia.

i ❡Periniquum.] id est valde iniquum. Accur.

k ❡Qui professiones.] puta medicinæ.

l ❡Professiones.] vt parabolani.

m ❡Negotiationes.] vt pannorum vel cambij.

n ❡Seu negotiationum.] vt pelliparij, pistores.

o ❡Pertinet.] ex electione eorum qui exercent.sic ergo dãt ordinariam iurisdictionem illi de illa professione, vt etiã declinari non possit. Quid ergo in scholariũ vniuersitate?an possint habere rectores?Videtur quòd non,quia nõ exercent pfessionẽ,sed sub exercentibus sunt discipuli:sicut nec discipuli pelliparioru,secundũ Azo.Magistri ergo possunt eligere: quia ipsi exercent professionẽ.& sic fit Parisius. Item nota hîc qui dant ordinariam & qui delegatam iurisdictionẽ : vt diximus.ff.de iurisd.om. iudi.l.& quia.in glos.§.j.consuetudo. Accursius.

p ❡Militiæ.] s.armatæ:vel inermis scđm quosdã. vel impropriè ponit nomen militię:quia qui aliquã exercent negotiationẽ,militare phibent: vt.j. negotiato. ne mili. libro.xij.Vel tertiò dic q negotiatores militare possunt:sed nõ vt iurent non euitaturos se mortem pro republica : sed qa stigmate,vel charactere quodam notabantur in brachijs:vt.j.de fabricen. l.stigmata.lib.xij.

q ❡In publicis.] scilicet societatis illius, & priuatis quas habent inter se socij de alijs suis factis occasione societatis. sic enim seruatur secundum consuetudinem.

❡Ita tamen.] quasi dicat,licet sub illo iudice valeant conueniri:nihilominus sub maiori, scilicet sub potestate.

s ❡Spoliandis.] fortè vt in quinque libris auri damnãtur:vt.j. de decu. l. curiales qui honorario.

❡QVANDO IMPERATOR &c.

¶ *Dictum est. s. aliquem inuitum esse conueniendum apud iudicem suum de cuius foro est. Item aliquem posse cõueniri apud extraordinarium iudicem ratione priuilegij:ut. s. de dila.l.ij. nunc ponit qualiter quilibet istorum patiatur exceptionem. Azo.*

t ❡Cognoscat.] ipsis hoc impetrantibus.

v ❡Exhibeantur.] in iure alijs petẽtibus.nam excipit à prædictis. dicit enim ordinarium declinari non posse : vt. s. l. proxi. hîc excipit quãdo declinat his & alijs miserabilibus personis petentibus. Et econtrà dictum est de dilationib⁹ l.si quando.quòd rescriptũ valet ad extraordinarium iudicem impetratũ. hîc excipit casum vbi non valet cõtra prędictas scilicet personas.

SI contra.] CASVS. Si causam habẽs cũ pupillo,vel alia miserabili psona ad extraordinariũ iudicẽ rescriptum impetrauit,nõ valet obtentũ:nec ad obtinendũ admittitur. Si autẽ ecõuersò fiat vt miserabilis psona rescriptũ impetrauerit,impetratũ obtinet firmitatẽ. ¶No. ex hac.l.ibi,fortunę iniuriã. quòd fortuna dicitur iniuriari illis quibus accidit infortuniũ:& alibi dicitur q dicitur insidiari:vt.l.fi.§.cùm antea. post prin.j. de tẽp.ap. Paul.

x ❡Contra pupillos.] qui impuberes sunt,& non in potestatę:vt ff.dę verb.sig.l. pupillus.in prin.

y ❡Vel viduas.] quę virũ nõ habẽt,etiã si nõ habuerũt:vt ff.de verb. sig.l.malũ.§.viduã. Vel strictè hîc accipitur p eis quę habere desierunt.

z ❡Memorati.] pupilli & viduæ.

a ❡Cõmitatui.] i.pręsentię nostrę, vel illorũ qbus nos delegauimus.

b ❡Litigator.] pupillus, & vidua,& similes.

c ❡Fortunam.] vt.j.vbi de ratioci. l. ij. & videtur hoc hodie ius commune : vt in authen.vt dif.iudi.j.respon.coll.ix.

d ❡Cautela.] scilicet iudicio sisti.

e ❡Excedere.] fallit ergo hîc quod ẽst,s.de dila.l. si quando Quid autem si huiusmodi miserę personę consenserunt? Rñ. Io. idẽ esse & tunc. hoc non puto,ar.eius quod sequitur.

f ❡Si pupilli.] scilicet agentes,

Milites sunt duplices.

Eorundẽ.

Miles si deliquit, quis erit eius iudex.

Scholares an possint habere rectores.

* aliàs.

† Concor. xxiij. quæstio.v. regum officium. & .q. iij.ab imperatoribus.

* Omni cautela hîc seruetur, &c.

a ¶ Perhorrescũt.] si ergo ex priuilegio hîc cõcedit iudex ordinarius declinari, ergo de iure cõmuni recusari non potest, nã superfluũ est &c. vt j̃. de thesau. l. j. li. x. & ff. de leg. j. l. si quando. & de cõdi. insti. l. verba. & ad munici. l. j. & j̃. si quacunq; prę. po. l. j. & in decrę. xxv. quæ. c. j. ideo. §. pe.

Ordinarius de iure recusari nõ pôt.

¶ VBI DE CRIMINIBVS AGI OPORTET. ¶ Dixit s. generaliter de foro: nũc specialiter ubi de criminibus agi oportet.

perhorrescũt[a]: cogantur eorũ aduersarij examini nostro sui copiã facere. D. Cal. Iul. Cõstantinopo. Optato & Paulino Conſ.

TITVLVS XV.

Vbi de criminibus agi oportet.

¶ *Causa criminalis tractatur altero de tribus locis, scilicet ubi crimen est commissum, uel causa est inchoata, uel ubi deprehenditur reus habere domicilium. Bal. & Sali. Additur & alius in uagabundo: ut in glos. Sali.*

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Laurinę.

LEX I.

QVæstiones eorũ criminũ quæ legibus[b], aut extra[c] ordinẽ coercentur vbi cõmissa[d] vel ĩchoata[e] sunt, vel vbi reperiuntur[f] qui rei esse peribẽtur criminis, perfici debere satis notum est. PP. iiij. noñ. Octobr. Dextro & Prisco Conſ.

¶ *De plagio cognoscitur apud quemlibet iudicem competentem. Ia. bu. Bald. Vel sic: De crimine plagij cognoscitur in domo conuenti. h. d. Sali.*

Impp. Dioclet. & Maximianus AA. & CC. Niceę.

LEX II.

SCiens liberũ vænũdando plagij crimen cõmittit.[g] Ab eo[h] itaq; qui super hoc quæri potest, aditus cõpetens iudex (si is quem puerũ ingenuũ vendidisse proponis, ibi degit[i]) causam cognoscet. D. ij. noñ. Febr. Sirmij. CC. Conſ.

10 QVæstiones. CASVS. Tu Mutiñ. Bonoñ. deliquisti. vbi conueniri debeas, quęritur. Rñ. ibi vbi deliqsti. Itẽ vbi causa inchoata est.

b ¶ Quæ legibus.] publicis: vt. ff. de publ. iu-20 di. l. j. & instit. de publi. iudi. per totum.

c ¶ Extra ordinẽ.] Vt priuata delicta de qbus extra ordinẽ qs punitur: vt. ff. de priua. delic. l. fi.

d ¶ Commissa.] si habes commissa. s. crimina vnde oriuntur prædictę quæstiones. Si habes cõ-30 missę: tunc eodẽ modo expone. & cõcordat cum hoc. j̃. vbi sena. vel clar. l. j. & ff. de noxa. l. fin. & ff. de offic. præsi. l. iij & de accu. l. fin. adeò, vt si non sunt ibi, tñ illuc remittantur: vt ff. de accu. l. si cui. §. fin. & in authen. vt nulli iudi. §. si verò qs 40 cõprehensorũ. coll. ix. Alij dixerũt vt puniañ, remittitur. verũ primò cognoscet iudex suus vbi habet domicilium: arg. j̃. de exhi. re. l. j.[a] An aũt & in cõtractu quis inuitus remittatur ad locũ contractus? Dic vt diximus ff. de iudi. l. hæres ab-50 sens. §. j. in gl. §. supplẽt quidam. ADDITIO. Vide de hac quæstione casum in cap. Romana. in §. contrahentes. de foro compe. lib. vj.

† Vbi cõmissæ uel inchoatæ.

a Vide de hoc pulchrã gl. in cle. pastoralis. ĩ §. q̃ si punitio. de re iudic. quæ gl. preterea decidit an iudex loci vbi criminosus degit, cogatur necessariò remittere ipsum criminosum ad mãdata iudicis loci vbi deliquit.

e ¶ Inchoata.] nõ opposita prescriptione fori, cùm sciret eum nõ suum iudicem esse: vt s̃. de iurisdi. om. iudi. l. j. nam post litẽ contestatã opponi non potest: vt j̃. de proba. l. exceptionẽ. & j̃. de except. l. si quis aduocatus. secus si ignorasset eum incõpetentem: vt j̃. si à non cõpe. iudi. l. fi. Item contingit hoc propter regulã quæ est. ff. de iudic. l. vbi. Sed quid si nesci-60 uit à principio, sed sciuit postea, & litigauit? Rñdeo, tenet iudiciũ propter ratihabitionem: vt ff. de iudi. licet. secus si mea voluntate non potui facere iudicem: quia eius erat conditionis in principio, vt iudex esse non posit. nam licet mutata sit eius conditio, non tamen tenet sententia secundùm Azo. vt in illo generali, initium spectandum.

f ¶ Reperiuntur.] id est vbicũq; sint, secundùm P. vnde illud, Vbi te inuenero, ibi te iudicabo &c. & pro eo. j̃. l. proxi. ibi, vbi degit &c. Tu dic reperiuntur. s. habere domicilium siue forum. quod multis modis constituitur, vt diximus s̃. de iurisd. om. iudi. l. ij. Vel dic q̃ loquitur ibi de vagabundis, vt illi vbilibet possint conueniri: vt j̃. vbi quis decu. vel co-70 hor. &c. l. j. & in aut. vt nulli iudi. § si verò quis cõprehẽsorum. coll. ix.

Vagabundus vbilibet potest conueniri.

SCiens liberum.] CASVS. Hominem vendidisti: commisisti crimen plagij. vbi conueniendus sis, quæritur. Rñdeo, vbi domicilium habes.

g ¶ Committit.] vt & j̃. ad leg. Fla. de pla. l. penul.

Sic adde Bar. ñ. i. qui declarat.

h ¶ Ab eo.] vt à patre, matre, fratre: non extraneo, non muliere, non pupillo: vt ar. ff. de popu. act. l. mulieri. nec enim publica est accusatio secundum Io. & P. Sed tu dic secundum Azo. quòd sic: vt. j̃. ad. l. Fla. de plagia. l. plagij. ij. & ideo dicit ab eo &c. quia etiã in publica accusatione sunt aliqui, qui non accusant: vt ff. de accusa. l. qui accusare.

80 i ¶ Degit.] i. habet domiciliũ. vel dicit de vagabũdo. Vel dic id est cõuersañ vt scholaris in scholis, licet domiciliũ nõ habeat añ decenniũ: vt. j̃. de incolis. l. ij. lib. x. & sic non facit pro opinione P. vt dicit. s̃. l. proxi.

Scholaris in scholis an habeat domicilium.

¶ SEQVITVR AVTHEN. *Qua in prouincia. quæ est super. l. j. huius tit. legenda: & est in authen. ut omnes obe. iudi. prouin. §. j. col. v.*

QVa in prouincia.] CASVS. Hęc authẽ. ponitur hîc non vt corrigat, sed vt addat: & continet in se. viij. dicta principaliter. Primô enim dicit, in quo loco quis rõne delicti, vel contractus, vel alia rõne debeat conueniri & rñdere. Secundò dictũ suũ determinat verũ esse vbi sunt ambę partes pręsentes, omĩ priuilegio cessante. Tertiò ponit, si absens sit aliquis ex cuius domo iniquũ qd patiatur præsens: ex facto alicuius pręsentis qualr̃ debeat fieri pro iustitia cõsequenda. Quartò ponit, si dñs absens non veniat, quod remediũ sit. Quintò ponit, si præsens qui fecit iniuriam, nõ com-10 paret: quid fiet. Sextò si compareat cõuentus & nõ actor, in casu isto qd iuris videt̃. Septimò excipit à primo dicto duos casus, in quibus aliquo tẽpore non cogitur reus rñdere. Octauò & vltiò determinat tertiũ dictũ. lr̃a exponitur vt in glos.

20 k ¶ Qua &c.] antiqui minus ĩ litera habẽt huius authẽ. q̃ moderni.

l ¶ In prouincia.] contra. ff. de act. & obli. contraxisse. & de bo. author. iu. pos. l. iij. Acc.

m ¶ Deliquit.] vt de eo ciuiliter conueniatur. & quod subijcit, criminũ 30 sit reus: vt criminaliter accusetur. Vel dic deliquit sine animo: sit reus ex animo: vt. j̃. ad le. cor. de sica. l. j.

In authen. vt oẽs obedi. iudi. prouin. § hęc cõsiderantes. coll. v. cõstit. xx.

¶ *Ista est no. authen. In prin. tradit regulam, & in fine ponit exceptionem: in medio ponit casum mirabilem, & sic habet tres partes principales. secunda ibi, Eo autem. tertia ibi, excipit. Ia. Bu. Summari rectè non potest. h. d. Bal. Vel sic: Captus in loco delicti, uel in quo quis aliâs sortitur forum, potest si ibi reperiatur, conueniri personali, reali, & etiam mista actione, non obstante quocunque priuilegio exceptionis: nisi ex causa publicæ utilitatis, uel necessitatis ipsum absentari oporteat, uel causam ad consistorium principis deuolui, uel nisi per appellationem legitimam fuerit deuoluta. Itẽ pro damno per te mihi illato nomine alterius, uel illius mandato seu uoluntate, possum te præsentem conuenire in loco damni dati. & datur ibi terminus ad denũciandum illi, ut te instruat de iuribus suis: quo non comparente uterq; comdemnatur, etiam lite nõ contestata, si sunt culpabiles, & ego in termino cõparui: aliâs cõuentus absoluitur ab obseruatione iudicij. h. d. in effectu. Pau. de Cast. & sunt plura singularia quæ alibi non reperiuntur.*

Limita istam auth. v. modis ut p. Jas. in l. beneficium no. 52 ff. de const. princip.

QVa[k] in prouincia[l] † quis deliquit[m], aut in qua pecuniarũ aut criminũ reus sit, siue de terra & de terminis[n], siue de possessione[o], siue de ꝓprietate[p], siue de hypotheca, aut de alia qualibet occasione vel re fuerit reus: illic etiam iuri subiaceat. quod † ius perpetuum[q] est. ¶ Si ergo ambo & actor & reus sint in prouincia[r]: illic omni[s] priuilegio † cessante res expediatur. ¶ Eo[t] autẽ

n ¶ Et de terminis.] id est de terminis terræ. & agit de termino moto: vt j̃. de accu. l. j. & ff. de ter. mo. l. ij. vel agit finiũ re-40 gũdor: vt ff. fi. regũ. l. j.

o ¶ Possessione.] per aliquod interdictũ, vel per actionem ciuilem: quod quandoque fit: vt ff. de condi. inde. l. indebiti. §. sed & si. Accur.

p ¶ Proprietate.] & sic agitur rei vendicatione. ff. de rei ven. l. in 50 rem.

q ¶ Ius perpetuum.] id est generale. sic ponitur. s̃. de eden. edita. & insti. de satisda. tu. §. j. nam in delictis & quasi, in contractibus & quasi, in realibus & possessorijs vbi quis sortitur forum ratione possessionis: vt j̃. vbi in rem actio. l. fi. habet locum, vt dictum est.

r ¶ In prouincia.] idem si in Italia, quæ non est prouincia, sed prouinciarum domina. nam vbiq; hæc lex suam ostendit virtutem: vt in authẽ. in cor. vnde sumitur. §. fin.

60 s ¶ Illic omni priuilegio.] Sed nõne hoc erat etiam veteri iur. vt in hoc tit. l. j. & j̃. vbi sena. vel cla. l. j. & de accu. l. si cui. §. fi. & l. fi. Respõ. sic, vt in corpore ibi, hoc enim & apud præcedentes &c. sed non sic purè & indistinctè: vt in hac authẽ. præterea multa adijciuntur veteri iuri per authen. hanc: vt iam dices in vltima glos. Item per hoc quod dicit, omni priuilegio &c. nunquid tollit. l. s̃. quando imper. inter pu. & vi. l. j. in fin. & alia de clericis. s̃. de epis. & cler. authen. clericus. & authen. causa. & alia de legatis. ff. de iudi. l. ij. §. legatis. & in authen. de san. epis. §. si verò episcopi. col. ix. & alia de illustribus: vt j̃. vbi sena. vel clar. l. ij. omnes enim istæ leges videntur huic contrariæ. Sol.[b] secundum quosdã priuilegium 70 fori tollitur per hanc. l. sed non sui iudicis. Si enim clericus extraneus Bononiæ delinquat, conueniatur Bononiæ sub episcopo, non sub potestate. Alij dixerunt quòd hæc corrigit omnes prædictas leges: quod non placet: quia illa, clericus. est post istã in cor. & illa de sañ. epi. §. si verò episcopi. col. ix. Dic ergo cessare priuilegia indulta per principem viuẽtem: vt in corpore authenticorũ, sed non indulta, per. l. redactã in corpore iuris[c]. Item ad hoc contrà. s̃. de dila. si quando. & authen. quod fieri. sed hîc prohibet reo, ibi actori concedit, quod est mirũ. quia nõ debet actori &c. vt ff. de reg. iur. non debet &c. sed hîc speciale. magis autem est contrà. s̃. de iuris. omni: iu. in criminali. in eo quod innuit cũ cœlesti oraculo etiam 80 reum impetrare rescriptum. Sed tu dic illam in hoc corrigi[d]: Excipiuntur ergo priuilegia indulta per. l. istam. Item si actor impetret: vt dictum est. In tertio excipitur si pragmatica &c. vt. j̃. statim.

t ¶ Eo autem absente.] Casus iste antiquitus est positus in dño domus, qui cum inquilinis siue hospitibus suis, quod proprius est, habitabat: vt ff. de vsu & habita. l. ij. §. j. & ex domo ab vno de hospitibus aliquid est eiectum: ille hospes conuenitur lege Aquil. vel ex illo tit. de eiectio. actione in factum ex suo maleficio. Dominus etiam posset conueniri:

† Ista aut. reputat val. de sing. secundũ Do. cto. hic.

† Concor. c. fin. extra de fo. cõpe.

† Iste tex. est valde singul. & non repit alibi, secũdũ Pau. de Cast. hic. & cõcor. cũ hoc tex. c. j. extra de priuileg.

Italia est prouinciarũ domina.

b Ista sol. est bona, secundũ Iac. But. & Pau.

c Istam tenẽt doct. & est singu & vtilis: & similis est in l. hæres absens. in prin. ff. de iudic. Pau.

d Imò non corrigit: sed licet l. in criminali. inq. tum innuit cõtrario sensu, q̃ cũ cœlesti oraculo. i. rescripto principis reus posit declinare forum ordinariũ: & trahere actorem ad extraordinariũ. imò hodie etiam pôt si spãliter cõcedatur, secundũ Bar. & Pau. de Cast.

cõueniri:q̃a opera malorũ vtitur:vt insti.de obli.quę ex quasi delic.§.itẽ exercitor. Permittit ergo hæc aut. dño nũciari.& si veniat, bene est.& si nõ dãnatur præsens & in subsidiũ, satisfit etiã de reb' absentis. Sed hæc positio nõ placet. cùm enim certũ est quis deiecit, non debet alij teneri: vt.ff.de ijs qui deiec.l.j.§.fi.& l.seq. Secundò pone in eo qui aliũ deiecit te mandante: vt.ff.de vi & vi arma.l.j.§.quoties.& §.cùm autẽ.& §.familiæ.& §.si quis tamẽ.& 10 §.si qui filı'. Itẽ potest poni & in eo qui cõtraxit te mandante:vt ff.de instit.l.cuicũq;.§.fi.& l.seq.Itẽ & in eo potest poni cui fuit data pecunia contẽplatione vtriusq;: vt.§.si tut.vel cur.inter.l.si creditor & dices q̃ spõte suscepit defensio- 20 nem absentis. nã à inuitus non cogitur:vt.§.de pcur.l.inuitus.sed fe tñ defendere habet necesse. Itẽ dices ex domo eius.i. à domesticis eius.& permittit dño nunciari, secundùm quod hîc subijcit.Vel secundũ Io.pone in eo q̃ fideiussit p alio 30 iudicio sisti. nã si reus postea absit,dat huic vel alij volẽti eũ defendere, & satisdare iudicatũ solui,tẽp' vt nũciet dño.& hoc.§.de fideiuss.l. sancimus.& secundũ hoc dic, patior iniquũ ex domo absentis ab eo q̃ tenet id quod mihi debet.Itẽ se- 40 cundũ hoc p parte derogat legi ff.de solu.l. solutionẽ.& ff. de procu.l. non cogendũ.§.sabinus.

a Noluit.] scilicet cõdẽnetur: & tamẽ contra eum nõ est lis contestata: quod est mirũ : aliàs contrà,nisi in iudicio appellationis:vt.j.de temp. 50 app.l.fi.§.illud.Vel dic hic quasi cõtestatã: vt.j. vbi in rẽ actio. l.ij.nã & in cor.dicit,condẽnetur absens secũdùm schema quod appellatur eremodiciũ.in §.si verò neq;. Item eoipso q̃ non phibuit,vr eum approbare: vt ff.ad Maced.l.si filius 60 familiãs.ij.& ff.furti aduer.nau.cau.sta.l.j.in fin.

† Iste text. etiam repugnat singula. secũdũ Pau. hic.& nõ re perit alibi: cui concordat c.dilectus. extra de pcur.

Absentẽ defendere nemo cogitur inuitus.

✱ alias factum.

Eremodiciũ & schema idẽ sunt.

absente † ex cuius domo iniquũ quid patior, ipsum qui id admisit, vel ei' curatorẽ cõueniã:cui datis ĩducijs licet denũciare dño causæ. qui si neq; p se veniat,neq; mittat: is qui primò cõuentus est præsentatus condẽnetur in quo sit obnoxius:insuper & is qui mittere noluit [a], si tamen omnino [b] appareat obnoxius. nã & de rebus eius satisfiet,si is qui præsens est,non sit [c] soluendo. ¶ Sed si nec ipse q̃ dñm præsentare debuit,cõpareat preconia [d] voce vocatus:cõdemnet [e],q̃a cõtumacia eius p præsentia [f] est. ¶ Quòd si desit actor [g] cũ re' veneuerit,siue miserit:absolued' [h] est:vt & dãna ei resartiãtur. ¶ Excipit [i] hîc si forma pragmatica [k] occasiõe publicę causæ pcedẽs præceperit queq̃ principali comitatui exhiberi,aut ex lege hoc ✱ fiat quale est sup appellatiõib'. ¶ Induciarũ verò tẽpus noua cõstitutione variũ præfinitũ est ex diuersitate locorum,q̃tuor scilicet mẽsiũ si vicina est prouincia,in qua hoc agit,vna aut duabus mãsionibus in medio pũciarũ cõstitutis.si verò mai' sit spatiũ,sex. Si verò ex Palestina,aut Aegypto,aut gentiũ longinquarum, octo mẽses sufficiat. Si verò ex Hesperijs gentibus,aut Septentrionalibus,aut Lybia, sufficiens visum est tẽpus nouẽ mẽsiũ.

TITVLVS XVI.
Vbi de possessione agi oporteat.

b Omnino.] id est omni tempore.

c Non sit.] ex sententia cõtra se lata.itẽ in rebus etiã absentis fit missio ex ea scilicet sentẽtia quę cõtra se absentẽ datur:nõ autẽ dico vt sentẽtia in præsentem lata habeat executionem in alium:licet hoc dicant quidam.

d Præconia.] hodie per edicta:quia vox preconis paucis innotescit:vt j.quomodo & quando iudex, authen. qui semel.vel hîc est speciale.

e Cõdemnetur.] p missionẽ in possessionẽ secundũ mensurã debiti, si lis nõ est cõtestata.idẽ si est, & nõ est liquidũ de causa. Si autẽ est contestata vel quasi,& liquidũ,datur definitiua:vt.§.de iudi.l.pperandũ.§.ij.

70 f Pro præsentia.] eius enim absentia dei pręsentia &c. vt.§.de iudi.l.properandum. §.cùm autem.

g Actor.] aliàs accusator: & tunc dic id est actor.

h Absoluendus.] ab obseruatione iudicij si lis non est contestata. aliàs definitiue: vt.d.l. properandum. §. & si quidem.sed & citari posset actor: vt.j.quomodo & quando index.in authen. qui semel.

i Excipitur.] hîc versicul' est leged' cũ pri.hui' aut.& itellige q̃ imperator vocat aliquẽ vt de cã cognoscat aliq̃,vel aliqd p republica faciat. interim eñ dilationẽ habet à iudice sub quo cõueniebat.& est pragmatica scriptura facta cõsilio pcerũ. Sed hęc exceptio videt corrigi in cor.e.§. 80 hãc dicẽtes &c.qd qdã cõcedũt. Vel dic nõ corrigi,sed noiat ibi psonas de qb' poterat dubitari:q̃a pl' solet timeri qd &c.vt dicit canõ.& ea quę notabilr fiũt, nisi spãlr notẽt, vident neglecta:vt ff.de iniu.l.itẽ apud.§. ait prętor.Et nõ.hic quę noua inducit aut.ista. Primò,q̃ dicit simplr oẽ priuilegiũ cessare.Secũdò, de denũciatiõe quę pmittit fieri dño : quod olim nõ licebat nisi in casu:vt.j. vbi in rẽ act.l.ij.Tertiũ de inducijs quę hîc sequnt:nã aliq̃ dãtur al's:vt.§.de dila.l.j.Quartũ de satisfactiõe rerũ absentis.Quintũ q̃ fertur definitiua secũdùm quosdã ante litẽ cõtestatã:

Pragmatica quæ sit.

Authentica, qua in prouincia.mul. ta iducit noua.

k Forma pragmatica] idest imperiale rescriptum.

¶ VBI DE POSSESSIONE AGI OPORTEAT.

¶ *Hoc titulo ubi de possessorio agitur iudicio,dicit,siue per interdicta,siue per alias actiones agatur.*

¶ *Causa uiolentiæ debet tractari ubi est possessio,uel ubi uis illata est h.d.Iac.but. Bal. & Sali.*

Impp. Valent.& Valens AA.ad Festum procons.Aphricæ. LEX Vnica.

Vbi aut [l] vis facta dicitur,aut momentaria possessio postulanda est:ibi loci iudicẽ aduersus eum qui possessionẽ turbauit,conuenit iudicare. D.viij.Calen.Iuñ. Gratiano & Dagalaipho Conss.

TITVLVS XVII.
Vbi fideicommissum peti oporteat.

¶ *Vbi hæreditas est, ibi fideicommissum peti potest.h.d.Sali.Vel sic:Hæc lex glossatur.ff.de iudi. in l.quod legatur.Bart.*

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Demetrio. LEX Vnica.

Fideicommissum [m] ibi petendũ esse vbi hrditas relicta [n] est, dubitari non oportet. PP. viij. Cal.Septemp. Chilone & Libone Conss.

TITVLVS XVIII.
Vbi conueniatur qui certo loco dare promisit.

¶ *Vbi solutio est in certum locũ collata:si alibi agitur,est actio arbitraria ratiõe loci in qua officio iudicis uenit interesse actoris uel rei.h.d. Bal.*

Imperator Alexander. A. Heraclidæ. LEX Vnica.

Qvi certo loco sese soluturum pecuniam obligat,si solutioni satis non fecerit : arbitraria [o] actione ,& [p] in alio loco potest conueniri , in qua venit

l Vbi.] CASVS. De possess. mea me deiecisti:vbi te conuenire debeã interdicto vñ vi pro possessione recuperãda, quęrit. Rñ.vbi possessio est.vel sic: Possessio erat Mut.i. districtu Boñ.me vi retinuisti. ibi cõueniẽdus eris vbi vis mihi facta est.i.i districtu Boñ.et sic sumit scdm aut.i sua 20 significatiõe in pri. gl.

1 l Vbi aut.] Aut p.i. nã nõ põt alibi fieri vis, q̃ vbi sit possessio. & sic vnũ casum ponit tñ hęc lex scdm quosdã, qđ non placet: imò põt fieri alibi vis,& alibi esse possessio:vt si possessio mea est Mutinę,ad quã cũ irevel 30 lẽ:in districtu Boñ. me detinuisti.si eñ suspicor me posse repelli: amitto possessionẽ,& agã vñ vi & Boñ.[a] vbi facta est vis: & Mutinę vbi est.i. existit possessio momẽtaria: vt ff.de vi & vi ar.l.j.§.i-terdictũ aũt hoc.& §.fi-ue aũt corpe.& sic duob' 40 locis cõuenitur: & aut ponit disiũctiuẽ. Quare possessio dr momẽtaria, dic vt dixi.§.qui le.p.l.fi.

¶ VBI FIDEICOMM.

Fideicommissum.] CASVS. Legatum vel fideicõmissum mihi reliquisti. vbi illud petere debeam,quęritur. Respon. quòd vbi hæreditas est, vel eius maior pars.

m Fideicõmissum.] quod in fideicommisso dicitur,idẽ in legato.fraternizant enim hodie.vt ff.de lega.j.l.j.

n Relicta est.] id est 60 factum est testñ. nam ibi defunctus videtur cum legatario contrahere: vt insti.de obli.quę est quasi contract.§.hęres.secundùm quosdam. quod non placet:quia non cum defuncto,sed cum hęrede legatarij contrahere videntur:vt ff.quib.ex cau.in pos.eatur.l.apud.§.fin.& l.seq. Dic ergo,relicta est id est existit, vt sit tertium adiacens [b]:vt ff.de leg.j.l.cùm res. sic & satisdatio petitur vbi existit:vt ff.vt lega.no.l. postquã.§.fi.& plenè hîc posses distinguere: vt ff.de iudi.l.quod legatur.in gl.j. legatarius &c.

¶ VBI CONVENIATVR QVI CERTO LO. DA.&c.

Vi certo.] CASVS. Mutuaui tibi.x.ea certo loco pu ta mihi soluere pmisisti: dolo vel culpa vel mora tua cepi 70 dilatione:an alio loco te cõuenire possim,quęrit. Rñ.q̃ sic cõditiõe certi ex mutuo arbitraria,i.q̃ veniet dãnũ qđ passus sum & etiã ppt' loci mutationẽ,iõ q̃a suo loco pecunia soluta nõ est.

o Arbitraria] adiectũ est.i.cõditione certi arbitraria, quę habet locum in tribus casibus [c]:vt ff. eod.l.ij.§. hęc autem actio.& l. si hęres.& l. aut.Et dicitur arbitraria : quia solus iudex ex suo arbitrio æstimat damnum vtriusque si alibi soluatur:vt instit.de ac.§.præterea quasdam.

p Et in alio loco.] s.quolibet:nã vbi te inuenero,ibi te &c.& p hoc.ff. de iudi.l.eũ.& de constitu.pecu.l.si duo.§.j.& de cõdi.inde. l.q certo. qđ nõ placet.Expoẽ ergo idoneo [d] & hic & in prędictis.ll. vbi scilicet habeat 80 forũ q̃ cõuenit:vt ff.de mune. & ho.l.vt gradatim.§.j.Et quęro,si certo loco pmisi,an eo loco quo fuit facta pmissio,possum cõueniri? Io dicit [e] q̃ nõ:q̃a nõ ibi,sed vbi est soluendũ,cõtrahi videt:vt ff.de act. & ob.l.cõtraxisse.& ff.eo.l.penulti. Alij cõtrà:& p eis.ff.de iud.l. hęres absens.§.fi. & l.oẽm. ADDITIO. Dicas quòd locus cõtractus non inspicitur, & ibi non potest conueniri,sed solum locus solutionis faciendæ inspicitur:nisi aliud actũ fit.pro quo Pe.de bel.per.in.l. contraxisse.§. alleg.alleg.l.quæro.vbi dicit esse casum. ff.de solu.vbi hoc tenet & sequitur Bar.

a Imò non Bononiæ, sed Mutinę vbi fuit collatus effect' violẽtię. ar. in l.cõtraxisse. ff. de act.& obli. Pau.

Legatarij nõ cũ defuncto,sed cum hæres de eius videntur cõtrahere.

b Hoc est verbum tertiæ personę nullã determinationẽ habens secũdum Dy.

c Tu dic in q̃tuor. Pau. hîc.

d Hęc vera, & cõiter tenetur.Pau.

e Et bene. Pau.

a ¶ Alterutrius.] vt quia vnius intereſt,non alterius.ſi autē vtriuſque, tunc ſecus ſecundum Ir.& P.ſed certè etiam ſi ſimul vtriuſque intereſt, vt plenè dixi.ff.eo.l.ij.in princi.

¶ VBI IN REM ACTIO EXERCERI DEBEAT.

IN rē.] CASVS. meā poſſediſti,quā cū petere vellem,dicis te nō eſſe cōueniendū, ſed eū q tibi vēdidit.vbi aūt 10 cōueniēd⁹ ſis,an vbi domicilium habes, an vbi actor q̄rit.rn̄. ꝙ ibi, vbi tu emptor:qa hęc forma iuris eſt, vt emptor ibi defendat̄,vbi forꝝ habet: vt ff.de iudi.l. vēditorē.

b ¶ In rem actio.] id eſt vendicatio.

c ¶ Non contra.] niſi 20 dolo deſijſſet poſſidere. vt ff.de rei vend.l. ſi auten.§.j. & §. ſed & is.

d ¶ Cōtra poſſidētē.] vt &.ſ̄.de alie.iu.mu.cau. fa.l.j.Sed quid ſi venditor vult ſuſcipe iudiciū ꝓ emptore, quaſi defendēdo ſeipſum: nūqd poteſt actore inuito?Quidā 30 ꝙ ſic:vt ff.de peti.hęre. l.ſed & ſi.l.§.itē ſi rē. in fi.§.&.ff.de app.l.ab executore.§.j. & ff.de re iudi.l.ſæpè. & de alie.iud. mu.cau. fa.l.iij.§.fi. Sed lex iſta dicit cōtra, & ff. de ꝓcur.l.ſi actor.ſed dic quòd pōt in foro emptoris:vt ff.de iud.l. vendi40 tor.niſi vt.ſ̄.de ꝓcur.l. fi.Nec ob.hęc.l.qa vēditor nō offerebat hîc iudiciū ꝓ emptore ſuſcipere.

e ¶ Congredi.] i. agi.

f ¶ Auctore.] vēditore.

g ¶ Vendicātem.] ſ.rē rōne dn̄ij:ſed dn̄ium nō petit cū habeat.verè eī̄ habet illud: quia ſi non 50 haberet, nō haberet rei vendicationem [a]:vt ff.de rei ven.l. in rē,in princi. vel dic, habet quo ad quid,& quo ad qd nō habet. Nam habere multis modis dr̄.vt ff.de verbo. ob.l.ſtipulatio iſta.§.habere. Vel dic vēdicat ſibi dn̄ium.i attribuit ſibi 60 dn̄ium.i. dicit ſe dn̄m.

h ¶ Denunciaſti.] ſ. ante ſententiam:vt ff. de euic. l.ſi rē quam.§.fi.& j̄.de euic.l. ſi controuerſia.&.j̄.de peri. & cōmo. rei vē.l.j.ſecus ſi nō denūciauit cū poſſet: vt ff.de euict.l.ſi fundo.§.fi.

ęſtimatio †,quod alterutrius [a] interfuit ſuo loco potius quà in eo in quo petitur, ſolui. D. vj. Id. Mart.Fuſco & Dextro Conſ.

TITVLVS XIX.
Vbi in rem actio exerceri debeat.

¶ Venditor debet defendere emptorem in foro emptoris:nec poteſt ex ꝓpria perſona declinare forū.h.d.Vel ſic:Forū qd' eſt declinabile à defenſo,nō eſt declinabile à defenſore.h.d.Bal.Vel ſic: Actio in rem datur cōtra poßidētē:nō cōtra actorē eius q nō poßidet.datur tamē cōtra illū regreſſus de euictione,ſi ſibi fuit lis denūciata.Et ſi uult defendere poſſeſſorē de euictione, tenetur ipſum defendere in loco ubi lis eſt inchoata:nec poteſt eum trahere ad forum ſuum.h.d.Pau.de caſt.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Pancratio. LEX I.

IN rem actio [b] non contra [c] venditorē,ſed cōtra poſidentē [d] competit. Fruſtra itaque deſyderas non tecum cōgredi [e],ſed cùm auctore [f] tuo dominium vendicantē [g],cùm te poſſidere cōtendas.Nā ſi denunciaſti [h] ei qui tibi vēdidit,intelligis euictiōis illi piculū imminere.Nec enim iuriſdictiōis forma [i],in eadē ꝓuincia cōſtitutis tàm petitore,q̄ poſſeſſore, ob auctoris perſonā, quem in alia ꝓuincia dicis cōſiſtere, debet immutari.D.Id.April.AA.& Conſ.

¶ Qui poßidet alieno nomine, poteſt reali actione cōuentus dominum in iudicio nominare: & datur ei dilatio ad denunciandum domino:quo non ueniente habetur lis conteſtata quantùm ad interruptionem præſcriptionis. & ſi citatus legitimè non comparet, fit mißio in poſſeßionem: & reuerſus non auditur de poſſeßione, ſed tantùm de proprietate. h.d.ſecundum Iac.bu.Bal.

Impera.Conſtantinus. A. ad vniuerſos prouinciales. LEX II.

SI quis † alterius nomine quolibet [k] modo poſidēs immobilē [l] rē,litē ab aliquo ꝑ in rē actionem ſuſtineat:debet [m] ſtatim in iudicio dn̄m noīare : vt ſiue in eadē ciuitate degat,ſiue in agro,ſiue in alia ꝓuincia ſit:certo dierū ſpatio à iudice definiēdo [n],eoq́; ad notionē eius ꝑducendo,vel ipſe in locis in quibus prędiū ſitū eſt ꝑueniēs, vel procuratorē mittēs,actoris intētiones excipiat.Si verò poſt huiuſmodi īdultū tēpus minimè hoc quod diſpoſitū eſt, facere maluerit : tanq̄ lite quæ ei ingeritur,ex eo die quo poſſeſſor ad iudicium vocatus eſt ad interrūpēdā longi tp̄is pręſcriptionē,conteſtata: iudex,vt vtpote [o] dn̄o poſſeſſiōis nec poſt huiuſmodi humanitatem ſui pręſentiam faciente,edictis legitimis proponēdis eum [p] citare curabit : & tūc in eadem uoluntate eo permanente negotiū ſummatim [q] diſcutiens,in poſſeſſionem rerum actorem mittere non differat : omni allegatione abſenti de principali queſtione ſeruata [r] D.x.Cal. Aug.Baſſo & Ablabio Conſ.

¶ In reali & perſonali actor ſequitur forum rei. Item reus poteſt conueniri in loco ubi eſt res. hoc dicit.Bal.

Imppp.Valentin. Theod.& Arcad. AAA. LEX III.

ACtor,rei forū, ſiue ī rē, ſiue in perſonā ſit actio,ſequat̄ [s]. Sed [t] & in locis in quibus res [v] ꝓpter quas cōtēdit̄, cōſtitutę ſunt, iubemus in rē actionem aduerſus poſſidentem moueri † .D.x. Cal. Iul.Arcadio & Bautone Conſ.

TITVLVS XX.
Vbi de hęreditate agitur, vel vbi hęredes ſcripti in poſſeſſionē mitti poſtulare debent.

i ¶ Forma.] quæ eſt vt vbi ipſe emptor forum habet,defendatur per ſe vel per alium:vt ff.de iud.l.venditor.

SI quis.] CASVS. Fundū ad me pertinentē nō tuo nomine ſed 70 alieno poſſediſti,quem petere volui.feci te citari:dicebas dn̄m non te eſſe.qd iuris ſit,queritur.Rn̄. ꝙ dabūtur tibi inducię, vt dn̄o denuncies vt veniat, vel ſufficientē pro ſe dirigat reſponſalem ad locū in quo ſita eſt poſſeſſio.Si autē venire noluerit,iudex legitimus edictis propoſitis faciet eum citari : & ſi in eadem voluntate perſeuerauerit:lit.conteſt. quaſi contra abſentem interrupta præſcriptione ex die quo poſſeſſor ad iudicium vocatus eſt, ſummatim de ea cognſcat, & me mittat in poſſeſsionem fundi: ſalua tibi reuerſo de proprietate quęſtione.

k ¶ Quolibet modo.] vt cōmodatarius rei immobilis,vel colon⁹, vel inqlinus q nō habet ius in re.Et dic idē in eo q habet ius in re.vt in feu80 datario,emphyteuta,vel fructuario,vel quocunq; modo teneat nomine alterius ſecūdū Io.Sed alij vt I.& P.dicūt aliud eſſe in eo q habet ius in re,vt in feudatario,emphyteuta,creditore,& fructuario ſuperficiario, & ſimilib⁹:vt ipſi nō poſſunt dn̄m nominare in iudicio:nec liberantur hoc faciēdo,ſed defendere cogūtur reſpectu iuris qđ habēt.Nā & vir ſi in dotem agit vel defendit,principaliter agere vel defendere dr̄ rōne iuris qđ habet:vt ff.de re iudi.l.ſępè.§.ſed ſciētib⁹.Itē fructuari⁹ reſpectu iuris qđ habet in re,tenet̄ ad exhi.vt.ff.ad exhi.l.Celſus.§.j.Itē emphyteuta dicitur poſſidere vt euitet ſatiſdationem:vt ff.q ſatiſd.cog.l.ſciendum.§.j.ſi ergo onus euitat,& on⁹ ſuſtinere debet circa defenſionē faciēdā.Sed an cōtra ciuiliter tm̄ poſſidentē det rei vendicatio?qdā dicūt ꝙ ſic, & fiat miſſio in rē ꝓ ciuili tm̄ ſi nō veniat q defendat:& nō fit pręiudiciū ī naturali. ff.de acq.poſ.l. pe.in prin.ſecundū Io. niſi naturaliter poſſidens ſciat, & patiat̄:vt ff.de re iudi.l. ſępè.in fin.§.j.Alij dicūt nō teneri rei vēdicatiōe eū q tm̄ ciuiliter poſi10 det,cū nō habeat facultatē reſtituendi. vt ff.de rei ven.l.officiū. ADDITIO. Vide de hoc Bart.in.l. Pōponius. §.ſi is q precario. vbi de hoc etiam per gloſ. magnam in fi. ff. de acqui. poſ.& quęrit etiam gloſ. ſuper rubri.ff.de rei ven. 20 & eſt caſus in. l. cuiuſcunq;. §.j. ff. de vſufruc.

l ¶ Immobilē.] ꝓ mobili nō poteſt dn̄o nūciare, ſed res deponit̄ ſi ſuſpecta perſona ſit:& agit̄ ff.qui ſatiſd.cog.l.ſi fideiuſſor.§.fi.&ī hoc caſu.ſ. īmobili loqt̄ dicta. l.officiū.ſed hodie idē ī re mo30 bili,ꝑ authē. q̄ in ꝓuincia.ſ̄.vbi de cri.agi oportet. ADDITIO. Dic ꝙ illa authē. loquitur in alio caſu.Pau.hîc.

m ¶ Debet.] id eſt poteſt:vt ff.an per aliū cauſa app.l. fi. vel debet ſi nunquam facturus eſt.

n ¶ Definiendo.] fortè 40 ſecundū legē.ſ̄.de dila. l.j. vel ſecundum authē. qua in prouincia. ſ̄. alle.

o ¶ Vtpote domino.] i.eo q dn̄m noīauit. ſed verius ꝓ vero dn̄o pone.

p ¶ Eum citare.] ſcilicet nominantē. Tu dic dominum, vt euidenter dicit litera ꝙ dominus 50 nunc primò citatur.

q ¶ Sūmatim.] nā poſſet petere rē per calumniam:& ideò fit hęc ſummaria cognitio an ad eū pertineat, vel non. ſic & j̄.de bo. author.iudi.poſ. authen.ei qui iurat.& ff. de car.edi.l.iij. §.cauſæ.

r ¶ Seruata.] imò & de 60 poſſeſſiōe:vt. j̄.de præſcrip.xxx.an.ſi quis emptionis.§.pe.contrà videtur quòd nec ad proprietatem:vt.ſ̄ de iudi.l. properandū.§. ſinautē reus. quę ſunt cōtra.Sol.vt ibi in.l. pperandū [b] Sed vſq; ad qđ tēpus auditur de proprietate? Rn̄. vſque ad.x.an.inter pręſentes, &.xx.inter abſentes. nam poſtea res erit vſucapta ſiue pręſcripta:quia iuſtè poſſidet q auctore prętore &c.vt ff.de acq.poſ.l.iuſtè.nec diſtinguitur vtrū res fuerit abſen70 tis,vel alterius. Aliud autē eſt in noxali actione.nā ſtatim efficitur dn̄s accipiēs,ſi primò poſſeſſor erat dominus:vt ff.ſi ex nox.cau.aga.l.ij.in fi. & de noxa.acti.l.& gn̄aliter.& idē dicimus in cauſa dāni infecti ꝙ in noxali.ſed in actione perſonali vſq; ad.xx. an.dicimus audiendū volentem recuperare poſſeſſionē, cùm nec poſſidat miſſus,vt ff. de acquiren.poſ.l. iij.§.fi.niſi miſſus eam vēdiderit, vel in ſolutū acceperit per iudicē.Item an ſtatim miſſus poſſideat, vel demum poſt annum? M.& Azo ſtatim. ſed P.& B.poſt annū.vt plenè dices.j̄.de pręſcri.xxx.ann l.ſi quis emptionis.§.pe.ſed hoc qn̄ lis nō eſt quaſi cōteſtata.at hîc erat q̄ſi cōteſtata.Ac.

ACtor.] CASVS. Tu Bonon̄.equum tuum quem poſſidebat 80 Mutin̄.petere voluſti: vbi conueniendus ſit,quęritur? Rn̄. quòd ibi vbi domiciliū habet ſcilicet Mutinę. licet Azo contra ſcilicet vbi res eſt.Si autē res ſit immobilis, puta fundus quem petere voluiſti, & apud Rhegium ſit fundus:& Mutin̄.vbi domicilium habet,& apud Rhegium vbi poſſeſſio conſtituta eſt,petere potes.

s ¶ Sequatur.] vt.ſ̄.de iuriſdi.om.iudi.l.ij.

t ¶ Sed & in locis.] q.d.non ſolùm ibi vbi habet domicilium.

v ¶ Res.] ſ.īmobiles ferè ſecūdū oēs.Sed Azo cōtra,qa hîc dicit īdiſtīctè & per

† Concor. c. P.& G. cum gl.j.in me.extra de offic.deleg.

a Hæc gl. placet doct. hîc Pau. Habere multipliciter dicitur,

† Iſta lex eſt ſingula. & nō reperitur alibi ī toto corpore iuris, ſecundū Paulum:licet de iure canonico habeat: vt in c.quoniā frequenter.extra vt lit. nō conteſt. & concor. gloſ.j. ī c.edoceri. in pri. extra de reſcrip.

Poſſeſſor rei mobilis an poſſit domino denūciare.

† Concor. c. ſanè. extra de foro compe.

b Dicas q; miſſio in poſſeſſionē fit anī lit.cōteſta. & tūc auditur de poſſeſſione & ꝓprietate: vt d.l.ſi qs emptionis. §.pen. quādoq; fit poſt litē cōteſtatam vel quaſi:& tūc nō audit̄ de poſſeſſiōe, ſed de proprietate: vt hîc.qnq; fit poſt diffinitiuā ſn̄iam, & tunc non audit̄ nec de proprietate nec de poſſeſſione: vt d.l. ꝓperandū. §.ſinautē reus.& j. quō & qn̄ iudex.l.conſentaneum. Bal.

& per id quod est.ff.de iudi.l.q̄d legatur.§.si autem.& pro eo in eodem ti.l.sed & si susceperit.§.fi.sed certè secundùm H.in mobili aliud videt̄ dicẽdũ,scilicet ꝙ sufficiat satisdare iudicio sisti in suo foro:vt.ff.de off. pręsi.l senatus.&.ff.qui satisda.co l.si fideiussor.§.fin. nisi in causa vbi sufficit nuda cautio propter priuilegium legationis: vt.ff. de iudi.l.ij.§. penult. Vel loquitur ibi, cùm persona suspecta nõ erat. aliàs satisdabit, vel res deponi debebit: vt.d. l.si fideiussor.§.fin. Alij dicunt ibi primò litẽ cõtestari vbi res est:& posteà satisdari. quod posset esse verũ si actio esset tempore peritura:vt.d.l.senatus. Sed q̄d si reali te conuenio hîc vbi habes domicilium, & res est alibi: quis executioni mandabit? Rñ.iudex illi⁹ loci vbi est res ex denunciatione hui⁹,sicut fit in vera definitiua: vt .ȷ̃. de iurandi.l.ꝑperandũ §. si autem re⁹.&.ff. de re iudi.l. à diuo pio.in prin.& vera interlocutoria : vt . ff. de bo. autho. iud.pos.l. cùm vnus.§.fin. Item in cuius electiõe est, in loco domicilij,vel vbi res est,eligere forum.? Rñ actoris b: vt.ff.de iudi.l.ij.§. planè. & si perfecta.Accur.

Subaudi sententiã latam ꝑ acto re.Pau.

Ista glos. in pallegat q̃n q̃s habet plures iu dices sub q. bus pôt conueniri, electioeft acto ris coram quo côueni at.probat in l.ȷ̃.de iu. ris.om. iud. &.j. de pręscript. longi tempo.l.fin. Pau.de cast.

Siue agatur edicto diui Hadriani,siue petitiõe hæreditatis, agi debet ubi est res.Itẽ petitio hæreditatis põt moueri in loco domicilij hæredis .h.d. Bal. Vel sic, & clarius: Iudiciũ possessoriũ ubi res sunt sitæ:iudicium uerò petitoriũ etiam in domicilio cõuenti possunt agitari.Sali.

Impp. Valenti. & Galienus AA. Messalę.
LEX VNICA.

ILlic [a] vbi res hæreditarias esse proponis,hæredes in possessionem rerum hæreditariarum mitti postulandum [b] est. Vbi autem domicilium habet qui conuenitur:vel si ibi vbi res hæreditariæ sitæ sunt, degit [c] :hæreditatis erit controuersia terminanda.D.vij.Calen.Maij, Seculari & Donato Cons.

§VBI DE HAEREDITATE AGITVR &c. § *De hoc finis l.& ubi scripti & c. de hoc principium.l.*

ADuerſus cohæredes tuos diuidendæ hęreditatis iudicio ſecundum iuris formam experiri potes: & iudex datas, ſi quid à cohærede etiam tuæ portionis ex hæreditate ſublatum[e] fuerit probatum[f], factis adiudicationibus ſecundum iuris formam eum tibi condẽnabit. Expilatæ enim hæreditatis crimen fruſtra[g] cohæredi intenditur: cum iudicio familiæ erciſcũdæ indemnitati eius proſpiciatur.

Caſtrenſia non ueniunt in diuiſione cum fratribus, ſed donata in peculium ueniũt in diuiſione. hoc dicit. & eſt ualde ſingularis. Vel ſic: Ex qualitate rei & perſonæ præſumitur aliquid eſſe donatum in caſtrenſi, uel in ſimplici peculio. Bald.

Imperator Alexander A. Antonio. L. IIII.

SI filiusfamiliâs fuiſti, & res mobiles[h], vel ſe mouentes[i] quæ caſtrẽſis peculij eſſe poſſunt, donatæ tibi à patre ſunt: eas quoque in cętero peculio caſtrenſi nõ communes cum fratribus tuis habes[k]. ¶Prædia autem licet eunti tibi ĩ caſtra filio pater donauerit, peculij tamen caſtrenſis nõ ſunt[l]. Diuerſo iure ea prædia habentur, quæ ex occaſione[m] militiæ filijsfamiliâs obueniunt. hæc enim caſtrenſi peculio cedunt.

A diſpoſitione odioſa facilè receditur per diſpoſitionem fauorabilem. Bald. Vel ſic: Vltima uoluntas poteſt mutari tacitè & expreſſè. hoc dicit. ſecundum Barto. Vel ſic: Vltima uoluntas præualet etiam ſine ſcriptura. h. d. Sali.

Idem A. Statiliæ. LXEX V.

IN ipſius mariti tui fuit poteſtate mutare[n], quod ĩ ſeruos ſuos iratus teſtamẽto cauerat[o], vt vnus quidem in perpetuis vinculis moraretur, alter verò exportandus væmumdaretur. Proinde ſi offenſam iſtam clementia[p] flexit (quod licet ſcriptura non probetur, alijs tamẽ rationibus[q] doceri nihil impedit: præſertim cùm poſteriora eorũ talia merita deprehẽdũtur: vt ira domini potuerit mitigari) nouiſsimam eius voluntatẽ arbiter familiæ erciſcũdæ ſequetur[r].

Quod eſt ipſo iure diuiſum per legem, non poteſt miniſterio iudicis diuidi. hoc dicit. Bald. Vel ſic: Nomina debitorum per hominis iudicium non ueniunt diuidenda, cùm ſint ipſo iure diuiſa. h. d. Sali. & Pau. de Caſt.

Imperator Gordianus A. Pomponio militi. LEX VI.

EA quæ in noĩb[9][s] ſunt, nõ recipiũt diuiſionẽ[t]: cũ ipſo iure in portiones hæreditarias ex lege duodecim tabularum diuiſa[v] ſint.

In iudicio familiæ erciſcundæ ueniunt prælegata. Bald. Vel ſic: Iudex aditus ſuper hæreditate diuidenda de prælegatis cognoſcit: & ei cui debentur, adiudicat. h. d. Sali.

Idem A. Aeliano. LEX VII.

a ¶Ei.] ſcilicet patri tuo.

b ¶Extiteris.] quid autẽ ſi exhæredatus? Reſpon. habet vtile familiæ erciſcundæ iudicium, vel in factum: vt. ff. de do. præleg. l. ij. §. ſi tamen.

c ¶Ad exequẽdã.] id eſt conſequendam. non dico coæquandam: vt hîc, & ff. e. l. ſi filia. §. j. & l. ſi maritus. & l. fundus qui. & de iure. do. l. ſi is. §. ibi dos. & ff. ad leg. fal. l. ſi dos. & j. de rei vxo. act. §. cautione. & ff. pro ſocio. l. actione. §. ſi.

10 d ¶Retines.] cũ caueris cohæredibus de indemnitate, vt prædictis legibus. Itẽ not. ꝙ dicit deceſſerit: ſecus ſi diuerteret: quia tunc eam ſequeretur: vt. ff. de do. præleg. l. per dotem.

†Idẽ ẽ officio iudicis de ſeruiente huic actioni. nam actio datur ad diuidendum. Pau.

ADuerſus] CASVS. Si duobus 20 vel plurib[9] hr̃dibus inſtitutis, vn[9] ex illis à fratrib[9] res de hæreditate ſubtraxit: an alij aduerſus eum act. expilatæ hæreditatis intentare poſſint, quæritur? Dicitur ꝙ non, cùm per famil. ercif. iudicium indemnitati ſuæ poſsint conſulere: ſi eum ſubtra-30 xiſſe probauerint.

e ¶Sublatum.] quorum vnus de hæreditate aliqua ſurripuit.

f ¶Probatum.] non enim præſumitur ſubtractũ malo animo niſi probetur: vt. ff. p ſocio. l. meritò. Item loquitur hîc, cùm poſt aditam hæredi-40 tatem, & ante apprehenſam poſſeſsionem ſubtrahitur. Ceſſat autẽ crimen expilatæ hęreditatis: quia ꝓ hoc crimine datur alia actio, ſcilicet familiæ erciſcundæ: vt hîc ſubijcit. & j. de crimine expilatæ hæreditatis. l. fina. alia enim quæ reſpectu poſ-50 ſeſsionis tantùm datur, vt rei vendicatio, non ratione delicti bene cõcurrit cum crimine expilatæ hæreditatis: vt. ff. de crimine expi. hæredi. l. diu[9]. quæ eſt contrà. Vel ibi aduerſus diuerſos intentabatur. ſi autem adita eſſet hæreditas & poſſeſsio 60 apprehẽſa, nũquam daretur crimen expilatę hęreditatis: vt. ff. de crimine expilatæ hæreditatis. l. ij. ſed familiæ erciſcundæ datur poſt aditam hæreditatem aliquo ſubtracto: ſiue fuerit apprehenſa poſſeſsio vel non: vt. ff. eodem. l. & puto. §. ij. & l. qui erat. Item & ante aditam hæreditatem habet locum vtilis: vt. ff. eodem. l. inter cohæredes. §. fructus.

Hæreditatis expilatæ crimen, an poſsit concurrere cũ rei vendicatione & alijs.

ADDITIO. Adde hîc ſecundum Bald. quòd cùm iſta iudicia, ſcilicet ciuile, & criminale non contrariantur in cauſis: item nec veniunt ex eadem cauſa, meritò iudicium familiæ erciſcundæ concurrit cum criminali iudicio expilatæ hæreditatis, ſi conſtat de dolo ſecundum Iacob. Butri. Poſt 70 aditam verò hæreditatem & apprehenſam poſſeſsionem contrahitur crimen ordinarium: & ideo ceſſat extraordinarium. & vide quod nota. ff. de vſuca. l. ſi homo. & in. l. j. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtamen. lib. eſſe iuſ. fue. &c. Bald.

g ¶Fruſtra.] pro deo: ad quid dicitur ceſſare vnum pro alio cùm ad diuerſa dentur: pro crimine enim non inuenitur agi niſi criminaliter: vt. ff. de effrac. l. j. §. expilatores? Reſpond. in factum agi poſſe ciuiliter pro crimine argu. huius legis & ff. de præſcrip. ver. l. quoties. & illa eſt quæ tollitur per hanc, ſcilicet familiæ erciſcundæ. non fortè criminalis accuſatio: vt. j. quando ciui. act. cri. præ. l. j.

80 SI filiusfamilîas.] CASVS. Si filio tuo in ſacris tuis conſtituto res mobiles, puta argentum, vel ſe mouentia, vt equum eunti in caſtra dediſti: an cum fratribus ſint cõia, quæritur? Reſpon. ꝙ non: ſed ſi in caſtrenſia bona tibi filio computentur ad diuiſionem. ſecus ſi ei fundum, vel rẽ immobilem donaſti: quia illa veniunt in diuiſionẽ cõmunẽ. & hoc in ſecũda. Si autẽ occaſione militiæ aliqua acquiſiuit prædia à cõmilitone, ea vt caſtrenſia fratribus ſuis nõ cõmunicabit. & hoc in tertia. ¶No. hîc caſum: quòd ſi pater filio doctori dat libros, & veſtes doctorales, & alia ſimilia, quæ doctori conueniunt, ſtatim efficiuntur quaſi caſtrenſis peculij, & ſtatim valet donatio: quia filiusfa. quantùm ad caſtrenſe peculium pro patrefa. habetur: vt in. l. ij. ff. ad Maced. nec poſſet poſteà reuocari, nec debent communicari cum fratribus, nec ſibi computari debent in portionem ſuam, ſed habere præcipua, & reliqua debent communiter diuidi ſecundum Pau. hîc.

h ¶Mobiles.] vt arma.

i ¶Mouentes.] vt equus.

k ¶Habes.] vt & j. de 10 caſtrẽ. pecu. l. j. lib. xij. & ff. de caſtrenſi pecu. l. iiij. in princ. Et not. caſtrenſe nõ cõmunicari, nec quaſi caſtrenſe: vt hîc, & j. de col. l. ſi. & ſ. de aduoc. diuer. iudicio. l. fori. & j. de bonis quæ lib. l. cũ oportet. §. j. & inſti. quib. nõ eſt permiſ. fa. teſta. in princi.

20 l ¶Nõ ſunt.] tenet tamen donatio, ſi morte firmetur tacitè, vel expreſſè, & præcipua adiudicenter: vt. j. de dona. inter virum & vxo. l. donationes. j. & j. eo. l. filiæ. & dic vt ibi.

m ¶Ex occaſione.] fortè à commilitone non 30 acquiſiturus: aliâs niſi fuiſſet miles: vt. ff. de caſtrenſi peculio. l. ſi fortè. & l. caſtrenſe.

IN ipſius.] CASVS. Si teſtator prę cepit ĩ teſtamẽto vt vnus ex ſeruis ſuis in ꝑpetuis ſtaret vinculis, alius exportandus venderetur, 40 & poſteà voluntatẽ ſuã mutauerit clementia ductus, licet probari nõ poſſit per ſcripturã, ſed alijs rationibus ꝙ volũtatẽ ſuã mutaſſet, tñ poſterior ſua volũtas ſeruãda eſt, & nõ venient hi ſerui in diuiſionẽ, cũ alijs rebus hæreditarijs ꝑ iudiciũ famil. 50 erciſc. inter cohæredes.

n ¶Mutare.] cũ ambulatoria ſit voluntas &c. No. ꝙ voluntas defuncti deambulatoria eſt vſque ad ſupremum vitæ: vt. ff. de adimen. leg. l. iiij.

Defuncti volũtas eſt deambulatoria.

o ¶Cauerat.] cauerat dico vt vnus &c.

p ¶Clementia.] ſic. j. ſi 60 quis aliquem te. pro. l. ſi.

q ¶Rationibus.] ſic ſuprà. de rei vendi. l. indicia certa.

r ¶Sequetur.] ſicq́ue faciet diuiſionem ſeruorum, vel curabit pœnas imponi ſi non reuocauit teſtator: vt. ff. eo. his conſequenter. §. idemq́ue.

EA quæ in nominibus.] CASVS. Per actionẽ familiæ ercif. res corporales diuidi debent, nõ autẽ actiones hæreditariæ. ſ. quoad titulum, ſed quò ad intellectum. & hoc eſt, quod ſubijcit: quia lex. xij. tab. eas diuiſiones pro portionibus hæreditarijs. fecit enim vt quilibet hæredum pro portione ſua act. habeat hæreditarias: & etiam contra ipſum dentur. Vi.

70 s ¶In nominibus.] id eſt in debitoribus.

t ¶Diuiſionem.] ab homine.

v ¶Diuiſa ſint.] idem ecõtrà ſi defunctus debuit: vt & ſuprà. de pac. l. pacto ſucceſſorum. ſic & j. ſi cer. peta. l. j. & j. de exceptio. l. j. & de hęre. act. l. iij. Sed certè ſic eſt in rebus corporalibus: nam & ipſarum dominium vnumquẽque hęredem contingit pro hęreditaria parte: quia ſi ſis hęres pro dimidia cuiuſlibet rei, dominus es pro dimidia. Si pro tertia ſimiliter ipſo iure diuiſę ſunt res pro portionibus hęreditarijs. Sed dic differre in hoc, quia res corporales etſi ipſo iure ſunt diuiſę, tamen per hominem aliter diuidi poſſunt, vt loco intellectualis diuiſionis fiat quędam quę oculis ſubijciatur: vt inſtitu. de offic. 80 iudi. §. fina. At in nominibus non poteſt per hominem aliter fieri diuiſio: licet totius nominis poſsit fieri aſsignatio quandoque. vt ſtatim dicam, ſcilicet quando res corporales ſunt & nomina. Item & ſi tantùm nomina ex volũtate tamen: vt. ff. e. l. planè. nam facta aſsignatione remanent tamẽ actiones penes eum qui mandat eas adeò inhærent oſsibus eius: vt. ff. pro ſoc. l. iij. in princip. Item intellige hãc. legẽ quando nil aliud eſt in hęreditate niſi nomina: vt. ff. eodem. l. hęredes. §. j. alioquin venirent nomina gratia aliorum: non dico diuidenda ſed aſsignanda vt dictum eſt: vt. ff. eodẽ. l. iij. §. final. & l. ſeq. Sic & aliâs

Nomina hęreditaria p hominẽ diuidi nõ poſſunt.

quædam veniunt accessoriè non principaliter.vt.ff.de vi & vi arma.l.j.§.illud.& de ser.cor.l.in hoc.& de carbo.edi.l.si impubes.§.penul.

SI qua fideicõmissorũ.] CASVS Pluribus relictis hæredibus, vni autẽ partẽ fundi prælegauit,ille ad rẽ prælegatam petitionẽ habebit, & nõ veniet in diuisionẽ cũ alijs cohæredibus per iudiciũ fami. ercis. & hoc prouidebit,vel iudex datus ad diuidendam hæreditatem vel præses.

SI qua fideicommissorum petitio inter cohæredes consistat[a] : prætor vel præses prouinciæ eius[b] rei disceptator cõstitutus, vel iudex familiæ erciscundæ iudicio aditus,vt voluntas testatricis[c] seruetur:suas partes accommodare[d] debet.

In uno libello potest agi familiæ erciscundæ iudicio pro pluribus hæreditatibus diuidundis: puta pro hæreditate paterna & materna. hoc dicit secundum Bal.

I,dem A.Telesphoro. LEX VIII.

BOna,quæcunque tibi sunt cõmunia cum fratre tuo,ex hæreditaria successione patris , vel matris,cum eodem familiæ erciscundæ iudicio experiens, vt diuidantur impetrabis[e].

Hæc actio est bonæ fidei: & in ea ueniunt fructus.Bal.& Sali.

Idem A.Verino. LEX IX.

NOn est ambiguum, cũ familiæ erciscũdæ titulus[f] inter bonæfidei iudicia numeret[g], portionẽ hęreditatis(si qua ad te pertinet)incremẽto fructuũ augeri[h].

Testator potest inter suos hæredes hæreditarias res diuidere,salua Falcidia.& clausula generalis sequẽs determinatur per specialem clausulam præcedentem.h.d.secundum Bar.

Idem A.Telesphoro. LEX X.

QVoties inter omnes hæredes[i] testator successionem suam diuidit[k], ac singulos certis possessionibus cũ mãcipijs, quæ in eisdẽ sunt constituta,iubet esse cõtentos[l]:volũtati eius (salua legis Falcidiæ[m] authoritate)obtemperandum esse, manifestum est. Nec mutat † quòd in sequentibus verbis[n] mancipia sua vniuersa, nulla facta eorum discretione,commendanda[o] putauerit hæredibus:cùm vtique ijs ea videatur insinuasse[p], quibus etiã testamento relinquenda esse decreuit.

Inter filios & filias debet hæreditas parentis æqualiter diuidi.h.d.secundum Bal.Vel sic: Pro rata successionis petitur diuisio hæreditatis.Sal.

Imperator Philippus A.& Philippus C. Antonio. LEX XI.

INter filios & filias bona intestaterum parentum pro virilibus portionibus æquo iure[q] diuidi oportere,explorati iuris[r] est.

Diuisio ualet sine scriptura.h.d.Bal.& Sali.

Impp.Gallienus & Valerianus † AA.Rufo. LEX XII.

NOn ideo diuisio inter te, & fratrẽ tuũ(vt proponis)facta,irrita habẽda est[s], quòd eam scriptura secuta nõ est:cùm fides[t] rei gestę ratã diuisionẽ satis affirmet.

Peculium profectitium uenit inter hæredes diuidendum.Item debitum unius fratris non onerat alios,nisi de eius peculio profectitio.hoc dicit.Bald.

Impp.Dioclet.& Maximian.AA.Saturnino. LEX XIII.

CErtum est liberorum peculia[v],post mortem patris in hæreditate diuidenda ad communionem esse reuocanda. ¶ Frater autem & cohæres tuus, ob contractus quibus viuente patre etiã ignorante ipso obligatus fuit,

a Consistat.] quia prelegauit testator aliquid alicui eorum.

b Eius rei.] quia ratione ex testamẽto agitur corã eo. Vel dic quòd etiam iudicio familiæ erciscundæ agebatur coram eo.

c Testatricis.] prelegatum relinquentis.

d Accõmodare.] vt &.ff.e.l.si ita legatũ. &.l.inter cohæredes. §.j. &.l. rem pignori. &. l. si filia. §. papinianus. &. §. item papinianus.

BOna quæcũq;] CASVS Si aliqua cũ fratribus tuis habes cõmunia,siue ea sint paterna vel materna, vt ea diuidantur vno eodẽ iudicio fami.ercis. impetrare poteris.

e Impetrabis.] etiã vna actione sufficiẽte de pluribus hæreditatibus: vt &.ff.eo.l.hæredes.§.de pluribus.sicut ecõtra pluribus actionibus agi potest pro vna hæreditate propter plures cohæredes diuersis temporibus diuidentes.vt.ff.eo.l. ij.§.dubitandum.Itẽ excipe quædam, quæ licet cõmunia sunt ex hæreditaria causa,non tamẽ veniũt in hoc iudicio vt nomina siue defuncto, siue à defuncto debita: vt.s.e. l.ea quæ.Item mala medicamenta . Item iniustè quæsita.Item libri improbatę lectionis:vt.ff. eod.l. cæteræ.

NOn est ambiguum.] CASVS. Si tu cum aliquo alio in hæreditate aliqua institutus vnius fundi,sciens eum hæreditarium, & alium in eo hæredem esse, fructus percepisti:an ad eos tenearis vt in diuisionem cum cæteris bonis veniant per iudicium famil.ercis? Respon.quòd sic,cùm iudicium fami.erciscun.sit bono.fi. & portio hæreditaria fructibus augeatur.

Titulus vario modo sumitur.

f Titulus.] id est actio.vel titulus scilicet iudicij, sicut possessiones. titulus,id est causa,sicuti est emptio vel alius contractus.aliâs autem ponitur pro modificatione,aliâs pro dignitate,aliâs pro signo ponitur, aliàs pro priuilegio:vt in aut.de ec.titu.in prin.colla.ix.

g Numeretur.] vt insti.de act.§.actionum.

h Augeri.] hoc si percepit tanquàm hæres sciens se habere cohæredem & fundum hæreditarium esse.Sed quid si suum credebat, vel ex alia causa communem,vel percepit cùm non credebat se habere cohæredem ? Videtur quòd non teneatur:vt.ff.eo.inter cohæredes.§.fructus.Sed eos debeat lucrari percipiens:vt.ff.e.l.fundus qui.§.j.ibi,qui verò ante lit. contest. &. ff. finium regun.l.iiij.§.post litem.& insti.de re.diui.§.si quis autem à non domino.Sed tu dic quòd tenetur vtili actione,sed non directa:quia non percipit vt cohæres:vt.ff.eo.l.& puto.§.penul.&.l.qui erat.& ad instar petitionis hæreditatis inquantum locupletior est:vt.s.de peti.hære.l.ij.&.ff.de peti. hære.l. sed & si.§.penul.& si.&.l.illud.§.prædo.

QVoties.] CASVS. Patersa.tres filios habens & tria prædia, & in vnoquoque prædio tria mancipia,vnicuique filiorum certum assignauit prædium cum mancipijs quæ in eo erant,& decessit:an filij huic diuisioni quam pater in testamento fecit,stari debeant,quæritur? Dicitur quòd sic.& hoc in prima.Si autem in inferiori parte testamenti sic dixit testator: rogo vos ô filij de mancipijs quæ vobis reliqui quòd eos clementer tractetis,an videantur per hæc verba, mancipia quæ prius diuisit communicasse, quæritur.Respon.quòd non.& hoc in secunda.

i Hæredes.] No.generalem clausulam referri ad antecedentia.

Pater filij bona diuidens, videtur eos instituere.

k Diuidit.] & sic dico quòd si pater inter filios suos in solenni voluntate diuisit bona asignando cuilibet certam portionem,vel etiam certam rem: pro eodem habeo,ac si dixisset hæredes instituo.nam quilibet nescit dicere, hæredes instituo.Si autem in minus solenni volũtate,dico idem, si asignauit ei quotam portionis.Si autem certam rem:tunc nõ vt testamentũ valebit, sed vt voluntas ab intestato.Alij tamen aliter dicunt. vt infrà eodem.l.filij.dicemus.H.

l Contentos.] quæ institutio valet : vt. ff. de hęred.institut.l. ex facto. ij.§.j. &. ff.eod.l.si filia. §. si pater . & sunt hæredes cùm nulli alij sunt hęredes:aliâs essent isti tales loco legatariorum: vt infra. de hęred. institu.l. quoties.

† Hæc lex facit ad .c. secundo requiris. cum gloss.super verbo, vtiusque. extrà de appellat. vbi vide.

m Legis Falcidiæ.] quę debetur iure institutionis : vt probatur.ff. de hæredi.instit.l.ex facto. ij. vel quę debetur iure naturę : nam quancunq; vult potest retinere. De Trebellianica autem posset etiam quis hoc intelligere : licet quidam dicant , quòd non habet locum nisi cùm rogatus est quis restituere totam hęreditatem , vel quotam portionem , & pro eis. ff. ad trebellia.l. mulier. j. §. finali. &. l. nam quod.§.finali. &.l. cogit. in principio.

† Gallus & Volusianus AA.

n Verbis.] scilicet testamenti H.

o Cõmmendanda.] id est commendauit : sic ff. eodem.l. cùm putarem. ex quo videbatur in communi redegisse quæ ante diuiserat : sed non est ita,vt dicit. & sic sequentia propter præcedentia intelliguntur : vt ff.de leg.j.l.si seruus plurium.§.finali.& de lega. ij.legatorum.§.finali.Sed arg.contrà.ff.de ver. signi.l.si cùm fundum. & de legat.iij. l. is qui cùm plures.

p Insinuasse.] id est commendasse.

INter filios] CASVS. Si patersa. vel matersa.ab intestato decessit, & filios vel filias reliquerit: in bonis eorum qualiter inter liberos facienda est diuisio,quęritur? Respond. quòd pro portioninibus virilibus Viuia. ¶ Et intellige istam. l. in bonis alodialibus. Secus in feudalibus quę non transeunt ad fœminas, sed masculos tantùm.Pau.

q Aequo iure.] id est ęquitate,sola inspecta:cùm enim ex sententia ius si fieri debeat, sicut ipse ipse legislator ęquitatem sequitur : ita & iudicem sequi oportet. licet quandoque non ita sequatur , oculo iudicis caligante.

r Explorati iuris.] est à sapientibus:vt instit.de hęre. quæ ab intesta. in princip.& infrà.de leg.hęre.l.lege.& de colla.l.vt liberis.&.ff.de suis & legi. l. j.in principio.

NOn ideo.] CASVS. Duo fratres bona paterna inter se diuiserunt.an ab hoc quòd scriptura non interuenit diuisio sit minus obseruanda,quęritur? Dicitur quòd non.cùm fides &c.q.d.cùm post diuisionem factam insecuta est possesio:quia quilibet possesionem apprehendit.& sic euidentia facti probat.

s Habenda est.] vt.s.de pact.l.pactum quod bona.& de rei vendi. indicia &.j.de proba.proprietatis.

t Fides] quia diuisio facta est & possesio inde secuta est:vt.j.e.l.si diuisionem.& facit.s.si mi ab hęredi.se absti.l.j.

CErtum est.] CASVS. Si patersa.habens filios, eos scripsit hæredes : an peculia profectitia quæ filij habent, veniant in diuisionem cum cæteris bonis post mortem patris,quęritur? Respond.quòd sic. & hoc in prima.Si autem vnus ex filijs viuente patre & ignorante cum aliquo contraxit,& eius debitor factus fuerit,an cohęredes suos conuenire posit vt conferant illud debitum,quęritur? Dicitur quòd non.nisi de peculio suo tantùm recipiat inquantum ijs cum quibus contraxit fuerit condemnatus. & hoc in secunda.

v Peculia.] profectitia subaudi.nam castrensia vel quasi non conferuntur:vt.s.

tur:vt.ſ.eo.l.ſi filiusfa.&.j.de col.l.ea demum.&.l.filiæ licet.Item nec aduentitia hodie:vt.j.de colla.l.fi.Sed quomodo reuocantur ad cõmunionem cùm nec diſceſſerint:vt.j.de col.l.filiæ licet?Reſpon.quatenus de facto exiuerunt, ſcilicet quo ad adminiſtrationem:vt &.ſ.de inoffi.dona.l.ſi totas.ſic.ſ.de ſacroſan.eccle.l.iubemus.ij.§.fi.

cõuenire[a] te & alterũ fratrẽ tuũ cohæredem veſtrũ vltra[b] non poteſt,quàm vt de peculio ſuo recipiat tantam quantitatem,in quantam condemnatus[c] eſt ijs, cum quibus ipſe contraxit.

Ex diuiſione iudicis obligatur quis de euictione, ſicut ex diuiſione contrahentium, niſi unuſquiſque receperit in ſe rei euentum. hoc dicit.Bal.Vel ſic:Ex diuiſione etiam facta iudice mediante,tenetur quis de euictione per actionẽ præſcriptis uerbis, niſi fuerit expreſſè actum contrarium.h.d.Pau.de Caſt.

Idem AA.Hermiano. LEX XIIII.

SI familiæ erciſcundæ iudicio quo bona paterna inter te[d] ac fratrẽ tuũ æquo iure diuiſa ſunt, nihil ſuper euictione rerũ ſingulis adiudicatarũ ſpecialiter inter vos cõuenit, id eſt[e] vt vnuſquiſq; euẽtum †rei[f] ſuſcipiat:rectè poſſeſsionis euictæ detrimẽtum fratrẽ, & cohæredem tuũ pro[g] parte agnoſcere,præſes prouinciæ per actionẽ præſcriptis verbis compellet.

Ex pacto nudo diuiſionis non oritur actio, nec transfertur dominiũ,niſi traditione ſecuta. h.d.Bal.& Pau.de Caſt.

Idem AA.Theophilo. LEX XV.

SI diuiſionem conuentione factam etiã poſſeſsio conſenſu ſecuta,pro ſolido dominiũ rerum quas pertinere ad patrem tuũ placuit,ei[h] firmauit:earum vendicationem habere potes ,ſi patri tuo ſucceſsiſti.Si verò placitum diuiſionis vſq; ad pactum ſtetit[i]:arbiter familiæ erciſcundæ iudicio vobis datus, cõmunionem inter vos finiri prouidebit[k].

Iudex in diuidendo inter liberos,debet ſequi uoluntatem defuncti etiam non ſolennem. hoc dicit,ſecundum Bar.& Bal.Vel ſic:Iudex in diuidendo inter liberos , debet ſequi uolantatem defuncti etiam non ſolennem:licet non ſuccedatur ex teſtato:ſed ab inteſtato:ſalua tamen Falcidia,uel Trebellianica,ſi alicui eorum non remaneret integra.h.d.ſecundum Pau.de Caſt.

Idem AA.Heraclio. LEX XVI.

FIlij[l] patris teſtamẽtum[m] reſcindẽdi,ſi hoc inofficioſum[n] probare non poſſunt[o], nullam habent facultatẽ[p].Sed & ſi tàm circa teſtamentũ, quàm etiam codicillos iudiciũ eius deficiat[q], verũ quibuſcũq; verbis[r] voluntas eius declarata ſit:licet ab inteſtato[s] ei fuerit ſucceſſum : ex ſenatuſcõſulto[t] retẽtionis modo ſeruato[v], familiæ erciſcũdæ iudicio aditum[x] iudicẽ ſequi volũtatẽ patris oportere,iuris authoritate ſignificat.

Diuiſio facta inter præſentes, iuri abſentis non præiudicat.h.d.Bald. Vel ſic:Diuiſio facta

a Conuenire.] vtili iudicio familiæ erciſcundæ nõ directo:vt.ff.e.l.et puto.§.ſed & ſi dolo. ver.& ideo.l.qui erat.in fi.Vel ſpeciale in filijs:vt ff.e.l.hæredes.§.ſi filius.

b Vltra nõ poteſt.] niſi fuerit in rem patris verſum,vel eius iuſſu cõtractũ.tũc eñ præſtabit de ſubſtantia patris ſolidum;vt.ff.e.l.ſi filia.§.j.

c Cõdẽnatus eſt.] vt.ff.e.his cõſequẽter.§.ſi filius. &.ff.de pecu.l.ſi quis ſeruũ.in princi.&.l. quæſitũ.§.j.&.ij. &.ff.de condi.inde.l.frater à fratre. Itẽ quod dicit cõdẽnatus ad factũ reſpicit:qa & ſi cõdẽnatus nõ eſſet, ſed tãtùm obligatus, idẽ iuris eſſet ſecundũ quoſdam:ſed certè imò non idẽ:quia tunc non deduceret, ſed ſibi caueretur à cohæredibus ſe defenſurũ : vt.ff.de pecul.l.ſed ſi damnum.§.fi. Itẽ hoc cauere debet cohæredib' ſe defenſurum eos : vt.ff. eo.l.ſi filia.§.ij.

† Id eſt peculiũ. Pau.

SI familiæ] CASVS. Paterfam. deceſsit duob' hæredib' relictis, iudicio fa.erciſc. hæreditate inter eos diuiſa:puta, vt vnus haberet prædia quæ erant vltra rhenũ , & alius citra: nec ſuper euictione aliquid inter eos conuenit: puta ſi prædium aliquod vltra rhenum eſſet euictum, cohæres qui habebat citra pro parte cognoſceret.vel econtrà:an eo obſtante quòd non conuenit, compelletur onus euictionis ſubire,quæritur?Reſpon. quòd ſic,per actionẽ præſcriptis verbis.

d Inter te.] ſecus ſi pater inter vos duos diuiſit : quia de euictione non agitur:vt.ff.de leg.ij.l.cùm pater.§.euictis.Accur.

e Id eſt.] iſtud id eſt non expoſitiuè,ſed exemplificatiuè ponitur. quaſi dicat.nihil conuenit,id eſt non hoc vt vnuſquiſque &c.

f Rei.] contra.ff.de act.empt.l.emptorem.§.fina. vbi dicitur quòd pacto interueniente de euictione nihilominus agitur. Solut. hîc vertitur vtilitas vtriuſque.ibi non.

g Pro parte.] nam cùm vnaquæque res ſit communis cohæredibus pro indiuiſo in iudicio familiæ erciſcundæ fit adiudicatio in ſingulis rebus. & ſic habet vnuſquiſque cohæres partem alterius in qualibet re ſibi adiudicata:aliam verò partem ex ſe.pro parte igitur quam habet ab alio,habet eum de euictione obligatũ per actionem præſcriptis verbis,quæ naſcitur ex permutatione rerum.Eſt enim in diuiſione quædam permutatio : & ideo bene dicit præſcriptis verbis agendum : vt.ff.de rerum permu.l.prima. & de præſcript.verb.l.naturalis.§.ſin autem do rem.& ad hoc.j.titu.ij.l.ſi fratres. &.ff. eo.l.hæredes.§.penul.&.ff.de euic.l.ſi cùm venditor.§.primo.Sic ergo diſtingue:aut conuenit vt de euictione teneretur & tenetur : aut nihil conuenit & ſimiliter de euictione tenetur:niſi ſcienter aliquis alienum accipiat:vt.j.cõmunia vtriuſque iudi.l.ſi fratres.&.j.de euic.l.ſi fundum.Aut cõuenit vt non teneretur:& tunc non tenetur:vt hîc.Sed hoc caſu an ſaltem ad pretium verum agi poſsit quod videtur:vt.ff.de act.emp.l.emptorem.§.fi.Sed magis puto non poſſe.nam hîc vterque ſuſcepit rei euentum:ibi ſolus emptor[a]. In caſu tamen non agitur niſi cautum ſit ſed alius eſt caſus : vt.ff.de lega.j.l.ſi domus.§.primo.Item hoc ſi fiat diuiſio à iudice vel partibus. ſecus ſi à teſtatore:vt dices.j.eo.l.ſi cogitatione.Item quid ſi vni aſsignetur per diuiſionem iudicis totum allodium, alij feudum qui decedens reliquit tantùm filiam: an hæc filia euicto ei feudo agere poſsit?quod videtur quaſi non ſit ei vitium quòd fœmina ſit nata:vt.j.de leg.hære.l.lege.& de libe.præter. vel exhære. l.fina.Econtrà quòd non,ſicut ſi res empta naturaliter interijſſet vel fato:vt ff.de euic.l.ſi ſeruus.Item quia pater cauſam præſtitit. arg.ff.de euict.l.ſi ſeruum.Sed puto quòd non,cùm pater eius filiæ accipiens in partem hoc ſciebat poſſe euenire,niſi fuiſſet ſtipulatus de euictione:vt.j.de euic.l.ſi fundum.

ADDITIO. Hoc vltimum intellige ſecundũ Richar.Malum.qñ expreſsè ſtipulatus eſſet de euictione in hunc caſum:aliàs ſi generaliter eſſet ſtipulatus,cùm ſciret bona eſſe feudalia & ex natura feudi euincerẽtur,de euictione non ageret.argu.ff.de hæred.vel act.vendi.l.ſi nomen. & facit ſecundum Bartol. hic.l.ſi quis domum.§.primo.ff.locati. &.ff.de damno infect.l. damni infecti ſtipulatio pertinet.in princi.

Diuiſio permutatio quædam eſt. Hęredes an teneãtur ſibi inuicẽ de euictione.

a Iſtam tenet Bart. & dicit eã ſingu.& mẽti tenendã: licet Guil. de cu. & P. teneãt contrà.

SI diuiſionem.] CASVS. Duo fratres hæreditatem paternam ex conſenſu ſuo diuiſerunt:& vnuſquiſque poſſeſsionem ſuæ partis quantùm contingebat apprehendit.deceſsit alter relicta filia:inuenit portionẽ patris ſui ab alio fratre occupatam:an eam vendicare poſsit, quęrit? Reſpond.quòd ſic. & hoc in prima. Si autem diuiſio tantùm verbis facta fuiſſet hoc modo : Diuidamus hæreditatem:vel tãtùm de ea diuidenda cõuenerit : nec ſequebatur apprehenſio,& poſſeſsio non fuit ſubſecuta,& dominium non erat quæſitum patri nec filię: iudex famil.erciſ. inter fratrem & filiam bona diuidet.

h Ei.] ſcilicet patri tuo.

i Stetit.] & vltrà non proceſsit & ſic dominiũ nõ fuit quæſitum:vt hîc, &.ſ.de pac.traditionibus. &.ff. de pact.l. diuiſionis.&.j.de rerum permu. l.ex placito. Item intellige non valere pactum ad agendum,ſed ad excipiẽdum ſic: vt.ff. communi diuidun.l.iij §.fi. quę eſt contra.&.ſ.de pac.l. cùm proponas.ij.

k Prouidebit.] non ex pacto : vt hîc, et dictis concordantijs.

FIlij. CASVS. Si teſtamentum feciſti & ſolenne : filij tui illud reſcindere non poterunt:niſi per inoffi. querelam. Si autem non ſolenne:puta adhibitis tribus tantùm:& in illa minus ſolenni voluntate diuiſionem bonorum tuorum inter eos feciſti : puta aſsignando vni prædia quæ vltra rhenum erant: alij quæ erant citra:au iudex qui cognouit famil. erciſcun. iudicio diuiſionem factam in minus ſolenni voluntate bonorum tuorum inter eos ſeruare debeat, quæritur? Reſpond. quòd ſic. dum tamen vnuſquiſque filius non habeat minus legitima : quod ſi habeat, ex ſenatuſconſul. ſibi ſupplebitur.

l Filij.] idem eſt in cæteris liberis:vt.j.de teſta.l.hac conſultiſsima.§.ex imimperfectn.Accurſius.

m Teſtamentum.] non etiam coram quinque teſtibus factum.

n Inofficioſum.] largè ponitur hoc nomen,ſcilicet pro omni teſtamento quod eſt factum contra officium pietatis,ſiue exhæredationem ſiue præteritionem contineat.ſic inſti.de ſuc.li.§.ſi verò teſtamentum.

o Poſſunt.] licet & aliquis eorum gratus.

p Facultatem.] quia nec ſuo iure nec iudicis officio.

q Deficiat.] quia nec quinque teſtes interfuerunt:vt infrà.de cod.l. fin.§. in omni.

r Verbis.] puta ſic dixit:omnia bona mea diuidatis inter vos filij mei, ſecundum quoſdam:quod non placet:quia dicit retentionis modo ſeruato. Vel melius dic vnum fundum tibi : & alijs alia bona reliquit.Vel dic ipſe pater diuiſit.

s Ab inteſtato.] Ex hoc dicunt quidam quòd ex minus ſolenni volũtate parentis non ſucceditur,niſi ab inteſtato,quod non placet : cùm lex dicat quod quælibet patris voluntas inter liberos eſt ſeruanda:vt infrà.e.l.fin. ergo & hîc.& ita ex teſtamento poteſt ſuccedi.Eſt enim teſtamentum teſtatio mentis[b]:vt inſti.de teſtamen.in princ.ſed nihilominus poteſt ei ab inteſtato ſuccedi:vt.j.ſi omiſ.ſit cauſa teſt.per totum.& ſic hîc dicit.& infrà.l.ſi. nec ob. j. de teſta.l.hac conſultiſsima.§.fina.nam ibi non loquitur de filijs:ſed de alijs qui poſſunt ab inteſtato ſuccedere.Vel hoc ab inteſtato &c.referas ad caſum cùm fecit codicillos.Vel refert ex quota portione:vel re certa eos inſtituat, vt diximus.ſuprà eodem.l.quoties.

t Ex ſenatuſconſulto.] Trebelliano,cui locus eſt & in fideicõmiſsis quæ ab inteſtato relinquuntur:vt hîc euenit:vt.ff.ad trebelli.l.recuſare.§.j. & ff.ad legem falc.ſi filiusfamilias.videtur enim hîc pater fidei commiſiſſe eorum,vt contenti partibus aſsignatis,reſtituant cætera:vt.ff.de leg.ij.l.peto. circa principium.nam & Falcidia inter hæredes locum habet:vt.j.ad legem falcid.l.à cohæredibus.

v Seruato.] eodem modo ac ſi ex teſtamento ſuccederetur.

x Aditum.] id eſt appropriatum.

Patris quælibet volũtas eſt inter liberos ſeruanda.

b Gl. videtur hoc velle dicere p locum ab etymologia vocab. de quo Iaſ. in l.ij.§.appellata.ff.ſi certũ pe.pa nor.in.c.cũ ſecundũ apoſt.de pb. quòd teſtamentũ imperfectum eſt teſtamẽtũ.ſed malè :quia nõ valet argumentum firmatiuè.

COhæredibus.] CASVS. Si testator tribus hæredibus relictis decessit: an duo absente tertio diuidere possint bona, quæritur? Dicitur quòd absenti portio quam habuit in rebus communibus ante diuisionem, seruabitur: & eam cum fructibus percipiet: interim non times præiudicium sibi fieri per diuisionem ipso absente factam.

a ¶ Facientibus.] qđ facere possunt quo ad ꝑsonales præstationes: vt ff. e. l. ij. §. dubitãdum. & 10 l. arbitrium. & ff. cõmuni diui. l. & si non oẽs.

b ¶ Derogari.] vt & ĩ. res inter alios acta &c. Accursius.

c ¶ Reditibus.] vt & s̃. eo. l. non est.

FIliæ.] CASVS. Si duabus filiabus hæredibus institu 20 tis paterfa. decesserit: an res quas vni nostrũ cõparauit nomine suo, quasi nomine filiæ post mortẽ suã cũ alijs bonis veniãt in diuisionẽ, nisi probet patrẽ contrariũ voluisse, quæritur? Dicitur ꝙ nõ. & hoc quibusdam rescriptis imperatorum cõpro 30 batur: quibus filia noĩe cuius res cõparabantur, aduersus sororẽ suã vti põt. & hoc in prima. An autẽ filia quæ in cõmuni hæreditate sumptũ bona fide fecit pro portiõe cõsequi possit, quæritur? Dicitur ꝙ sic. fami. ercis. iudicio, vel neg. gest. & hoc 40 in secunda.

d ¶ Res cõparauit.] vnde qa noĩe eius emit, videtur ꝙ per vltimũ iudiciũ cõferret in eam: vt hîc. quod facit pro filio, cuius nomine pater emit libros. & pro hoc. ff. eo. l. quæ pater. ij. & l. Pomponius Philadelphus. & de 50 pecu. leg. l. fi. & de dona. l. donationes in concubinam. §. species. & ĩ. de dona. inter virũ & vxo. l. si filij tui. Sed cõtrà ĩ. de colla. l. si donationes. in fin. Solu. ibi nõ eius nomine pater emit, sed suam rem filio donauit. Vel pleni⁹ solue vt ibi. Sed an est legatum hoc, vel donatio causa mortis? Respon. non est 60 donatio inter viuos, quia sic non valeret: vt s̃. de inoffic. dona. l. ij. nec causa mortis: quia pater ex ea obligari non potuit, sed nec legatum cùm non in testamento relinquatur. Sed dic esse quasi legatum: nam & non adita hæreditate patris, confirmatur morte secundum Azo.

Libros quos pater emit filio, an debeat filius habere præcipuos.

Legatũ & quasi legatum reperitur.

inter quosdam ex socijs, alijs absentibus non præiudicat. h. d. secundum Pau. de Cast.

Idem AA. & CC. Commodiano.

LEX XVII.

COhæredibus diuisionẽ inter se facientibus [a], iuri absentis & ignorãtis minimè derogari [b], ac ꝑ indiuiso portionẽ eã quæ initio ipsi⁹ fuit, in oĩbus cõmunibus rebus eũ retinere certissimũ est. Vndè portionẽ tuã cũ reditibus [c] arbitrio familiæ ercisc ũdæ ꝑcipere potes, ex facta inter cohæredes diuisione nullũ præiudiciũ timẽs.

¶ *Quod pater nomine unius filij, uel filiæ emit, & sibi tradidit: debet illi adiudicari. & in hoc iudicio habetur ratio sumptuũ per unum ex cohæredibus factorũ in re cõmuni. h. d.* Bar. *Vel sic: Donatio facta à patre filiæfamilias, morte confirmatur & capit uim relicti, & præcipua adiudicatur filiæ. h. d.* Iac. But. *usque ad uersi. in cõmuni. ibi dicit, quòd si unus hæres de proprijs expendit in rebus communibus, quòd illud recuperat à cohæredibus. h. d. Vel sic: Quod pater emit nomine unius ex filijs & sibi tradidit: uidetur donasse. & tanquam donatum in diuisione hæreditatis sibi præcipuũ adiudicatur, si donatio non fuit reuocata. Item in hoc iudicio habetur ratio impẽsarum factarum per unum in rebus communibus. h. d. secundum* Pau. de Cast.

Idem AA. & CC. Dominæ. L. XVIII.

FIliæ cui⁹ nomine pater res cõparauit [d], si non posteà cõtrarium eius iudiciũ [e] probetur, per arbitrium diuidendæ hæreditatis præcipuas adiudicari [f] sæpe rescriptum est. ¶ His [g] itaq;, si patri successisti, quẽ nomine tuo quædam comparasse dicis, aduersus sororẽ tuã apud præsidem prouinciæ (si res [h] integra est) vti potes. ¶ In cõmuni autẽ hæreditate, quin sumptus ab vno facti bona fide, familiæ [i] erciscundæ [k] iudicio vel negotiorũ gestorum actione seruari possint, non est ambiguum.

¶ *In hoc iudicio habetur ratio rerum à quibusdam ex hæredibus subtractarum, uel deterioratarum.* Bald.

e ¶ Eius iudicium.] quia donasse præsumitur: nisi contrà probaueris.

f ¶ Adiudicari.] sed quo titulo? titu. quasi legati adiudicati: vtpote relictũ quod semper datur præcipuum: vt ĩ. de col. l. filiam. ij. & s̃. eo. l. si qua.

g ¶ His itaque.] scilicet rescriptis.

h ¶ Si res integra.] quia nec sentẽtiatum est, nec transactum est. s̃. eo. l. j.

i ¶ Familiæ.] si res pro parte geri non possit: vel minus cõmodè: cùm autẽ cõmodè geri potuit pro parte agitur neg. gest. vt hîc subijcit, & ff. cõmuni di 70 ui. l. si quis putãs. §. siue. & ff. e. l. hæredes. §. si vnus. & l. his consequenter. & l. Pomponius. & s̃. de neg. gest. l. siue. & ff. de neg. gest. l. si communes ædes.

k ¶ Erciscundæ.] in luendo pignore quod pro parte: vt ff. communi diuidun. l. si quis putans.

INcerti.] CASVS. Duobus hæredibus relictis decessit testator, & vnus cohæredum de rebus hæreditarijs vel consumpsit, vel deteriores fecit: an earum ratio sit habenda, & alij cohæredi indemnitas præstanda, quæritur? Dicitur quòd sic.

l ¶ Assumpserunt.] id est consumpserunt. Accur.

80 m ¶ Indemnitatem.] in simplum non in duplum: & tenetur etiã hæres cohæredis: quæ duo non sic seruantur in. l. aquil. vt ff. eo. l. & puto. § fi. & l. damno. & ff. communi diuidun. l. item quamuis. in prin.

IN familiæ.] CASVS. Decessit Titius relictis tribus hæredibus: vnus rem cõmunem vẽdidit, & pretium recepit: qua actione à cohæredibus ad pretium cõueniri possit, quæritur? Distinguitur: an rem communem alienauerit nomine cohæredis: aut nomine suo tantùm. In primo casu subdistingue: quia aut habuit mandatum, aut non. primo casu conuenitur actione mandati. secundo casu: si alij cohæredes ratam habent vẽditionem, conuenitur act. nego. gest. nec veniet pretium in iudicio fami. ercis. quia fortè venditio poterat pro parte expediri. Si nomine suo: conueniatur ad pretium petitione hæreditatis.

n ¶ Væ nundatæ.] id est venditæ.

Idem AA. & CC. Lisicrati. LEX XIX.

INcerti iuris non est, in familiæ erciscundę iudicio earũ rerum, quas ex cohæredibus quidam de communibus assumpserũt [l], vel deteriores fecerunt, rationem esse habendam, eiusq́; rei cæteris præstandam indemnitatem [m].

¶ *Si res communis distrahitur communi nomine, pretium uenit in actione mandati, uel negotiorum gestorum. si uerò proprio nomine, uenit in petitione hæreditatis. hoc dicit.* Iaco. But. Bald. *&* Salice.

Idem AA. & CC. Pactuelæ. LEX XX.

IN familiæ erciscũdæ iudicio ab vno pro solido rei veluti communis væ nũdatæ [n] pretium nõ venit [o]: sed mãdati, si pręcessit [p], cohæres venditoris agere potest: vel negotiorũ gestorũ, si ratã fecerit vẽditionẽ [q]. Nã si velut [r] ꝓpriã vn⁹ distraxerit, ac pretium possideat [s]: hæreditas ab eo petenda est [t].

¶ *Iudex in hoc iudicio debet sequi patris uoluntatem in rebus diuisis: sed in non diuisis sequitur iuris authoritatem. h. d. Vel sic: Pater inter filios potest in se assumere officium arbitri diuidẽtis: & sufficit diuisio minus solennis: sed quæ omittit pater, iudex supplet. hoc dicit. secundum* Bald.

SI idem AA. & CC. Fortunato.

SIcogitatione fu LEX XXI.

o ¶ Non venit.] hoc ideo: quia pro parte poterit expediri: vt s̃. e. l. filiæ. in fine diximus. Vel quia 10 hîc erat actũ: vt not. secũdum Io. ff. e. l. hæredes. §. idem est & si vnus.

p ¶ Præcessit.] scilicet mandatum.

q ¶ Venditionem.] vt & s̃. de nego. gest. l. ab vno. & de rei vẽ. l. mater.

r ¶ Velut propriã.] & per hoc patet, ꝙ diffi- 20 tetur me cohæredem.

s ¶ Possideat.] quod est loco rei: vt ff. de peti. hære. l. si & rẽ. idẽ si habeat emptorẽ obligatũ: quia tũc vt verus possessor cõuenit petitione hæreditatis: vt ff. de pet. hære. l. regulariter. & l. ꝙ si in diẽ.

t ¶ Petenda est.] i. pre 30 tiũ pro petẽda hæreditate: vt hîc, & ff. e. l. inter cohæredes. §. si cohæredes. in fi. §. Et ad euidentiã distingue: cùm quis vendit rem cõmunẽ: aut est cõmunis ex causa societatis: & tũc si vẽdit rem cõmunem sociorũ volũtate, non vẽdicatur, sed agi 40 tur pro socio: si autẽ eis inuitis, tũc non præiudicat alijs: vt ff. pro socio. l. nemo [a]. Si autẽ ex alia cã est cõmunis. aut ex causa hæreditaria, aut aliunde, qa donata vel legata. primo casu si vẽdit vt communem: ac per hoc verisimile est ꝙ alterũ confi 50 teatur cohæredẽ, agitur ad pretiũ familiæ erciscũdæ si pro parte non potuit cõmodè expediri: vt ff. eo. l. hæredes. §. idẽ est & si vnus. & ff. cõmuni di. l. si quis putãs. §. siue. et hoc siue intercedat mãdatũ, siue non. hæc enim actio secum aliam admittit: vt ff. eo. l. & puto. §. sed & si dolo. Si verò pro par 60 te potuit expediri vendito, agitur actione neg. gest. vel mandati, si mandaui de vendendo. Nec agitur communi diui. sicut nec fami. ercisc. quia pro parte commodè potuit expediri: vt ff. communi diuidun. si quis putans. §. siue. & hac. l. j. respon. Si autem rem vendidit vt propriam: ac per hoc verisimile est, quòd diff. teatur me cohæredem: tunc proponam ad pretium petitionem hæreditatis, vt in hac. l. ij. respon. & ff. si pars hære. peti. l. j. §. proinde. Verisimile autem ideo dixi, quia potest esse quòd vendidit vt propriam: & tamen confitetur me hæredem esse, & sic agetur ad pretium fami. erciscun. non neg. gest. Quia quod non suo nomine gestum est, ratum habere non potest: vt infra dicam. Item si vendidit vt communem & diffitetur me cohæredem: agam peti 70 tione hęreditatis. Vbi autem ex alia causa non hæreditaria est communis, si quidem meo & tuo nomine vendis: nec tamen ego mandaui: possum agere de pretio actione negotiorum gestorum ratum habendo. Si verò tuo nomine tantùm: non agam ad pretium contra te nisi in subsidium: vt dixi. s̃. de rei ven. l. mater. j. respon. & §. sin autem. Illud autem in omnibus verum est: ꝙ mandato interueniente agi potest mandati. Item & illud, ꝙ semper possum rem meam vendicare, nisi voluntas mea præcedat vel sequatur alienationẽ: vel nisi venditum sit à fisco: vt ĩ. de communi re. alie. l. ij. Vel nisi cohęres qui se solum ꝑtat hæredem vendidit: quia senatusconsul. noluit bonæ fidei possessorem affici damno [b]. vnde videtur rem non posse vendicari: vt ff. de peti. 80 hære. l. sed & si. §. item si rem.

SI cogitatione.] CASVS. Decessit paterfa. hęredib⁹ relictis: cuilibet certas partes assignauit, puta omnia bona quæ erant vltra rhenum vni: alij quæ erant vltra sagonam: & quædam in montanis reliquit indiuisa: diuidenda tamen inter cohæredes. an huic diuisioni stari debeat, quæritur? Respon. quòd sic. nec iudex familię erciscundæ, eam immutabit: quia bona quæ erant indiuisa diuidet inter cohęredes pro ęqualibus portionibus: & dictis diuisionibus stabitur: & si vnus habet minus sua legitima: de

portionibus

a Dic hoc verum, nisi res ad hoc esset in cõmuni deducta, vt vendatur vt in mercibus & rebus venalibus. nam vnus ex socijs alijs ignorãtibus vel contradicentibus, si non habẽt iustam causam contradicendi: potest vendere merces communes. ar. eius quod no. in l. sabinus. ff. cõ. diui. & not in d. l. nemo. ff. pro socio. Pau.

b Ista gl. reputatur singularis secundũ P. hîc. ad hoc ꝙ licet bonæ fi. possessor hæredi. non sit domin⁹ tamẽ ne dãnũ patiatur quod sena. tusconsul. non vult si vendat rem hæreditariam tanquã hæres nõ potest ẽptor molestari à vero hærede: licet nõ consenserit in venditione. quod ꝑ peruò testamẽti secundum cũcẽ, & bene facit. l. fi. §. fi. ff. de le. iij.

portionibus aliorũ ſuppleatur:licet cùm ſinguli inſtituuntur, & aliquis corũ rogatur vt ſit cõtentus certa re quæ fortè quartam naturæ nõ faceret, portio legitima à cohæredibus ſibi cõplebitur,ſecũdum Azo.& hic caſus verior eſt: quod colligi poteſt ex illis verbis,exẽplo &c.& ex illis pro virili pręterea &c.

turæ ſucceſsionis,officiũ arbitri [a] diuidendæ hæreditatis præuenien do pater cõmunis iudicio [b] ſuo †, qualicunque [c] iudicio [d] ſuam [e] declarauerit voluntatem [f] :inter eos qui ei ſucceſſerunt,exemplo [g] Falcidiæ retentionis habita ratione, familiæ diuidendæ cauſa datus arbiter,pro virili [h] præterea portione eorum quæ nulli [i] generaliter vel ſpecialiter aſsignauit, facta diuiſione,in adiudicando patris ſequetur voluntatem [k].

Error cohæredum non facit alteri acquiri dominium. Vel ſic: Non habens titulum,non poteſt præſcribere contra iudicium famil. ercif. Item longa poſſeßio & error non inducunt titulum. h.d.Bal. Vel ſic: Communis ſeruus ab uno ex hæredibus ſine titulo poſſeſſus,nõ uſucapitur: ſed pro cuiuſcunque hæredum portione diuiditur. h.d.Sali. Vel ſic: Qui poßidet rem alienam ſine titulo,licet domino ſciente & patiente: nõ propterea acquirit dominium. h.d.Pau.de Caſt.

Idem AA.& CC.Dionyſio. L. XXII.

SEruum cõmunẽ non conſentiẽtibus cohæredibus, ſed per errorẽ ad eũ q poſsidet, pertinere credẽtib⁹,tenẽs [l] :cũ omnis verus titulus deficiat [m],ſuũ [n] non facit [o]: ſed in eo portiones hæreditarias aſsignatas [p],penes ſingulos ſucceſſores remanere manifeſtum eſt.

Pactum cohæredum non præiudicat creditoribus: ſed inter ipſos cohæredes ſuum operatur effectum. hoc dicit. Bald. & Pau.de Ca.

Idẽ AA.& CC.Hermogeni. L. XXIII.

LIcet pacto diuiſiõis aduerſus ſingulos actio pro hæredita-

a Arbitri.] id eſt iudicis familiæ ercifcundæ.

b Iudicio.] ſcilicet nõ ſcripto.

c Vel qualicũque.] in ſcriptis vel non.

d Iudicio.] imperfecto vel ſcripto vt innuit verbum,declarauit. imò ad vtrunque refertur.

e Suã.] volẽtẽ maiorẽ hæreditatis partẽ ad aliquem ex liberis peruenire ad alium minorem.

f Voluntatem.] ſcilicet diuidendo res hæreditarias: quibuſdam tamen prætermiſsis.

g Exẽplo.] hoc ideo vt dicunt quidam: quia Falcidia tantũ in teſtamẽto locum habet,ſed certè imò etiam ab inteſtato: vt.j.ſi omiſſa ſit cauſa teſta.l.fina.&.j.quando di. leg.ce.l.fi.Sed hoc ideo dicit exẽplo: vt ſicut aliâs detrahitur de legatis & fideicommiſsis: ſic & hîc de prælegatis: vt.&.ff. de hære.inſtit.ex facto. ij. §. vnde ſcio.in fin.§.

h Virili.] q̃a & in alijs habent viriles: licet per quãdam prælegationem vnus habet plus quàm alius: vt hîc.&.ff.de hære.inſtitu.l.ex facto.ij.§.j. & ſic non eſt contra.ff. e. quæ pater.j.

i Nulli.] expreſsè, vel tacitè,ſcilicet vt res nõ aſſignatæ expreſsè ſequuntur illas quas expreſsè aſſignauit vt inſtrumẽtũ, fundum, arundineta, vineã: vt.ff.e.l.quę pater.j.

k Voluntatem.] vt &.s̃.de inoffi.teſta.l. parẽtibus.&.s̃.e.l.quoties.et in aut.de triẽ.& ſemiſ. §. & quod ſæpe.col.iij.Et not. quòd pro huiuſmodi diuiſione non agitur de euictione: vt.ff.de lega.ij.l.cùm pater.§.euictis.ſecus in ea quæ fit per iudicem,vel per patres: vt.s̃.eo.l. ſi familiæ. Accurſius.

k Voluntatem.] ſingulis prout defunctus voluit.

SEruũ.] CASVS. Deceſsit Titius hæredibus relictis: vnus ſeruũ hæreditariũ per.x.vel.xx.an.poſſedit: alijs per errorem credentibus eũ ad cohæredem pertinere: ſi poſteà apparuerit eum communem fuiſſe, non obſtante præſcriptione longi temporis,partes ſuas poſſunt vendicare:& portiones aſsignatas à lege.xij.tab.penes eos remanere debere manifeſtum eſt. Viuianus.

l Tenens.] aliquis hæredum.

m Deficiat.] igitur & vſuſcapio.

n Suum.] nec per vſuſcapionem,nec per præſcriptionem.x.vel.xx.an.ſed tantùm.xxx.

o Non facit.] nam in præſcriptione,titulus eſt neceſſarius: vt hîc, & ſuprà.de rei vend.re tua.&.l.nullo.&.ff.pro donato.l.j.& de vſuſca. l. celſus. & infrà.de præſcrip.long.temp.l.diutina.& infrà.quib.cau.ceſſat long. temp. præſcrip.l.vnus.

p Aſsignatas.] l.xij.tabu.vt &.s̃.de pact.l.pacto ſucceſſorum.& facit. j̃. de dona.l.nec ignorans.

LIcet.] CASVS. Deceſsit quis tribus hæredibus relictis: duo à tertio ſtipulati erant,vt creditoribus hæreditarijs reſponderet:& aliquo dato pepigerunt,vt eis ſatisfaceret: ſi fidem ſeruare non vult, qua act. conueniri poſsit à cæteris cohæredibus,quæritur. Reſpon. quòd licet pactum ab eis interpoſitum præiudicare non poſsit creditoribus,tamen cohæres qui promiſit ad fidem ſeruandam conuenietur act.ex ſtipulatu: ſi ſtipulatio interceſſerit: vel ſi non interceſsit,agetur ex pacto incõtinenti appoſito act. præſcriptis verbis.hoc dicit.

q Non poſsit.] vt &.s̃.de pac.l.debitorum.&.l.pacto.&.j̃.ſi cer.pet.l.j.

r Et iuris.] id eſt ſtipulationis iure factæ ſecundum Io.

s Omiſſo.] id eſt ſtipulatione non interueniente: ſed tantùm pacto in rei traditione appoſito: vt.j̃.de re.permu.l.rebus.&.j̃.de donat.l.legem. &.l. cùm &.l.cùm res.aliâs ſi nõ eſſet facta traditio,nulla ex tali pacto actio naſceretur: vt.ff.de pac.l.diuiſionis.&.s̃.e.ſi diuiſionem.

t Conueniſſe.] poſt pactum interpoſitum: nã pacta nouiſsima ſunt ſeruanda: vt.s̃.de pac.l.pacta nouiſsima.

Comunis ſuo vel qualicũque iudicio ſuam &c.

Falcidia & in teſtamẽto & ab inteſtato locũ habet.

Diuiſione facta à patre non agunt filij de euictione.

rijs portionibus creditori parata mutari non poſsit [q] :tamen ad exhibendam fidẽ ijs,quæ cõuenerãt, ſtipulationis & iuris [r] adhibito remedio,qui placitum excedit, vrgeri poteſt: cũ & hoc omiſſo [s], ſi nõ cõtrariũ *cõueniſſe [t] ꝓbaret,pręſcriptis verbis cõueniri potuiſſet.

Famoſa & difficilis eſt hæc lex: & hoc intendit: Fideicommiſſum uniuerſale reſtituendum poſt conditionis euentum,conditione adueniente debet reſtitui,quarta deducta: in qua computatur hæreditaria portio fundi in peculium dati ſecundum antiquos, uel prælegati ſecundum Ioannem,uel mortis cauſa dati ſeu donati ſecundum Azo. & acceptum cauſa conditionis implendæ.hoc dicit ſecundum communem lectu.Ia.bu.Bal. Vel ſic: Filius grauatus de reſtituendo cohæredibus ſuis partem ſuam hæreditatis in quartã Trebellianicam quæ ſibi debetur,tenetur cõputare totam hæreditariã partẽ fundi ſibi cõceßi per patrem in peculium profectitiũ, etiam quicquid datum eſt à cohæredibus gratia conditionis implendæ: & ſi iſta non ſufficiant, debet ſuppleri in eodem fundo,& ſic de portionibus aliorum cohæredum quas in eo habẽt. Reſiduum uerò quatenus habet ultra quartam,tam in eodem fundo,quàm in alijs rebus tenetur cohæredibus reſtituere ex cauſa fideicommißi. Et totum expedietur officio iudicis diuidentis hæreditatem inter eos: & ſic in iudicio fami. ercif. hoc dicit.ſecundum Pau.de Caſt.

Idem AA.& CC.Socrati.

LEX XIIII.

*FIlius [v],quem habentẽ fundũ, portionẽ [x] hæreditatis fratribus & quibuſdã alijs † ſub conditione verbis precarijs † reſtituere ſanxit teſtator,poſt eius cõditionis euentum hæreditaria parte [y]

FIlius.] CASVS. Paterfa.habuit quater centum in bonis:& habuit quatuor filios: vni filiorum in vita ſua dedit fundum valentem.xl. ad ſui ſuſtentationem: poſtea condidit teſtamentum & inſtituit æqualiter quatuor filios, id eſt quemlibet in centũ: computato fundo dato filio ad ſuſtẽtationem in ſuis. c.& rogauit teſtator illũ filium cui dederat fundum per fideicom.vt reſtitueret cohæredib⁹ ſuis. & quibuſdam extraneis ſuam partem hæreditatis ſub conditionibus,ſi nauis veniret ex Aſia. perceptis. x. à cohæredibus, cohæredes volunt dare. x.ita conditionibus exiſtentibus, debet reſtituere cohæredibus ſuã partem hæreditaris: vult deducere quartam: quæſtio eſt,vnde debet deducere, & qualiter: dicitur quòd debet computare in quartam illa. x. quæ percepturus eſt à cohæredibus vel ab alijs. Item quartam partem prædij ſibi dati quæ eſt. x. & ita habet.xx.Item debet habere.v.in eodem fundo ſibi dato ad ſupplementum. & ita debet. xxv. quæ ſunt quarta pars de cẽtum: reſiduum de fundo debet reſtituere cohæredibus. & hoc eſt quòd dicit ſecundum Viuia. vel pone caſum aliter vt in glo.j.

ILlud † æquitatis fouere rationibus, bene nobis apparuit. Si qs etenim pro filio suo ante nuptias donationem conscripserit[e] vel dederit[f], vel pro filia sua dotem, & hoc quod dedit, iterum ad eum reuertatur, vel stipulatione vel lege[g] hoc faciente: vel si alio dotē, vel ante nuptias donationem dante, stipulatiōis paternæ tenor, vel fortè[h] legis hoc induxerit: ille autem testamento condito, vel filios suos, vel extraneos[i] scripserit hæredes, & nihil de huiusmodi reb⁹ quæ ad eū reuersæ sunt[k], vel peruenerūt, disposuerit: inueniantur autē alij liberi eius res à paterna substātia lucrati, vel per ante nuptias donationē, vel dotes, vel militiæ causa, quas (vtpote testamento existēte) nō cogūtur cōferre[l]: tunc filius vel filia easdē res quæ ad patrē reuersę sunt, vel peruenerunt[m], habeāt præcipuas, ad simile tamen lucrum cōputandas[n]: vt in præsenti casu tantùm habeat ipse, vel ipsa, quātùm eius fratres à patre sunt consecuti[o], secūdum eos modos quos suprà dixim⁹, & quos cōferre propter testamētum non coarctātur. ¶ Sin autē nihil tale penitus in fratres eorum à patre collatū est: neq; ipsos sibi præcipuè hanc partem vendicare, sed quasi paternæ facta substātiæ sit, inter omnes secūdum institutiōis tenorē * diuidi. & hæc quidem, si inter fratres patris elogium cōpositum sit. ¶ Sin autē extranei sint scripti[p] hæredes, & nihil in testamēto suo, neq; in hac parte testator dixerit: tūc omnimodò[q] præcipuū habeat filius vel filia, quod ad patrē reuertitur vel peruenit. ¶ Si tamen minus in fratres[r] collatum est, amplius autē ex huiusmodi causa ad patrē peruenit: illo quod ad similē quātitatē cōcurrit excepto[s], cætera quasi paternæ substātiæ facta, secūdū modū institutionis[t] diuidātur. ¶ Illo ꝑculdubio[v] obseruādo, ꝙ si minus sit id, quod pater ex hmōi causa habuit, ea quātitate quæ in fratres[x] collata[y] est: tota huiusmodi portio ad eas personas ꝑueniat, quarum occasione res ad patrē reuertitur. ¶ Ea igitur, quæ in paterna persona diximus, obtinere volumus etiā in auo, & proauo paterno, vel materno, & in matre, & in auia, & ꝑauia paterna vel materna. D. xj. Cal. Aug. Cōstāt. Lāpadio & Oreste VV. CC. Cons.

* Pare.

e ¶ Conscripserit.] i. per scriptura dederit.

f ¶ Vel dederit.] scilicet sine scriptura.

g ¶ Vel lege.] etiā sine stipulatione: qa dos profectitia erat: vt .j. de rei vxo. actio. l. vna. §. extraneū. Alij ponūt exemplū quando mulier dimittit primū matrimonium, & cōtrahit secūdū sine voluntate patris: nam dos redit ad patrem: vt .j. de nup. l. si vt proponis. ij.

h ¶ Vel forte legis.] cum cōtēplatione patris dos data est. vnde habetur profectitia: vt .ff. de iure dot. l. profectitia.

i ¶ Extraneos.] coniungit hos. sed posteà diuidit in responsione.

k ¶ Sunt.] cùm ipse dedit.

l ¶ Conferre.] nisi pater expressè dixisset: vt .j. de col. l. j. Sed hodie hæc & illa corrigūtur ꝑ aut. ibi positā, ex testamento.

m ¶ Peruenerunt.] cùm alius dedit.

n ¶ Computandas.] aliâs est in textu computandæ sunt.

o ¶ Consecuti.] non plus, minus aūt sic, si earum dos vel donatio fuerat minor. arg. .j. e. l. in fi.

p ¶ Scripti.] s. cū filia cuius dos reuersa est ad patrē & sine alijs fratribus quorū cōstat matrimoniū. et idē dic de filio.

q ¶ Omnimodo.] etiā si in fratres nihil tale collatū sit. & in hoc differt hic casus à superiore secūdū quosdā: qd nō placet: vt .j. ꝑxi. Sed dic omnimodo. s. etiā si extranei nihil habeāt vltra virilē. & hic. §. vsq; in fin. nō corrigiť ꝑ aut. dictā, ex testamēto. Quid autē si hæc filia & fratres & extranei sint īstituti? Respondeo idem esse ac si filiam et filios sine extraneis instituisset. Accur.

r ¶ In fratres.] nō institutos. idē si instituti.

s ¶ Excepto.] i. præcipuo adiudicato huic filiæ cuius dos est reuersa: siue dicas inter ipsam & fratres quorū matrimonia durabant.

t ¶ Institutionis.] inter ipsam & extraneum hæredem.

v ¶ Proculdubio.] Nunc dicit econtrà.

x ¶ In fratres.] qui nō sunt hæredes. idem & si essent.

y ¶ Collata.] qñ redijt.

TITVLVS XXXIX.

Finium regundorum.

¶ Non inspiciuntur fines antiqui, sed fines in uenditione designati: quia licitum est mutare terminos in proprijs agris. h. d. Bal. Vel sic: Dominus certam partem fundi uendens, potest terminos secūdum conuentionem uēditionis apponere, ultra quos non licet emptori agere. Sali.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Nicephoro. LEX I.

¶ FINIVM REGVNDORVM. ¶ *Sicut superiores actiones diuidunt, sic & hæc dirimit finium quæstionem: ubi est quædam quasi communio: & ideo merito hic ponitur.*

Regionem.

Regionem.] ¶ Casus istius legis ponitur in gl j. sed clarius dic quod quidã fundũ habebat, cuius partes per nomina erant distincta, & vna vocabatur Titiana: alia Mutiana. dñs quoque aliã volens ampliare, aliam distrahære: mutauit metam alterius, quã posteà vendidit, emptor verò aliã petebat, licet: venditio interuenisset post mutationem finiũ. Dicitur quod non potest & facit ad hanc positionẽ. ff. eo. l. omnes.

Casum po- i it.

† De materia finiũ regun. vide in. c. ex literis. extra. de probat. & ibi scribentes.

a ¶ Regionem.] Pone. habeo fundũ terminatum in duas partes. muto terminos: & alterã partem vendo: puta minorẽ: emptor. credens primos terminos non posse mutari, ingreditur vsque ad primos terminos in possessionẽ: cogetur quidem hoc iudicio stare illis finibus qui fuerunt sibi demonstrati in venditione. nam potui agrum meum terminare prout volui, vt hîc, & . j. l. proxi. & ff. e. in finalibus. & l. eos. & de leg. j. l. quod in rerum natura §. si quis. & de leg. ij. l. Caius. in fi.

b ¶ Ratione.] i. rationabiliter. Vel dic ratione conuentionis: vt subijcit.

Successionum.] CASVS. Cùm haberemus agros confines antiquis terminis distinctos, placuit alios ponere, & à veteribus recedere. si fortè posteà his mutatis moueatur q̃stio: iudex nouos fines sequitur: cũ aliàs termini successionum varietate & nouo consensu mutari possunt. Viuia.

c ¶ Varietas.] s. quia vni succedunt duo hæredes, qui terminant inter se aliter quàm terminatũ habuit testator, vel tenuerit.

† Cum hac l. concor. c. quia iudicãte. cum gl. super verbo ad loca extra de præscrip.

d ¶ Agris.] s. partibus agrorum.

e ¶ Alterutro.] hodie dicimus alterutri: sicut olim alio, hodie alij.

Monumentum quid dicitur esse.

f ¶ Monumenta.] i. terminos, à moneo: quia monẽt et docẽt quousq; protendãtur fines. Vel per similitudinem: qa sicut sepulchrũ est memoria hominum, sic per terminos finiũ memoria retinetur. Vel appellat monumenta, instrumenta q̃ continent alios fines, quomodò immutantur. Statur ergo antiquis terminis nisi noui probẽtur: vt hîc, & . s. l. proxi. & ff. eo. l. eos. & l. in finalibus. et. ff. de aqua plu. arcen l. quod principis.

Regionem [a] † certã fundi, proprijs finibus eius mutatis, dominus eius distrahere, ac residuum retinere non prohibetur. Nec amplius emptor, quã quod ratione [b] secũdum venditionis fidem ad se peruenit, vendicare potest prætextu terminorum temporis antecedentis venditionem. D. Id. Decemb. Nicomediæ AA. Cons.

¶ *Varietate successorum & consensu dominorum possunt agrorum termini mutari. h. d. Bar. Bald. & Pau. de Cast.*

Idem AA. & CC. Tatiano. L. II.

Successionum varietas [c], & vicinorum noui consensus, additis, vel distractis agris [d] alterutro [e], determinationis veteris monumenta [f] sæpe permutant. D. ix. Calẽ. Ianuar. Nicomediæ AA. & Cons.

¶ *In iudicio finium regundorum quæritur de proprietate & possessione: & mensura committitur agrimensori: & secundũ eius relationem posteà iudex mandat terminos dirigi, & adiudicat. & altera parte per contumaciã absente, potest iudex agrimensionem committere, & definitiuam proferre. h. d. Bal.*

Imperator Constantinus A. ad Tertullianum. LEX III.

Si quis [g] † super sui iuris locis [h] prior de finibus detulerit querimoniam [i], quę proprietatis cõtrouersiæ cohæret [k]: prius possessionis quæstio finiatur [l], & tũc [m] agrimensor ire præcipiatur ad loca, vt patefacta [n] veritate: huiusmodi litigiũ terminetur [o]. ¶ Quòd si altera ps, ne huiusmodi [p] q̃stio terminetur, se subtraxerit: nihilominus agrimẽsor in ipsis locis iussione rectoris prouinciæ vnà cũ obseruante [q] parte hoc ipsum faciens perueniet. Dat. xvj. Calend. Mart. Veronæ, Gallicano & Symmacho Cons.

a Pro intellectu isti' l. vide Angel. Are. in. §. quędam actiones. in gloss. super verbo, item finiũ regũdorũ. insti. de actionibus.

Si quis. [a]] CASVS. Ego & titius habebam' fundos distinctos. ego dico fines malè positos: qa vltra eos fundus meus porrigitur: per duo iugera, licet ego nõ possideã illa duo iugera: vnde peto aliter fines poni: talis ordo seruandus est, & pone primò de possessione. i. vsq; ad quẽ locũ possideam quomõ de proprietate super duob' iugerib' cognoscat: agrimẽsore misso ad agrũ huius litigiũ terminet p̃sente vtraq; parte. si adesse vult. Si verò pars aduersa se absentet: nõ eo minus iudex cũ agrimensore & altera parte præsente aget ad primam partem. & facit. s. de rei ven. l. ad eam.

g ¶ Si quis.] Actor agit finium regundorum. Primò inquiritur quantum tenet. Secundò, quot iugera ibi habere debeat. Tertiò mittitur executor, qui renunciat iudici quantum habeat minus actor quàm habere debet. Quartò iudex definiet præcipiendo poni terminos in confinibus veris: vel per adiudicationem.

Locus quid sit.

h ¶ Locis.] locus est regio aliqua fundi: vt. ff. de verb. sig. l. locus.

i ¶ Querimoniam.] i. libellum agens finium regundorum.

k ¶ Cohæret.] sicut enim in rei vendicatione inquirit iudex quid & quãtum sit meũ: sic & hîc cũ dicam vltra terminos, vel vltra id quod dicit aduersarius esse meũ sed in rei vẽdicatione iõ quærit, vt totũ restituatur ei cuius est at hîc qñq; nõ totũ restituit, sed alteri adiudicatur. & ille isti in eius æstimatione condẽnatur, vt sic competenter loca distinguantur. vt. ff. eo. l ij. & l. fi. & l. seq. & insti. de offi. iudi. §. si finium.

l ¶ Finiatur.] per officium iudicis nõ sentẽtiãdo, cùm libellus nõ sit dat' Vel dic sentẽtiãdo definitiuè [b] sic, & . s. de rei vẽdi. l. ordinarij. & . j. de interdic. l. incerti. & . s. de iud. l. nulli. Et potest hoc habere locũ, qñ habebã instrumẽtũ, quo cõtinebatur, quod ego debebã habere. x. iugera: sed ego dico me habere minus. prius ergo quæritur vsq; ad quẽ locũ possideo, quia feci seminari terrã, & arari, & coli: & posteà si minus est quàm dicat instrumẽtũ meum: scietur per agrimẽsorẽ, et etiã ipse iudex videt si opus est: vt. ff. e. l. si irruptione. §. fi. & ponẽtur termini antè.

b Quia est vnus de casibus exceptus à regula: quòd ante lit. contest. non debent testes recipi vel sententiari: vt per gl. j. in. c. quoniã frequenter extra vt li. non contest.

m ¶ Et tũc.] s. probato pri' quãtũ vltra meũ est.

n ¶ Vt patefacta.] s. per hæc duo iudicia s. possessorio, & alio. s. cõi diuidũdo. quo probaui per instrumentũ vel testes, quantũ vltra est ager meus, finiatur lis, vt subijcit agrimẽsore interueniente vice cuiusdam executoris.

o ¶ Terminetur.] per sententiam. vel dic motu iudicis.

p ¶ Huiusmodi quæstio.] hîc erat lis contestata: & ideo dicit quæstio, aliâs nõ posset definitiuè procedi: vt. s. de iud. l. properãdũ. §. j. sed in prin. huius. l. dixit q̃rimoniã: quia nõ erat ibi lis cõtestata. ADDITIO. Putat Bar. hîc, quod qñ quæstio est solũ de finibus, & nõ de proprietate, lite non cõtestata possit ad definitiuã sententiã perueniri. pro quo facit quod no. idẽ Bar. in. l. si omnes. s. si minor ab hære. se absti.

Quæstio q̃rimonia differunt.

q ¶ Obseruante.] Id est præsente.

¶ *Qui post litem contestatam super finibus aliquid inuadit indebitè, punitur. hoc dicit. & istã. legem commendat Rofre. in materia uiolentiarum. Vel sic: Qui post litem contestatam, in iudicio finium regundorum occupat de alieno: illud habet reddere, & tantundem de suo. h. d. Iaco. Bu. Bal. & Sali.*

Idem A. ad Bassum præfe. vrbi. L. IIII.

Si constiterit [r] eum, qui finalem [s] detulit quæstionem [t], priusquàm aliqd sentẽtia determinetur, rem sibi alienã vsurpare voluisse [v]: non solùm id, quod male [x] petebat, amittat: sed * quo magis vnusquisque contentus suo, rem non expetat iuris alieni: qui irreptor agrorum fuerit in lite superatus, tantùm agri modum, quantum adimere tentauit [y], amittat [z]. Lecta apud acta. xiij. Calend. Iul. Gallicano & Symmacho Cons.

* Etiam.

Si constiterit.] CASVS. Aliqs egit cõtra vicinũ suũ de finib': litẽ est cõtestatus: antequã fi. regun. proferret sentẽtiã, occupauit de terra vicini sui, & posuit fines propria authoritate: qd iuris sit, queritur. Rñ. quod illud qd̃ petebat, amittet: quod occupauit, restituet: & nihilominus tantundem de suo. & hoc est quod dicit.

r ¶ Si constiterit.] scilicet iudici.

s ¶ Qui finalem.] id est de finibus.

t ¶ Quæstionẽ.] loquitur ergo hæc constitutio de post litem cõtestatam violentia commissa. sed illa si quis in tantam. j. vnde vi. loquitur & ante & post: hæc de immobilibus tantùm: illa etiam de mobilibus: vt instit. vi bo. rap. §. sed ne dum. Item hæc locum habet tantùm cùm controuersia est de finibus.

v ¶ Voluisse.] i. volũtariè vsurpasse: ne sit cõtrà. ff. de pœnis. l. cogitationis. sic & . ff. de re. diui. l. fi. & . j. de re. cre. l. antepe. ibi, renũciãdũ putauit &c. Et hoc etiã innuit verbũ, irreptor. & similitudo interdicti vnde vi. & si qs in tãtã. & furti. in qbus casibus oportet factũ interuenire. Vel dic quod nõ tñ cogitauit: sed etiã vltra processit, vnde punitur: vt. s. de ijs, qui ad eccle. confu. l. fi. in princ.

Volũtas sine effectu an sit punienda.

x ¶ Male.] si aũt bene, amitteret tñ rẽ sicut in cõstitutione, si qs in tantã.

y ¶ Tentauit.] id est temerariè ademit.

z ¶ Amittat.] condictione ex hac. lege & facit. j. de suffra. l. j.

¶ *Etiam pro modica occupatione, & pro uili cespite terræ, redditur iudicium finium regundorum, Vel sic: iudicia quæ redduntur in re communi, redduntur ita pro re parua sicut pro re magna. h. d. Bal. Vel sic: Exemptio antiqua quinque pedum non impedit hoc iudicium. Sali.*

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Neoterio præfec. præto. LEX V.

* Quinque pedũ præscriptione [a] summota, finalis [b] iurgij vel locorum [c] libera peragatur

** Vide in hanc. l. aureũ Alciati' libellum de quinque pedũ præscript*

Quinque pedum] CASVS De minori spatio. v. pedum olim non agebatur: hodie per hanc. legem illud tollitur: quia de minori spatio agi potest, non obstante exceptione. v. pedum, si viderit de alterius finibus occupatum. & hoc est quod dicit.

a ¶ Præscriptione.] i. exceptione. quidam dicũt sic scribi pscriptione, non præscriptione. q. d. protentione vel prolongatione vt pro, localiter ponatur. Vel verius dic præscriptione. i. exceptione præscriptionis. nã olim si controuersia erat de quinque pedibus tãtũ, vel minus, & ageretur hoc iudicio, repellebatur agens p̃scriptione: exceptiõe qd̃ erat propter terræ vilitatẽ: sed hodie agitur quantuncunque vnus de alterius finibus occupauerit per hanc legem Sed Petrus Baylardus, qui se iactauit, quòd ex qualibet quantuncunque difficili litera traheret aliquem sanum intellectum: hîc dicit, nescio.

Petri Baylardi iactãtia.

b ¶ Finalis.] cùm quæstio est de finibus totius possessionis.

c ¶ Vel locorum.] id est alicuius partis agri: vt. ff. de verb. sig. l. locus.

a ¶ Intentio.] proposita hac actione.

Cunctis.] CASVS. Quæstio finium regundorum non tollitur longo tempore: sed longissimo. ratio est quia mista est in rem et in personam. insti. de act. §. præterea.

b ¶ Et machinationibus.] Eorum qui conabantur eam finiri decennio vel vicennio. Azo.

c ¶ Sed.] xxx. tantùmmodo annorum. est enim mista: vt instit. de act. §. quædam. 10 Sed quando nascitur? Rñd. ex quo cœperant fines turbari. Itẽ vnde nascitur? Rñ. non ex contractu vel quasi: vel maleficio vel quasi sed est datiua propter turbationem: vt. ff. eo. l. fi. Sed videtur tolli decẽ annis: vt. ff. pro emp. l. ij. §. sed & si fundus. & l. qui fundũ. 20 §. j. vbi dicit, quod si vicinus meus vendidit aliquid de meo, quod emptor præscribit decẽ annis. sed certè non ideo mihi denegatur hęc actio: vt termini commodius distinguantur: sed si bi remanebit quod pscripsit. Vel dic durare. xxx. an. vbi nihil de meo præ 30 scripsit: vt. hîc. aliàs cõtra vt ibi. qd in idem recidit.

Actio finiũ regundorũ quando & vnde nascitur.

¶ DE CONSORTIBUS eiusdẽ litis. ¶ Quia in prædictis finium regũdorum, vel communi diuidũdo iudicijs euenit eiusdem litis esse plures consortes siue agendo, siue excipien 40 do: qui agentes finium regundorũ. vel communi diuidundo repellebantur ea ratione, quia quidam eorum abessent. Et econtrà si conueniebantur simul se exceptione tuebantur quia non omnes adessent: & ideo generaliter 50 remouet in omnibus.

intentio [a]. PP. viij. Cal. August. Arcadio A. ij. & Rufino Cons.

¶ Quæstio finium regundorum nõ tollitur nisi spatio. xxx. annorum & non spatio longi temporis. h. d. Bal. & Sali.

Imppp. Theod. Arcad. & Honor AAA. Rufino præ. præ. LEX VI.

Cunctis molitionibus & machinationibus [b] amputatis, decernimus in finali quæstiõe nõ longi temporis, sed triginta [c] tantummodò annorum præscriptio nem locum habere. Dat. ij. Non. Noué. Arcad. A. ij. & Rufi. Cons.

TITVLVS XL.

De consortibus eiusdem litis.

¶ Licet plures sint consortes eiusdem litis: tamen quilibet potest pro parte agere & defendere. h. d. Bal. & Sali.

Imp. Iulianus A. Secundo præ. præ. LEX I.

Explosis atque reiectis præscriptionibus, quas litigatores sub obtẽtu consortum [d], studio protrahendæ disceptationis excogitare consueuerũt siue vnius fori omnes sint, siue in diuersis prouincijs versent nec [e] adiuncta præsentia consortis, vel consortum, agendi [f] vel respondendi iurgantibus licentia pro [g] parte pandatur [h]. Dat. iij. Non. Septẽbr. Mamertino & Neuita Cons.

Explosis.] CASVS. Consortibus eiusdẽ litis: siue conueniebant, siue agebãt, semper obstabat exceptio ante legẽ istã, quod nũquã vnus sine alio admittebatur pro 60 parte sua & tunc præcipuè vbi nõ haberet idẽ forũ, si in diuersis prouincijs versabant, sicque in fraudẽ contingebat litigia perpetuari. hæc insolẽtia remouetur hîc: & cauet, vt semper pro parte audiatur, siue agat, siue conueniatur: etiam consortis præsentia non habita, & hoc dicit hæc lex. et loquitur ante lit. contesta. sequens pro lite mota testatam.

¶ Pro consorte post litis cõtestationem absente potest quis agere & defendere sine mandato præstitis legitimis satisdationibus. h. d. & iste casus non reperitur alibi. Bal.

Impp. Valentin. & Valens AA. Salustio præfec. præto. LEX II.

Commune † negotiorũ post litẽ legitimè ordinatã [i] etiã quibusdã absentibus insolidũ agi sine mãdato põt [k]: si præsentes rẽ

† Concor. gl. j. in. c. cũ M. Ferrariẽsis. de constit. & ca. cũ Dilecti cũ gl. j. de do. & contu.

70 d ¶ Consortium.] dicit reus nõ respõdebo tibi, nisi tui vel mei consortes essent.

e ¶ Nec.] id est sine.

f ¶ Agendi.] post litẽ cõtest. ab alijs: vt. j. l. prox. sed respondere pro aliis põt & ante & post. & ad hoc. j. si cert. pet. l. cum te. & ff. de iudi. l. nõ idcirco.

g ¶ Pro parte.] id est propter partem vel propriè.

h ¶ Pandatur.] id est præbeatur.

Commune.] CASVS. Sub prætextu absentię cõsortis, vel consortũ eiusdẽ litis nõ prorogãdũ est negotiũ, sed li. cõtest. agi põt absentibus: nec 80 iudicatũ soluendo si cõueniat, necessaria est: quod si certũ sit eũ nõ habere mãdatũ: admittatur cõsors pro altero pstita satisdatione, hoc tñ nisi fuerit inhibitũ, quo casu aliud est. et sic loquitur. ff. de iudi. l. si prætor.

i ¶ Ordinatam.] i. inchoatã. contra. ff. de procu. l. pomponius. sed loquitur post litem contestatam: illa antè.

i ¶ Ordinatam.] non antè si certum sit eum non habere mãdatum: vt di xi. §. de procura. l. j.

k ¶ Potest.] imò videtur quod non: vt. ff. de iudi. l. si petitor. quæ est contrà.

Solu. alijs inuitis non potest: vt ibi, sed ignorantibus sic: vt hîc, & ff. de procura. l. pomponius. §. fi. ADDITIO Bar. hîc sic distinguit, quia aut plures cõsortes habẽt eãdem litẽ circa rẽ indiuiduã: & potest vnius solus agere & defendere: vt. l. fi. cum vno. ff. si ex noxa. causa aga. Aut est res diuidua, & tunc ante litem contestatam non potest agere vnus nisi pro parte sua: vt. §. l. proxi. Post litem verò cõtestatam aut vult agere alijs inuitis & contradicẽtibus, & nõ potest: vt 10 l. si petitor. ff. de iudic. aut alijs ignorantibus, & potest præstita cautione de rato: vt hîc.

ratã dñm habiturũ cauere [l] parati sint, vel (si quod ab his petitur) iudicatum solui satisdatiõe [m] firmauerint. PP. vj. Id. Decembr. diuo Iouiniano A. & Varroniano Cons.

l ¶ Cauere.] i. satisdare cũm prætoriè sint. Sed videtur lite contestata huiusmodi cautiones non præstari: vt. ff. de procu. l. pomponius. §. ratihabitio 20 nis. quæ est contrà. Sol. ibi interuenit procurator ante litẽ contestatã: vnde erat quod imputaretur aduersario: hîc interuenit posteà: vt. §. de procur. l. nihil idem dici potest in causa suspicionis: vt. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. cũm quidam.

TIT. XLI.

De noxalibus actionibus.

¶ Ex furto facto in seruitute non tenetur liber factus, nisi ex noua contrectatione. hoc dicit. Bald. Vel sic: Vbi seruus deliquit aduersus extraneum, noxa sequitur cum liberum factum. Si verò deliquit aduersus dominum, ex noua tantum contrectatione tenetur. hoc dicit. Sali.

Imperator Alexander A. Marcello. LEX I.

Si extat [n] corpus nummorũ, quos ablatos ex patris tui hæreditate ab eo, quem liberũ [o] esse constiterit, allegas: vendicare eos, vel ad exhibendum agere non prohiberis. nã quamuis aliâs [p] noxa caput sequatur, & manumissus furti actione teneatur [q], quæ in hæredem non competit [r]: cùm tamẽ seruus à domino aliquid aufert, quamuis furtum cõmittat [s], furti tamen actio non est nata [t]: neque aduersus [v] ipsum, si posteà manumissus sit, locum habet: nisi furtiuas res, & post manumissionem cõtrectet [x]. PP. xiij. Calend. Decembr. Maximo. ij. & Æliano Cons.

30 m ¶ Satisdatione.] scilicet pro parte sociorũ.

¶ DE NOXALIBUS actionibus. ¶ Dixit de damno dato à liberis personis: ut supra. ad leg. Aquil. nunc de dato à seruis, & omni maleficio ab eis commisso.

40 Si extat corpus.] CASVS. Testator in testamẽto suo reliqt libertatẽ puro seruo suo. iacente hęreditate iste seruus subtraxit res hæreditarias: adita hæreditate statim est liber. an hoc ipso furti agere possint? Rñ. quod nõ. imò si res extãt, eas vendicare possum: quia licet seruus furtum faciat dño, tamen cũ eo furti agere non potest, neq; si posteà est manumissus: nisi res furtiuas post manumissionẽ contrectet, scilicet baiulãdo de loco ad locum.

¶ Statutum disponens super eo, super quo disponit ius commune, interpretatur secũdum ius cõmune. ad hoc communiter allegatur. Bal. Vel sic: Ne aliquis indebitè damnum patiatur: verba statuti recipiunt interpretationem restrictiuã. hoc dicit. ista lex secundum Bar.

Imperator Gordianus A. Quintiliano et alijs. LEX II.

Si serui vestri nescientibus vobis, vel etiam prohibentibus,

60 n ¶ Si extat.] aliàs extiterit.

o ¶ Liberum.] scilicet iussum in testamento tui patris: fuit enim erat seruus.

p ¶ Aliàs.] quãdo extraneo esset furtũ factũ à seruo.

q ¶ Teneatur.] vt infra. de noxa. act. §. omnis.

r ¶ Cõpetit.] vt & j. de fur. l. furti. sed heredi sic: vt isti. de ppe. ac. §. est cũ.

70 s ¶ Cõmittat.] & res fiat furtiua: vt instit. de obli. quæ ex delic. §. ij. qui.

t ¶ Est nata.] vt. j. an seruus ex suo facto. l. si.

v ¶ Aduersus ipsum.] neduũ aduersus hęredẽ aduersus, quẽ testati agere.

x ¶ Contrectet.] quæ nascetur ex præsenti contrectatione, cùm ex prima non fuerit nata. aliàs contrà: vt. ff. de fur. l. ei qui. Habet etiam iste aliud auxilium scilicet præter actionem in rem, & ad exhibendum. scilicet actionem in factum in duplum: vt. ff. si quis testa. li. esse ius. l. j. in prin. & facit ad istam l. ff. de furt. l. serui & filij. & ff. de noxa. l. si seruus legatus. & ff. de mino. l. verum. §. j. & de act. & obli. l. serui. & ff. de condi. fur. l. quod ab alio.

Aux illius malitijs: quandoque simul cõcedũtur.

Si serui vestri.] CASVS. Serui dederunt dãnũ arboribus vicini, 80 qui furtim eas ceciderũt: super quo delicto statuta est certa pœna à lege. & si hoc fecerint vobis ignorãtibus vel phibẽtibus: an ad illã pœnã teneamini, quæritur? Dicitur quod non. vnde habebitis in electione, vel dare seruos pro noxa, vel condẽnationẽ pœnæ subire. ¶ Nota ex ista lege, quod semper ad hoc allegatur, quod statuta disponẽtia aliquid super eo, super quo disponit ius cõe, intelliguntur secundum ius commune. & cum hoc etiam allegatur glo. magna in ca. fi. §. in computatione. extrà. de iure delibe. Item etiam allegatur, quod statuta recipiunt interpretationem restrictiuam, ne quis indebitè damnum patiatur.

a quē pū- tiatur [a]:nam indebitē pateretur dominus dānū,si cogeret emendare,vel sol
ſtū hic pul uere pœnæ ex delicto ſerui ſui cōmiſſo ignorante vel prohibēte:& ſic nulla pœ
chrē exami na concurrēte.Paulus.
nat Salice. a ❡ Arbores.] cuiuſdam extranei.
quem vide b ❡ Quibus.] ſ.arboribus vel ſyluis.Vel dic,ſcilicet ſeruis & quibuslibet damnū tale dantibus.

b Scilicet municipa- lem.Pau. Saltus qua liter accipi- tur c ❡ Legem [b].] qua imponitur pœna dupli.
d ❡ Saltui.] loc[us] vbi erāt 10 arbores. Et dicit,quod erat pœna dupli dāni dati cōputato ptio arborū vel li gnorū manētiū:& hoc per actionē ar.fur.cæ.l.furti. §.fi.& l.ſeq.Vel dic ciues illius loci ſtatuiſſe pœnā contra eos,qui arbores cæderent.Vel ſaltui dicit pro

✱ Vt ad noxæ eos dedere &c. pter Nili aggeres:vt.j.de 20 Nili agge.non rum.l.j.
e ❡ In ſua poteſtate.] vt.ff.e.l.j.&.l.ij.in pri.Et ſcias,quod noxæ deditio eſt in ſolutione: ſed damnū eſt in obligatione,& condēnatione:vt.ff.de re iu di.l.miles.§.j.& inſtitu.de offi.iudi.in prin.

furtim arbores [a] ceciderūt, quibus [b] etiā propria pœna iuxta legē [c] ſaltui [d] datā fuerat præſtituta fruſtra veremini,ne ex perſona eorū vltra noxæ deditionē ſitis obſtricti:cū ex delictis ſeruorū domini ignorantes vel prohibentes, ſi noxali actione conueniantur, ita cōdēnari debeant, ✱ vt aut noxæ dedere,aut cōdēnationē ſufferre habeant in ſua poteſtate [e]. PP.iij. Non. Iun. Gordiano & Auiola Conſ.

❡ *Pro plagio ſerui poteſt ipſe criminaliter cōueniri dominus autē ciuiliter noxaliter ſi nō conſenſit.h.d.Bal.Vel ſic: pro delicto commiſſo à ſeruo ſi agatur criminaliter,debet ſeruus accuſari:ſi ciuiliter,debet dominus conueniri, qui ſi non cōſenſerit,facultatem habet dandi ſeruum pro noxa.hoc dicit.Sali.*

Imperatores Dioclet.et Maximian AA.et CC. Eutychio. LEX III.

Siue ſeruum plagij. CASVS. 30 Si ſeruus alicuius ſubtrahit filium tuum:tu potes accuſare ſeruum plagij ſi velis, vel dominum ſuū noxali iudicio cōuenire, vel furti: ſed ſi dominus eſt ignorans,& poſtea habet ratū factū ſerui noxæ dedendæ,vel dāni ſarcie 40 di conueniri poteſt.

Siue ſeruū ♁ plagij paras accuſare [f] ſolenniter [g],præſidē prouinciæ adire non prohiberis, ſiue dominū eius ſolicitati ſerui [h] noxali [i] iudicio, vel furti malueris cōuenire:ſuam tibi notionē præſes prouinciæ commodabit: non ignorans,quod ſi dominū elegeris,& eo nō cōſentiēte,quod intēdis,cōmiſſum probaueris:vel noxæ dedendæ,vel dāni ſarciendi,ac pœnæ vel præſtandæ habeat facultatē [k]. PP.v.Non.Octobr.Sirmij AA. Conſ.

♁ Si ſeruū. &c.

Lex flauia de plagia. vbi locum habeat. f ❡ Accuſare.] ſcilicet ex lege flauia plag.quæ habet locū, qn filiū tuū hic ſeruus ſubtraxit & cælauit,& ideo accuſatur ſeruus: quia corporalis pœna imponit: vt.j.ad.l.fla. de plag.l.fi.aliās cōtra: vt ff.de accu.l.hos.§.oībus. 50 dominus etiā hīc pro eo poterit allegare: vt.j.de accu.l.ij.Accurſius.
g ❡ Solenniter.] inſeri bendo te,et libellum pro ponendo:vt.ff.de accuſa. l.libellorum.
g ❡ Serui.] ſcilicet noīe.
i ❡ Noxali.] ſcilicet ſerui corrupti vel filij corru 60 pti.Vel dic furti, vt.j.ad l.fla.de plag.l.fi quis ſeruum.& hīc ſubiicit.
k ❡ Facultatem.] vt.ſ. l.proxima.

❡ *Ex rapina ſerui dominus ignorans noxaliter conuenitur: ſciens uerò & prohibere ualens, cōuenitur abſque beneficio dandi pro noxa.criminalis uerò accuſatio ex delicto ſerui contra dominum non protenditur.Bal.*

Idem AA.et CC.Soſio. LEX IIII.

Si ſeru[us] [l] ignorāte domino, vel ſciente,& prohibere nequeūte res tuas vi rapuerit [m] : dominum eius apud præſidem prouinciæ, ſi necdū vtilis annus exceſſit, quadrupli:quod ſi hoc effluxit tēpus,ſimplici noxali iudicio conuenire [n] potes:qui [o] ſi noxæ maluerit ſeruū dedere:nihilomin[us] cū ipſo quā

Si ſeruus.] CASVS. Conuenitur domin[us] ex delicto ſerui, aut inſolidū detracta noxæ deditione,aut quate- 70 nus ad eum peruenit ex eo maleficio,aut cōueniturcum noxæ deditione: qui tres caſus ſignantur hac.l.❡ Quòd ſi.] Siverò dominus magis velit ſeruū dedere pro noxa,tamen adhuc conuenietur pro rebus,quæ ad eum peruenerunt.Si autē potuit prohibere,& nō prohibuit,tenetur inſolidū.Sed quid ſi ſeruus cōmiſit crimen publicū rapiendo vxorē alicuius? certè ſi damnū paſſus velit accuſationē publicam inſtituere:debet eam dirigere contra ſeruum,non contra dominum.
80 l ❡ Si ſeruus.] conuenitur dominus ex delicto ſerui, aut vt eum noxæ dedat,aut inquantum ad eum peruenit,aut inſolidum ſine noxæ deditione:quos tres caſus ponit hæc lex. Annectit & quartum,vbi & ipſe ſeruus cōuenitur.
m ❡ Vi rapuerit.] & ſic habet locum actio vi bonorum raptorum.
n ❡ Conuenire.] vt.j.vi bo.rap.l.de his.&.ff.eo.l.ij.in prin.
o ❡ Qui.] ſcilicet dominus.
p ❡ Non prohiberis.] vt.ff.de vi & vi arma.l.j.§.familiæ.&.ff.de pecul.

l.licet.§.ex furtiua cauſa.
q ❡ Compellendus eſt.] vt.ff.e.l.ij.circa prin.Accurſius.
r ❡ Debes.] Et corporaliter punietur:vt.j.ad legem Iuliam de vi.l.ſi criminis.Accurſius.

Si tibi per furtū.] CASVS. Si ſeruus tuus furto non manifeſto rapuit ancillam, dantur contra te duæ actiones,nō ciuiles tamen rei perſecutoriæ.Viuianus.

tùm ad eum peruenit,experiri nō prohiberis [p].Nam ſi eo conſcio,et prohibere valente: detracta noxæ deditione,conuentus ad ſummam condemnationis ſoluendam omnino compellendus [q] eſt. Sanè ſi criminis publici accuſationē propter vxorem tuam à ſeruo raptā ✱ intentandam putaueris : non contra dominum,ſed contra eum ſeruum,quem facinus commiſiſſe proponis,hanc inſtituere debes [r]. PP.xviij.Calend. Septembr. Sirmij AA.Conſ.

❡ *Ciuile iudicium cum ſeruo non conſiſtit: ſed cum domino eſt agendum.h.d.Bal.Vel ſic:Ex delicto ſerui debet dominus ciuiliter cōueniri. Sali.*

Idem AA.& CC.Menophilo. LEX V.

Si tibi per furtum nec manifeſtum ancillā [s] ſeruus [t] ope con ſilioque domini cū alijs rebus ſubtraxerit:cùm inter ſeruum [v] & liberum [x] ciuile [y] iudicium conſiſtere non poſſit:eū [z] ♁ ob hoc delictū dupli pœnali actiōe, & de rebus [a] proprijs vendicatione vel condictione [b] conuenire potes [c]. S.v. Calen.April.CC.Conſ.

10 s ❡ Ancillam.] ſ.tuā.
t ❡ Seruus.] alienus.
v ❡ Seruum.] ſ.illum.
x ❡ Et liberum.] ſ.te.
y ❡ Ciuile.] ſec[us] in crimi nali: vt.ſ.l.proxi.Itē hoc in ciuili regulariter: vt.ſ. de iudi.l.ſeruus.ſed fallit. ſ.vbi cau.fi.l.fin.&. ff. de iudi.l.vix.
20 z ❡ Eum.] dominū.
a ❡ Et de rebus.] furti, ſi velis ſuo nomine de cōtractu noxæ deditione agere noxaliter ex maleficio ſerui.
b ❡ Vel cōdictione.] in hoc qd ad eū peruenit, ſecundū Ir.& H.vt.ff. de cōdi.fur.l.proinde.& de- 30 bes alterā eligere,cùm ambæ ſint rei perſecutoriæ:vt &.ff.de re.iur.l. nemo ex his.§.quoties.
c ❡ Potes.] ſi res peruenit ad eum.Accur.

✱ Ex raptu eſſe.

❡ AD EXHIBENDUM. ❡ *Quia in rei uēdicatione, de qua dixit,& 40 etiam alijs multis opus eſt hac actione, ideo de ea dicit : ut &.ff.e.l.j.& ij.& iij.§.eſt autem.*

♁ Ad hoc &c.

TIT. XLII.
Ad exhibendum.

❡ *Actio ad exhibendum eſt præparatoria ad rei uendicationem.Bal. Vel ſic : Qui rem ſibi uult uendicare ratione dominij,poteſt prius ad exhibendum experiri.h.d.Sali.*

Imp.Alex.A.Creſcentimiliti. LEX I.

Si dominium ancillæ, de qua agis, ad matrē tuā ptinuit [d], nec iure [e] à patre tuo vænūdata [f] eſt, eiusque proprietatem tibi vendicare paratus [g] es : præſes prouinciæ exhiberi eā iubebit [h], vt apud iudicem de rei veritate [i] quæratur [k]. PP. Calend. Maij Alexandro A. Conſ.

Si dominiū.] CASVS. Si pater tu[us] ancillam ex ſucceſſione materna ad te pertinētem diſtraxit:nec 50 ei ſucceſſiſti:tibi nō præiudicat,quo minus pro ea rei vendi.& ad exhibendum agere poſſis.
d ❡ Pertinuit.] quod præſumitur ad te pertinere:vt.j.de pba.l.ſiue poſſidetis.& ſubaudi hīc maximè.nā & ſi ex alia cauſa velles petere ancillam, 60 eſſet hęc actione præambulatoria:vt.ff.eo.l.j.
e ❡ Nec iure.] quia nullum fecit tibi preiudiciū, ſed quantum ad contrahentes ſic:vt.j.de bo. ma. l.j.&.j. de iure do.l.ſi à matre.&. ff. de contrahen. empt. l. rem alienā.
f ❡ Venundata eſt.] 70 nec patri tuo ſucceſſeris.
g ❡ Paratus.] cū patri tuo nō ſucceſſiſſes,alio quin nō audieris : vt.ſ.de rei ven.l.cùm à matre.

❡ *Ratione criminis uentilandi debet perſona exhiberi.h.d.Bal.& Sali.*

Idem A.Syro. LEX II.

Si criminis [l] alicuius reus ſeruus poſtulatur [m], per ad exhi-

h ❡ Iubebit.] ſummatim cognita venditione & dominij cauſa:vt.ff.eo.l.iij. §.iudex.&.§.ibidem.
i ❡ Veritate.] id eſt dominio.
k ❡ Quæratur.] in iudicio directa in rem,vel dic queratur,ſcilicet plenariè per probationes teſtium & inſtrumētorum directo.forſan & per queſtio- 80 nem ancillę: vt.j.de queſt.l.quoties.&. l.hoc quod placet.&.j.de liber.cau.l. eam.ſed ſecus cùm in liberali cauſa de dominio eſt incertum.ff.de queſt.l.de minore.§.fi.vbi plenè diximus,quando ſeruus torqueatur.

Probatio multiplici- ter fieri poteſt.

Si criminis.] CASVS. Si ſeruus mihi fecerit damnum, agā contra te actione noxali,vt damnum emendes,aut des pro noxa : & vt eum exhibeas agam ad exhibendum.
l ❡ Si criminis.] id eſt delicti
m ❡ Poſtulatur.] actione noxali propoſita contra dominū : vt.ff.e.l.iij.§.

si quis noxali. Non intelligas si accusatur criminaliter: quia non competit ad exhibendum actio, nisi intersit pecuniariter: vt. ff. eod. l. si liber homo. & l. de eo. §. j. & l. si. De quibus autem criminibus possit accusari seruus, dicitur. ff. de accu. l. hos accusare. §. omnibus.

Actio ad exhibendũ nõ cõpetit nisi intersit pecuniariter.

a ❡ Produci.] id est exhiberi.

b ❡ Domino.] Scilicet in iudicio.

❡ Neque.] CASVS. Si a me re 10 tuã non possidente vendicasti, vel ad exhibendũ egisti causa dominij non expressã, & succubuisti: si posteà incoepi possidere non obstante exceptione rei iudicatæ ad exhibendum, poteris agere. Vel pone casum vt in glossa magna.

20 c ❡ Competit.] ꝓpter præsentem possessionem aduersarij.

d ❡ Aliter.] quàm tibi fuerit opportunum.

e ❡ Pronunciatũ est.] quia fuit reus absolutus.

Casum ponit multipliciter.

f ❡ Litis.] i. instãtiæ iudicij. Et dic casum ꝙ primò non possidebat: nũc 30 verò possidet: vt. ff. de exceptio rei iudi. l. si quis ad exhibẽdũ. & l. si rem. & ff. rem ra. hab. l. procurator. & ff. de rei ven. l. si autem. §. j. & de noxa. sed & si. & de iureiurã. l. qui iurasse. §. si. Et potes hîc quærere vt ibi. Vel pone ꝙ primò non eram dñs, 40 nunc sum: quia extitit conditio rei mihi legatæ: vt. ff. de excep. rei iud. l. si mater. §. eãdem. Vel alio modo quæsiui dominiũ: vt. ff. de peti. hære. l. hæreditas. & ff. e. l. de eo. §. sæpius. & arg. s. si sæpius in integ. resti. po. l. ij. Vel tertiò pone, quia qui primò 50 egit nomine meo, non habebat mãdatum, nunc habet: vt. ff. de except. rei iud. l. si is. §. si te. Et distingue hîc, quia si ago in rẽ vel in personã, & ex primo causam: non præiudicat in aliã: vt. ff. de exce. rei iudi. l. si mater. §. si qs autem. Si autẽ nõ expri- 60 mo causam, si quidẽ in rem ago & absoluitur qa non possidet: non obstat mihi exceptio rei iudica. vt. ff. de except. rei iudica. l. si rem. & l. sequen. si verò quia me dominum non probo, nocet mihi: nisi ex superueniente dominio agerem[a], vt dixi. Vbi autem personaliter & non proposita causa, aut vnam prosequor: & tunc serua. suprà de iudic. l. licet aut omnes, & tunc in omnibus nocet exceptio rei iudica. vt infrà de annal.* except. l. fina.

Sentẽtia absolutoria quãdo nocea iterum agẽti ad eãdem rem & quãdo nõ.

a Vide tu, que ego notaui in c. ab bate sane. de re iud. li. vj.

bendũ actionẽ ꝓduci[a] à dño[b], nõ cælari debet. PP. xj. Calend. Decemb. Alexandro A. Conf.

❡ *Sententia absolutoria non nocet agenti de nouo ex causa, super qua non fuit pronunciatum. Bal. Vel sic: Absolutoria lata, quia reus nõ possidet, non præiudicat, quin ex noua possessione possit agi. hoc dicit. Sali.*

Idem A. Fœlicissimæ. LEX III.

Neque ad exhibẽdum actio, neque proprietatis vendicatio, si nunc competit[c], propterea perempta est, quòd aliquando aduersus te ad exhibendum actione aliter[d] pronunciatũ[e] est: quia cõmutatione litis[f] alia res esse incipit. PP. Calend. Septembr. Maximo. ij. & Æliano Conf.

❡ *Contra non exhibentem instrumenta, iuratur in litem. h. d. Bal. Vel sic: In actione ad exhibendum, iuratur in litem. hoc dicit. Sali.*

Idem A. Flacillæ. LEX IIII.

Non ignorabit iudex[g], si instrumẽta tui iuris, quæ penes diuersam partem fuisse[h] probaueris, ab eisdem non exhibentur[i], iurisiurandi in litem[k] facultatem deferri tibi oportere. PP. iij. Calend. Mart. Agricola & Clementino Conf.

❡ *Actio ad exhibendum proponitur cõtra possessorem, & contra eum, qui dolo desijt possidere. Bald.*

Imperator Gordianus A. Sabiniano militi. LEX V.

Ad exhibendum actione non tantùm eũ, qui possidet, sed etiã eum teneri, qui dolo fecit[l], quo minus exhiberet, meritò tibi à non contemnẽdæ authoritatis iurisconsulto Modestino responsum[m] est. PP. ij. Id. Febr. Gordiano A. & Auiola Conf.

Non ignorabit.] CASVS. Si instrumenta ad me pertinentia, penes te sunt, eaque exhibere recuses, iurabo in litem pro quanto 70 nolemte exhibuisse, & intantum condemnaberis.

g ❡ Non ignorabit iudex.] turpe est patritium ius ignorare circa quod & ipse versatur. ff. de orig. iur. l. ij. §. Seruius autem Sulpitius.

h ❡ Fuisse.] in initio litis secundum Io. arg. j. de fide instru. l. fin. & j. de reuo. donat. l. his solis. §. quicquid igitur. Alij subaudiunt quandocunque[b]. nam præsumunt eum qui aliquando possedit & nũc possidere. arg. huius legis. sed expone vt dixi. Item pro eis. j. de probat. l. siue possidetis. sed aliud in dominio: vt ibi. Item pro eis. ff. de excep. rei iudi. l. si rem. sed ibi probatur eum non possidere eo ipso quòd contrarium non probatur.

b Pro ista parte gl. facit tex. cum gl. in. l. prætor. §. si in ter. ff. man.

c Ista glo. sequuntur Odof. Cy. & Pau.

i ❡ Non exhibeantur.] iusta causa exhibendi à te reprobata[c]: vt. ff. de in 80 lit. iuran. l. in instrumentis.

k ❡ In litem.] vt & j. e. l. instrumenta. & ff. e. l. iij. §. præterea. Quandoq; sit ad interesse tantùm cõdemnatio, puta cùm possessor nihil dolo fecit, sed culpa: vt. ff. eo. l. Iulianus scribit. §. fi. & l. sed si hæreditas. in princi. & l. de eo. §. si post. Quandoque manu militari, sicut in rei ven. vt. s. de rei ven. l. a possidentibus. & ff. de rei ven. l. qui restituere.

Ad exhibendum.] CASVS. Non tantùm qui possidet, sed qui dolo desijt possidere, actione ad exhiben. conueniri poterit. & hoc à Modestino responsum est.

l ❡ Dolo fecit.] hîc enim tenetur vtiliter: vt hîc & ff. eo. l. Iulianus. in principio. & ff. de reg. iur. l. parem. Sed contra. ff. eod. l. cum seruus. vbi dicit, quod nulla est vtilis ad exhibendum. Sol. verũ est in eo casu quem ibi dicit cũ seruꝰ dolum commisit. Vel dic aliud est dari vtiliter, quod est respectu rei, & hoc fieri potest: vt hîc aliud vtiliter quod est respectu actoris, & hoc non inueni tur: vt ibi. sed hoc non pla 10 cet: vt. j. eo. l. si res. in fi. Itẽ nota. ꝙ tantum venit hoc casu in hac actione quantũ in principali. i. quantũ interest: vt. d. l. ff. e. l. Iulianus.

Actio ad exhibendũ vtilis an ali quando sit.

m ❡ Responsum est.] vt iuretur in litẽ cõtra eũ.

❡ *Inuasor instrumẽtorum potest criminaliter accusari, & ciuiliter ad exhibendum cogi. h. d. Bal. & Sali.*

Imperator Philippus A. Palemonidi. LEX VI.

Instrumenta ad ius tuũ[n] pertinentia, partem diuersam inuasisse[o] asseuerans, si quidem crimen[p] intendis, solennibus[q] accusationibus impletis, fidem[r] asseuerationi tuæ facito. Sin verò ad exhibendum intendis iudiciorum more experire[s]. PP. ij. Id. Mart. Peregrino & Æmyliano Conf.

n ❡ Instrumenta.] CASVS. Si instru 20 menta ad me pertinẽtia inuasisti aduersus te criminaliter. l. iul. de vi pu. si cum armis. si fine armis priuata agere potero. & hoc in prima. Si verò ad exhibendum, & non exibeas, iurabo in litem.

n ❡ Instrumenta.] ad ius tuum largè accipe: vt 30 in insti. vi bo. rap. §. si.

o ❡ Inuasisse.] improprìè: vt insti. vi bon. rap. §. penul. sic. s. de rei vẽ. l. do mum. nam pro immobili ad exhibendum non agit vt. j. qñ & qui. l. ij. §. j. lib. x.

p ❡ Crimen.] scrimina liter. lege Iulia de vi publi ca vel priuata.

40 q ❡ Solennibus.] libello solenniter facto. ff. de accu. l. libellorum.

r ❡ Fidem.] probationi bus luce clarioribus: vt. j. de proba. l. si. sed in actiõe ad exhibendum summatim: vt. ff. de. eo. l. iij. §. sciẽdum. Et nota ꝙ accusatio de instrumẽtis subtractis 50 qñque est publici iudicij vt qñ testamentum alicu ius dicitur surreptũ, vel iter letũ ex le. corne. de fa. Si verò alia charta, tunc non videtur esse publici iudicij: vt. ff. ad leg. cor. de fal. l. Pau. Rñ. & l. qui testamẽtũ & j. ad. l. Cor. de Fal. l. eum qui. Item nota 60 qñque nõ agi pro instrumento ad exhibẽdum: vt ff. eodem. l. tertia. §. si quis extra. & §. interdũ.

Instrumentorum subtractorum cusatio ca iuis iuris fit.

❡ *Quirem deterioratam sua culpa exhibet, in factum actione tenetur. hoc dicit. Bald. Vel sic. Exhibens rem deterioratam sui culpa, forma tamen non mutata: liberatur ab actione ad exhibẽdum, sed tenetur in factum. hoc dicit. Sali.*

Imper. Dioclet. & Maximian AA. & CC. Vitalianis. LEX VII.

Exhibitionis necessitate tenetur, qui facultatem[t] habens, culpam vel dolũ in explẽdo præcepto[v] cõmittit: ita * vt si rẽ deteriorẽ[x] exhibuit, æquitas[y] exhibitionis perficiat, vt quàuis ad exhibendum agi non possit, in factũ[z] tñ actio contra eum detur. PP. xvj. Calen. Iu. Maximo. ij. & Aquilino Conf.

* Vt qui.

❡ *Ex pacto apposito per alium in contractu commodati uel depositi rei meæ, acquiritur mihi directa, si sum hæres pacifcentis aliàs datur mihi utilis actio. Hoc dicit secundũ Bald. & est lex noua. Vel sic rem propriam ab alio commodatã, uel depositã non prohibetur dominus ven dicare, & speciale est, ut ex pacto deponentis uel cõmodãtis alteri quærat utilis actio. h. d. Sa.*

Idem AA. et CC. Photino. LEX VIII.

Si res tuas commodauit aut deposuit is cuius in precibus meministi: aduersus tenentem, ad ex-

s ❡ Experire.] vt. s. eo. l. nõ ignorabit.

Exhibitionis.] CASVS. Egi aduersus te ad exhibendum seruũ iudex præcepit vt exhiberes, exhibuisti, sed deteriorem. ab actio. tamen ad exhiben. liberaberis. Sed quia culpa tua rem deteriorẽ exhibuisti, propter damnum datum, actione in factum teneberis.

t ❡ Qui facultatem.] exhibendi vel restituendi, vt. ff. eo. l. iij. §. fi.

v ❡ Præcepto.] iudicis, qui præcepit exhiberi. Et sic no. ꝙ est arbitraria: 70 vt insti. de acti. §. præterea quasdam.

x ❡ Deteriorem.] in eadẽ forma tñ, vt seruum debilitatum vel clusa tum. at mutata forma ea exhibita, vt ex schypho massa, tenetur ad exhibendũ vt. ff. ad exhibend. l. iulianus scribit. §. si quis. ver. sed & si quis.

y ❡ Aequitas.] id telis debet exiberi quæ antiquam formam non admittit: vt. ff. ad exhiben. l. iulianus. §. marcellus cessare.

z ❡ In factum.] subsidiaria legis Aquiliæ. nec obstat. ff. ad legẽ aquil. l. qui tabulas, nam ibi dicit dari Aquiliam, scilicet vtilem quæ bene concurrit cum actione in factum[d] vt diximus. s. ad legẽ aquil. l. penulti. & fina. Item non obstat quod ibidem dicit dari nõ exhibẽdum, quia est verum cũ exhibet mu- 80 tata forma Item contrà. ff. depositi. l. j. §. si res deposita. & ff. commoda. l. iij. §. j. Soluti. vtrunque refertur ad suum tractatum, & rectè: quia differentia est inter actionem stricti iuris[e]: vt. ff. de dolo. l. & eleganter. §. non solum. Item contrà. ff. de solu. l. etiam. Solu. ibi aliquid de eo quod principaliter erat dã dũ deerat: hîc nihil licet deterior daretur. Alij dicunt ꝙ hîc in factum quãdo do minus non est actor. quod non placet.

Actio ad exhibendũ arbitraria est.

d Doctores dicũt ꝙ hîc non loquitur de illa actione in factũ speciali, quæ est subsidiaria l. Aqui. sed de generali quæ datur in defectũ aliorum actionũ, scilicet P. hic. Actio bonæ fidei & actio stricti iuris differunt.

e Istã glo. vsque ad fi. sequitur P. & doc. hic.

Si res.] CASVS. Rem meam Titio commodasti, vel penes eum deposuisti, aduersus eum rei vend. & ad exhibendum agere potero. & hoc in prima.

in prima. Si verò pepigisti de re mihi restituenda à depositario, & successi tibi iure hæreditario: agam depositi cum depositario. & hoc in secunda. Si verò nullo iure tibi successi neque ciuili, neque prætorio: ex pacto tuo tamẽ datur vtilis depositi actio. & hoc in tertia.

a ¶ Vtilis.] contrà. ff. eo. l. cum seruus. Sol. nulla est vtilis in casu illius legis. An autẽ idẽ ĩ cõmodato? Videtur ꝙ non, cũ de hoc non respondeat: vt instit. de inuti. stipul. §. quoties. Itẽ quia quod in vna permisit. in alijs prohibere videtur: vt. ff. de iudi. l. cũ ꝓtor. sed Io. dicit idẽ: qa qđ statuitur in vna & eius simili: vt. s̄. de diuer. rescri. l. si libellũ. Itẽ not. ꝙ ex hac l. dixit M. ex alterius pacto semper dari vtilẽ actionẽ vt hîc & . ĩ. de pac. cõ. l. pater. & . ĩ. de do. q̃ sub mo. l. quoties. & . ff. depositi. l. publia. & . ff. si certũ petat. l. certi condictio. §. si nummos. & . ĩ. per quas perso. no. acquir. l. cũ per liberã & . ff. de pig. act. l. si cũ venderet. & . ff. sol. mat. l. Caius & . ff. de verb. obl. l. quodcunq; sed Io. dicit hæc oĩa specialia & alia plura, q̃ notãtur plenè instit. de stipu. §. si quis, alij regulariter contrà. ff. de ver. obl. l. stipulatio ista. §. alteri, & ff. de regulis iur. l. quo tutela. §. si.

† Quod si pactum sit &c.

SI ex quo.] CASVS. Si decem mihi numerasti, & me tibi soluisse probare potero exhiberi instrumenta, id est chirographa, ꝑses prouinciæ iubebit: quibus tibi fui obligatus.

† Concor. glos. super verbo, resignant. in. c. cũ pridem. extra de trã sac.

b ¶ Nihil peti potest.] vt & . ĩ. de solu. l. si actore.

c ¶ Pertinentia.] con ditione sine cã: vt. ĩ. de cõdic. ex le. sine cã. vel. l. dissolutæ.

d ¶ Naturaliter.] & ciuiliter: quia solutiõe: vt insti. q mo. tol. ob. in prin.

e ¶ Rddi.] per condictionẽ sine cã, cũ debitor non fuit domin⁹: qa creditor soluit tabelliõi: vt hîc et. ĩ. de cõd. ex le. sine cau. vel. l. dissolute. & . ĩ. de sol. l. si. Si aũt debitor soluit: agit ad exhibendum, & rei vendicatiõe: vt hîc Itẽ nota hic vtroque iudicio simul agi. s. exhibitorio & restitutorio.

¶ DE RELIGIOSIS, & *sumptibus funerum.*

¶ *De rebus corporalibus, quæ uendicantur & diuiduntur: quia in bonis sunt, dixit: nunc de ijs quæ in bonis nõ sunt, & sic nec vendicantur. sed nec diuiduntur, sed alio iure defenduntur: vt per actionẽ in factum. & interdictũ de mortuo inferendo. & sic ponit de religiosis. Sed quia in monumẽtis faciendis & cadaueribus inferẽdis fiunt sumptus: ideo de his dicit. Et quia extrema lutus gaudia occupãt quã doque: sicut econtrà: ideo subijcit de aleæ lusu &c. de quo nihil dicit hic titulus. Et est sic. ĩ. titu. j. nam ibi nihil dicit de rebus creditis. quidam tamen habent unam legem Græcam pro ultima huius tituli, quæ tractat de ista materia.*

hibendum vel vendicatiõe vti potes †. Quod si pactus sit vt tibi restituantur: siquidem ei qui deposuit, successisti iure hæreditario: depositi actione vti non prohiberis. Si verò nec ciuili nec honorario iure ad te hæreditas eius pertinet: intelligis nullam te ex eius pacto, contra quem suplicas, actionem stricto iure habere: vtilis [a] autem tibi propter æquitatis rationẽ dabitur depositi actio. S. v. Cal. Maij. Heracliæ AA. Cons.

¶ *Naturaliter liberatus potest cõdicere instrumentum debiti. h. d. secundũ Bal. & est not. Vel sic debitori soluenti competit actio, ut instrumẽta debiti exhibeantur, & ei reddantur. hoc dicit. Salice.*

Idem AA. & CC. Faustino. LEX IX.

SI ex quocunque contractu apud præsidem prouinciæ iure debitum cui oportuerat te reddidisse probaueris, chirographa tua ex quibus iam nihil peti potest [b], & instrumenta ad eum contractũ pertinentia [c], tibi naturaliter [d] liberationem consecuto, exhiberi ac reddi [e] † iubebit. S. viij. Calen. Septemp. CC. Cons.

TITVLVS XLIII.

De religiosis, & sumptibus funerum, & aleæ lusu, & aleatoribus.

¶ *Corpus humanum sepultum in uno loco potest in alium locum transferri, subsistente iusta causa, & interueniente superioris authoritate h. d. Pau. de Cast.*

Imp. Antoninus A. Doritæ. LEX I.

SI vi fluminis reliquiæ filij tui continguntur, vel alia iusta & necessaria causa interuenit existimatione rectoris [f] ꝓuinciȩ trãsferre eas in alium locũ poteris. PP. viij. Calẽd. Nouẽbr. Antonino A. iiij. & Balbino Cons.

¶ *Locus in quo sepelitur corpus humanum de uolũtate domini, efficitur religiosus, & sic desinit esse in commercio, ut non poßit uendi nec obligari: quia in nullius bonis est. secus si contradicente domino, uel etiam ignorante. h. d. Paul. de Cast.*

Idem A. Hilariano. LEX II.

INuito vel ignorante te ab alio illatũ corpus in purã possessiõnẽ tuã vel lapidẽ, locũ religiosum facere non potest [g]. Sin autẽ volũtate tua mortuũ aliqs in locum tuũ intulerit: religiosus iste efficit Quo facto monumentũ [h] neque vænire, neq; obligari à quoquàm prohibẽte iuris religione posse [i], in dubiũ nõ venit. PP. Calẽ. Maij, Aquilino. ij. & Anulino Cons.

¶ *Legatarius non tantùm legatum, sed etiam id quod expendit in infirmitate & funere testatoris, potest repetere. Hoc dicit. Sali. Vel sic: Legatarius non prohibetur una cùm legato petere etiam impensas, quas fecit in personam defuncti, uel in eius sepulturam. h. d. Pau. de Cast.*

Imp. Alexander A. Rimo. LEX III.

LEgatum [k] à defuncto tibi relictum, & quod in funus [l] vel morbum [m] eius erogasse te boni viri arbitratu probaueris, præses prouinciæ solui tibi iubebit. PP. v. Noñ. Iul. Maximo ij. & Æliano Cons.

¶ *Locus religiosus uendicari non potest: quia nullus est dominus eius: & uendicatio non competit nisi domino. h. d. primò. Item in sepulchro familiari, quod quis fecit sibi & familiæ suæ, omnes hæredes etiam extranei habent ius sepeliẽdi: quia censentur de familia: nec per diuisionem bonorum ad unum tantùm potest deuenire. h. d. secundò. Item locus profanus licet sit iuxta locũ religiosum, non est religiosus. Et si est deputatus ad usum alterius loci, dicitur etiam pars uel portio loci illius: & pertinet ad illum, ad quem pertinet ipse locus, ad cuius usum est destinatus. h. d. tertiò, Pau. de Cast,*

Idem A. Luciano. LEX IIII.

SI sepulchrum [n] monumenti appellatione significas, scire debes iure dominij id nullum vendicare [o] posse. Sed si [p] familiare fuit, ius eius ad omnes hæredes pertinere, nec diuisione ad vtrum hæredem redigi potuisse. ¶ Profana tamẽ loca, quæ circa id sunt, si semper vicinis ædificijs vsui hominum destinatis cesserint: eius sunt, cui illa [q] quorum partes esse visæ sunt, ex diuisione obtigerũt. PP. vj. Noñ. Nouembr. Maximo ij. & Æliano Cons.

¶ *Voluntas defuncti debet obseruari, nec potest omitti citra conscientiam læsam. h. d. Bald. Vel sic: Ad construendum monumentum secundum uoluntatem defuncti cogũtur hæredes non iure actionis: quia non est cui competat: sed officio iudicis. h. d. Pau. de Cas.*

Idem A. Cassio militi. LEX V.

MIlitis voluntatẽ, quàm circa monumentum sibi faciẽdum testamento expressit, & pater & mater eius hæredes negligere non debent. Nam etsi delatio [r] hoc noĩe præteritis cõstitutionibus amota est: inuidiã [s] tamen & cõscientiã [t] circa omissum supremum eiusmodi officiũ, & cõtemptũ iudiciũ defuncti, euitare non possunt. PP. viij. Calend. Maij, Iuliano & Crispino Cons.

¶ *Scripturæ, quæ fiunt in lapide monumenti,*

f SIvi.] Rectoris prouinciæ. Si verò non esset iusta causa: exigeretur Augustus: vt. ĩ. eo. l. fi. Item hoc si erat datus perpetuæ sepulturæ, aliâs contrà. ĩ. eodem. l. si necdum. & eis translatis desinit prior locus esse religiosus: vt. ff. eodẽ. l. cùm in diuersis.

g INuito.] Non potest. vt instit. de rerum diuisione. §. religiosum. Accursius.

h ¶ Monumentum.] i. sepulchrum. impropriè enim accipitur: vt. ĩ. e. l. si sepulchrum. nam in monumento esset secus, cùm res esset profana: vt ĩ. eo. l. si locum.

i ¶ Posse.] inferẽdi ius tamen legatur: vt. ĩ. de le. l. monumenta.

k LEgatum.] hoc actione ex testamẽto.

l ¶ In funus.] hoc venit in funeraria actione.

m ¶ Vel morbum.] hoc actione nego. gest. vt ff. e. l. impensa. & . l. in eũ. & . s̄. de peti. hære. l. iiij. & de neg. ge. l. qđ in vxorẽ.

n SI sepulchrum.] Dicitur sepulchrum postquàm ibi aliqs sepultus est: antè verò dicitũ monumentũ: vt. ff. e. l. ij. §. sepulchrũ. & . §. monumentum. Dicitur & alia significatione monumẽtum res memoriæ causa in posterũ prodita: vt. ff. e. l. monumentũ. & . l. ij. §. monumẽtũ. & de rerum diuisio. intantum. §. fina.

Sepulchrũ & monumẽtũ differũt.

ADDITIO. Dic & alio modo, dicuntur monumẽta. i. fines & termini diuidentes duo prædia vicina: vt. s̄. finiũ reg. l. ij. qđ dic vt ibi in gl.

o ¶ Vendicare.] sed actione in factũ peti põt: vt. ff. de rei vẽd. l. in rẽ. §. loca. & . l. quæ religiosis.

p ¶ Sed etsi.] i. quãuis. nã multò magis est hoc in hæreditario. Azo. & quod sit familiare, & quod sit hæreditarium, dicitur. ff. e. l. familiaria. & . l. vel quæ.

q ¶ Cui illa.] s. obtigerũt ex diuisione, vt dicit ĩ. & est sic. ff. de lega. iij. l. prȩdijs. §. fi. & de cõtrahẽ. emp. l. in modicis. & . l. æde. §. j. Itẽ in fine legis videtur contra dictam. l. quȩ religiosis. sed ibi adhærent, hîc non sed sunt proxima.

r MIlitis.] Delatio i. accusatio vel actio: nã nõ possunt cogi aliqua actiõe, cùm soli sint hæredes: sed põtificali authoritate cõpelluntur: vt. ff. de peti. hæred. l hæreditas. §. j. & de annuis leg. l. quintus.

s ¶ Inuidiã.] i. blasmũ.

t ¶ Et conscientiam.]

scilicet malam.

a ¶ Monumentorum.] Verba sunt mihi & liberis meis Dic & libertis meis sine traditione dominiū sibi nō acquiritur.

b ¶ Inscriptiones.] s. sic conceptæ mihi liberis 10 que meis facio[a].Et bene dicit nō trāsferūt:quia nō ex vi donationis inter vivos:cū liberti neq; per epistolam vel nuncium huic donationi cōsenserunt.Itē nec ex vi vltimæ voluntatis:quia non affuerunt qnque vel septem testes.Vel secundò [b] dic inscriptiões 20 tales fuisse mihi hæredibusq; meis facio & secundū hanc non prosunt libertis,cū nō sint hæredes Vel dic à quodā extraneo sine voluntate domini facta sunt huiusmodi inscriptiones.& ad hoc.ff.eod.l. vel quæ[c]. Vel dic inscriptiones tales fuisse secun-30 dū quod dicitur de iure codicil.l.literæ.

e ¶ Vobis.] libertis.Sed contrà.ff.de mor.infer.l. longa.Solu.purus vel profanus locus circa monumētū præscribitur:vt hic religiosus non:vt ibi.Alij dicunt [d] ius inferendi possë præscribi,vthic, sed do 40 miniū sepulcri non: vt ibi.& j.de leg.l.monumēta.

Statuas.] Nota.ex hac.l.regulā q oīa cēsent permissa,quæ non reperiunt prohibita secundum Paul.

d ¶ Prohibita sunt.] sic.ff.si ser.ven.l.sicuti. §. 50 Aristo.Et argu.ff.qui. ex cau.ma.necnon.§. sed qd & .s.de iudæis.l.nullus.

Vs familiarium.] ¶ Not. q appellatione familiæ non continentur cognati, q sunt coniuncti per fœminas nec etiam affines.h.d.Paul.de Cast.

e ¶ Ius familiarium.] 60 quod sit pro se & familia dicitur familiare.

f ¶ Ad fines.] Excipe generū & nurū,cū familiæ appellatione contineātur,vt.j.de verb.sig.l.fin. Itē dic qui sunt affines: vt ff.de gradibus.l.nonfacile §.affines.

g ¶ Cognatos.] Secus 70 in agnatis quia continētur familiæ appellatione: vt.j.eo.l.ius sepulchri.quę est contrà.& institu.de legi.agna.tu.§. sunt autem. &.ff.de ver. sig.pronunciatio. §.communi.&.ff. de adop.l.qui in adoptionē.hodie tamen idē videtur in cognatis:vt in aut. 80 de hære.ab intest.§.nullā. colla.ix.

h Ocum.] Manifestū est vt &.s. eo.si sepulchrum.& instit.de emp.et vē.§.si.&.ff.e.l.vel q.§.si.

i ¶ Inecdum.] Traditū est.vt.ff.de sepult.

a Ista prima positio non placet scribentibus hic.

b Ista est vera. Pau.

c Diuinat Pau.

d Placet scribenti bus hic.

† Constitutos &c.

Sepulchrū familiare quod dicatur.

† Hic omnino videas quæ notaui in cle.j.de homi.in si. magnæ additionis & q.pe.Raué. quæ ponitur in calce alphabeti aurei.

non faciunt fidem.h.d.secundum unum intellectum.Bal.uel sic:Hoc dicit secundum lectu.secūdam,quæ est uera.In monumento hæreditario, quod quis fecit pro se & hæredibus suis liber ti non habent ius sepeliendi,si non sunt hæredes nisi longo tempore præscripserint.Pau.de Cast.

I dē A.Primitiuo & alijs. LEX VI.

Monumentorū [a] inscriptiones [b] neque sepulchrorum iura neque dominiū loci puri ad libertos transferēt.Præscriptio autem longi temporis,si iustam causam initio habuit, vobis [c] proficiet.PP.viij. Calend.Iul.Iuliano & Crispino Cons.

¶ *In re sua vnusquisque potest ædificare prout uult:dummodo non apparet quòd sit prohibitum.h.d.secūdum Bal.Vel sic Ornare sepulchrū non est prohibitum.h.d.Sali.*

I mpe.Gordianus A.Claudio. LEX VII.

Statuas sepulchro superimponere,vel monumento,quod à te extructū pfiteris ornamenta q putas, superaddere non prohiberis:cū iure suo eorum,quæ minus prohibita sunt[d],vnicuique facultas libera non denegetur.PP.iij. Cal.Augu.Gordiano A.ij. & Pōpeiano Cons.

¶ *Sepulchrum familiare non transit ad cognatos non hæredes institutos.h.d.Sali.*

I mp.Philippus A.Iuliæ. LEX VIII.

Vs familiarium [e] sepulchrorū ad affines [f] ,seu proximos cognatos [g] nō hæredes institutos minime pertinet.PP.xvj. Calen. Iul.Peregrino & Æmyliano Cō.

¶ *Locus religiosus scienter uendi non potest: sed cohærentem loco religioso quis uendere potest.h.d.Sali.*

I dē A.& Philiphus C.Faustinæ. LEX IX.

Locum quidem religiosum distrahi non posse manifestum est[h] ,verū agrū purū monumento cohærentem profani iuris esse ideoque efficaciter venundari, nō est opinionis incertæ.PP.vj. Calend.Decemb.Philippo A.& Titiano Cons.

¶ *Corpus depositum sine licentia,potest alio exportari.h.d. Sali.*

I mpp.Diocle.& Maximian AA.& CC.Aquilinæ. LEX X.

Inecdum perpetuæ sepulturę corpus traditum [i] est:translationé eius facere nō prohiberis [k] PP.viij.Id.Febr.Diocletiano.iiij. & Maximiano.iij.AA.Cons.

¶ *Reus criminis non prohibetur sepeliri. hoc dicit.Sali.*

I dē AA.& CC.Gaudentio. LEX XI.

Obnoxios criminum digno supplicio subiectos sepulturæ tradi non † vetamus [l] .PP. viij.Id. April.ipsis.iiij.&.iij. AA. Cons.

¶ *Mortuorum corpora non debent in ciuitati bus sepeliri.hoc dicit Sali.*

I dē AA.& CC.Victorino. LEX XII.

Mortuorū reliquias, ne sanctū [m] municipiorū ius polluatur [n] ,intra ciuitaté cōdi, iāpridem vetitū est [o] .PP.iij.Cal.Octo. ipsis iiij.& iij. AA.Cons.

¶ *Ista lex dixit idē quod dixi in.l.si sepulchrū, quòd hæredes etiam extranei habent ius sepeliendi,tam in sepulchro familiari, quia censentur de familia:quàm in hæreditario , quia sunt hæredes.sed in familiari non habent ius sepeliēdi,nisi sint de familia,id est de agnatione : & etiam hæredes extranei,licet non sint de familia. hoc dicit.Pau.de Cast.*

I dē AA.& CC.Dionysio. LEX XIII.

Ius sepulchri tàm familiaris quàm hæreditarij ad extraneos etiā hæredes [p] :familiaris [q] autē ad familiā [r] ,etiā si nullus ex ea hæres sit,nō etiā ad aliū quēquā, qui nō est hæres, ptinere potest. S.iij.Id. Nouemb.Sirmij.CC.Cons.

I mppp.Valentin.Theod.& Arcad.AAA. Cynegio præfect.præto. LEX XIIII.

Nemo humanū corpus [s] ad aliū locū sine Augusti [t] affatibus trāsferat.D.iij. Cal.Mart. Constantinopo. Honorio nobili puero & Euodio Cons.

¶ *Alearum usus est prohibitus: & qui perdit, potest repetere.hoc dicit.Sali.*

I mperator Iustinianus A.Ioanni præfecto prætorio, LEX XV.

† Alearum ⁎ vsus antiqua res est,& extra operas pugnatoribus concessa. Verùm pro tēpore prodijt in lachrymas,multa millia extranearū nationū suscipiēs. Quidā enim nec ludentes,nec ludum sciētes,sed numeratione † tātùm,proprias substātias perdiderunt,die noctuq; ludendo argēto, apparatu,lapidibus,& auro.Cōsequēter autē ex hac inordinatione blasphemare,id est Deo maledicere conātur:& instrumenta conficiunt. ¶ Cōmodis igitur subiectorum prospiciētes,hac generali lege decernimus, vt nulli liceat in publicis vel priuatis domibus,vel locis ludere,neq; inspicere:& si cōtrà factū fuerit:nulla sequatur cōdemnatio,sed solutū reddatur,& actionibus cōpetentibus repetatur ab ijs, qui dederūt,aut eorū hæredibus: aut his negligētibus, & eorū procuratoribus, vel patribus seu defensorib⁹, repetat fiscus nō obstāte nisi quinquaginta annorum præscriptione:episcopis locorū hoc prouidētibus, & præsidū auxilio vtētibus ¶ Deinde verò ordinēt quinque ludos,corycoueloń[v] †,comodiauliō[x] , basilinda[y] , catapon[z] ,ρέτειν λυέρατα ¶ Sed nemini permittimus etiā in his ludere vltra vnū solidum,etiā si multùm diues sit:vt si quē vinci cōtigerit,casum graué nō sustineat. Non enim bella solùmodo bene ordinamus,sed & res ludicras ¶ Sed istam interminátes pœnā transgressoribus ⁎ potestaté dando episcopis hoc inquirendi, & præsidum auxilio sedādi,prohibemus etiā ne sint equi lignei.Et si quis ex hac occasiōe vincatur hoc ipse recuperet:domibus eorū publicatis vbi hæc reperiuntur.

de vita

vio.l.iij.§.non perpetuæ. aliàs secus:vt.s.eo.l.j.&.j. eodem.l.fina.

k ¶ Non prohiberis.] vt &.ff.eo.l.si quis enim eo animo. & de cada.pu.l.j.et.ij.& si.Acc.

l Bnoxios.] Non vetamus. imò ho- 10 die petitio est necessaria: si vel incertū locū relegatus est, vel capitaliter damnatus:vt.ff.de cadaue.pu.l.j.et.iij.

m Ortuorum.] Sanctū. vt instit. de rerum diui.l.sanctę.

n ¶ Ius polluatur.] Videtur ergo q reliquiæ 20 pollutæ sunt,quod dici potest. Vel dic q plerūq; euenit,vt res non polluta per se, alij iuncta polluat aliam , vt æs auro. sic & hic.

o ¶ Vetitum est.] vt &.ff.de sepul.viol.l.prætor.§.diuus.

p 30 Vs sepulchri.] Hæredes.s.pertinet.

q ¶ Familiaris.] i.sepulchri ius.

r ¶ Ad familiam.] agnatorum non cognatorum: vt.s.eo.l.ius. & facit ff.eo.l.vel quæ.in prin.& de suis & legiti. hære.l.j. §.interdum.

s 40 Emo.] Corp' perpetuæ sepulturæ traditum:aliàs con trà.s.eo.l.si necdum.

t ¶ Sine Augusti.] i.papæ.arg ff.de mor.infe.l.si.&.ff.eo.l.ossa.

v Learum vsus.] Comonouolō.Ludus vbi lapis in longum 50 proijcitur.

x ¶ Comodaulomo.] Ludus vbi lapis vel palus in breue spatium proijcitur.

y ¶ Regindalia.] Ludus vbi equites currēdo in certā rem proijciunt.

z ¶ Et reypusara.] vbi pōdus dētibus eleuatur.

60 ADDITIO.

Circa materia hui⁹ cōstitutionis vide gl.in verbo, ad aleas.in.c.clerici.extra

Aurum polluitur ab ære.

† In vero.ffis codic notatur q cam hic cōstitutione deesse.

† Ludus.

† Nomina tionem. Comono. uolon.co. modaulo. molo.regi dalia.rey. pulara.

† Vide in hac.l.Ioan. Baptistam Pium annotationū post eriora.c. lxxij.& Andreā Alciatum lib.prætermissorū.j.in dictione , ludum aleæ. Nam Alciatū hic sequimur.

† Impone do potestate &c.

de vita & hone.cle. et gl.xxxv. dist.c.j. & Abb. in dicto.c.clerici in vltima co lum.vbi determinat quinque quæstiones:quarum prima est anne posset repe ti quod in laudo perditum est.Secunda,an valeat consuetudo in contrariũ[a]. Tertia,an ex mutuo facto in ludo oriatur actio.Quarta, an valeat transactio ibi facta.Quinta,de qua solùm remittit:an vendens rem in ludo teneatur de euictione.

¶ Sin autem noluerit accipere is qui dedit:procurator noster hæc inquirat, & in opus publicum conuertat. ¶ Similiter prouideant iudices, vt à blasphemijs & periurijs (quæ eorum inhibitionibus debent comprimi) [ð] omnes penitus conquiescant.

¶ INCIPIT LIBER QVARTVS de rebus creditis, & iureiurando. ¶ De actionibus in rem di xit. De personalib[9] b sequitur. Et primò de ijs, quæ ex contracti bus c de quibus totus hic liber tractabit. Et caue tibi, quia in hoc titulo non d tractat de hoc scilicet de re bus creditis, sed tan tũ de iureiurando. sic & ff. quod cum eo. nã non tractatur ibi de ijs de quibus dicit rubrica: sed in seque ti libro scilicet in libro de peculio sic. & .de tit. primo. Item verbum crediti, & verbum rei generalia sunt: vt. ff. eodẽ. l. j. Si quæras quare dixit de creditis rebus & non de rebus debitis Respon. unum dicen do, & maximè dignius: alterum dixisse uidetur. Vel uerius e quia tractat quo ad creditores qualiter agant uendi cant f nõ de exceptio ne reorum: quia ergo tam in realibus, quã in personalibus inops pia probationum decurritur ad iusiurandum: ideo de hoc meritò interserit. Accursius flo.

Codicis domini Iustiniani Sacratissimi Principis ex repetita prælectione.

LIBER QVARTVS.



TITVLVS PRIMVS.

De rebus creditis, & iureiu.

¶ Causa iuramento recisa non retractatur prætextu periurij, nisi in casibus in l. expreßis. h. d. Bald.

Im.An.A.Herculiano. L. I.

Causa iureiurando ex cõsensu vtriusq; partis [a], vel aduersario inferẽte [b], delato & præstito, vel remisso [c], decisa, nec periurij prætextu retractari potest [d], nisi [e] specialiter hoc lege excipiatur. PP. xv. Calend. Iul. Antonino A. iiij. & Balbino Cons.

¶ Periurus à Deo solo punitur: nec tenetur crimine læsæ maiestatis. Hoc dicit. Bal.

Imp.Alexander A.Felici. LEX II.

Iurisiurandi contempta religio satis Deum vltorem [f] habet. ¶ Periculum autem corporis, vel maiestatis crimen [g], secundũ constituta diuorum parentum meorum, & si [h] per principis venerationem † quodã calore fuerit peieratum, inferri nõ placet [i]. PP. vj. Calend. April. Maximo. ij. & Æliano Cons.

¶ Inopia probationum emergente, debet deferri per iudicem iuramentum causæ decisiuum. Bald. Vel sic: Omnem litem cum causæ cognitione potest iudex iureiurando decidere. Vel sic: Vbi semiplenè tantum est probatum: potest deferri causa cognita sacramentum necessarium. hoc dicit. Sali.

Impp.Dioclet.et Maximian. AA. & CC. Seueræ. LEX III.

In bonæ fidei contractibus [k], necnon etiam in ✱ cæteris causis [l], inopia [m] probationum †, per iudicem [n] iureiurando causa cognita res decidi [o] oportet. PP. x. Calend. Septembr. Maximo ij. & Aquilino Cons.

Causa.] CASVS. Dicebam te mihi teneri in decẽ: ea denegasti: de tuli tibi iusiurandũ extra iudiciũ: vel tu mihi de tulisti iudice approbante: vel. iudex detulit: iurasti te mihi tene ri. an si postea apareat me deierasse debeat iusiurandũ retractari, q̃ritur? dicitur quòd non nisi hoc lege fuerit expressum.

60 a ¶ Vtriusque partis.] quo solo casu nascitur actio ex iurãdo. Sed qñ iudex infert parti: vel pars parti in iudicio cũ sit nascitura actio ex sentẽtia vt j. eo. actori. non nascitur ex iuramento secũdũ P. sed Io. dixit[g] tunc duas dari in factũ & ad idem & cõtra eundẽ: nec mirũ: quia ex cõfessiõe dat vna, & ex sententia postea datur alia secundũ B. Itẽ & alias inuenio duas dari, eidem & in eundem & ad eandem rem vbi tamen vnam intentari sufficit: vt. ff. de ac. emp. l. non est nouũ. & de fideiuss. si reus. sic econtrà in eo qui debet: vt. ff. de duo. re. l. si reus. & de fideiuss. l. generaliter. §. j.

b ¶ Inferente.] vel referẽte: nã qui refert, infert. Et dic, scilicet in iudicio vt differat à præcedenti, & comprehendit hîc iudiciale & necessarium: sed ne, 70 cessarium [h] defert iudex.

c ¶ Vel remisso.] tunc enim habetur pro iurato [i]. ff. eodem. l. non erit. §. fin. & l. remittit.

d ¶ Potest.] No. non quæri de periurio. sic. j. l. proxi. & ff. de in lit. iurã. l. si. & ff. de dolo. l. quod si deferente. & ff. de except. aduersus.

e ¶ Nisi specialiter.] quod amissum allegatur [k] & probatur & c. Hæc au tem exceptio non fit à iuramento voluntario: quia illud nunquam retractatur: vt. ff. eo. l. admonendi. in fin. Sed à iudiciali, quod in casu vno retractatur vt. j. eo. l. fin. [m] Item necessarium in alio casu: vt. ff. eodem. l. admonendi [n]. Item in alio: vt. j. de pœna iudi. aut. nouo iure [o]. Sed ibi defertur à lege non à iu- 80 dice vel à partibus. Item nec fuit ibi delatum in eo, in quo litigium erat. Sed in voluntario videtur excipi: vt. j. de repu. aut. hodie. sed dic ibi similiter spe ciale, vel ibi nemo detulit. Item & . s. de transactio. l. si ex falsis [p]. & . j. de dig. l. quoties. lib. xij. & . ff. de cri. stel. l. de periurio [q]. quibus legibus retractantur iu ramenta voluntaria. Sed dic ibi iuratum fuit super vallãdo contractu: hîc su per lite dirimenda: vt fit loco probationis. præterea. in. l. illa, si ex falsis, venit contra duo, scilicet contra iuramentum & contra pactum: hîc solùm deierat. vel ibi non retractatur prætextu periurij, sed falsitatis, & sic non est contrà. Item not. quòd iusiurandum aliud volũtarium, aliud iudiciale, aliud necessarium. voluntarium extra iudicium defertur: et sic dicitur quòd sponte suscipitur et refertur et recusatur: vt. ff. e. l. iusiurandum quod ex conuentione. in principio. Iudiciale defertur in iudicio parte à parti & iudice approbante et confortante. & hoc potest recusari & referri: vt. j. eo. l. delata. et. l. generaliter. §. finautem is qui. olim verò non poterat recusari: vt. ff. eodem. l. manifestè. vel expone 10 eam vt ibi dixi. Necessarium [r] defert iudex et ne cessitatem imponit. arg. ff. de in litem iuran. l. fin. nec recusatur nisi iusta causa: vt infrà eo. generaliter. §. fin autem is cui.

ADDITIO. Vide similem gl. in. §. itẽ si quis postulãte. in verbo, 20 quæritur. insti. de actio. & ampliorem in. c. fin. in prin. extra de iureiur.

Iurisiurandi.] CASVS. Quam pœnam pati debeat deierans, quæritur? Dicitur quòd satis deũ habet vltorẽ. nec em̃ si per principem esset iuratũ quo- 30 dam calore & c. nec deieranti corporalis pœna est infligenda.

f ¶ Vltorem.] q. d. nõ retractatur hoc seculo: et sic sunt eadem contraria quæ sunt superiori. l. & solue hîc et vt ibi. Posset etiam intelligi hæc lex qñ quis iuraret non come- 40 dere carnes: vt tunc solum deum habebat vltorem. secus si suum iuramentum prauum alij no ceat vt in cõtrarijs, & sic nil esset contrà. Item videtur contrà. s. de sum. tri. l. j. in fi. Sol.[s] hîc contemnit religionem deierando: ibi violando ali- 50 ter fidem catholicam.

g ¶ Crimen.] i. periculum maiestatis. i. criminis læsæ maiestatis.

ADDITIO. Facit tex. singu. secundum Ludo. de Ro. in. l. iiij. ff. ad legem Iuliam maie.

h ¶ Et si.] id est quamuis.

i ¶ Non placet.] imò videtur in corpore puniri: vt. ff. eo. l. si duo. in fine. Sol.[t] hîc per calorem: ibi non: argu. infrà ad legem Iul. maiest. l. alienam. & . ff. de regu. iur. l. quicquid calore. Vel ibi contra duo venit, scilicet pactum & iu- 60 ramentum: hîc contra iuramentum tantum. Vel tertio hîc non patitur pœnam corporis vel pœnam læsæ maiestatis, sed certè nec ibi, sed quandam minorem. Item contrarium huic fini & principio est. s. de transact. l. si quis maior. in fi. Sol. hîc de alio iuramento dicit.

In bonæ fidei.] CASVS. Dicebam te mihi teneri in decem ex causa venditionis: sed plenè probare non potui: quia non habebam nisi vnicum testem, tu negabas propter probationem inopiam iureiurando delato à parte parti iudice approbante, vel iudice referente poterit decidi causa. & ista sunt vera non solùm in contractibus bonæ fidei, sed stricti iuris. & in ijs, quæ ex maleficio descendunt.

70 k ¶ In bonæ fidei contractibus.] qui numerantur institu. de actio. §. actionum.

l ¶ Causis.] non repetit contractibus. nam & non solùm comprehendit contractus stricti iuris, sed etiam delicta & quasi delicta. nam super omnibus potest iurari [v]: vt hîc, & . ff. eodem. l. tertia. §. primo. & . ff. rerum amota. l. Marcellus. §. primo.

m ¶ Inopia.] scilicet emergente.

n ¶ Per iudicem.] deferentem iusiurandum, vel à parte parti delatum approbatum. & sic de vtroque hîc dicit.

o ¶ Decidi oportet.] id est causa definiri potest secundum eum qui iura- 80 uit: vt. ff. eodem. l. admonendi. Et nota. si actor plenè probat, vincit. sed si nul lo modo absoluitur reus, licet non iuret: vt suprà de edend. l. qui accusare. & de iudi. l. properandum. §. primo. & . j. de probatio. l. secunda. nisi in casibus [x] in quibus iex defert reo iuramentum ad purgationem sui: vt suprà de ijs qui ad ecclesiam confu. l. finali. §. sicubi. & infrà de fide instrumento. l. finali. & de iure deliberandi. l. finali. §. licentia danda. & in authenti. de fide instrumen. §. si tamen. collatio. vj. & . ff. de edend. l. prætor. §. sed si inscio. Si autem actor semiplenè probauit per scripturam domesticam, puta vt infrà de

a De illa vide Cur. in. c. fi. de consue. col. xij. ver. sic. & post pre dictum tenet q̃ sic.
b Et de alijs quæ ad exẽplũ causarũ ponũtur. Sal.
c Quia sũt digniores. Azo. Bal. & Sali.
ð Punitur. d Imò Bal. & Sali.
e Approbatur la. But. Cy. Azo. B. B. & Sal. hîc & Ia. & Pan. in rub. ff. eo.
f Gl. impropriè loquitur nisi se referret ad titu. de iure emphythe otico. lodo cus lauuerẽ nis. Creditũ & res verba sunt generalia.
g Approbatur secũdũ Ia. But. Cy. Azo. B. B. & Ang. hîc & Sali. in. l. actore. j. e.
h Idem Ia. But. & Sal.
i Approbatur secũdũ prædi.
k Nota ex ista gl. q allegat causam fallentialẽ, eũ de betprobare secũdũ Io. do.
l Ista est de mẽte omnium.
m Ibi est speciale fauore vltimæ voluntatis. Bal.
n Ibi est spe ciale in iura mento necessario, ꝓpter instrumẽta de no uo reperta. Bal.
o Dic q̃ ibi erat iura mẽtum pur gatiõis. & iste est ver[o] intellectus illius auth. Ang.
p Dic quòd hîc loquitur in iuramen to litis deci siuo: ibi verò non erat iuratum ad decisionem litis: sed ad obseruatio nem cõtra- ctus inuali- di. vnde si non valet principale
q Dic q̃ ibi non fuit de latum iuramentũ sed vltro præstitum: & sic non fuit litis decisiuum. hîc verò sic. Bal.
r Approbatur secũdũ Sal. Ang. & Pau.
† Et sic potest iurari per creaturam. & cõ cor. c. & sic Christus cũ gl. super verbo, creaturam. extra eo. titu.
✱ Alijs.
† Concor. c. ij. circa fi. extra de ꝓba. cũ gl. j.
s Approbatur secũdũ Barto. But. Ang. & Bal.
t Ista solu. est bona secũdũ Bald. & Sal.
u Quãdo agitur ciuiliter: sed nõ quãdo criminaliter. B. B. Butr. Ang. Albe. & odofre. hic.
x Approbatur per ꝓ dic. scribẽ. Iuramentũ reo deferi in multis casibus.

probatio.l.instrumenta.velper cōparationem literarum,per quam qualisqua lis colligitur fides:vt in authen.de fide instrumen.§.si verò moriātur omnes &.§.si verò nullus.colla.vj. Vel per fugam rei,qui debuit finito officio respō dere per se,vel per procuratorem ibi vbi gessit officium:vt in authen.de col la.§.super hoc.&.§.si quisautem.coll.ix.Vel per vnū testem,quem dico semi plenè probare [a].argumē ff.l. quemadmodum test. aper.l.j.§.finali.& de dote prælega.l. Theopompus. 10 &.ff.eo.l.si duo.in si.j.re spon. &.j̄ ad leg. Cor. de fal.l.si quis decurio. &.ff. de re milita.l.non omnes. §. à barbaris.Item si duo faciunt plenam probatio- nem,ergo vnus semiplenā nec ob.ff.de quæst.l.mari tus [b].ibi enim non prohi- buit quæstionem haberi: 20 quia non pręcederent in dicia,sed quia in caput do mini non debuit torqueri vt.j̄.de quæstio.l.j.In præ dictis dico casibus deferē iuramentum per legē istā sed non aperit cui,sed po- nit in causæ cognitione. debet ergo iudex inspice re an sciat veritatem, an 30 nō qui vult iurare,vt eū qui nesciat iurare non fa- ciat:vt.ff.eo.l. iusiurandū & ad pecu.ij.respon.&.ff. rerum amot.l.Marcellus. §.qui rerum.&.j̄.de indi. vidu.l.ij.Sed quid si non interfuit facto. sed dicat, scio veritatem per famam nec tūc ei deferat:vt dicta 40 l.de ind.vidui.licet q̄dā cōtra q̄d si vterq; dicat, scio veritatē? Respon. de- feram actori secundum H.qui induxit pro se semi plenam probationem.Alij vt Azo deferunt reo si est æqualis honestatis vt a- ctor.& est pro eis.ff.admo nēdi.j̄ eodem.l.cū etiā [d]. 50 Item quia contingeret absurdum. nam cùm in- troduxisset actor vnum testem: vt tunc detur ei iuramentum, ergo ipse tenet vicem al- terius testis: sicque in re sua testificaretur, quod esse non debet:vt infrà de testi.l.omnibus.item inspiciat personam actoris & rei .secundum Azo. si sit aliàs honesta vel non.item personam testis inducti.argumentum.ff.de test.l. iij. ibi, tu magis &c. & in authentica.de testi. §. j. coll. vij. item an modica sit causa an magna [e].& sic pro qualitate personarum actoris vel rei & testiū deferam sacramentum huic vel alij vel nulli:in casibus tamen actori tantùm 60 defertur in odium rei:vt.j̄.vnde.vj.l.si quādo.&.s̄.de iudi.l.properādum.§. j.&.§.sin autem alterutra.

Testis vnus semiplenè probat.
a Idē but. Cy. bar. b. Ang. Salic. & Albe.
b Dic q̄ ibi actor ignorabat veritatem: quia agebatur de facto alieno: ideo nō deferebatur iuramentū bal & Sal.
* Iure.
Iste text. est sing. secūdū Lud. de ro.sing. ccccl xvj. secūdū lecturam vl. gl. ad hoc q̄ arbiter inci dēter potest cognoscere de causa status.
c Idē bald. Ia.but. Cy. Ang. & Sa. hîc, & bar. Pau. & Ia. ī l. admonendi.ff.e.

Pupillus tutori iuramentum deferre non potest.Bal.

Idem AA.& CC.Maximæ. LEX IIII.

SI ad excludēdam tutelæ actionem pupillus iusiurandum tutori detulerit [a],posteà eandem litem exercere non prohibetur [b]. PP.Calē.Iul.ipsis.iiij.&.iij. AA. Cons.

*Relictum à tutore,videtur relictum à pupillo: & si dubitatur de eo, potest tutori deferri iuramentum.*Bal.Vel *sic:Relicta à tutoribus intelliguntur relicta à pupillis,& ubi aduersarius fatetur, ad sacramentum non recurritur.*Et *tutor iurat in causa pupillo mota. hoc dicit. Sali.*

Idem AA & CC.Iuliano. LEX V.

CVm etiam à pupillorum tutoribus,velut ab ipsis pupillis relicta [c] fideicommissa videantur [d]: super fideicommissis preces prouinciæ cognoscet.& si id tibi relictum esse constiterit: reddi tibi efficiet,idem [e]si inficietur [f] ad iusiurandum (vt desyderas) tutorem * adiget [g].PP.iiij.Cal.De cembr.ipsis.iiij.&.iij.AA. Cons.

*Declaratum ab arbitro cuius declaratio iuri consonat est exequendum siue sequendum à iudice.h.d.secundum primam lectu.*Bal. Vel *sic Super causa status potest iusiurandum deferri. Salice.*

Idē AA.& CC.Bessio. LEX VI.

CVm proponas † partibus placuisse iurisiurandi religione [h] generis & ingenuitatis quæstionem decidi [i]: præses prouinciæ iuxta decretum arbitri ad voluntatis vestræ placitum amitæ tuæ filijs consulet [k]. PP. quinto Id. Februar. Tyberiano & Dione Cons.

Filius non potest deferre sacramentum in causam patris,nisi habeat mandatum,uel pater ratificet. hoc dicit. & idem in alia quacunque persona coniuncta. Bald. Vel *sic: Iuramentum uel delatio unius non præiudicat alteri ratum non habenti.hoc dicit.Sali.*

Idem AA.& CC.Eutychianæ. L. VII.

NEc filius, nec quisquam alius [l], nec litigando [m], nec paciscendo,sed neque iusiurandū citra [n] voluntatem dominæ rei deferendo,præiudicium ei facere potest.Vnde si * citra mādatum tuum aliquid [o] erga rem tuam filius tuus gessit,nec hoc ratum habuisti:nihil tibi oberit S.Idib.Nouemb.AA.& Cons.

Ex iuramento nascitur actio in factum ad instar iudicati.hoc dicit.Bal.& Sali.

Idē AA.& CC.Alexādro. LEX VIII.

ACtori,delato [p] vel relato iureiurando, si iurauerit, vel ei remissum [q] sit sacramentum:ad similitudin iudicati in factum [r] actio competit.S.xij.Calen.Maij. CC.Cons.

*Reus cui iuramentum defertur, tenetur iurare,aut deferre,uel soluere.h.d.*Bal.Vel *sic: Defe=*

SI ad excludendam.] CASVS. A tutore pupillus petijt fundum :detulit sibi iusiurandum : qui iurauit se non debere : & periurus est. an non obstante quòd iurauit se non debere,possit pupillus iteratò litem exercere, quæritur?Respōdeo .quòd sic vel dic quòd deferente pupillo tutor iurauit se non teneri ex ea administratione : quod verius est.

a Detulerit.] aliàs dederit.

b Non prohibetur.] non ratione periurij:vt.s̄.eodem.l.prima. sed 70 quia detulit sine authoritate tutoris non enim potest dici quòd tutor qui iurauit:in hoc ei authoretur in re sua:vt.ff.de authoritate tuto. & curato. lege prima.[f] & dicas hîc quæ dicuntur.ff.eodem.iusiurandum quod ex conuentione.§.j. ADDITIO Dic quòd in omni iuramento requiritur veritas intentionis,iudicium discretionis,& iustitiæ impletio.in authen. quod eis j̄. de nuptijs.Bal.

CVm etiam .] CASVS. Testamentum fecisti, filium tuum impuberem instituisti, ei tutorem dedisti , fideicommissum mihi reliquisti :ex cuius substantia fideicommissum solui debeat:an tutoris . an pupilli : quæritur ? Dicitur quòd licet ea quæ à pupillo relicta 80 sunt videantur à tutore relicta : tamen ex substantia pupilli sunt soluenda. & de hoc præses cognoscet,& si constiterit aliquid mihi fuisse relictum: præses compellet tutorem ad iurandum , aliqua præsumptione pro me faciente.

c Relicta.] à patre.

d Videantur.] & sic de bonis pupilli soluentur [g]:vt hîc,&. ff.de leg.ij. peto.§.mater.& de leg.iij.l.fi.&.j̄.de fideicōmis.l.etiam.& ff.de fideicommis. lib.l.Thais.§.ij.

d Dic q̄ ibi loquitur in iuramento iudiciali:iō nihil facit pro opinione actoris. Sal.
e Et quæ causa sit magna vel parua. dic hoc attendi ex qualitate p sonarum,& regiōis more. Alber.& idē Ange.
f Ista lectura est bona sed modicū dubitatiōis iō dic quòd fuit finita tutela. Sa.
g Concor. Sali.

e Idem.] scilicet præses.

f Si inficietur.] id est si negat fideicommissum esse relictum aliqua pręsumptione pro te faciente,secundum quosdam. ADDITIO. Quotuplex sit præsumptio,vide glos.in.c.is cui.de spon.& in.l.fi.ff.quod met.cau. et cum ista gloss.concordant Bal.& Sali.

g Adiget.] id est cōpellet. non tamen vt anceps periurium [h] subire cogatur. argu.ff. eodem. 10 l.iusiurandum. & ad pecunias. ij . respon. Sed in iuramento in litem, est secus,vbi etiā sciens non compellitur iurare:vt.ff. de in litem iuran. videamus. in princi. Quid autem si expressè voluit tutorem dare de suo pupillo vel extraneo? Re- 20 spon.nō valeti, nisi aliquid fuerit ei relictum. argu.ff.de fideicommiss. lib.l. Thais. §.secūdo. & facit.j̄. de fideicommis.l. fina.&.l.ab eo.

CVm p̄ponas.] CASVS. Cū de successione cuiusdam amitæ quæreretur, scili- 30 cet an ei possint filij succedere, quæstio status & generis ab agnatis moue batur : detulerunt extra ius filijs iuramentum. & iurauerunt. volebant agnati retractare iusiurandum, quasi quòd talis quæstio per iuramentum decidi non potuis- 40 set:fuit de hoc inter eos compromissum , scilicet an talis delatio teneret:pronunciauit arbiter quòd tenuit. adhuc nolebant agnati seruare sententiam : dicitur quòd præses prouinciæ seruari iubebit . duobus alijs modis potest intelligi, 50 prout dicit in glos.

h Religione.] extra ius.

h Id est nō cōpellit iurare debere de qua nō habet notitiā. Iodo. lauuerenis.
i Idē bald. & Salic.
* Contra.

i Decidi.]& decisa fuit.

k Consulet.] iubet iusiurandum seruari.primò enim fuit præstitum, & cùm diceretur quòd non posset talis quæstio iuramento decidi, fuit de hoc compromissum:an tenuit talis decisio?& dixit arbiter quòd sic.& adhuc nō seruabatur.præcipiet ergo præses quòd seruetur. Vel dic arbitri, id est ordinarij iudicis.sic suprà de postu.l.quisquis.& hoc dico ne sit contrà.ff.de arbi. l.non distinguemus.§.de liberali.&.s̄.de peda.iudi.l.secunda.in fine. Vel dic 60 quòd principaliter de hæreditate agebatur coram arbitro,& incidenter de statu.argu.s̄.de iudi.l.quoties.

NEc filius.] CASVS. An filius debitori patris iuramentū deferens ei possit præiudicare,quæritur?Dicitur quòd non:neque litigādo, neque paciscendo nisi pater quod gestum erat ratum habeat.

l Alius.] nisi de hoc haberet mandatum.

m Litigando.] id est succumbendo.

n Contra.] id est præter. sic.ff.de pactis.l.pacisci.& ad Trebellianum. si cui.§.si autem à me.& de furt. qui vas.§. vetare. &.ff.de seruit.vrba.prædi.l.inuitum.

70 o Aliquid.] deferendo forsitan iusiurandum debitori [k]. Et sic nota non præiudicari alij per alium:vt hîc,& argu.ff.de pecu.deposui.§.primo.& ff.eodem.l.quanto magis.et.l.sequen.et.l.iusiurandum quod ex conuentione.§.fina.&.l.tutor.in prin.&.s̄.de pact.filius.&.l.seruus. &.ff.de solu. filiusfamiliâs.&.s̄.de procu.l.maritus.

ACtori delato.] CASVS. Dicebam te mihi teneri ad decem, negasti,detulisti mihi iuramentum,vel detuli tibi iusiurandum, & tu mihi retulisti,vel cùm paratus essem iurare mihi remisisti ad similitudinem iudicati:dabitur mihi actio in factum ex iureiurando.

p Actori delato.] à reo extra iudicium non à iudice, secundum P. 80 ne duæ nascantur in factum actiones. Nos contra [l] vt dixi suprà eodem. l.prima.Accursius.

q Remissum sit.] quod fuit susceptum mox [m] quàm fuit delatum : vt ff.eodem.l.non erit.§.fina.&.l.remitti.& ad hoc.ff.quib.mod.pig. vel hypo. solui.item.§.primo.

r In factum.] scilicet si informiter iurauerit non referendo se ad aliquam speciem causæ, sed si super aliquo facto nominatim iuratum est: veluti se vendidisse : sicut venditi si vendidisset, actio competeret : sic & nunc vtilis

k Approbatur secūdū bal.Ang & Salice.
l Idē bar. but. Ange. bal.& Cy. in.l.j.s̄.eo.
m Vide gl. in.ca.quia propter.extrà de ele.& in.c.fin qualibet. xij.q.ij. Iuramentū actoris quā actioné pariat.

nunc vtilis actio datur venditi:vt.ff.eo.l.si duo.§.si quis.

DElata.] CASVS. Dicebã te mihi teneri in decem:negabas:detuli tibi iusiurandum:cùm hoc cõiter placuisset, si per me non statuerit quo minus de calumnia iurem.s.q non animo calumniandi detuli tibi iusiurandum:istorum vnum facies:aut iurabis:aut referes,aut solues per iudicis delationem.& cõpelleris ad probationem ad aliquod istorum.

a ¶ Delata.] s. quia placet[a] parti:puta actori causam decidi per iusiurandum.

b ¶ Per actorem.] q a nisi iuret, denegabitur ei actio.& habebitur p remisso iusiurandũ[b]:vt.ff.eo.l.si non fuerit.

c ¶ De calumnia iuret.] nisi sit patron⁹ vel parens,qui de calumnia non iurant[c] vt.ff.eo.l.iusiurandum & ad.§.qui iusiurandum.

d ¶ Per iudicem.] delationem approbantem.

e ¶ Soluere.] vel iurare.

f ¶ Referat.] qui non debet de calũnia iurare[d]: vt.ff.e.l.iusiurãdũ.& ad pecu.§.ait prætor. Et not. q qñq; non licet ei referre:vt.j.de fideic.l.fi.&. ff. re.amo.l.Marcellus.§.fin. &.ff.de iniur.l.lex Cornelia.§.hac.&.j.de iur. delibe.l.sancimus.§.licẽtia dãda.&.s.de ijs,qui ad eccle. confu.præsenti.§. sicubi. ADDITIO dic in actionibus turpib⁹ vel famosis descendẽtibus ex delictis reus præcisè compellitur iurare,nec potest referre in ca.si.extra. e.Ia. in.l.iusiurandum.ff.eo.

g ¶ Habet.] vt et.ff.e.l. manifestæ.Quid si fuerit susceptũ?Rñ.non reuocabitur:vt.ff.eo.l. manifestæ.sed certè imò potest recusare:vt.j.eo.l.generaliter.§.fin autem is cui.& ibi solues. ADDITIO Dic q hîc conuenerat inter partes vt causa iuramento decideretur ibi non.& sic non corrigitur.Iaco.Butri.

a Ista est de mente omnium.
b Concor. Sal.& But.
c Idẽ Sali. hic & Bart. & Ia. in. l. hic alle.
d Idem Sa.
* Detulerit.

...rens tenetur prius de calumnia iurare, & is cui defertur, tenetur iurare uel deferre, alias compellitur soluere.h.d.Bald.

Idem AA.& CC. Martiano.

LEX IX.

DElata[a] conditiõe iurisiurandi,reus(si nõ per actorem[b] quo minus de calumnia iuret[c] steterit)per iudicem[d] soluere[e] vel iurare,nisi referat[f] iusiurandum necesse habet[g].S.v.Calen. Maij. Sirmij AA.Cons.

¶ *Etiam in actione depositi potest deferri sacramentum.h.d.Bal.& Sali.*

Idem AA.& CC.Protogeni.

LEX X.

IN actione etiam depositi, quæ super rebus quasi sine scriptis datis mouetur, iusiurandum ad exemplum cæterorum[h] bonæfidei iudiciorum deferri potest.S.v. Cal.Decembr.CC. Cons.

¶ *Iuramentum delatum potest reuocari antequàm sit iuratum uel pronunciatum:& reuocatum non potest iteratò deferri.hoc dicit nota. Bald. Vel sic: Delatio iuramenti antequàm præstetur uel sententietur potest reuocari.hoc dicit.Sali.*

Imp.Iustinianus A.Demostheni præfecto prætorio.

LEX XI.

SI quis iusiurandum * intulerit,& necdũ eo præstito,postea(vt pote sibi allegationibus[i] abundantibus) hoc reuocauerit: sancimus nemini licere penitus iterum ad sacramentum[k] recurrere.Satis enim absurdum est redire ad hoc, cui renunciandum putauit[l]:& cúm desperauit aliam probationem[m], tunc denuo ad religionẽ cõuolare, & iudices nullo modo eos audire ad tales iniquitates[n] venientes. ¶ Si quis autem sacramentum intulerit, & hoc reuocare maluerit:licere quidem ei hoc facere,& alias probatiões,si voluerit,præstare:ita tamen,vt huiusmodi licentia vsque ad litis tantùm modo terminum ei præstetur. ¶ Post definitiuam[o] autem sententiam,quæ prouocatione suspensa non sit, vel quæ postquàm fuit appellatum, corroborata fuerit:nullo modo reuocare iuramentum[p], & iterum ad probationem venire cuiquam cõcedimus : ne repetita lite, finis negotij alterius causæ fiat exordium[q]. Data.xv. Calend. Octobris Calcedone, Decio V. C. Cons.

IN actione.] CASVS. Deposui penes te librũ meum:repetij depositũ:negasti te penes me deposuisse:an tibi vel tu mihi possis iuramẽtum deferre.quæritur? Dicitur q sic:ad exemplum &c.videbatur q non admitteretur delatio in deposito,sicut nec compensatio.

h ¶ Cæterorum.] nam & hæc est bo.fidei.& insti.de act.§.actionũ.sed videt nõ deferri:quia nec[e] cõpensatio habet locũ:vt.j.de cõpen.l.fi.& pro hoc ar.j.de nõ nu.pecu.l.in contractibus.§. illo.& quia de dolo tantùm & lata culpa tenetur & ideo videbatur non admitti iuramentum,quo dicat se non teneri vel non recepisse.

e Concor. Iac Butr.& Sali.

SI quis.] CASVS. Dicebam te mihi teneri in decem:negasti :detuli tibi iusiurandum,antequã iurares alijs probationibus abũdãtibus mihi fortè quia inueni instrumenta,per que potui probare,reuocaui iuramẽtum:an his probationibus iterum deficientibus possim regredi ad delationẽ iuramenti,quæritur.dicitur?quòd non.satis enim &c.nec me admittet iudex & hoc in prima.sed vsque ad quod tempus reuocare licet quæritur,dicitur q vsque ad definitiuam sententiam,non post sententiam quæ prouocatione nõ fuit suspensa vel confirmata:ne repe.&c. & hoc in secunda.Et qualiter in hac secunda parte poni casus debeat:dic vt subijcit.l.proxi.s.in princ.in positione casus.

i ¶ Allegationibus.] id est probationibus.

k ¶ Ad sacramentum.] quod iam reuocauit.

l ¶ Putauit[f].] & renunciauit.& est ad hoc.j.de nõ nu.pec.l.gñaliter.&.ff. de sta.ho.l.hõ libe.&.ff.q satisda.co.de die.§.fi.&.j.de cõd.inser.l.fi.&.j.de fi.ĩstru.l.cũ qdã.&.ff.de pcura.l.in causæ.& de admi.tu.l.cũ q̃rit.Sed arg.cõtrà. ff.de colla.bo.l.nonũquàm.sed ibi nulli nocebat. ADDITIO Imò & ibi de præiudicio fratrũ,quibus videbatur acquisitũ ius tractatur:sed ex benignitate admittitur ne à successione de facili priuetur.Sali.

f Concor. c.cũ venisset.cũ gl.fi. in med.extrà de testi.

m ¶ Probationem.] cuius contemplatione reuocauit iusiurandum.

n ¶ Iniquitates.] variationum[g] iniquitatem appellat.

o ¶ Definitiuã.] dicas quòd interlocutoria erat qua pronunciabatur sacramentũ esse prẽstandũ:& ideo dicitur definitiua:qua illud definit[h].& sic non corrigitur per seq.l.secundum Irn.vel dic q difinitiua dicit nam posteà olim iurabatur:vt hîc,&.j.de sententijs.l.cũ iudex.sed hodie contra:vt.j.l.proxi.in princ.

g Sing. gl. secundum Lud.de ro. sing. xlvij.
h Ista glo. semper allegatur quòd sentẽtia quę definit vnũ articulum causæ põt dici largo modo & impropriæ definitiua.Bald.

p ¶ Iuramentum.] id est delationẽ.

q ¶ Exordium.] quod esse nõ debet:vt.j.de fru.& li.expen.l.terminato.

GEneraliter.] CASVS In prin.hui⁹ legis recitat imperator quandã antiquitatem quæ talis est. olim si Titius à Sempronio decẽ petijsset, & intentionem suam Titius probauisset semiplenè fortè per vnũ testẽ,iudex quia non plenè sibi liquebat in causa p nunciabat sic,condemno Sempronium Titio in decẽ quæ petijt Titius,si Titius iuret Semproniũ sibi teneri:& à tali sentẽtia appellabatur.pendente autẽ appellatione contingebat Titiũ mori. iuramẽti delationem ad hęredem trãsmittebat:quia fortè hæres veritatem ignorabat, vel non erat fidedignus:vt defunctus:multę causę ideo q iuramentũ post sententiam consueuit interponi periclitabãtur:propterea hanc antiquitatem corrigit imperator,statuẽs q omne iuramentum, siue necessarium siue iudiciale ante sententiam præstetur.Si verò actor reo vel iudex iusiurandum deferat:reus põt iurare si vult si non vult reus potest actori referre: & habet actor necesse iurare. Si verò recuset & cõdẽnetur, non appellat,cùm non debeat respuere in persona sua quod placuit in persona aduersarij.Vel pone sic Delato iureiurando si nõ recusetur, præstetur.Si verò referatur,delator nullatenus potest recusare.Si verò recusetur & iudex viderit iurandum esse:condẽnabit illũ quantum ad illud capitulũ super quo iurare debuit nec audietur appellans:quis enim ferendus est &c. ¶ Sin autẽ is cui.] Si verò is cui iuramentũ defertur vel à parte vel à iudice illud recusauerit,hoc ei facere liceat.si tamen iudex viderit esse iurandũ cõdẽnabit eũ super illo capitulo super quo iurare debuit,quasi eo referente delator iurare paratus esset,& ei fuisset remissum:qñ eo volente recusatur.& hoc est quod subijcit quasi volente &c.nihilominus super alijs capitulis lite suo marte currente &c.ita tñ q reus protestetur qñ recuset: & si nõ audiatur,appellet,& si iudex appellationis viderit iuramentũ bene illatum sed malè recusatum,confirmabit sententiam primam iudicis. Si verò fuerit malè illatũ & bene recusatũ,rescindetur prima sententia:neutri parti quo ad expensas p̃iudiciũ generãdo.sed si actor obtinuit in prima sentẽtia,re⁹ in secunda,vel ecõuerso,fiet expẽsarũ inuicẽ cõpensatio.ille verò quia iuramẽtũ detulit siue iurauit is cui delatũ est,siue ei remissum fuerit cũ paratus erat iurare,nõ audiatur appellans.& hoc in secũda. ¶ His de p̃sentibus personis.] Prædicta vera sunt cũ tã actor quã reus p̃sens est.si verò actor sit p̃sens, reus absens & per pcuratorem litiget,si debeat iuramẽtũ deferri datis inducijs p̃sentare se debet coram iudice, & iuramẽtũ subire vel recusare. Si verò adeò nobilis sit,vt in prouincia in qua degit iudex iurandũ pspexerit,mittere debet ad iudicẽ illi⁹ terræ,& ille iuramẽtũ recipiet,& in scriptis redigi faciet:sit illatũ siue relatũ:si susceperit & præstiterit vincat.si illatum vel relatũ recusauerit,cãm si amittat:nec deferẽti liceat appellare.poterit aũt si voluerit ire per se vel per procuratorẽ,& iuramẽto interesse.si verò nec ire voluerit nec procuratorem mittere:reus corã iudice illi⁹ prouinciæ iuramẽtũ debet subire vel referre:& debet redigi in actis qualiter iurauerit vel retulit:& debet acta mittere ad iudicem coram quo causa agitur.quid autem sit statuendũ de expensis iudex examinabit.Interim tamen dum omnia ista fiunt alia capitula causæ poterunt examinari : sed non definitur sententialiter , & posteà examinabitur capitulum super quo iuratum est . ea verò sancita

¶ *Ista est no.lex,& ita utilis sicut est in isto quarto libro,& hoc intendit.Iuramentum ad decisionem litis delatum à parte, uel in defectum probationis delatum à iudice,ante sentẽtiam definitiuam vel in ipsa sententia est præstandum hoc .d.usque ad.§.sed iuramento. Bald . Vel sic: Si iudex in definitiua sententia reum condemnat sub conditione si actor iurauerit,& sententia,sit appellatione suspensa,non poterat actor interim iurare propter quod actore interim moriente sententia non habebat effectum:nunc prouidetur vt poßit iurari,etiam appellatione pendente.h.d.Sali.*

Idem A.Demostheni pf.p. L. XII.

GEneraliter de omnibus

ſunt cùm tam actor quàm reus præſens eſt,& in perſonis abſentibus obſeruetur.& hoc in tertia.Iudex verò coram quo cauſa agitur,videre debet qualitatem perſonarum an iuramentum ſit præſtandum coram ſe vel alibi: & ſub qua forma.obſeruatis ijs,que iuramento calumniæ ſancita ſunt,vel à Iuſtiniano,vel à retro principibus non derogando per hanc.l.alijs antiquis.ll. quæ ſuper iuramẽtis præſtandis ſancita ſunt: ſed ſi quid in his deeſt, hoc repleatur: vel ſi quid minus bene dictum eſt,hoc corrigatur:vt eſt in prin. huius l.& hoc in vtraque parte.

a Quæ in litib⁹.] nõ ergo de voluntario[a] iuramento dicit hæc lex.

b Increbuit.] i.cõſuetudo fuit[b].

c In pleniſſima.] i.interlocutoria:vt quidã dicunt. Tu dic[c] in definitiua.nam dicit pleniſſima: vt.ff. de re iudi.l.j.interlocutoria enim plenè nõ pleniſsimè definit.

d Definitiõe.] & bñ: quia ſententia debet continere cõdemnationẽ vel abſolutionem: vt.ff.de re iudi.l.j.nã ſub cõditione ſolebãt ferre ſentẽtiam,ſi iuraret reus vel actor.

e Imponere.] veluti cõdẽno Titiũ Seio in quinquaginta,ſi Seius ſibi iurauerit deberi vt.ſ.l. proxi.in fi.&.j.de ſen.& iter. l.cũ iudex. Vel ecõtra abſoluo Titium ſi iurauerit ſe non debere.Acc.flo.

f Vt prouocatiõe.] vel etiã ante appellationẽ intra decem dies.

g Probationes.] præſtãdę ꝑ eorũ iuſiurandũ. Et ſic not.ꝙ ſacramentũ obtinet locum probationis: vt.j.de nõ nume pecu.in contractibus. §. illo.& de iure deli.l.fi.§.licentia dãda.&.ff.eo.l.ſed & ſi poſſeſſori.§.fin. Sed ar.cõtra[d] .ff.e.l. eũ qui.in prin.ſed illud verũ quantum ad pœnã: ſecus autẽ quãtũ ad rem. Itẽ qñque obtinet locũ veritatis: vt ff.eo.l.ſed & ſi poſſeſſori. §.j.Quãdoque locũ ſiue vim litis conteſtatæ: vt ff.eo.l.nã & poſteà.§. ſi is cui.Quandoque vim pacti vel tranſactionis:vt.ff.eo.l.j.&.ij.Quãdoq; vim ſolutionis ſiue acceptilationis:vt.ff.eo.l.iuſiurandũ etiam.&.l.ſeq.§.j.Quandoq; vim nouationis.Itẽ delegationis:vt.ff.eo.l.qui iuraſſe.§.fi.

a Quia illud extrà iudicium & quãdocunque. Angel.

b Idẽ Bal.

† Aliàs eorum.

c Et bene Ang.

d Dic ꝙ ibi fuit cõſyderatũ onus: hic verò effectus.Sali. & Ang.

* Et hoc.

iuramentis,quæ in litibus [a] offeruntur vel à iudice vel à partibus definiendum eſt. Cùm enim iam increbuit [b] iudices in pleniſsima [c] definitione [d] ſacramentum imponere [e]:euenit vt prouocatione [f] lite ſuſpenſa, ij quidem qui iusiurãdum præſtare iuſsi ſunt, ab hac fortè luce ſubtrahãtur,probationes [g] autem rerum † cadant: cùm [h] multùm diſcrepet iuramentum hæreditarium [i] à principali [k] ſacramento. ¶ Neceſsitate itaque rerum coacti, & probatiõibus pinguius [l] ſubuenientes,ad huiuſmodi venimus ſanctionem. ¶ Omne igitur iuramentum ſiue à iudicib⁹ ſiue à partibus illatum vel in principio [m] litis, vel in medio, vel in ipſa definitiua [n] ſentẽtia ſub ipſo [o] iudice detur,non expectata [p] vel vltima definitiõe,vel prouocationis [q] formidine.

Iuramento præſtito eſt ſtandum præcedente legitima dilatione.ſi autem non eſt præſtitum ſed recuſatum:ſi quidem ab eo cui refertur,habetur pro conuicto,& non appellatur.ſi autem ab eo cui defertur, poteſt per iudicem haberi pro conuicto.& contra eum pronunciari definitiuè,ſi iuramentum reſpicit totam cauſam,vel interlocutoriè ſuper aliquod capitulum: tamen ſi credit ſe grauatum,poterit appellare, & iuſtificare appellationem.h.d.vſque ad. §. his de præſentibus.Baldus.

¶ Sed iuramento illato, cùm hoc à partibus factum [r] fuerit, & à iudice approbatum [s] vel ex authoritate iudicis cuicunque parti illarum [t] :ſi quidem is,cui imponitur ſacramẽtũ, nihil ad hoc fuerit reluctat⁹ [v] * hoc [x] præſtetur,vel referatur [y] :neceſsitate ei imponenda,cui * refertur, relatiõis ſacramentum ſubire:vel ſi hoc recuſauerit †,quaſi illato [z] ſacramento [a] pręſtito [b],cauſa [c] vel capitulum decidatur [d],nullo loco prouocationi relinquẽdo.Quis enim ferendus eſt ad appellatiõis veniẽs auxilium in ijs,quæ ipſe facienda procurauit [e]? ¶ Sin autem is cui [f] ſacramentum eſt illatum vel à parte, vel à iudice hoc ſubire minimè voluerit:licentiam quidem habeat ſacramentum recuſare [g]: iudex autẽ ſi hoc [h] omnimodò præſtandum ęſtimauerit [i],ſic cauſam dirimat,quaſi volente [k] eo ſacramentum ſit recuſatum:& ita cætera ſiue capitula [l],ſiue totius negotij ſumma examinentur, & lis ſuo marte percurrat,nullo ei obſtaculo obuiante. ¶ Ipſe autem, quì ſacramentum ſibi [m] illatum dare recuſauerit:vel hoc atteſtetur [n] vel ſi fortè non audeat ♂ habeat ſibi in vltima prouocatione repoſitum auxiliũ [o] †:& ſi iudex appellationi pręſidens, bene quidem illatũ iuſiurandum,non ritè autem recuſatum pronunciauerit res ſecundum quod iudicatum eſt permanebit. Sin autem non ritè quidem illatum,rectè autem recuſatum ſacramentum pronunciauerit:tunc ei licebit emẽdare ſententiam iudicis,quæ quaſi ex recuſato [p] ſacramẽto ꝓceſsit:& nihil penitus nec præiudicij [q], nec iniuſti diſpendij [r] cuicunq; incurret:ſed & cauſæ curſus [s] ab initio vſq; ad nouiſsimum termi-

h Cum.] pro quando,temporaliter melius ponitur quã cauſatiuè.

i Hæreditarium.] id eſt hæredis.

k A principali.] ſ.defuncti:vt quia neſciat hæres veritatem:nam licet ei ignorare:vt.ff.de re iudi.l.qui in alterius.nec de alieno facto compellendus eſt iurare:vt.ff.re.amo.l.Marcellus.§.iurare.Itẽ poteſt eſſe ꝙ defunctus bonæ famæ & legalis homo fuit:ſed hæres nequam.

l Pinguius.] no.ſic.ſ.de hære. l.quoniam.in fi.

m In principio.] id eſt poſt litem conteſtatam,vel.i.ante.

SEd nouo iure.] neque quantitas vltra vnam librā auri, neque cōtractus diſtinguitur in ciuitate niſi quinque teſtibus probatæ opinionis, atque ſubſcriptionis adhibitis. & intelligitur hæc authen. ſi partes contraxerunt in ſcriptis, & non ruri. & breuiter dicunt, ſi fiat cōtractus ruri ſtatur legi codicis: nec diſtinguit̄ ſi ſit in ſcriptis, vel non. ſi verò in ciuitate, ſi quidē in ſcriptis, tunc ſeruabant authen. ſine ſcriptis, ſtat̄ legi codicis. Sed tu aliter habes aut̄. Sed nouo iure quinque teſtes &c. In qua figura caſum hoc modo ſecundū Viuianum. CASVS. Hæc authent. in in parte corrigit legē. C. & in patre nō corrigit: & breuiter tria dicit. In prima corrigit: qa dicebatur ī. l. C. ſi quis vellet mutuare pecuniam excedentem ſummam. l. librarum auri oportebit adhibere in chirographo tres teſtes, aliter tale chirographum non valebat. hæc authen. hoc corrigit, dicens ꝙ non ſufficiūt tres teſtes, ſed quinque opus ſit, ſi contract⁹ fiat ab imperito literarū: & in ciuitate: excedat prædictam ſummam in ſecunda parte permittit ꝙ in cōtractu facto ſine ſcriptis ſufficiunt duo teſtes. in tertia dicit quòd ſi contractus fiat in agris, quòd ius vetus habet locum in . l. iſta codicis. Vi.

s ¶ Ab imperito.] Expone verba breuiter, & vltimò diſtingue, vtrū fiat ſuper minori ſumma libræ auri, aut ſuper maiore. & ſi ſuper minori, ſufficiunt duo teſtes ad plenam probationē, ſiue peritus, ſiue imperitus literarū contrahat: ſiue in ſcriptis ſiue ſine ſcriptis iuri vel in ciuitate contrahatur. & hoc eſt qđ dicit in authē. de fi. iuſtru. §. fina. colla. vj. ibi, vt non de rebus exiguis &c. ſi ſuper maiore: ſi quidem imperitus literarum contrahat & in ſcriptis & in ciuitate exigūtur qnque teſtes: inter quos exquiritur tabellio: & omnes ſubſcribere debent cum ipſo contrahente: vel pro contrahente ſubſcribet vnus teſtium, & præmittetur ſignū contrahentis: vt in aūten. de fi. inſtru. §. oportet. colla. vj. & ideo tanta ſolennitas exigitur, quaſi ſtultè faciat ꝙ de ſcrtptura ſe intromittit imperitus. Si verò imperitus ſine ſcriptis contrahat in maiore ſumma, exigentur tres teſtes: vt in aut̄. de fide inſtr. §. ij. & . §. ſed & ſi inſtrumenta. in eo quod dicit, adhibeatur ſimiliter teſtium ex ſcripto præſentia. Cùm autem peritus contrahit in maiori ſumma, ſiue in ſcriptis ſiue ſine ſcriptis, exquiruntur tres: vt in prędicto titulo. §. ſecundo & . §. ſed & ſi inſtrumenta. & ſit comparatio literarum priuatarum, ſi priuata interceſſerit ſcriptura, & negetur ita demū, ſi ſuperſint teſtes: nec exigitur eorum ſubſcriptio. ſed ſi ſuſcripſerint exigitur vt veniant, & proprijs ſubſcriptionibus atteſtentur. vel ſi non ſubſcripſerint: quòd eis præſentibus confectum eſt documentum. & ita collatio, id eſt comparatio adiuuatur augmento teſtium: & in hoc caſu poteſt loqui authentica. quæ eſt infrà de fide inſtrumentorum. at ſi contractus &c. & in authentica. de fide inſtrumento. §.

Cōtractus corā quot teſtibus, & cū qua ſolēnitate celebrari debet.

j.&.ij.&.iij.vbi autẽ inde facta eſt publica ſcriptura quæ reuocatur in dubiũ: probetur de eius fide per tabellionem,& per eius miniſtrum,& per eum per quem,id eſt per cuius manum numerata eſt pecunia:vel per ſolum tabellionem.non eſt opus vel locus comparationi vel comparatione.Si verò non ſupereſt tabellio,vel miniſter,vel adnumerator pecuniæ:ſit comparatio literarum tabelionis,& ſignorũ vel notarũ ad plenam fidem,& non ſubſcribenti ſit cõparatio. Si verò nec tabellio,nec miniſter nec adnumerator veniãt, tabellionis & ſubſcribentiũ ſit comparatio,& vna qualiſqualis colligitur fides:vt habes hoc ĩ aut. de fide inſtru.§.ſi verò moriantũ.&.§.ſeq. In ſcriptis autẽ dico contrahi,quando id agitur vt aliter nõ valeat,niſi facta ſcriptura:vt videtur innui in authenti.de fide inſtru.§. & bæc dicim⁹,ſuper inſtrumentis ex ſcripto &c.col. vj.ſecundum P.Sed Azo. aliter:vt not. in.l.cõtract⁹ j̃.de fide inſtru.Vel dic,vt no.inſti.de cõtrahẽ. emp. &vẽdẽ.§.j.Et hoc in vrbe in agris vetera iura ſeruãtur:vt authenti.de fide inſtru.§.ſi.quæ dicunt vt in omni ſumma† ſufficiãt duo teſtes,niſi vbi contract⁹ chirographario inſtrumento initus eſt vltra qnquaginta lib.auri,vbi tres exigũtur:vt in hac.l.aliàs duo.ff.de reſti.l.vbi. Acc.

†Sup hunc tit. vide Alcia. Paradox.li. ij.c xiiij.

Cõtractus quãdo dicitur in ſcriptis celebrari.

†Aliâs explere.

auri.nam ſi quis facere quemlibet contractum ex non ſcripto voluerit:manifeſtum eſt quia aut per teſtes,aut per iuſiurandum fidẽ percipiet,actore quidem teſtes deducente,pulſato autem iurante aut referente,ſicut iudex d.ſpoſuerit. In agris autem quæ hactenus valuerunt apud eos, & nunc ſint firma.

TITVLVS III.
De ſuffragio†.

Ex nudo pacto debetur ſalarium aduocato: & ſi ſalarium conſiſtit in quantitate,vel re mobili,uel ſe mouente,non eſt neceſſaria certa ſcriptura promiſsionis,vel traditiõis:ſecus in re immobili.& ſi aduocatus ſibi ius dicit,tres pœnas patitur: quia de ui punitur.poſſeſsionẽ reſtituit: & iure quod perpromiſsionem meruit,& patrocinio priuatur hoc dicit.Bal.

Impp.Theod.Arcad.& Honor AAA. Rufino p̃ præ.

LEX VNICA.

SI qui deſyderia ſua explicare †cupientes [a] ,ferri ſi à quo quã ſuffragium poſtulauerint,& ob referendam vicem ſe ſponſione conſtrinxerint [b] : promiſſa reſtituant [c] , cûm ea quæoptauerint [d] ,conſequantur [e] ,ſi artibus [f] moras nectant [g] :ad ſolutionem debiti coarctandi [h] ſunt.¶Et ſi quid eo nomine in auro vel argento,vel cæteris rebus mobilibus datum [i] fuerit:traditio ſola [k] ſufficiet,&

Suffragiũ.

DE SVFFRAGIO.¶ *Quod ſuffragium petitur per certi conditionem:ut.j̃.eod. l.j.de qua dicere cœpit:ideo de hoc hic dicit, & dicitur propriè ſuffragiũ ipſum patrociniũ quod præſtat aduocatus.nam ſufragor i.ſonus inde ſuffragium i.ſonus:ille qui fit,ut per eũ ſuffragetur alicui hic autẽ ponitur impropriè, ſcilicet pro eo quod datur pro patrocinio.*

SI qui. CASVS Si actor vel reus alicui pro præſtando ſibi patrocinium certum conſtituit ſalariũ:illud reddat,ſi calliditate morã ſoluendi fecerit ad ſolutionẽ coarctetur.& hoc in prima.Et ſi in re mobili ſalarium fuit conſtitutũ,ſola traditio ad dominium transferendum ſufficit,nec ſcripturã interuenire neceſſe eſt: & eſt contractus firmus.& hoc in ſecunda.Si verò aduocatus rem ſibi cõuentam pro ſalario promiſſo tantùm vna monitione poſteà facta inuaſit ſua authoritate:poſſeſsio ad dominum redeat,& à petitione ſua cadat. & hoc in quarta. Viuianus.

a ¶ Cupientes.] ſiue condicant pecuniam,ſiue aliud petant.

Aduocati ſalariũ qua actione poteſt peti,

b ¶ Conſtrinxerint.] ſtipulanti,aliàs non obligantur ſecundum quoſdam.Sed dicas hîc nudo pacto,& quod ſubijcit reſtituant.ſcilicet condictione ex hac lege,cùm ſtipulatio interuenit:aliàs ſi interuenit ſtipulatio,agitur certi condictione ex ſtipulatu,ſi certum promiſſum eſt:ſi incertum,actione ex ſtipulatu:vt inſtitu.de verb. obliga.in princip.Si autem nullo modo,tunc officio iudicis pro modo litis & facundia aduocati,& fori conſuetudine: vt in fine huius legis.&.ff.de var.& extraor.cog.l.prima.§.in honorarijs. Si autem eſt conuentum & incertum,poteſt peti vt conſtituatur certum:vt dictũ eſt:licet in procuratore ſecus:vt.infrà manda.l.ſalarium. vbi de boc dices. Sed quidam dixerunt, quòd vbi pactum nudum interuenit de eo præſtãdo ,detur actio præſcriptis verbis,vel de dolo,ſi dicas incidere in ſpeciem illam, facio vt des,per .l.ff.de præſcriptis.verbis.l.naturalis.§.quòd ſi faciam & hoc præſtito prius patrocinio. quæ opinio non placet.illud autem conſtat actionem locati locum non habere, cùm nec in menſore habeat locum :vt.ff.ſi men.fal.mo.dixe.l.prima.§.ideo autem.ad hoc.ff.loca. l. qui operas.§.j.

Actio locati nõ habet locũ in aduocato nec in mẽſore.

c ¶ Reſtituant.] id eſt ſoluant.

d ¶ Optauerint.] ſ.ſubſidium patroni.

Aduocato quando ſit ſalariũ præſtandum.

e ¶ Cõſequantur.] ſcilicet præſtito eis ſuffragio.& ſic eſt argu.ꝙ demũ finita cauſa ſit ſalarium præſtandũ.& ſic eſt arg.contrà ſ̃.de iud.l.properandum.§.penulti.Sed tu dic ꝙ ſtatim,& quod hîc dicit cõſequantur,cautè dicit: non enim dicit conſecuti ſunt.vel dic ꝙ poſt allegationes & ante ſententiam. & ita iam conſecuti ſunt.ſed hoc non placet.Vel tertiò conſequãtur quod optant eo:pſo quòd aduocatus dicit ſeparatũ patrocinium præſtare:nam hoc deſyderant .ſ.ſibi præſtari,& præſtatur.ergo habet quod optat.& hæc ,prima bona.

contractus habebit perpetuam firmitatem:quoniam [l] collatio rei mobilis inita [m] ,integra fide ac ratione cumulatur [n] .¶Quòd ſi prędia ruſtica vel vrbana placitum [o] continebit [p] :ſcriptura quæ in alium [q] transferat, [r] emittatur, ſequaturque traditio corporalis, & rem fuiſſe completam geſta [s] teſtentur.aliter enim ad nouum dominium traſire non [t] poſſunt neque de vetere iure [v] diſcedere. ¶Quód ſi quis dum † ſolo communitorio [x] † ſufragio nititur, bona [y] duxerit occupãda:reus temeritatis ac violentię retinebitur ac in ſtatum priſtinum poſſeſsio reducetur [z] ,eo à petitione excluſo,qui non dubitauit inuadere, quod petere [a] debuiſſet .Dat. iiij. Noñ.Mart.Arcadio.iij.& Honorio ij.AA.Conſ.

f ¶ Si artibus.] id eſt fraudibus.

g ¶ Nectant.] id eſt faciant clientuli.

h ¶ Coarctandi ſunt.] ſ.eo modo qui ſequitur.

i ¶ Datum.] id eſt p̲miſſum dari.

k ¶ Sola.] ſ.ſine ſcriptura:q̃ iufra ſtatim erit neceſſaria ad trãslationem dominij.

l ¶ Quoniam collatio.] id eſt datio.

m ¶ Inita.] id eſt facta.

n ¶ Cumulatur.] i.firmatur.

o ¶ Placitum.] ſ. quo de ſalario rei ĩmobilis dãdæ cõuenit,& eſt in ſcriptis redactũ,qđ ẽ neceſſe.

† Solum.

† De ſuffragio.

p ¶ Continebit.] Qñ ſalariũ cõuenit p̲ patrocinio p̃ſtando in re immobili,debet de cõuentione fieri ſcriptura : aliàs non transfertur.

q ¶ In alium.] ſ. patrocinium.

r ¶ Transferat.] i. dominiũ trãsferri ſignificet.

s ¶ Geſta] i.prima ſcriptura q̃ facta eſt ſalario, vt dixi debet enim & in ſcriptura cõtineri rẽ eſſe perfectã & cõſummatã. Alij dicũt duas ſcripturas fore neceſſarias,vnã tunc & aliã nũc:vt hîc videtur innui. Vel dic ꝙ iſtud eſt expoſitio prioris.

TITVLVS IIII.
De prohibita ſequeſtratione pecuniæ.

Non debet incipi à ſequeſtratione,ſed debet ſeruari ordo iuris in conueniendo prius debitorem.hoc dicit. Bal.Vel *ſic.Sequeſtratio non eſt facienda,niſi prius debitor ſecundum iuris ordinem ſit conuictus.h.d.Sali.*

Impp.Honor.& Thod.AA.Ioanni præ.præ.

LEX VNICA.

QVoties ex quolibet contractu pecunia [b] poſtulatur, ſequeſtrationis [c] neceſsitas cõ

t ¶ Non poſſunt.] Nota ſpeciale:aliàs ẽt ante ſcripturã trãsfert dñiũ licet ſit contractus in ſcriptis:vt no.j̃.de fi.inſtru .l. cõtractus.licet B.qñq; dixiſſet contrariũ.

v ¶ Iure.] id eſt dominio.

x ¶ Commonitorio.] id eſt ſola admonitione.Vel.i.hac ſola ratione ꝙ cõmonuit eum ſuffragio.

y ¶ Bona] Mobilia vel immobilia.

z ¶ Reducetur.] Sic.j̃.vnde vi.ſi quis in tantã.& inſtit,de interdic.§.recuperandæ.&.ſ̃.finiũ regun. ſi conſtiterit.

a ¶ Petere debuiſſet.] per officiũ quando conuentum non erat,vel alijs modis,vt in princi.dixi.Item not.ꝙ nomine palmarij.i.victorij.poteſt aliquid paciſci:vt.ff.de var.cog.l.j.§.& ſi nomine.Sed tunc quæro,ſi plura fuerunt capitula,& in aliquibus amiſit,in alijs vicit:quod conuentum eſt nomine palmarij,in totum vel in partem peti debeat?& fortè in totum:quia verum eſt eum viciſſe.Item & quæri poteſt,ſi non vicit,ſed tranſegit:& puta poſſe quaſi vicerit,vel quaſi per eum non ſteterit quo minus vincat.pro hoc.ff.manda.l.ſi. & eſt quæſtio ſabatina.Item poteſt quæri an etiam pro ſalario vno etiam in cauſa appellationis debeat præſtare patrocinium?quod non puto,ne ſic in infinitum teneatur:arg.ff.de dam.infec.l.qui bona.§.fin.&.l.ſeq.&.l.ſi finita.in principi.& etiam eſt hæc ſabbatina quæſtio,quæ pendet ex ea,an cauſa appellationis ſit eadem cum prima:an alia?& dicimus quòd non:vt nota. ſuprà de procurato.l.inuitus.Item & poſſet quæri, an cogatur exire prouinciam. Si dicat ꝙ in cauſa appellationis debeat eum iuuare,H.quòd non etiam in prima in qua conſtat,quòd vſque ad finem debeat iuuare.quod nõ puto:vt.ff.de procura.l.ſed & hæ perſonæ.§.non ſolũ.vbi de hoc dixi.

Aduocatus an debeat pro vno ſalario præſtare patrocinium in cauſa appellationis.

¶ DE PROHIBITA SEQVESTRATIONE.¶ *Ne quis crederet pecuniam uel aliud quod petitur, ſequeſtrandum:ideo de hoc ponit.*

QVoties. CASVS Peto decẽ à te,petij ea ſequeſtrari apud iudicem,vel apud alium:an ſin audiendus?Reſpon.quòd nõ ſed libellum tibi porrigere debeo,vel probationem offerre, & per ſentẽtiã facere te compelli ad ſolutionem.Viuianus.

b ¶ Pecunia.] Largè accipe:vt.ff.de verbo.ſigni.l.pecuniæ verbum.&.j̃.de conſtitu.pecu.l. ij.

Sequeſter quis eſt.

c ¶ Sequeſtrationis.] Eſt autem ſequeſter ille apud quem plures eandem rem-

dem rem (de qua controuersia est) deponunt. dictus ab eo, quòd occurrenti ex quasi sequenti eos, committitur res: vt. ff. de verbo. significatio. l. sequester. Sequestratio autem dicitur ipsa separatio rei, vel possessionis. interim autem dum res apud sequestrum est, nec posidet actor, nec posidet reus, nisi hoc esset actum in sequestratione, vt custodiæ tantùm causa fiat depositio: vt. ff. deposi. l. licet. §. rei depositæ: vt. ff. de acquirenda possessio. l. interesse. Spõtè ergo fieri potest seque 10 stratio: non autem cogitur aliquis ad hoc. Sed in casibus compellitur aliquis. Primus si res mobilis petitur, & persona suspecta sit, quòd cum ea fugiat: vt. ff. qui satisd. cogan. l. si fideiussor. §. si. & ff. de offic. præsid. l. senatusconsulto. §. fina. & de 20 agri. & censi. l. Titius. libro xj. Secũdus[a] fit in re mobili, vel immobili, si posidẽs sit suspectus: ne depopuletur fructus. vel quòd rem sit dissipaturus: vt. ff. solu. matrimo. l. si cùm dotem. §. sin autem. & de appel. l. imperatores. & j. quorum ap- 30 pell. l. ab executione. Fit & tertiò propter contumaciam non cauentis de collatione faciẽda: vt. ff. de collatio. bono. l. j. §. si frater. Fit quartò propter conditionem personæ: vt si seruus de conditione seruitutis proclamat in libertatem: & con- 40 tra eius dominũ pronunciatum est. Fit enim sequestratio rerum earum, de quibus dubitabatur, si sint domini, an ei' qui dicit se liberum: vt. j. quibus ad li. procla. non licet. l. fin. & de asser. tol. l. prima. §. super peculio.

Sequestratio.

a Concor. extrà de sequestr. c. j. ij. & iij. & glo. in. c. olim. super verbo, sequestrari. de rescript. & vi gl. j. in c. ij. extrà de seque. vbi ponũtur casus, in quibus fit sequestratio.

ADDITIO. A- 50 lios casus, in quibus sequestratio fieri potest videre poteris hîc per Ioannem Fabri in suo Breuiario satis succinctè. Aduerte tamen hîc, secundũ Bar. quod licet regulariter non admittatur sequestratio vt hac lege: tamẽ permittitur bene permutatio descriptio rerum in domo existentium, & fructuum, quæ ibi percipiuntur. de quo est tex. nota. secundum Barto. hîc in. l. j. §. penul. ff. de ven. in pos. mitten. vbi hoc etiam not. quod notabiliter limitat Bal. hîc, nisi fieret cum iniuria: vt in descriptione supellectilium.

quiescat. Oportet enim debitorẽ primò cõuinci, & sic deinde ad solutionẽ pulsari. quã rem non tantùm iuris ratio, sed & ipsa æquitas persuadet, vt probationes secum afferat, debitoreq́; conuincat [a] pecuniam petiturus. Dat. vj. Id. Iulij Rauennæ, Honorio xiij. & Theodosio. x. AA. Cons.

TITVL. V.

De condictione indebiti.

Indebitum per errorem solutum, nisi sententiæ authoritas refragetur, cõdicitur sine vsuris. hoc dicit, no. secundũ Bal. Vel sic: Indebitũ præter sententiam per errorem solutum, repetitur etiam ab hærede soluentis: nec ueniunt usuræ ex mora. hoc dicit. Salice.

Imperator Antoninus A. Mutiano. LEX I.

PEcuniæ [b] indebitæ [c] per errorẽ [d], nõ ex causa iudicati [e] solutę, esse repetitionẽ iure cõdictionis [f], nõ ambigitur. Si quid igitur probare potueris patrẽ tuũ, cui hæres extitisti, amplius debito creditori suo persoluisse: repetere potes [g]. Vsuras [h] autem eius summæ præstari tibi frustra desyderas. Actione [i] enim cõdictionis ea sola [k] quantitas repetitur, quæ indebita [l] soluta est. PP. iij. Cal. August. Antonino A. iiij. & Balbino Cons.

Delegatus indebitè uerò creditori delegantis, à delegante condicit. hoc dicit. Bal. Vel sic: Indebitum absque transactione per errorem ex delegatione solutum, repetitur à delegante, non ab eo qui ex delegatione debitum recepit. Salicetus.

Idem A. Secundinæ. LEX II.

SI citra vllã transactionẽ [m], pecuniam indebitam alieno creditori promittere delegata es: aduersus [n] eam, quæ te delegauit, cõdictionem habere potes. PP. xiiij. Calend. Ianuar. Antonino A. iiij. & Balbino Cons.

Vbi ad repetendum actio oritur, multò fortius ad retinendum exceptio producitur. h. d. Bal. Vel sic: Qui potest solutum repetere, fortius potest exceptionem opponere: uel liberationem à quantitate indebita condicere. hoc dicit Sal.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Pamphilo. LEX III.

CVm & soluta [o] indebita quãtitas ab ignorãte repeti possit: multò facilius [p] quantitatis indebitæ interpositæ scripturæ condictio [q] competit, vel doli exceptio agenti opponitur. S. iij. Nõ. April. Bizantij AA. Cons.

Qui soluendo uel promittendo pœnã possibilem negationis euadit, ut indebitum non condicit. Bal. Vel sic: Solutum uel promissum ex causa, quæ per inficiationem crescit, non repetitur. hoc dicit.

Idem AA. & CC. Heraclio.

EA, quæ [r] per infi- L. IIII.

a **Conuincat.**] Sic. s. de eden. l. qui accusare.

Continuatio.

60 DE CONDICTIONE INDEBITI. *Sicut in mutuo (de quo dictum est) contrahitur obligatio re: ita in indebito: ut insti. quib. mod. re contra. ob. §. j. ideo de hoc hic ponit.*

PEcuniæ.] CASVS. Primò tradit regulã, demum exemplum: dat regulã, quæ talis est. Indebiti per errorẽ soluti ex causa, nisi iudicatũ solutũ fuerit per cõdic. inde. competit repetitio: sed non veniũt vsuræ, nisi in stipulatu fuerint deductæ. Viuia.

b **Pecuniæ.**] Largè accipe pro qualibet re: vt. ff. de verborum significa. l. 70 pecuniæ. j. & ij.

c **Indebitæ.**] Naturaliter & ciuiliter, vel naturaliter tantùm: vt plenè diximus. s. de iuris & facti igno. l. cùm quis. in fi.

d **Per errorem.**] s. facti, vt quia credebat suum procuratorem accepisse, vel eum cui succesit. & ad hoc. ff. loca. l. sed addes. §. si quis eum. An idem si per errorem iuris? quidam non, nos idem: cùm non debeat nocere in damno vitando: vt. ff. de iuris & facti igno. l. error. in fi.

e **Iudicati.**] nam tunc secus. Et sic not.[b] casus vbi solutum indebitũ non repetitur. Primus quando ex causa iudicati: vt hîc, & ff. eodem. l. eleganter. §. primo. & l. Iulianus. & ff. manda. l. si fideiussor. j. § in omnibus. & infrà de cõpen. l. ex causa. & ff. famil. ercisċund. l. cùm putarem. & suprà de iuris & fact. 80 igno. l. prima. Secundus si iurauit creditor debitore deferente licet falsò: vt instit. de act. §. item si quis postulante. Tertius si ex causa transactionis: vt infrà. l. proxi. & ff. eodem. l. in summa. in princip. Quartus si soluitur ex causa, quæ per inficiationem crescit: vt infrà eod. l. ea quæ. Quintus si ex causa pietatis: vt. ff. eodem. l. cùm is. §. penulti. & instit. de ob. quæ ex quasi contra. §. fina. Sextus vbi sciens soluit: vt. j. eodem. l. indebitum. & ff. eodem. l. prima. Dic ergo hîc nõ ex causa iudicati, scilicet vel simili. nam sufficit si legislator vnũ ponat gratia exempli. istud tamen quod hîc dicit de re iudicata: quandoque recipit instantiam, vel exceptionem. s. quia solutum ex ea causa repetitur: vt ff. de iudi. l. si prætor. §. Marcellus. & ff. commo. l. in commodato. §. si. & l. rem mihi. & ff. de condi. sine causa. l. ij.

b De debito ciuili tãtũ: naturali tantũ, & ciuili & naturali simul. Item quando repetitio cõpetit vel nõ, vide bonã gl. in ca. si extrà de solutio.

f **Condictionis.**] Intransitiuè, id est eo iure quod est condictio. Est autem actio siue condictio ius persequendi in iudicio &c. vt institu. de action. in prin.

g **Potes.**] Dic vt. ff. de probationibus. l. cùm de indebito.

10 h **Vsuras.**] ante litem contestatam perceptas. nam post secundum quosdam currunt. argumen. ff. de vsur. l. in fideicommissi. §. in his. & l. lite. quod non placet. & illa. l. lite. in bonæ fidei iudicijs, vel quasi loquitur. Item ille. §. in his. 20 loquitur in fructibus: vt ff. de vsur. l. videamus. ij. in princip. nec ergo etiã post currunt in iudicijs scilicet stricti iuris: quod est notandum: vt hîc, & ff. de noua. l. emptor. & ff. de vsur. l. videamus. ij. §. si actio. & infrà de vsur. l. quamuis. & ff. de 30 condic. ob turpem cau. l. quoties.

i **Actione enim condictionis.**] Quia solùm per hanc actionẽ fructus naturales peti possunt: sed vsura est fructus accidentalis. Et dic quòd intransitiuè loquitur.

40 k **Sola.**] vt. ff. eo. l. quod per errorem.

l **Indebita.**] id est, dicere non etiam vsuræ. Incrementa autem naturalia bene veniunt in hac actione, vt fructus & partus: vt. ff. eodem. l. indebiti. in principio & ff. de vsur. l. vi- 50 deamus. ij. §. item si indebitum. quæ sunt cõtra.

SI citra vllam transactionem.] CASVS. Dicebam te mihi teneri in. x. & credebas te mihi debere, creditori meo delegaui te, nulla trãsactione interueniente: si soluisti à me, condices per cõdi. inde. si non solueris, compelleris: sed à me condices, vt libereris ab obligatione. Viuia.

m **Transactionem.**] vel aliam similem causam: vt. s. l. proxi. diximus.

n **Aduersus eam.**] cui nihil debebas, & tua solutione liberata est: & sic nihil refert, an accipiat per se vel per alium, secundum Ir. & ff. ad Velle. l. nõ 60 putauit. Et referas hîc quod dicitur. ff. de excep. doli. l. purè. § si eum. & l. Iulianus. & de noua. l. doli. in fi.

CVm & soluta.] CASVS. Si quantitas indebita per ignorantiam soluta repeti potest, multò magis scriptura confecta de indebito soluendo conduci poterit. Viuia.

o **Cum & soluta.**] prius emisso chyrographo ex indebito, vel generaliter dici.

p **Multo facilius.**] Nam cui damus actionem, multò magis exceptionẽ: vt. ff. de superfi. l. j. §. quod autem. & ff. de reg. iur. l. fauorabiliores.

q **Condictio.**] i. repetitio indebiti, vel sine causa, vel incerti, secũdũ Azo. 70 vt. ff. de condi. sine cau. l. j. ij. & iij. & facit ad hanc legem. s. l. prox. & s. de trãsact. l. nec intentio. & l. ij. & ff. de act. emp. l. si hæres. & s. de iur. & fact. igno. l. si non. & j. de fideius. l. si indebitam. & j. de condi. ex le. l. si non est.

EA quæ.] CASVS. Quædam causa est, quæ per inficiationem crescit. ex qua si debitum fuerit solutũ, repeti non potest: puta in act. legis Aquil. in legato relicto in pias causas. & hoc in prima. Idem est & si ex ea causa aliquid fuerit promissum. s. quod conditioni locus non erit: vt si datum mihi fuerit damnum, competit mihi pro damno dato act. legis Aquil. quæ per inficiationem crescit: non si ex ea causa mihi soluisti, cùm mihi damnum nõ dedisti: idem est si promisisti, & nondum soluisti. Viuia.

80 r **Ea quæ.**] puta damnum erat. x. & ista possunt per inficiationẽ crescere: quæ. x. si fuerint soluta, licet indebita quo ad soluentem: quia alius dedit damnum, non repetuntur: sed si soluisset aliquid vltra, istud posset repetere: quia illud non crescit per inficiationem, & hoc secundum M. quod H. & Ioan. non placet: quia lex respicit causam, quæ crescit per inficiationẽ sicut causam transactionis, vel rei iudicatæ: vt. ff. ad legem Aquil. l. si ex plagis. §. tabernarius. & secundum hoc siue damnum tantùm ab alio datum alius emendet, siue etiam vltra det, vel promittat, non repetitur. idem si à se

Causa quãdoque per ĩficiationẽ crescit.

datum eſt, & confitetur. nam ſi ſoluat duplum vel vltra idem. Sed an à dante damnum repetat? Dic vt.ff.de interrog.act.l.qui ſeruum.§.j

a ¶ Per inficiationē.] vtpote ſi occidiſti animal vicini, vel ſi negaſti legatum eccleſiæ, duplum reddes: vt inſti.de obli.quæ ex qua.contra.naſ.§.vlti.

b ¶ Creſcunt.] ex.l.Aquilia vel legato: vt ſuprà ad legem Aquil.contra negantem.& inſtit. de obli. quæ ex quaſi contractu. §.fina.

ciationē [a] in lite creſcūt [b], ab ignorāte [c] etiam indebita ſoluta repeti non [d] poſſe, certiſsimi [e] iuris eſt. Sed & ſi cautio indebitæ pecuniæ ex eadē cauſa interponatur: cōdictioni locū nō eſſe cōſtat. S.v.Id. April.Bizantij AA.Conſ.

¶ Putatiuus ſucceſſor & filius repetit indebitum, quod eo nomine ſoluit. hoc dicit. Bald. Vel ſic: Debitum hæreditarium per errorem à non ſuccedente ſolutum repetitur. h.d.Sali.

Idem AA.& CC.Attalo. LEX V.

SI à patre emancipatus, ei non intra tēpora præſtituta [f] iure honorario ſucceſsiſti: quicquid indebitum [g] poſteà per errorem (vtpote patris ſucceſſor) dediſti [h], eius cōdictionem tibi competere, non eſt incerti iuris. S.xiiij.Calē.Maij, AA.Conſ.

¶ Indebitum meo nomine ſolutum ratum habens condico. Bald. Vel ſic: Indebitum alieno nomine ſolutum, ab illo repetitur, ſi ratum habet. hoc dicit. Sali.

Idem AA.& CC.Mnaſeæ. LEX VI.

SI per ignorantiam [i] facti non debitam quātitatem pro alio ſoluiſti, & hoc adito rectore prouinciæ fuerit probatum: hanc ei, cuius nomine ſoluta eſt, reſtitui eo agente [k] prouidebit. S.vj.Id. Auguſt.AA.Conſ.

¶ Hanc declara ut ſuprà de iur. & fact.igno.l. cum quis. Et adde quod not. inſtitu. de obli. ex quaſi contrac.in fi.Bal. & ſic ſummatur. Naturaliter tantùm debitum, facti errore ſolutum, repetitur. h.d.Sali.

Idem AA.& CC.Dionyſiæ. LEX VII.

FIdeicōmiſſum vel legatū indebitum [l] per errorem facti [m] ſolutum [n] repeti [o] poſſe, explorati iuris eſt. S.v.Id.Septem.AA.Conſ.

¶ Procurator falſus tenetur condictione indebiti. Bald. Vel ſic: Soluenti falſo procuratori condictio non liberatio competit. hoc dicit. Salice.

c ¶ Ab ignorante.] ſcilicet ius. vt quia credebam me teneri pro libero homine. ſecus ſi factum, ſecundum quoſdam. quod non placet: vt dixi.ſ.eo.l.j.

d ¶ Non poſſe.] hoc ſi ab alio erant debita. nā ſi ſeruus non erat ab aliquo interfectus vel vulneratus, bene poſſet iſte repetere: vt.ff. ad legem Aquil.l.inde Neratius.§. fina. &.l.ſequen. &.ff.de confeſ.l.ſi is.

e ¶ Certiſsimi.] Secus in actione, quæ ab initio eſt pœnalis: vt.ff.eo.l.elegāter.§.fi.& inſti.de act. §.ſed furti. In caſu tamen huius legis dant quidā cōdictionem ſine cauſa, licet ceſſet indebiti.

SI à patre.] CASVS. Filio emancipato in bonis patris eius delata bo.poſſ. eam filius intra annum vtilem nō agnouit: poſt annum credens ſe teneri creditoribus hæreditarijs ſoluit & ſuo nomine. nunquid repetet? Dicitur quod ſic.

f ¶ Præſtituta.] ſcilicet intra annum: vt inſti. de bo.poſ.§.liberis.

g ¶ Indebitum.] ſcilicet quantum ad tuā perſonam, qui neque ciuili, neque honorario iure ſucceſsiſti.

h ¶ Dediſti.] tuo nomine, alioquin obtineret quod legitur.ſ.de peti. hære.l. de hæreditate. &.ff.e.l.repetitio. quæ ſunt contra. quæ ſolutio probatur.ff. de ſolu.l.cum quis.§. de peculio. ibi, & magis ſimile &c.&.ff.eo.l.ſi pœnæ cauſa.§.j.

SI per ignorantiā.] CASVS. Titio debebam decem, Seius amicus meus credens me non ſoluiſſe, ſatisfecit ei pro me. cui competit indebitæ quantitatis per errorem ſolutæ condictio, quæritur, ſcilicet an mihi, cuius nomine ſolutum eſt, an Seio, qui ſoluit? Reſpon. quòd mihi. Idem & in minus ſolenni voluntate, ſi ſoluit legatum vel fideicommiſſ. hæres credens ſolennitatem interueniſſe. & ita errabat in facto: poſteà apparuit voluntatem non fuiſſe ſolennem: an hæres qui ſoluit, per condictionem indebiti repetere poſſit, quæritur? Reſpon. quòd ſic. hoc dicit cum.l.ſequen.

i ¶ Si per ignorantiam facti.] cùm fortè ideo eſſet indebita: quia debitor iam perſoluerat: ſecus autem ſi iuris fuiſſet ignorantia hoc caſu, ſecundum Ir.

k ¶ Eo agente.] & ſic ratum habente quod ſuo nomine eſt ſolutum indebitè: aliâs vel mandatis actionibus experieris: vel ceſſante mandato dabitur vtilis indebiti. argumen. ſuprà ſi certum peta.l.ſi abſentis.ff.eodem.l.ſi procurator.&.l.indebitum.&.l.dominus.& ad hoc.j.per quas perſo.nob.acquir. l.cum per liberam.

l FIdeicommiſſum.] Indebitum. ciuiliter: ſed naturaliter debitum.

m ¶ Facti.] quia putauit interceſsiſſe ſolennitatem ſeptem teſtium, quæ non interceſsit. Vel dic vt infrà ad legem Falcidiam.l.error. & ſuprà de iur.& facti igno.l.cum quis.

n ¶ Solutum.] per errorem iuris non poſſet: vt pote ſi crederet valere teſtamentum.

o ¶ Repeti poſſe.] niſi tale ſit legatum, quod per inficiationem creſceret, vt venerabilibus locis relictum: vt ſuprà eod.l.ea quæ.& inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contractu.§.fina.& inſtit.de action.§.item miſta.&.§. quadrupli. aliâs eſt.§.ſed furti.

Idem AA.& CC.Zyparo. LEX VIII.

CReditoris falſo procuratori [p] ſoluenti, aduerſus eum [q] indebiti repetitio, non obligationis liberatio [r] cōpetit. S.Petit.xv. Cal.Nouembr.AA.& Conſ.

¶ Dominus ſoluendo ex contractu falſi procuratoris ſiue geſtoris ſine mandato, uidetur approbare contractum. h.d. no. Vel ſic: Ille qui facit, quod eſt faciendum ſecundum naturam contractus, uidetur probare contractum. Bal.

Idem AA.& CC.Gratianæ. LEX IX.

INdebitum ſolutum ſciens non repetit [s]. ¶ Citra mandatum [t] autem ab alio re diſtracta, dominus euicta re, vel ob præcedens vitium [v] ſatis emptori [x] faciens, non indebitum prætendere poteſt, ſed per huiuſmodi factum [y] ratum cōtractum habuiſſe probans, à ſe debitum oſtendit eſſe ſolutum [z]. S. iiij.Nonā. Decembr. Nicomediæ. CC.Conſ.

¶ Beneficium electionis non perditur facilitate erroneæ ſolutionis. hoc dicit no. ſecūdum Bal. Vel ſic: Debitor alternatiuè ad duo, ſoluens utrunque: habet electionem quod repetat, ſicut habebat, antequā ſolueret. hoc dicit. Salicetus.

Imp.Iuſtinianus A.Iuliano præfecto prætorio. LEX X.

SI quis ſeruum certi nominis, aut quandam ſolidorum quātitatem, vel aliam rem promiſerit [a], & cum licentia ei fuerat vnū ex his † ſoluendo liberari, vtrunque per ignorantiam [b] dependerit, dubitabatur, cuius rei daretur à legibus ei repetitio, vtrumne ſerui, an pecuniæ? & vtrum ſtipulator, an promiſſor habeat huius rei facultatem [c]? ¶ Et Vlpianus quidē electionem [d] ei præſtat [e], qui vtrūque accepit, vt hoc reddat, quod ſibi placuerit: & tā Marcellū, quā Celſum ſibi conſonantes refert. ¶ Papinianus aūt ipſi, quod vtrūque p-

CReditoris.] CASVS. Debebam tibi decem. ſolui Titio gerenti ſe tuū procuratorem: an liberatus ſim à te: vel ſi non, an aduerſus Titium detur mihi indebiti cōdictio, quæritur? Rñ. quod liberatus nō ſum: & competit mihi cōdictio. Viuia.

p ¶ Procuratori ſoluenti.] debitori: procuratori dico, quē putauit in rem ſuam factū &c.

q ¶ Eum] procuratorē.

r ¶ Liberatio.] à vero creditore. Sed videtur huic legi contra.j.de fur.l. falſus.&.ff. de condict.cau. da.l.ſi procuratori. &. ff. de fur.l. falſus. §. j. & de ſol.l.cùm quis.§.j. ſed diſtingue vt. d.l.j. de fur. l. falſus.

INdebitū.] CASVS. Si ſcio me tibi nō debere aliquid, & ſoluo, non repeto: ſed pone quòd Titius rem meam ſine mandato vendidit Seio, & ei euicta eſt: in in cauſa euictionis obtuli me defenſioni Titij, & emptori ſatisfeci: vel emptore agente quanto minori ſatisfeci: vel emptore agente quanto minoris, obtuli me defenſioni illius Titij, & ſatisfeci emptori. an quaſi indebitum videar ſoluiſſe, & repetere poſsim, quærit? Rñ. quod non: quia ſatisfaciendo emptori, videor ratificare venditionē factam à Titio. vnde videor quaſi debitum ſoluere. Viuia.

s ¶ Non repetit.] vt ff.de reg. iur.l. cuius per errorem.&.ff.eo.l.j.

t ¶ Citra mandatū.] Si enim mandaſſet, teneretur vtili ex empto, ad exēplum inſtitoriæ: vt. ff. de act.empt. l Iulianus. §.ſi procurator.

v ¶ Vitium.] quæ redhibitoria erat.

x ¶ Emptori.] ex empto. vel ædilitia actione agenti.

y ¶ Factum.] quia ſatisfecit.

z ¶ Solutum.] ad hoc facit.ff.rem ra.ha.l.Paulus reſpōdet.&.ff.ad Macedo.l.ſed Iulianus.§.penulti.& fina.&.l.ſed & ſi pater. rati enim habitio mandato comparatur: vt.j.ad Macedo.l.fi.& concor.ff.de inoffi.teſta.l.eum qui.§. j.&.ff.de euic.l.ſi mancipium.§.duplæ.

SI quis ſeruum.] CASVS. Promiſi tibi ſeruum aut decem ſub alternatione, credens me vtrunque teneri. per ignorantiam vtrunque ſolui. cuius rei repetitio dubitatur: & an promiſſoris eſſet electio, an tui creditoris? Dicit Vlpianus electionem pertinere ad te, cui vtrunque ſolutū eſt vt reddas quod horum volueris. Papinianus econtra in cuius ſcilicet ſententia erat Iulianus, & in eorum ſententiam declinat Imperator, vt habeam electionem repetendi: quia habui electionem ſoluendi quod vellem. Viuia.

a ¶ Promiſerit.] ſub alternatione.

b ¶ Per ignorantiam.] putans ſe vtrunque daturum promiſiſſe.

c ¶ Rei facultatem.] ſ. quam velit retinere, vel reſtituere.

d ¶ Electionem] donec vtrunque extat: vt.ff.eo.l.cùm is.in prin.

e ¶ Preſtat.] hoc poteſt eſſe verum, cum vel pacto apud creditorem ab initio fuerat electio: vt.ff. eo.l.ſi non ſortem. circa finem. vel quando à duobus reis promittendi, ambo promiſſa ſub alternatione per ignorantiam ſoluta

† Gl.j.in.c.j. circa me. de procura. dicit per hanc.l. quia procurator actoris tenetur oſtendere mandatum, vel ſatiſdare de rato quod ſufficit, ſi vnum ex ijs duobus faciat.

Rathihabitio cōparatur mādato

soluta sunt:vt.ff.eo.l.planè.& sic non corrigitur quod hic dicit,nec quod illis legibus dicitur. Vel dic.ll.illas,& quod hic dicit Vlpianus, corrigi per Iustinianum,vt hic sequitur.

a ¶ Electionem donat.] donec vtrūq; extat:vt.ff.eo.l,cum is.in prin.

b ¶ Præstare.] vt.j.de verb.sig.l.cum quidam.in fi.

c ¶ Decidentibus.] cōtra.ff.de iure dot.l.plerūq;:vbi dicitur,quòd in optione recipientis est.Solu.hæc lex corrigit aliā.

d ¶ Dandi habuit.] hoc verū,nisi in duobus casibus:vt.s.dixi per.l.ff.e.l.plane. &.l.si non sortem.§.fi.quæ sunt contra secūdum I. Vel hæc corrigit illas. Sed qui debet Stichum aut.x.& putat se ad alterū præcisè teneri, 20 nō repetit:vt.ff.de lega.ij.l.si is cui.si verò soluerat quinq; tantùm,nec in quinq; potest dici liberatus,nec in quinq; obligatus: licet in his quinque primo fuit obligatus: est ergo inter liberationē & obligationem quoddam mediū.f.q; cessat quādo- 30 que obligatio, nec est extincta:vt.ff.eo.l.si non sortē.§.fi. &.ff.de sol.l.q res.§.fi.secundum Azo.

† Concor. c.inter cæteras.cū gl. iij extrā de rescri.& ca. referēte. ex trāde præbē.& digni te.

soluit,electionē[a] donat:qui & antequàm dependet,ipsam habet electionē,quod velit pstare[b]:& huic sententiæ sublimissimū teste adducit Saluium Iulianum summæ authoritatis hominē, & pretorij edicti perpetui ordinatorē. ¶ Nobis hæc decidētibus[c], Iuliani & Papiniani sententia placet:vt ipse habeat electionē † recipiendi, qui & dandi[d] habuit. Dat. Cal. August. Constantinop. Lampadio & Oresta VV.CC.Cons.

¶ *Ratione dubitationis oritur condictio indebiti,sicut ratione erroris.h.d.secūdum Bal. Vel sic:Indebitum solutum ancipiti animo, siue mente titubante,repetitur.h.d.Sali.*

Idem A.Iuliano pręfe.preto. LEX XI.

PRo dubietate[e] eorū qui mēte titubāte[f] indebitā soluerint pecuniam, certamē legūlatoribus incidit:id ne quod ancipiti animo persoluerint,possint repetere, an nō. Quod nos decidētes sancim⁹, omnibus qui incerto animo indebitā dederint pecuniam,vel aliam quādam speciem persoluerint, repetitionē non denegari, & præsumptionē transactionis non contra eos induci:nisi hoc specialiter ab altera parte approbetur. Dat. Cal.Octob. Cōstātinop. Lāpadio & Oresta VV.CC.Cons.

PRo dubietate.] CASVS. Certum est, q̃ qui indebitū soluit, repetit. quid ergo si aliqs dederit, dubitans an debeat vel nō: de hoc 40 erat quæstio, quā decidit Imperator, dicens, q̃ qui animo titubante aliquid dedit vel soluit,repetit:nec præsumit trāsactionē interuenisse, nisi ab altera parte hoc specialiter fuerit probatū.

e ¶ Pro dubietate.] Not.hic, q̃ dubitans pro 50 ignorante habetur.

Dubitans pro ignorāte habetur.

f ¶ Titubante.] i.dubitante debeat vel non: & sic quantum ad hunc titulū non est differētia inter errorem, & titubationem, & nescientiam, & ignorantiā:nec quātū ad titulū de iuris & fact. igno.sed quātum ad alia 60 differunt:vt.ff.de iur.& fac.igno.super ipsa rubrica: & potes dare exēplū huius legis.ff.eo.l.ij. Vel dic.q̃ nihil dixit.ff.de regu.iur.l.nō debet actori.§.in re obscura.

TITVLVS VI. De condictione ob causam datorum.

¶ *Vbi non tenet contractus principalis, pacta adiacentia nil operatur. Vel sic: Deficiēte substantia,deficit accidens. Vel sic: Deficiente causa,quæ est necessaria ad effectum producendū, deficit effectus. hoc dicit,secundum Bal. Vel sic: Si pecunia datur ob dotem, & interponitur pactum de lucrando: & matrimonium non sequatur iure impediente, mulier non habet actionem de dote ad repetēdum, sed cōdictionem*

¶ DE CONDICTIONE OB CAVSAM DATORVM. ¶ *Dictū est.s.de ea cōdictione,quæ datur ob præteritam causam.Nunc uideamus,quæ datur ob causam futuram & honestam: propriè tamen causa 70 dicitur de præterito tantum:ut.ff.de condi.& demon.l.si ita legatum.in fi. res uerò in futurum:ut.ff.de condi.inde.l.damus. & congruit hæc condictio cum superiori:utrobique enim intuitu causæ rem in alium emitto:neque res emissa distinguitur.sed hæc futura,illa præteritā respicit,ut dixi. Inde est, quòd in illa statim condictio nascitur post solutionem.in hac demum cum fuerit cessatum,nisi prius pœniteat.*

Continuatio. Causa & res differūt

PEcuniam.] CASVS. Mulier cum aliquo cōtraxit matrimonium:centū dedit in dotem,& pacta est sibi de dote restituenda quocūq; modo soluto matrimonio:posteà apparuit 80 non contractum matrimonium fuisse:quia erant cōsanguinei. nunquid act.de dote possit repetere dotem,quæritur?Respon. quòd non, sed condi.ob causam.& pactum quod interuenit perinde est, ac si interpositum non fuisset:quia sicut matrimonium non valuit,ita nec pactum. Viuia.

g ¶ Quam.] i.aliquam.vel dic ad pecuniam recipiendam,quam te &c.

h ¶ Pactumq;.] i.de dote lucranda vel restituenda,soluto matrimonio.

i ¶ Interpositum.] de dote lucranda.

k ¶ Authoritate.] quod ex multis causis prohibetur: vt not.institu. de nup.§.sunt & aliæ.

l ¶ Nullam.] de dote.

m ¶ Actionem.] ex eo pacto.

n ¶ Habet.] s mulier.vel,pactum habet.i.continet.

o ¶ Condictionis.] est enim personalis actio:vt.j.de do.quæ sub mo.l.j.Et intransitiuè legitur. sic s.ti.j.l.j.Et dic hoc casu cō dictionē esse priuilegiatam:vt.ff. de priuile. cre. 10 l.ij.§.si &.l.seq. Sed quō datur cōdictio pro dote: imò debet cōfiscari: vt.j. de incest. nup.l. qui contra.&.ff.de rit.nup.l.incestæ.& inst.de nup.§.si aduersus,quæ sunt contra? Solui.in legibus illis fuit sciens,hic ignorās factū: ar.ff.eo.l.j.§.sed si paren 20 di.&.l.ij &.j.de interdic. mat.l.si tutor. Sed P. dixit etiā sciente agere cōdictione sine causa:vt. ff. de condi.sine causa.l.fin. quod non placet:quia ibi nec facto secutū fuit matrimonium:vt ibi. Et distingue circa hoc:vt.j.de incest.nupt.l. qui contra. 30 Item nec obstat,q̃ hic fuit causa secuta:quia de iure seq debet, quod hic non fuit:vt.ff.eo.l.iij.§ fi. liber.hæc ergo condictio locū habet: quia ob matrimonium datū fuit: vt ff.de iur.do.l.dotis. &.ff. eo.l.si extraneus. Itē quō datur ob causam, cū ob 40 nullam causam videatur datum:vt.ff.de cond. sine causa. l. auunculo? Rñ.causa est,si genus attendas: nulla est, si speciem attendas.

ob causam:nec pactum ullam habet efficaciam. h.d.Salic.

Imper. Antoninus A.Callisthenidi. L. I.

PEcuniā, quā[g] te ob dotē accepisse, pactumq;[h] † quod interpositum[i] (vt fieri quum iure matrimoniū cōtrahitur,assolet)proponis:impediente quocunq; modo iuris authoritate[k] matrimonium cōstare, nullam[l] de dote actionē[m] habet[n]:& propterea pecuniā,quam eo nomine accepisti iure condictionis[o] restituere debes:& pactum,quod ita interpositum est,perinde ac si interpositum non esset, haberi[p] oportet. PP.vj.Calend. August. Læto. ij. & Cereale Cons.

Dos data ob matrimoniū, qd de iure non potuit sequi an posit repeti.

† Aliās, & rectius,Pecuniā,quan te ob dotē accepisse pacto interposito,vt fieri cū iure matrimonium contrahitur assolet, proponis: impediente quo cūque modo iuris authoritate matrimonium, iure condictionis restituere debes:& pactum &c.

¶ *Si deficit modus appositus loco finalis causæ simpliciter uel secundum quid, repetitur datum.h.d.not.& ista lex est subtilis.Bal. Vel sic: Donatum per patrem filiæ ut creditoribus paternis soluat:ea non soluente potest repeti per hæredem patris.h.d.Sali.*

Imperator Alexander A.Asclepiadi. L. II.

SI (vt proponis †)pater tuus ea lege sorori[q] tuæ prædia, cæteraq;,quorū meministi donauit, vt creditoribus ipsa satisfaceret, ac si placita obseruata non essent, donatio resolueretur[r]: eaq; contra fidem negotij gesti versata est: non est iniquum,actionem condictionis ad repetitionem rerū donatarū tibi,qui patri successisti, decern i. PP.xiiij.Calend.Decēb. Albino & Maximo Cons.

† Concor. cum hac.l. j.de donacum res.

p ¶ Haberi oportet.] vbi enim causa deficit,& effectus:matrimonium autem est causa dotis:deficiente ergo matrimonio , non potest dos locū habere: vt.j. de dona.ante nup.l.fi. circa princi. & vbi nulla dos, nulla de dote actio: in qua sola est locus pacto retentionis:si ergo nulla est de dote actio , nulla retentio ex pacto: vt hîc, 60 & in anthen. de nup.§. si verò ab initio. collat. quarta. & concord. huic legi.infra de dona.l.cūm res.

¶ *Pactum in donatione appositum ne liceat donatario alienare , operatur, quòd aut pactum seruetur,aut res donata condicatur ab eo. h. d. no.secundum Bald.*

Impp.Valerian.& Gallien AA. Aurelio & Alexandræ. LEX III.

SI vt proponis.] CASVS. Si pater tuus sorori tuæ emancipatæ prædium dedit, vt creditoribus satisfaceret : alioquin reuerteretur prædium ad hæredem: si non satisfaciat. quæ actio competit tibi ad repetendum quod dedit, si pater tuus 70 concessit in fata,vel adhuc superstes est,quæritur?Respond.q̃ condictio ob causam.Viuia.

q ¶ Sorori tuæ.] emancipatæ vel alio patre natæ.aliās si in potestate esset donantis,cūm patri non fuerit nata condictio ob causam, nec eius filio. s.fratri huius sororis potest competere:vel fortè tunc daretur fratri in sororem.

r ¶ Resolueretur.] sic.ff.eo.l.iij.in prin.sed & hoc non dicto idem ius esset:cūm dicta lex in donatione hoc tacitè contineat,vt si non fiat,quod dictū est,resoluatur quod donatum est:sed hic non nascitur condictio ex ipso contractu:sed quando non fuisset dictum,tunc ex quasi contractu:vt.ff.de condi.in de.l.ij.in prin.&.l.quod quis sciens.secundū quosdā:sed verius est ex re ipsa, 80 sue vi ex rei interuentu.vt ar.insti.quib.mo.re contra.obli.§.is quoque.Sed vi detur huic legi contra.j.de rescin.ven.l.ea.Sol.vt ibi.Item no.dari hoc casu ob causam,cūm contractui innominato esset apposita pactio:vt.j.de contrahen. emp.l.si donationis.& de dona.quæ sub mo.l.fi doceas.nihilominus & actio præscriptis verbis:vt.j.de dona.l.cūm res.&.ff.de dona.l.hæreditatem.sed vbi est nominatus,tantūm præscriptis verbis:vt.ff.de re.permu.l.j.in fin. &. ff. e.l.fin.&.j.de pact.inter empt.& ven.l.j.&.l.cūm te.&.s.fa.ercis.licet,Sed cūm hodie sit nominatus:vt no.j.de re.permu.super rubrica,videtur ex huiusmo-

Donatio est contractus nominatus.

di pacto non dari ob causam.sed præscriptis verbis tantũ,per quod omnes leges huius titu li videntur abrogatæ quæ de donatione dicunt.Sed dic speciale in donatione,vt quanquam sit hodie nominatus,tamẽ datur hæc condictio per has leges:vt.d.l.j̃.de don.quæ sub modo.l.j. *ADDITIO.* Bar.hîc sic dicit,ꝙ donatio simplex,& olim & hodie fuit contractus nominatus, de quo latius per eundẽ in l.fi.ff.isto titu. versic.pro declarãda ista &c.Donatio verò quæ fit ob causam non est verè donatio,sed magis ob cãm datio:vt.l.j.ff.de dona. ergo meritò dicitur cõtractus innominatus & olim & hodie.

EA lege [a] in vos collata donatio,vt neutri alienandæ suæ portionis facultas vlla competeret, id efficit, ne alteruter vestrũ dominium prorsus alienet [b] : vel vt donatori,vel eius hæredi condictio [c] ,si non fuerit conditio seruata,quæratur.PP.Calẽd.April. Valeriano.iiij.& Gallieno.iij. AA.Cons.

Defectus sperati patrocinij, inducit condictionem ob causam, quatenus causa deficit.hoc dicit.Bald.Vel sic: Confessus se plus recepisse, quam reuera receperit:potest non recepti liberationem condicere.h.d.Sali.

Idem AA.& Valerianus C. Aemiliæ.

LEX IIII.

SI cùm exiguam pecuniam reuera susciperes [d] ,longè maiorem te accepisse cauisti, eò ꝙ tibi patrocinium aduersarius [e] repromitteret:cùm dicas fidẽ promissi nõ secutam:vt libereris obligatione eius,quod nõ acceptũ propter speratum patrocinium spopondisti,per condictionem [f] cõsequeris.PP.v.Calen. Maij, Æmyliano & Basso Cons.

Datum militi occasione procurationis non secutæ,condicitur.h.d.Bal.& Sali.

Impp.Diocletianus & Maximianus AA.& CC. Martiali.

LEX V.

SI militẽ ad negotiũ tuũ procuratorẽ fecisti [g] ,cùm hoc [h] legibus interdictũ sit, ac propter hoc pecuniã [i] ei numerasti: quicquid ob causam datum est, causa non [k] secuta,restitui tibi competens iudex curæ habebit [l] .PP.x.Calend. Octob.ipsis iiij.& iij.Cons.

Simplex donatio nõ reuocatur:sed ubi in causa de facto erratur,condicitur per cõdictionem ob causam.hoc dicit.Bal.Vel sic: Ancilla data, ut dantis filia manumittatur:si non manumittitur,repetitur:quod secus est,si purè donata fuerit.hoc dicit.Sali.

Idem AA.& CC.Cyrioni & Plotioni.

LEX VI.

EA lege.] *CASVS.* Nepotibus tuis prædium dedisti hoc pacto,ꝙ neuter portionẽ suã alienaret. an donatio facta hoc pacto teneat: & quis sit huius pacti effectus,quærit? Rñ. ꝙ tenet,& habet talẽ effectũ s. ne timore eius aliquis ad alienationẽ procedat: tñ tenet,si facta fuerit donatori: tñ cõtra donatariũ tantũ:non autẽ cõtra posteriorẽ aliũ, cõpetet condictio ob cãm.Viuia.

a Ea lege.id est eo pacto:vt.ff.deposi.l.j.§.si cõueniatur.

b Alienet.] id est faciat,quòd ille timore pacti duct⁹ de facto nõ alienabit.i.nõ procedet ad alienationẽ faciẽdam de facto:sed si alienabit,tenebit alienatio de iure,& dominium transferetur, sed donatori dabitur condictio contra alienantem,cùm personalis sit actio: non contra possessorem ad rem,licet hoc quidam dixerunt per. l. infrà de reuo.do.l.his solis:quam rem cùm non posit restituere,restituat eius æstimatione:sicq; aliud petit,& aliud consequitur:vt ff.si cer.pe.l.vinum.ff.de verb. obli.l.si seruum §.pen.& vlti.vendicatio enim non datur ei cùm detur condictio:nemo enim potest condicere rem suam præterquàm à fure:vt.ff. vsufru. quemadmo.ca.l fi.& sic dominium est translatum de primo in secundum.& de secundo in tertium.Et alia est ratio,quare sit translatum de secũdo in tertium:quia cùm nudum pactum.i.quodlibet quod rei traditione non est vestitum transferre in aliquem dominium non potest:vt.s̃.de pac.l traditionibus.multominus potest rem trãsferre in primũ dantẽ,vel impedire quo minus transferat in secundò accipientem:præterquã in pacto legis cõmissoriæ vel adiectionis in diem:vt.d.l.traditionibus.& ita ex hac disiunctiua, altera pars est vera,nempe vltima.Alij vt R.dicunt primam partem veram.i. quòd non potest alienare,nec dominium transferre,sed sequens est falsa:vt hîc dicunt ratione possessionis dari condictionem,& pro eis.j̃.de re.ali.nõ alie.l. fi. quæ lex est contraria nostræ lecturæ.Sed certè ibi non dicitur , ꝙ non posit transferri dominium in accipientem:sed assignantur quæ continentur verbo alienationis,cùm prohibita est alienatio.Item aliud est cõtrarium.j̃.si mãci.ita fue.ali.vt ma.l.ea quidem.Solu.aliud in libertate quàm alijs rebus:quoniam apponens conditionem ne manumittatur, non de actu manumittentis,sed de beneficio libertatis intellexisse videtur:vt.ff.de ser.expor.l.si venditor.Hîc autem de ipso actu intellexisse videtur.Item est alia ratio: quia sicut difficilè reuocatur libertas,sic difficiliter tribuitur,quod nõ est in alijs rebus: vt.ff.qui & à qui.l.generaliter.§.fin.& est simile,vbi libertas est deterioris cõditionis.ff.de manu.testa.l.cùm ex pluribus.&.ff.de leg.j.l.si quis à filio. §. si quis.Vel dic quòd manumissio fuerat prohibita propter serui delictum: quia dominum offenderat: quod delictum non debet remanere impunitum:vt.ff.ad.l.Aquil.l.ita vulneratus.& de fideius. l. si ab eo.Vel ideo vt posit torqueri, vt veritas eruatur. Vel ideo, quia si pœna apponeretur, exigi non posset: quia sic esset indignatio pœnæ non irrogatæ:vt ff.de ser. expor. l. seruus. Vel distinguitur ,an prohibeatur alienatio facti vel iuri tantùm:vt hîc,& ibi.&.ff.de leg.tertio l.pater.§.filiam.Item distingue super hac lege, vtrum alienatio fuerit prohibita à lege , vel à testatore: an pactis contrahentium . In primis duobus casibus volens alienare non potest,nec dominium in accipientem transferre : vt suprà de legi. & constitu.l.non dubium.& instit.quibus alien.licet.in princip.&. ff. de lega.ij.l.peto.§. fi. &.l.cùm pater.§.libertis.& de lega. tertio l. cùm pater.§. filiam.In tertio bene transfertur dominium:vt hîc,& argumen.contrà.ff.de distract.pign.l.si creditor.§.fina.Item pro hac distinctione est. ff. de transact. l.cùm hi.§.hæc oratio. &. §. planè . Item etiam in vltima voluntate si sic est dictum,ne alienet extra familiam inter viuos,& extraneum hæredem instituat,transit ad eum dominium,sed agitur ad interesse:vt.ff.de lega. tertio.l. pater.§.fundum.Sed si per pactum est prohibita alienatio,& extraneum hæredem instituat, tenet alienatio, sed agitur ad interesse: vt.ff. de verb. obligat.l.si ita quis promiserit decem tibi.§.ea lege.Sed contra in authenti.de alien.& empt.§.sanctissimarum.colla.nona.& infrà de bonis quæ lib. auth. excipitur.Solu.ibi,in vltima voluntate.Item in illa de alie.& emphy. pactum consonat cum.l.quæ regulariter prohibet alienationem rei ecclesiasticæ : vt s̃.de sacrosan.eccle.l.iubemus.ij.& pro hoc est.ff.de pactis.l.si vnus.§.quod in specie.& hoc secundum Ioan.Sed B.distinxit,vtrum prohibitio fuerit apposita in contractu,& in traditione:vel in traditione tantùm:vel in contractu tantùm. In duobus primis non transfertur dominium: in vltimo sic . & est ꝓ eo in seruitute excepta,quæ si in vtroque tempore excipiatur , vel tempore traditionis, valet, & datur confessoria: aliàs agitur actione ex eo contractu: vt.ff.de actio. empt.& vendi.l.si tibi liberum.& de serui. vrba. prædi.l.si binarum . Sed Ioan.dixit in omnibus illis casibus, scilicet cùm excipitur seruitus: vel vtroque tempore,vel altero posse agi actione ex eo contractu:nec competere confessoriam ex pacto,cùm tunc non potuerit esse seruitus quæsita: quia sua res nemini seruit.ff.de ser.vrb. prædi.l. in re communi. Tertij distingunt, an appareat causa,quare prohibita sit alienatio,& tunc non potest ille alienare : an non appareat , & tunc potest: vt.ff. de lega.j.l. filiusfamiliâs.§.diui.& de lega. iij. l. Lucius . primo respon.&.l.pater filium.§. Iulius Agrippa.Quarti dicunt:refert,an intersit eius, qui prohibuit alienationem,vt tunc non alienet:an non, & tunc sic . argument. infrà de pactis. inter emptionem & venditionem.l.finali.Sed contra eos videtur.ff.de seruitute rusticorum prædiorum.l.cum fundo. Item fortiter huic legi obstat.ff. communi diuidundo.l.tertia.&.l.in hoc iudicium.§.si inter socios.&.ff.pro socio.l.idemque dicendum. in fine legis: quia pactum ne diuidatur , ita est rei annexum, quòd sequitur possessorem , id est emptorem.at hoc pactum ne alienet, non sequitur rem :sed dic, sequitur quo ad excipiendum : vt ibi,non quo ad agendum:vt hîc.arg,ff.de pac.l.si tibi.§.pactum.

Libertas sicut difficile reuocatur, sic difficiliter tribuit.

Alienans rẽ ꝓhibitã alienari , an transferat dominium.

c Condictio.] ob causam quam speciale est in donatione dari:vt dixi suprà l.proxi.

SI cum exiguam.] *CASVS.* Accepi mutuo decem à quodam aduocato,& caui quòd accepi.c. propter spem sui patrocinij, quod mihi promisit : posteà ille non obseruauit fidem , an liberationem sponsionis vel condictionem consequi posim , quæritur ? Respon. quòd sic.

d Susciperes.] pone decem.

e Aduersarius.] id est,ille contra quem agis,scilicet creditor.

f Per condictionem.] ob causam vel exceptionem doli mali potes te tueri.& ad hoc.j̃.de non nume.pecu.l.minorem.&.s̃.titu.j.l.iij.&.s̃.de postu.l. si sub specie.&.ff.de cõdi.sine cau.l.iiij.&.ff.de var.& extraordi.cog.l.j.§.in honorarijs.&.s̃.de pac.l.creditori.

SI militem.] *CASVS.* Dedisti pecuniam militi,vt esset procurator tuus ad causam quandam:obiectum est ei,quòd procurator esse non potest,quia miles:nunquid repetes pecuniã quam dedisti?Dicitur quòd sic, per condictionem ob causam.Viuia.

g Fecisti.] de facto,id est quantum ad destinationem animi tui.

h Cum hoc.] scilicet vt miles procurator fiat:vt.s̃.de procura.l.militem. &.j̃ loca.l.milites.

i Pecuniam.] vt eam in sumptus litis erogaret secundum quosdam.

k Causa non secuta.] vel quia nolit esse procurator,vel quia non potest de iure:vt & arg.ff.eo.l.iij.§.si liber.&.j̃.l.proxi.licet si non obijciatur ei exceptio,admittatur:vt.ff.de procura.l.filiusfamiliâs.§.milites.&.s̃.de procura.l.ita demum.quo casu si peregit,non potest repeti,quod datum est. sed videtur huic ex huius pecuniæ datione nullam nasci actionem:vt.ff.de actio.& obligatio.l non solùm.quæ est contra.Sol.hîc loquitur cùm re contrahitur obligatio:ibi cum consensu vel verbis. Vel hîc non erat imposibilis conditio prorsus:vt dicta.l.suprà de procura.l.ita demum. Item contra.j̃ de lega l. ab administratione.Solu.vt ibi,& eodem modo solue aliud in eodem titu.l. si.legatarius.in fine.

l Habebit.] vt argu.ff.locat.l.ex conducto.aliâs.l.si vno.§.item cum. & habet hoc locum indubitabiliter, cùm ignorauit militem : vt.ff.locat.l.si ignorans . & idem si sciuit militem, sed credidit eum posse procuratorem esse,vt non noceat iuris ignorantia in damno vitando , sicut nec in condictione indebiti;vt diximus,suprà titulo primo.l.prima.Item si sciebat vtrunque:sed adiecit condictionem expresse,si fueris procurator.argu.ff.de condi. inde.l.ij.secus si non dixisset.arg.ff.de reg.iur.l.cuius per errorem.Item contra.j̃.eo.l.fi.Sed dic,hîc non stat per eum,sed per ius.

Cum ancil

CVm ancillam.] CASVS. Pater tuus mihi dedit ancillam quãdam, vt ancillam meam filiam ſuam naturalem manumitterem: diſtinguitur in .Iuſta, aut ſimpliciter dedit: au dedit vt manumitterem. primo caſu non reuocabitur donatio. ſecundo caſu, ſi non feci quod conuenit: aut quia nolui, aut quia non potui: quia fortè erat libera: condictio ob cauſam competit. Viuianus.

a ¶ Filiam] ſ. dedit.

b ¶ Non poſsit.] vt. j. de cõtrahẽ. empt. l. iij. & j. de vſuſca. pro donato. l. irritam. & j. de act. & obli. l. ſi quidem. & hoc niſi ex cauſa ingratitudinis: vt infrà de reuo. dona. l. ſi.

c ¶ Non ſecuta.] quia nec ſequi potui de iure: vt. ſ. l. proxi. & l. j. & ff. e. l. iij. §. ſi liber. & ff. mãda. l. cùm ſeruus in fi. Et not. quòd libero non poteſt præſtari libertas, non iuris prohibitione, ſed eius impoſsibilitate ſecũdum Ir. ſed in caſu valet libertas libero relicta: vt. ff. de fideicõmiſ. lib. l. generaliter. §. ſi homini libero. Item no. ſecundum Azo. qui dicit, hîc ceſſante cauſa &c. habere locum, ſi cauſa fuerit finalis non impulſiua. argumen. j. de nup. l. imperialis. §. ſed & ſi tales. & de iure dot. l. ſi mulier dotem.

✱ Cauſa. Libertas libero pręſta renequit.

Cauſa ceſſante quando ceſſet effectus.

† Quia ſi neconditio ueacta rũpéda nõ ſũt vt. xxxvij. q. vltim. vl. in fine.

SI repetendi.] CASVS. Dedi vxori tuæ. x. vt ſic induceret te ad proficiſcendum mecum ad ſcholas, non es profectus: an repetere poſsim, quæritur? Diſtinguitur, aut expreſsè dixi quòd repeterem, niſi ipſe proficiſceretur: aut hoc tacitè in animo meo geſtabam. primo caſu repetam per condictionem ob cauſam. ſecundo caſu non repetã. Viuia.

d ¶ Conditionem.] Expreſsè, ſed tacitè hoc in mente agebatur ab altera parte tantùm: vt. j. de dona. ãnte nup. l. ſi mater. & ff. eod. dedi. §. ſi qs quaſi. Si autem ab vtraque parte, tunc daretur repetitio: vt in donatione cauſa mortis: vt. ff. de donatione cauſa mortis. l. ſenatus. §. j. & ff. e. cum quis mortis cauſa. & idem eſt ſuprà eodem. l. prima. nam ibi ab vtraque parte agebatur, ſi ſequeretur matrimonium: vt infrà de don. ante nup l. cùm veterum. circa finem & argumen. ff. eod. l. j. §. fin. & l. ſequent. & l. ſi filius. ſic ergo fuit cauſa impulſiua non finalis, quia tunc eſſet aliud: vt. ff. de donat. l. ij. §. fina. & l. ſequent. & ff. de donatio. inter virum & vxorem l. ſed ſi mors. §. fin. & ff. de condict. & demon. l. Titio centum. in princip. & concor. huic legi. j. de dona. ante nup. l. ſi prǫſidi. & ſ. de tranſact. l. ſi maiores. & ff. de duo. reis. l. duos. & j. de re. permu. l. ex placito. & ff. de acquiren. poſſeſ. l. quod meo. §. ſi furioſo. & ſ. quod me. cau. l. cum te.

Cauſa impulſiua datũ, an poſsit repeti cauſa non ſecuta.

DIctam legem. CASVS. Sponſus ſponſæ dedit decem, vt illa intra certum tempus veniret ad domum ſuam: non venit cùm venire potuit. nunquid repetit ſponſus quod dedit? Reſpon. quod ſic. vel ab ipſa ſi ſuperſtes eſt, vel ab eius ſucceſſoribus ſi deceſsit. Viuianus.

Conditione ſub impoſsibili datũ an poſsit repeti.

e ¶ Dictam legem.] id eſt dictum pactum à ſponſo: vt ſtatim dicet.

f ¶ Si non.] ſi non habes maximè ſubaudias: vt probatur ſuprà eodem. l. prima. & l. ſi militem. & l. cùm ancillam. & ff. eodem. l. tertia. §. ſi liber. Vel diſtingue an qui dat, ſcit condictionem impoſsibilem: & ſic non repetit. an non: & tunc repetit argumen: ff. de acquiren. poſſ. l. quod meo. §. ſi furioſo. &. ff. de condi. ſine cauſa. l. auunculo. & diximus idem. j. de leg. l. ab adminiſtratione. Tertij vt Ir. dicunt: ſi non impoſsibilem ſcilicet de natura: vt do tibi decem, ſi cælum digito tetigeris. nam non repetitur, etiam ſi ceſſat. & eſt argu. ff. de actio. & obli. l. non ſolùm. & ſic non ſubaudi maximè. ADDITIO. Veritas eſt iſta ſecundum Barto. hîc: quando aliquis dat ob cauſam impoſsibilem ignoranter: habet locum hæc condictio. vt. ſ. eo. l. ſi militem. Si verò ſcienter, tunc aut dedit adijciendo conditionem, & repetitur: vt dicta. l. ſi militem. aut non adijciendo conditionem, ſed per modum cauſæ, aut modi: et tunc non repetitur. ita loquitur ſecundum eum hæc lex.

g ¶ Quapropter.] quod dixit in genere, ponit in ſpecie.

h ¶ In ſponſam.] cui maiori affectione donare videtur, propter ſpem futurarum nuptiarum. vnde videtur conueniens non repeti, quod donatum eſt.

CVm ancillã patrẽ veſtrũ ei, cõtra quem ſupplicatis, dediſſe proponatis: intereſt multũ, vtrumne donãdi animo dederit an ob manumittendam filiam [a], quam ancillam exiſtimabat: cùm perfecta quidem donatio reuocari non poſsit [b]: cauſa verò donandi non ſecuta [c], repetitio competat. S. ij. Id. Maij. AA. Conſ.

¶ *Defectus cauſæ in mente retentæ, non parit condictionem ob cauſam. hoc dicit not. ſecundum Bal. & Sali.*

Idẽ AA. & CC. Gerontio. LEX VII.

SI repetendi ✱ quod donabas, vxori eius, quem ad proficiſcẽdum tecum huiuſmodi liberalitate prouocare propoſueras, nullam addidiſti conditionem [d]: remanet integra donatio: cùm leuitati perfectam donationem reuocare cupientium iure occurratur †. S. vij. Calend. Septembr. AA. Conſ.

¶ *Defectus finalis cauſæ poſsibilis parit condictionem ob cauſam. Bald. Vel ſic: Datum ob cauſam, cui recipiens non paruit cùm poſſet, repetitur per condictionem ob cauſam. h. d. Sali.*

Idẽ AA. & CC. Flauiano. L. VIII.

DIctam legem [e] donationi, (ſi non [f] impoſsibilẽ contineat cauſam) ab eo, qui hanc ſuſcepit, non impletam, condictioni facere locum, iuris dictat diſciplina. quapropter [g] ſi titulo liberalitatis res tuas in ſponſam [h] conferendo, certam dixiſti legẽ, nec huic illa, cùm poſſet, paruit: ſucceſſores ipſi⁹ de repetendis, quę dederas, ſi hoc tibi placuerit, cõuenire non prohiberis [i]. S. iij. Id. Feb. AA. Conſ.

¶ *Accipiens à libero non implens cauſam, condictione tenetur: ſecus ſi accipiat à ſeruo proprio, ubi eſt hortandus, non arctandus. hoc dicit ſecundum Bal.*

Idem AA. et CC. Bibulo. LEX IX.

SI liber conſtitutus, vt filiæ [k] tuæ manumittantur, aliquid dediſti: cauſa non ſecuta, de hoc tibi reſtituendo cõdictio cõpetit [l]. nam ſi [m] quid ſeruus de peculio domino dederit: contra eum quidem nullam actionem [n] habere poteſt: ſed dñm, qui ſemel accipere pecuniam pro libertate paſſus eſt, aditus prouinciæ rector hortabitur [o] (ſalua reuerẽtia) fauore ſcilicet libertatis, placito ſuo ſtare [p]. S. iij. Id. Febr. Sirmij AA. Conſ.

¶ *Si cauſa non impletur caſu fortuito, ceſſat condictio. h. d. cum. l. ſeq. ſecundum Bar. Vel ſic: Si propter caſum fortuitum res non ſequatur: pecunia data non repetitur. h. d. Sali.*

Idem AA. & CC. Canonianæ. LEX X.

PEcuniam à te datam ♁ ſi hæc cauſa [q] pro qua data eſt, non culpa accipientis, ſed fortuito caſu [r] nõ eſt ſecuta: minimè repeti [s] poſſe certũ eſt. S. iij. Noñ. Decẽb. Nicomediæ. CC. Conſ.

¶ *Si non ſtetit per aduocatum, non reddit ſalarium. aliàs ſecus, ſecundum Bal.*

Idem AA. & CC. Stratonicæ. LEX XI.

ADuocationis cauſa datam [t] pecuniam, ſi per eos [v], qui acceperant, quo minus ſuſceptam fidem impleant, ſtetiſſe probetur, reſtituẽdam eſſe conuenit. S. xvij. Calen. Ianuar. CC. Conſ.

i ¶ Prohiberis.] ad hoc. j. de contrahen. emp. l. iij. & de dona. l. legẽ. et l. cùm res. Item cõtra. j. de reſcin. vendi. l. ea. Solu. vt diximus ibi: quia ibi erat aliâs venditurus. hîc non erat aliâs donaturus.

SI liber.] CASVS. Stichus cùm liber eſſet, decem dedit, vt filiæ ſuæ manumitterentur. ſi non fiat quod conuenit: per condic. ob cauſam repetere poteſt. ſed ſi ſeruus meus eſſet, & de peculio mihi dedit decem aduerſus me act. non habebit: ſed hortari poterit præſes prouinciæ, vt fiat quod conuenit: fauore libertatis. ſaluo mihi iure patronatus in illis, ſi eas manumittam. Viuia.

k ¶ Filiæ.] ancillæ.

l ¶ Condictio competit.] vt. ff. eodẽ. l. dedi. §. primo. & de præſcr. verb. l. ſi tibi. Contra videtur cùm ſuccedat conſtitutio, faciatque eas liberas: vt. ff. eo. l. ſi quis pecuniam. §. primo. et. j. ſi manci. ita fue. ali. & c. l. ſi is. ſed illud obtinet cũ data eſt quantitas: ſecus ſi ſpecies: vt. ff. de præſcrip. verbis. l. naturalis. §. at cum do.

♁ Licet cauſa.

m ¶ Nam ſi.] bene dixi, ſi liber cõſtitutus &c.

n ¶ Nullam actionẽ.] neque ad repetendum quod dedit, neque ad implẽdum quod conuenit: cùm iure ordinario domini cũ ſeruis paciſcentes, nihil agunt: vt ſ. de tranſact. l. interpoſitas. licet quidam contra: vt ibi diximus. Item contra. ff. de manu. l. ſi quis ab alio. ſed ibi ab alio non à ſeruo accepit.

o ¶ Hortabitur.] non compellet: vt. j. de lib. cau. l. cùm affirmes.

p ¶ Stare.] ſcilicet quòd manumittat.

PEcuniam.] CASVS. Dedi tibi. x. vt præſtares mihi patrocinium, non præſtitiſti, quia deceſsiſti. nunquid ab hæredibus tuis repetam quod dedi? Reſpond. quòd non. vel pone ſic ſecundum Azo. Dedi codicem vt ſeruum meum curares cùm eſſes medicus. deceſsit ſine culpa tua, quia caſu fortuito. & ſic eum non curaſti. nunquid quod dedi repeto? Reſpõ. quòd non. Si verò per te ſtetiſſet, & nõ per caſum fortuitum: ſecus eſſet. & hoc dicit. l. ſequens.

q ¶ Cauſa.] que ab accipiente pendet. puta do tibi codicem, vt me ægrũ cures. aliâs enim cauſa non ſecuta qualitercunque, dũmodò dantis dolus ceſſet, repetitio competit ſecundum Ir.

r ¶ Caſu.] contingente in perſona ægri conducentis, & pecuniam dantis. ſecus ſi in perſona medici locantis operas, ſeu pecuniam recipientis: quia tunc repetitur vt in contrario. ff. loca. l. ſi vno. §. item cùm quidam. niſi in aduocatis: vt. ff. de var. cog. l. j. §. diuus. in quibus eſt ſpeciale.

s ¶ Repeti.] ex ceſſatione. Sed nonne licet pœnitere: vt. ff. eo. l. ſi pecuniam. in prin. & l. iij §. j. Reſpon. non. cùm impleta ſit conditio, vel pro impleta habeatur. habetur autem pro impleta, cùm iam adimpleri non poſsit: ibi autem poterat. ADDITIO. Bar. hîc reprehendit hanc gl. dicens ſic hic dicendum: aut volo repetere quaſi cauſa non ſecuta, & non poſſum, vt hîc: aut quaſi me pœniteat: quia pœnitentiæ eſt locus in contractibus innominatis, & poſſum: vt in contrarijs.

t ADuocationis.] Datam. non ex pacto: ſed ſpontè. vt bene faciat ad titulum iſtam.

v ¶ Per eos.] ſecus ſi per caſum vel clientulum ſteterit: vt. ff. de var. cog. l. j. §. pe. & ff. loca. l. qui operas. & ſ. de iudi. l. ꝓperãdũ. §. honorarijs. & ſ. l. proxi.

¶ DE CONDICTIONE OB TVRPEM CAVSAM.

Continuatio.

¶ *Superiores condictiones duæ reſpiciunt honeſtam cauſam: hæc turpem, & præteritam, & futuram.*

SI ex cautione.] CASVS. Si alicui lenæ decem promiſiſti, vt tibi alicuius mulieris per eã tibi fieret copia, & illa decẽ cõfeſſus fueris ex cauſa mutui te accepiſſe ab ea, & ex cautione tua conue10niaris: qualiter tibi ſuccurrendũ ſit, quærit? rñ. ꝙ probabis tibi pecuniã numeratã nõ fuiſſe, & ex turpi cauſa eam promiſiſſe: quibus duobus probatis abſolueris. Vel pone caſum ꝙ promiſiſti. c. cuidam, vt faceret alij furtũ vel homicidium. Viui.

TITVLVS VII.

De cõdictione ob turpem cauſam.

¶ *Qui probat cautionem ex turpi cauſa emanatam, per conſequens probat pecuniam non numeratam. hoc dicit. Bald. Vel ſic: Promiſſum ex cauſa turpi non poteſt peti: ideo cauſa turpi probata, reus debet abſolui. hoc dicit. Sali.*

Imp. Antoninus A. Iugenuo. LEX I.

SI ex cautione [a] tua coueniri cœperis, nullã te pecuniam accepiſſe, ſed ob turpẽ cauſam [b], & quã fieri prohibitum [c] eſt, interpoſitã cautionem ei, qui [d] ſuper ea re cogniturus eſt, probandum [e] eſt: & eo impleto, abſolutio ſequetur. Sine die & conſule.

¶ *Turpe datum non repetitur. h.d. Vel ſic: In pari cauſa criminis uincit reus, etiam tractans de lucro. Bald. Vel ſic: Datum libidinis cauſa nõ repetitur, cũ in pari cauſa turpitudinis melior ſit conditio poſſeſſoris. h.d. Sali.*

Idem A. Longino. LEX II.

CVm te propter turpem [f] cauſam, contra diſciplinã temporum meorum, domum aduerſariæ dediſſe [g] profitearis: fruſtra eam tibi reſtitui deſyderas [h], cùm in pari cauſa poſſeſſoris conditio melior [i] habeatur. PP. xv. Caléd. Decẽbr. Læto. ij. & Cereale Cõſ.

¶ *Officialis, qui prætextu officij aliquid per concuſſionem accepit, acceptũ reſtituit, & criminaliter punitur. Bal. & Sali.*

Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Dizonti militi. LEX III.

QVod euitandi tyrocinij [k] cã dediſſe te apud cõpetẽtẽ [l] iudicẽ ei, de quo quereris, indubia ꝓbationis luce cõſtiterit, inſtãtia eius [m] recipies [n]: qui [o], memor cenſuræ publicæ, poſt reſtitutionẽ pecuniæ etiã cõcuſsiõis [p] crimẽ inultum eſſe non patietur. PP. iij. Cal. Auguſt. ipſis. iiij. & iij. AA. Cõſ.

¶ *In condictione ob turpem cauſam non ueniũt uſuræ. h.d. Bal. & Sali.*

Idem AA. & CC. Rufino. LEX IIII.

QVoties [q] accipientis, nõ etiã dãtis turpis inuenit cauſa: licet hęc ſecuta fuerit: datũ cõdici tãtũ, nõ etiã vſuræ [r] peti poſſunt. S. vij. Id. Iañ. Sirmij AA. Conſ.

¶ *Qui excludit ſeipſum proponẽdo, non eſt neceſſe, quòd excludatur excipiendo: quia ex ſuo officio iudex debet eum excludere. h.d. not. ſecundum Bal. Vel ſic: Promiſſum marito cauſa lenocinij uxoris, non poteſt ab eo exigi: ſicut nec ei ſolutum poteſt repeti. h.d. Sali.*

Idem AA. & CC. Bichoporo. LEX V.

MErcalem † te habuiſſe vxorem proponis. vnde intelligis, & confeſsionem lenocinij [s] preces tuas continere, & cautæ quantitatis ob turpem cauſam exactioni locum non eſſe. Quamuis enim vtriuſque turpitudo verſatur, ac ſolutæ quantitatis ceſſat repetitio: tamen ex huiuſmodi ſtipulatione cõtra bonos mores interpoſita, denegãdas eſſe actiones, iuris authoritate demonſtratur [t]. S. vj. Idus Maij. CC. Conſ.

¶ *Fur rerum uel animaliũ quicquid accipit pro reſtituendo, turpiter accipit: & reſtituere tenetur. h.d. cum. l. ſeq. Bal. Vel ſic: Datum furi ut rẽ ſubtractam reſtituat, quaſi turpiter acceptum repeti poteſt. h.d. Sali.*

20 a ¶ Si ex cautione.] emiſſa non ſpe numerandæ pecuniæ, licet in ea cõtineatur numerata pecunia: ſed ob turpem cauſam emiſſa.

b ¶ Ob turpem cauſam.] ex vtraq; parte, vel alia ſecundũ Ir. Et da exemplum, ſi promitto, 30 ne delinquas. Itẽ ſi promitto, vt delinquas. Itẽ ſi promitto meretrici. primò eſt turpitudo ex parte recipienti. ſecundò vtriuſq;. tertiò dantis: vt. ff. eo. l. j. in fin. & l. vbi autẽ. & l. idem eſt. §. ſed quod meretrici.

c ¶ Prohibitum eſt.] 40 poteſt eſſe, ꝙ iſte volũtari⁹ aſſumpſit ſibi on⁹: vel aliter habet in ſe implicitam affirmationem, vel præſumitur pro inſtrumento.

d ¶ Ei qui.] & ſic no. iudici ei faciendã fidẽ: vt. ſ. de eden. l. procurator.

e ¶ Probandum eſt.] à te. & ita probat nõ nu50merata. & ſic eſt contra j. de proba. l. actor. & j. de non nu pe. l. ſi ex cautione. Solu. probat admiſſus non iuſſus. vel probat eo ipſo, quòd non probatur contrarium. ſic. j. qui mili. non poſ. l. ſuper ſeruis. li. xij. & ff. de iure do. 60 l. dotem quæ in prius. Vel hoc non ſimpliciter negat, ſed negãdo aliud aſſerit: ideoq; ab eo exigitur probatio. Sed quare dicit hîc, ꝙ vtrũq; probet, cũ alterum tantũ probare ſufficiat ad hoc vt ſequi debeat abſolutio? Rñ. reſpexit lex, quòd duplici de cauſa poteſt conueniri. ſ. vel ex mutuo, ex tũc debet probare non numeratã eo modo vt dixi. vel ex promiſsione, & tunc ſe promiſiſſe ob turpẽ cauſam præcedentẽ. Sed an huiuſmodi exceptiones & probationes etiam poſt biennium admittantur? Quidã ꝙ nõ arg. ſ. de poſtu. l. ſub ſpecie. ſed ibi non negat poſt biennium dari exceptionẽ doli, licet non detur non numeratæ pecuniæ: & ita hîc poteſt dari poſt bienniũ doli. Vel quia promiſſum eſt ob turpem cauſam: quod idem eſt. nam præcedentem pactionem tur70pem conſyderare debemus: vt. j. ad Maced. l. ſi filiuſfa. aliquid. Sed opponitur: Nonne abſoluendus eſt hîc conuẽtus propter primam negatiuam, etiã ſi non probetur de turpitudine. non enim debet in eo probando grauari, quo probato non debet releuari: vt. j. de proba. l. ad probationem? Sed dici poteſt hoc eſſe neceſſe poſt biennium. vel hic non ſolùm petebat abſolui, verumetiã cautionem condicebat. & concor. j. de inuti. ſtipul. l. dolo. & l. ex eo. & j. de cõdic. ſine cau. l. fi. & ſ. ſi cer. peta. l. ſi non ſingulr.

Probatio fit quãdoque eo ipſo quòd contrarium nõ probatur.

CVm te.] CASVS. Si mulieri cauſa ſtupri domum dediſti, eam repetere non poteris: quia in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſſidentis. Viuianus.

Fiſcus repetit datũ ab aliquo ob turpem cauſam.

80 f ¶ Turpem.] vt ei commiſcereris, & non erat meretrix.

g ¶ Dediſſe.] ſic ergo fecit accipientis: vt inſti. de act. §. ſic itaque.

h ¶ Deſyderas.] Sic ergo ex inutili contractu dominium trasfertur. & ſic eſt contra. ſ. de legi. & conſti. l. non dubium. Sed dic, ꝙ hic repetit fiſcus: vt. ff. de iure fiſci. l. Lucius.

i ¶ Melior.] in pari ergo cauſa melior &c. vt hîc, & ſ. de tranſact. l. tranſactione finita & ff. de verb. obl. l. ſi ſeruum. §. de illo. & ff. ne quis eum qui in ius vo. fu. vi exi. l. nam cùm vterque. & ff. eo. l. ſi ob turpem. & de reg. iur. l. in pari. & ne quid in loco pub. l. prætor. §. idẽ. & ff. de calũ. l. in hæredem. & j. eo. l. mercalẽ. & ff. de doli exce. l. apud Celſum. §. Marcellus. Sed qd de pignore: nunqd pignus poterit vẽdicari vel repeti pignoratitia actione? Rñ. Al. & M. ꝙ nõ. ſed certè melius eſt, vt dicamus pignus poſſe iure dñij vẽdicari: quia vẽdicatio contra eum ſicut contra quemlibet inſtituitur: vt. ff. ad exhib. l. de eo. §. pe. & fi. & ff. ſi quadru. pau. fe. di. l. j. §. fin. licet ſit ar. cõtra: quia qñq; 10 quis nõ tanquã quilibet admittitur: vt. ſ. de dolo. l. j. Secus verò in re principali ſoluta: quia eius dominiũ translatũ eſt in accipiẽtẽ, quod nulla cõdictione vel actione poteſt reuocari. & idẽ in pignore, ſi agatur pignoratitia actione ex cõtractu turpi 20 ter celebrato. Sed econtra, ſi creditrix agat actione ex contractu turpiter celebrato: & non poteſt per hanc legẽ, cùm in pari &c. Nec obſtat. ff. e. l. idem. §. ſed quod meretrici. quia quedam honeſtè accipiuntur quę nõ honeſtè petunt: vt. ff. de var. cog. l. j. §. j. aut hypo30thecaria, quod poteſt: cũ contra quemlibet poſſidentem detur. & nõ inſpicit contractũ. ar. d. l. ff. ad exhib. l. de eo. in fi. ſecundum H. quod nõ placet: quia ſi datur vẽdicatio debitori non poſſidẽti etiã nihilo ſoluto: multò magis exceptio. arg. ff. 40 de ſuperfi. l. j. §. quod autem ait prætor.

Pignus datum ob turpẽ cauſam, an poſſit vẽdicari vel repeti ac pi.

† Iſta lex eſt notab. & ad hoc ſemper ſolet allegari: quòd allegans ſuam turpitudinẽ non eſt audiendus.

QVod euitãdi.] CASVS. Si clericus aliquis vel inhabilis ad exercitium publicæ militiæ, puta mancus vel claudus, aliquam pecuniam alicui poteſtatem habenti vocandi ho50mines ad ciuilia numera ob vitandam militiam dederit: an repeti poſsit, quæritur? Dicitur ꝙ ſic, per condic. ob cauſam. & accipiens de crimine concuſsionis poterit accuſari, & condemnari. ſic intelligo legẽ iſtã de dante, qui erat inhabilis. alioqn 60 ſi habilis fuiſſet, vterq; eſſet in turpi cauſa: nec haberet locũ repetitio. Viuia.

k ¶ Tyrocinij.] id eſt militiæ.

l ¶ Competentem.] inhabilis erat, & ipſo iure excuſatus: ſed quia inquietabatur, dedit.

m ¶ Eius.] ſcilicet iudicis.

n ¶ Recipies.] per hanc condictionem. & dic quòd turpiter accepit. vnde etiam crimine concuſsionis tenetur, vt ſubijcit. ſed qui dedit, honeſtè dedit: quia erat inhabilis ad militiam. aliàs grauare eſſet detrectare militiam: vt. ff. de re mili. l. qui cum vno §. qui poſt deſertionem. nec eſt contra. ſ. quod met. cauſa. l. cum te. quia ibi ſolui.

70 o ¶ Qui.] ſcilicet iudex.

p ¶ Concuſsionis.] Crimen concuſsionis eſt, cùm aliquis occaſione publici officij quod habet, aliquid extorquet à ſubiectis: vt. ff. de cri. cõ. l. j. & facit. ff. de contrahen. emp. l. non licet. & hic tenetur, ſiue erat habilis, ſiue non.

Crimen cõcuſsionis quid eſt?

QVoties.] CASVS. Dedi tibi decem vt furtum vel homicidiũ non faceres: licet non feceris: quia tamen gratis abſtinere debuiſti. turpiter feciſti. vnde petam per condi. ob turpem cauſam. Potes ponere exẽplum ff. eo. l. in factum. & l. ij. & ſi marito alicuius mulieris vt cum ea commiſcereris decem promiſiſti, an ea petere poſsis, quæritur? Dicitur quòd non. Si verò dediſti, quia vterque noſtrum ſit in pari cauſa turpitudinis, non re80petes. hoc dicit, cum l. ſequen.

q ¶ Quoties.] da exemplum: vt. ff. eo. l. j. in fi. & l. ij. et. l. fi. & l. ſi ob turpem. & l. idem. §. j. & ff. depoſi. l. fi.

r ¶ Vſuræ.] quod dic vt ſuprà de condic. inde. l. j.

s MErcalem.] Lenocinij. Quid ſit lenocinium habes. ff. de mi. l. auxilium. §. fina. & de adulte. l. mariti lenocinium. & l. j. §. lenocinij. & facit j. de adul. l. crimen.

Lenociniũ

t ¶ Demõſtratur.] vt. j. de dona. ante nup. l. ea q̃. & ff. e. l. ſi ob turpẽ cãm.

Ob reſtituenda.

OB restituenda.] CASVS. Si pecuniã meam surripuisti, & ob eam restituendam.x.tibi dederim:eam per condic. ob tur.cau. repetere potero:quia licet honestè dedi:turpiter tamen fecisti:quia gratis restituere debebas.Viuia.

a ¶Ob restituenda.] cõcor.j.l.pxi.&.ff.e.l.idē.§.quoties.&.l.si ob turpē.

b ¶Ea.] vt puta pecora. & ob illa restituenda dedi pecuniam.

c ¶Interueniat.] Titius.

EVm qui.] CASVS. Si pecora mea abegisti,& ad ea restituēda pecuniã tibi dedero:nō solùm pecuniā per cõdic.ob tur.cau. repetere potero:sed & pecora,licet morte vel aliquo casu fortuito perierint, restituere debes per cõdic.furtiuam cùm intelligaris semper fuisse in mora.Viuia.

d ¶Tam hanc.] s.pecuniam per cõditionē ob tur.cau.vt.ff.eo.l.fi.&.s.l. proxi.& dic quid sit crimen abigeatus:vt.ff. de abig.l.j.& fi.

e ¶Tenuit.] s.pecora.& hoc per conditionem furtiuam.

f ¶Mora.] vt.j.de fur. l.subtracto.&.j.tit. pxi.l. ante.&.s.quod met.cau. l.j.&.ff.de cõdi. fur.l.ĩ re. &.l.fi.& de vi & vi ar.l.j. §.restīsime.&.l.merito. Sed videt cõtrã.j.de fur. l.post decisionē. sed nō obstat:vt.d.l.subtracto.

Idem AA.& CC.Eutychiæ. LEX VI.

OB restituēda[a] ea[b],quę subtraxerat,accipientem pecuniam,cùm eius tantùm interueniat[c] turpitudo, cõdictione cõuetum hãc restituere debere conuenit. D.xv.Cal.Iuñ.CC.Conſ.

¶*Recipiens pecuniam,ut pecora per eum occultata restituat,tenetur illam restituere per cõdictionem ob turpem causam, & pecora per cõdictionem furtiuam,tam extantia, quàm perempta etiam casu fortuito.h.d.Sali.*

Idem AA.& CC.Zenoni. LEX VII.

EVm,qui ob restituenda, quæ abegerat pecora, pecuniã accepit:tam hãc[d],quàm ea,quæ per hoc cõmissum tenuit[e], restituere debere cõuenit: licet mortua, vel alio fortuito casu perijsse dicant: cùm hoc casu in rē mora[f] fiat.D. v.Calend. Decembr. Nicomediæ AA.Conſ.

TITVLVS VIII.

De condictione furtiua.

¶*Ista est no.lex.& h.d.Plures eãdem rem furto subtrahentes,insolidum obligantur:& solutio unius non liberat aliũ à pœna furti,sed liberat à cõditione furtiua.h.d.no. secundum Bal.*

Imp Diocl.et.& Maximian. AA. & CC. Hermogeni. LEX I.

PRæses puinciæ sciēs furti qdem actione singulos quosq; isolidũ[g] teneri[h],cõdictionis[i] verò nũmorum furtim subtractorũ[k] electionem esse, ac tum demũ, si ab vno satisfactum fuerit, cæteros liberari[l]:iure pferre sñiam curabit.D. Cal.Maijs CC.Conſ.

¶*Fur est in mora:quæ non purgatur, nisi res restituatur.h.d.Bal.*

Idem AA.& CC Aristæneto. LEX II.

ANte oblationē interemptæ rei furtiuę damnũ ad furem pertinere,certissimi iuris est[m].D.

Continuatio. ¶DE CONDICTIONE furtiua. ¶ *Sicut condictio superior respicit turpem causam:sic et hæc. & ideo post illam subijcit de hac.*

PRæses.] CASVS. Si tres mihi pecunia subtraxerūt, agã furti aduersus quēlibet insolidũ,& vno soluēte alij nō liberabũtur. secus in condi.furti.nã habet electionē, quē velit insolidũ cõuenire,& vno soluēte cæteri liberantur.& hãc diuersitatē in inferēda cõditione cõsyderabit præses.Viuia.

g ¶Insolidum.] quando agit actione furti. oēs insolidũ tenētur:quãdo condictione furtiua,vno satisfaciente pro alijs est satisfactum[a].

a Concor. gl.j.in me. in.ca.ij.extra de his q vi metusue cau.x.

h ¶Teneri.] nec vno soluente cæteros liberari:vt.ff.ad leg.Aquil.l.itē Mela.§.si plures.& de iurisdi.om.iudi.l.si quis.§.si.&.l.seq.

i ¶Condictionis.] s.furtiuæ,quæ non tollitur per actionem furti, vel econtra:vt.ff.eo.l.si pro fure.§.furti.nisi in casu quãdo cõtra tutorem datur in duplum actio de rationibus distrahendis.nam condictione liberatur:vt.ff. de admi.tuto.l.tres tutores.circa prin.quæ est contra.

k ¶Subtractorum.] à pluribus:vt.ff.de fur.l.vulgaris.§.penult. & arbi. fur.cæ.l.si plures.

l ¶Liberari.] à cõdictione furtiua,nõ ab actione furti:vt.s.& est ratio diuersitatis secūdũ M:quia actio furti ex maleficio datur. Sed condictio furtiua ex possessione:quod nõ placet,imò ex varijs figuris causarũ:vt no.ff.e.l.si pro fure.§.fi. ADDITIO. Videas de hoc plenè per Ang.Are.& dñm Iaf.de May.in.§.omnium.super gl.ibi,in verbo,modum.insti.de actio.

ANte.] CASVS. Si rem meã surripuisti:& antequã offeras perierit,cuius sit periculum,quæritur?Respon.tui,qui surripuisti.Viuia.

m ¶Certissimi iuris est.] vt.s.titu.j.l.fi.in fi.& in concor.ibi positis.& dicas hic de purgatione:vt dixi.j.de fur.l.subtracto.

Continuatio. ¶DE CONDICTIONE EX LEGE &c. ¶ *Suprà speciales condictiones proposuit:nunc generales.non enim est nouum, ut quibusdam specialiter enumeratis generale subijciatur uerbum &c.ut.ff.ad legem Aquil.l.si seruus seruũ.§.inquit.*

Calend. Maijs.CC.Conſ.

TITVLVS IX.

De condictione ex lege, & sine causa, vel iniusta causa.

¶*Fiscus debitorem debitoris sui ex causa primipili præcedente discußione solenni exigit ante diem.Bal.Vel sic:Propter inopiam debitoris fisci potest debitor debitoris sui ante tēpus exigi.h.d.Sali.*

Impp.Diocl.et.& Maximian.AA.Vlpio. LEX I.

LIcet ante tps debita exigi non possint[n]: tamē si te ex primipilo[o] debitorē cõstitutum fisci,ac patrimoniũ tuũ exhaustũ pręses[p] puinciæ cõpererit,vt ad solutionis securitatē solũ fœnebris pecuniæ subsidiũ superesse videatur: cõmonebit debitorē[q] tuũ, si saltē ipse sit soluendo,vt ante definitũ tempus *debita repræsentet[r]:vt fisco,cuius ob necessitates publicas cām potiorē esse oportet, debita pecunia exoluatur[s].S.xiij.Calend. Aug.Sirmij.CC.Conſ.

¶ *Creditor,cui est satisfactum,tenetur reddere chirographum debitoris.Bal.Vel sic: Soluto debito potest cautio repeti per condictionem si ne causa.h.d.Sali.*

Idem AA.& CC.Sculatio. LEX II.

DIssolutæ quantitatis[t] retentum[v] instrumentum,inefficax†penes creditorē remanere[x], & ideo per condictionē[y] reddi oportere,non est ambigui iuris. S. iij.Noñ.April.CC.Conſ.

¶ *Malæ fidei possessor fructus percipiendo nō facit furtum,sed cõsumēdo facit furtũ, & tenetur furti.Bal.Vel sic:Malæ fidei possessor ad fructus extantes tenetur rei uendicatione: ad consumptos condictione ex iniusta causa.Sali.*

Idem AA.& CC.Galatæ. LEX III.

MAla fide[z] posidens,de proprietate victus, de extan-

LIcet ante.] CASVS. Ex primipilari administratione tenebaris fisco in.x.nihil habebas in bonis nisi quendam debitorē in diem:an ante diem debitorem tuum conuenire posis: imo fiscus quod verius est:& pecuniam recipias, vt sic satisfacias fisco, quærit?Dicit ꝙ sic. licet alias ante diē cũ effectu peti nõ posit.& propter priuilegiũ fisci ages condict.ex.l.ista.

n ¶Nõ possint.] obstante, exceptione: vt.ff. man.l.si mandauero.ij. in prin.&.ff.de verb.obli.l.eum qui calendis.

o ¶Ex primipilo.] i. ex primipilaria administratione.

p ¶Præses.] sed quomodo præses cognoscit inter fiscum & priuatũ? Dic ꝙ hoc facit cum pro curatore Cæsaris: vt.s. si aduer.fis.l.ij.

q ¶Debitorem tuũ.] in diem vel purè.

r ¶Repræsentet.] s. fisco ille debitor tuus cõuentus condictione ex lege.& sic facit hæc lex ad titulum istum. Da & alia exempla huius cõditionis,vt dixi.ff.eo.l.j.

s ¶Exoluatur.] remisso interusurio medij tēporis.ar.ff.de solu. ma.l.si constante.§.quoties,& facit.j.qñ fis.vel priua. per totum. ADDITIO. Per hãc legē dicit hic Bal.ꝙ emptores gabellarum pro necessitate reipubli.possũt exigi ante diem vel tempus, remisso tamē eius interusurio medij tpis. qd not.

* Tibi.

DIssolutæ quantitatis.] CASVS. Si mutuasti mihi.x.& in diē confectũ fuerit instrumentum:& solutis tibi.x.instrumētũ reddere noluisti: qua actio. te conueniã vt reddas,quæritur?Respon. ꝙ condic.sine causa. quod est verũ,si tu soluisti tabellioni pro instrumento:alioquin vendicarem: & ad exhibendum agerem:vt.s.ad exhi.l.fi.

† Concor. c.cum pridem cũ gl. super verbo, resignauit.extra. de transa.

t ¶Dissolutæ quantitatis.] id est dissolutæ obligationis pro quantitate competenti. Vel. id est solutæ.

v ¶Retentum.] si ex sua pecunia est factum.

x ¶Remanere.] vt.j.de solu.l.nihil.&.j.deposi.l.propter.&.j.loca.l.si conductionis.

y ¶Per condictionem.] sine causa.& sic apparet dominiũ instrumenti esse creditoris,per quod videtur eum non debere restituere. si enim esset debitoris,non daretur ei pro re sua condictio:vt.ff.vsufru.quemad.ca.l.fi.nisi ratione possessionis daretur:vt.ff.de cond.indeb.l.indebiti.§.j.& hoc cũ ex pecunia creditoris fuit solutum tabellioni.aliàs daretur rei vendi.& ad exhibēdũ debitori:vt.s.de exhib.l.fi.& facit.j.fi.&.s.de cõdi.indebi.l.cũ & soluta.

MAla fide.] CASVS. Si fundũ meum mala fide posedisti:quia eum inuasisti,& egi & obtinui:qua act.ad fructus quos percepisti agere posim,quæritur?Respond.quòd ad extantes rei vendicat. ad consumptos condictione sine causa,siue ex iniusta causæ. ¶ Nota ex hac.l. quòd malæ fidei possessor fructus percipiendo non facit furtum: sed consumendo, sic,secundum Bal.& ratio est secundum eundem:quia cùm non teneatur de percipiendis,est adstrictus percipere.& facit hoc de præcepto legis.consumere autem non adstringitur,imò vetatur:quia statim debuit domino restituere perceptos.facit quod not.ff.de petit.hæredi.l. etiam hæres.§.fi. vbi videas.

z ¶Mala fide.] quod iuris est,scilicet bona vel mala fide posidere: sed fructus percipere facti est: vt.ff.de acquirend.re.do.l. bonæfidei.§. in contrarium.

a ¶ Extantibus.] subaudi pro extantibus &c.
b ¶ Vendicatione.] vt ff. de rei vendi. l. fructus pendentes. & §. de rei vendi. l. certum. vbi de hac materia plenè dixi. sed & actione furti & condictione furtiua tenetur. argu. ff. de fur. l. si certè. & de condictio. indebi. l. si vrbana.
c ¶ Condictione.] Sine causa, vel iniusta causa: vt infrà de cri. expi. hær. l. aduersus. in fi. qua tenetur & is, qui rem quam emerat seruus meus, quem possidet bona fide sibi 10 traditam accepit: vt. ff. si certum petatur. l. cùm fundum. §. seruum. sed etiam rei vendicatione potest conueniri pro cõsumptis mala fide: quia dolo desijt possidere: vt ff. de regu. iuris. l. parem. Item condictione furtiua: vt. ff. de condi. fur. l. in 20 re furtiua. §. fina. de percipiendis autem tenetur officio iudicis: vt institu. de officio iudicis. §. illorum autem. & infrà de fruct. & li. expen. l. litigator. & hoc si non habet titulum. aliàs dic vt suprà de rei vendicat. l. si fundum.

Possessor malæ fidei quà actione cõuenitur pro fructibus cõsumptis.

tibus[a] fructibus rei vendicatione[b], de consumptis verò condictione[c] conuentus, eorum restitutioni parere compellitur. D. Idib. Februarijs. CC. Conf.

¶ Hanc legem summaui. s. in l. dissolutæ. Casus autem patet. Si pecunia non est numerata debitori, debet ei creditor reddere instrumentum. Bal. vel sic: Confessus per scripturã se mutuũ recepisse spe futuræ numerationis non secutæ: intra biennium potest condicere cautionem: & etiam posteà, si intra biennium sit protestatio. fa. cta. h. d. Sali.

Idem AA. & CC. Alexandro. L. IIII.

SI non est numeratum, quod velut acceptum[d] te sumpsisse mutuò scripsisti: & necdum transisse tempus[e] statutum, vel[f] intra hunc diem habitam contestationem monstrando: reddi[g] tibi cautionem præsidali notione postulare potes. D. xvij. Cal. Ian. CC. Conf.

¶ Ista est solennis lex & hoc dicit secundum communem lectu. Directæ actiones procuratori in rem suam mandatæ, mandatore mortuo absque hærede, iuris artificio inutiles conuertuntur. h. d. & alibi non reperitur. & legitur tribus modis. duobus modis ut in glo. magna. & tertio modo ut in glo. parua, quæ incipit, pro quo fortè. Bald. Vel sic: Si mandator actoris moriatur

30 ¶ Si non est.] CASVS. Volebam à te pecuniã accipere mutuo, spe futuræ numerationis. confessus sum in instrumentis me recepisse. posteà cùm eam numerare nolebas. qua act. te conuenire possim, vt reddas instrumentum? 40 Respond. quòd si biennium intra quod confsue uit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, effluxit: & ante biennium elapsum protestatus fuero me velle eam opponere: condicam per condictionem sine causa illud instrumentum. Viuianus.

d ¶ Acceptum.] aliàs acceptum: aliàs accepturum: id est in animo tuo gerebas te accepturum. hoc enim scilicet te accepturum, non debet in instru- 50 mento scribi.

Notarius non debet scribere in instrumento spē partium.

e ¶ Tempus.] scilicet bienij: vt infrà de non numeran. pecu. l. in contractibus.
f ¶ Vel intra hunc.] Licet transierit iam, quæ in scriptis est proponenda: vt. j. de non nume. pecu. authen. hanc querelam.
g ¶ Reddi.] condictione sine causa. parum enim refert, vtrum ab initio sine causa datum sit: an causa pro qua datum sit, secuta non sit: vt. ff. de condict. sine cau. l. j. ij. iij. & iiij. & facit ad hanc legem suprà eodem. l. dissolutæ. & si certum petatur. l. si non singuli. & j. de fideius. l. si indebitam. & de non nume. pecu. l. si quasi. Sed quomodo tam breui tempore hæc personalis actio 60 tollitur? Respond. fingitur non nata.

¶ DE ACTIONIBVS ET OBLIGATIONIBVS.

¶ Quia in superioribus quædam generalia seruantur: ideo hic in medio de actionibus & obligationibus ponit.

Data.] CASVS. Fideiussi pro te apud Titium: tradidi ei pecuniam in sacco, in specie, vt mandaret mihi actiones, quas habebat contra te: antequàm tecum fuissem litem contestatus decessit Titius. dicitur, quòd vtilis mihi competit actio contra te debitorem. Vel pone casum in contractu nominato, & omnia ver 70 ba stant propriè, & ferè omnes gloss. superfluunt, vt si ego numeraui tibi. c. mihi mandares siue cederes actiones tuas aduersus tuum debitorem, ipsis cessis decessi, antequam essem litem contestatus cum debitore tuo: dicit: quòd possum agere vtili actione. quia in principio statim fuit mihi nata. Viuianus.

h ¶ Data.] non vt eum pro quo soluisti liberare velles, sed vt actiones eo nomine competentes in te transferantur. Et nota quòd præcessit pecuniæ dationem pactum de actione cedenda: aliàs non valeret cessio: vt. ff. de fideiusso. l. cùm is. & de solut. l. Modestinus. Item non fuit data pecunia vt quantitas: quia sic esset emptio, sed vt corpus: vt. ff. de legat. primo. l. planè. j. §. pri- 80 mo. & l. sed si certos. & l. si seruus legatus viuo. §. qui quinq;. & sic fuit contractus innominatus, do vt facias, vel facio vt des. alioquin ab initio contractus daretur vtilis actio: vt infrà de hæred. vend. l. emptor. & l. ex nominis. & infrà l. proxima. Nam in contractibus nominatis ab initio competit vtilis sine cessione, sed in innominatis in subsidium demum: vt hîc dicit. Nec obstat, quod dicit quantitate: quia etiam species appellatione quantitatis continetur: vt. ff. de leg. iij. l. quisquis. Item nec quod dicit soluisti, quod dic id est tradidisti, sed M. in quolibet ab initio dat vtilem, &

Quantitatis appellatione etiam continentur species.

subaudit hic maximè: sed hodie hæc videntur expedita. Nam cùm mandatum non finitur morte procuratoris, nec mandantis finiri debet: vt infrà. de dona. l. illam. Vel ibi fuit cessa, hîc mandata ad simplex exercitium, secundum quosdam. Vel tertio speciale illud in donatione. Vel illud in quinque alijs casibus speciale, in quibus ab initio datur vtilis. Primus in emptione: vt infrà. de hæredi. vendi. l. emptor. & infrà l. proxi. in fine. Secundus in dote: vt infrà. l. proxi. Tertius 10 in nomine dato in solutum: vt infrà. quando fisc. vel pri. l. fin. Quartus in nomine dato pignori. ff. de pigno. l. cùm conuenit. Quintus in legato nominis: vt infrà. de legat. l. ex legato nominis. Et de natiuitate huius vtilis, dic vt diximus ibi: & quis debeat in ea iurare de calumnia, dixi suprà. de iura. calum. l. j. §. fin autem. Est & sextus hodie in donatione: vt infrà. de dona. l. illam. Restat ergo vt in hoc casu non detur ab initio vtilis, sed in subsidium: vt hîc. nec etiam 30 in omni nominato: nam in societate si velim tibi omnia communicare ex causa societatis, non tamen dabitur vtilis actio, sed debeo cedere directas: vt. ff. pro socio. l. prima. in fine. & l. secunda. & iij. & de pecul. l. Sticho. hoc ergo casu 40 si viuente mandante, habet directam nomine mandantis: suo nomine nullam: sed mortuo mandante extinguitur directa, & nascitur vtilis.

Actio vtilis in aliquibus casibus ab initio datur sine cessione.

sine hærede lite nondum per mandatarium contestata: licet procuratorem in rem suam factum utilis actio ei competit. h. d. Sali.

TITVLVS X. De actionibus & obligationibus.

Imp. Gordianus A. Valeriæ. LEX I.

DAta[h] certæ pecuniæ quãtitate,[i] ei, cuius meministi, in vicẽ debiti actionẽ tibi aduersus debitorẽ[k] pro quo soluisti[l], dicis esse mãdatam[m]: & antequã eo nomine litẽ contestareris[n], sine[o] hærede creditorem fati munus[p] implesse proponis. quæ si ita sunt[q], vtilis actio tibi competit[r]. PP. v. Calẽ. Maij. Attico & Prætextato Conf.

¶ Vbi nomen debitoris datur in dotem, uel datur ex causa uenditionis, competunt utiles actiones. hoc dicit.

Impp. Valerianus & Gallienus AA. Celso.

NOminibus[s] in dotem datis, quãuis, nec delegatio[t] præcesserit, nec litis cõtestatio[v] secuta sit: vtilẽ tamẽ marito[x] actionẽ ad similitudinem eius, qui nomen

i ¶ Quantitate.] in specie, scilicet quia in sacculo & non in numero: & fuit ibi contractus, do vt facias.
k ¶ Debitorem.] pro quo fortè fideiussisti.
50 l ¶ Soluisti.] pro cuius obligatione quærenda soluisti.
m ¶ Mandatam.] aliud est cedere actionem, & aliud mandare. Nam primo casu nil penes cedentem remanet. secundo casu remanet directa, secundum quosdam. Sed Io. dixit, qui cedit, retinet directam, vtilem transfert: sed qui mandat, tantùm committit causæ exercitium & non transfert directam vel vtilem: nisi in casibus: vt dixi: vel nisi in subsidium, vt in hoc casu: vel nisi fiat mandatum, vt fiat procurator in rem suam, quo casu idem est cedere quod mandare: & ita hic potest accipi. Tertij dicunt vt Azo & H. intercedere actionem & mandare, nullam esse differentiam quo ad cedentem vel mandantem: quia semper remanet pœnes eum directè: licet quo ad eum cui 60 fit cessio, differentia fit: vt modò dixi, secundum Ioan. vt. ff. pro soc. l. j. in fi. & l. ij. & iij. & de pecu. l. quis ergo. vel nulla est quantum ad casum huius legis, secundum M.

Actionẽ cedere & mandare diffe.

n ¶ Contestareris.] nam tunc secus esset: vt. j. de noua. l. iij.
o ¶ Sine hærede.] subaudi maximè, secundum M. vt. s. dixi.
p ¶ Fati munus.] videtur ergo q̃ mãdatũ mãdantis morte finiatur, etiam si in rem suã constituatur procurator: & ideo in subsidiũ datur vtilis. sic & j. de contrario iudicio tu. si non ex propria. & s. ad exhi. si res. ff. de pac. l. si cum emptore. Item no. rem integram ante litem contestatam: vt. ff. de iurisf. om. iu. l. & quia. in fi. Sed nunquid qui tibi tenetur vtili actione est tibi obligatus? & 70 nunquid in libello verè poteris dicere eum tibi obligatum? Quidam q̃ non, sed lex permittit tibi agere vtili actione ad vtilitatem tuam.

Actione vtili qui tenetur, an sit obligatus.

q ¶ Quæ si ita sunt.] quia vtilis & directa idem sunt in substantia.
r ¶ Competit.] contra debitorem nomine tuo, quam vsque nunc non habuisti.

NOminibus.] CASVS. Mulier marito debitorem habens: ius quod habebat in debitore, dedit in dotem: licet debitorem marito non deleget: vtilis tamen competit ei contra debitorem vxoris suæ: sic est in eo qui emit à creditore ius quod habebat in debitore. Viuia.

s ¶ Nominibus.] id est actionibus.
80 t ¶ Nec delegatio.] scilicet debitoris, quę fit per stipulationem: vt. ff. de noua. l. j. aliàs. l. delegare. §. j.
v ¶ Contestatio.] contra debitorem mandata actione: vt. j. de noua. l. iij. & hic est alius modus delegandi. his enim duobus modis fit: vt. ff. de noua. l. delegare. §. j.
x ¶ Marito.] sponso non: vt. ff. de iure dot. l. stipulationem. Sed quæritur an eadem sit substantia vtilis & directæ actionis. quod Ioan. dicit. argumen. contra. ff. de procura. l. non solùm. §. sed interdum. & de iureiur. nam & posteà.

Actionis directæ & vtilis an sit eadem substantia.

& posteà. §. iusiurandum. ADDITIO. Vide de hac quæstione per Bar.in.l.j.ff.eo.tit.in.iij.col.versi.quæro vtrum actio vtilis & directa &c.

a ¶ Emerit.] in quẽ transit sine cessione vtilis:vt hîc,&.j.de hære. vel act. vendi.l.emptor.&.ff.de pact.l.si cum emptore.Et idem est in quibusdam alijs,quos notaui.s.l.prox.his ergo casibus statim competit vtilis,sed facta cessione cõpetit directa nomine cedẽtis:vt enim in vendicatione rei corporalis non transit dominium,nisi facta traditione:vt.s. de rei vendica.l. seruum. sic ille cui venditur nomen, vel cui datur in dotem, non habet directam,nisi facta cessione:vt.j.quãdo fiscus vel priua.l.fin.vtilem tamen in casibus:vt dixi. Sed q̃a non propriè dicitur traditio incorporalium: vt ff.de acquiren.pos.l.iij.in princ.ideo nomine cedẽtis non suo intentat directam:vt.ff.pro socio. l. ij. &.iij.

emerit [a], dari oportere, sæpe rescriptũ est.PP.xiiij. Calẽd. Febr. Seculari & Donato Cons.

¶ Pro debito domini non conuenitur colonus,qui satisfecit pensioni.h.d.Bal.& Sali.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC.Rusticiano. LEX III.

OB causam proprij debiti locatoris conuenire colonos, pensionibus ex placito satisfacientes [b],perquã [c] iniuriosum est. PP. prid.Calend.Ian.Tyberiade,Maximo.ij.& Aquilino Cons.

¶ Bona fides præcipitur consyderari inter cõtrahentes.h.d.Bal.

Idem AA.& CC.Liciniæ. LEX IIII.

BOnam fidem in contractibus consyderari,æquum est [d]. iij. nonas Octobr. AA.Cons.

¶ Liberum est contrahere & non contrahere à principio, sed post obligationem contractam non est licitum resilire.h.d.Bal.

Idem AA.& CC.Camerino & Martiano. LEX V.

c ¶ Statulibero.] Videbatur liber:vt.ff.si ex noxa.cau.aga.l.fi.& ff. de pœ. l.moris.§.fi.sed tñ seruus est:vt.ff.de statuliberi.l. statuliberi. Vñ sicut seruus nõ tenetur ex antegesto:vt.j̃.l.prox.&.s̃.de neg.ge.l.si cognati.ita & iste nõ tenetur:sed fallit in casu,quando tenetur de dolo:vt.ff.de dolo.l.& eleganter. §.seruus pactionis.& de fideicom.lib.l.si purè.&.j̃.de liber.le.l. Aurelius. §. Sticho.&.ff.quarum rerum act.l.j.§.quarto. Item in alio quem habes.j̃.eo.l. 80 promissæ. Item in alio.ff.de nego.gest.l.eum actum.& l.at qui.§.Scæuola. Item in alio.ff.depo.l.si apud filium.sed ibi ex posteriori detentioue. Item fallit in maleficijs & quasi : vt insti.de noxa.§.omnis.& facit.ff.de ope.liber. l.vt iurisiurandi.

Statuliber est seruus. Statuliber quãdoque tenetur ex ante gesto.

CReditoribus:] CASVS. Seruo meo pecuniam mutuasti. an aduersus eum manumissum peculio suo ei non legato agere possis,quęritur? Rñ.quod non.idem est si legato : vt.ff.de do.præle.l.ij.§.per cõtrariũ.

d ¶ Maxime.] Idem ergo si est legatum, vt hîc innuit.& sic est contra.ff. de dote præleg.l.ij.§.per contrarium.vbi dicit libertum conueniri, si est ei peculium legatum.So.secundum Io.& Bart.& R.non conuenitur orcinus libertus ab initio : vt hîc.con uenitur tamen inspecto exitu.s.quia si hæredes aliquid præstiterunt,conuenient orcinum libertum:vt ibi.ar.j̃.de vsur.reiudic.l.fina.§.fi. Sed hoc non placet : quia sic nec aliud esset in liberto orcino, quàm in eo filio exhæredato, cui dos est prælegata: quod esse debet:vt ibi dicitur. Dic ergo, quòd 10 ibi fuit directò libertas relicta, & peculium legatum.vnde nullo tempore dominium serui vel peculij habuit hæres : & sic tantùm manumissus tenetur. Hic autem per fideicommissum. vnde cùm potuit hæres dando retinere,& non fecit:me-20 ritò ipse tenetur,& non manumissus:vt arg.ff.de tribu.l.quod in hæredẽ. §.fi.& de pecu.le.l.si seruo.hypothecaria tamẽ si res peculij fuerint obligatæ semper tenetur manumissus. & facit:ff. de acti. & oblig.l.serui.

Libertus an possit conueniri ex cõtractu facto peculio sibi legato

Imp.Alexander A. Herodi. LEX III.

PRomissæ[e] tibi pecuniæ à seruo tuo, vt eum manumitteres:si posteâ, quam manumisisti, stipulatus ab eo non es : aduersus eum petitionem per in factum[f] actionem habes.PP.Id. Septemb. Alexandro A.Cons.

¶ *Serui delictum quod non parit actionem in seruitute,parit in libertate.h.d.Bald.Vel sic:Seruus ex furto alij facto quàm domino, tenetur liber factus.h.d.Sali.*

Imperator Gordian⁹ A.Hieroni. L. IIII.

LIcet seruitutis tempore[g] ea, quæ pecuniam matris tuę surripuisse dicitur,ob[h] huiusmodi admissum conueniri non poterat[i]: ad libertatem tamen perducta (nã caput noxa sequitur) furti actione tenetur[k].PP.Idib. Septembr. Pio & Pontiano Cons.

¶ *Seruus qui coluit prædia domini,liber factus non tenetur.h.d.Bald.*

Idem A. Chresto. LEX V.

SI(vt allegas) antequã à dño manumittereris , fundos eius coluisti,posteaq; adempto peculio[l] libertate donatus es:ob reliqua,siqua pridem cõtracta sunt, res bonorum , quas posteà proprijs laboribus quæsijsti , inquietari minimè possunt.PP.xvj. Calend.Decembr. Ariano & Pappo Cons.

¶ *Ex delicto commisso in dominum seruus nõ tenetur liber factus.h.d.secundum Bald.secus si liber factus delinqueret.h.d.Sali.*

Impp. Dioclet. & Maximian AA. & CC. Feliciano. LEX VI.

SIue serui sint ij, quorum precibus fecisti mentionem , domi

PRomissæ.] 30 CASVS. Si seruus tuus promisit tibi pecuniam , vt eum manumitteres,& manumisisti: & ab eo manumisso reddi stipulatus non es : an eam petere possis,quæritur?Dicitur quod sic per act.in factum. quod est speciale.

40 e ¶ Promissę.] Sec⁹ si ꝓmisisset operas: quia non tenet promissio, nisi post manumissionem: vt.ff.de libe.causa.l.fi. & de ope.li.l.vt iurisiurandi.& de manu.testa.l.seruum testamento.

f ¶ Per in factum.] Quæ extraordinaria est. 50 & sic loquitur.ff.quarũ rerum ac.non da.l.fin.§. ij.& ar.ff. si quis testa.li. esse ius.fu.l.j. Sed contra. ff.de dolo.l.& eleganter. §.seruus.vbi de dolo datur.Sol.ibi nihil promisit seruus domino.

LIcet.] CASVS. Si ancilla 60 tua seruitutis tẽpore tibi furtũ fecerit,an eam manumissam posteà furti conuenire possis,quæritur? Dicitur ꝙ sic:cùm eã dũ adhuc ancilla erat, cõuenire non poteris, & ea manumissa noxa caput sequit̃.i.manumissam,q̃ caput est effecta,noxa sequitur.

g ¶ Seruitutis tempore.] Signatur contra de noxa.l.j.sed non est contra: quia hic non domino, sed extraneo subtraxit.

h ¶ Ob.] eius matris.

i ¶ Non poterat] sed dominus.

k ¶ Furti actione tenetur.] Sed hæc furti actio vnde nascitur?Rñ.Io.ex furto in seruitute commisso.Nam quæ dabatur in dominum noxaliter,nunc 70 competit in libertum: & sic de persona in personam facit saltũ: vt hîc, &.ff. de capi.dimi.l.tutelas.§.iniuriarum.&.s̃.de noxa.l.j.&.ff.de act.& oblig.l. serui.& de noxa.l.qui ex pluribus.At condictio furtiua non datur nisi liber contrectet:vt.ff.de condi.furti.j̃.quod ab alio.

SI vt allegas.] CASVS. Mulier seruum suum colonum manumisit adẽpto ei peculio.an ob reliqua,quæ tẽpore seruitutis cõtraxit, res quas post manumissionẽ acqsiuit mulier, reqrere possit rei ven.vel hypo.ꝑponẽdo,quæritur?Dicit̃ ꝙ nõ:qa nec ꝑsonaliter suꝑ hoc poterit conueniri.

l ¶ Adempto peculio] Quid si donasset peculiũ manumisso?Rñ. cõueniri posset,quia non intelligitur esse peculiũ,quod sibi dño debebatur: vt. ff. 80 de pecu.Sed si damnũ.§.peculiũ.aliâs.l.peculiũ autẽ.&.l.si noxali.§.qđ aũt. Azo.Vel subaudi maximè adempto.nam tunc idem esset: vt.s̃.eo.l.j.&.ij.

SIue serui.] CASVS. Si seruus tuus tibi furtũ fecerit:eũ cõuenire nõ poteris in iudicio:sed verberibus subijcitur.cũ inter dñm & seruũ nulla lis consistere possit:vt.ff.de iudi.l.lis.in fi.nisi in casibus:vt.ff.eo.l. vix. nec si posteà eũ manumisisti ex antegesto cùm erat in seruitute : tenebitur liber factus.& hoc in prima.Si verò post mauumissionem aliquid commisit : puta faciendo tibi furtum:eum conuenire poteris.& hoc in secunda.

Conueni.

eos cõueni [a]: quia inter dominos ac ſeruos iudiciũ conſtare nullũ [b] poteſt: ſiue poſt delictũ manumiſſi ſint, ex antecedẽtibus poſt datã libertatem eos nulla ratio iuris à dominis, quõdã cõueniri patiť [c]. Sanè ſi poſt manumiſsionẽ quid illicitè cõmiſerint: hoc apud præſidem prouinciæ argue, accepturus ex iure ſententiam [d] Da. ij. Id. April. Byzantij AA. Conſ.

TITVLVS XV.

Quãdo fiſcus vel priuatus debitoris ſui debitores cõuenire † poſsit vel debeat.

Res tutoris nõ poſſunt in tenutam capi pro debito pupilli. hoc dicit Bald. & Salicetus.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Valeriano. LEX I.

PRopter [e] æs alienũ pupilli, res tutoris, qui nihil ex bonis eius tenet, pignori capi nõ oportet [f]. PP. xj. Cal. Iuñ. Laterano & Rufino Conſ.

Si debitor condemnatus aliàs ſoluendo non eſt, in ſubſidium uenitur ad nomina debitorum ipſius: & in ipſis nominibus fit executio exemplo iudicati. h. d. Bal.

Imp. Antoninus A. Marco. LEX II.

SI in cauſa iudicati Valẽtis, quẽ tibi cõdemnatũ eſſe proponis, nihil eſt, quod ſine quęſtione [g] pignoris loco capi & diſtrahi poſſit: debitores eius conuenti [h], ad ſolutionem authoritate præſidis prouinciæ compelluntur.

Per officium procuratoris Cæſaris, debitores debitoris fiſci, compelluntur ſoluere debitũ fiſco ſi fatentur. Bal.

Imper. Gordianus A. Primanio. L. III.

SI debitũ [i] nõ inficiãtur ij, quos obnoxios debitoribus fiſci eſſe proponis: poteſt videri nõ eſſe iniquũ, quod deſyderas, vt ad ſolutionem per officium procuratoris compellantur [k]. nam ſi quęſtio aliqua refertur [l]: id concedi non oportere, etiã ipſe perſpicis. PP. vj. Calend. Febr. Sabino & Venuſto Conſ.

Contra debitorem debitoris fiſcus non agit niſi conſtet principalem eius debtorem non eſſe ſoluendo. Bal. & Sali.

Impp. Diocleт. & Maximian. AA. & CC. Zoſimo. LEX IIII.

NOn prius ad eos, qui debitoribus fiſci noſtri ſunt obligati, actionem fiſcalem [m] extendi oportere, niſi patuerit † principales reos idoneos non eſſe [n], certiſſimi iuris eſt. S. xij. Calend. Maij, AA. Conſ.

Dans nomen in ſolutum cedit utiles, non autem mandat directas, niſi hoc ſpecificet. h. d. Bal.

Idem AA. & CC. Nanidæ. LEX V.

IN ſolutum nomine dato [o], nõ aliter niſi mãdatis [p] actionibus ex perſona ſui debitoris [q] aduerſus eius debitores creditor experiri poteſt: ſuo autem nomine [r] vtili actione recte vtetur. Dat. Calen. Ianuar. CC. Conſ.

TITVLVS XVI.

De hæreditariis actionib9.

Creditor debitori pro parte ſuccedens, pro alijs partibus contra hæredes agit: & ſi res obligatas teneant, auocat ab eis. hoc dicit notanter ſecundum Bal. Vel ſic. Alter ex cohæredibus pro pecunia ſibi à defuncto debita, poteſt conuenire cohæredes pro rata, & proſequi pignora. h. d. Sali.

Imperator Gordianus A. Hermeroti. LEX I.

PEcuniam, quã tibi à matre [s] debitã fuiſſe dicis, ab hæredibus eius cohęredibus tuis

---

a Cõueni.] verberãdo: vt. ff. de fur. l. ſerui. ĩ fi. & . j̃. de pa. po. l. ſi cõgruẽti*.

b Nullum.] vt. ff. de iudi. l. lis. niſi in caſibus: vt in eo. tit. l. vix.

c Patitur.] niſi in caſu: vt. ff. ſi quis teſta. li. eſſe iuſ. fu. l. j. & in alio: vt. s̃. de peti. hære. l. fi. in quibus eſt ſpeciale. Et diſtingue hîc, ſi ſeruus delinquit in ſeruitute: ſi quidem in dñm, nõ teneť liber: vt hîc. ſi in extraneũ, tenetur: vt inſti. de noxa. §. omnis. ſi ex contractu, ſi quidẽ anne xa fuit geſtio & ſibi ſoluere potuit, & nõ ſoluit, tenetur. aliâs nõ. vt. s̃. de neg. ge. l. ſi cognati. & . ff. de reg. iur. l. quod quis. niſi in caſu: vt dixi per legẽ. s̃. de peti. hær. l. fi. in fi.

Seruus delinquẽs vel contrahens an liber factus teneatur.

d Sententiam.] vt. s̃. de noxa. l. j. in fi.

QVANDO FISCVS VEL PRIVATVS &c. *Generaliter prohibuit. s̃. alium pro alio conueniri: hic permittit in caſu.*

PRopter æs.] CASVS. Pupillus tenetur tibi in decẽ: an res tutoris bona pupilli nõ tenentis pignori capi poſsit, quęritur? Dicitur quòd non.

† Exigere.

e Propter æs.] Tenet idẽ ſi teneret: licet hypothecaria pro eis poſſet teneri: ſed nec ipſi pupillo tenetur ipſe, licet male gerat, niſi finita tutela: vt j̃. de admini. tu. l. ij. & . l. rationes. ſed ea finita etiam pro ſuis rebus, põt hypothecaria conueniri: vt j̃. de admi. tut. l. pro officio. & facit. ff. de reſcin. vendi. l. fi.

f Non oportet.] per iudicem.

SI in cauſa.] CASVS. Titius debitorẽ habẽs teneť mihi in decẽ: q cũ mihi cõdemnatur, eſt nõ ſoluẽdo: an debitorẽ ſuum cõuenire poſsim, q̃rit? Diciť ꝙ ſic. & ad ſolutionẽ cõpelliť.

g Sine quæſtione.] Veniũt enĩ vicini, [a] & dicunt oẽs res eſſe ſuas mobiles & immobiles.

a Vicini ſunt qui ſe inuicẽ clamãtes audire poſſunt, dicit Bar. in l. ſi tertius eo. j. ff. de aqua plu. ar. l. j. §. eo dẽ autẽ teſto. ff. ad Syl. vide ẽt Panor. in. c. quoſdã de præſump.

h Conuenti.] officio iudicis vt hîc, & . ff. de re iu. l. à diuo. §. ſed & illud debet dici. & . j̃. de præto. pig. l. j. & de excu. rei iud. l. etiam. & . s̃. de act. & obl. ob cau. hoc tñ ſi cõfiteať ſe debere debitor debitoris: cæterũ ſi neget, cõtra reſcriptum eſt: vt. ff. de re iud. l. à diuo. §. ſed vtrum. Nec diſtinguo, vtrũ negetur per malitiã: an nõ: licet P. diſtinguat. ar. j̃. de falc. l. ij. tum quia nemo ſcit: tum quia nõ eſt differẽtia inter res corporales & nomina: quod lex prędicta videtur velle aperte. Si quæras quid ſi malicioſè negat? Reſpon. dabitur curator bonis, qui actiones moueat & exerceat: vt. ff. de carb. edi. l. ſed & ſi is qui. §. ſi impubes. & . ff. de cura. bo. dan. l. j. & ij. Poſſum etiam & alio iure cõuenire debitorem debitoris. ſimiliter iure cõi, videlicet hypothecaria: & tunc ſerua quod dicitur. ff. de pig. act. l. ſi conuenerit. ij. in prin. iure verò ſpeciali agitur contra debitorem debitoris: vt. j̃. l. prox, ſi ex non ſoluendo debitor, vt j̃. l. proxi. & . l. non prius.

Debitorẽ debitoris conuenire poſſumus.

SI debitũ.] CASVS. Titius tenebatur fiſco in. x. Seius Titio: Titio inuento non ſoluendo, vult fiſcus propter priuilegium ſuum conuenire Seium: an poſsit, quæritur? Diſtinguitur, aut negat Seius ſe Titio teneri: aut cõfitetur. Primo caſu non cõuenitur à fiſco. Secundo caſu ſic: & ad ſolutionem compellitur per procuratorem Cæſaris, qui cognoſcit inter priuatũ & fiſcum. & dic conueniri per condic. ex. l. vt. ff. de condi. ex le. l. j. Vel ſecundo dic ꝙ fiſcus Seium conuenit, & fecit eum condemnari: & eo non inuento ſoluendo agit contra Titium. & hic eſt caſus, quando ex pecunia fiſcali ſecũdus debitor conuenitur, etiam primo exiſtente ſoluendo: vt hîc, & . ff. de iur. fiſ. l. iij. §. multa. Vel tertio dic, ꝙ Titius mutuauit Seio ea. x. Titio non inuento ſoluendo, aget aduerſus Seium.

i Si debitum non inficiantur.] Item ſi malitioſè inficiantur ſecundũ P. Sed tu dic contra: vt dixi. s̃. l. proxi.

k Compellantur.] ſ. officio iudicis. & hoc condemnato prius debitore: vt dixi. s̃. l. proxi. Vel dic verius etiam non condemnato, ſi non eſt ſoluendo: & tunc per condictionem ex lege: vt. s̃. de condic. ex le. l. j. Itẽ tertio caſu, quãdo ex pecunia fiſcali ſecũdus debitor conuenitur, etiam primo exiſtẽte ſoluendo: vt habes hîc, & . ff. de iur. fiſci. l. iij. §. multa. & . j̃ de conue. fiſ. debi. l. j. lib. x.

l Refertur.] iuſtè vel non. & dabitur curator bonis: vt dixi. s̃. l. prox.

NOn prius.] CASVS. Debitor debitoris fiſci à fiſco conueniendus nõ eſt: niſi appareat debitorẽ principaliter ſoluendo non eſſe.

m Fiſcalem.] conditione ex lege: vt. s̃. de cõdic. ex le. l. j. Vel dic illam vtilem, quam habet debitor directam.

† Niſi potuerit probari principa. &c.

n Non eſſe.] & in alijs duobus caſibus: vt notatur in prima & vlti. glo. s̃. l. proxi. ſed priuatus tunc tantùm, quando fecit condemnari ſuum debitorẽ: vt. ff. de in diẽ addic. l. fi. & . s̃. eo. l. j. & . ij. & . j̃. l. proxi.

INſolutũ.] CASVS. Tenebatur mihi Titius in. x. ius qđ habebat contra Seium debitorem ſuũ dedit mihi in ſolutum. quæ actio mihi competit aduerſus Seium, quæritur? Reſpõ. quòd vtilis nomine meo: directa verò non, niſi fuerit mihi mandata.

o Dato.] ſed non de legato quia tunc ſecus eſſet: vt. j̃. de noua. l. j.

p Mandatis.] ſed ſi fuerit mandata actio, finitur mandatum morte. ſecus ſi ceſſat ſecundum quoſdam. Sed dic vt not. s̃. de actio. & obliga. l. j.

q Debitoris.] poteſt ſcilicet directa.

r Suo autem nomine.] ſuo nomine diciť agere, non quia promiſit ei, vel quia ſecum cõtraxit: ſed propter conuentionẽ, quã fecit cum ſuo creditore. Et eſt ſimilitudo inter emptionem rei corporalis & nominis dationem. Nam per ſolam vẽditionem non trãsfertur dominium rei venditæ: niſi ſequatur traditio. ſic non transfertur actio directa per donationem in ſolutum, niſi ea cedatur. & ſic ſecundum hoc ſuo nomine agit ex ſua perſona: cùm vtilis actio ei datur à lege. Poteſt etiam dici ſuperiori caſu agi ex perſona debitoris: quia ab eo habeat cauſam. ſic. ff. de ijs, qui notantur infa. l. furti. §. ſi quis alieno. & facit ad legem iſtam quod not. s̃. de act. & obl. l. j. & . ij. & . l. ſi in ſolutum. & . j̃. de lega. l. ex legato. & . s̃. de neg. geſt. l. ſi ab eo. & . s̃. de pac. l. pacto. & . s̃. ſi certum peta. l. ſi abſentis.

Traditio ſicut ſe habet in rebus corporalib9, ita ceſsio in actionibus.

DE HAEREDITARIIS ACTION. *Superiori titulo dixit alterum pro altero conueniri in caſu: hic ponit & alium caſum, uel aliter: Ab alio debiti nomine alium una eademque actione conueniri poſſe hic inſinuatur: ſuperiori uero titulo alia actione idem fieri declaratur. alia dico quantum ad ius & perſonas, eademque quantum ad rem & cauſam.*

PEcuniã.] CASVS. Mulier aliqua filio tenebatur in. x. & eum cum duobus alijs hæredibus inſtituit. pro duabus partibus habebit cohæredes ſuos obligatos. pro tertia erit petitio ſua confuſa. & hoc in prima. Si verò filio iure pignoris aliqua obligauit, & ab vno cohæredum inueniantur poſſeſſa: aduerſus eũ aget hypothecaria, & inſolidum. & hoc in. ij.

s A matre.] quæ te cum alijs hæredem inſtituit.

pro parte [a] tibi competente [b] petere debes. Sed & res, si quæ tibi ob idem debitum obligatæ sunt, persequi non prohiberis [c]. PP. Calē. Mar. Gordiano A. ij. & Pompeiano Conſ.

Perſonales actiones paßiuè inter hæredes diuiduntur pro portionibus hæreditarijs: reales uerò poſſeſſorem ſequuntur paßiuè. h. d. no. ſecūdum Bal. & Sali.

Imp. Decius A. Telemachæ. LEX II.

PRo hæreditarijs partibus hæredes onera hæreditaria agnoſcere, etiam in fiſci rationibus placuit [d]: niſi intercedat pign° vel hypotheca. tunc enim poſſeſſor obligatæ rei conueniendus eſt. PP. xiiij. Calend. Nouembr. Æmyliano & Aquilino Conſ.

Actio de dote contra hæredes, non contra debitores mariti dirigi debet. hoc dicit ſecundū Bal. & Sali.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Maximæ. LEX III.

HÆredem mariti quondam tui de dote tibi reddēda cōueni. perſonalem enim actionem contra debitores hæreditarios tibi decerni fruſtra poſtulas [e]. PP. xiiij. Calend. Maij AA. Conſ.

Aetas debitoris non infringit ius creditoris. Bal.

Idem AA. & CC. Criſpo. LEX IIII.

SVb prætextu ætatis pupilli debitoris hæreditarij [f] creditorum exactionē [g] differri non poſſe, nimis euidens [h] eſt. vnde cùm te tutorem proponas: quemadmodum à pupillis creditoribus [i] ſatisfiat, eniti [k] debes. D. x. Calend. Decembr. Sirmij AA. Conſ.

Præpoſtera petitio non procedit: & qui ſe in allegatione cōtrariorum implicat, repellitur ab utroque: poteſt tamen poſtea agere ordinariè. hoc dicit. Bal. Vel ſic: Præpoſtera petitio nō admittitur: & per ſucceßionem quam creditor facit debitori, actio extinguitur. Sali.

Idem AA. & CC. Iulio. LEX V.

VT debitum tibi ante aditā hæreditatē [l] ſoluatur [m]: ac tūc ſi ad te pertineret hæreditas, quæri iubeamus: prępoſtera [n] petitio eſt. Etenim cū tibi ſoceri ſucceſsionem quæſitā patuerit: debiti petitionem extingui per cōfuſionē nō ambigitur [o]. D. prid. Nonas Mart. Sirmij. CC. Conſ.

Pro hæreditaria parte, pro qua creditor debitori ſuccedit, confunditur actio. non in totum, niſi fuerit inſtitutus animo compenſandi. h. d. ſecūdum Bal. Et ſi cohæredes nō ſint ſoluendo, poteſt impetrari bonorum ſeparatio. h. d. Sali.

Idem AA. & CC. Domino. LEX VI.

SI adulta cuius curam geris, pro triente patruo ſuo (quem etiam tutelam eius adminiſtraſſe proponis) hæres extitit,

---

a Pro parte.] debiti.

b Competente.] ſcilicet actione, non autē cōiungas pro parte tibi competenti: nam pro ea parte qua ſucceſsit, extinguitur obligatio: non verò remanet: vt hîc, &. ſ. de neg. geſt. l. ſi ab eo. & .j. de bo. aut. iudi. poſ. l. ſi vxor. & ſ. de pac. l. debitori. & .j. ad. l. fal. l. licet. Vel dic pro parte debiti competenti tibi, non pro parte hęreditatis. Sed quid ſi mater rem indiuiduam tibi debuiſſet, vt ſeruitutē: nūquid extincta eſt tota actio tua, vel in nullo erit extincta? rñ. fortè æſtimabit ſeruitus, & p parte pretij tenebūtur cohæredes: vt. ff. de lega. ij. l. cū filius. in prin. & ff. ad leg. fal. l. lege Falcidia interueniēte. & ſ. de inoffic. teſta. l. cum duobus. & potes hoc diſtinguere vt dixi. ſ. de pactis. l. debitori.

Debitū rei indiuiduæ an extīguatur totū creditore debitori in partem ſuccedente.

c Nō prohiberis.] hypothecaria inſolidū agendo, vel quaſi Seruiana. licet ſit debitū p parte extinctū. ad quod eſt. j. de diſtrac. pig. l. quandiu. & ff. fami. l. erciſcū. l. hæredes. §. an ea. in fin. & ff. ad Trebel. l. debitor. ſed pro ea parte, qua dñs eſt rei obligatæ, nō agit hypothecaria cum effectu: cū in ea remanet hęres: ſed pro alijs, ſecūdū Azo.

PRo hæreditarijs.] CASVS. Si debitor meus duos hæredes inſtituit, vnum ex viij. aliū ex. iiij. vncijs: pro portionibus hæreditarijs eos conuenire debeo. Si verò pignora mihi obliga. aliqs eorū poſſideat, poſſeſſorē tātùm habeo obligatū & hypothe. inſolidum conuenire potero.

d Placuit.] vt. ſ. de pactis. l. pactū ſucceſſorū. & ſi cer. pe. l. j. & ſ. fami. erciſcun. l. ea quæ. & .j. de iure delibe. l. ſi te. & .j. ſi vnus ex pluribus. l. ij. & ff. de rei vendic. l. ſi poſſeſſor fundi. Sed hoc fallit in caſibus. Primò, quādo indiuiduum eſt in obligatione: quo caſu quilibet tenetur inſolidum: vt. ff. de verb. obl. l. in executione. §. ij. Secundò, ſi res, quæ debet reſtitui ab vno, teneatur inſolidum: vt. ff. cōmo. l. iij. §. hæres. & ff. depo. l. ſi duo. Tertiò, in pollicitatione facta ob honorem apud rempublicam: tunc enim pollicitator inſolidum. Item hæres eius inſolidum tenetur. facta verò pollicitatione ſine cauſa, ob id quod opus promiſſum cœptum eſt, ſi bona libertati non ſunt ſoluendo ad totum opus: extraneus hæres in quintam partem patrimonij defuncti, liberi verò defuncti in decimam tenentur: vt. ff. de pol. l. j. §. ſi quis. & l. ex pollicitatione. Quartò, in alimentis, quæ pro volūtate iudicis vel defuncti, vel ab vno inſolidum, vel à pluribus partibus deſignatis petuntur: vt. ff. de ali. le. l. iij. in prin. & §. j. Quintò, ſi teſtator legauerit ab vno hærede creditori hæreditario, cauſa debiti compenſandi: tunc enim hæres ille vſq; ad quātitatem legati onus æris alieni ſuſtinebit: vt. ff. de leg. ij. l. cùm ab vno. Sextò, in funeraria, quæ non tantùm in hæredes pro hæreditarijs portionibus, ſed etiam in virū ad quē aliquid peruenit nomine dotis, inſtituitur pro rata portione eius, quā lucratus eſt de dote: vt ecce lucratus eſt vir centum: in hæreditate ſunt. CC. ipſe conuenitur pro tertia, & hæredes pro duabus: vt. ff. de relig. l. quoties. & l. veluti. & l. Celſus [a]. Item fallit in caſu quodam mirabili, quem habes. ff. ad leg. Fal. l. qui fundum. §. ſi tu ex parte. & hoc in perſonalibus. Reales autem cōtra poſsidentem ſemper inſtituuntur: vt. ff ad exhi. l. de eo. §. fi. & hîc ſubijcit.

Hæredes nō ſemper tenētur pro portionib' hæreditarijs.

Actio funeraria contra quos competat.

a aduertas ſecūdū Cy. hîc ꝙ iſta uō eſt vera fallentia ad textum iſtū: quia in hoc caſu non eſt defunctus oblitat' ita vt obligatio ab eo deſcē dat in hæredes. Item etiam vt dicit hîc Ange. hæredes iſti' defun-

HAeredem.] CASVS. An mulier ſtipulata dotem ſibi reddi, diuortio vel morte ſoluto matrimonio: & maritus deceſsit: debitores hæreditarios act. perſonali defuncti pro dote ſibi reddenda conuenire poſsit, quæritur? Dicitur ꝙ non: ſed hæredem defuncti conueniet.

e Poſtulas.] vt. j. eo. l. fin. & .j. ſolu. matri. l. dotis. Sed videtur etiam contra debitores eam poſſe experiri: cum omnia bona mariti ſunt tacitè pro dote obligata: v. j. de rei. vxo. act. in prin. ergo & nomina. Inſtituet ergo actionem vtilem contra debitores: vt. ff. de pig. act. l. ſi conuenerit. ij. in princip. & .j. quæ res pig. obli. poſſ. l. nomen. Sed poteſt dici aliud in expreſſa obligatione: & aliud in tacita: vt & aliâs eſt differentia: vt. ſ. de actio. & oblig. l. fin. & ff. de iure fiſ. l. Moſchis. ſecūdum Azo. Vel dic quòd hic denegat perſonalem contra debitores viri, non hypothecariam: eam ergo intendit dicens: peto à te decem, quæ debes viro vel hæredi eius: quia dico me iure hypothecario nomen tui debitoris vel ius obligationis mihi obligatum: non autē dicet, quòd ſit ei perſonali obligatione obligatus: ſed & perſonali poteſt eum conuenire debitore prius condemnato: vt ſuprà titul. j. l. ij. Item quod dicit decerni, ſecūdum vetera iura dixit ſecundum quæ actiones decernebantur à prætore: hodie contra: vt ſuprà de formulis. l. j. & . ij.

cti tenētur pro hæreditaria portione: quater' onus funeris reſpicit eos.

SVb prætextu.] CASVS. Titius mihi tenebatur in x. deceſsit, & filium impuberem hæredem inſtituit: an petitio debiti hæreditarij prætextu ætatis in tempus pubertatis differri debeat, quęritur? Dicit quòd nō: ſed tutor mihi ſatisfaciet.

f Hæreditarij.] id eſt qui hoc ipſo debitor eſt, quòd hæres eſt: aliàs aliter accipitur. i. qui debet hæreditati.

g Exactionem.] id eſt petitionem.

h Euidens eſt.] vt & infrà manda. l. ſi tibi. & de non numeran. pecu. l. ſi intra in fin. & ff. de nego. geſt. l. Neſennius. §. primo. & . ff. quibus ex cauſis in poſſeſ. ea. l. apud Iullianum. & hoc, niſi fieret ei quæſtio ſtatus & bonorum: vel ſtatus tantùm: vt. ff. de carb. edict. l. iij. §. j. & l. de bonis. §. ita demum. in prin. Accurſius.

i Creditoribus.] hæreditarijs.

k Eniti.] vendendo de bonis eorundem.

VT debitum.] CASVS. Debitor meus in centum me hæredem inſtituit. peruenit hæreditas iſta ad Titium. volo eum primò conuenire ad centum: an petitio mea per confuſionem ſit ſublata: quid iuris ſit, quæritur? Reſpon. quòd non poſſum eum conuenire ad centum & quaſi præpoſtera petitione audiendus non ſum. Vel ſic: Socer meus debebat mihi centum, qui decedens inſtituit me hæredem & Titium: petere volo tota centum à Titio cohærede meo: & dico, nolo eſſe hæres debet inquiri, an velim eſſe hæres aut non: & poſteà debeo totum primò petere, ſi non ſum hæres. ſed ſi pro parte ſum hæres, partem debiti potero petere petitione pro parte mea debiti confuſa.

l Aditam hæreditatem.] ſcilicet antequam adeat vel repudiet.

m Soluatur.] à poſſeſſore rerum hæreditariarum, qui te dicebat vel negabat hæredem. Sed an eo quòd petit debitum, videtur renunciare hæreditati? Reſpond. non: quia expreſsè reſeruat ſibi quæſtionem hæreditatis: vt. ff. de condictione indebita. l. ſi quis ſic ſoluerit.

n Præpoſtera.] id eſt præponitur quod poſtponendum eſt. quod eſt abſurdum: vt. ff. de except. l. fundi. & l. fundum. niſi in caſu, vt infrà de teſta. l. præpoſteri. Item nota maiorem cauſam præponendam. ſic & ff. de iudi. l. per minorem. Item nota quòd ideo hîc ſeruatur ordo, quia vna pendet ex alia. aliâs autem ſeruatur ordo, vel quia præiudicialis ſit vna. vt inſtitut. de action. §. præiudiciales. vel quia electione tollantur: vt. ff. de tribu. l. quod in hæredem. §. eligere. vel quia ſint contrariæ: vt infrà ſi ſeruus extero ſe emi. man. l. j.

o Non ambigitur.] vt. ſ. do pact. l. debitori. & ff. de fideiuſſ. l. generaliter. & l. hæres à debitore. §. j. & .j. l. proxi.

SI adulta.] CASVS. Titius geſsit tutelam alicuius pupilli, & factus eſt debitor ex mala adminiſtratione in. CCC. pupillum cum duobus alijs hæredem inſtituit, non prohibendo ne à cohæredibus debitum peteret pro duabus partibus. curator pupilli facti adulti cohæredes conuenire poterit, cùm vltra ſuam tertiam debiti petitio non ſit confuſa. hoc in prima. Si verò curator petat reſcindi teſtamentum ob hoc, quòd petitio pro parte tertia hæredis ſit confuſa, non eſt audiendus: quia ſi hoc petit, magis petit contra vtilitatem pupilli, quàm pro vtilitate pupilli. & hoc in ſecunda. Si verò cohæredes ſoluendo non ſint: petere poterit curator, vt bona cohæredis ſeparentur à bonis teſtatoris, & adultis ſatisfiat. & hoc in tertia.

nec ab eo [a] quicquã exigere prohibita [b] est: debitum à cohæredibus probesse [c] petere non prohibetur, cùm vltra [d] eam portionẽ * qua successit, petitio nõ confundat [e]. Nam aduersus adultam [f] tuã rescindi postulas testamentũ, si quidem [g] cohæredes eius adeuntes hęreditatem se [h] etiam obligẽt. & si non soluendo constituti probentur [i] : postulata separatione [k], nullum ei damnũ [l] præses prouinciæ fieri patietur [m]. †Dat. Cal. Decẽb. AA Cons.

Creditor non agit contra legatarios, sed cõtra hæredes. h.d. Bal. & Sali. Vel sic: personalis actio non sequitur singularem successorem. h.d. Salic.

Idem AA. & CC. Apolausto. LEX VII.

Creditores [n] hæreditarios aduersus legatarios non habere personalem actionem [o] conuenit quippe cum euidentissimè lex duodecim [p] tabularum hæredes huic [q] rei faciat obnoxios. D. vj. Id. Decem. Nicomediæ. CC. Cõs.

TITVLVS XVII.
Ex delictis defunctorũ in quantum hæredes conueniantur.

a ¶ Nec ab eo] testatore.

a ¶ Prohibita est.] animo compensandi: quia tunc non posset petere debitum ex quo hæreditatem vellet: vt. j. de hæredi. insti. l. si compensandi: vt ff. de lib. leg. l. tutor. & j. de fideicom. l. cum necessitatem.

c ¶ Pro besse. id est octo vncijs.

d ¶ Cum vltra] id est ad damnum.

e ¶ Non confundatur.] vt. s. de neg. gest. l. 10 si ab eo. & j. de bo. author. iudi. pos. l. si vxor. & j. ad legem fal. licet. & j. de contrario iud. tu. l. si pater.

f ¶ Aduersus adultã.] id est contra eius vtilitatem facis, si hoc facis: nã alius accipiet hæreditatem: & est sic. j. de ijs qui 20 vt indig. l. polla.

g ¶ Si quidem.] duo timebat. primùm, ne adulta adeunte cohæredes non tenerentur. Secũdò, dato quod teneãtur, timebat portiones eorũ absorberi per proprios eorũ creditores: sed vtrũque timorem remouet.

30 h ¶ Se.] adultæ tuæ.

i ¶ Probentur.] scilicet si soluatur proprijs creditoribus eorũ & hæreditarijs vel dic: Probẽtur tã suis creditoribus quàm adultæ.

k ¶ Separatione] scilicet bonorũ defuncti à bonis cohæredũ: quam 40 separationem postulãt à prætore, vel præside creditores hæreditarij: & ita hoc adulta hîc postulat. j. de bo. auth. iud. pos. l. est iurisdictionis. & datur causa cognita, scilicet si creditores ab hærede nõ nouauerint, vel vsuras vel fideiussores nõ acceperint: vel si hereditaris & bonorũ hæredis cõfu 50 sio facta non fuerit: vel si quinquemniũ nõ transierit: vt. ff. de separa. l. i. §. illud. & §. preterea. & §. quod dictũ. Sed creditores hæredis nõ postulãt separationẽ bonorũ hæredis à bonis hæreditarijs: vt. ff. de sapara. l. j. §. quęsitum.

l ¶ Damnũ.] & sic prodest ei adultæ seruari testamẽtũ: vel saltẽ nõ obest.

m ¶ Patietur.] in vi passiui ponitur.

* Pro qua

† In scriptis nostris exẽ. legitur, postulata separatione, nullũ ei dãnũ fieri patiet. & ita legit Accur. exponẽdo verbũ patiet, passiuè. In quibusdam impressis ita legitur, at si nõ soluẽdo cõstituti probentur: postulata separatio nullũ ei dãnũ fieri patietur. Bonorum defuncti separatio à bonis cohæredũ qualiter & quã do petitur.

Creditores.] CASVS Si debitor meus me hæredẽ in. c. instituit, & multa legauit: an aduersus legatarios personalẽ habeã act. quæritur. Dicitur quòd non: sed aduersus hæredem. & hoc vult. l. xij. tab.

n ¶ Creditores hæreditarios.] innuit ergo legatarios non esse hæreditarios creditores: sed certe imo sunt: vt. ff. de act. et obl. l. hæditariarũ. nisi cũ 60 intereos et creditores. est controuersia, vt hîc, & ff. de sepa. l. credito ribus.

o ¶ Actionem.] vt & s. si cer. pet. l. j. & j. de hære. insti. l. quoties. & ff. ad trebel. l. j. §. si hæres. Sed contra. j. de iure delibe. l. fi. §. & si præfatam [a]. Sol. ibi hæres non est soluendo: hîc sic. Vel solue vt ibi. Item facias vim in eo quod dicit personalem. Nam hypothecaria agere possunt contra legatarios, si res legatæ sunt obligatæ: vt. j. de donatio. ante nup. l. de rebus. & j. de dona. l. ęris alieni.

p ¶ L ex.] xij. tabularum. vt. & s. de pactis. l. pacto. et fami. ær. l. licet. et. l. ea.

q ¶ Huic rei.] scilicet solutioni debiti.

Legatarij, an sint creditores hæreditarij.

a Aliâs. §. licentia creditoribus.

¶ EX DELICTIS DEFVNCTORVM &c. ¶ *In quãtum* 70 *hæredes ex contractibus defunctorum vel quasi teneantur, dixit: nunc in quantũ ex delictis audi.*

Post.] CASVS Si vim mihi fecisti rem meam rapiendo. hæres tũc ex delicto à te commisso teneatur quęritur. Dicitur quod non regulariter, nisi tecum fuero lit. cõtest. vel aliquid ad hæredem occasione delicti tui peruenisset.

r ¶ Qui vim fecit.] rapiẽdo mobilem rem: vel inuadendo immobilem: vt insti. vi bo. rap. §. sed needum.

s ¶ Vel concusionem.] Da exemplũ vt. s. quod met. cau. l. si per impressionem. et de condi. ob. tur. cau. l. quod euitandi. et dic quòd in factum datur 80 actio ad repetendum: vt. ff. de cõcus. l. j.

t ¶ Deliquit.] extra contractum. vt inferendo dolum vel metum Accur.

v ¶ Insolidum.] vt et. ff. de reg. iur. l. omnes actiones. et insti. de perpe. et temp. act. §. pœnales.

x ¶ Alioquin.] i. si lis non est contestata.

y ¶ Scelere ditentur.] Turpia enim lucra ab hęrede sunt extorquenda: vt. et. ff. de calum. l. in hęredem. et quod me. cau. l. videamus. et diligenter distingue hîc an detur actio ex delicto vel quasi: an ex contractu uel quasi.

Prĩmo casu dic, quod actiones hæredibus actorum dantur: vt institut. de perpe. & temp. act. §. sed hæredibus. nisi quando datur ad vindictam, vt in actione iniuriarum: vt. ff. de colla. bo. l. cum emancipati. §. emancipatus. et in actione in factum quæ datur cõtra libertum temerè vocantem in ius patronum sine venia: vt. ff. de in ius voc. l. penult. vbi dicitur, quod hæredi non competit. & idem in popularibus actionibus: vt ff. de ijs q deie. vel effu. l. si verò plures. §. qui au- 10 tem. Non ita in actione in factum de calumniatorib[9]. Nam illa dat: aut qa mihi nihil abest: aut quia aliquid ad te peruenit: vt. ff. de calum. l. hæc actio. potest tamen dici speciale in ea, ne detur hæredibus eius qui dedit pecuniam: cum ha- 20 beat condictionem ob turpem causam. Ecõtrâ regulariter non dantur contra hæredes, nisi inquantum ad eos peruenit: vt hîc, & insti. d perpe. & tempo. act. §. non omnes. & j. de fur. l. furti. Sed hoc fallit in actione vi bonorum raptorum, 30 quæ etiam in id, quod ad eos peruenit, non datur: sed cõdictio furtiua: vt. ff. vi. bo. rap. l. ij. §. fin. quæ est contra. Item in interdicto vnde vi quod in hæredem non datur etiam de eo quod peruenit, sed ĩ factum: vt. ff. de vi & vi. ar. l. j. §. fina. Nec 40 obstat quod hîc dicit de vi: quia hîc non dicit dari vi bonorum raptorum vel interdictum vñ vi: imò dicit vim fecit, vel aliquid deliquit innuens quod criminalis erat causa de vi. & sic dabitur hîc in factum, vel condictio furtiua. vel secundum P. pretor non dat vt in illis legibus: sed de 50 ęquitate datur in id quod peruenit, vt hîc. Item fallit in cõdictione furtiua quę datur etiam si non peruenit: vt. ff. de condi. furtiua. l. in condictione. et. l. si pro fure. §. fi. Sed dic eam non esse ex maleficio, sed ex varijs figuris causarum: vt no. in. d. l. si pro fure in fi. Item fallit. ff. quod quisque iu. l. iij. §. qd aũt. sed ibi priuilegium durabat hæredi. sic ergo & pœna. preterea nõ actio ibi cõtra hæredẽ datur, sed exceptione remouetur. Itẽ fallit si lis est cõtestata vt hîc? & dicta regula iuris: vt. ff. de reg. iur. l. oẽs actiones. Itẽ fallit. ff. ad. l. iul. repe. l. ij. sed ibi lis erat contestata. In alio tñ est ibi speciale: quia ibi contestatiõe nõ perpetuatur nisi vsque ad annũ vt ibi dicitur. Vel erat, publicũ crimẽ, de quo dicã statim: sed in duobus casibus nõ perpetuatur cõtestatiõe: 60 vt. ff. ne de statu defunc. l. j. §. sed interdũ. & s. de dolo. l. fi. [b] Si autẽ sit ex cõtractu vel quasi, regulariter datur hæredi: nisi in duobus casibus vbi nõ transit etiã lite cõtestata in hæredẽ: vt. j. de rei vxo. act. l. j. §. videamus igit. et. ff. de operis lib. l. si operarũ iudicio. Itẽ in alio casu. s. in condictione in qua reuocat donatio, quæ nõ datur hæredi: vt. j. de reuocã. do. l. j. & l. his solis. Item contra hæredes dãtur similiter, regulariter etiã ex doli clausula vt. ff. de act. & obli. l. ex contractibus. & l. ex depositi. & de verbo. obli. l. ex ea parte. § fi. sed hoc fallit, cũ dolus testatoris dedit causam contractui, & ad hæredẽ dolosi aliquid non peruenit: vt in sti. de perpe. & tẽpo. act. §. aliqñ. Itẽ fallit in actione in factum, quę datur cõtra mensorẽ: vt. ff. si mensor fal. mo. di. l. iij. §. 70 pe & §. fi. Itẽ in actione tribu. vt. ff. de tribu. l. illud. §. pe. et. §. fin. Itẽ in actiõe ex stipulatu cõpetenti pro iudicio sisti: pro eo quod quis conueniebat iniuriarũ: vt. ff. si quis cau. l. si eum. §. qui iniuriarũ. Itẽ fallit si interueniat cõfusio, de qua dixi. s. tit. j. l. j. In publicis aũt criminibus nec hæredibus dantur, nec contra hæredes etiã lite cõtestata: vt. ff. de accu. l. ex iudiciorũ. & j. si re[9] vel accu. mor. fu. l. fi. nisi in quinque casibus. Primus est legis Iuliæ maiestatis in duob[9] capitulis eiusdẽ legis: vt. ff. ad. l. iul. ma. l. fin Secũdus est crimen hæreseos. s. de hæreti. l. iiij. & de aposto. l. apostatarũ. Terti[9] est crimẽ repetũdarũ. Quartus de residuis. Quintus peculatus: vt. ff. ad. l. iul. pecul. l. fi. [c] Et facit. j. rerum amo. l. de rebus. & de magistra. cõ. l. in hæredes. & ff. de pecul. l. 80 summa. §. emptor. & de tribu. l. quod in hæredem. §. toties. Accursius.

Actione an & quando dẽtur hęredibus & in hæredes

Condictio furtiua vnde sit.

b Aduertas quòd præmissa habẽt locũ de iure ciuili. de iure verò canonico longe aliter est dicendũ vt pater ex no. per doc. in c. fi. extrà de sepul. & in. c. in literis. de ra. & in. c. tua de vsur. & in. c iij. de pigno. & per friderichũ in consilio suo. xx: incipiente. Nũquid hærres extraneus.

Penè ex publicis criminibus quibus casibus trãseant cõtra hęredes.

c Vide gl. in verbo, maiestatis. in. l. ex iudiciorũ. ff de accus. quæ ponit octo casus.

¶ Actiones ex delicto post litem contestatam transeunt ad hæredes: sed ante litem contestatam non transeunt nisi quatenus ad eos peruenit. h.d. Bald.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Macedoni.

LEX VNICA.

Post litis cõtestationen eo qui vim fecit [r], vel cõcussionẽ [s] intulit, vel aliquid deliqt [t], defuncto: successores eius insolidũ [v], alioquin [x] inquantum ad eos peruenit, conueniri, iuris absolutissimi est: ne alieno scelere [y] ditentur. D. v. Calend. Maij, Sirmij. CC. Cons.

TITVLVS XVIII.
De constituta pecunia.

¶ Qui se pro alio constituit soluturum, obligat & se, & successores suos. h.d. B.

Imp. Gordianus A. Felici.

LEX I.

Si p alieno debito te soluturũ cõstituisti [z] : pecuniæ constitutæ actio non solũ aduersus te, sed etiá aduersus hęredes tuos ppetuò cõpetit. D. vij. Cal. Iul. Sirmij. CC. cõs.

¶ DE CONSTITVTA PECVNIA. ¶ *Nõ solũ hæreditario, sed etiam hac actione quis conuenitur alieno nomine: & ideo de hoc hîc ponit.*

Si pro alieno.] CASVS. Tenebaris Titio in. x. constituisti me soluturum ei illa. x. non solùm aduersus me, sed hęredem meum competit actio.

z ¶ Constituisti.] nudo pacto sine stipulatione: vt insti. de acti o. §. de pecunia.

SI quando.] CASVS. Lex non dicit quibus verbis se constituit soluturū: sed auth. distinguit an aliquis dicat satisfaciam tibi pro illo. & tunc tenetur insolidum: an sic, satisfiet tibi à me,& ab alio & illo. & tunc tenetur pro parte. Aut, satisfiet tibi à me vel ab illo. & tunc tenetur insolidum nominato non consentiente: aut satisfiet tibi. verbo impersonali prolato: & tūc in nullo tenet.

f ¶ Constituto.] id est existente.
g ¶ Fieri.] scilicet tantùm.
h ¶ Valeret.] scilicet si debitum erat conditionale, vel in diem. Vel dic quod etiam de puro non videbatur purè fieri, cùm verba pretoris diem ponunt: vt.ff.eo.l.si duo.§.finali.

a ¶ Promisit.] vt & in l.codicis dicitur.
a ¶ Promisit.] si autē dixit, satisfiet. impsonaliter, non tenetur.
b ¶ Solus] . alium ergo non obligat. nam nō potest quis alium constituere: vt ff.eo.l. eum qui. §.sed si quis cōstituerit. & institu, de inuti stipu. §.si quis aliū.&' de duo. reis.l.his verbis. Sic econtrà alijs non potest constitui: vt.ff.eo.l.eū qui. §. Iulianus.li. xj. scribit. & ar.ff.de verbo.ob.l.si mihi & titio.in prin. Itē adijcias si dixerit, satisfiet tibi. hoc non valet. vt in cor. nam persona loquētis generali sermone nō continetur. vt. ff. locat.l. qui insulam.§.fina.&.j. de solu.inquisitio.

RECEPTITIA.] CASVS. olim habebant locum duæ actiones. s.receptitia, & de cōstituta: sed solum locum habebant in his quę pōdere. numero, mensura ve cōsistunt. & durabāt vsque ad annum. Item inter veteres erat dubitatio, an in debito conditionali vel in diem, competeret actio facto cōstituto: & receptitia locum habebat quando aliquis constituit se soluturum illud quod nullomodo debebatur. Hodie verò ampliat naturā actionis de constituta, quod locū habet in omnibus rebus quę in stipulatum deduci possunt, siue sint mobiles, puta liber vel seruus: vel imobiles, puta fundus vel se mouētes, vt equus & durat vsque ad. xxx. annos. & locū habet in debito tam puro quàm conditionali, receptitia decetero locum non habēte. et hoc in prima. An hæredibus et in hæredes detur actio de constituta? Dicitur quòd sic. nec illud quod nullo modo debitum est, constitutū tenet: licet olī obtineat per receptitiam, et pro illo debito soluto condictio proponebatur ad repetendum, et nomine pecuniæ continentur omnes res, cum in eam possent conuerti. et veteres omnes res nomine pecuniæ designabant. et hoc in secunda. Si verò argentarij, vel campsores consuetudinem habent in constituēdo pro alijs, illa obseruetur. et hoc in tertia.

In authen. vt cū de ap. cog.§.ad hoc aliud. collatio. viij. constitu. xj.

¶ *Ista auten. est valde vtilis & nota. Personale constitutum tenet quo ad constituentem, si vnus est. insolidum, si autem plures sunt nominati copulatiuè, pro parte virili: si autem disiunctiuè, tunc etiam insolidum: sed inpersonale cōstitutum non valet. hoc dicit nota. secundum Baldum.*

SI quādo euis per se, vel pro alia persona pecuniā se soluere cōstituerit vel spopōderit, sic dicens, Satisfaciam tibi: tenetur pro quantitate quā promisit[a], Sin autem sic dixerit, Satisfiet à me, & ab alio, & illo: illis quidē quos nominauit, non consentientibus, solus[b] pro rata tātū portione persoluet. Sin autē dixerit, satisfiet, verbo impersonaliter prolato: nō tenebitur. Sin autē sic dixerit, Erit tibi satisfactū aut à me, aut ab illo: illo quē nominauit, non cōsentiente, solus insolidum tenebitur.

¶ *In quacunque re debita tenet cōstitutum, nō in indebita. Item actio de pecunia constituta durat per xxx. annos: & trāsmittitur hincinde. Itē statuta artificum inter se sunt valida. hoc dicit Bal. Vel sic: Actio de constituta olim non competebat: nisi quādo res constitutæ cōsistebant in pondere, numero, vel mensura: & non durabat nisi anno: & pro alijs rebus dabatur actio receptitia: hodie verò pro omnibus rebus & speciebus in constitutum deductis, datur actio de constituta sublata receptitia: cum omnes species in pecuniam conuerti poßint, & durat spatio. xxv. annorum. & debitum etiam in diem vel sub conditione potest constitui, & datur hæredibus & contra hæredes, dum tamen debitum sit constitutum. Et statuta ab argentarijs & mercatoribus, inter eos sunt seruanda. Salicetus.*

Imperator Iustinianus A. Ioanni præfe. præto.

LEX II.

RECEPTITIA actione cessante, quæ solennibus verbis composita inusitato recessit vestigio, necessarium nobis visum est magis pecuniæ cōstitutæ naturā ampliare. Cū igitur præfatę pecunię cōstitutę actio in his tātūmodò casibus à vetetibus cōclusa est, vt exigere res quæ pōdere, numero, mēsura cōsistūt: in alijs aūt rebus nullā habere cōmunionē[c]: & neq; in oībus casibus lōgæua[d] esset cōstituta, sed in speciebus certis annali spatio cōcluderet[c]: & dubitaretur an pro debito sub cōditiōe vel in diē cōstituto[f] eā posibile esset fieri[g], & an purè constituta pecunia cōtracta valeret[h]: hac apertissima[i] lege definimus, vt liceat omnibus cōstituere non solùm res quæ pōdere, numero, mensura cōsistunt, sed etiam alias oēs, siue mobiles, siue immobiles, siue sese mouentes, siue īstrumēta[k], vel alias quascunque res quas in stipulationem possunt hoīes deducere. neque[l] sit ī quocūque casu annalis: sed siue pro se quis cōstituat, siue pro alio, sit & ipsa ī tali vitę mēsura, ī qua oēs psonales actiōes positę sunt, id est ī annorū metis trigīta[m]: & liceat[n] pro debito[o] purè, vel ī diē, vel sub cōditione[p] cōstitui: vt nō absimilem penitus stipulatiōi habeat dignitatem: suis tñ naturalibus priuilegijs minimé defraudata[q] sit, sed & hæredibus & cōtra hæredes[r] cōpetat: vt neque receptitię actiōis neque alio indigeat respublica in hmōi casibus adminiculo, sed si pecuniæ constitutę actio per nostrā cōstitutionē sibi in oīa[s] sufficiēs: ita tñ, vt hoc ei inhæreat, vt p iā debito[t] fiat cōstitutū: cū secūdū antiq̄ receptitiā actionē res exigebat, ēt si quid nō fuerat debitū: cū satis absurdū & tā nostris tēporibus quā iustis legibus cōtrariū sit, permittere per actionem receptitiam res indebitas consequi, & iterū[v] multas pponere cōdictiones[x], quę et pecunias indebitas[y], & pmissiōes corrūpi[z] * et restitui definiūt. ¶ Vt nó erubescat igitur tale legū iurgium, hoc tantūmodò constituat qđ debitum est: et oīa quę de receptitia in diuersis libris legūlatorū posita sunt, aboleātur: & sit pecunię cōstitutę actio oēs casus complectens, qui per stipulationē possunt explicari. ¶ Et neminem moueat, qđ sub nomine pecuniæ etiā oēs res exigi definiam⁹: cū et ī antiqs libris prudētiū licet cōstituta pecunia nomīabat, tñ nō pecunię tātū p eā exigebāt, sed oēs res q̄ pōdere, nūero, mēsura cōstitutę erāt Sed et possibile est oēs res ī pecuniā cōuerti[a]. Si ēm certa domus, vel cert⁹ ager, vel cert⁹ hō, vel alia res q̄ expressa est, in constituendis

i ¶ Hac apertissima.] hic corrigit primum vitium.
k ¶ Instrumenta.] fundi secundum quosdā: vt.ff. de fundo instru.l. quęsitum. vel etiam pro chartis pone.
l ¶ Et neque.] corrigitur secundum vitium.
m ¶ Triginta.] no personales actiōes. xxx. annis durare: vt institu. de perpe. & temp. act. circa priuc. &. j. de præscrip. xxx. an. l. sicut in rē. Sed fallit in quibusdam, vt in actione de dolo: vt. s. de dolo.l. fina. & iniuriarū: vt. j. de iniur.l. si non cōuitij. & in fine. & redhibitoria, & quanto minoris: vt.ff. de ędil. edi.l. sciēdum.§.fi. & in omnibus prætorijs pœnalibus: vt ff. de acti. & obliga. l. in honorarijs. & in quibusdam alijs.

Actiones personales. xxc. annis durant.

n ¶ Et liceat.] hìc corrigitur tertium vitium.
o ¶ Pro debito pure.] potest constitui in diem & sub conditione sed non econtrà: vt.ff.e.' id quod. in principio.
p ¶ Vel sub conditione.] vt existente conditione teneatur etiam si purè fiat. aliàs vtraque actio depereat: vt.ff.eod. l. id quod.
q ¶ Defraudata sit.] vt scilicet ex nudo pacto detur: vt institu. de act.§. de pecunia. Item datur spatiū. x. dierū, etiā si purè fiat: vt.ff.eo.l. promissor §.j. sed in hoc vltimò videtur ius cōmune: vt ff. de solu. quod dicimus ADDITIO. Tu dicas, quòd licet sit iuris cōmunis, qđ nō semper debitor qui purè tenetur debet cum sacro venire paratus, sed dabātur induciæ pro arbitrio iudicis: vt in. d.l. qđ dicimus. tamen est priuilegij in ista actione, quòd illud tempus iudiciarū est à lege limitatum ita, vt à iudice breuius tempus cōstitui non potest.

Actio de cōstituta pecunia in quibus sit priuilegiata.

* Constitui.

r ¶ Contra hæredes.] vt. s. eo.l.j.
s ¶ In oīa.] s. negotia.
t ¶ Pro iam debito.] scilicet ciuili & naturali, vel naturali tātū. Itē debitā debet esse re vel spe. ad hoc.ff.e.l.j.§. debitū. et §. fi & .l.ij &. iij in princ.
v ¶ Et iterū.] ecōuerso.
x ¶ Cōdictiones.] indebiti & sine causa.
y ¶ Indebitas.] hoc per indebiti.
z ¶ Corrūpi.] hoc p cōdictionē sine causa vel incerti: vt. s. de cōdi. ex. le.l. vlti. Alij diciebant repeti cautionem per receptitiam. Alij per actionē de constituta. sed prima placet.

c ¶ Communionem] Nota tria vitia quæ per ordinem corrigit.
d ¶ Longæua.] id est perpetua.
e ¶ Concluderetur. quos casus non habemus.

a ¶ Cōuerti] nō sit ecōtrà pecunia ī res: vt.ff. de fideiusso.l. si ita fideissorē.

Vocabula,

a Vocabula.] controuersiam de nomine pertinacibus.hic relinquit. sic & in Topica Marcus Tulius: Cùm res intelligitur, minus de nomine labo randum est.

b In omnes.] arg. quòd etiam quælibet vltima voluntas potest dici testamentum: vt.j. communia de leg.l. penul.

c Pecuniæ.] nomen pecuniæ quoque strictè vt.j.tit.j.l.i.et institut. de emp.et ven.§.item pre-10 tium. Quoque largius pro ijs, quæ pondere, numero, vel mensura cōsistūt: vt.ff.de lega.j. l.talis. & ff.si certum peta.l.ij. §. itē mutuum. Quoque largissimè pro omnibus quæ in patrimonio sunt: vt hic, et.ff.de verbo.sig.l. pecuniæ verbum. et l.pecu-20 niæ appellatiōe.sed verbū rei pro ijs quæ sunt etiam extra patrimoniū: vt.ff. de ver. signi.l.rei appellatio.

d Indefensæ.] i.sine defectu: vel id est cū tanto studio vt non sentiret animi fatigationem: cōstituebant enim olim argē-30 tarij quædam inter se, fortè vt etiam non debitum posset constitui, & id seruabatur inter eos: vt hic, et arg.ff.de edendo.l.quædam.§.fin.et in au'hen.de fideiuss.§.fin. col.j.et hoc etiam hodie seruaretur, si inter se huiusmodi constituerent: 40 vt hic, et ad aut.scilicet coram suo iudice quem habere possunt: vt.s. de iurisd.om.iud.l.fin. non coram alio: cùm non sit commune ius.

e Diui.] CASVS. Epistola diui Hadriani loquebatur tantùm de fideiussoribus: 50 vt si quatuor pro aliquo fideiusserint, poterūt impetrare beneficium diuisionis: vt quilibet pro parte teneretur. dicit quòd epistola ista locū habeat etiam in ijs qui cōstituūt se pro alijs soluturos: nā quilibet insolidum tenetur: præstito tamē bene-60 ficio epistolæ, ex quo enim est eadem æquitas in fideiussoribus quæ in constitutionibus: ergo idem ius obseruetur.

e Diui Hadriani epistolam] vt.ff.de fideiuss. l.fideiussor.hoc est verū vbi sunt soluendo.

f Loquitur.] vt in-70 fra.de fideiu.§.si plures. et.j.de fideiu.l.fideiussor. et.ff.de fideiuss.l.inter fideiussores.et.l.si plures.

rebus ponatur: quid distat à noīe ipsius pecuniæ? Sed vt subtilitati eorum satisfiat, q nō sensum, sed vnā nominū vocabula[a] amplecti desyderant: ita[b] omnes res veniāt in constitutā actionem, tanquā si fuisset ipsa pecunia constituta: cū etiā veteres pecuniæ[c] appellatione omnes res significari definiāt, & huiōi vocabulum et ī libris iuris authorū, & ī alia antiqua prudētia manifestissimè inuētum sit. Iis videlicet quæ argenti distractores, & alij negotiatores indefensæ[d] constituerint, in sua firmitate secundū morē vsque adhuc obtinēt durantibus. D.x. Cal. Mart. post consulatum Lampadij et Orestæ VV.CC.

Beneficium diuisionis quod competit pluribus fideiussoribus, competit pluribus constituētibus pro alio. & de similibus idem est iudiciū. h.d.Bart.

Idem A.Ioanni præfec.præ.

LEX III.

Diui Hadriani[e] epistolā quæ de periculo diuidendo inter mandatores & fideiussores loquitur[f], locum habere in ijs etiā qui pecunias pro alijs simul cōstituūt, necessariū ē. Aequitatis enim ratio diuersas species actionis excludere nullo[g] modo debet. D. Calē. Nouembr. post Lampadij & Orestę VV.CC. consulatum.

TITVLVS. XIX.

De probationibus.

Sicut actor tenetur probare suam intentionem, ita reus suam exceptionem. hoc dicit Cyn. Bar. & Pau. de Cast.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Faustino.

LEX I.

Vt creditor[h] qui pecuniā petit numeratam, implere[i] cogitur: ita rursum[k] debitor qui solutam affirmat, eius rei probationē præstare[l] debet. PP. prid. Cal. Iulij, Dextro.ij. & Prisco Conss.

sed quandoque non diuidunt inter se: vt.ff.rem pu.sal.fo.l.j.

¶ *Testes absentes possunt cogi uenire ad testificandum etiam in causa pecuniaria. & postquā uenerint, possunt detineri per quindecim dies cum satisdatione de non recedendo, si uoluerint saltem ea præstare: uel si noluerint cum iuramento: aliàs uiolentia non debet eis fieri. & intra dictos quindecim dies debent iurare parte aduersa præsente uel citata, deponere dicta eius: & iudex in hoc debet esse solicitus quòd si factum nō fuerit, possunt propria authoritate recedere, & sine licentia iudicis. & iudex qui fuerit negligens, debet puniri. h.d. ista lex singularis. Pau. de Cast.*

Idem A. Iuliano præ. præ.

LEX XV.

SI quando[q] inuitos testes in pecuniarijs causis[r] ex nostra[s] lege aliqs trahere maluerit: si quidem sua sponte fideiussionem suæ[t] psonæ sine[v] damno pręstare velint: hoc fieri: sin autem noluerint, non carcerali custodia detrudi, sed sacramento eos committi censemus. Si enim pro toto litis certamine iureiurando testium credendum esse putauerint ij, qui eos produxerint: multò magis[x] præsentiam suam testibus sacramento eorum credere debent. Sed cùm minimé oporteat testes in huiusmodi casib⁹ ptelari, & p alienis cōmodis suas inuenire difficultates[y]: disponimus non[z] amplius testes

---

a ¶ Non facilè.] i. quòd esset facile & leue, & ideo nullo modo fiat. & nisi quòd sequitur ponitur exceptiuè. Vel dic non facile, quia qñque: & sic ponit̄ expositiuè: vt. ff. de procu. l. quæ oīa. in fi. et. l. seq. Item videtur quòd tres sufficiant: vt. s̄. si cer. pe. l. fi. sed & ibi scripturam recipiebat à creditore: hîc non.

Nisi capit dupliciter.

b ¶ Super huiusmodi.] Quinque testes idonei.

c ¶ Præsto.] Sic ergo de sua scientia debēt reddere testimonium: vt hîc & statim subijcit, sua pręsentia. vt in authē. de hę re. et fal. §. si verò absunt col. j. De auditu autem alieno non, nisi in casu aquæ pluuialis arcendę: vt. ff. de aqua plu. arcen. l. ij. §. antepe. & de proba. l. si arbiter. & in causa matrimonij. xiiij. quæstio. ij. c. super. quod hodie est correctum: vt extrà de clandesti. despon. c. j. aliter obseruatur in sacramento calumnię: vt s̄. de iura. calum. l. ij. §. j. & tutoris. vt in aut. vt hi qui obli. se habere perhi. resminorum. §. j. vt autē. col. vj. Item non exigo vt dicant nos vidimus. sic enim de alieno visu testificarentur: qđ esset durum: qualiter eñ vn⁹ scit si alius vidit: sed dicat, talis fuit præsens: ne inueniatur varietas temporis: vt in Daniele đ varietate loci dicitur de Susanna per quod non creditur: vt. iij. qō. ix c. nihilominus, et. xxxv. qō. vj. de parentela. Itē not. qđ quādoque de credulitate testis auditur: vt. ff. de vē. inspi. l. j. in princi. De tēpore autem et vestib⁹ & similibus insidiationib⁹ non quæritur, nisi qñ videantur suspecti: & tunc sic: vt. ff. ad syl. l. prius. sic enim dicit, quo in anno flagitium sit admissum. Sed de loco sic, vt dixi de Susanna. Item not. in solutione quinque testes necessarios: vt hîc, & in confessione: vt in aut. rogati infrà eodem. & in codicillis: vt infrà de codicil. lege finali. in fine & in donatione causa mortis: vt. j̄, de donatio. causa mor. l. fi. Item alibi: vt in aut. de fide instru. §. oportet. col. vj. Item septem in testamentis: vt. j̄. de testa. hac consultissima. Quandoque octo: vt. j̄. qui testa. fa. pos. hac consultissima. Quandoque. xv. vt cum aliquis est promouēdus inter agētes in rebus. vt. j̄. de pxi. sac. scri. l. vnicuique. lib. xij. qñque tres: vt. s̄. si cer. pet. l. fi. regulariter duo: vt. ff. eo. l. vbi numerus, vnus autē nō sufficit: vt. s̄. eo. l. iurisiurandi. in fi.

Testimonium de auditu alieno quandoque valet.

† Concor. c. licet vniuersis cum verbo, quædam. in fi. extrà. e. tit.

† Iste text. est valde not. & semper allegatur ad hoc quod testis debeat reddere rationem dicti sui per sensum corporeum, puta visum vel auditum: quia visu & auditu percipiūtur: nā non censetur fuisse præsens nisi audisset vel vidisset vt. l. diē proferre. §. coram. s̄ de arbi sed si testificatur de alijs quę nō percipiūtur visu vel auditu, sed gustu vel odoratur aut tactu debent deponere sensum: illi appropriatū, aliâs nō esset sufficiens probatio: vt no. p Bart. in. l. j. j̄. de ver. obliga.

Testes quinque in certis casibus requirūtur.

d ¶ Sacramenti.] id est iurisiurandi.

e ¶ Statuta] scilicet per hanc legem.

f ¶ In scriptis.] scilicet per apocham: vt. j̄. titu. l. plures. nam nihil &c. vt. ff. de regu. iur. l. nihil tam naturale.

g ¶ Iis.] scilicet excipiēdis. vt possit etiam duobus testibus pbare. Accur.

h ¶ Quiiam.] id est olim ante hanc legem.

i ¶ Securitas sit.] scilicet in scriptis.

k ¶ Infortunij.] Sunt enim multi fortuiti casus: vt insti. quibus more contra. ob. §. item his.

l ¶ Probantibus.] Sic ergo qui casum dicit, eum probet: vt infrà de testa. l. ij. Item nota quòd duo probant. s. casum, & debiti solutionem. & sic est contrà. ę. titu. j. si de possessione. vbi sufficit probare furtum. Sol. ibi delicto aduersarij amissum erat: hîc non.

m ¶ Per testes.] scilicet duos: vt. ff. eo. ibi.

n ROgati.] Ab eo qui introducit eos. vt in aut. eodem titu. §. & licet, in fine. §.

o ¶ Vt in testamentis.] De quo constat etiam veteri iure: vt. ff. de testa. l. hæredes. §. fina. & infrà de codicil. l. fina. in fin. Not. ergo quatuor casus in quibus sunt rogati. tres sunt hic, & quartus est. ff. de diuor. l. nullum. aliàs regulariter est contrà: vt. ff. eod. l. ad finem. Alij exigunt hodie semper rogatos per hanc aut. & malè.

p ¶ Confessioni.] in cor. aut. non aperitur quòd sunt quinque necessarij. & si duo sufficiunt secundū Io. vt. ff. eo. l. vbi. Sed Azo. contrà. nam ex quo in solutione, sic est: ergo in confessione, cum sit eadem ratio. H. verò distinguit vt rogati sufficiant duo. non rogati sint quinque, siue sit solutio siue confessio. Item nota quòd secundum istam legem testium. & aut. hanc, videtur qđ confessio extra iudicium valeat. sed hoc est ad liberandum: aliud ad obligandum. Item an contra cōfessionem istam possit venire intra. xxx. dies? Rñ. sic, vt. j̄. de non nume. pecu. l. in contractibus. §. j. Vel distingue, aut fuerit confessio solennis. i. corā testibus habita: vt tūc nō possit venire contrà: vt hîc, an non, & tunc possit vt ibi.

Confessio extrà iudiciū an valeat.

SI quādo inuitos.] CASVS. In causa quam habebam cum Titio ī ciuitate Bonoñ. produxi testes Mutiñ. si dubito de eorum recessu si velint dare fideiussores de stando in ciuitate Bonoñ. donec ferant testimoniū: possunt si volunt: vel si non, possunt dare fideiussores, aut nolunt, iurent quòd non recedant: aut quòd die eis assignata comparebunt ad ferendum testimoniū veritati. & isti testes cogi possunt quòd stabunt quousque deposuerint. et eorum iuramento necessariò standum erit: quia si pro principali causa creditur eis: multomògis hic. & hoc ī prima. Non autem compellēdi sunt stare vltra. xv. dies inter quos citabit partē aduersam vt presto sit quando dicant testimonium: si nō veniat, iudex audire debet ipsos & iapsis. xv. diebus poterunt reuerti ad propria sine licentia iudicis, nec redire compelluntur. & hoc in secunda. Si verò per iudicem stetit quo minus testimonium dicant: damnum qđ propter hoc altera pars passa fuerit, resarciet ei ex suis facultatibus. & hoc in tertia. Et hanc legem intellige in causis iam cœptis: non autem in præteritis.

q ¶ Si quando inuitos.] Ergo inuiti coguntur: vt hîc, et. ff. de tab. exhiben. l. locum. §. exhibere. & quemadmodum testa. ape. l. cum ab initio. & arg. ff. si quis cau. l. ij. §. j. et. ff. ex quibus cau. maio. l. sed & si. §. fi. & hoc captus pignoribus: vt arg. insti. de satisda. tu. §. penultimo. nam & hoc est munus publicum: vt. d. l. ij. §. j. si quis cautionibus colligitur. Nec ob. ff. quēad. testa. ape. l. si quis ex signioribus. quæ est contrà. vbi non videntur cogi: quia ibi erant absentes & alterius prouinciæ. Vel aliud est in recognitione sigillorum testamenti, quæ potest etiam fieri domi: vt ibi. & aliud in testibus qui coram iudice debent cogi venire, vt hîc. Vel coram eo cui delegat in alia prouincia lege statuente prèterquam in criminali: vbi tantùm coram eo debent venire: vt in aut. eodem. §. & quoniam. & ff. eodem. l. iij. §. testes. Item ideo dicit, siquando. quia quidem volentes admittuntur qui inuiti non coguntur: vt. ff. eodem inuiti. j. & ij. De proxenetis autem quādo cogātur, habes in aut. eo. §. antepenul.

Testes inuiti coguntur & concor. c. j. & c. iij. cū gl super ver, timore extrà de testi. cogen.

r ¶ Causis:] In criminalibus idem. nam cùm quidem excusentur vt inuiti non dicant restat alios compelli. vt. ff. eo. l. iij. §. lege. & l. iiij. & v. Item dic causis, scilicet cœptis non ante litem contestatam, nisi in causa. & hoc dicit' aut. sed & si quis. quam lege hîc.

s ¶ Nostra lege.] s. Græca. quam nō habemus, sed erat in antiquo codice

t ¶ Suæ personæ.] Permansurę in iudicio donec dicant testimonium quod dicere debent.

v ¶ Sine damno.] scilicet sine coactione.

x ¶ Multo magis.] Sic. j̄. đ pac. cō. tàm super do. l. hac lege. & j̄. ne fideius. do. dētur. l. ij. & in Lombarda dicitur quòd socius qui credidit socio totum negotium, non potest cum eo inire duellum.

y ¶ Difficultates.] Vt. ff. quemad. testa. appel. l. sed si quis ex signatoribus.

z ¶ Non amplius.] Id est non vltra. xv. dies.

Obseruare

a ¶ Obseruare.] id est parere iudicibus.
b ¶ Cognitionem] id est testimonium per quod cognoscent causam.
c ¶ Et alterutra.] Vel ea quæ postulauit produci; vel ea contra quam postulati sunt.
d ¶ Eos.] Scilicet iudices.
e ¶ Obseruare.] .i.obedire.& est mala grammatica.
f ¶ Noluerint.] Si ergo velint adesse præsentibus ipsis est proferenda probatio: vt hîc.& ĩ aut. hîc posita.& ĩ. tit.j.l.iudices.& aut.apud:& in decret.ij.q.j.c.in primis. in fi.sic est etiã in iuramento calũniæ:vt.s̃ de iura. calũ.l.ij.§.si autem. sed hoc facto nõ poterũt plures produci cũ didicita sint testificata:vt.s̃.de pba.aut.at qui semel. Vel dic quòd iuramentũ fiat in pŝentia:& sic prædicta intelligantur. Dictũ autem testis secreto recipiatur vt per Danielm est inductum[a]:& sic approbat consuetudo generalis.ar.pro hoc.s̃.eod.l.nullum.Item licet hîc absente altera parte recipiantur,reseruatur tñ licentia obijciẽdi in dicta eorũ: vt.j.eo.l.fi.§.j. et fi.
g ¶ Introducit.] Siue sit ille qui primò pduxit siue contra quẽ pducti fuerint qui modo eos pducere videtur cũ petit vt iudex eos recipiat. si aũt vtraque pars esset absens, non contraheretur eremodicium:nec testes testificarentur.
h ¶ Retrahere.] Ne leges sint ludibrio: vt &. j.de bo.quæ lib.l.fin.§. vbi autem puerilis.& de adopt.l.emãcipati.§ fi. aliàs incipit adoptare.
i ¶ Omnẽ iacturam.] Fecit enim litẽ suã:vt instit.de obl.quæ ex quasi delic.§.j.

[margin:] † Concor. c.in nomine domini. extrà de te.
Testis dictũ secreto recipi debet.
a Nihilominus in.q. ix. ibi vide glo.
† Si quis.

SEd et si quis.] ¶ Casus in hac aut. talis est.Si Titius aliquid mihi fecerit cõtra legem quia non soluit, quòd mihi soluere tenebatur: & ego testes nomino quos producere volo,antequã ei mouea controuersiam: fortè quia absfuturi sunt, vel de eorum morte timeat: iudex debet citare partem aduersam vt præstò sit quãdo producentur. Si venire noluerit: iudex audiet eos, & attestationes valebunt,perinde ac si aduersarius fuisset pręsens. nec obiicere poterit, q̃ vna parte pręsente receptæ sunt.

obseruare [a] cõpelli iudices' postq̃ fuerint admoniti,nisi tm̃ quindecim dies,intra quos iudices prouideant quaten⁹ cognitionẽ [b] suscipiant in qua testes necessarij visi fuerint: vt oĩno licẽtia eis cõcedatᷣ & alterutra [c] parte cessante,& minimè eos [d] obseruare [e] volẽte †, si p executores admoniti venire noluerint [f],testes accipere & alterutra parte præsente quæ eos introducit [g],testimonia eorum capere. ¶ His autẽ diebus effluentibus, liceat qdẽ testibus discedere à iudice, nullã habẽte licẽtiã eos postq̃ abfuerĩt,iterũ retrahere [h]. ¶ Ipsũ autẽ iudicẽ,si p eũ steterit quo minus testimoniũ prestetᷣ, parti læsę omnẽ iacturam [i] pro hmõi causa illatã ex suis facultatibus resarcire disponimus. D.xij.Cal. April. Lampadio & Oreste Cons.

In authen. de testib.§.& hic verò quia multoties.col.vij.consti.ij.

¶ Testes ante litem contestatam quandoque recipiuntur, & publicantur parte citata legitimè: & ualent ad eternam rei memoriam.hoc dicit no.secundum Bal. *Vel sic: Testes ad æternam rei memoriam possunt recipi:etiam ante litem contestatã:si de facili possunt mori,uel ĩremotis sũt se absentaturi:pte aduersa legitime citata.* Sali.

SEd & si quis † ab aliquo aliquid patiatur contra leges, [k] aut aliter læsus, aut damnum patiens, & testes apud iudicem producere voluerit, & eorũ testimonia publicare [l]:aduersari⁹ moneatur à iudice,& sic eo pręsente iudex attestatiões recipiet. Quòd si venire noluerit:etiã eo absente attestationes [m] recipiat: & perinde valebũt ac si eo præsente receptæ fuissent : nec opponere poterit quod ex vna [n] parte datæ sunt.

¶ Testibus examinatis coram arbitris,nõ tenetᷣ quis stare coram iudice si viuunt,sed potest petere eos iterũ examinari si uult.sed si sunt mortui,non requiritur vlterior examinatio:sed standum est eis sicut si coram iudice fuissent recepti saluo tamen iure opponendi contra personas & dicta.h.d.ista lex singularis,quæ non est alibi nisi in.l.penul.ff.de arbitris. Tamen illa *declaratur & limitatur per istam.* Pau.de Cast.

Idem A.Iuliano præ.præ. LEX XVI.

k ¶ Cõtra leges.] vt qa nõ soluitᷣ qđ debetᷣ cũ leges suũ ius vnicuiq; tribui volũt:vt ĩsti.đ iusti.& iure.§.iuris pcepta.vel ecõtra petitᷣ à reo qđ nõ debet.
l ¶ Publicare.] i.per publicam manũ authẽticari:non tamen in aperto, quia sicut non possent posteà produci testes:vt.s̃.tit.proxi.aut.at qui semel. Alij dicunt illam habere locũ qñ inducũtur lite contestata:hîc ante.Sic ergo licet regulariter post litem contestatam inducantur:fallit tñ qñ possunt facile non esse.& sic hoc intellige per id qđ est.ff.ad le.aquil.in.l.j.&.j.de vsu. pup.l.pupillus.&.j.de testa.l.qui testamenta.& ad idem.ff.e.l.current.
m ¶ Attestationes.] i.iuramentum non dictum.Vel dic attestationes,scilicet faciendas.debet enim videre & audire qui sunt testificantes.Alij dicũt, quòd etiam dicta,vt notaui modò super.l.si quando.prima verior.
n ¶ Vna pte.] q̃ pductio ñ valet nisi altera pte vocatᷣ:vt hîc,et.l.si qñ.s̃.e.Ac.

CVm apud.] CASVS. In causa quã habebam aduersus Titiũ. compromisimus in arbitrium & sub pœna produxi testes. arbiter tulit sententiam.sed melius ponitur .aut propter publicationem nolui stare sententiæ, & soluo pœnam conuentã,& volo habere regressum aduersus eũ corã iudice ordinario:an testes producti coram arbitro,possint produci coram iudice? distinguitur:aut oẽs sunt superstites:aut null⁹:aut quidam.Primo casu, iste contra quẽ testes producũtur:an velit adhuc,qđ producãtur:an velit stare testimonijs scriptis corã arbitro.Secũdo casu necesse habet ille contra quem producuntᷣ credat scripturæ, in qua dicta testium redigebãtur. Tertiò, quãtum ad mortuos credetur dictis eorũ:quãtum ad viuẽtes reus habet electionem velit,qđ iterum producantᷣ an qđ stetur dictis eorũ, salua semper omni allegatiõe cõtra dicta eorũ in omnibus casib⁹ pdictis: Viuia.

CVm apud cõpromissarios [o] iudices testes fuissent producti,variatũ erat vtrũ deberet eorũ depositionibus in iudicio [p] litigator vti,an non esset audiẽdus. Sancimus, si quidẽ in cõpromissis aliqd pro hmõi causa statutũ est,hoc obseruari [q]. Sin autẽ nihil cõuentũ est in hmõi casibus:si quidẽ supersint testes, licentiã habere eum contra quẽ depositiones eorũ proferuntᷣ,si eas recusauerit, concedere testes [r] iterũ [s] † adduci,& non [t] opponi eis quòd iam testimonium suum dederint. vel si hoc cõcedere minimè maluerit,depositiones eorũ quasi factas [v] accipe: omni iure legitimo quod ei cõpetit aduersus eas,seruato [x]. Sin autem ab hac luce oẽs subtracti [y] sint:tũc necessitatẽ ei imponi, fide scripturæ approbata in qua depositiones eorũ referuntur,eas quasi [z] factas accipere. Si verò † res pmistæ fuerint, & quidam ex his mortui, alij viuẽtes:tũc in superstitum quidem testimonijs eandem electionem seruari litigatori aduersus quẽ testimonia proferuntur:in moriẽtiũ [a] aũt personas depositiones eorum non esse respuẽdas: Omni, secũdũ quod iam prædiximus [b], aduersus eas & testes legitimo iure quod ei competit aduersus quẽ proferuntur, integro reseruato. Da.vj. Cal. April. Lampadio & Oresta Cõs.

o ¶ Cũ apud cõpromissarios.] id est delegatos.ar.ff.de iudi.l.iudiciũ soluitᷣ.Vel dic ppriè poni.i.arbitros,à quibus licet recedere soluta pœna et añ sẽtẽtiã & post vt.ff de arbi.l.si quis rẽ.
p ¶ In iudicio.] scilicet ordinario.
q ¶ Obseruari.] qđ.s. p pactũ cõuenit.vt arg. ff.đ re iud.l.si cõuenerit.
r ¶ Testes.] scilicet oẽs vt differat ab vltimo ca.
s ¶ Iterũ.] Nũqd iurabunt iterũ? Rñ.sic, ar.ff. de dã.infect.l. qui bona. §.si quis stipulaturus. & forte idẽ in cã appellationis si super nouo articulo,vel capitulo inducantur:vt et in sacramẽto calũniæ dixi.s̃.de iur.calũ. in principio.l.ij.secundũ Acc. ADDITIO. Hoc intellige, qñ in noua instantia & corã alio iudice denuo producuntᷣ.secus autẽ si in eadẽ instãtia repetantᷣ ad declarãdũ id,qđ non clarè dixerũt.qa q declarat,de nouo nihil inducit.l.hæredes.§.sed & si notã.ff.de tes.&.l.adeò. §.cũ qs.ff.đ acq.re.domi.
t ¶ Et non opponi.] patet ergo quòd aliàs potest opponi:vt.ff. eod.l. produci.sed illud hîc nõ obstat: quia hic est alia causa,& alius iudex.
v ¶ Factas.] corã iudice.

[margin:] † Et sic testis potest repetitis vicibus induci & examinari. & concor.c. constitutis. cũ gl. fi. extra eo.tit.& ad hoc iste text reputatur singularis secundũ Bart.
† Ex his verbis sequentibus sumpsit papa eaquę dixit in.c.pręsẽtata. post med. extrà de testi.
Testis secũdo productus an iterũ teneatur iurare.

TITVLVS XXI.

De fide instrumentorum [c], & amissione [d] eorum,& de apochis & antapochis faciẽdis,& de iis quæ sine scriptura fieri possunt.

¶ Probato debito per creditorem,debet iudex ad solutionem compellere debitorem, non obstante instrumenti amißione.hoc dicit. Sali. *Vel sic: Perditio instrumenti non nocet si potest fieri probatio per testes,uel alios modos legitimos.* Et *sic loquitur de secunda parte rubricæ de qua loquuũtur multæ aliæ leges* Pau.de Cast.

Imperator Antoninus A. Marchię.

LEX I.

x ¶ Seruato.] opponendi in dicta & personas.
y ¶ Subtracti.] scilicet omnes.
z ¶ Quasi factas.] scilicet in iudicio.
a ¶ In morientium.] id est mortuorum.Et nota quòd in hoc iudicio dictum est,valet in alio[b].vt &.s̃. de arb.l.pe.in fin.
b ¶ Prædiximus.] s̃.proxi.l.omni iure &c.
c ¶ DE FIDE INSTRVMENTORVM &c. ¶ *De probatione uiuæ uocis dixit, sequitur de probatione mortuæ idest per scripturam.*
d ¶ Et amissione.] id est perditione.

[margin:] b Sic dicitur in.c.vl. in gl.j circa fi. extrà de prob.& ca. causã quę. extrà eo.ti.
Probatio fit viua voce & non mortua.

Debitores.] CASVS. Habeam debitorem,& instrumétũ amisi: an mihi ob sit instrumenti amisio quo minus debitor mihi soluat? Respondet quòd non, si per testes probare possim debitum.

a Quibuscunque.] a scilicet idoneis. non enim ad vnam speciem probationis &c. vt. ff. de testi. l. iij. §. eiusdem. arg. s. de eden. l. j. & de reivend. l. iudicia.

b Compellet.] Captis pignoribus secundum ordinem iuris: vt. ff. de re iudica. l. à diuo. §. j.

c Nec oberit.] Not. non nocere amisionem si aliàs probet: vt. j. eo. l. sicut. & l. statim. & l. si solennibus. & l. instrumentis. et. l. cum instrométis. et. l. non idcirco. & j. de iure do. l. cum citra. & s. familiæ ercisCundæ. l. nõ ideo. et. ff. eo. l. in re. et de pigno. l. contrahitur. et. s. de pac. l. pactũ qđ bona.

a Vide similem glo. in. l. & si instrumenta. in ij. glo. j. de fide instru. & iure hast. fisca. secundũ P. Et per hũc tex, videtur approbari illorũ opinio qui dicũt non valere statutũ quòd non fiat probatio aliter quã per scripturam.

Debitores tuos quibuscunque [a] rationibus debere tibi pecuniã si probaueris, ad solutionem compellet [b] aditus p̃ses p̃uinciæ: nec [c] oberit tibi amissio instrumentorũ, si modò manifestis probationibus eos debitores esse apparuerit. PP v. Id. Septembr. Antonino. A. iiij. & Balbino Cons.

Sententia lata contra vnum quod instrumentum sit falsum, non præiudicat consorti eodem instrumento vtenti. sed bene potest accusari, et per se conuinci. h. d. not. secundum Bal. *Vel sic: Alter ex creditoribus potest uti instrumento de quo alter fuit condemnatus de falso.* Et *sibi non præiudicat illa sententia, licet per neutrum eorum fuit appellatum ab ea. h. d. Sali.*

Imperator Alexander A. Mabiliano.

LEX II.

Si vteris [d] instrumento de quo alius [e] accusatus falsi victus [f] est, & paratus [g] est (si ita visum [h] fuerit) à quo pecuniam petis, eiusdem criminis te reum facere [i], et discrimẽ [k] periculi [l] pœnæ legis Corneliæ subire: non oberit [m] * sententia à tua nec is cõtra quem data est appellauit: nec tu qui tunc crimini [n] non eras subiectus, appellare debuisti [o]. PP. iij. Cal. Octobr. Maximo. ij. & Aeliano Cons.

* Tibi.

Si vteris.] CASVS. Duo erãt creditores stipulãdi eiusdẽ debitoris, & habebãt instrumentum: vnus creditorũ volebat agere ex instrumento illo. debitor vero accusabat illud instrumentum de falso, & obtinuit: alius non appellauit. vult alius creditor agere ex eodem instrumento ex quo erat allius condemnatus: quæritur an possit? Respon. certè potest, cùm sententia lata inter alios huic præiudicare non potuit. sed si debitor vult accusare instrumentum de falso, subijcere se debet pœnæ talionis.

d Si vteris.] si. i. quãuis: vel propriè lege.

e Alius.] vel cohæres vel correus stipulandi b: vel cũ essent duo creditores, fecerunt sibi caueri in eadem charta, ita quod quilibet creditor sibi in certa quantitate separata cauebat: vt. s. si certum petatur. l. eo quod.

b Non intelligas, quod erant duo rei credendi: quia tũc sententia lata cõtra vnum nocet alteri: vt in l. ex duob'. & ibi per B. de duo. reis stipu. secũdum P. hîc. Legis corneliæ de falsis pœna quæ est.

Qui renunciat vsui instrumenti suspecti: tacitè videtur fateri instrumentum falsum: nec potest iteratò producere. h. d. no. nõ est alibi. B.

Idem A. Aeliano. LEX III.

f Victus est.] Arg. ff. de vi et vi arma. l. nam posteà.

g Paratus.] scilicet debitor, à quo &c. & quod dicit, si ita visum fuerit, ideo dicit, quia & ciuiliter posset agere excipiendo, vel actione in factum: vt s. de transac. l. si ex falsis. de quo dic vt ibi dixi. Alij dicunt non posse ciuiliter agi donec viuit delinquens, vt posit de crimine criminaliter accusari: vt dices. j. eo. l. fi. circa prin. Accursius.

h Visumfuerit.] No. generale dictum, res inter alios &c.

i Facere.] id est accusare, eo quòd falso vteris: vt. j. si reus vel accu. mor. l. iij. vel quia dicat te fecisse, vel fecisse fieri.

k Et discrimen.] repete paratus est. & dic, Discrimen. i. damnum.

l Periculi] scilicet pœnæ quòd infligitur per pœnam legis corneliæ de falsis, quæ est deportatio, et omnium bonorum publicatio in libero: in seruo vltimum supplicium: vt. ff. ad. l. cor. de fal. l. j. §. fina. Sed qui solum vtitur & non fecit, an patiatur eandem pœnam? Dico quòd sic, sed potest c euadere abstinendo ab vsu: vt infrà ad. l. cor. de fal. l. si falsos. Vel dic verius decennio c tantùm relegandum qui vtitur nisi desistat: vt. ff. de fal. l. falsi. §. ordine. Item not. quò ex hac litera dicunt quidã debere inscribere accusantem in libello se subiturũ eandem pœnam, quam & reus si non probauerit, sic & infrà eodem. l. fin. & ff. de accu. l. libellorum. Nos dicimus non esse necesse & nihilominus patietur similitudinem supplicij: vt. s. de aduo. diuer. iu. l. j. & ff. de testi. l. iij. §. idẽ diu' Itẽ contrà ad fi. hui' legis. ff. de inoffic. testa. l. papinianus. §. finali quæ est contrà. vbi præiudicatur legatariis iure isto, si contra testamentum pronunciatur? Sol. ex testamento pendet petitio omnium quæ in ea scripta sunt: quo infirmato cætera nihil valent. sed ex instrumento non pendet petitio debiti. Sed huic solutioni est argu. contrà. ff. de excep. rei iudi. l. j. vbi idem in testamento dicit, quòd hic in instrumento debiti: quod alijs non præiudicet. Sed dic, quòd ibi nullum vel irritum dicebatur vbi iudex nihil noui facit, sed declarat quòd est. at in querela inoffi. testa. nouum facit: quia rescindit & facit hæredem qui non est, & desinere qui est: vt. d. l. papinianus. in fine. & ff. de vulga. substitutu. l. in substitutione. Alij soluũt, quòd ibi fit ius ex sententia: hîc non. quod in idem recidit. Alij quòd ibi legatarijs non autem cohæredibus præiudicatur. & sic non est argu. contrà suprà de inoffi. testa. l. cum duobus. Sed contrà suprà de petitio. hæredi. l. finali. §. finali. sed sol. vt ibi. Item contrà infrà de ijs quibus vt indig. l. polla. in fine. Sed ibi expone retractas, id est retractare intendis. vel ibi transactio: hîc sententia. Item quæro, an idem in teste vt semel falsum dicens non repellatur si ab alio producatur? Respond. si iudex notauit illum falsum, non idem quod hîc aliâs si simpliciter suo dicto non credit contrà: vt. ff. ad turpi. lege prima. §. primò & ff. de ijs qui not. infa. l. Lucius.

c Ista est vera secundum Pau. de Cast. hîc quia minus delinquit qui vtitur & nõ fabricauit nec fabrica fecit: quã ille qui fabricauit, & licet ambo incidant in. l. corne. de fal. min' tamẽ punitur qui solũ vtitur secũdũ eundem. Testamẽtũ si infirmetur præiudiciũ legata vijs generatur.

m Non oberit.] quia res inter alios &c. vt hic, & ff. đ re iudica. l. sæpe. & infrà res inter alios. & infrà quibus res iudi. non no. per totum.

n Crimini.] id est criminationi.

o Debuisti.] ex necessitate. potuisti tamen: vt. ff. de appella. l. à sententia. & l. ab executore. §. j.

Testis semel reprobatus in vna causa an possit p alium in alia.

Si aduersarius tuus apud acta præsidis prouinciæ cùm fides instrumenti quòd proferebat, in dubium reuocaretur [p], non vsurum [q] se contestatus est: vereri nõ debes, ne ex ea scriptura, quã non esse veram etiam professione [r] ei' constitit [s], negotium denuo * repetatur. PP. iij. Nõ. Decembr. Maximo. ij. & Aeliano Cons.

* Contractus.

Si debitor fisci amisit instrumentum solutionis, procurator fisci tenetur ei ostendere librum rationum. Sali.

Imperator Gordianus A. Martiano.

LEX IIII.

Illatæ [t] dispẽsatori [v] pecuniæ si ob amissorum instrumentorũ [x] casum probatione defeceris [y]: inspectio rationum fiscalium fidem demonstrabit [z]. D. ij. Id. Februa. Gordiano. A. & Auiola Cons.

Si aduersarius.] CASVS. Debebat mihi Titius. x v. habebam instrumentum & testes. volebam eum conuenire ex instrumẽto. fortè dicebat Titius instrumentum esse falsum, vel reuocabatur in dubium an valeat instrumentum vel non: dicebam me nolle eo vti, & sic ei renunciani. posteà pœnitui & volebam eo vti: an possim quæritur? Dicitur quòd non.

p Reuocaretur.] aliud fortè si non reuocaretur: vt licet diceret se non vsurum.

Qui allegat instrumentum casu perditum, debet probare: & nisi probet casum, non patrocinatur ei allegatio casus: falsum tamen est ius probandi per alias species probationis. h. d. no. Bal. *Vel sic: Si creditor dicat se perdidisse casu instrumentum debiti, non debent propterea qui dicuntur debitores ad solutionem vrgeri: nisi creditor probet casum & tenorem instrumenti. h. d. Sali. Vel sic: De perditione instrumẽti non statur simplici uerbo hoc asserentis, sed habet necesse hoc probare. h. d. Pau. de Cast.*

Idem A. Prisco. & Marco militibus.

LEX V.

Sicut iniquũ est instrumentis vi ignis * consumptis, debitores quantitatum debitarum renuere solutionem [a]: ita non statim casum conquerẽtibus facile [b]

* Extinctus.

q Non vsurum se.] alijs abundantibus probationibus.

r Professione.] cui magis credendum est quàm alicui instrumento.

s Constitit.] vt & j. de confes. l. j. An autem de falso posit accusari? Dic quòd non: vt. j. ad leg. cor. de fal. l. si falsos.

Illatæ. CASVS. Tenebaris fisco: soluisti: & à procuratore fisci recepisti instrumentum de soluto: alio instrumento in rationibus fiscalibus in quibus scribebatur solutum penes eum remanente. tuum amisisti. si procurator te conuenire velit, acsi non soluisses et solutionem probare non posis, quod penes eum de soluto remansit: an inspiciendi facienda sibi copia, quæritur? Respon. quòd sic.

t Illatæ.] id est solutæ.

v Dispensatori.] id est procuratori fisci.

x Instrumentorum.] Nota hîc quòd quis contra se exhibere tenetur. contrà. s. de testi. l. nimis graue.

y Defeceris.] Secus si probationes habebas: vt. ff. de eden. l. ij. & l. si quis. §. prohibetur.

z Demonstrabit.] Te desyderante eas exhiberi tibi: vt. s. de eden. l. procurator. & l. non est. & l. iustum.

Sicut iniquum.] CASVS. Tenebaris mihi in. x. habebam instrumentum: igne consumptum est: an à debito libereris, quæritur? Respon. quòd non. nec mihi facile debet credi de amissione nisi probem: vnde si per instrumenta probare non possum quod intendo: saltem alijs probationibus vti debeo ad faciendum fidem.

a Solutionem.] vt. s. e. l. j.

b Facile.] Sed si crederetur ei quòd amiserit, quid prodesset? Respon. in duobus prodesse. Illud enim in casu recipitur cùm est amissum instrumentum per aduersarium: vt suprà de proba. l. si de possesione. Item in alio prodest vt exhoneretur solennitate quinque testium: vt suprà titu. j. l. testiũ. in fin. Sed hic si probet creditor per duos testes se amisisse instrumentum

in quo

in quo continebatur, quod Titius debebat.x.et audierunt legi, quare probatur debitum magis, quàm per quoddam exemplum, cui non creditur nisi originale ostendatur: vt.s.de eden.aut.si quis.et.ff.eo.l.quicunque. Sed dic quod erit præsumptio, si hoc probet vt possit deferri iuramentum. alij dicunt hoc sufficere.arg.d.l.si de possessione.

a ¶ Vel.] pro saltem.
b ¶ Fidem.] i.veritatē.

a Hanc tenēt Salic.& Pau.

Statum tuum.

CASUS. Manumissionis tuæ instrumētum amisisti: non ob hoc status tuus periclitatur.

c ¶ Certi iuris est.] si aliæ sunt probationes: vt et.s.eo.l.j.nam et sine instrumentis de statu probatur: vt.s.titu.j.l.j.et.ff.de lib.cau.l.nec omissa.et.ff.de nuptijs.l.si vicinis.

† Aliàs nō existētibus instrumentis, vos vel alijs argumentis probare, fidem præcip.&c.

Statum tuum credendum est. Intelligere itaque debetis non existētibus instrumētis vel[a] †alijs argumentis, probare debere fidem[b] precibus vestris adesse. PP.iij.Cal.Iun. Sabino.ij. & Venusto Conss.

Licet sit perditum instrumentum manumissionis: potest tamen probari manumissio per testes.h.d.Pau.de Cast.

Impp. Dioclet.et Maximiā.AA.et CC.Lucido.

LEX VI.

Statum tuū, natali professione perdita, mutilatum nō eē, certi[c] iuris est. D.xiij. Calend. Febr. Nicomediæ, Maximo.ij.& Aquilino Conss.

Si solennibus.

CASUS. Princeps quendam dimisit à malitia, concessis, et in scripta redactis priuilegijs q̃ priuilegia cōsueuerūt honestè dimissis à militia concedi: an ei obsit amissio instrumentorum quibus continebantur priuilegia quo minus vtatur priuilegio veteranorum, quæritur? R.ñ. quod non, si aliàs habet probationes honesta.

d ¶ Si solennibus stipendijs.] excursis vel finitis.Accursius.
e ¶ Honestè.] Vel causariè.sec⁹ si ignominiosè: vt.ff.de⁹ ijs qui not. infa.l.ij.§.ignominiæ.
f ¶ Sacramento.] qd faciebant: vt.ff.ex quib⁹ cau.maio.l.penul.
g ¶ Si alijs.] cùm non sis in quasi possessione priuilegiorum. aliàs præsumitur pro te, quòd sis honestè missus. Vel negabatur miles fuisse, vñ probatur militiam. aliàs præsumitur honestè missus: vt argu. ff.de manu. testa.l.seruos. Sed nōne soli eius sacramento creditur si ante fuerat bon⁹ miles? Quidam quòd sic vt.ff.d re milita.l.nō oēs.§.à barbaris. Vel dic: ibi solùm volebat admitti ab hostibus rediens, hic autem etiam priuilegia petit. vnde hic plenè probare debet.vt hic, et.s.eodem.l.j. Accursius.
h ¶ Priuilegia.] quæ multa sunt: vt.j.de veteta.per totum.lib.xij.et.j.de excu.ve.&.j.quando prouo.non est necesse.l.veteranis.
i ¶ Vsurpare.] In bonam partem. i. continuè vti: vt.ff.de vsucap.l.ij.

† In quibusdam codicibus legitur Alexādre.&.j. ex persona fructuarie.

b Et sic in nuit q̃ qua si possessio priuilegij releuat quem ab onere probādi: quod displicet pe. Cy. Bart.& Bal.per ea. ex persone.de priuil.

c Imo quā tum ad con sequendum priuilegiū hoc debet expressè probari nec suf ficit quasi possessio priuilegij, cū ius ei re sistat.pe.& Bart.

d Sequunt Pau.& Bar.

LEX VII.

Si solennibus[d] stipendijs honestè[e] sacramento[f] solutus es: licet super hmōi res instrumenta (vt dicis) facta perdita sint: tamē si[g] alijs euidentibus probationibus veritas ostendi potest, veteranorū priuilegia[h] etiā te vsurpare[i] posse: dubium non est. Dat.xv. Cal. Iun. Maximo.ij. & Aquilino Cōss.

Aliquem esse militia perfunctum, & per cōsequens habere priuilegia ueteranorum: amissis instrumentis, vel inde non confectis, potest probari per testes.h.d.Bal.

Idem AA.et CC.Zinimæ.

Licet dominus perdat instrumentum proprietatis, propter hoc nihil accrescit usufructuario.h.d.Bal. Vel sic: Factum fructuarij non præiudicat proprietario probanti de suo dominio.h.d.Sali.

Idem AA.et CC.Allexandro†.

LEX VIII.

Si constiterit proprietatē[k] possessionis de qua agitur apud vos esse, prouidebit iudex ex persona fructuarij †nullum[l] præiudicium dominio[m] vestro comparari propter amissionem instrumentorū. Dat.xv.Cal.Mart. Dioclet.ij. & Maximiano AA. Conss.

Licet non interueniat instrumentum, tamen diuisio ualet.h.d. Bal.

Idem AA.et CC.Aristæneto.

LEX IX.

Instrumentis etiam non interuenientibus, semel diuisio recte[n] facta non habetur irrita[o].

Si constiterit.] **CASUS.** Habebam proprietatem in fundo, cùm Titius haberet vsumfru. an si emptionis instrumentum proprietatis amisi, obsit mihi illa amissio quo minus proprietatem illam vendicare possim, quærit? Dicitur qd non si: aliàs cōstiterit penes me proprietatem fuisse.

k ¶ Proprietatem.] id est dominium rei possesse.
l ¶ Nullum.] vt.s.de vsufru.l.interest.&.l.neque.
m ¶ Dominio.] Nam possessionem posset interuertere: vt arg.ff.de vi & vi arma.l.cùm fundum.&.l.colonus.

Instrumentis.] **CASUS.** Habebam rem cum Titio communē. facta est diuisio nulla interueniente scriptura. an ob hoc sit minus firma, vel minus ei stari debeat, quæritur? Respon.quòd non.

n ¶ Recte.] secus si non rectè: vt.s.communia vtriusque iudi.l.maioribus.& facit.s.fami.ercisc.l.non ideo.

o ¶ Irrita.] interueniente stipulatione vel traditione: vt.ff.de pac.l.diuisionis.Accursius.

Cum instrumentis.] **CASUS.** Sicut venditio scriptura non interueniente rata manet, sic et ea interueniente et omissa non retractabitur.

Ea quæ possunt celebrari sine instrumento rum confectione, non perdunt uires ex instrumentorum amissione. Bal. Vel sic: Venditio ualet etiam sine scriptura: ideo amisso instrumento non uitiatur si aliter probetur. Sali.

Idem AA.et CC.Victorino.

LEX X.

Cum instrumentis[p] etiam nō interuenientibus venditio facta rata maneat: consequenter amisis etiam quæ intercesserat, non tolli substātiam veritatis placuit. Dat.viij.Cal.Nouembr. Retinasi AA.Conss.

p ¶ Cum instrumentis.] ratio est sequentiū. sic &.s.de proba.l.cum res. Sed quid si conuenerit vt in scriptis fieret, sed amissa sunt? Respon. satis est satisfactum iuri: vnde non tollitur substātia veritatis: vt.s.titu.l.testium.in fin.sed in testamentis secus, vbi amisso testamento in scriptis deficit probatio secundum quosdam Vel idem.si tamen sit publicatum: vt.j.de testa.l.ij.& facit.s.e.l.ij.et.j.de emancip.l.ij.

Testamento in scriptis perdito an deficiat probatio.

Perditis actis potest emācipatio probari per testes.h.d.secundum Bal.

Idem AA.et CC.Theagenæ. LEX XI.

Emancipatione facta, et si actorum tenor non existat[q]: si tamen alijs indubijs probationibus vel ex personis[r] vel ex instrumentorum incorrupta fide[s] factā esse emancipationē probari possit: actorum interitu veritas cōuelli nō solet[t]. D.iij.Id.Nouēbr. AA.Cōss.

Emancipatione.] **CASUS.** Si interueniente scriptura filium tuum emancipasti: si per testes vel alia instrumenta ostendere poteris emancipationē iure factam: quomin⁹ valeat, amissio scripturæ non oberit.

q ¶ Non existat.] quia amissa sunt. sine his enim non valeret.j.de adop.l.fi.& de emancip.l.iubemus.in fi. Quidam tamē dicunt sine scriptura fieri posse per legem istam &.j.de emācipa.l.ij.& l.prædicta.iubemus. loquitur in absente emancipato, et alia logē in adoptione: ADDITIO. Pau.de Castr. hîc dicit primam expositionem siue opinionē huius gloss. tenendam re probata secunda: quod etiam Bar.hîc dicit esse tutius propter.l.ne in arbitris.s.de arbit.&.c.quoniam contra extra de proba.

Emancipatio, an valeat sine scriptura.

✱ Introductus.

r ¶ Ex personis.] id est ex testibus.
s ¶ Fide.] puta priuata scriptura aduersarij.
t ¶ Nō solet.] vt.s.e.l.j.

Breuis est & leuis. Vacua possessionis traditio potest probari testibus, & instrumentis.h.d. Bald.

Idem AA.et CC.Dionysiæ.

LEX XII.

Non idcirco minus in vacuam[v] ✱ inductus prædij possessionē donationis causa, qđ ei⁹ facti prætermissum[x] instrumentum asseueratur, hâc obtinere potes. Dat. Idib. Decembr. Nicomediæ AA.Conss.

Non idcirco.] **CASUS.** Si prædium mihi donasti, & in vacuam possessionem prædij me induxisti: an ideo minus valeret donatio scriptura nō interueniente, quæritur. Dicitur quòd non, nec retractari potest.

v ¶ In vacuam.] qn nec ali⁹ possedit, nec est i possessione vt.ff.& ac.emp.l.ij.§.et.l.iij. Accur.

Non debet credi protestanti super eo quod non apparet.h.d. Bald.

Idem AA.et CC. Leontio.

LEX XIII.

Apud[y] eos qui rem gestam[z] ignorauerint, amissorum instrumentorum habita testatio nihil ad probationem veritatis prodesse potest. Dat.xvj. Cal. Ianua. Nicomediæ AA.Conss.

Conflictus scripturarum ab eadem parte productarum expellit substantiam probationis.h.d.no, Bal. Vel sic: Repugnantia scripturarum ab eadem parte productarum facit illis fidem non adhiberi.h.d.Sali.

Idem AA.& CC.ad Seuerum comitem Hispaniarum. LEX XIIII.

x ¶ Prætermissum.] vt.j.de acqui.pos.l.minus.& de contrahen.emp.nō dico.&.s.de rei ven.l.quoties.et.j.de dona.l.in extraneos.

Apud eos.] **CASUS.** Mutuaui tibi.x.confectum est instrumentum. amisi illud. vocaui vicinos, et coram eis protestatus sum de amissione instrumenti. an huiusmodi protestatio valeat vel prosit ad debitæ quantitatis probationem, vel ad probationem amissionis, quæritur? Dicitur quòd non. et sic dic quòd apud eos.i.vicinos. Vel sic, coram iudice coram quo te volebam conuenire, protestatus sum me instrumenta amisisse, qui de veritate contractus ignorauit. an mihi prosit illa protestatio, quæritur? Dicitur quòd non.& sic dic apud eos.id est iudices.

y ¶ Apud eos.] scilicet iudices secundum M. et sic est arg.à contrario sensu, quòd secundum conscientiam debeat iudicari. Vel dic apud eos scilicet testes.vt.s.quòd metus cau.metum.&.s.de transac.l.si maior.j.

z ¶ Gestam.] id est amissionem. vel dic id est veritatem contractus.

Scripturæ.] CASVS. Volo probare fundum Titianum ad me pertinere proprietatis ratione: produco instrumentum quo continetur, quòd illum fundum emi, et mihi traditus est insolidũ. Item produco aliud instrumentũ, quod in illo eodem die fuit mihi constitutus vsusfru. in eodẽ prædio. Dicitur quòd tales scripturæ sunt diuersæ, imò potius aduersæ: vnde non prosunt mihi. Est enĩ impossibile, quòd eodẽ tempore sim dominus in totum, et habeã vsum fru. tñ formalem. aliàs pone exemplum ad legem istam, et dic vt in gloss.

✝ Concor. ca. ex tenore. extrà de rescri. & . c. imputari de §. instsu.

a ¶ Scripturæ.] scilicet publicæ ambæ. si aũt altera est priuata, stabo publicæ, cùm sit dignior vt. ĩ. de contrahen. stip. l. optimam. in fin. Pone casum in diuersis ita, qđ non aduersis directò, nec per mediũ vt ecce profero duo instrumenta, in quorum vno continetur me fructuarium, in altero me proprietariũ. qđ non placet: quia vtrunque potest esse verum si diuersis temporibus ad me peruenerit vsusfructus & proprietas: sed eodem tempore non possum esse vsusfructuarius formali vsufructu, et proprietarius: cum sua res nemini seruiat: vt patet ex dafinitione vsusfructus: vt insti. de vsufru. in prin. sed secundum hoc ò esset exemplum in aduersis directò nam directè sequitur, si sum vsufructuarius: ergo nõ proprietarius. et econtrà. Pone ergo quòd profero vnum quo continetur me solummodò emisse: aliud quo continetur, quòd cum vxore mea eandem rem emi, & eadem die & alijs testibus præsentibus. Vel in vno me emisse, in alio mihi donatum fuisse, et eadem die: quod non est verisimile, & ideo neutrum valet, vt hîc. Potest etiam poni in diuersis, ita quod aduersus non directò, sed per mediũ: vt si produco vnum quo continetur, quòd decem mihi promisisti Bononiæ, aliud quod dicit te promisisse mihi decem Romæ, et habent eandem diem: neutri statur per legem istam. sic et cùm dico, homo est animal, et homo non est substantia. hæc sunt diuersa, ita quod aduersa: non directò, sed per medium. Sed quidam dicunt Ioan. in diuersis tantùm legisse. l. istã, ita quod non in aduersis: quod falsum est. sed dixit quod in eis poterat intelligi nihilominus tamen & in aduersis: vt dixi. & hæc sunt in contrarijs per obliquum. multò magis si sunt directò contraria, sibi derogant: vt in primò exemplo quando dicitur eodem tempore me vsufructuarium & proprietarium. Sed quidam contrà: & dicunt standum digniori. Prædicta autem seruantur, quando ab eadem parte producuntur, vt hîc. si autem vnum ab vna parte producitur, aliud ab alia, statur digniori: vt. ĩ. de contrahen. stip. l. optimam. in fin. Et not. quòd non potest aptari pro concor. huic. legi. ff. de reg. iur. l. vbi repugnantia. quia ibi eadem scriptura sibi erat contraria. Item intelligimus illam de repugnantia perplexitatis verborum: vt. ff. de condi. insti. l. si titius. vel iuris: vt patet. ff. de vsu & ha. l. per seruum. §. fi. et. l. vsus pars. & de serui. l. viæ. Sed quidam (vt H.) intelligunt eam in testamento duobus codicibus scripto: vt dicitur insti. de testa. § fin. & in vno contineri Stichum legatũ Titio, & in alio legatum Seio. neutrum valet. sed si in eodẽ esset talis diuersitas, tunc distingue vt diximus. ĩ. de testa. l. si vnus. Item contrà huic. l. ff. de proba. l. cum de ætate. Sol. vt ibi. An autem idem in testibus diuersa vel contraria dicentibus ex vna parte productis? M. idem, arg. ĩ. eo: l. in exercendis. B. contrà: quia potuit sibi prouidere, quod non est in testib⁹. Vel aliud in testibus ideo, quia videntur ab vtraque parte producti. licet vna pars inducat. vnde sicut in instrumentis à diuersis partibus prolatis statur digniori, ita in testibus pluribus & melioribus stabitur: vt. ff. de testi. l. ob carmen. §. si testes. & . l. iij. §. j. & in aut. de testi §. si verò quædã. col. vij. ADDITIO Aduertas quod hæc lex habet locum non solùm in actore, sed etiam in reo: nam licet reus possit vti contrarijs defensionibus. l. nemo ex his. ff. de reg. iu. tamẽ non potest vti contrarijs probationibus, vt dicit Ioan. in c. imputari. extrà eo. tit.

Casum ponit.

Instrumenta repugnãtia an probent.

Testes diuersa, vel cõtraria dicẽtes an probent.

IN exercendis.] ¶ Materiam istius legis tractant docto. tam legistæ qàum canonistæ in c. cum Ioannes. extrà eo. titu.

b ¶ In exercendis.] tantum valent duo testes quantum instrumentum: vt hîc vnde licet duo reprobant priuatum instrumentum: vt infrà. de cõtrahẽ. stip. l. optimam. non tamẽ reprobant publicum, vt hîc. tres autem vel quatuor sic: et. s. de probat. l. cum precibus. & extra eo. l. cùm Ioannes. nisi esset tale cui esset standũ præsumptione iuris, et de iure: vt. ĩ. arb. tu. l. fina. Sed est contrà in aut. cod. §. si verò tale aliquid. col. vj. vbi plus viuæ voci credi videtur, quàm mortuæ. sed ibi ex vna parte erant instrumentum, & testes qui pro eo testificabantur, ex alia solum instrumentũ: vnde præualent duo. Item videtur contrà suprà titu. j. l. j. sed expone vt ibi. Et econtrà fallit hæc regula in multis casibus qui non probantur nisi per scripturam: vt diximus suprà de pac. l. pactum quod bona. Vide hos casus collectos per Ioan. and. in. c. j. de censi. libr. vj.

Testes & instrumenta equiparãtur. & concor. gl. in. c. cũ venisset super verbo, testimo nia. extra de testi. circa princ.

SCripturæ [a] ✝ diuersæ, fidem sibi inuicem derogantes ab vna eademq; parte prolatę, nihil firmitatis habere possunt. D. iiij. Cal. Maij. Viminatij. CC. Cons.

¶ *Tantum valet instrumentum ad probandũ, quantum depositiones testium: & econuersò. h.d. & ista lex ponit regulam, quæ fallit in multis casibus in quibus ad substantiam rei requiritur scriptura, & per consequens etiam ad probationem, qui ponuntur per gloss. in. c. j. de cẽsi. lib. vj. & In specu. de instru. edit. §. restat. secundum* Pau. de Cast.

Imp. Constã A. ad populum.

LEX XV.

IN exercendis [b] litibus eandem vim obtinent tàm fides instrumentorum, quàm depositiones testium. Dat. Romæ. xij. Cal. Aug. Gallicano & Basso Cons.

¶ *Ex contractu in scriptis non oritur ius, nisi completa scriptura munda & sine vitio in forma in qua fieri consueuti. & contractu absoluto, id est pro perfecto habito inter partes, interim dum dictatur, locus est pniæ, & licitum est recedere à proposito, saluo quòd præcedentibus arrhis arrhe pœrduntur ex pœnitentia. Et hæc lex dat formam non futuris solùm, sed & præteritis & perfectis: nisi quæstio sit sopita transactione uel sententia: & nisi in contractibus veterum emptionũ in quibus seruari debent statuta veterum: vt hîc no. h.d. secundum* Bal.

Imperator Iustinianus A. Mennę præfec. pręto.

LEX XVI.

COntractus [c] vẽditionũ, vel permutationũ, vel donationum, quas [d] intimari non ✝ est necessariũ: datiões etiã arrharũ [e], vel alterius cuiuscũque causę ✱ quas tñ ĩ scriptis [f] fieri placuit: trãsactionum [g] etiã, quas in instrumẽto [h] recipi cõuenit: nõ aliter vires habere sancim⁹, nisi instrumẽta in mũdum [i] recepta, subscriptiõibusque partiũ cõfirmata, et si ptabellionẽ cõscribant, etiã ab ipso cõpleta, et postremò è ptib⁹ absoluta [k] sin: vt nulli liceat pri⁹ q̃ hæc ita pcesserint, vel à scheda cõscripta (licet literas vnius partis, vel ambarum habeat) vel ab ipso mundo quod necdum est impletũ, vel absolutũ, aliqđ ius [l] sibi ex eodẽ cõtractu vel transactione vẽdicare: adeò vt nec illud in hmõi vẽditionibus liceat dicere, qđ ptio statuto necessitas vẽditori ĩponat, vel cõtractũ vẽditionis pficere [m], vel id [n] qđ emptoris

✝ In quibusdã. exẽ. dẽ. est negatio non.

✱ Illos tamen quos in scripturis &c.

COntractus.] CASVS. Contraxi cum Titio vendendo fortè vel permutando, & confeci instrumentum super contractu, ita vt ex scriptura non solũ probationem habet, sed etiam capiat substantiã. Dicitur quod contract⁹ talis, vel alius quicunque putà donationis vel trãsactionis, nullam obtinebit firmitatem: nisi abbreuiatura quam facit tabellio in quaterno suo vel schedula, ẽt mundũ sit recepta: & nisi in instrumento partes se subscribant antequam eñ mundum sit completũ ex abbreuiatura sola, nulla dicitur obligatio, nec ex ea abbreuiatura agi potest, nec potest compellere venditorem vt rẽ tradat, vel vt retineat ad interesse meũ. et hoc in prima. Hæc vera sunt & locũ habent in instrumentis quæ fiũt post legem istam, & ĩ illis instrumentis quæ tunc erant cœpta, nisi super his transactum sit, id est iudicatum: sed instrumenta emptionalia quæ erant cœpta tempore istius legis debent compleri per iura secundum quod locũ habent ante legem istam. & hoc in secunda. Si verò dedi arrhas, & nolo perficere contractum, ego emptor eas amitto. Si verò venditor nolit adimplere contractum per traditionem rei, restituet arrhas quas accepit in duplum. & hoc in tertia.

c ¶ Contractus.] hac lege dicitur quando contractus debet perfici in scriptis. Contractus prout refertur ad donationem & transactionem, impropriè ponitur: prout ad alia propriè: vt. ff. de ver. sig. l. labeo. §. contractum. Dicitur ergo hic contractus eo quòd conueniũt sic inter se. Accursius.

Cõtractus ponitur propriè & impropriè.

d ¶ Quas.] scilicet donationes. & dic de illis quę non excedunt quingentos solidos: vt. ĩ. de dona. l. penul. Alij dicunt quando fiunt inter coniunctos, exigi scripturam: vt. ĩ. summam: vt. ĩ. de dona. l. data. quod non placet.

e ¶ Etiam arrharum.] vt in sponsalibus exercendis: vt. ĩ. de spon. l. mulier. Et est hîc arg. contra M. quòd contractus arrharum sit contractus per se: vt. ff. de act. emp. & vendi. l. ex empto. §. is qui vina. & sic potest hîc locũ habere condictio ob causam: vt no. ff. de condi. ob cau. l fi.

Arrharũ cõtractus, an sit cõtract⁹ per se.

f ¶ In scriptis.] s. vt aliter non valeat nisi scriptura facta. ar. s̃. de proba. cũ res secundum Io. vel secundum P. & Azo. quando in contractu, vel ante cõueniũt vt scriptura inde fiat: gerentes in animo non prius cõtrahere quàm scribatur. secus si à principio simpliciter contrahant, & posteà ad probationem fit inde scriptura.

g ¶ Transactionem.] impropriè dicitur contractus. sic & in conditione indebiti: vt insti. quibus mo. re contrahitur ob. §. item is quoque. sed quia cõsensu fit transactio: ideo sic dicitur secundum Io.

h ¶ In instrumento.] quæ dicuntur vulgò rogationes secundum Ioan. & scheda, vt hîc subijcit, est breuiatura & prothocollum: vt in authen. de tabel. §. illud. col. iiij,

Sheda quid est.

i ¶ In mundum.] mundum vocat instrumentum in quo post factam rogationem omnia comprehenduntur. & dicitur à mundicia, eo, quòd sine vituperatione debet esse.

Mundum.

k ¶ Absoluta.] id est subscripta à partibus: vt in aut. eodem. §. sed & si instrumenta. & . §. oportet. col. vj.

l ¶ Aliquod ius.] actionis vel obligationis.

m ¶ Perficere.] i. adimplere. nam perfici dicĩ statuto pretio: vt. ĩ. de peri. & commo. rei ven. l. j. sed implere dicitur per traditionem: vt. ff. de act. emp. l. si quis alienam.

n ¶ Vel id quod emptoris.] contra M. facit, qui dixit venditorem prẽcisè teneri ad rem tradendam: vt no. ĩ. de act. emp. l. si traditio. Item quid si tradat venditor ante mundũ cõpletũ: an dominiũ trãsferaĩ? Bul. aliquando dixit quod non, sed posteà mutauit consilium dicendo quòd sic: vt no. s̃. de suffra. l. vnica, & pro hoc qđ trãseat dñium ex inutili cõtractu est. ff. de dolo. l. & eleganter.

Dominiũ an transferatur ex inutili. contractu.

l.& eleganter.in prin.Item in contractu conditionali:vt.ff.de iure do.l.dotis. j.§.fi.&.l.seq.&.l.stipulationem.&.j̃.de dona.ante nup.l.cum veterum. Item quomodo rem repetet,cùm non posit pretium petere?Respondeo, condicet rem condictione sine causa.nec ob.quod dicere solemus,ex contractu nominato traditum non posse condici:quia non est cõtractus nominatus, cum nõ sit adhuc pfectus,sed tantùm initiat⁹. Sed de vsucapione potest quæri: si dñs nõ est tradẽs,an causam vsucapiẽdi prçstet? Rñ.non.nec mirũ: nam cùm spõsa tradidit sponso rès,licet conditionalis sit traditio, vt.ff. de iure do.l.plerũq;.§.si autẽ. sit tñ res sponsi,si hac mẽte tradat: vel nisi appareat quod actũ sit, sed nõ vsucapit dotem,nisi post nuptias secutas: vt.ff. de vsusca.pro dote.l.j.&.ij.

interest, ei persoluere. Quæ tã in posteà conficiendis instrumẽtis, quàm in ijs,q̃ iam scripta[a], nõdũ autẽ absoluta sunt,locum habere p̃cipimus: nisi iã sup his trãsactũ sit vel iudicatũ,quæ retractari nõ possunt:exceptis emptionalibus[b] tantùm instrumẽtis,iã vel in scheda,vel in mũdo cõscriptis, ad quæ præsentẽ sanctionẽ nõ extẽdim⁹, sed prisca iura in his teneri concedimus. ¶Illud etiã adijciẽtes,vt in posterũ,si quæ arrhæ super faciẽda emptione cuiuscũque rei datæ sunt,siue in scriptis,siue sine scriptis:licet non sit specialiter adiectũ,quid super ijsdẽ arrhis nõ pcedente cõtractu fieri oporteat: tamen & qui vẽdere pollicitus est, vẽditionẽ recusans,in duplum eas reddere[c] cogatur: & qui emere pactus est,ab emptione recedens, datis à se arrhis cadat, repetitiõe[d] earum deneganda. D.Calen.Iuñ. DN.Iustiniano A.ij.Conf.

¶ Iudices possunt committere examinationem absentium testium iudici illius territorij, ubi testes degunt, & mandare partibus, quòd ibi cõpareant: & hoc siue testes producãtur ad probationem, siue ad alicuius instrumenti reprobationem.h.d.Vel sic:Testium uel instrumentorũ receptio potest ex causa cõmitti iudici alterius territorij.h.d.no.H.Bal.Vel sic:Siue testes petãtur examinari ad probationem principalis negotij:siue ad comprobationem alicuius instrumenti produci:iudex potest committere examinationẽ absentium iudici illius territorij in quo testes degunt,commonereq; partes debet:ut assint delationi sacramenti ab ipsis testibus præstandi.hoc dicit,& no.Sali.

Idẽ A.Mehnæ præ.præ. LEX XVII.

IVdices[e],siue in hac inclyta vrbe[f],siue in puincijs, secundum

a ¶ Iam scripta.] ante legem istam.

b ¶ Emptionalibus.] secunda exceptio.

c ¶ Reddere.] condictione ex hac lege vel officio iudicis:vel actiõe ex eo cõtractu : vt.ff.de act. emp.l.exempto.§. is qui vina.&de cõtrahẽ.emp. l.sed Celsus.§.j.Et intelligedari directã exempto cùm cõtractus tenuit:vtilem,qñ non tenuit : quia mundũ nõ erat cõpletũ. Sed quidã nõ dãt actionem ex eo contractu hoc casu.Itẽ si quis est passus damnũ arrharũ,an nihilominus teneat̃ ad interesse? Rñ.non secundũ M. & Azo. Ista est ratio: quia in datione arrharũ videor ponere spẽ meã. ar.ff. de precario.l.& habet.§.cùm qs.&.j̃.de excep.rei iud.l.si causam.et j̃.de iur.delib.l.fi.§.si verò postquã.&.§.sic aũt. hoc aliquis.&.s̃.de re.cre di.l.gñaliter.§.siue autẽ. &.ff.quẽad.test.app.l.sed & si quis.&.j̃.de pac.do. l.fi.§.j. &.s̃.de pcur.l.maritus.&.ff.de act. & obl.l. obligationũ ferè.§.fi. vbi tacitè sit nouatio.Aut ergo agatur ad arrhas, aut ad interesse tantùm,& in eo cõputentur arrhæ? sed H. dixit si agitur ad arrhas,nihilominus potest agi ad interesse,& fortè quod cõsecutus est p pœna.i.arrhas,in interesse cõputabit:quia cùm posit petere legalem & conuentionalem,petita vna videtur in residuo tantùm agi.ar.ff.vi bo.rap.l.j.

Arrhas perdens ad nullum aliud interesse tenetur.

d ¶ Repetitione.] deneganda venditore contento hac pœna secundum nos,vt modò dixi in emptore.Et no.secundũ H.quòd non dico referre quantum ad ista,an sit data arrha loco pretij & arrhę,vel arrhę tantùm:quia illud ad aliud interest,vt dicetur.j̃.quando licet ab empto.di.l.j.&.ij.

IVdices.] CASVS. Habebam causam cum Titio Bonoñ.erãt testes.nouerunt de causa Mutinæ.Dicitur quòd iudex illius ciuitatis corã quo ventilatur quæstio,potest mittere litigantes Mutinam, vel procuratores suos:& ibi testes ferent testimonium præsente vtraque parte : quæ est coram iudice Mutineñ.& posteà negotium ad priores iudices reuertetur. Et quòd ita posint iudices facere,probatur per quandam constitutionem Græcam, quam non habemus.Idem est,si profero instrumentum,quod dicitur suspectum:quia si testes alibi sunt,per quos probare posim veritatẽ huius instrumenti,debet iudex permittere,vt accedam ad locum,in quo testes degunt, & ibi recipiantur eorum testimonia,quæ posteà ad priorem iudicẽ referentur.

e ¶ Iudices.] scilicet iubemus,vel sancimus subaudi:vel volumus quod est.j̃.& incipe constructum,ea quæ.

f ¶ Vrbe.] Roma veteri vel noua,per excellentiam:vt institu. de iure nat. §.sed quoties.Accursius.

g ¶ Disposuimus.] id est ad similitudinem eorum,quæ statuimus. suprà de iur.calum.l.ij.§.fin autem.& de rebus credi.l. penul.§. fina.& secundum hoc subaudi ea,& subaudi sancimus iudices &c. Vel verius dic, statuimus in Græca lege,quam non habemus.Accursius.

ea,quæ disposuim⁹[g],vt posint(si hoc perspexerint)occasione testiũ in alijs locis degentiũ litigãtes vel pcuratores[h] eorũ ibi destinare,vt depositionibus[i] sub vtriusq; partis p̃sentia† factis,res[k] ad eos referatur:etiã in illis seruare volum⁹, qui platis instrumẽtis fidẽ adhibere exigũtur[l],vt si popościerint in alijs locis,id eis facere pmittat̃: & hoc si iustè peti iudex inuenerit, similis[m] pferat̃ sñia[n]: vt postquã in locis opportunis fides ĩstrumẽto data,vel minus[o] data fuerit, referat̃ negotiũ ad priorẽ[p] iudicem. D.viij.Id.Apr.Decio V.C.Conf.

In authen. de test.§.& quoniam.& §.hæc omnia.colla.vij.consti.ij.

¶ Receptio testium potest committi in ciuilibus causis,non in criminalibus. hoc dicit. Bald. & Salice.

APud[q] eloquentissimum aliquem iudicem, vel defensorem ciuitatis, siue à prouincia in prouinciam,siue ab vrbe in vrbẽ, vel ab vrbe in prouinciam hæc petantur:sed hoc in ciuilibus tantũmodò causis. Nam in criminalibus testes apud iudices repræsentandi sunt, & cùm res exegerit[r], tormentis † subijciendi.

¶ Sicut creditor tenetur facere debitori soluenti apocham solutionis:ita econtra debitor creditori facere unam antapochã,in qua contineatur se soluisse debitum creditori.quod est necessarium in annuis uel menstruis debitis. hoc dicit.Bald.& Sali.

Idem A.Demostheni præfecto prætorio.

LEX XVIII.

PLures[s] apochis[t] vel redi-

h ¶ Vel procuratores.] aliâs vel procurator:& tunc plana est. aliâs vel per procuratores:& tunc dic vèl,pro etiam vel saltem.

i ¶ Depositionibus.] id est iuramentis,non autem dictis vt diximus. suprà de test.l.penulti.

k ¶ Res.] id est negotium.& hoc vt facilior sit probatio : vt hîc, &.s̃.vbi de ratio.l.fin. &.ff.de incen. rui. nauf.l.ne quid. §. de his.& vt testes à suis non auocentur negotijs:vt.ff. quemadmodum test. ape.l.sed & si quis ex signatoribus.

l ¶ Exiguntur.] quia suspecta videntur prima facie:vt.s̃.de proba.l.penul.vnde per testes absentes vult dare fidem instrumento.

† Concor. c.ij.cũ glo. super verbo, admonendu:.extrà de testi.

m ¶ Similis.] scilicet ei. quę dicta est.s̃.proxi.respon.j. vt posint destinare litigantes vel procuratores eorum.

n ¶ Sententia.] interlocutoria : vt.ff.de arbit. l.qualem.§.fi.

o ¶ Minus.] id est nõ.

p ¶ Priorem iudicẽ.] respectu eius, apud quẽ sunt attestationes pductæ,dicitur prior iudex.

APud.] CASVS. Hæc generaliter sunt vera,quæ dicta sunt,siue petantur testes de prouincia in prouinciam &c. & quod dictum est,q iudex isti⁹ ciuitatis debet partes mittere ad loca, in quibus testes degunt, habet locũ in causis ciuilibus.In criminalibus debẽt duci testes coram iudice,coram quo causa ventilatur,qui potest eos subijcere tormẽtis,si eos inuenerit vacillantes. Et no.quòd dicta testiũ non debent manifestari alicui de partibus:sed debẽt claudi sub sigillo iudicis, q recepit eorũ dicta: & debent ista testimonia sic recepta referri ad priorẽ iudicem.

† Concor. v.q.v.ca. ill qui.

q ¶ Apud eloquentissimum.] id est ordinarium.& subaudi,recipiantur testes.Sed cõtra videtur in authenti. vt defunc.seu fu.§.illud col. v.vbi dicit non demãdari testium receptionem.Sed dic habenti iurisdictionem potest demandari vt hîc:non habenti,non:vt ibi.vel ibi testes erant præsentes:hîc non.

r ¶ Exegerit.] quia vacillant:vt.ff.de quæsti.l.ex libero.in prin. &.l.vnius. §.testes.&.s̃.de testibus.l.nullum.& in aut.de testi.§.j.col.vij.

PLures.] CASVS. Locaui tibi fundum, conuenisti vt dares mihi omni anno certam pensionem,puta.x.primo anno soluisti, secũdo & tertio &c.vsque ad.xx.an.de hac solutione feci tibi scripturam, in qua confessus sum, quòd tantùm recepi nomine solutionis, & ei subscripsi : et tibi et non mihi parta est securitas.elapsis.xxx.an.tenuisti,nec aliquid recognitionis gratia soluisti:qualiter mihi succurrendum sic,quæritur? Dicitur quòd duplici via.vna est vt retineam exemplum illius apochæ,quam dedi tibi:et vt in ea te subscribas.vel si faciam apocham de recepto,possum petere,vt facias antapocham de soluto:in qua contineatur, quòd à me talem fundum recepisti sub annua pensione:et quolibet anno tantùm soluisti nomine pensionis. & si hæc duo non faciam,nullum generabitur mihi præiudicium, si habeam alias probationes,cùm id quod pro me introductum est,in læsionem meam non debeat retorqueri.Hæc quæ dicta sunt in colono,possunt intelligi in debitore,qui tenetur mihi in c.sub vsuris,et per.xxx.ann. vsuras soluit,et ei de recepto feci apocham,et eandem dicat præscripsisse contra mè in personali act.qua mihi tenebatur spatio.xxx.an.

s ¶ Plures.] scilicet debitores vel coloni: vt subijcit.

t ¶ Apochis.] Apocha est[a] de receptis, putà confiteor me recepisse tantum:et à creditore fit,et datur debitori:vt.ff.de condic.indeb.l.fi.§. Titius. & ff.de furt.l.qui tabulas.§.apocha.& de accepti.l.si acceptilatum.§.j. Antapocha verò est de solutis,et à debitore fit in hunc modum:Cõfiteor me tantùm

a Istud est de mẽte B. & Bal.

Antapocha.

v

tuum vel vſurarum perceptis[a], ſi qñ ſuper his fuerit dubitatio exorta, eas[b] habere ſe negãdo, ius agẽtium faciũt vacillare[c]: cùm coloni aduerſus dñm certantes, & ſibi iniquã fortè libertatẽ vẽdicantes, vel debitores creditorib⁹ ſuis temporalẽ[d] præſcriptionẽ opponere cupientes, ad eaſdem inficiationes perueniũt. ¶ Quod reſecãtes iubemus, vt in præfatis caſib⁹, vel alijs priuatis ſimilib⁹, ſi voluerit[e] is q apochã cõſcripſit, vel exẽplar[f] cũ ſubſcriptione eius[g], qui apocham ſuſcipit, ab eo accipere, vel antapochã ſuſcipere: oĩs ei licẽtia hoc facere cõcedatur, neceſsitate imponẽda[h] apochæ ſuſceptori antapochã reddere: ita tñ, vt ſi hoc is, qui apocham cõſcripſit, facere neglexerit, vel non curauerit: nullũ ei præiudiciũ ex eo, q antapochã nõ recipit generetur: cùm hoc qđ pro quibuſdã introductum eſt, inferre eis iacturã minimè rõni cõueniat æquitatis[i]. D. xij. Cal. Octo. Chalcedone, Decio V.C. Conſ.

vſurarum nomine, vel penſionis ſoluiſſe: & creditori datur. & dicitur ab ante: quia fit ante apocham, ſecundum Io. Alij[a] vt B. dicunt antapocham ſcripturam debitoris: ſcilicet qua confitetur ſe debere, quod diximus apocham[b]: & dicunt ab anti, quod eſt contra: quia fit cõtra primam obligationem: vt quia dicitur, confiteor me debere. quam vocant apochã. Tertij vt Ia. dicunt, q creditor ſcribit duas apochas, & dat eas debitori, vt vnam ſibi retineat, & in alia ſe ſubſcribat, & reddat eã creditori. qđ non placet: vt hac. l. §. j.

a Et malè ex mente Bar. & Pau.

b Et bene Pau. & ſic etiam apocha dicitur ſcriptura, in qua debitor cõfitetur ſe debere creditori ex aliqua cauſa ſecũdũ eũdem.

a ¶ Perceptis.] à dñis.

b ¶ Eas.] ſ. apochas.

c ¶ Vacillare.] per negationẽ enim res fit dubia: vt hîc, & . j. quibus ad lib. procla. non lic. l. iij. & de acqui. poſ. l. nemo.

d ¶ Temporalem.] imò eſt ppetua, quæ eſt xxx. ann. ſed x. vel. xx. eſſet tẽporalis. ſed expone tẽporalem. i. cauſam habentẽ ex tẽpore. Itẽ not. hîc, q annuæ præſtationi præſcribitur. xxx. an. quod eſt cõtra M.[c] vt plenè dices. j. de præſcript. xxx. an. l. cum notiſsimi. §. ſi. Itẽ ar. huius legis dixerunt quidã, q ſi. xxx. an. ceſſat in ſolutione colonus, fit dño præiudiciũ, & amittit poſſeſsionem, ſed aliud ſi ſoluit: vt. j. de præſcrip. xxx. an. l. male. & ff. de vſur. l. cũ quidã. §. diuus. ſed nos[d] non diſtinguem⁹, an ſoluerit: vt. ff. de acq. poſſ. l. quãuis. §. j. vel non: vt. j. de præſcri. xxx. an. l. ij. & ff. de vſur. l. cũ quidã. §. diuus. & dicta. l. malè.

c Cuius opinio eſt vera eã intelligẽdo in annua præſtatione nõ reſpectiua ad aliam principaliorem ſed equè principalẽ. Pau.

d Intelligegl. procedere, niſi colonus interuertiſſe. poſſeſsionem domini qa ab eo tempore inciperet præſcribere. xxx. annis ſecundum Pau. & Sali.

e ¶ Si voluerit is q.] ſ. dominus vel creditor.

f ¶ Exemplar.] ſcilicet apochæ.

g ¶ Eius.] ſ. debitoris. Et dicitur apocha iſta ſcriptura facta in præiudicium creditoris. Antapocha, quam facit dominus in præiudicium coloni vel debitoris.

Apocha. Antapocha

e Concor. cum hoc dicto glo. ſuper verbo, monumenta. ĩ. c. ſignificauit. in med. extrà de teſti.

h ¶ Imponenda.[e]] per condictionem ex hac lege. Et dic reddere, id eſt dare: vt. ff. de verborum ſignificatio. l. verbum reddendi. Vel dic propriè: quia primò debitor facit antapocham continentem tantùm ſe ſoluiſſe, & creditori dedit: & creditor ſubſcripſit, & debitori reddidit. repetit ergo nunc illam antapocham, cùm & pro eo faciat in eo, quod creditor ſubſcripſerat, dummodò det debitori apocham: vel facit apocham, in qua faciat debitorem ſubſcribere, & non repetet antapocham.

i ¶ Aequitatis.] vt ſuprà de legi. & conſtitut. l. quod fauore, & . j. de ſecun. nup. l. generaliter. §. j. & . ff. de leg. et ſenatuſcon. l. nulla. Accur.

Diuiſio.

COmparationes.] Iſta lex eſt ſolennis, & habet materiam intricatam: ideo diuiditur in tres partes: quia primò præmittit procemium. Secundò ponit ſtatutum de cauſis. Tertiò ponit ſtatutum de modis. Secunda ibi, Ideoque. Tertia ibi. Omnes. CASVS. Olim fiebat comparatio ſine ſimilitudo de priuata ſcriptura ad priuatam: per quam multæ falſitates committebantur: vt ſi Titius tenebatur Seio in decem & in inſtrumento confeſſus fuerit Seio in decem ſe teneri: ille negabat ſe inſtrumentum ſcripſiſſe. fiebant comparationes ad iſtam priuatam ſcripturam per aliam ſimilem ſcripturam. Hodie verò nõ fiet comparatio literarum ex priuatis ſcripturis, niſi ipſę priuatæ ſcripturæ ſuper quas vult probare, habeant ſubſcriptionẽ trium teſtium & qui ſuperſtites ſunt iurent, quòd ipſi interfuerunt, quando inſtrumentum fuit factum: & iurent ſe ſubſcripſiſſe omnes, vel ſaltem duo. alioquin ſi iam deceſſerint, non procedet comparatio: nec aliter facienda eſt literarum comparatio, etiam ſi aliquis proferat inſtrumentum, quo continetur quod debeas mihi decem ad probandum illud, quo continetur quòd debeam tibi viginti: facienda eſt etiam comparatio de inſtrumento publico ad inſtrumentum publicum: & de forenſi ad aliud forenſe. & hoc in prima parte. Qui verò petunt comparationem: vel illi qui eam facere debent, vtputa partes in ſcriptura iurabunt, quòd neque lucri gratia, neque odio faciunt, neque fieri petunt comparationem huiuſmodi, ſed bona fide. & hoc in ſecunda. Habet autem locum hæc lex in omnib⁹ iudicijs, & tantùm in futuris negotijs non præteritis. & hoc in tertia.

k ¶ Comparationes.] id eſt aſsimilationes.

l ¶ Ex chirographis.] id eſt priuatis manibus ſcriptis. Accur.

m ¶ Publice.] id eſt apud iudicem. vel per publicam perſonam.

¶ Ex ſcriptura priuata prius approbata, item ex ſcriptura forenſi, id eſt facta coram iudice, et ex ſcriptura publica fit comparatio literarũ, & ij, qui eam faciunt, debent ſolenniter iurare quòd faciant remoto odio uel gratia, id eſt abſque corruptione alicuius pretij Bal. Vel ſic: Comparatio literarum poteſt fieri ex ſcriptura forenſi uel publica, uel etiam priuata, prius tamẽ approbata: & hi, qui comparationem habent, facere debent prius forma hic ſcripta iurare. Et hoc eſt ſeruandum ubique, & in comparationibus faciendis, non iam factis retractandis. hoc dicit. Salice.

Idem A. Iuliano præ. præ. LEX XIX.

COmparationes[k] literarum ex[l] chirographis fieri, & alijs inſtrumẽtis, quæ non ſunt publicè[m] cõfecta, ſatis abundeq; occaſionem criminis falſitatis dare & in iudicijs[n] & in contractibus, manifeſtum eſt. ¶ Ideoque ſancimus[o] non licere comparationes literarum ex chirographis fieri, niſi trium teſtium habuerint ſubſcriptiones[p]: vt prius[q] literis[r] eorum[s] fides imponatur, vel ex ipſis hoc deponentibus[t], ſiue cunctis, ſiue omnimodò duobus[v] ex his, ſine comparatione literarum teſtium[x] procedente: & tunc ex huiuſmodi chartula iam probata comparatio[y] fiat. aliter[z] etenim fieri comparationẽ nullo concedimus modo, licet in ſemetipſum[a] aliquis chartam conſcriptã proferat: ſed tantũmodò ex forẽſib⁹[b], vel publicis inſtrĩs, vel huiuſmodi chirographis, quæ enumerauimus, cõparationem trutinãdam.

n ¶ In iudicijs.] in iudicijs planum eſt. In contractibus dic ita quòd emebam à te ſi, tu oſtenderes mihi inſtrumentum emptionale: quod oſtendis, et ego habeo illud ſuſpectum. tu probas per quaſdam alias literas: & ſic falſitas in contractibus committitur.

o ¶ Sancimus.] Nota propter futurum periculum euitãdum aliquid prohiberi. ſic ſuprà de rebus cre. l. generaliter. in principio. & . ff. qui ſatiſdare cogantur. l. ſi fideiuſſor. §. fina. & de rei vendi. l. ſi verò. cum. l. præcedenti. & naut. caupo. l. prima. §. primo.

p ¶ Subſcriptiones.] hodie idem & ſi nõ ſubſcripſerint, ſi tamen interueniunt tres teſtes: vt in authen. eo. tit. §. j. & . ij. & . § ſi tamẽ quiſquã. col la. vj. ſecundum H. vel veri⁹ hîc loquitur de priuata ſcriptura, ex qua fit comparatio: & quia per eam nitor vincere vel iuuare aliam: ideo magis ſolẽnis & authentica debet eſſe: ibi de ea ad quã. Item ibi ſuper ſumma maiore quinquaginta aureorum. Vnde etiã tres exiguntur ibi, vt iurent: hîc duo ſufficiunt, vt hîc ſubijcit. Accur.

q ¶ Vt prius.] quàm comparatio fiat.

r ¶ Literis.] dic id eſt ſubſcriptioni.

s ¶ Eorum.] teſtium.

t ¶ Deponentibus.] id eſt iurantibus.

v ¶ Duobus.] ſcilicet teſtibus. & facit pro M. qui dicit ſolẽnitatem teſtamenti poſſe per duos teſtes probari: licet. vij. exigantur in compoſitione, quod diximus. infrà de bonorum poſſeſsio. ſecundum tabu. l. ſi.

x ¶ Teſtium.] Quas literas fecerant alibi: & conſtat eos feciſſe hîc, ex eo quòd ſubijcit, comparatio efficiatur. Sed quare tertij ad primum non fit recta via? Reſpondeo, in tertio non erant literæ cum teſtium inſcriptione. Et not. hîc & ex eo quòd ſubijcit, comparatio efficiatur ſecundum hãc legem plenam fidem haberi comparationi. ſed per authen. non ſufficit ſola comparatio: quia oportet argumento alio eam iuuari: vt in authen. eo. §. ſi quis igitur vult. & . §. ſed & ſi quis aut mutui. & . §. oportet autem iudicantes. & . §. ſi verò nullus. & . §. ſi verò tale aliquid contigerit. & . §. ſi verò moriantur. & videtur committi iudici, an plenam faciat fidem comparatio: ſed illud in publicis, in priuatis ſecus: quia ibi aliud exigitur argumentum. & ſic potes hîc legere authen. at ſi contractus &c. et ibi plenè de hoc dices ſtatim. Accurſius.

y ¶ Comparatio.] ſcilicet literarum contrahentium & ſubſcribentium, quòd ſi non inueniantur tales ſubſcriptiones, fiat quod hactenus valuit: vt in aut. e. §. ſi verò nullus horum. Accurſius.

z ¶ Aliter.] Aliâs eſt, non aliter: & hæc quoque plana. & aliâs naturaliter: & tunc dic, id eſt naturali ingenio alicuius: vel naturaliter, id eſt ſimpliciter natura literarum tantùm inſpecta. Variatio enim plerumque in literis etiam eiuſdem inuenitur ex varijs cauſis: vt in authenti. eo. §. primo. Accurſius.

a ¶ In ſemetipſum.] hoc refertur ad id quod, ſuprà dictum eſt ex priuata ſcriptura non fieri comparationem, niſi habeat ſubſcriptionem trium teſtium: licet &c. vt quia profers contra me inſtrumentum à Titio factum, quo continetur, quòd mihi debes decem vt approbes aliud quaſi ab eodem factum, quo continetur me debere tibi centum. Vel dic emptor nondum numerato pretio inſtrumentum venditionis profert, vt res tradatur ſibi: venditor negat eum ſcripſiſſe. vnde emptor producit prioris debiti inſtrumentum: in quo caſu magis pro ſe quàm contra ſe facit. Sed hoc reſponſum corrigitur per authenticam ad hæc. Item not. hîc ex eo, quod dicit, licet &c. & ſi partes velint conſentire comparationi: quòd etiam conſenſu partium non poteſt aliter fieri comparatio, niſi ſecundum leges: vt argu. ff. de poſtu. quos prohibet.

b ¶ Ex forenſibus] id eſt eorum, quæ conficiuntur in foro, id eſt in iudicio, puta acta, quæ fiunt per tabellionem, & generaliter quæ formã publicam habent: ſic dicta, quia eis vtimur in foro. Sed quæritur, an forenſi inſtrumento non ſcripto per manum publicam, ſit fides adhibenda vt publico? Reſpon. non. Sed arg. contra. j. de dona. l. in donationibus.

Inſtrumẽta forẽſia quæ & vnde dicantur.

Omnes

a ¶Omnes autem.] Ex quibus instrumentis debeant fieri comparationes diximus: nunc autem quomodo.

b ¶Ab his.] scilicet peritis scriptoribus, quibus iudex committat: vt argu. j. de re mili. l. semel. lib. xij. & in aut. de non alie. §. quod autem. col. ij. Iurat autem duo alij hodie, scilicet qui inducit instrumentum ad comparationem: & qui petit eam fieri, quod non aliam habentes probationem veniunt ad comparationem: nec circa eum 10 aliquid egerunt, quod possit veritatem abscondere: vt in aut. eo. §. si vero nihil. & sic (quod est mirabile in hoc casu) bis de calumnia iuratur. & est speciale. sed regulariter contra, per anteriorem aut. vt in aut. de ijs, qui in gre. ad ap. §. fin. colla. v.

Iuramentum calumniæ prestatur bis quandoque.

20 c ¶Scrinijs.] id est auditorijs, sic dictæ, quia in scrinio, id est in pectore principis sunt iura: vt. j. de testa. l. omnium. Vel quia consueuerunt ibi esse scrinia: vt patet in palatio Bonon.

AD hæc.] CASVS. Dictum est 30 in lege antiqua, quod posset fieri comparatio priuatæ scripturæ ad priuatam habentem subscriptionem trium testium: & ex publico & ex forensi instrumento. addit autem duos modos. Pone quod Titius profert scripturam contra me à se scriptam, 40 quam dico veram. ego profero illam contra eum, quam dico ab eo Titio esse scriptam. dicit quod bene potest fieri comparatio. Item si aliquod instrumentum de archiuo publico vel scrinio profero, fiet coparatio ex alia scriptura, quæ producitur 50 ex archiuo publico.

¶Omnes [a] autem comparationes non aliter fieri concedimus, nisi iuraméto anteà præstito ab his, [b] qui comparationem faciunt, fuerit affirmatum, quòd neque lucri causa, neq; inimicitijs, neque gratia tenti, huiusmodi faciunt comparationem. et hoc obseruari tam in omnibus sacris nostris scrinijs, [c] quàm in apparitione omnis sublimissimæ præfecturæ, necnò magisteriæ potestatis, ceterisque omnibus iudicijs, quæ in orbe nostro constituta sunt: his omnibus in posterum obseruandis. ¶Comparationes etenim iam anteà factas retractari, extra periculū minimè est. D. xiiij. Cal. April. Lampadio & Oresta Cons.

In authen. de ijs, qui ingrediuntur ad app. §. illud etiā iudicauimus. colla. v. constitu. xj.

¶Adduntur ad l. C. alia duo genera scripturarum, ex quibus potest fieri comparatio, scilicet de scriptura, quæ producitur per partem aduersam: & de sumpta ex archiuo publico. hoc dicit. Pau. de Cast.

AD hæc, ex ijs literis, quibus aduersarius tuus vtitur, & profert, rectè petis examinationem [d] fieri. ¶Item ex charta, quæ profertur ex archiuo † publico [c], & testimonium [f] publicū habet.

In authen. de instru. cau. & fid.

tur si ab eodem sint scriptæ necne, secundum Barto.

AT si contractus.] CASVS. Hoc addit, & dicit, quòd si contractus fiat in ciuitate, & excedit libram auri, non credatur soli coparationi literarum: sed alij testes adesse debent, qui de causa veritatem dicant.

g ¶In ciuitate.] secus si in agris: vt statim dices.

§. oportet. & §. sequen. collat. vj. consti. iij.

¶Ex duobus concurrentibus, scilicet quòd contractus sit factus in ciuitate, & excedat libram auri, si produco schedulam manu tua scriptam de tali contractu, quam tu negas: non creditur soli comparationi sine alio argumento, id est sine testificatione testium deponentium, quòd uiderunt eam per te scribi, licet non interfuerint cō tractui. quod olim non requirebatur: sed soli cōparationi stabatur: ut in l. C. quæ tamen per hāc corrigitur in hoc. Pau. de Cast.

AT si contractus fiat in ciuitate [g], & vnam libram auri excesserit, omnino collationi [h] assit augmentū [i] quodlibet, nec credatur ei soli [k].

¶Instrumentum, cuius fides semel est approbata, debet iterum produci, si aduersarius dicit se uelle & posse redarguere illud de falso: & si non producatur, habetur pro falso: nisi ille, qui non producit, se perdidisse solenniter iuret: uel nisi sit lata sententia definitiua, quæ in rem iudicatam transiuit. hoc dicit no. secundum Baldum. Vel sic: Postquàm instrumento publico uel priuato in iudicio producto quis fidem imposuerit, non cogitur illud iteratò producere: licet de falso is contra quem productum fuit, uelit id redarguere: nisi petens iuret, quòd credit se falsum illud posse probare: quia tunc cogitur iterum illud coram iudice criminis producere: nisi causa sit iam finita, & ex toto sopita: uel nisi iuret, quòd instrumentum sit casu deperditum sine eius dolo uel culpa, & si hoc sacramentum præstare noluerit, instrumento nulla fides in causa adhibenda erit. hoc dicit tota ista lex. Salice.

I dem A. Iuliano præfe. præ. LEX XX.

CVm quidam † instrumētū [l] protulerit, vel aliam chartulam [m], eique fidem imposuerit [n],

h ¶Collationi.] id est comparationi.

i ¶Augmentum.] aliās argumentū. qd dicit 10 in ea. aut. §. oportet.

k ¶Soli.] Not. hîc effectum cōparationis. nam olim in totum credebatur: vt. l. comparationes. & in authen. e. in princi. Hodie verò quandoque cōmittitur iudici, vt vnā qualemcunque alem ei assumat fidem: quod est 20 in publicis: vt in authē. e. §. si verò nullus horū. quandoque plus etiā argumenti exigitur, vt hîc. quandoq; nullo modo: vt quando ab vna parte instrumentum & vox viua, ab alia verò sola comparatio literarum: vt in authen. e. §. si verò tale. li 30 cet quidam dicant aliter: scilicet plus testibus, quàm instrumentis credi: quod est falsum. & habent hîc authē. hodie magis &c. quæ non legitur, sed intellige vt dixi. & est ratio, quia aliter &c. vt in authē. e. §. j. Item cautius fit hodie cōparatio. Nam 40 distinguitur, vtrū fiat contractus super minore summa libræ auri: & tūc indistinctè duo testes sufficiunt, siue in scriptis, siue sine scriptis, siue à peritis: siue non: siue in ciuitate siue extra: vt in aut. eo. §. vt autem. si verò vltra, si quidem imperitus 50 & in ciuitate & in scriptis, tunc quinque: vt in authen. e. §. oportet. si sine scriptis imperitus, vel ecōtra peritus in scriptis vel sine scriptis, tūc tres: vt in aut. eo. §. si quis igitur. et §. sed & si quis aut mutui. et §. sed & si instrumenta Et dicit in scriptis, qñ id agitur vt non aliter valeat, nisi fiat scriptura: vt innuitur in authen. eo. §. & hæc dicimus. & s. eodem. l. contractus. in princip. Ex prædictis autem in-60 strumentis fit comparatio priuatæ quidem scripturæ, si supersint testes, & propriæ subscriptioni attestentur, vel quòd eis præsentibus est facta charta: et sic alio augmento iuuatur: vt hîc, et in authen. e. §. ij. et. iij. si autem est publica: tunc si superest tabellio cū alijs, qui interfuerunt, siue etiam ipse solus, non fit comparatio, sed creditur ipsi soli tabellioni. si verò non superest, sed minister vel annumerator superest, fit comparatio literarum tabellionis & signorum, et non subscribentium. sed si non superest minister vel annumerator: tunc etiam subscribentium fit comparatio: vt in authen. eo. §. si verò moriantur. et. §. sequen. et hoc in vrbe. & in agris serua legem veterem: vt in authen. e. §. hæc autem omnia. vt duo sufficiant: nisi contractus excedat quinquagin-70 ta libras auri: vt suprà si certum peta. l. fi.

Comparatio sola an plenè probet.

Comparatio qualiter fit hodie.

d ¶Examinationem] per comparationes literarum, puta producis literas tuas vel alterius contra me: ego eas cōfiteor. Vel tu probas, & induco aliam priuatam contra te, quam dico te vel eundem fecisse: & id probo per comparationes literarū, quas contra me induxisti. Ideo corrigitur hîc l. comparationes. in eo quod dicit, licet in semetipsum &c. Alij dicunt, quòd & hîc 60 est attestatio, id est trium testiū præsentia. ADDITIO. Dicas cum Pau. de Castr. quòd l. C. in nullo corrigitur, inquantum dicit, licet in semetipsum: sed loquitur in alio casu, quàm ista authenti. quæ loquitur, quando vna scriptura producebatur contra me per te, & alia per me contra te. At l. C. loquitur, quando vtraque producebatur ab eadem parte: quo casu non potest fieri comparatio: quia potest subesse manifesta fraus. ita dicit ipse Pau. suprà l. proxi.

† Concor. c. peruenit. post princi. xxx. q. j.

e ¶Publico.] id est archa, in qua reponuntur publicæ scripturæ: vt. ff. de pœ. l. moris. §. solet.

f ¶Testimonium publicum.] Non dico, quòd publica sit, vel manu 70 publica factum: quia sic nihil adderet, sed habet publicum testimonium, eo ipso quòd confitentur magistratus ex archiuo ea esse: vel eo ipso quòd talia erant signa in ea, qualia solent fieri scilicet manu commentariensis: vt. ff. de iure fis. l. in fraudem. §. quoties. Patet ex prædictis ex quinque generibus scripturæ fieri comparationes, scilicet ex priuatis subscriptis, ex publicis, ex forensibus [a] & ex his duabus, quæ sunt in hac authenti. Sed an cuilibet & à quolibet vel contra quemlibet. Respondetur secundum Ioan. sic, cùm simpliciter dicatur eam fieri. sed Hug. totum contrarium. Sic ergo dicit priuati ad priuatum tantùm probandum vel improbandum. Item forensis ad forense tantùm probandum vel improbandum. sic de publico & alijs, non 80 autem publici ad forense, vel econtra: nec priuati ad publicum vel econtra, cùm etiam diuersa forma fuit proposita. Sed Azo dicit, quando ex vno genere ad aliud, si sint eiusdem formæ: vt ecce forense & publicum: nam forense potest formam habere publicam. ADDITIO. Aduertas, quòd opinio Ioannis volentis inter scripturas diuersorum generū posse fieri comparationem: communiter tenetur per docto. reprobatis opinionibus H. & Azo. quia non tractatur hîc de comparatione formæ extrinsecæ seu qualitatis, sed de substantia literarum, & formæ extrinsecæ carū, vt sciatur si ab eodem sint scriptæ necne, secundum Barto.

Comparationes ex quibus generibus scripturarū fiunt.

a Gl. super verbo, vitos, post nec. §. quo nā contra. deproba. dicit φ scripturæ nota tionū iudiciorū credi tur sine testibus in his quæ geruntur in iudicijs: secus in contractibus.

CVm quidam.] CASVS. Petebam à te. x. protuli instrumentū. apparuit suspectum. dedi ei fidem per duos testes. vis vt illud iterum producam, vt illud possis accusare de falso: an sis audiendus, quæritur? Respon. quòd sic, si iures propter calumniam hoc te non petere, & quòd credis illud posse arguere de falso: quo casu inscriptione facta, in qua obligabis te ad pœnam talionis, nisi probaueris apud iudicem, compellar id iterum producere. et hoc in prima. Si verò dixi me illud producere non posse quia perdidi, & illud non habeo: non aliter sum audiēdus, quàm si iurem me illud producere non posse. et hoc in secunda Si verò nolim iurare, nullam pœnam fu-80 stinebo aliam, nisi quòd scriptura illa viribus carebit, & perinde erit ac si confecta non fuisset. et hoc in tertia. Quod autem dictum est, quòd possis petere iteratò produci instrumentum cum solennitate prædicta, verum est vsque ad sententiam, sed post non. et hoc in quarta.

† Gl. super verbo, mandato in c. j. extra de ꝓcu. inducit hāc legem quòd ā domino tetur de mādatorio curatoris, quia figillū est incognitum: de bet fieri fides de eo.

l ¶Instrumentum.] publicum.

m ¶Chartulam.] quamcunq; etiam priuatam, quando est producibilis.

n ¶Imposuerit.] cùm appareret suspectum: vt. s. c. l. iudices. & s. de proba. l. penul. vel dic imposuerit, scilicet productiones.

a ¶ Falsum.] scilicet accusando: nam etiam excipiendo dicere posset.
b ¶ Existimans.] Nota quod sufficit semel exhibuisse, nisi iuretur nō calūnia di causa id se postulare. sed hodie non iuratur, cùm semel sit iuratū: vt in aut. de ijs, qui ingre. ad appel. §. fi. col. v. vel verius hæc est alia causa à prima: quia hæc est criminalis. Et sic not. in criminalibus de calūnia iurari: vt diximus. s. de iur. calū. l. j. in princ. & est simile iuramētum. ff. ad exhib. l. Thesaurus.
c ¶ Pagina.] quæ inscriptiōes debēt fieri ab accusatoribus, vt dixi. s. e. l. ij. & criminaliter hîc agitur. Sed quidā sumunt hîc ar. quod donec de crimi ne nōt pot agi criminaliter, quia viuit, qui dicitur cō misisse crimē, nō agitur ciui. l. ter. & pro eis. ff. de carbo. edicto. l. ij. & s. vbi causę fis. l. j. & j. fi ex fal. instru. l. & qui. & s. e. l. ij. sed falsum est: vt. j. ad le. corne. de fal. l. dam⁹. & l. fi. & s. de transact. l. fi ex falsis. & dixi. s. eo. l. ij.
d ¶ Sacramentum[a].] quia præsumitur quod habeat eā, cùm habuerit tē pore litis cōtestatæ: vt. s. ad exhi. l. nō ignorabit. Itē no. sufficit, si iuret se cus in creditore: vt. j. de pig. act. l. si creditor. quia ille ex cōtractu tenet de dolo & lata culpa et leui: hic nō. Itē creditor liberatur eo probato: hîc autē nō sentit tale emolumentum, & ideo sufficit si iuret. & est simile huic. j. de iure dot. impe. l. fin. §. fin autē dubitatio. Item no. hîc quod actore nō probante cogitur reus se defendere per sacramentū. alioquin cōtra eū pronunciatur: vt. s. de proba. l. pe.
e ¶ Dolo.] de culpa enim in suis non tenet: vt ff. sol. ma. l. etiā. §. j. in fi.
f ¶ Subtili reuerētia] vt. ff. de cōdi. instit. l. quæ sub cōditione. circa prin.
g ¶ Ei.] q falsum dicit.
h ¶ Per solitam.] vt per in integrū restitutionē, vel supplicationē factam a præfecto prætorio.
i ¶ Et sopita.] vt & s. de trāsac. l. fratris. & insti. de poe. te. li. circa prin. & j. de agri. & cēsi. l. litibus. lib. xj. sed videt post sentētiā audiri: vt. j. si ex fal. instr. l. j. & ij. quæ sunt cōtra. Sol. hîc nō soli instrumēto habuit fidē iudex: ibi sic. Vel hic quādo ab initio fuit de hoc quæstio, ibi quādo nō. & hæc vera.

¶ PLVS VALERE &c. ¶ *Quia per scripturā, de qua dictum est, aliud fingitur quàm sit uerū: ideo dicit quod præualeat.*

[Margin:] d Iā pridē. Ciuiliter agi de crimine an posit ad huc eo, qui illud cōmisisse dicitur viuente.

[Margin:] a Concor. c. ij. circa finem cū gl. j. extra de proba.

[Margin:] Actore non probāte qn que cogit reus se defendere. Culpæ nomine null⁹ tenetur in suis.

[Margin:] b Concor. cum hoc si. gl. sup verbo. post sententiā. post prin. in c. li. cet. extra de proba.

posteà autē persona, contra quam ista chartula vel instrm prolatum est, quasi falsum[a] hoc cōstitutum redarguere nitat: ne diutius dubitetur, vtrū necessitatē ei, qui protulit, imponi oporteat repetita vice hoc proferre, an sufficiat fides[d] iam approbata: sancim⁹ si q̄d tale eueniat, eū, qui petit iterū eā chartam proferri, pri⁹ sacramētū præstare, quod existimans[b] se posse falsum redarguere, quod prolatum est, ad hmōi veniat petitionē. Quid eñ si cùm nosset deperditā esse chartā, vel forte cōcrematā, vel alio modo diminutā, hanc requiri asimulās, & ad difficultatē productiōis respiciens, hmōi faciat petitionē? Et postquàm hoc ab actore vel petitore fuerit iuratū, & inscriptionum pagina[c] apud cōpetētē iudicē deposita: tūc necessitatē imponi ei, qui protulit chartā, de qua quærit, iterū eā apud iudicē criminis proferre, quatenus possit apud eū crimē falsitatis ventilari. Sin autē dicat nō esse sibi possibile eā ostēdere, quia per fortuitos casus huius copia ei abrepta sit: tunc subeat sacramentū[d], quod nec habeat eandem chartulā, nec alij eam dederit, nec apud aliū volūtate eius constituta sit, nec dolo malo fecerit, quo minus appareat ea: sed reuera ipsa chartula sine omni dolo[e] sit deperdita, & productio ei⁹ sibi impossibilis sit. & si tale subeat sacramētū, ab huiusmodi necessitate relaxet. Quòd si prædictū iusiurādū subire minimè maluerit: tūc quasi falsa chartula nullas habeat vires aduersus eū, cōtra quē prolata est, sed sit penitus euacuata. Neque enim vlterius pœnā produci cōtra eos, qui nō iurauerint, volumus: cùm forsitā quidam subtili[f] reuerētia tenti, nec verū sacrm præstare patiūtur. Eandē autē copiā ei[g] præstamus, donec causa apud iudicē ventilatur. Si enim iam plenissimū finem accepit, & neq; per appellationē suspensa est, neque per solitam[h] retractationē adhuc lis viue re speratur: tūc satis durum est huiusmodi querelæ indulgeri: ne in infinitū causæ retractētur, & sopita[i] iam negotia per huiusmodi viam iterū aperiantur, & contrarium aliquid nostro eueniat proposito. D. v. Cal. Mart. Lampadio & Oresta VV. CC. Conss.

TITV. XXII.
Plus valere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur.

¶ *Veritas præualet scripturæ & simulationi. hoc dicit. Sali.*

Impp. Valerian. & Gallien. AA. Rufino. L. I.

IN contractibus[k] rei veritas[l] potius, quàm scriptura perspici debet.

¶ *Cùm obijcitur simulatio, debet inquiri ueritas facti. h. d. Bald. Vel sic: Simulatio allegata apud iudicem est probanda. hoc dicit. Salice.*

Impera. Diocl. & Maximian. AA. & CC. Sosoriæ. LEX II.

ACta simulata[m], velut non ipse, sed eius[n] vxor cōparauerit, veritatis substantiam mutare non possunt[o]. Quæstio itaque facti per iudicem vel præsidē prouinciæ examinabitur. D. x. Calē. Maij. CC. Conss.

¶ *Contractis emptionis intelligitur esse factus causa pignoris: maximè quando apponitur pactum de reuendendo. h. d. Bar.*

Idem AA. & CC. Maximæ. LEX III.

EMptione[p] pignoris causa facta, non quod scriptum, sed quod gestum est, inspicitur. D. Calen. Maij, Sirmij. CC. Conss.

¶ *Breuis est, & in ista est simulatio de persona ad personam: & ideo inspicitur uera persona, non simulata. h. d. Sali. Vel sic: Persona, quæ uerè contraxit, attenditur, non quæ simulatè fingitur. hoc dicit. Sali.*

Idem AA. & CC. Decio. LEX IIII.

SI quis gestum à se, alium egisse scribi[q] fecerit: plus actū, quàm scriptum valet. D. viij. Calen. Decemb. CC. Conss.

¶ *Erronea subscriptio uitiat actum. hoc dicit. Bald. Vel sic: Subscribens se instrumento*

cer. pe. si ex pretio. Sed videtur huic. l. cōtra. j. ar. tu. l. fi. sed ibi speciale, sicut & ff. de vsufr. le. l. si alij. secūdū Io. vel ibi nō cōstabat aliud actū secūdū R. Item fallit hæc regula. j. ad Velleianū. l. antiquè. ibi speciale. sic & in re iudicata fallit: vt. ff. de reg. iur. l. res iudicata. & in iureiurando: vt. ff. de iureiur. l. sed et si possessori. §. item si: et in transactione: vt. ff. de iureiur. l. ij. & in repudiatione hæreditatis: vt. ff. de ac. qui. hæred. l. is qui putat. et in casibus illis vbi fit ius ex sententia: vt. ff. de inoffi. test. l. Papinianus. §. si. & de sta. ho. l. ingenuū. & de lib. ag. l. j. §. fi. et. l. ij. & iij. in prin. Itē et fallit hæc regula in obligatione literarū post biennium: vt. j. de non nu. pecu. l. in contractibus. Item fallit: vt ff. de leg. j. l. iiij. & de sup. lega. l. Labeo.
l ¶ Veritas.] Hoc verum est, vbi paratus est probare contrarium.

ACta.] CASVS. Tutor rē pupilli emere nō potest. & si simulat vxorē emisse, magis inspicieda est veritas, quàm quod simulate actū est: vt dicatur nullam fuisse venditionem.
m ¶ Acta simulata.] fortè tutor erat, quod administrabat: ideoq; rē pupilli emere non poterat, sed facit per vxorē. ff. de autho. tu. l. v. §. pupill⁹. & de cōtrahē. emp. l. si in emptione. §. fi. vel in dignitate erat: vt. ff. de cōtrahen. emp. l. non licet. vel pone. s. q̄d me. cau. l. si per impressionē. itē etiā vt. ff. pro socio. l. cū duob⁹. et. j. si qs alte. vel sibi. l. multū. & j. ad Velleia. l. si cùm pater.
n ¶ Sed eius.] ad idē. ff. de contrahend. emptio. l. non licet.
o ¶ Non possunt.] non, in reiueritate, neq; in præiudicio: & sit hæc simulatio de persona in personā: vt. j. eo. l. si quis gestum. aliās à causa in causam: vt. j. l. proxi.

EMptiōe.] CASVS. Accepi. x. à te mutuō sub vsuris, & obligaui pignus. tu timēs ne diceremis vsurarius, vel ne posses vsuras petere iure casui obstāte: fecisti scribi instrumēto cōtractū emptionis & venditionis interuenisse, cùm intercesit pignoris obligatio. vnde non scriptura, sed gestum erit inspiciendum.
p ¶ Emptione.] Simulauit creditor emptionem: & sic fecit fieri instrumētum, cùm esset pignus: vt si ad diem redderetur pecunia, res esset inempta. non valet, cùm sit in fraudē legis cōmissa: vt. j. de pac. pig. l. ij. & iij. vel fructus voluit lucrari, ne teneretur cōputare in sortē: vel nō videri vltra legitimā vsurā eos esse, vel euitare iura canonū, quæ de vsuris repetēdis dicūt. hæc quidē vel sic simulata. Quid autē si hoc iurauit? R̄n. idem⁹: vt. s. de leg. & cōsti. l. nō dubiū. in fi. & facit. j. de cōtrahen. empt. l. si ancillam.

SI quis.] CASVS. Mutuasti mihi. x. quia maiores vsuras stipulari nō poteras, supposuisti Titium, qui potuit maiores vsuras stipulari: & stipulatus est: & in instrumēto Titius non tua persona comprehensa fuit. Actū, non scriptura, inspiciendum est. Vel pone casum vt in gloss.
q ¶ Scribi.] Mutuatus fui decem. feci alium scribi in fraudem vsurarum: vt. j.

[Margin:] Scriptura in multis casibus præualet veritati.

[Margin:] Contract⁹ in fraudem legis factus non valet. c Singul. glo. secūdū l. a. in. §. sic tar. inistit. de actio. in gl. sup verbo creditoribus.

IN contractibus.] CASVS. Emi fundū: cōfectum est instrumētū: non me, sed vxorē meā emisse. nūquid veritas præfertur scripturæ, quæritur? R̄n. quod sic: quia in contractibus &c.
k ¶ In contractibus.] Præmittit aphorismū generalem, speciale subijciēs posteà, & pone casum vt. s. q̄d me. cau. l. si per impresionē. & ff. ad Maced. l. si filiusfamiliās. j. §. pe. & l. sed Iulianus. §. mutui. & de leg. j. l. qui quartā. & de hære. insti. l. quoties. §. j. & de dona. inter vir. & vxo. l. si sponsus. §. circa. et. s. de proba. l. cū precib⁹. et. l. ad probatiōne seruitutis. et. j. de emā. l. j. et. ij. et. j. de dona. l. nec ignoras. et. s. de trāsac. l. cū ea. et. j. de cōtrahē. emp. l. iij. & s. si

vt.j.de vsur.eos.§.fi.Vel pone in vendente,qui faciebat alios vendere:sicut & suprà.eodem.l.ij.posui in emente.& sic differt hæc ab illa.Vel illa specialiter: hæc generaliter.Vel ibi publica charta fuit:hîc non.& facit infrà.si quis alteri vel sibi.l.cum propria.& infrà.ad Velleia.l.si cum.&.j.de dona.inter virum & vxo.l.si filij.

Casum ponit

a ¶Si falsum.] ¶ Procurator tuus cũ deberet locare domũ mãdato tuo,vendidit eã,& fecit te subscribere, cũ crederes locationẽ, sed erat venditio.nec vt venditio, quia non cogitasti:nec vt locatio valet:cũ accipiens in hoc non cõsensit.ff. de cõtrahen.emp.l.in venditionib⁹.&.j.de dona.nec ignorans.& de rebus ali. non ali.l.ij.& manda.l.cũ mandati.&.ff.de trãsac. l.cum Aquiliana.

† Subscribit non relecto, sed fidem habenti suasit &c.

b ¶Velut.] instrumentũ locationis tu credebas factũ de locatione, & fuit factum de emptione.

c ¶Non relegente.] scilicet instrumentum.

d ¶In vtroque.] scõtractu: nam in venditione nõ cõsensit, q subscripsit:in locatione nõ consensit, qui accepit. Sed. s. eod.l.j.vterque consensit veritati,& ideo valet.

quod non legit,putans continere id,quod mandauit,uel quod sibi persuasum extitit,cùm aliud contineat:sibi non præiudicat.h.d.Sali.

Idem AA.& CC.Victori. LEX V.

SI falsum [a] instrumentum emptionis cõscriptũ, tibi velut [b] locationis, quam fieri mãdaueras, subscribere te,non relegentẽ [c], sed fidem habentem suasit:neutrũ contractum in vtroque [d] alterius consensu deficiẽte cõstitisse, proculdubio est.Dat.xiij.Calend. Ianuar.CC.Cons.

TITVLVS XXIII.
De commodato.

¶Commodatarius de casu fortuito non tenetur secundum simplicem naturam contractus, sed secundum naturam expressæ conuentionis potest teneri de casu fortuito.h.d. Bald. Vel sic: commodatarius non tenetur de casu fortuito, nisi se adstrinxerit pacto.h.d.Sali.

Impp.Dioclet.& Maximia.AA.Sciolæ. L. I.

EA quidẽ, quæ vi maiore [e] auferũtur, detrimento eorũ, quibus res cõmodãtur, ĩputari non solẽt. [f] Sed cùm is qui à te commodari [g] sibi bouẽ postulabat, hostilis incursionis contemplatione periculum amissionis ac fortunam futuri [h] dãni in se suscepisse [i] proponatur:præses prouinciæ,si probaueris eum indemnitatem tibi promisisse, placitum conuentionis [k] implere eum compellet. Dat. vj. Calend. Iunij ipsis AA. Conf.

¶Qui intentat certam speciem contractus, debet probare formã ex qua resultat illa species. h.d.Bal.Vel sic:cõmodator debet probare usum finitum,ad quem commodauit.hoc.d.secundum unam lec.Vel sic,Deducens certam speciem contractus,in iudicio debet illam probare si negatur.h.d.secundum aliam lec.Sali.

Idem AA.Aulizano. LEX II.

Continuatio.

¶DE COMMODATO. ¶ Dixit superius de cõditionibus, quibus petitur quid dari:nũc de actionibus ijs, quibus interesse petitur:quæ, quæ ex contractibus ueniunt, de his dicit, præmittẽs de eo,qui gratia accipientis contrahitur.

A quidẽ.] CASVS. Cõmodaui tibi equũ.sine culpa tua periit casu fortuito.an tenearis, quæritur? Dicit q nõ:& hoc in prima. Si verò vt duceres ad bellũ tibi cõmodaui,& pepigi vt tenereris:si hoc perijsset,teneberis:& hoc in secunda.

e ¶Vi maiore.] cui resisti nõ potest:vt.ff. quod metus cau.l.j.

f ¶Non solent.] iure contractus.nisi vitio eius casus interuenerit:vt.ff.e. l.in rebus.in princ.& l. si vt certo.§.quod verò. & §.seq & instit.qui.mo.re. contrahitur ob §.item is.

g ¶Commodari.] ff.commo.l.si de damno.

h ¶Futuri.] non est contra naturam contractus,sed præter.

i ¶Suscepisse.] speciali pacto,non generali: vt dixi.ff.si quis cau.l.sed & si §.quæsitum.

k ¶Conuentionis.] contractus enim &c.vt.ff.deposi.l.j.§.si cõueniatur. & facit.ff.loca.l.si domum.& de contrahen.emp.l.si quis fundum.

CVm eum.] ¶Casus huius legis ponitur in gl.sed clarius dic sic.Commodaui tibi ancillam vsque ad annum ad faciendum certum ministerium, puta lanificium. adueniente tempore non vis eam restituere : quia dicis lanificium non esse completum. qualiter mihi succurratur, quæritur? Respond.quòd probabo me ancillam vsque ad tempus tradidisse:& eam recuperabo.

l ¶Suscepit.] ex cõmodatione à socero tuo gener,p socero facit verba.

m ¶Socerum tuum.] adito præside &c.quod est infrà. Sed cur probat hîc socer? imò commodatarius,qui affirmat ad certum vsum & tempus sibi commodatum?Respon.hîc constabat ancillam commodatam ad certum vsum,quia lanificium:sed dicebat commodator,quòd ad certũ tempus commodauerat.hoc probare debet:quia contra eum præsumitur, quòd vsque ad finem ministerij commodauerit secundum Ioan.& sic ante tempus nõ debet reuocare,quod esset vsu finito:vt.ff.commo.l.in commodato. §. sicut. Et

a Et bene secũdũ do.

dic quòd ancilla erat commodantis,vel aliena:non curo.ff.eodem.l.ita vt si fur.Vel aliter dicas,quòd ille commodatarius dicebat socerum suum ei donasse.nec obstabit.s.de proba.l.siue.quia ibi reali,hîc personali actione agitur ex eo contractu.

n ¶Huius rei.] id est ad certum tempus.

CVm eũ,q tẽporalis ministerij causa suscepit [l] ancillã, ad restitutionẽ eius bona fides vrgeat,cõsequẽs est,socerũ tuũ [m] huius rei [n] causa tradidisse ancillam, adito præside prouinciæ,probare: vt fidẽ susceptã is aduersus quem supplicas,cõpellat [o] agnoscere. D. prid.Nõ.Nouẽb.ipsis AA.Cõs.

¶Commodatarius tenetur restituere rem sibi accommodatam ad pignorandum,postquàm satisfecit debitum.h.d.Bald.Vel sic: Res ad pignorandum commodata extenuato debito est restituenda.h.d.Sali.

Idem AA.Soteriæ. LEX III.

DE restituendis rebus, quas marito obligãdas pro se dederas [p],postquàm [q] debitum fuerit extenuatum [r],commodati [s] actionum etiam aduersus hæredes eius exercere potes.D.iij.Id. Apr. Sirmij,ipsis & Cons.

¶Breue est,& ideo non summatur.h.d.Sali.

Idem AA.& CC.Faustinæ. LEX IIII.

PRætextu [t] debiti [v] restitutio commodati non probabiliter recusatur.Dat.xij.Cal.Decembr. ipsis AA.Cons.

TIT. XXIIII.
De pignoratitia † actione.

✱ Græca Constitutio Seueri, & Antonini AA. ad Metrodorum PP. Idib.Octobr.Apro & Maximo Cons.

¶Fructus & commoda rei pignoratæ sortem extenuant ipso iure creditore percipiente. h. d. Bal.Vel sic:Obuentiones rei pignoratæ à creditore perceptæ extenuant debitum.h.d.Sali.

Imp.Alexander A.Demetrio. LEX I.

QVod ex operis [x] ancillæ,vel ex pẽsionib⁹ dom⁹, quã pignori detineri dicis, perceptũ [y] est, debiti quantitatem relevat.

o ¶Compellatur.] scilicet commodatarius.

DE restituendis.] CASVS. Commodaui tibi codicem,vt pro te eum obligares soluto debito aduersus te & aduersus hæredem tuũ pro restituendo agam commodati.

p ¶Dederas.] scilicet alicui.

q ¶Postquam.] vel ante quandoque,vt statim dices.

r ¶Extenuatum.] id est solutum.

s ¶Commodati.] distingue ergo, cũ rẽ meã obligo pro alio:aut trado illi,vt obliget:aut ego obligo pro illo. & si trado: aut gratis, & tunc datur actio commodati:vt hîc. aut nõ gratis:& tũc præscriptis verbis, vel locati: vt.ff.de præscrip.ver.l. rogasti.§.si.Si autem obligo pro alio:aut pro præsente:& tũc agitur mandati: vt.ff.mãdati.l.qui fidem. aut pro absente: & tunc neg.gest.vt.ff.e.l.si vt certo.§.nũc videndum.&.§. rem tibi.&.ff.man.l. ex mandato.sed cũ ego obligaui, agam pig. act.cõtra creditorem soluta pecunia. Agitur autem his actionibus, cùm transactũ est tempus ad quod obligari passus sum rem. aut si tempus non sit expressum, agam cùm diu est in solutione cessatum, vel facilis solutio est debitori:vt.ff.manda.l.Lucius.

Rẽ meam si obligo pro alio, quæ actio mihi competit.

PRætextu.] CASVS. Debebam tibi. x. commodaui tibi equum: prætextu debiti nõ vis equum restituere, non probabiliter recusas eum restituere mihi.

t ¶Prætextu.] nisi fecerit expensas iure commodati.

v ¶Debiti.] à cõmodante commodatario soluendi, nõ probabiliter recusat commodatarius restituere rem cõmodatã,nisi debitũ sit liquidũ,& commodatarius teneatur non in specie,sed ad æstimationẽ propter rei deteriorationem,siue ad interesse,& idem si commodatũ cõsistit in pecunia, vt diues apparet.& ita loquitur.j.de compensa.l.si.& insti.de act.§. in bonæfidei. & nisi propter impensas probabiliter in re factas:nam tunc retinet: vt.ff.eo.l. in rebus.§.possunt.& de acquiren.pos.l.si quis rem.sicut & aliàs de condi.inde. l.si non sortem.§.si centum. ADDITIO. Quod hæc glo.s.dicit de pecunia commodata,intellige verum,si commodata sit vt quantitas. secus verò si vt species:quia tunc de ea iudicatur vt de specie l.planè.j.§.j.&.l.sed & si certos.ff.de lega.j.

† Pignoratitia.

¶DE PIGNORATITIA ACTIONE.

QVod ex operis.] CASVS. Obligaui tibi ancillã vel fundũ pro.x.quæ mihi mutuasti.quod ex operis eius,vel fructibus lucratus es,cõputabis tibi in debitum.si verò fundum deteriorem fecisti:teneberis ad damnum resarciendum,vel ad debitum exonerandum.admissa compensatione in eo, quòd res deterior facta est per act.pigno.h.d.cum.l.seq.

x ¶Ex operis] Dicis.ò debitor.

y ¶Perceptum.] vel percipi potuit:vt.j.l.proxi.&.l.fi.&.j.de distrac. pign. l.fundum.& de pig.l.si dominium.&.ff.in quibus cau.pig.ta.contra.l. cũ debitor.&.j.de partu pig.l.ij.

a ¶ Releuabit.] vt.ff.de pig.act.l.si pignore.in prin.

b CReditor.] Debiti.quia fidem adhibuisse debuit: vnde negligentia nocet ei.ff.cõmoda.l.iij.§.j.vbi dicitur, res quæ deteriorata redditur, reddi non videtur.

c ¶ Necesse habet.] vt.s.l.proxi.&.j.de vsu.l.ex prædijs.

d ¶ Constituit.] dolo vel culpa, id est faciendo quod facere non debuit, vel omittendo, quod facere debuit.sec[9] si seruos pro maleficijs coercuit: vt.ff.e.l.eleganter.in fin.

e ¶ Obligatur.] vel ad dãnũ resarciendũ, vel ad debitum exonerãdũ: admissa compensatione in eo quòd res deterior facta est: vt.j.eo.l. creditor.

† Facit ad hãc legem gl.super verbo.fructus. ante si in.c. grauis. de resti.spo.

titaté releuabit[a]. D. Cal. Octob. Antonino.iiij.& Alexãdro Cóf.

¶ Fructus qui deduerant percipi, extenuant sortem, sicut percepti.h.d.Bal.

Idem A.Victorino. LEX II.

CReditor, † q prædiũ pignori nexũ detinuit, fructus quos percepit vel percipere debuit, in rationem exonerandi debiti[b] cõputare necesse habet[c]. etsi agrũ deteriorem constituit[d], eo quoque nomine pignoratitia actione obligatur[e].PP.vj. Id.Decemb. Antonino.iiij.& Alexandro Conf.

¶ Licet sit data uendendi facultas, non minus tamen potest interim auferri.h.d.Bal. Vel sic: Pactum, quòd liceat creditori pignora uendere, nõ facit, ut si plus debito uẽdatur, illud creditor sibi lucretur: sed reddere debitori tenetur.h.d.Sal.

Idem A.Hermeo & Maximillæ. L. III.

PActum[f] vulgare, quod proposuistis, vt si intra certum tempus pecunia soluta nõ fuisset, prædia pignori vel hypothecę data vẽdere liceret: non adimit debitori[g] aduersus creditoré pigneratitiam actionem[h].PP. xij.Cal.Maij, Maximo ij.& Æliano Conf.

¶ Creditor non tenetur de casu fortuito: qui tamen non præsumitur, nisi probetur.h.d.Bal. Vel sic: Creditor nõ tenetur de pignore sine eius culpa uel uitio.Sali.

Idem A.Dioscoridæ. LEX IIII.

SI creditor sine vitio[i] suo argẽtũ pignori datũ pdiderit[k], restituere id nõ cogit[l], sed si culpæ reus deprehẽdit[m], vel nõ pbat manifestis[n] rõnib[o] †se pdidisse[p]: quãti debitoris interest, cõdemnari debet.PP.xiij. Cal. Maij, Iuliano.ij.& Crispino Conf.

¶ Casus fortuiti, qui nõ possunt præuideri, non ueniunt in cõtractibus bonæ fidei uel stricti iuris.h.d.Bal. Vel sic: Creditor de casu fortuito cõtingente in re pignorata non tenetur: nec à debiti petitione excluditur: nisi de contrario actum fuerit.h.d.Sali.

PActum.] CASVS. Obligasti mihi ré tuã pro.x. conueni, vt eã distrahere pecunia non soluta sua die: an pactũ istud debitori prę iudicet, quo minus agat pigno. ad id quod excedit debitũ, si pro maiori pretio sit venditum: vel quo minus adimat actio pigno. si nõ vendidi, vel dedi pro.xx.cũ non esset obligata pro.x. vel dolo vendidi, vel ante diem? Dicitur quòd non.

f ¶ Pactum.] quod valet: vt.j.de pac.pign.l.j.& ff.de pig.l.si fundus.in fi.

g ¶ Debitori.] tale pactũ non adimit, quin creditor possit petere.

h ¶ Actione.] si fortè creditor plus vẽdiderit. vt.ff.e.l.quãuis.in fi.&.l. seq.&.j.de iure do. impe. l.fi.§.si verò creditor.vel nondum vẽdidit, vel male vendidit, vel dolo malo, vel ante diem: vt.j.si vendi.pig.aga.l.j.

SI creditor.] CASVS. Si rẽ, quã creditori meo obligaui, sine culpa sua lata vel leui perdidit, eã restituere nõ compellitur.& hoc in prima. Si verò dolo vel sua culpa amiserit, ipse mihi tenebitur, & hoc in secunda. Si autem soluta sibi pecunia dicit se rẽ sibi obligatam amisisse, non creditur eius assertioni, nisi manifestis probationibus hoc ostenderit: quòd si nõ probauerit, quãti mea interest, mihi condemnabitur.& hoc in tertia.

† Probationibus.

i ¶ Sine vitio.] id est sine dolo, vel culpa lata, vel leui: de quibus tenetur creditor: vt instit. quibus mo.re contrahi.ob.§.fi.&.ff.eo l.si cùm venderet. §.fi.&.l.ea.&.j.de pig.l.sicut.

k ¶ Perdiderit.] & ita fortuito casu amisit.

l ¶ Non cogitur.] & ad debitum tenetur debitor: vt infrà. eodem.l. proxi.in fi.

m ¶ Deprehenditur.] tenetur de dolo & lata culpa & leui.

n ¶ Manifestis.] non manifestissimis, sed in crimine hoc obtinet: vt.s.de proba.l.sciant.

o ¶ Rationibus.] & hoc ideo probatur, quia contrarium non monstratur.

Pignoris amissio per creditorem probari debet.

p ¶ Se perdidisse.] hoc probare debet secundum omnes, scilicet q perdidit pignus: vt infrà.de testa.publicati.& suprà.de test.l. testium. in fin.& de fide instru.l.sicut.Sed an sine culpa se perdidisse probare debeat, sub iudice lis est.verbum Oratij.Bul.enim distinguebat, an debitor cõfiteatur amissum: vt tunc ipse debitor probet culpam: aut diffitetur, & tunc creditor probet amissionem: & per consequens causam amissionis probare debet, scilicet sine culpa se perdidisse.& pro eo.ff.locati.l.si quis fundum.aliàs si quis domum.§.imperator.& infrà.de peri.tu.l.si tutor.&.ff.de excep.rei iu.l.si rem. sed M.& Ioan.& H.& Azo, & nos contradicimus. dicimus enim indistinctè debitorem probare debere culpam: vt.ff.de proba.l.quoties.§.dolo.& de admi.tu.l.chyrographis.in fin.j.respõ.& de leg.ij.l.omnia.aliàs l.cũ ita legatur.§.species.&.j.e.l.si nulla.nec ob.d.l.ff.loca.l.si quis fundum.§.si imperator. nec illa.si rem.quia ibi probat eoipso, q nõ probatur contrarium: vt j.qui mili.nõ possunt.l.si.lib.xij.Item pro nobis: quia potest vnum esse sine altero. potest enim creditor probare amissionem: nec tamen sine culpa. Item quia tantum debet facere confessio debitoris confitentis amissum, quantum & si creditor probauit, nec plus nec minus.ff.de inoff.testa.l.qui de inofficioso.in fi. Item nec debet creditor in eo probando grauari, quo probato non debeat releuari: vt.s.de proba.l.ad probationem.j. Ad.l. autem de periculo tu.respõ. vt.ff.solu.ma.l.Titia.secũdum Ir.Itẽ arg.cõtra huic l.suprà.de fid.instru.l. fina.sed ibi solui.

ADDITIO. Limita opinioné istius gl. habere veritaté in his casibus fortuitis, qui de facili & frequẽter eueniũt sine culpa possessoris: vt sunt vis hostiũ, impetus aquarum, & similes. pro quo allegat Sali. hic.l.si merces.§. culpæ.ff. loca. &.l.pe.in princ.ff.sol.ma. secus in alijs casibus fortuitis, qui sine culpa præsumpta de facili non eueniunt: vt est furtum, & similes.

Idem A.Trophimæ. LEX V.

QVæ fortuitis casibus accidunt, cùm præuideri non potuerint (in quib[9] etiã aggressura latronum[q] est) nullo bonę fidei iudicio præstantur[r]: & ideo creditor pignora, quæ huiusmodi casu interierint, præstare non compellitur: nec à petitione debiti submouetur[s], nisi inter contrahẽtes placuerit,[t] vt amissio pignorum liberet debitoré. PP. Idib. April. Fusco & Dextro Conf.

¶ Creditor tenetur de damno sua culpa dato tempore obligationis.Bal. Vel sic: Creditor tenetur pignoratitia pro damno illato in re pignorata eius dolo uel culpa: & necessarios sumptus in ea factos recuperat.h.d.Sali.

Imp.Gordianus A.Iuliano. LEX VI.

CReditor, qui fundos[v] & domos pignori vel hypothecæ accepit, damnũ in decidẽdis arborib[9], domibusq; destruendis ab eo datũ, in rationé debiti[x] deduce re cogitur. Et si dolo vel culpa ré suppositam deterioré fecerit[y]: eo quoq; nomine pigneratitia actione tenebitur, vt talem restituat, qualis fuerat tẽpore obligationis. Creditor auté necessarios[z] sumptus, quos circa res pigneratitias fecerit, exigere non prohibetur. PP.xiij. Calen. August. Gordiano A.ij.& Pompeiano Conf.

¶ Vera amissio prodest: simulata non prodest. Bal. Vel sic: Creditor nõ tenetur, si pignora sint perdita sine eius culpa: & pditio simulata præsumitur, si postea possidere reperitur.Sali.

Imp.Philippus A.& Philippus Cæs.Saturnino. LEX VII.

SI nulla culpa[a] seu segnitia creditori imputari potest: pigno-

q QVæ fortuitis] CASVS. Si creditor pignus obligauit, sed casu fortuito perdidit, vel per furtum: nõ tenebit: nisi hoc cõuenerit, vt si per casum fortuitũ, aut alio modo amitteret pignus, non teneret debitor soluere debitum.

q ¶ Latronũ.] qui palàm homines spoliant: vt &.j.depositi.l.j.& in aut. vt nulli iud.§.pe. col. ix. in furto aũt dic vt.ff.p socio.l.cũ duobus. §.dana.

r ¶ Præstatur.] vt.ff. de pign.l.si inter.§.qcqd. &.j.de pig.l.sicut.&.ff.e. si cũ vẽderet.§.fi.& de nau.fœ.l.fœnerator.&.ff. de fideiuss.amissi.in prin. &.j.de pericu.& cõmo.l. mortis.&.j. locati. l.j.& iiij.&.ff.de cõtrahẽ.emp. l.fistulas.§.fi.& de pericu.& cõmodo rei vẽd.l. hoc ita verũ.§.fi.&.ff. cõmo.l.vt certo.§.nũc videndum.&.ff.de regul.iuris.l.contractus.& de adminis.rerum ad ciui. perti. l.ij.§.si eo tempore.& de præscriptis ver.l.si tibi rem.ij.respon.& infrà. manda.a procuratore.

s ¶ Summouetur.] vt insti.quibus modis re contrahitur obliga.§.fi.&.j. de pigno.seruo.&.j.eo.l.pignus.

t ¶ Placuerit.] specialiter & incontinẽti: vt suprà.de neg.gest.l. negotium.

CReditor.] CASVS. Obligaui fundum vel domum. destruxisti. an damni ratio sit habenda, quæritur? Respon. quòd sic: & compensabitur in debiti quantitatem.& hoc in prima. Idem est si dolo deteriorasti: quia act.pig.teneberis, vt tale restituas, quale recepisti.& hoc in secunda. Si quis verò sumptus vtiles vel necessarios in re pignorata fecerit, eos exigere poterit.& hoc in tertia.

v ¶ Creditor.] qui fundos. Nota quòd hypotheca est in re immobili: pignus in re mobili.

Hypotheca & pign. differunt.

x ¶ Debiti.] id est in compensationem debiti.

y ¶ Fecerit.] aliàs non & suprà fecit deteriorem.& facit.ff. eodem.l. eleganter.§.finali.

z ¶ Necessarios.] & vtiles: vt.ff.eo.l.si necessarios.&.j. de pig. in summa. moderatos tamen: vt.ff.eo.l.si seruos.

SI nulla.] CASVS. Damnum sine culpa creditoris rerum amissarum non ad creditorem, sed ad debitorem pertinet.& hoc in prima. Si vero creditor simulat se amisisse, cùm non amisit: si possidet, debitor aduersus eum experietur pignoratitia act.& hoc in secunda.

a ¶ Si nulla culpa.] in faciendo: segnitia in omittendo: nam de vtraque tenetur:

tenetur:vt.ff.e.l.si seruos.&.l.eleganter.

a ¶ **Pertinet.**] vt.s.e:l.si creditor.in princ.&.l.quæ fortuitis.&.j. de pigno.l. sicut.&.l.seruos.

b ¶ **Experiri potes.**] & facit.j.de distrac.pig.l.& qui sub imagine.

P **Ignus.**] CASVS. Cùm pignus in bonis debitoris remanet:si perijt sine culpa creditoris,debitori non creditori perire dicitur. Si ergo librum tuum mihi obsoligasti, & in horreo deposui, & perijt: tibi, non mihi perijt. & nihilominus habebo aduersus te debiti persecutionem.

c ¶ **In bonis.**] id est dominio:vt hîc,&.ff.de distrac.pign.l.rescriptum.in princ.&.ff.de ædil.edic.l. qs sit fugitiuus. §. pignori.&.ff.qui & à qbus ma. lib.non fi.l.generaliter.

d ¶ **Ideoq;.**] nō est bona ratio.adde ergo, cùm creditoris culpa non interuenerit.

e ¶ **Ipsi perire.**] nisi creditori culpa possit imputari:vt.s.l.proxi.vel pactum:vt.s.tit.proxi.l j.vel mora:vt.ff.deposi.l.si in Asia.§.fi.

f ¶ **In horreis.**] & in tutiori loco reponi non poterāt:vt.ff de dam. infec. l.vtique.& de admi. tu.l. tutor pro pupillo.§.j.

g ¶ **Publice.**] No. ar. ergo,quòd non intelligitur culpa,quam consuetudo admittit. sic.ff.de ædil. edic.quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. & arg. ff.ad Macedo.l.iij.Accur.

N **Ec creditores**] CASVS. Mutuaui tibi.x.pro eis.x.rem tuā mihi pignori obligasti:& eam tenui spatio.x. an.inter psentes.xx. inter absentes,an tibi debitū offerenti opponi possit à me vel à successore meo lōgi tpis præscriptio,quęritur? Dicitur q̄ nō.sed si debitam quantitatē offerres, & non eam recipere velim:debes eā cōsignare & deponere : & debes probare rem mihi obligatam. & si neges pecuniam me tibi mutuasse: pbare debeo me tibi, mutuasse siue numerasse:siue possideam rem obligatam,siue tu. & sic hoc probato & oblato à te debito,& me recipere volente consignato et deposito, facilis erit tibi pignoris liberatio.& hoc in secunda.

rum amissorū dispēdium ad periculū eius minimè pertinet [a]. ¶ Sanè si simulata amissione etiānum eadē pignora (vt asseueras) à parte diuersa possidentur: aduersus eam experiri [b] potes. PP. viij. Cal. Mart. Præsente & Albino Conss.

¶ *Res perit domino rei: & non est in culpa, qui facit,quod fieri est consuetum,uel qui facit, quod facit maior pars hominū.h.d.Bal. Vel sic: Pignus repositū in loco,in quo pignora publicè consueuerunt reponi,non perit periculo creditoris:nec debitor propterea liberatur à debito. hoc dicit.Sali.*

Impp. Dioclet.& Maximian. AA.& CC. Georgio. LEX VIII.

P Ignus in bonis [c] debitoris permanere, ideoq; [d] ipsi perire [e], in dubiū non venit. Cū igitur asseueres in horreis [f] pignora deposita: consequens est, secundum ius perpetuū pignorib⁹ debitori pereuntibus (si tamē in horreis, quibus & alij solebāt publicè [g] vti, res depositæ sint) personalē actionē debiti reposcēdi causa integram te habere. PP. vj. Nonas Maij. Mediolani AA. Conss.

¶ *Soluto debito,uel oblato & consignato legitimè,creditor poßidens pignus cōueniri potest à debitore duplici uia:scilicet rei uendicatione, & pignoratitia directa.E contra autem si debitor poßidet,nec debitum sit solutum, uel legitimè consignatū:cōuenitur à creditore hypothecaria, præscriptione longi temporis non obstante in aliquo casuum prædictorum.h. d. Bal. Vel sic: Debito uero soluto uel oblato consignato et deposito,debitor à uendicando pignore non potest summoueri longi temporis præscriptione: tamen agens rei uēdicatione debet probare causam suæ intentionis: & creditor percipiens de pignore uel agens hypothecaria debet probare suam exceptionem uel hypothecarie actionem: à qua debitor liberatur, si probet debitum solutum,uel oblatum & depositum.h.d.Sali.*

Idem AA.& CC. Apollodoræ. LEX IX.

N Ec creditores, nec q his successerūt [h], aduersus debitores pignori quondā rés nexas petētes, reddita iure debiti quantitate, vel his nō accipiētibus, oblata, & cōsignata, & deposita [i], longi [k] tēporis præscriptione muniri possunt [l]. vnde intelligis, quòd si originem [m] rei† probare potes: aduersario tenente, vēdicare dominiū [n] debes. ¶ Vt autem creditor pignoris defensione se tueri [o] possit, extorquetur ei necessitas probandi [p] debiti: vel si tu [q] teneas, per vēdicationem [r] pignoris hoc idē inducitur [s]: & tibi [t] non erit difficilis, [v] vel solutione, vel oblatione [x], atque solenni depositione pignoris liberatio. Dat. Nonis Maij, ipsis & Conss.

¶ *Pignoratitia competit soluto debito.hoc primò.Creditor non potest hypothecam sine pacto,uel iudicis decreto inuadere.hoc dicit.secundò.Bald.*

Idem AA.& CC. Ammiano. LEX X.

P Ignoris causa res obligatas [y] soluto debito restitui debere, pigneratitiæ actionis natura declarat [z]. quo iure, si titulo [a] pignoris obligasti [b] mancipia, per eandē actionem [c] vti potes: nec creditor citra conuentionem [d] vel præsidalem [e] iussionē debiti causa res debitoris arbitrio suo auferre potest. Dat. v. Calen. Ianuar. Sirmij ipsis CC. & Conss.

¶ *Fructus extenuant sortē:quod intellige, quādo cum sorte recipiunt functionem, uel à principio,ut pēsio domus:uel ex postfacto,quia sunt consumpti:uel quasi,puta commisti,ita quòd nō poßunt discerni.Bald.Vel sic. Creditor fructus perceptos computat in sortem,& residuo soluto pignus tenetur restituere:nec longi temporis præscriptionem potest opponere.h.d.Sali.*

Idem AA.& CC. Ercisco. LEX XI.

Q Vo minus fructuū, ques creditor ex rebus obligatis

h ¶ **Successerunt.**] in ius vniuersum.secus in emptoribus:vt.j. si aduersus creditorē.l.diuturnū.& est ratio,quia emptor tenetur tantùm reivdēicatione debitori.hîc autem etiam pignoratitia,quæ est personalis, & sic durat. xxx. annis:vt.s.de constitu.pecu.l.ij.

i ¶ **Et deposita.**] vt.j.de vsur.l.acceptam.in iudicio autem sola oblatio sufficit:vt.ff.e.l.si rem.§.fi.&.l.aliena.§.j.&.ff quibus modis pig.vel hypo. solui. l.item.§.j.

Actio pignoratitia est personalis.

k ¶ **Longi temporis.**] scilicet.x.vel.xx.annorum:quia personalis est pignoratitia:vt infrà.de distra.pign.l.vlti.& ideo eius vita.xxx. annis durat: vt dicta.l.de constitu.pecu.l.ij.& infrà.quib.non ob.long. temp. præscript. l. neque mutui Sed quando nascatur.dic vt.ff.eodem.l.si rem.§. omnis. Vel ideo hæres non præscripsit : quia successor est scientiæ eius : vt ff. de diuer. præscript.l.an vitium.quia ergo creditor non præscripsit propter conscientiam rei alienæ : vt. ff. de vsusca. l. pignori. non dico propter malam fidem, sicut fructuarius & colonus : vt institu. per quas persono. acquiritur. §. sed bonæfidei. Idem in hærede. Sed an longissimo tempore præscribet ? Ioan. vtique.

l ¶ **Possunt.**] quantum ad cursum vsurarum.

m ¶ **Originem.**] id est te obligasse ei rem & tradidisse, & sic præsumitur habere hodie : quia ab isto habuit. aliâs secus : nisi possedisset tempore litis contestatæ : vt suprà.ad exhiben.l. non ignorabit. cùm ergo possidere præsumatur, rei vendicatione tenetur: aliâs nō teneretur: vt suprà.de alie.iu. mu. cau.fa.l.j.

Pignus suū vendicanri an possit dici, non est dominus.

n ¶ **Dominium debes.**] sed an creditor poterit dicere, nō es dominus tu debitor, qui agis rei vēdicatione? Quidā q̄ nō:quia nō potest referre quæstionem dominij, cùm ab eo causam habeat :& pro eo hæc lex &.j.de nō nu.pecu.l.j.&.j.de pręscri.xxx. an.l.si quis emptionis.§. sed hæc contra super. Tu dic q̄ potest : vnde etiam dominum se esse tūc debet probare.& q̄ hîc dicit sufficere pbare originem, verū est, nisi referatur quæstio dominij. Vel dic probare hîc originē sufficit, vt præscriptio nō opponatur. Vel dicit vēdicari dominiū, id est rē suam per pignoratitiam actionem.& de hoc dixi. j.de præscrip.xxx.an. l. si quis emptionis.§.pe.

† Facit ad hanc.l.glo. ij.in.c. vlt. post princi. gl. extrà de præscrip.

o ¶ **Se tueri.**] cùm ipse possidet.

p ¶ **Probandi.**] si quæstio sit, an debeas vel nō.

q ¶ **Tu.**] s.debitor.

r ¶ **Per vendicationem.**] id est per quasi seruianā vel hypothecariā: quę idē est: vt institu. de actio.§.item seruiana.

s ¶ **Inducitur.**] vt creditor probet debitum.

t ¶ **Et tibi.**] scilicet eo probato.

v ¶ **Difficilis.**] s.de iure, etiā post longū tempus : nec potest creditor obijcere, quare tam lōgo tempore debitorem dimiserit : vt hîc, &.j. de non nu.pe.l.j.

x ¶ **Vel oblatione**] vt j.e.l.fi.& de pignoribus.l. creditor.& de lui.pigno. l.fi.& de compensatio.l. inuicem.&.ff. de mino.l. ait pretor.§.j.&.j.de vsur. l.acceptam.Accur.

P **Ignoris.**] CASVS. Soluto debito res obligata per actionem pignoratitiam, restituēda est. si ergo mancipiū mihi obligasti, & debitū soluisti, per ac. pig. mācipiū poteris recuperare. an verò si non soluisti, propria authoritate possis res tuas mihi obligatus inuadere, quærit? Respon. quòd non, nisi hoc ab initio conuenit: vel iussus iudicis interuenisset.

y ¶ **Obligatas.**] & traditas.

z ¶ **Declarat.**] vt.j.de lui.pig.l.fi.in fi.Et quod dicit soluto.dic vel aliâs satisfacto:vt.ff.eo.l.si rem.§.omnis.

a ¶ **Titulo.**] non est titulus, sed dic, id est modificatione possidendi.

b ¶ **Obligasti.**] id est, tradidisti.

c ¶ **Actionem.**] pignoratitiam, non tua authoritate.

d ¶ **Conuentionem.**] vt si conuenit, vt non soluto debito liceat creditori authoritate sua rem accipere obligatam.

Creditor pignus vel hypothecā inuadēs propria authoritate qua actione tenetur.

e ¶ **Vel præsidalem.**] per quam licet etiam sine pacto: sed si nullū horū interuerit, & creditor abstulerit sua authoritate: tenetur. l. Iulia de vi. & incidit in edictum diui Marci: vt.ff.quod met.cau.l.extat.&.l.pen.Item vi bonorum raptorum.si res est mobilis : vt.j.vi bonor.rap.l.res.quamuis autem ex conuentione liceat auferre: tamen ciuilius faciet cum iudicis authoritate : vt l.contraria infrà.de pigno.l.creditores.Item adhuc contra.ff. de damno infec.l.vtique.sed ibi inquilinus erat suspectus ne recederet, vel ibi locator quodammodo etiam prius videtur habere possessionem pignoratitiam, vnde meritò sua authoritate capit: vt argumen.ff. in qui. cau. pign. ta. contrahitur. l. est differentia.

Q **Vo minus.**] CASVS. Si prædium mihi obligasti, & certo spatio.x.vel.xx. an. fructus percepi, ante factā cōpēsationē fructuum et debiti, vsque ad concurrentem quantitatem : & residuo soluto vel oblato,

consignato & deposito, me restituere nolente tibi prædium pignoratum, obstare posit longi temporis præscriptio, quæritur? Dicitur quòd non. Viuia.

a ¶ Accepit.] vt.s̃.eo.l.j.

b ¶ Solueretur.] cõsignatione tñ eius facta: vt dixi.s̃.e.l.nec creditores.ĩ fi.

c ¶ Durant.] nec p̃dita, nec diminuta: aliâs nõ tenet̃, nisi in culpa fuerit: vt s̃.eo.l.creditor q̃ fundos.

d ¶ Defenditur.] scilicet creditor: vt & dixi.s̃.e.l.nec creditores.& facit. ff.de vsur.l.debitor.

accepit[a], habita ratiõe, ac residuo debito soluto, vel, (si p̃ creditorẽ factũ fuerit, quo min⁹ soluerẽt[b],) oblato, consignato, & deposito pignora, quæ in eadẽ causa durãt[c], restituat debitori: nullo spatio lõgi temporis defenditur[d]. D. xij. Calend. Decemb. CC. Conſ.

TIT. XXV.

De institoria & exercitoria actione.

¶ Ex contractu serui institoris dominus tenetur institoria insolidum. sed si non est institor, tenetur dominus, quatenus in rem suam est uersum. h.d.Bal. Vel sic: Seruus institor domini, ex causa suæ institutionis, obligat dominum insolidum. non institor uerò, uel ex causa non suæ institutionis, obligat de in rẽ uerso tantũ. h.d.Sali.

Imp Antoninus A. Hermeti. LEX I.

Seruus[e] tuus pecuniã mutuã accipiendo, ita demum te institoria actiõe obligauit, si cùm eũ officio alicui vel[f] negotiationi[g] exercẽdæ præponeres, etiã vt id faceret[h], ei p̃missum[i] à te, probetur[k]. Quòd si hęc actio locũ nõ habeat: si q̃d in rẽ tuã versum p̃babit̃, actione in eã rẽ p̃posita[l], cogeris exoluere. PP. viij. Calẽ. Septemb. Duobus & Aspris Conſ.

¶ Ex cõtractibus serui dominus de peculio dũtaxat tenetur: nisi alia ratio augeat obligationem, ut præpositio uel uersio in rem domini. h.d.Bald. & Sali.

Imp. Alexander A. Callisto. LEX II.

Ex cõtractib⁹ seruorũ, quãuis de peculio dũtaxat dñi teneãtur: de eo tñ, quod in rẽ eorũ[m] versum est, vel cũ institore ex causa, cui præpositus fuit, contractũ est: etiã insolidũ cõueniri posse[n], dubium nõ est[o]. PP. iij. Calen. Maij,

¶ DE INSTITOria actione. ¶ *Dixit qualiter ex nostris conueniamur contractibus: nunc qualiter ex alienis. & de duobus generibus cõtractuum præmittit, in quibus insolidum tenemur. Vel dixit de pignore, quod est accessoriũ: nunc de alijs accessorijs. Est enim in contrahente seruo uel filio obligatio prĩcipalis, naturalis & ciuilis, uel naturalis tantùm.* (Continuatio.)

Seruus.] CASVS. Si seruũ tuũ alicui stationi præposuisti ad emendum frumentũ, vel vendendũ: quæritur, quæ actio locum habet? Respõ. q̃ institoria. et hoc in prima. Si verò in eam causam ei mutuaui. x. qua act. te habeã obligatum? Rñ. q̃ institoria. & hoc in secunda. Si verò non in eam fortè causam mutuaui, sed in rem tuã versa est: de in rem verso habebo te obligatum.

e ¶ Seruus.] nã & serui & omnes possunt esse institores: vt. ff. eod. l. sed et si quis meã rẽ. §. parui.

f ¶ Vel.] pro id est.

g ¶ Negotiationi] dñicæ, nõ peculiari, quando non institoria, sed tributoria sibi vendicat locum: vt & . ff. e. l. sed & si pupillus. §. penul.

h ¶ Faceret.] id est acciperet mutuum.

i ¶ Ei permissum.] tacitè vel expressè.

k ¶ Probetur.] q̃d fieri intelligit̃, qñ ad emẽdas merces eum præposuit: nisi nominatim hoc p̃hibuerit: vt. ff. de insti. l. cuicunque. §. non tamen. & . §. seq. & . ff. ad Macedo. l. sed Iulianus. §. interdũ. Et argu. ff. de exer. act. l. j. §. non autem. Et no. quòd ad hoc quòd ista actio locum habeat, tria concurrere oportet: vt in exercitoria, scilicet quòd ei mutuaueris pecuniam in eam causam, in qua est præpositus expressim vel tacitè. Itẽ quòd scias eum præpositum in ea causam: licet Ia. in hoc contradixerit. Item quòd in eo loco mutues, vbi res ex pecunia tua cõparanda reperiatur: vt. ff. de exerci. l. j. §. non autem. & . l. fi. (Exercitoria locũ habet tribus concurrentibus.)

l ¶ Proposita.] de in rem verso: vt. j. l. proxi.

Ex contractibus.] CASVS Seruo meo pecuniã mutuasti, & in rem meam versa est: præposui seruum alicui negotiationi, & in eam causam mutuasti ei: habebis me obligatum insolidum: licet aliàs de contractibus seruorum domini dumtaxat de peculio teneantur.

m ¶ Eorum.] scilicet dominorum.

n ¶ Posse.] scilicet dominos. Accursius.

o ¶ Dubium non est.] ad hoc concor. ff. eo. l. cuicunque. in prin. & si nõ est dominus soluendo, conuenitur institor, si est homo liber: vt. ff. de insti. l. j. in fi. & . l. ij. Accursius.

Institoria.] CASVS. Si penes seruum tuũ, quẽ mensæ nũmularię præposuisti, aliquam quantitatem pecuniæ in eam causam vt meam cum tua cambirem deposui: si probem depositum, & nõ redditum probas: eo ipso quòd non probatur contrarium: habebo te obligatum institoria.

p ¶ Potest probari.] quod est eoipso, q̃ contrariũ non probatur: vt. j. qui mili. non pos. l. penul. & fi. lib. xij. nec enim iste deponens probat nõ redditã, cùm sit negatiua: vt. s̃. de proba. l. actor. & dic depositam: vt tamen si vellet vteretur: vt. ff. si certum pe. l. si quis nec causam. Vel deposuit cũ posteà cambire secum proponebat: alter non contraherent in causam, in qua esset præpositus. & facit. ff. eo. l. cuicunque. §. sed & si in mensa.

Alexãdro A. ij. & Marcello Cõſ.

¶ Ex deposito facto penes institorem, tenetur dominus. h.d.Sali. Vel sic: Ex illo cõtractu datur institoria uel exercitoria, qui celebratus est ob causam, in quam fuit positus: & intelligo tacitè uel expreßè. h.d.Pau.de Cast.

Idem A. Martiæ. LEX III.

Institoria tibi aduersus eũ actio cõpetit, à quo seruũ mẽsæ præpositum dicis: si eius negotij causa, quod per eũ exercebatur, depositam pecuniam, nec redditam, potest probari[p]. PP. Nõ. Maijs, Agricola & Clementino Conſ.

¶ Etiam mulieres tenentur institoria & exercitoria. h.d.Bal.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Antigonæ. LEX IIII.

Et si à muliere[q] magister naui præpositus fuerit: ex contractibus eius, ea exercitoria actione ad similitudinem institoriæ tenetur[r]. PP. xiij. Cal. Nouemb. Sirmij. CC. Conſ.

¶ Ex contractu præpositi ad mutuum accipiendum, obligatur præponens ad exemplum institoriæ. h.d. secundum Bald. Vel sic: Ex contractu facto cum procuratore speciali, datur contra dominũ utilis institoria. h.d.Pau.de Cast.

Idem AA. & CC. Caio. LEX V.

Si mutuã pecuniã accipere à te Demetriano[s] Domitian⁹ mãdauit, & hoc posse probare confidis. ad exemplum[t] institoriæ eundem Domitianum apud cõpetentem iudicẽ potes cõuenire. D. iiij. Cal. Nouemb. ipsis CC. & Conſ.

¶ Ille, qui sequitur uoluntatem alicuius, perinde est, ac si sequeretur mandatum eius. h.d.Bal. Vel sic: Ex contractu celebrato cum seruo de uoluntate domini tenetur dominus insolidum ad exẽplum institoriæ. Sali.

Idem AA. & CC. Onesimæ. LEX VI.

Qui secutus dñi volũtatẽ, cũ seruo ipsius habuit cõtractũ: ad instar[v] actionis institoriæ

Et si.] CASVS. Sicut mulier ex contractu, si quẽ præposuit alicui negotiationi tenetur institoria: sic ex cõtractu magistri, si quem naui præposuit, tenetur exercitoria. et hoc ad exemplũ institoriæ.

q ¶ Et si à muliere.] tractat de vltima parte rubricæ.

r ¶ Tenetur.] sicut teneretur institoria, si negotiationi præposuisset: vt. ff. de insti. l. sed & si quis meam. §. parui. sic & in ista: vt. ff. de exerci. l. j. §. cuius. & . §. parui. & erat huius legis dubium: quia videbatur intercedere. sed non est verum: imò rem suam agit, vnde cessat Velleianum: vt. ff. ad Vell. l. si mulieri. ij.

Si mutuã.] CASVS. Domitianus mandauit Demetriano institori suo, vt acciperet mutuam pecuniã à Titio expendendam fortè in negotijs suis: quia act. habet Titius dominum obligatum? Respon. quòd vtili institoria ad exemplum directæ: quia directa non datur: quia negotiũ vnũ fuit mandatum: vt. ff. e. l. in eum. secus si plura: vt ff. eo. l. cuicunque §. j. vel quòd mutuauit Demetriano contemplatione Domitiani, tunc agitur neg. gest. act. ad exemplũ instito. vt. ff. de neg. gest. l. liberto. Vel dic datur institoria non solennis ad exemplum directæ solennis, quæ olim dabatur, quæ iam sublata est: vt. s̃. de formul. l. j.

s ¶ Demetriano.] seruo suo: si autẽ creditori mandasset, haberet contra eum creditor actionem mandati: vt. j. manda. l. si literas.

t ¶ Ad exẽplum institoriæ.] scilicet directę. sed cur non datur directa hoc casu? Respõ. quia vnum negotium fuit mandatum: vt. ff. eo. l. in eum. in prin. secus si negotium pecuniæ generaliter: vt. ff. eo. l. cuicunque. §. j. Alij dicunt, quòd mutuasti Demetriano contemplatione Domitiani, & sic dicunt dari negotiorum gestorũ ad similitudinem institoriæ: vt ar. ff. de neg. gest. l. liberto. in princ. Vel dic tertiò ad similitudinem directæ, quæ cum solennitate dabatur olim, quæ hodie est sublata: vt. s̃. de formu. l. j. & distingue circa hoc vt dixi. s̃. si cer. pet. l. eum qui mutuam.

Qui secutus.] CASVS Lex ista dicit: si contraxi cum seruo tuo voluntate tua, tu ad instar directæ institoriæ teneris mihi institoria vtili insolidum. hoc dicit.

v ¶ Ad instar actionis.] scilicet directè: quia non instituerat, sed semel contrahere iusserat: vt dixi. s̃. l. proxi. vel ad instar eius, quæ olim proponebatur cum solennitate. Vel dic, quòd loquitur, quando domini voluntate cõtraxisti cum seruo, puta quòd iussit, & tenetur insolidum quod iussu: vt ff. quod iussu. l. j. sicut aliâs si teneretur institoria, teneretur insolidum. & hoc dicit hîc. Potest poni & aliter secundum Io. vt dicas volũtate domini te contraxisse habita inter dominum & seruum: & tunc cessat quod iussu: vt dicunt. quod non placet: vt. ff. quod iussu. l. j. Alij dicunt mandatum seruo vt accipiat mutuum: sed non est dictum à quo: tunc enim teneretur quod iussu: sed nos non distinguemus. Alij dicunt mutuantem dedisse contemplatione domini, & sic dari negotiorum gestorum ad instar institoriæ: vt. ff. de nego. gest. l. liberto. in prin. & facit ad. l. istam. ff. de in rem ver. l. si res. §. j. sed quidã assignant eam contrariam. (Dñs qui actione tenetur ratione contractus cũ seruo celebrati.)

Conuenit.

Continuatio.

a ¶Conuenit.] actione quod iussu.

¶QVOD CVM EO QVI IN ALIE.&c. ¶Prima pars rubricæ est generalis, sequentes tres speciales, & dantur non insolidum hæ actiones, sed quatenus est in peculio, & quatenus est iussum, & in rẽ uersum.

Vm filiusfa.] CASVS. Filiusfa. fuit in testamẽto datus tutor: quatenus ex administratiõe pater teneat, quærit? Rñ. ꝙ tenetur vtili actione tutelæ quatenus est in peculio, vel de in rem verso, si in rẽ eius versum est: vel neg.gest. cùm filius erat curator. & hoc in prima. Si verò voluntate patris creatus fuit decurio, & à magistratib⁹ datus tutor: tenebit pater insolidũ. & hoc in secũda. & perinde tenet insolidũ tutelæ, sicut si aliqđ publicũ munus filius administrasset, & malè. & hoc in tertia.

De solido dominium conuenire potest.

rectæ insolidũ dñium cõuenit [a]. D.xiiij.Cal.Decemb.CC.Conſ.

TITV. XXVI.

Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotiũ gestum esse dicetur, vel de peculio, siue quod iussu, aut de in rem verso.

¶Ex officio tutelæ uel curæ gestæ per filium, pater non obligatur, nisi peculio tenus. & de in rem uerso: nisi huiusmodi tutela ex decurionatu, in quo pater cõsenserit, sumpsit officium: quia tunc tenetur insolidum. h.d.Bal.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Aelio. LEX I.

CVm filiusfamiliâs tutor aut curator [b] datur [c], pater [d] tutelę vel negotiorũ gestorũ iudicio de peculio, & de in rem verso [e] cõueniẽdus est. ¶Quòd si volũtate eius filius decurio sit creatus, & à magistratibus tutor cõstitutus [f]: pater insolidũ satisfacere cogitur: cùm id onus [g] exemplo cæterorum munerum ciuilium [h] introductũ intelligatur. D.vij.Id.Nouẽb. Dextro.ij. & Prisco Conſ.

¶Actio naturaliter formata insolidum, ex accidenti moderatur, quatenus quis facere poßit. h. dicit.Bal. Vel sic: Si filiusfamiliàs qui patris, uel propria uoluntate contraxit, ab hæreditate patris se abstinuit: inquantum facere potest, dumtaxat conueniri debet. h.d.Sali.

Idem AA. Annio. LEX II.

EIus rei noĩe, de qua eũ filiofamiliàs cõtractũ est, siue sua volũtate [i], siue ei⁹ [k] in cui⁹ potestate fuit, siue in peculiũ ipsi⁹, siue in rẽ patris ea pecunia redacta est: si paterna [l] hæreditate abstinuit, actionẽ, nisi in id qđ facere possit [m], nõ dari [n], ꝑpetui edicti interpretiõe [o] declaratum est. PP.viij.Calẽ.Decembr. Dextro ij. & Prisco Conſ.

b ¶Curator.] in testamento: sed indiget confirmatione: vt instit. de cura.§.primo.

c ¶Datur.] in testamẽto agnouit pater vel nõ: vt.ff.de admi.tuto.l.Lucius.j. secus si à iudice: qa tunc tenetur insolidũ, si agnouit: vt.ff.de tut.l.si filius. quæ est cõtra. vel ibi sciuit & agnouit. hîc licet sciuit non agnouit.

d ¶Pater.] agnoscẽs vel non: vt dixi.

e ¶In rem verso.] cõtra.ff.de tut.l.si fili⁹. & ibi sciuit & consensit: hîc nõ. & ibi publicũ authoritate, & vtilitate vt decurionatus.

f ¶Tutor constitutus.] i. filius primò fact⁹ decurio. Duob⁹ ergo casibus propter tutelã à filio factã tenetur pater insolidũ, qñ à iudice datur & agnouit pater: vt.d.l.si filius. Itẽ & qñ à iudice: sed prius erat factus decurio volũtate patris, vt hîc. Itẽ alijs duob⁹ tenetur de peculio, & de in rem verso, scilicet quãdo à testatore agnouit pater vel non: vt d.l.Lucius. Itẽ qñ à iudice, & pater non agnosceret: vt.d.l.si filius.

Pater quemadmodũ teneatur pro filio suo tutore.

g ¶Idonus.] s. tutelæ. nam placuit &c. vt insti. de excu.tu.in prin.

h ¶Munerum ciuilium.] quæ sunt publica authoritate & vtilitate: vt consulatus & præfectura: nam & ibi pater tenetur insolidum: quia fideiubere videtur: vt.ff.ad municip.l.quoties. & familiæ erciscundæ.l.si filia. aliâs.l.si vni.§.idem scribit. scilicet quantum ad rempublicam. si autem magistratus existens malum daret tutorem: & sic alium à re publica læderet, de peculio teneretur pater: vt.ff.de pe.l.tertia.§.fina. & de magist. conue.l.prima.§.fina. Si autem munus est publicum authoritate, sed vtilitate priuatum vt tutela: dic vt dictum est.

EIus rei.] CASVS. Si cum filiofamil. contraxeris sine voluntate patris, vel cum patris voluntate, siue illa pecunia versa est in peculium filij, siue in rem patris, & pater decessit filio hærede instituto, & ab hæreditate abstineat: in id quod facere potest deducto, ne egeat filius, conuenietur.

i ¶Voluntate.] scilicet tantùm:

k ¶Siue eius.] subaudi siue & eius.

l ¶Si paterna.] quasi dicat non solùm si viuo patre fuit emancipatus. Sunt enim sex casus, in quibus inquantum facere potest condemnatur: vt.ff. eodem.l.secunda. & de mino.l.tertia.§.sed vtrum. & de fideiusso.l.si dubitetur.§.filiusfamiliâs.

Filiusfa. in sex casibus in quãtum facere potest condẽnatur.

m ¶Possit.] deducto ne egeat: vt.ff.de regu.iur.l.in condemnatione. Item & hoc posse facere dicitur, quod commodè potest: vt.ff.de verbo.sig.l.nepos Proculo. Alij dicunt inquantum patitur patrimonium, vt in eo.l.qui cessit bonis: vt insti.de act.§.fi. Sed quod secundum eos habent hi priuilegiũ? Respõ. vt vsuræ centesimæ post condemnationem non currant contra eos, quæ currerent, si insolidum damnarentur: quod non placet. sed in parentibus & patronis, quibus sunt alimenta præstanda, dicunt idem quod nos, scilicet condemnari deducto ne egeant.

Alimenta sunt parentibus & patronis præstanda.

n ¶Non dari.] habita ratione ne egeant: vt.ff.de pecu.l.si filius.

o ¶Interpretatione.] id est sententia. sed & verba dicunt: vt.ff.eodem.l.secunda.

¶Paria sunt mandare & subscribere. h. d. text. cum glo. Et sic not. quòd subscriptio domini habet uim mandati. h.d.Bal. Vel sic: Ex contractu celebrato cum seruo, etiam domino inscio tenetur dominus de in rem uerso. h.d.Sali.

Imp. Antoninus A. Artemoni. LEX III.

ETiam si nõ mãdante, neq; iubẽte [p], neq; subscribente [q] domina, pecuniã mutuã seruo Priscæ dedisti: tamẽ ea quãtitas si in rem dñæ eius iustis erogationib⁹ versa est: de in rem verso apud suũ iudicem eam cõueni, cõsecuturus secũdum iuris formã id, quod tibi deberi [r] apparuerit. D.iij.Calend. Iul. Læto & Cereali Conſ.

¶Nuncius seu merus minister ex contractu nullatenus obligatur. & utrum sit nudus minister, cognoscitur ex causa & forma. h.d.Bal. Vel sic: Filius ut patris nuncius recipiens pecuniã patri debitam, uel creditam: non obligatur. h.d.Sali.

Idem A. Lucio. LEX IIII.

SI ex cõtractu patris iussu eius mutuã pecuniã accepisti [s], teq; eius hæreditate abstines: frustra vereris [t], ne à creditoribus eius cõueniaris. Dat.v.Calend.Ian. Messala & Sabino Conſ.

¶Filiusfamiliàs potest fideiubere pro alio si sit ætatis legitimæ. hoc dicit.Bal. Et tenetur insolidum: pater uerò de peculio tantùm. Sali.

Imp. Alexãder A. Asclepiadi. LEX V.

NVlla res prohibet filiosfamiliâs si pro alijs maiores vigintiquinq; annis fideiusserint, actione [v] competenti aduersus eos teneri. Sed si dumtaxat de peculio

ETiam.] CASVS. Si seruo domino nec mandante, nec iubente, nec contractui subscribente pecuniam mutuaueras: & in rem eius versa est: de in rem verso habebis obligatũ dominum.

p ¶Neque iubente.] vel etiam ratum habente, quibus casibus habet locum quod iussu: vt.ff. quod iussu.l.j.in princip. & .§.si ratum. Nota hîc differentiam esse inter iussum & mandatum: vt in authen. vt nulli iud.§. & hoc verò iubemus. collatio.nona. & dixi.ff. quod iussu.l.prima. in princip. Item quod dicit mandante, dic siue seruo, siue contrahenti cum eo: licet P. dixerit cõtrahenti cum seruo tantùm facto iussu habere locum quod iussu. Sed contra eum.ff. quod iussu.l.j.in principio.

Mandatum & iussus differunt.

q ¶Subscribente.] ꝑ quod videtur iubere: vt ff.quod iussu.l.prima.§. sed & si serui. Quid autem si prohibuisset? Respondetur nihilominus tenetur de peculio: vt.ff. de pecu.l. si quis seruũ. §.etiam. Accur.

r ¶Deberi.] vt &.ff. de in rem verso.l.prima. in principio.

SI ex contractu.] CASVS. Mutuasti decem filio Titij iubente Titio, & tradidisti ei vt ministro, vel nũcio: Titius decessit filio hærede instituto, sed ab hæreditate abstinente: nunquid filius ex contractu patris tenebitur? Dicitur quòd non.

s ¶Accepisti.] vt nuncius vel minister: vt.ff. quod iussu.l.fina. in principio. Et argu.ff.de proxene.l.ij. secus in obligando iussu patris: quia tunc insolidum teneretur viuo patre, adeò vt nec possit restitui in integrum: vt.ff.de in integrum restitu.mino.l.iij.§.sed vtrum. sed abstentus damnaretur, inquantum facere potest: vt ff.quod cum eo.l.pater. ADDITIO. Aduertas secundum Sali. hîc cognosci, quòd iste filius vt nuncius patris accepit pecuniam mutuò, ex eo quia pater fuit ille, qui contraxit, sic filius capiendo illam pecuniam ad hoc missus voluit patrem solùm obligatum esse. ex causa enim cognoscimus aliquẽ esse nuncium, vt quia vult dominum solum obligari. pro quo facit, lex fina.ff. quod iussu. & .l.fin.ff.de institu. item ex forma nunciandi, quia scilicet verba sunt concepta in persona mittentis.

t ¶Vereris.] qui non succedit, non tenetur: vt hîc, & .j.ar.tu.l.eum.

NVlla.] CASVS. Si filiusfamil. maior.xxv.an. apud creditorem tuum pro te fideiussit: an teneatur, quæritur? Dicitur quòd sic. & hoc in prima. Et sic cum patre de peculio agatur, vtetur filius defensionibus suis, sed quibus non aperit. & hoc in secunda. Tu dic deducendo quod sibi debetur, vel alijs, qui sunt in potestate. Aliter intelligitur hæc secunda pars, sed dic vt in gloss.

v ¶Actione.] ex stipulatu & insolidum dum est in potestate: vt.ff.de iudic.l.tam ex contractibus. & de acti. & obliga.l.filiusfamiliâs ex omnibus. & de fideiuss.l.si dubitetur.§.filiusfamiliâs. & infrà de fideius.filius. & in hoc differt à seruo, qui fideiubere non potest. Item differunt in compromisso. Item in iudicio: vt.ff.de pecul.l.tertia.§.si seruus. & .§.sed si filius. Item & in Macedoniano: vt institu.quod cum eo.§.primo. & .§.penulti. Item seruus ex ante gesto non tenetur, sed filius sic: vt.ff.de nego.gest.l.eum actum. & quod cum eo. per totum titu.

Filiusfa. & seruus differunt in multis.

tecum[a] agatur: defenſionibus, ſi quæ tibi competũt, vteris. PP. vj. Id. Decemb. Maximo. ij. & Æliano Conſ.

Seruus in præiudicium domini non transfert poſſeßionem rei dominicæ: & de facto immiſſum dominus poteſt expellere. Bal.

Impp. Valerian. & Gallien. AA. & Valerian. Cæſ. Matrono. LEX VI.

SI ſeruus tu' ſine permiſſu tuo accepta pecunia mutua in vſurarũ vicẽ habitãdi facultatẽ creditori conceſsit: nullo iure aduerſarius tuus hoſpitium[b] ex hac cauſa ſibi vendicat, cùm te ſerui factum non obligauerit[c]: & ingrediens[d] rem tuam, contra vim eius authoritate competentis iudicis protegeris. Dat. xij. Calen. Iul. Æmyliano & Baſſo Conſ.

Ex contractu ſerui tenetur dominus actione de peculio, quæ poſt mortem ſerui uel eius ſtatu mutato durat anno: & ſi aliquid eſt uerſum in utilitatem domini, datur de in rem uerſo, quæ durat perpetuò. ex contractu uerò cum libero geſto non obligatur dominus, niſi pecunia in eius utilitatem ſit uerſa, uel ratum habuerit. h. d. Sali. *Vel ſic: Actio de peculio eſt perpetua, quouſque uiuit ſeruus, & eſt in eiuſdem poteſtate, licet ſit prætoria, quia eſt rei perſecutoria non pœnalis: ſed mortuo ſeruo manumiſſo uel alienato, efficitur annalis à tempore mortis manumißionis uel alienationis. Actio uerò de in rem uerſo ſemper eſt perpetua, etiam poſt manumißionem uel alienationem. h. d. uſque ad. §. alioquin. ſecundum* Pau. de Caſt.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Creſcenti. LEX VII.

EI, qui ſeruo[e] alieno dat pecuniã mutuam, quãdiu ſupereſt ſeruus[f], itẽ poſt mortẽ eius intra annũ[g] de peculio in dñm cõpetere actionẽ: vel ſi in rem dñi verſa ſit hæc quãtitas, poſt annũ etiam eſſe honorariã[h] actionem, non eſt ambigui iuris. Quapropter[i] ſi quidem in rem dñi pecunia verſa eſt: hæredes eius cõuenire potes de ea ſumma, quæ in rem ipſius proceſſit. Si verò hoc probare nõ potes: cõſequẽs eſt, vt ſuperſtite quidẽ ſeruo dominũ de peculio cõuenias: vel ſi iam ſeruus rebus humanis exẽptus eſt, vel diſtractus, ſeu manumiſſus, nec annus exceſsit: de peculio quondam aduerſus eum[k] experiri poſsis.

Suprà locutus eſt Imperator de contractu celebrato cum ſeruo alterius, an dominus ex illo teneatur, & qua actione, & uſque ad quãtum. hic loquitur, quando cum libero homine gerente negotium alterius, & recipiente mutuum authoritate illius, cuius negotium gerit, an dominus teneatur, & quando? Et reſpondetur, quòd ſi dans mutuum, non habuit reſpectum ad dominum, ſed ad illum, cum quo contrahebat: ille ſolus tenetur, & non dominus, niſi in duobus caſibus: ſcilicet ſi pecunia fuiſſet in rem domini uerſa, uel ſi dominus habuiſſet ratum contractum. h. d. & reputatur ſingularis. Pau. de Caſt.

Alioquin ſi cũ libero[l] res eius agẽte, cuius precib' meminiſti, cõtractũ habuiſti, & eius perſonã[m] elegiſti: peruides cõtra dñm nullã te habuiſſe actionẽ, niſi vel in rem eius pecunia proceſsit, vel hũc cõtractum ratum habuit[n]. D. Noñ. April. Bizantij. AA. Conſ.

Pater tenetur inſolidum ex contractu filij, quando mandauit uel iußit eum fieri, uel fideiuſſit pro eo. hoc dicit. aliàs non tenetur niſi de peculio, uel de in rem uerſo, niſi filium præpoſuiſſet negotiationi quæſtuariæ: quia tunc etiã inſolidum exercitoria uel inſtitoria tenetur: ut ſuprà titu. j. per totum. Pau. de Caſt.

Idem AA. & CC. Diogeni. LEX VIII.

SI mãdator pro filio tuo extitiſti, vel iuſſu tuo cum eo, quẽ in poteſtate tua habuiſti, contractum eſt: intelligis & ſorti & vſuris te parere oportere, ſi te his omnibus obligaſti[o], vt res, quæ pignoris iure detinentur[p], liberari poſsint. ¶ Quòd ſi fideiuſſor creditæ pecuniæ interceſsiſti: teneri te ex ea[q] obligatione explorati iuris eſt. D. iij. Cal. Maij. CC. Conſ.

Filiusfamiliàs ex contractu licito tenetur inſolidum: & liberatus à poteſtate

a Tecum.] ô pater. vteris quidem tu defenſionibus deducendo, quod tibi debetur, vel alijs, qui ſunt in poteſtate tua: vt. ff. de pecu. l. ſed ſi damnũ. §. præterea. Item quia lapſus ſit annus ab emãcipatione filij: vt. ff. quando act. de pecu. eſt an. l. j. in prin. Vel dic, tecũ: ô fili cum velis defendere patrem. Vel dic, quod cõuenieris vt hæres patris: & tũc his duobus modis eædem ſunt defenſiones, vt in primo caſu. Vel dic quarto filiũ ſuo nomine conueniri. & dices de peculio. i. propter peculium, aut ex ſtipulatu. & dic defenſionib'. ſ. ſenatuſconſulti Macedo. Vel quia ſibi inuicẽ aliquid debeatur.

SI ſeruus.] CASVS. Seruo meo mutuaſti. x. & in locum vſurarũ cõceſsit tibi ſine volũtate mea habitationẽ cuiuſdã dom' meæ: nũquid mihi præiudicauit? Dicitur quod nõ: ſed creditorem ingredientẽ expellere potero.

b Hoſpitium.] i. facultatẽ habitãdi: vt. ff. quod iuſſu. l. dñm. & . j. ſi alieres pig. da. ſit. l. nexũ. Et ar. s. de procur. l. procurator. & . j. eod. l. ſi liberam. §. quòd ſi non.

c Non obligauerit.] vt neceſſe habeas parere.

d Et ingrediens.] tua authoritate & defenderis per vti poſsidetis interdictũ. Sed nõne ſeruus dñm ſaltẽ poſſeſsione priuauerat: vt. ff. de acqui. poſ. l. peregre. §. quib' explicitis. ſi ergo faceret ſua authoritate, incideret in l. ſi quis in tãtã. vt. j. vñ vi. l. ſi quis in tantam. Sol. hîc incontinenti poſt obligationẽ ſerui venit dñs. ar. ff. de vi & vi ar. l. iij. §. eũ igitur. Vel dic, non erat hîc res peculiaris, ſed dominica. vnde dominus per ſe poſsidebat. per vim ergo ingrediẽdo magis ſuam retinere quàm alienam dicitur inuadere: vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. vi poſsidere. Vel tertiò dico, peculiaris erat, ſed ſeruus noluit dñm poſſeſſione priuare: quod ex eo patet, quia ad habitandũ tantùm cõceſsit: aliâs auferret: vt. d. l. peregre. Acc.

Seruus an poſsit dñm poſſeſsione ſuæ rei priuare.

d Ingrediens.] ſ. tu.

EI, qui.] CASVS. Quantũ duret actio de peculio et de in rem verſo, intẽdit hæc lex dicere: & loquit prima pars in ſeruo, ſecũda in libero. dicit ergo in hac parte generaliter, quod qui cũ ſeruo alieno contraxit, quãdiu ſupereſt ſeruus: vel poſt mortẽ eius intra annũ habet dñm obligatum de peculio: ſed ſi in rem domini verſum eſt, habet dñm perpetuò obligatũ de in rem verſo. Si verò ſeruus deceſsit, vel alienatus ſit, vel manumiſſus, & annus nõdum exceſsit: aduerſus eũ, qui habet peculium agere potes. & hoc in ſecũda. Si verò cum procura. meo cõtraxiſti, & fidem eius (mutuando pecuniam) ſecutus es, nullam aduerſus me habebis act. niſi in rem meã verſum ſit: vel contractum factum cum eo ratum habuero. & hoc in tertia.

e Ei qui ſeruo.] intentio huius legis eſt oſtendere quantum duret actio de peculio & de in rem verſo.

f Supereſt ſeruus.] manens in eadem cauſa. & hoc niſi actio præſcriptione aliqua communi tollatur.

g Intra annum.] hoc ſi actio maiori tẽpore aliâs finiẽda eſſet: alioquin limitabitur ſuo tẽpore: puta ſeruo viuente ſteti per. xxix. annos & dimidium, quòd non cõueni dominum. poſteà enim non agam intra annũ, ſed intra ſex menſes tunc mortuo ſeruo. Item hoc verum eſt, cùm pura erat obligatio, alioquin contra: vt. ff. quando actio de pec. eſt an. l. j. §. annus. & . l. cùm poſt.

h Eſſe honorariam.] ſcilicet de in rem verſo.

i Quapropter.] quod dixit in genere, dicit in ſpecie.

k Aduerſus eum.] ſcilicet qui habet peculium: vt venditorem, qui habet pretiũ peculij & ſerui. Et ſic primò eſt conueniendus, & poſteà ipſe emptor: vt. ff. de pecu. l. ſi creditor. §. j. & . l. ſi ex duobus. §. fi. & . l. ſequen. & . l. hinc quæritur. §. penul.

l Cum libero.] vt procuratore vel negotiorum geſtorũ alicui', vel tutore vel curatore. Nõ dicas poſſeſſo bona fide: quia tũc diſtingueret, an in peculiũ quod ad ſe, an quod ad bonæ fidei poſſeſſorẽ pertinet vertiſſet: vt ff. de pec. l. j. §. fi. & . l. ij. & l. hinc quæritur. §. penul.

m Et eius perſonã.] ſ. tantùm ſecundũ nos[a]. Alij dicunt etiã domini contemplatione feciſti.

a Et bene ſecundũ P. de Caſ. hic.

n Ratum habuit.] his enim duobus caſibus vtilis actio negotiorũ geſtorũ habebit locũ cõtra dñm ſecundum Guilelmum: vt. j. de re. ali. non ali. l. j. & . s. de rei vẽ. l. inter. nõ directa, quia non eius nomine dediſti: vt ff. de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. Alij dicũt hîc habere locũ vtilẽ cõdictionẽ certi, & ad hoc quod teneatur. s. de procu. l. ſi pretiũ. & . s. tit. j. l. ſi mutuam. ſed videtur etiam his duobus caſibus dñm non teneri: vt. s. ſi tut. vel cur. l. ſi creditor. & . s. ſi cer. pet. l. eum qui. Sol. illa ſecũdum iſtã. vel non datur in dñm actio à principio, ſed ex poſtfacto ſic, rato habito, vel in rẽ eius verſo, vt hîc: quod in idem cum prima recidit. Sed quomodo poteſt haberi ratũ, cùm eius nomine nõ dederim? Reſpõ. & ſi ego nõ dedi eius nomine, ipſe tñ accepit eius nomine: & ideo ſua ratihabitione quæritur ei proprietas pecuniæ: vt. ff. de neg. geſt. l. ſi ego. & ſic tenetur: cùm re ipſa quaſi ſuũ negotium videatur facta tali verſione: & per talem ratihabitionẽ: vt. ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. itẽ quæritur. Vel dic ſecũdum alios, quod licet nõ egerim, vt eũ haberem obligatum, nec tamen egi cõtrarium, ſcilicet vt non haberem eum obligatũ. differunt enim hæc inter ſe. Et diſtingue circa hoc: vt ſuprà ſi certum petatur. l. eum qui pecuniam.

SI cum.] CASVS. Si filius matre fideiubente accipiat. x. mutuò: an locum habet Velleia. quæritur? Respondeo quòd sic. vnde siue mulier intercedat pro extraneo, siue pro filio locus est Vell. vt hîc, &. ff. eodem. l. ij.§.vlti.

80 p ¶Acciperes.] id est accipere velles.

q ¶Potest.] sic ergo mater non fideiubet pro filio: vt hîc. Nec econtra filia pro patre: vt.s.eo.l.si paternam.

SEnatusconsultum.] CASVS: Mulier iuuatur senatusconsult. quando per nouatiouem alienam transfert in se obligationem: vt si Titius debeat mihi. c. posteà promisit mulier se mihi ea soluturam. vel principaliter. verbi gratia. volebat ipsa fideiubere, sed creditor volebat principalem debitricem eam esse: posteà mandauit mihi, quod pro ea

fideiuberem:in hoc casu mulier iuuatur. & hoc in prima. vel si participauerit alius pecuniā puta alio pecuniam accipiente: ipsa se obligauit principaliter.verbi gratia. Mulier volebat fideiubere pro me,creditor eam recipere nolebat,vnde principaliter se obligauit,& ego fideiussi,& habeo pecuniam. Itē si mulier res suas pro alio obligauit,iuuatur per Velleianum.& hoc in secunda.Si verò mulier maior vigintiquinq; annis prædia sua pignorata vendidit.& pecuniam creditori mariti soluit, non iuuatur.& hoc in tertia. Viuianus.

a ¶ Transtulit vel participauit.] fideiubēdo.
b ¶ Ab initio.] accipiēdo ipsa mutuū. quo casu datur institoria: vt.ff.eo. l.quāuis.§.si cum essem.
c ¶ Earum.] s.mulierū.
d ¶ Admissum est.] Vt & ipsæ res non teneantur cū effectu:vt.ȷ. l. proxima. Accursius.
e ¶ Soluisti.] quod est verum, si aliâs esset non venditura.
f ¶ Deficit.] Quia donāti non succurrit.& c.vt s.e.l.j.in fi.sed à viro repetit:quia donatio inter virum & vxorem sic facta nō valet:vt.ff.de dona.inter virum & vxo.l.si spōsus.§. si vxor. Item huic respon.est contra.ff. eo.l. fi.§.item si mulier. Solutio.ibi vendidit creditori viri mulier. & sic fraus fuit à creditore quæsita: hic ipsa met inuenit aliū emptorem.

¶ Si sine volūtate.] ℭ𝔄𝔖𝔙𝔖. Maritus obligauit res vxoris suæ,ea nō cōsentiente,nō tenētur res.& hoc in prima.Si verò consensit marito obliganti,& creditor sciebat res mulieris esse, iuuatur senatusc. & hoc in secunda. Si verò mulier tacuit, cùm maritus res suas obligaret, vt deciperet creditorem qui pecuniam præstitit, non iuuatur. & hoc in tertia.

g ¶ Si sine voluntate tua.] id est inuita vel ignorante.
h ¶ Non tenētur] de iure etiā cōmuni hoc est:vt hic,&.ȷ.ne.vxor ꝓ ma.l.j.&.ȷ.quæ res pign. obli.pos.l.qui filios. in fi.
i ¶ Vti potes.] & ita iure speciali:vt.s.l.ꝑxi.& ff.eodem.l.quamuis.in princip.
k ¶ Mutuam.] no.quòd plus operatur tacitus consensus.quàm expressus: vt.ff.de procur.l.filiusfamiliâs.§.veterani.
l ¶ Consultum est.] vt.ff.eo.l.j.&.ij.&.ȷ.si ali.res pig.da.fit.l. si probaueris.Sed solet hìc quæri:quare possum rem tuam obligare te præsente, vt tibi præiudicem:vt hìc,non autem vendere vt tibi præiudicem? Respō.pignus re contrahitur,sed venditio consensu.quod non placet:quia & pignus cōtrahitur consensu:vt.ff.de pig.act.l.j.Dic ergo,quia per obligationē rei agitur, vt in ipsa re ius creditori quæratur:quod fieri non potest, nisi volente eo, cuius est.Meritò ergo cùm patitur,videtur suum accommodare consensum, sine quo obligatio aliter esset nulla.At venditio etiam contradicente me fieri potest,& tenet inter eos:quia id non agitur per contractum:vt ius in re quæratur:sed vt alter alteri obligetur de euictione:vt.ff.de act.empt.l. ex empto. in princip.Meritò ergo cùm non impedit contractum contradictio mea, nec præsentia profit contractui:vt.ff.de re iudi.l.sæpe.§.j.Sed argu.contra, scilicet quòd videatur consentire est.ff.de euict.l.quidam ex parte.sed ibi partē pretij accepit.& dic vt ibi.

Rem tuam te præsente obligare possum,sed nō vendere.

in alteri⁹ persona cōstitit, mulier in se trāstulit[a] vel participauit,siue cùm alius pecuniam acciperet, ipsa se ab initio[b] reā cōstituit. qđ in rerū earū[c] habitis ꝑ alijs obligationibus admissum est[d]. ¶ Sed si prædia tua annis maior vigintiquinq; vēdidisti,& pro marito pecuniam soluisti[e]:deficit[f] auxiliū senatusconsulti. PP. vj. Calen. Ianuar. Maximo.ij.& Æliano Cōs.

¶ Maritus non potest obligare res uxoris non consentientis:& hoc de iure communi.nec si cōsentiat expressè:& hoc de iure speciali.Si tamē obligat res uxoris asserendo eas proprias uxore præsente & dolosè tacente, tenet obligatio. h.d.no.secundum Bald.

Idem A.Popiliæ. LEX V.

Si sine voluntate tua[g] res tuæ à marito tuo pignori datæ sunt,non tenentur[h]. ¶ Quòd si cōsensisti obligationi,sciēte creditrice: auxilio senatusconsulti vti potes[i]. ¶ Quòd si patientiam præstitisti,vt quasi suas res maritus obligaret,decipere voluisti mutuam[k] pecuniam dantem:& ideo tibi nō succurretur senatusconsulto,quo infirmitati, nō calliditati mulierū consultum est[l]. D.xv.Cal.Iul. Iuliano.ij.& Crispino Cons.

¶ Mater potest se obligare pro facto suo, sed non potest conseruare tutores indemnes ab eo, quod eis à filio debebitur.Bald.Vel sic: Mater, quæ indemnitatem tutoribus filiorum promisit, etiam si eis fideiussores dederit,ut ei administrationem permitterent, Velleiano non iuuatur.Secus si pro tutoribus fideiusserit.hoc.d.Vel breuius:Mater potest pro facto suo se obligare,sed pro tutoribus filiorum non potest fideiubere. hoc dicit.Sali.

Idem A.Torquato. LEX VI.

Si mater cùm filiorum suorum patrimonium gereret[m], tutoribus e orū securitatē ꝓmiserit[n], & fideiussorē ꝓstiterit[o] vel pignora dederit : quoniā quodammodo suum negotiū gessisse videtur:senatusconsulti auxilio neque ipsa neque fideiussor ab ea præstitus, neque res eius pignoratæ adiuuātur. ¶ Sin autem tutore se excusare volente,ipsa se interposuit, indemnitatem ei repromittens[o]:auxilio senatuscousulti vti minimè prohibet. ¶ Si verò tutores petijt, & sponte periculū suscepit[p]: quo minus teneatur,authoritas eā iuris tuetur[q]. PP.vj.Idus Octobr. Modesto & Probo Cons.

¶ Mulier consentiens fundum suum pro alio obligari,inutiliter consentit:& cùm sit inutile, est inutilis uenditio eius per creditorem facta: & recuperatur ab emptore non restituto pretio:& filius ut hæres matris, potest infringere factum patris.Bal.

Imperator Gordianus A.Viniano. LEX VII.

Sciens creditor à marito pro pter proprium debitū[r] obligari fundum mulieris, licet ea consentiente, eum pignori accepit: propter senatuscōsulti auxilium, vendendo[s] eū dominiū mulieri auferre nequit[t]:nec tibi[v] necesse est (præstito pretio[x] emptori[y]) vendicare,si matri hæres extitisti. PP. xij.Calend.Octob.Pio & Pontia no Cons.

¶ Si masculi permistim cum fœminis obligationem paternam in se transferunt animo nouandi,ualet nouatio pro parte masculorum:& pro ea parte pignus obligationis ueteris liberatur: sed pro parte fœminarum non ualet, nec cætenus pignus liberatur:& si pater pro obligatione nouante pignus constituit, tenetur insolidum partim pro nouatione,partim pro non nouatione.Bald.

Idem A.Triphoni. LEX VIII.

Si paternam obligationem nō tantùm masculini sexus filij, verumetiam filiæ emācipatæ[z] in

ei alia manu refunderet,& pignora dedit & fideiussores.in hoc casu nec pignora nec fideiussores iuuantur.& hoc in prima.Si verò tutor volebat se excusare,& mulier promisit eum indemnem conseruare de eo, quod impenderet in rem pupilli,aut hoc casu iuuetur,quæritur? Respond.quòd sic.& hoc in secunda.Si verò petijt tutorem filio,& pro tutore fideiussit,quia omne periculum in se recipit,hoc casu iuuabitur senatusconsul.Velleia.quia videtur intercedere.& hoc in tertia. Viuianus.

m ¶ Gereret.] id est gerere vellet.
n ¶ Promiserit.] propter hoc vt dimitterent eam gerere, si ipsi cessarent.
o ¶ Repromittens.] quasi pro pupillo filio,& sic iuuatur vt hic.Sed cōtra.ff.eo. l. quamuis.§.j. &.l.tutor. in princi. Solu. refert an promiserit idēnitatem pupillo de eo, quod debet vel debebit tutor,& tunc suscepit obligationem tutoris. Vel econtra : promisit tutori indēnitatem de eo,quod debet vel debebit ei pupillus, & tunc suscepit obligationem pupilli,& in vtroque est intercessio,& sic non tenetur : vt hic. Aut promisit tutori indēnitatem de eo,quod debet vel debebit pupillo. Vel econtra: promisit indemnitatē pupillo de eo.quod debet vel debebit tutori:in vtroq; cessat Velleianum vt in legibus contrarijs. & hoc est quod dixit Bul. S. & T.tollunt contrariū: quia scilicet refert, vt dixi. dicat mulier:ꝓmitto quod debes vel debebis.& tunc non intercedit:vt in contrarijs.ꝓ promitto quod debetvel debebit tibi pupillus:tūc est intercessio: vt hìc dicitur.
p ¶ Suscepit.] Pro tutoribus intercedens.
q ¶ Tuetur.] nisi specialiter fuerit comprehensum decreto pretoris matris periculo dari: vt infrà.fi.ma. indē. pro. l.fina.

Pignore siue pecuniam dederit.

¶ Si sciens.] ℭ𝔄𝔖𝔙𝔖. Si creditor accepit à marito prædium vxoris pignori, sciens illud ad mulierem pertinere,& vendidit.an præiudicauit mulieri,quæritur? Respon.quòd non:nec hæres mulieris necesse habet refundere pretium emptori,si velit prædium vendicare.

r ¶ Debitum.] scilicet mariti.
s ¶ Vendendo.] scilicet creditor.
t ¶ Nequiuit.] vt.&.ff.de rei ven.l.redemptores.§.fi.&.l.sequen.
v ¶ Nec tibi.] scilicet filio,qui successisti matri:cuius prædiū à marito suo tuoque patre obligatum fuit,licet ea consentiente.
x ¶ Pretio.] vt.s.de rei ven.l.si mancipium.&.l.mater.
y ¶ Emptori.] loquitur filio mulieris.

Si paternam.] ℭ𝔄𝔖𝔙𝔖. Seius habuit duos filios & duas filias emancipatas, tenebatur Titio in. c. filij & filiæ animo nouandi receperunt in se paternam obligationem, & promiserunt reddere Titio prædicta. c. & redimere pignora patris obligata : an filiæ per beneficium Velleia. ab obligatione liberentur, & ita remanent filij obligati pro medietate, & si ita sit, qualiter succurratur Titio, quæritur? Respond. quòd restituitur actio in partem pro ea parte, qua filiæ se obligauerunt. & hoc in prima. Item pignora. quæ obligauerat remanent obligata pro parte filiorum. & hoc in secunda. Illa verò quæ fuerunt in prima obligatione,hactenus teneantur, quatenus aduersus patrem redit actio pro portionibus filiarum.

z ¶ Emancipatæ.] hoc nihil ad rem. Nam in potestate positus potest fideiubere

Si mater.] ℭ𝔄𝔖𝔙𝔖. Volebat mulier gerere tutelam filij sui:tutor dubitabat ne sustineret damnum,si ipsa non bene administrasset, mulier ad hoc vt administrationem haberet,promisit indemnitatem, vt si propter suam malam administrationem vna manu aliquid damni pręstaret filio.ipsa

fidciubere pro patre:vt.§.quod cum eo.l.ſi ex alio.&.j.de fideiuſ.filiusfa.& ff.qui ſatiſd.cog.l.ij.§.& filius.

a ¶ Teneri.] ſ.pro eorū virili.Sed videtur inſolidū:vt.ff.de fideiuſ.l.ſi Titius.in princ.Solu.hîc interceſſerunt non conſtituendo ſe debere in ſolidum vnde pro partibus tenentur,vt.ff.de duo.re.l.reos.§.fi.ibi,inſolidū ſe reos cōſtituerunt.at fideiuſſores tenētur inſolidū ſemper etiā ſi hoc nō ſit dictū: vt inſti.de fideiuſ.§.ſi plures 10 vel aliter & hîc & ibi inſolidū tenebantur, ſed ibi inſolidum exempta fuit fœmina,cum in totum fideiuſſerit, hîc pro parte fuit exempta:vt.ff.e.l. vir vxori.in fi.&.l.ſequen.

Fideiuſſores ſemper inſolidū tenentur.

ſe receperūt:quāuis filiæ virilibus obligationibus eximātur propter exceptionem,quæ ex ſenatuſconſulto Velleiano deſcēdit:tamen filios in id,in quod ſe obligauerunt teneri [a] :filiarumq; ſubducta perſona,patrem in id cōueniri [b] poſſe,in quo conueniretur, ſi filiæ nō interceſſiſſent, dubium non eſt. ¶ Pignora [c] tamen patris & ſi in poſteriore obligatione accepta [d] ſunt, ſine dubio tenentur. Sed & ſi in priore [e] fuerint obligatione:quatenus ad patrem per reſtitutoriam actionem redit eatenus [f] tenebuntur.PP.Nō. Octobr.Pio & Pontiano Conſ.

¶ Mulier poteſt pro alio ſoluere citra interceßionem:ſecus ſi per prius interceſſerat. Bald. Vel ſic:Si mulier pro alio nulla præcedente promißione uel interceßione ſoluit , non iuuatur Velleiano,ut repetat ab eo eo,cui ſoluit:ſecus ſi præcedente promißione uel interceßione ipſius h.d.Paul.de Caſt.

Idem A.Proculo. LEX IX.

QVāuis mulier pro alio ſoluere poſsit:tamen ſi præcedente obligatione quā ſenatuſconſultum de interceſsionibus efficacē eſſe non ſinit, ſolutionem fecerit eius ſenatuſcōſulti beneficio munitam ſe ignorans [g] : locum habet repetitio [h] .PP.Nō.Iul.Gordiano A.& Auiola Conſ.

¶ Mulier conducens prædia obligatur pro ſe: ſed ſi maritus conducit,non poteſt obligari pro marito . hoc dicit Bald.Vel ſic: Si contrahitur principaliter cum muliere,& ſic negotium ad ipſam pertinet,non iuuatur Velleiano: ſecus ſi contrahitur cum alio , & illa pro illo ſe obligat. & ſic principaliter non pertinet ad eā negotium.hoc dicit Paul.de Caſt.Idem dicit.l.ſi fœnebris.j.eo.

Imperator Philippus A.& Philippus Cæſ. Triphonæ. LEX X.

SI aduerſarius tuus nō cum marito tuo,ſed tecum negotiū [i] geſsit:reliqua [k] cōductionis,quæ dicis eſſe contracta [l] , obtentu huiuſmodi obligationis non potes recuſare [m] .Enimuero ſi cùm eoſdem fundos non tibi,ſed marito tuo locaret,perſonam tuam vt

b ¶ Conueniri.] ſ.reſtituta in eū prima actione, quæ ſublata erat nouatio 20 ne.

c ¶ Pignora.] licet pater in partem conueniatᷓ, pignora tamen tenentur inſolidum.

d ¶ Accepta] ſ.tantū.et ſic not. tenere acceſſoriū in totū,licet prīcipale pro parte tollatur ꝑ Velleia.

e ¶ In priore.] qn̄ pa- 30 ter ſe obligauerat.

f ¶ Eatenus.] pro parte ero filiorū,qa tenuit nouatio cū effectu:nō tenentur pignora,vt hîc innuit &.ff.de noua.l.nouatione &.l.aliā.&.j.etiā ob chyrogra.pe.pig.te.poſ.l.j.ſed ꝑ parte filiarū nō tenuit cū effectu:vnde adhuc ꝑ ea 40 parte tenentur vt hîc,& ff.eo.l.aliqn̄.§.j .Et eſt rō, quare & hoc caſu nouatione nō tollatur pignus: qa nū tenui cum effectu.Vel dic,non fuit nouata principalis.ſtatī eīm ꝙ fuit ꝑſonalis directa extincta ꝑ nouationem,fuit eius loco à iure ſuppoſita reſtituto- 50 ria.vnde omni tempore inuenitur principalis directa,vel vtilis reſtitutoria, & ſic hypothecaria nō extinguitur,vt.d.l.aliqn̄.§.j. &.l.debitrix.§.penul.

QVāuis.] CASVS.Mulier ſi ſoluat pro alio,non iuuatᷓ quia videtur donare : ſed 60 ſi fideiuſsit,& poſteà ſoluit,ſic.

g ¶ Ignorās.] ſ.ius vel factū,credens ſe interceſſiſſe,cū non interceſſerit: vt.ff.de cōdi.inde.l.qui exceptionem.in prin.ſecus ſi ſciens,quia tunc non repetit:vt.ff.de condic.indebi. l.j.& de reg.iur l.cuius.

70 h ¶ Repetitio.] i. conditio indebiti.

SI aduerſarius.] CASVS. Si aliquis locauit rem non marito,ſed mulieri : mulier non vtitur auxilio Velle. ſed ſi locauit marito , & ipſa interceſsit,vel in ſe recepit obligationem,iuuatur.

80 i ¶ Negotium.] conductionis & ſine fraude.

k ¶ Reliqua] i.debita.

l ¶ Contracta.] i. in obligationē deducta.

m ¶ Recuſare.] vt.j.loca.l.contractus.in fi.&.ff.eo.l.ſeia mācipia.

n ¶ Secutus eſt.] ſciens te ntercedere.Accur.

ETiam.] CASVS.Mulier habebat omnia bona mariti tacitè obligata pro dote ſua , ſi ergo conſtante matrimonio ius hypothecæ ſeu pignoris marito remiſit,an ei ſucurratur per Velleia quæritur?Dicitur ꝙ nō. duabus tamen rationibus videbatur contrariū.Primo per Velleiañ. quo ſuccurritur mulieri.Item propter remiſsionem factam inter virum & vxorem: quæ videtur donatio,quæ nō tenet:ergo nec remiſsio. contrariū eſt verum.

o ¶ Etiam.] Dubitatio huius legis fuit, quia omnia bona viri mulier tacitè obligata tenet. ADDITIO. Et intelligas hanc legem,&.l.iubemus.j.e.in muliere ſui iuris. ſecus verò ſi eſſet filiafa. quia tūc nō faceret præiudicium patri, nec ſibi, 10 donec fuerit in poteſtate.ita dixit Alex.de Imo. in addi.ſuis ad Bart.in.d. l.iubemus. pro quo allegat notata in.l.ij.§.ꝙ ſi in patris.ff.ſolu.mat.ſecundo intelligas & hāc. &.l. iubemus. quando maritus in alijs reb⁹ remanet ſoluendo . aliâs ſecus , vt 20 latius per Bart. in dicta l.iubemus.

idoneam ſecutus [n] eſt: beneficio amplißimi ordinis,quod factū eſt de interceſsionibus fœminarum, te tueri potes. PP.xviij. Calend. Septembr.Peregrino & Æmyliano Conſ.

¶ Mulier poteſt renunciare iuri hypothecarum.h.d.Bal.& Sali.

Idem A.Hæboræ. LEX XI.

ETiam [o] conſtante matrimonio ius hypothecarum [p] ſeu pignorum marito remitti [q] poſſe, explorati iuris eſt.PP.viij. Calen. Octob. Peregrino & Æmyliano Conſ.

¶ Mulier obligans ſe pro dote filiæ non iuuatur Velleiano.hoc dicit. caue tibi, quia hoc intelligitur interueniente publica perſona : ſed ſi non interuenit publica perſona,dic ut infra eodem.l.antiquæ.§.fina.Bal.Vel ſic: Fauor dotis facit Velleianum ceſſare.h.d.Sali.

Impp.Valerian.& Gallien.AA.Sepidutæ. LEX XII.

SI dotare filiam volens [r] ,genero res tuas obligaſti: pertinere ad te beneficium ſenatuſconſulti falsò putas. Hanc enim cauſam [s] ab eo beneficio eſſe remouendam prudentes viri putauerunt [t] . PP. ix.Calend.Mart. Tuſco & Baſſo Conſ.

¶ Mulier accipiens mutuum, obligatur ex eo: nec refert,qualiter utatur, ſed qualiter contrahat. Bald. Vel ſic : Mulier ſi principaliter mutuum recipiat,non iuuatur:licet poſtea in alienos uſus conuertat. hoc dicit. Salice. Vel ſic: Quando mulier contrahit,& pro ſe, licet utilitatem contractus transferat in alium , etiam creditore iuuante,non iuuatur Velleiano. Paul. de Caſtr.

Impp.Diocletianus & Maximianus AA.Condianæ. LEX XIII.

SI fœnebris pecunia iuxta fidem veri [v] à creditore tibi data eſt:ſiue tota quantitas [x] fœnoris,ſiue pars eius in vſum mariti proceſsiſſe proponatur : decreto patrum [y] non adiuuaris,licet creditor cauſam cōtractus non ignorauerit [z] .D.iij. Calend. Septemb. ipſis AA.& Conſ.

¶ Exceptio Velleiani competit etiam fideiuſſori,niſi ſucceſſerit principali.Sali. Vel ſic: Exceptio Velleiani competens mulieri,cōpetit etiam

p ¶ Hypothecarū.] exceptis ijs,quæ ſpecialiter ob dotem obligātur, ſecundum quoſdam.

q ¶ Remitti.] duabus rationibus videbatur cōtra , & ꝑpter Velleianū, quo ſuccurritur mulie- 30 ribus,ſicut ſi rem ſuam obligant pro alio, ſed tamen hîc ſecus eſt:vt.ff.e. l.quamuis. in princip. & propter donationē, quæ fit inter virum & vxorem, ſed nec hoc nocet: quia nō dicitur donatio vt hîc,&.ff.qui mod.pig. vel hyo.ſol.l j.&.l.Luci⁹. 40 &.ff.quæ in frau.cre.l. ſi pignus. & de lega.iij.l. iij.§.fi.Et loquitᷓ hæc lex quando remiſsio fit viro generaliter. nā qn̄ fit alij cōtrahenti cum viro, vel in re vna, vel certis,loqtur.j.e.l.iubemus.

SI dotare.] CASVS.Si mulier ꝑ 50 filia ſua genero ſuo dotē cōſtituit, & pro ea res ſuas obligauit:an iuuetᷓ ꝑ ſenatuſcō.Velleia. quęritur?Rñ.ꝙ non.& hoc reſpondent Iuriſperiti.

r ¶ Volens.] ô mater.

s ¶ Cauſam.] ſ.dotis.

t ¶ Putauerunt.] fauore dotis eſt hîc ſpecia- 60 le:vt.j.e l.generaliter.et ff.de cōdi.indeb.l. cū his. § penul.ſimiliter ſunt & alij caſus,in quibus ceſſat Velleianum : vt dices.j.e. l.generaliter.

SI fœnebris.] CASVS. Mulier accepit pecuniā mutuam,vt eam daret viro 70 ſciente creditore:an iuuatur beneficio, quæritᷓ? Dicitur quòd non.

v ¶ Fidem veri.] ideſt ipſa rei veritate , non in fraudem accipienti.

x ¶ Tota quantitas.] i.tota quantitas, quæ fœnori data fuit.

y ¶ Patrum.] i.ſenatorum,ſed iure ciuili,quo impediūtur donationes in- 80 ter virum & vxorem,iuuaris:inquantum tu pauperior,& ipſe eſt locupletior:vt.ff.de dona.inter virum & vxo.l.j.&.l.ſi ſponſus.§.circa.

z ¶ Ignorauit.] imò videtur eam iuuari,ſi creditor ſciuit : vt.ff.eodem. l.Seia.§.fina.quæ eſt contra.Solu.hîc ſciuit eam accipere,vt marito donaret: ibi vt ſe vel rem ſuam pro viro obligatam liberaret.Item ſecus,vbi daret marito,cùm mulierem mandaſſe pro alio ſciret.nam tunc iuuatur : vt & argu. contra.ff.eodem.l.fina.§.ſi mulier ne ipſa.&.l.ſi fideiuſſores. et.l.quamquā. Vel dic quòd in.l.Seia.eo animo accepit ab initio,vt ſoluat in cauſam mari-

ti:hîc non.sed posteà mutauit voluntatem secundum M.vel refert ibi scientiam ad illam intercessionem,quam fecit patiendo virum obligare rem suã, quæ est intercesio:vt.s̃.eod.l.si fine.hîc autem ad mutuum factum mulieri. Vel vbi fuit fraus facta senatusconsulto:quia cùm fideiuberet pro marito,creditor maluit mulieri dare pecuniã:vt.ff.eo.l.quãuis.§.si cùm essem.&.l. quidã.hîc non fuit hęc fraus.

MVliere.] CASVS Mulier fideiubens pro alio non tenetur. an autẽ fideiussor eius,si primo fideiussit,& de illa fideiusione fideiussorem dedit teneatur, queritur? Respõde quòd non.sed si ei sucesit, pro quo intercesit nõ iuuat.

a ¶ Posse intercedere.] cum effectu.

b ¶ Fideiussorem.] etiam si animo donandi intercesserit:vt.ff.eod.l.si mulier. iij. §. si ab ea. Accur.

c ¶ Marito.] pro quo intercesit.

d ¶ Nõ extitit.] si autem extitit,aut intercesserat sic à principio, vel ex postfacto,quod principaliter tenebatur:& tũc tenetur, & exceptionem amittit:vt.ff.de solu.l.Stichum.§.aditio.aut assessoriè,& tũc tollitur assessoria, & remanet principalis:vt.ff.de fideius.l. generaliter.in prin.

SI vxor.] CASVS Mulier volebat intercedere p marito suo creditore nolente eam recipere: mandauit Titio,vt pro ea fideiuberet,et fideiusit.an teneatur, quæritur? Dicitur q non: sed ei conuento dabitur exceptio Velleia.

e ¶ Securitas.] vt.ff.eo. l.si mulier.iij.§.fin.&.l.si fideiussores.

SI mulier.] CASVS. Tenetur mihi Titius in.x. animo nouandi: accepi mulierem, quæ in se recepit obligationem:an iuuetur per senatuscon? Dicitur q sic. sed an in veterem debitorem mihi detur actio,quęritur? Dicitur q sic.

f ¶ Suscepit.] animo nouãdi vel ab initio:vt.s̃. eo.l.senatusconsultum.

g ¶ Rescissoria actio.] i. restitutoria datur:quæ scilicet prius dabatur.Vel institoria.i.quę erat danda:vt &.ff.eod.l. quamuis.§.quoties.&.§.si mulieri hæres.&.§.si cũ essem.& hoc verum est, etiam si creditor sciuit mulierem non teneri:nõ tamen eam decepit:vt.ff. e.l.quidam.& de fideius. l.si Titius.Item est verum etiam sub conditione ea obligata.nam etiam interim hac actione agitur: vt ff.eo.l.aliquando.§.fi.

fideiussori suo & mandatori:uel ei, cui ipse cui mandauit.h. d.cũ.l.seq.Pau.de Cast.

Idem AA.& CC.Basilissæ.

LEX XIIII.

MVlierem contra senatuscõsulti Velleiani authoritatẽ non posse intercedere [a], eademque exceptione fideiussorem [b] ei⁹ vti posse,iuris authoritas probat. Vnde si mater tua marito [c] quondã suo hæres non extitit [d], satis idoneæ exceptionis remedio tuta est.PP.viij.Calen.April.Byzantij.CC.Cons.

¶ *Qui mandato mulieris pro alio promittit, ab ipso initio efficaciter non tenetur. hoc dicit Bald.*

Idem AA.& CC.Agripino. LEX XV.

SI vxor pro marito contra senatusconsultum intercessura te rogauit mandatorio nomine, vt pro ea tuam fidem obstringeres:initio contractus per exceptionis auxilium obligationi tuæ adhæsit securitas [e], qua conuentus defendi potes.PP. xviij. Calend. uñ.Sirmij.CC.Cons.

¶ *Muliere subducta,datur in antiquum debitorem rescissoria.Bald.Vel sic: Si mulier alienam obligationem in se transtulit animo nouandi: creditori cõtra debitorẽ restituitur vtilis actio prima sicut suprà.eo.l.si paternam.in fin. Pau. de Cast.*

Idem AA.& CC.Rufino.

LEX XVI.

SI mulier alienam suscepit [f] obligationem:cùm ei per exceptionem Velleiani senatusconsulti succurratur, creditori cõtra priores debitores recissoria [g] actio datur.PP.xvij. Calend. Februar.Sirmij CC.Cons.

¶ *Si nomen uxoris simulatè est appositum in instrumento loco uiri: obligatio est ipso iure nulla ratione simulationis:unde non est hic locus exceptioni Velleiani, sed nullitati ipso iure.Bald.*

Idem AA.& CC.Alexandro.& alijs.

LEX XVII.

SI cũ pater vester à Callistrato mutuã sumpsisset pecuniã,velut hanc eius vxor accepisset, instrumentum conscriptum est:nec ad exceptionis tractatum ex senatusconsulto venientem peruenire necesse est:cùm eam [h] veritatis substantia constituta potius, † quàm simulata [i] gesta tueatur. iij.Id.Martias CC.Cons.

SI cum.] CASVS Callistratus accepit pecuniam mutuò, & inde factum est instrumentum,q vxor sua non ipse accepit mutuam pecuniam:an mulier iuuetur?Respon.q cessante exceptionè Velle.magis respiciẽdum est quod actum est,quàm quod scriptum est: & ita vir tenetur:vxor verò non tenebitur.

h ¶ Eam.] s.vxorem : quæ ipso iure tuta est:quia non est recurrendum ad extraordinarium iudicium:vt.ff.de mino.l.in causæ.ij.in princ.

i ¶ Simulata.] vt.s̃.plus vale.quod agitur &c.l.j.&.l.acta.&. l. si quis.

FOeminis.] CASVS Si mulier animo nouãdi trãferat in se obligationẽ,quatenus Titius tenebatur Seio:sibi succurritur,nisi Seium decepisset,quo casu si ipsa excipiat de Velleiano,replicabit Seius de dolo.

k ¶ Veteres.] per nouationem transferendo in se veterem obligationem, vel suscipiendo iudicium, vel patiendo se delegari : vt. ff. de noua.l. delegare. j. &. ff. de solu. l. solutionem. vel dic veteres fideiubendo.constituendo, vel etiam mandando : vt.ff. manda. l. si verò non remunerandi. §. si post creditam. Item quod subijcit nouas, puta cùm erat contracturus cum alio,creditor elegit mulierem in fraudẽ senatusconsul. vt infrà. l. proxi.& in primo casu datur restitutoria : in secundo institoria, id est actio, quæ in creditore dabatur, vel erat danda: vt.ff.eod.l.quamuis.§.si cùm essem.&. §. quoties.

l ¶ Nisi creditor.] vt &.ff.e.l.ij.& de regu. iur. l.in eo quod plus. §. fi. & de except. do. apud Celsum.§.Marcellus.in fine. §. vel nisi similis sit casus,vt dices. j.eo.l.fi.

m ¶ Deceptus sit.] qa deceptis & non decipientibus iura subueniunt: vt.ff.eo.l.ij.Sed & si vterque sciuit,non dico cessare senatusconsul. vt quidam dicunt:quia non videtur cœlatus &c.vt.ff.de actio. emp.l.j.§.fi.H.

† Potior, quã simulata gesta&c.

Deceptis subuenien, dum est.

¶ *Mulieri creditorem decipienti non datur exceptio Velleiani.Pau.de Cast.*

Idem AA.& CC.Zotico. L. XVIII.

FOeminis alienas,vel veteres [k] vel nouas obligationes aliqua ratione suscipiẽtibus subuenitur: nisi [l] creditor aliqua ratione per mulierem deceptus sit [m].nam tũc replicatione doli, senatusconsulti exceptionem remoueri, constitutum est.D.v.Id.Nouemb. Antiochiæ.CC.Cons.

¶ *Mulier etiam si in eius persona obligatio sumat exordium,iuuatur beneficio Velleiani. Bal. Vel sic: Mulier iuuatur Velleiano, si creditor potius eligat cum ea contrahere,quàm cum masculo.Salice.*

Idẽ AA.& CC.Faustinæ. LEX XIX.

CVm ad eas etiam obligationes [n], q̃ ex mulieris persona calliditate creditoris sumpserunt primordium, decretum patrum, quod de intercesione fœminarũ factũ est, pertinere edicto perpetuo [o] declaratur:si tamẽ creditor, qui cõtrahere cum alio proposuerat,mulieris personã elegit:exceptione cõtra petitores secundum ea, quæ asseueras, defendi potes [p].D.xviij.Calend.Ianuar. Nicomediæ.CC.Cons.

CVm ad eas.] CASVS Si fideiubeat mulier, etiam quando per calliditatem creditoris obligat se, non tenetur.verbi gratia, creditor alicui masculo pecuniam mutuare proponebat,& fœmina pro masculo debebat intercedere:posteà noluit eam accipere p fideiussore: sed fecit,quòd mulier cõstituit se ream & principalẽ debitricem, quãuis alius pecuniam reciperet, an iuuetur, quæritur. Dicitur quòd sic.

n ¶ Etiam obligationes.] non solùm ad eas, quando intercedit in veterem:vt.s̃.eo.l.senatus.

o ¶ Perpetuò.] id est generali.

p ¶ Defendi potes.] scilicet tu mulier : vt. ff. eodem.l.quamuis. aliâs.l. non putant.§.si cùm essem.Accur.

¶ *Exceptio Velleiani etiam mittitur ad hæredem.h.d.Bal.& Sali.*

Idẽ AA.& CC.Theodotiano. L. XX.

HÆredes quoq; mulieris aduersus creditores eadẽ exceptione, quæ ex senatusconsulto introducta est,vti posse dubiũ [q] non est [r]. D.ix.Calend. Ianuarij, ipsis.CC.Cons.

HAeredes] CASVS. Nõ solùm mulier si intercesit iuuatur,sed & eius hæredes.

q ¶ Dubium.] apud sapientes.

r ¶ Dubiũ non est.] & ideo restitutoria datur similiter in hæredes: vt ff.eo.l.hæ actiones.sed videtur exceptionem non dari hæredi,cùm persona facit locum beneficio : vt ff.de regu.iur.l.in omnibus.iij.sed hoc speciale.Vel aliter [a] hoc non est speciale,quia istud beneficium est reale:& ideo transfertur cum re.& quòd sit reale dicit.l.ff.de excep.l.exceptiones.ij.

a Ad intellectũ huius gl. vide gl. & ibi scribẽtes in.c.priuilegiũ personale.lib. vj.de reg. iur.

Exceptio Velleiani realis est.

¶ *Generalis renunciatio restringitur ad contractum,super quo interponitur.Bal.*

Imper.Anastasius A. Celeri magistro officiorum. LEX XXI.

IVbemus, licere mulieribus & pro vno contractu, vel certis contractibus, seu pro vna, vel

IVbemus.] CASVS. Certum est,quòd mulier habet omnia bona mariti tacitè obligata pro dote sua.pone ergo, quòd aliquis vult contrahere cum marito alicuius mulieris,sed dubitat contrahere : quia sunt omnia bona sua tacitè obligata mulieri. an ipsa posit renunciare iuri hypothecæ vel pignoris, quæritur? Respond. quòd sic. sed tamen si renunciauit in vno contractu vel duobus etiam verbis generalibus, non debet hæc renunciatio trahi ad alias personas, nec ad alias

res vel

res vel alios contractus nisi de quibus actum est. & hæc quæ dicta sunt. locũ habent in contractibus futuris & præteritis.

a ℭ Certis personis.] contrahentibus cum viro.
b ℭ Custodiri.] vt & habes. s. eod. l. etiam.
c ℭ Coarctetur.] ar. contra generalitatem, vt non trahatur nisi ad ea spe cialia, de quibus est cogitatum: vt. ff. de transac. l. cũ aquiliana. & . l. qui cum tu toribus. & . s. de transa. l. si 10 de certa. & . ff. qui. mo. pi. vel hyp. sol. Paulus. in pri.
d ℭ Præcedentibus.] s. contrahentibus.

Generalitas trahitur ad ea tantũ de quibus est cogitatum.

† Concor. glos. j. post medi. inver. sicut potes videre in si mulie. c. si diligẽti. de fo. compe.

S Iue.] C A S V S. Lex antiqua dicit, qualiter mulieri p̃iudicatur si renũciet iuri hypothe. quod habet in rebus mariti. hæc authen. 20 addit. q̃ aliqñ p̃iudicat si bi de dominio alicui⁹ rei sibi donatæ. pone q̃ ego vel alius pro me dedit no mine sponsalitiæ sponsæ meæ fundũ quæritur, an illud p̃dium possem alienare? Dicit q̃ nõ. & si mu lier cõsentiat: q̃a si alieno, habebit rei vendi. soluto 30 matrimo. vel me ad inopiã vergente. Si verò mu lier post biennium cõsentit alienationi, quã habet ratã, sibi p̃iudicat, si habeã alias res, ex quibus satisfiat ei p̃ p̃dio illo. si nõ habeã, nõ præiudicatur ei ergo autẽ obligor illis, q̃ mecũ contrahunt. hoc in 40 donatione: non ita in do te. ideo eni priuilegia do tis manent integra: quia dos alienari non potest.

Donatio propter nuptias est in dominio vxoris.

e ℭ Donatio.] supple & pactum de ea lucrãda alias malè diceret statim ita dari mulieri rei vendi cationem soluto matrimo 50 nio cũ deberet redire ad virũ: vt dos ad mulierem vt. j. de pact. conuen. aut. æqualitas.
f ℭ Immobile.] in re bus vxoris mobilibus sta bo iuri veteri.
g ℭ Neque obligare.] cũ mulieri est obligatũ p̃ dote vel veri⁹ imò 60 est ei⁹ dominiũ sicut do tis dñium est viri: & ideo dabit statim actionẽ in rẽ.

† Concor. cum hac au then. gl. su. per verbo, alienat. in c. ex parte vestra. ex. trã de resc.

h ℭ In rem actionem.] quæ datur iure dominij. vel posset dici hy pothecaria. prima placet.
i ℭ Insponsalitia.] i. in donatione propter nu 70 ptias. sicut patet in aut. vt spon. larg. specialis &c. colla. ix. propriè autem di citur ea, quæ fit ante matrimoniũ, quæ valet sicut quælibet simplex donatio vt. et. s. si aduersus donatio nem. l. j. Accur.
k ℭ His.] id est nisi hi duo sint scilicet quod sint 80 aliæ res, & secundus consensus: vt. j. eo. l. si mulier.

Sponsalitia largitasque dicitur.

l ℭ Et multo magis.] hæc referunt quidam ad omnia prædicta. & sic etiam dos poterit alienari inæstimata secundum hunc modum, quod nõ pla cet: quia male diceret, & multò potius &c. Dic ergo secundum Ioan. vt refera tur ad id tantum quod dixit de prohibenda alienatione, non ad id quod de permittenda. in dote ergo & si milies consentiat, & post tempora, non præiu dicat sibi: vt insti. qui. ali. licet. in princip. Alij dicũt, vt iaco. quòd loquitur hæc clausula de rebus immobilibus datis in dotem æstimatis: quæ licet possint quantum ad proprietatem alienari: quia maritus est dominus rei dotalis: remanent tamen obligatæ mulieri. Vel intelligitur de rebus mobilibus datis in dotem inæstimatis, quæ seruari possunt: vt seruus. aliud in ijs, quæ non possunt seruari: quia sine huiusmodi solennitate alienantur[a]: vt. ff. de iure dot. l. res in dotem datæ.

certis personis [a] seu reb⁹, iuri hy pothecharum sibi competenti per consensum proprium renunciare † quodq; ita gestum sit, hac autho ritate nostra firmum illibatũque custodiri [b] : ita tamen, vt & si ge neraliter tali renunciatione pro vno (vt dictum est) contractu, seu certis contractibus, vel ad vnã vel ad certas res seu personas con sensum proprium accommodan tes vsuræ sunt, vel fuerint, eadẽ renũciatio ad illos cõtractus & il las res seu p̃sonas, q̃bus cõsensum sum propriũ accõmodauerũt vel accõmodauerint, coarctet [c] : nec a lijs quibusdã contractibus, quibus minimè mulieres consenserunt, vel consenserint, p̃tendentibus [d] eam opponendi licentia præbeatur: Ijs scilicet omnib⁹, quę in præ senti per hanc consultissimam le gem statuimus, ad præteritos ni hilominus contractus, pro negotijs & controuersijs necdum trãsa ctionibus vel definitiuis sẽtẽtijs seu alio legitimo modo sopitis, lo cum habituris. Dat. Caled. April. Anatolio & Agapito Cons.

In authen. vt immobilia ante nu.

dona. §. si quis igitur. colla. v. con sti. xiiij.

ℭ *Alienatiõi siue obligatiõi rei donatæ propter nuptias mulier consentire non potest nisi certa forma hic expressa, & in casu, quo dos est salua futura, non obstante consensu uel renuntiatione. hoc primò. In dote autem non solùm est dicta prohibitio, sed maior: quia si ualeret renunciatio, dos esset peritura. & hoc in re immobili. Tertiò dicitur, quòd per hanc authen. non dero gatur priuilegijs dotis: quia uenit ab priuilegia amplianda, non minuenda. h. d. Sal.*

S Iue à me †, siue ab alio pro me fiat donatio [e] propter nuptias quod ex ea causa est immobile, [f] neq; alienare valeo, neque [g] obligare, in hoc ergo contractu mulie ris cõsensus nihil proficit, quo mi nus demus mulieri in rem actionem [h] in spõsalitia [i] largitate soluto matrimonio: nisi & secundo post biennium profiteatur, & aliæ res viro sint, ex quibus ei consuli possit. Absq; his [k] enim neq; si fre quenter cõsentiat, lædetur: vir ta men obligabitur in alijs rebus suis huius obligationis seu alienationis occasione, quæ quantũ ad mu lierem pro nõ dicta & pro nõ scri pta habetur, & multò magis [l] idẽ in dotibus locum habet, vt nõ aliquid immobile. [m] pro ea. [n] alienetur vel obligetur: omnibus tamen priuilegijs dotis datis, in sua firmi tate durantibus, siue agat mulier, siue nomine eius alius.

ℭ *Secunda intercessio mulieris post biennium facta, aufert mulieri beneficium Velleiani. h. d. Bal. & Salice.*

Imperator Iustinianus A. Iuliano præfect. præto. LEX XXII.

ij SI mulier perfectæ [o] ætatis cõ stituta, post intercessionẽ vel cautionem [p] conscripserit, vel pi gnus aut intercessorem præstite rit: sancimus antiqua legum va rietate cessante, siquidẽ intra bien nale iuge tẽpus post priorem cau tionem numerandum, pro eadem causa fecerit cautionẽ, vel pign⁹, aut intercessorem dederit: nihil sibi præiudicare, q̃ adhuc ex cõse quentia suæ fragilitatis in secundam iacturã inciderit [q]. ℭ Sin autem post biẽnium hæc fecerit: sibi imputet, si quod sæpius cogitare poterat & euitare, non fecit, sed vltrò firmauit. Videtur etenim ex huiusmodi temporis prolixitate non pro aliena obligatione se illi gare, sed pro sua causa aliquid age re, & tàm ex secũda cautione [r] se se obnoxiam facere, inquantũ hoc fecit, quàm pignus aut intercesso rem vtiliter dare.

In authen. vt nulli iu

d. li. ha. lo ci serua. §. & illud. col. ix. cõsti. ix.

ℭ *Mulier consentiẽs obligationi uiri, uel se aut rem suam obligans, ipso iure sibi non præiudicat, nisi quatenus probetur in rem eius uersum. hoc dicit. Bal.*

SI qua mulier crediti instrumẽ to cõsentiat proprio viro, aut scribat, & propriam substantiam aut seipsam obligatam faciat: iubemus hoc nullatenus [s] valere:

m ℭ Immobile.] hoc verbum non est in corpore.
10 n ℭ Pro ea.] & ea viuente. si autem esset mortua, hæc priuilegia non transirent ad extraneos hæredes, sed ad suos: vt. ff. solu. matri. l. etiam. &. j. de priuileg. do. l. vna. & . j. qui. potio. in pig. habe. l. vlti. & in cor. vnde hæc sumitur, 20 in fine.

a Ratio est quia tales res dietim corrumpũtur: vnde ea rũ rerũ nõ habetur sti matio. l. marcellus. §. resque. ff. ad trebe. saltem post triennium, in quod prę sumptione iuris innuũ tur perijsse gl. i. c. j. C. si aduer. v. suca. quod bene no.

S I mulier.] C A S V S. Mulier. xxv. an. fideiussit p̃ me: postea intra biennium cõfirmauit suam fideiussionem, quia dedit creditori aliquod pignus: vel fecit instrumentum: quæritur, an per talem con 30 sensum sibi pręiudicet? Dicitur q̃ nõ. Sed si post biennium dedisset credi tori, bene tenetur.
o ℭ Perfectæ ætatis.] xxv. an. vt supra de ijs q̃ ve. æta. l. si.
p ℭ Vel cautionem.] nomine cautionis intelli gitur nuda promissio. j. 40 de verb. sig. l. sancimus.
q ℭ Inciderit.] vt. ff. de mino. l. iij. §. scio.
r ℭ Cautione.] plus er go duæ confessiones ope rãtur, quàm vna: vt & su prà. de plus peti. l. j. in fi. & . j. de præscript. xxx. an. l. cum notissimi. §. sed & si quis. & . j. tit. j. l. in con 50 tractibus. §. j.

S I qua.] C A S V S. In antiqua lege dictum est, q̃ post biennium consentiendo mulier sibi præiudicat confirmando quod pri⁹ fecerat: aut ponit casum, quando non pręiudicat, & si pluribus vicibus ap 60 probet quod fecerat. po ne ergo, quòd Titius volebat alienare substantiã vxoris suæ, qđ nihil est: imò loquitur in creditore, p quo intercessit &c. ipsa consensit in publico instrumẽto: an sibi præiudicet, queritur? Dicitur quòd non.
70 s ℭ Nullatenus.] ipso iure, etiã si iurauit: vt. s. de legi. & constitu. l. non dubium. Et not. q̃ ar gu. huius legis sumpserit quidã aut. talem: sed ho die non tenetur, nisi probetur manifestè pecuniã in vtilitatem mulieris cõ uersam: & sic dicunt ho 80 die non habere locum

Velleianũ an hodie lo cũ habeat.

Velleianum: quia aut non est versa, & non tenetur ipso iure: aut est versa, & ipso iure tenetur cum effectu. quod non placet: quia etiam per posteriorem aut. de hæredibus ab intest. §. ex his. colla. ix. renunciatur Velleiano: ergo locum habet. Est ergo quod hîc dicit speciale: cùm pro viro intercedit ea ratione, qua & donationes prohibitæ sunt. s. ne mutuo amore &c. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. j. §. ij. & iij. in prin. vel secundum B. potest intelligi hæc aut. eo casu loqui, cùm mulier in instrumento publicè confecto & à tribus testibus subsi-

gnato confessa est se ptiū recepisse ꝑ intercessione: olim eñ tūc cessabat Velleianū: vt: vt. j. l. antiquæ, hodie nō vt hîc. nisi probetur illud pretiū in vtilitatē eius esse versum. & sic in aliquo corrigitur. l. antiqua per authē. istā.

ANtiquæ.] CASVS. Si mulier accepit pecuniam vt fideiuberet, nō iuuat, & hoc ī prima. Sed si ostēdatur publicū instrūm tribus testib⁹ subsignatis, in quo contineatur mulierē pro fideiussione pecuniā accepisse: instrumēto stabitur. & hoc in secunda. Si verò sine scriptis intercesserit aut debet creditor probare mulierē accepisse pecuniā, & nō iuuatur. aut si non probet, mulieri succurritur. & hoc in tertia. Si verò alicui mulieri inopi pecuniam dedi vt ꝑ me intercederet, & intercessit si cōueniatur à creditore non iuuatur. Et si ab ea aliquid accipiat: potest residuū petere à me. & hoc in quarta. Si verò mulier velit se obligare ꝑ alio fideiubendo pro eo: non aliter tenetur, nisi intercedat in instrumento publicè confecto: & à tribus testib⁹ subsignato. et hoc in quinta.

a Retia.] i. dispositiones ex iure profectæ.

b Nodos.] i. per similitudinem.

c Accipiens.] & hoc non negat.

d Sed si quidem.] Si constet eam aliqui accepisse, non iuuatur. si verò de hoc dubiū sit, sic ꝓbatur, vt sequitur.

e Esse credēdum.] An admittatur probatio in contrariū? Respōd. non quia p̄sumptio est iuris & de iure, cōtra quā nō recepit ꝓbatio: vt & j. arb. tu. l. fi. & s. tit. j. l. fi. & sic nō ob. j. de cōtrah. & cōm. stip. l. optimā. & j. tit. proximo. l. in contractibus. in princ. & s. de proba. cum precibus. & j. de don. cau. non nu. l. finali. quæ sunt contra. Itē nec obest ei, quod dicit. j. in versicul. sinautem. super versiculo. repelli. nā ibi vult signari hoc contra. infrà eodem. §. fi. quia ibi in primo dicto secundum B. nihil accepit. Et est ratio, quare hîc non potest probari contrariū: quia per huiusmodi confessionem à iure speciali receditur, scilicet à beneficio Velleiani: quod facilius sit quàm si à communi iure vellet recedere sicut erat in contrarijs legibus: vt in authentica de non alie. §. quia verò verisimile. in fine. colla. secunda. Alij dicunt quòd hoc euenit, quod non potest probari contrarium:

Præsumptio iuris & de iure non admitit probationē in cōtrarium.

Renūciat facilius iuri speciali cōtra cōmuni.

siue semel siue multoties huiusmodi aliquid pro eadem re fiat: siue priuatum siue publicum sit debitum: sed ita esse, ac si neq; factum quicquam, neque scriptum esset nisi manifestè probetur, quòd pecuniæ in propriam ipsius mulieris vtilitatem expensæ sint.

Mulier fideiubens non gratis sed aliquo recepto, non iuuatur beneficio Velleiani, sed efficaciter obligatur: quia non uidetur intercessisse ex leuitate vel fragilitate sexus sed pro præmio consequendo. hoc dicit primò. Et si hoc contineatur in instrumento publico subscripto à tribus testibus, statur suæ confessioni absque alia probatione. aliquo autem istorum deficiente, nō excluditur à beneficio Velleiani, nisi efficaciter probetur, quòd pretium uel præmiū receperit aliter quàm per eius confessionem. hoc dicit secundò. Et eo casu quo pretium receperit: & sic excluditur à beneficio Velleiani, si intercessit transferendo in se obligationem animo nouandi & sic est facta nouatio. quatenus tamen mulier non est soluendo, restituitur actio in pristinum debitorem. hoc tertiò. Item quando non recepit pretium uel pecuniam, si non intercedit cum instrumento publico continente subscriptionem trium testium. ipso iure seruatur illæsa. si autem cum tali instrumento, iuuatur Velleiano: & omnes leges huius tituli tunc uendicant sibi locum. hoc dicit ista singularis lex & utilis inducēs de nouo, quæ de iure ueteri non erant inducta. Paul. de Cast.

Idem A. Iuliano præ. præ.

LEX XXIII.

ANtiquæ iurisdictiōis retia [a] & difficillimos nodos [b] resoluentes, & superuacuas distinctiones exulare cupientes, sancim⁹, mulierem, si intercesserit, siue ab initio, siue posteà aliquid accipiens, [c] vt sese interponat, omnimō teneri, & non posse senatuscōsulti Velleiani vti auxilio: siue sine scriptis, siue per scripturam sese interposuerit. Sed si [d] quidam in ipso instrumento intercessionis dixerit sese aliquid accepisse & sic ad intercessionem venisse, & hoc instrumentum publicè confectum inueniatur, & à tribus testibus consignatum: omnimodo esse credendum [e] eam pecunias vel res accepisse, & non esse ei ad senatusconsulti Velleiani auxilium regressum. Sinautem sine scriptis intercesserit, vel instrumento nō sic confecto: tunc si possit stipulator ostendere [f] eam accepisse pecunias vel res, & sic subiice obligationem: repelli eam à senatusconsulti iuuamine. Sin verò hoc minimè fuerit ab eo approbatū: tunc mulieri superesse auxilium [g], & antiquam [h] actionem aduersus eum [i] seruari [k] pro quo mulier intercessit, vel ei [l] actionem parari.

Mulier quæ pro fideiubendo aliquid accipit, in se obligationem alterius animo nouandi transferendo, primò debet excuti: & quatenus non est soluendo, restituitur actio contra ueterem debitorem. hoc dicit: & iste casus non reperitur alibi. Bal. & Sali.

Sed si minus idoneæ mulieri constitutæ aliquis [m] pecunias vel res dederit, vt pro eo se obligaret: mulieri quidem, quæ reuera hæc accepit [n]: nullius pateat aditus ad senatusconsulti authoritatem: creditori autem liceat aduersus eam venire, & quod potest, ab ea exigere, & in reliquum, antiquum debitorem aggredi, vel in partē, si aliquid à muliere possit accipere: vel in totum, si ea penitus inopia fatigetur.

Iste. §. est ualde not. & hoc dicit. Mulier in instrumento publico à tribus testibus subscripto intercedens obligatur: tamen ualet beneficium Velleiani in casibus, in quibus dictum beneficium loquitur. sed si omissa hac forma intercedit, ipso iure non obligatur. h. d. Bal.

Ne autem [o] mulieres perperam sese pro alijs interponant, sancimus, non aliter in tali eas contractu posse pro alijs se obligare, nisi instrumento publicè confecto, & à tribus testibus subsignato, accipiant homines à muliere pro alijs confessionem. tunc etenim tantummodò eas obligari, & sic omnia tractari, quæ de intercessionibus fœminarum vel veteribus legibus cauta, vel ab imperiali authoritate introducta sunt. Sin autem extra eandem obseruationem mulieres acceperint intercedentes: pro nihilo habeatur huiusmodi scriptura, vel sine scriptis obligatio, tanquam nec confecta, nec penitus scripta: vt nec senatusconsulti auxilium imploretur, sed sit libera & absoluta, quasi penitus nullo in eadem causa subsecuto.

Mulier intercedens pro libertate, tenetur efficaciter libertatem fouere. & est speciale. hoc dicit. Bald. Vel sic: Fauor libertatis facit cessare Velleianum. hoc dicit. Vel sic: Mulier intercedens pro seruo ut consequatur libertatē, non iuuatur Velleiano, hoc dicit. Sali.

Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

LEX XXIIII.

VEterum ambiguitatem decidentes, sancimus, si quis vt seruo suo manumissionem imponat, mulierem acceperit obnoxiam sese pro certa quantitate facientem: si in libertatē seruū perduxerit, siue principaliter mulier sese obligauit, siue pro seruo hoc fecit, teneri eā rectè omnimodò, senatusconsultum Velleianum in hoc casu tacere imperantes [p]. Sa-

quia testes subsignauerūt. secus si non subsignauerūt: vt in cōtrarijs. Tertij dicunt non probari cōtrariū. s. per duos testes: cùm & instrumentū vicem habeat duorum testium: vt. s. de fide instru. l. in exercēdis. sed per tres vel per plures sic: vt in contrarijs. Accur.

f Ostendere eam.] cùm ipsa neget.

g Auxilium.] Velleianum. s. hoc hodie ipso iure sunt illæsæ: vt. j. e. §. ne autem.

h Antiquam actionem.] quæ nō est sublata: vel si est sublata, vel non nata, tūc nouam parit: vt. ff. eo. l. quamuis. §. quoties. & §. si cū essem.

i Eum.] debitorem.

k Seruari.] scilicet creditori.

l Vel ei.] scilicet creditori.

m Aliquis.] debitor.

n Accepit.] Et hoc constat. Accursius.

o Ne autem.] Bul. dicit hunc. §. nihil innouare in his casibus, vbi Velleianum mulierib⁹ olim non succurrebat: sed in illis tantùm, vbi ab obligationibus eas eximebat. in quib⁹ nisi sic intercessio fiat, in scriptis seruātur ipso iure illæsæ: sed si fiat intercessio hoc modo, tunc ope exceptionis. & sic principiū huius legis non corrigitur per hunc §. nec duæ sequētes. ll. veterū & generaliter, quæ post istam sunt. Sed M. dixit hūc. §. generaliter loqui, cùm dicat intercessione sic facta omnia tractari, quæ de intercessionibus cauta sunt veterib⁹ legibus vel nouis. & sic nisi sic intercedat in instrumento publicè confecto, & à trib⁹ testib⁹ subsignato: ipso iure est tuta, etiam in illis casibus, vbi olim nō iuuabatur: & sic corrigit hic finis huius legis principium. & debet esse hæc vltima in hoc titu. secundum eum: vt sic duæ sequētes per hanc corrigantur. si autem intercedat sic, vt hîc dicit, tunc in illis casibus vbi olim non iuuabatur, nec hodie iuuatur. in q̄bus olim iuuabatur, et hodie iuuetur similiter, nō ipso iure, sed ꝑ exceptionem Velleiani. Prima opinio verior est.

VEterū.] CASVS. Seru⁹ tuus promisit tibi. c. vt eū manumitteres: mulier fideiussit pro eo: an iuuet, quærit? Dicit q̄ non. hoc est fauore libertatis.

p Tacere imperantes.] fauore libertatis: vt & arg. ff. e. l. aliq̄n. in prin. & ad hoc suprà, an seru⁹ ex suo facto. l. promissæ.

Perdere.

tis etenim acerbum est, & pietatis rationi contrarium, dominum serui qui credidit mulieri, siue soli: siue post serui promissionem † & libertatem seruo imponere, & suum famulum perdere[a], & ea minimè accipere, quib⁹ fretus ad eiusmodi venit liberalitatem.

Si maior ætate masculus uel fœmina dotem pro muliere promiserit. Velleianum cessabit. h. d. Salicetus. Vel sic: Mulier intercedens pro dote etiam nudo pacto efficaciter obligatur. hoc dicit. Vel sic: Dotis fauore cessat Velleianum. h. d.

Idem A. ad populũ vrbis Constantinopolitanæ & vniuersos prouinciales. LEX XXV.

Generaliter sancim⁹, vt si qs maior vigintiquinq; annis, siue mascul⁹, siue fœmina, dotem pollicit⁹ sit vel spopõderit ꝑ qualibet muliere cum qua matrimonium licitum est: omnimodo compellatur suam confessionẽ adimplere. neque enim ferendum est, quasi casu fortuito interueniente mulierem fieri indotatam, & sic à viro forsitan repelli, & distrahi matrimonium. Cùm enim scim⁹, fauore dotium & antiquos iuris conditores seueritatem legis sæpius mollire[b]: meritò & nos ad huiusmodi venimus sanctionem. Nam si spontanea volũtate ab initio liberalitatem suam ostendit: necesse est eum vel eam suis promissionibus satisfacere[c]: vt qđ ab initio spontè scriptum, aut in pollicitationẽ deductum est, hoc ab inuitis posteà compleatur: omni authoritate Velleiani senatuscõsulti in hac causa cessante[d].

TITVLVS XXX.

De nõ numerata pecunia.

DE NON NVmerata pecunia. *Superioribus senatusconsultis subuenitur ciuiliter[b] & naturaliter obligatis ratione speciali: hic ciuiliter tantũ obligatis succurritur ratiõe naturali. Et no. quòd non numerata pecunia dicitur etiam respectu creditoris: ut. j. eo. l. in contractibus. §. ij.*

Creditor nõ præsumitur numerasse, nisi probet, siue pignoratitia conueniatur, siue hypothecaria agat. hoc dicit. Bal. & Salicetus.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Hilario. LEX I.

SI pecuniam tibi nõ esse numeratam, atque ideo frustra[e] cautionẽ[f] emissam asseris[g], & pignus datum[h] probaturus es: in rẽ[i] experiri[k] potes. Nam intentio[l] dati pignoris, nec numeratæ[m] pecuniæ, non aliter tenebit, quàm si de fide debiti constiterit. Eademq́ue ratione veritas seruetur, si te[n] possidente pignus, aduersarius tuus agere cœperit[o].

Exceptio non numeratæ pecuniæ opposita respectu partis, idem operatur quo ad partem, quòd si opponeretur respectu totius ad totum. hoc dicit no. Bal. Vel sic: Exceptio non numeratæ pecuniæ sicut potest opponi pro tota quantitate confessata, & non numerata, ita pro parte non numerata. Pau.

Imp. Antoniñ. A. Maturio. LEX II.

MInorem[p] pecuniam te accepisse, & maiorem cautionẽ interposuisse, si apud eũ, q sup ea re cogniturus est, cõstiterit[q]: nihil vltra, quàm accepisti, cũ vsuris in stipulatum deductis: restituere te iubebit.

a ¶ Offerre.] & hoc eſt contra eundem Iac.manifeſtè.Nam & iuramẽti præſtatio eſt probatio [a]: vt.j̃.de iure delib.l.fi.§.licentia danda. Item ſi iuraui me furtum non feciſſe, nulla alia via de meo furto queritur:vt.ff. 10 de iureiuran.l. ſi duo patroni.§.idem Iulianus.& l.qui iuraſſe.§. ſi pater. ſic et hîc nulla via veniri poſsit contra:nec ergo teneor reſpõdere ad interrogationes factas de hmõi materia.Sed poteſt reſponderi ad id, qđ de iureiurando hîc dicit,qđ 20 ſit nouum ius.& ſecundũ id loquitur hoc quod habes.ſ̃ de iureiur.l.generaliter.§.ſin autem.

b ¶ In omni tempore.] ſ.biennij vel triginta dierum.

c ¶ Locorum.] vbi eſt contractus factus.

d ¶ Efficere.] vt & ſ̃.e. 30 l.ſi intra & l.cũ vltra.

e ¶ Si præſens.] hoc habes.ſ̃.de epiſc.audien. l.ſi præſens.et.l.fi.&.j̃.de an.excep.l. vt perfectius.

f ¶ Exceptione.] vt ſicut ſuperiores perpetuãtur,ſic et hæc.& ſic beno ſequitur authẽ.hanc aũt. quæ eſt de tempore non 40 ſolu.do.§.j.colla.vij.& ſecundũ hoc eſt contra ſ̃.ea.l.§.j.ſolue vt'ibi. Itẽ contra.j̃.de do.cau.l.fin. Solue vt ibi.

Hanc autem.] CASVS In hac authentica dicitur, qđ querela non numeratæ dotis debet fieri in 50 ſcriptis:et ita ſi vult maritus eam opponere,vocet mulierem,quæ dotẽ dedit: vel eum qui pro ea dotem conſtituit, ſuã exceptionem ſibi in ſcriptis offerens.

g ¶ Hanc autẽ querelam.] ſ.nõ numeratę dotis.hoc idẽ intelligit.Ioã. 60 in exceptione nõ numeratæ pecuniæ cũ eadem ſit rõ:vt.j̃.ad Leg.Fal.l.fi.

h ¶ In ſcriptis] id eſt q ſcriptus eſt dediſſe.

Si cui.] CASVS Seius mutuauit Titio decẽ,& ei obligauit res ſuas: vel fortè miſſus fuerat in poſſeſ- 70 ſionẽ bonorũ ipſo non ſoluẽte:iſte idẽ Titi' obligauit ſe Sẽpronio ſpe futuræ numeratiõis, ſed nõ numerauit: vult Sempronius cõuenire creditores Titij q habẽt pign' vel cõuẽtionale vel iudiciale,an poſsint opponere except.nõ nume. pe- 80 cu.Dicit qđ ſic ſi tñ creditores ſuccũbãt:qa Semproni' aduerſus eos obtinu t,non p̃iudicat Titio, qa res ĩter alios acta &c.

i ¶ Si cui.] ſi debitor nõ vult excipere de nõ numerata pecunia cõtra ci-

~~his nolle~~ iurare,nec iuſiurandum referre.h.d. Bal.Vel ſic:Vbi exceptio non numeratæ pecuniæ non poteſt opponi,ibi non poteſt iuramentum deferri.h.d. Sali.

¶ Illo videlicet ſemper obſeruando,vt in quibus non permittitur exceptionẽ nõ numeratæ pecunię opponere,vel ab initio,vel poſt taxatum tempus elapſum:in his nec iuſiurandum offerre [a] liceat.

¶ *Quinta pars.h.d.Querela non numeratæ pecuniæ in ſcriptis eſt proponenda coram iudice loci contractus: & abſente aduerſario, & etiã ſine citatione ſola propoſitio præſcriptionem interrumpit. Bald. uel ſic: Ad perpetuandum querelam non numeratæ pecuniæ peruenietur hoc ordine.ut eo abſente,qui dicitur numeraſſe uel etiam præſente,ſed adminiſtrationem iuriſdictionis habente, querela fiat coram iudice loci:uel nullo iudice ibi exiſtente coram epiſcopo: eo uerò præſente uel adminiſtrationem iuriſdictionis non habente,eidem fieri debet querela. & hæc omnia in ſcriptis & infra tẽpora querelæ prætaxata.h.d.Sali.*

¶ In omni enim tp̃e [b], qđ memoratę exceptioni taxatum eſt, ei licebit,cui talis exceptio cõpetit,vel denunciationibus ſcripto miſsis querelam non numeratę pecunię manifeſtare ei,qui numeraſſe eã: vel alias res dediſſe inſtrumento ſcript' eſt,vel ſi abeſſe eũ ijs locis, in quibus cõtractus factus eſt,cõtigerit:in hac quidem alma vrbe apud quẽlibet ordinariũ iudicẽ in prouincijs verò apud viros clariſſimos rectores earũ, vel defenſores locorũ [c] eandẽ querelã manifeſtare,eoq; modo perpetuam ſibi exceptionem efficere [d]. ¶ Sed ſi pręſens [e] quidẽ ſit,qui pecunias numeraſſe,vel alias res dediſſe ſcript' eſt,aliquã verò adminiſtrationẽ in hac alma vrbe vel in prouincijs gerat,vt difficile eſſe videatur denunciationem ei mittere:licentiam damus ei,qui memorata exceptione [f] vti velit, alios iudices adire,vel in hac alma vrbe, vel in prouincijs,& per eos ei manifeſtare,cui exceptionem hmõi obijcit, factã à ſe ſuper non numerata pecunia querelã eſſe. Quòd ſi ĩ prouincijs vel nõ ſit alius adminiſtrator ciuilis,vel militaris, vel p̃pter aliquã cauſam difficile ſit ei, qui memoratã querelam opponit,adire eum,& ea,quę dicta ſunt, facere:licentiã ei damus,per virũ reuerendiſsimũ epiſcopũ eãdem ſuam exceptionẽ creditori manifeſtare, et ita tẽpus ſtatutum interrũpere. Quę etiã in exceptione nõ numeratę dotis locũ habere,certum eſt.

In authen. de tẽpore nõ ſolu. pec. ſup do.§.ſin autem.col.vij. conſtit.x.

Hanc autẽ querelã [g] in ſcriptis [h] fieri oportet:& ſi quis eam in iudicio faciat oportet eam mulieri vel omnimodò ei, qui dotem conſcripſit,innoteſcere.

¶ *Verus creditor,& quilibet iuſtus poſſeſſor vel petitor,poteſt ciuili tantùm creditori opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ etiã debitore abſente,uel cõtradicente:in qua ſi ſuccumbat,debitori uel eius interceſſoribus nõ præiudicat.h.d.not.ſecundum Bald.*

Idem A.Mennæ præf.præ.

LEX XV.

Si cui [i] nõ numeratæ pecuniæ cõpetere poſsit exceptio: etiã eo ſuperſedente tali auxilio [k] vti, vel præſente [l],vel abſente,creditores [m] eius poſsint,ſiue ipſi cõueniantur(vtpote res eius detinẽtes) ab ijs,qui debita [n] eius exigũt, cui competit huiuſmodi exceptio,vel dotis,vel alterius cauſæ nomine: ſiue cõtra alios [o] poſsidẽtes aliquã actionem [p] ipſi moueant,in examinando negotio ſuis aduerſarijs eãdem non numeratę pecuniæ exceptionem opponere: nec eo prohibeantur,quòd principalis debitor ea nunquã vſus ſit:ita tñ, vt neq; principali debitori,neque fideiuſſori [q] eius aliquod præiudiciũ generetur,ſi is, qui eam exceptionem ‡ oppoſuerit, victus fuerit: ſed poſsint illi poſteà, ſi conueniãtur,intra ſtatuta ſcilicet tempora eadem ſe exceptione tueri.

¶ *Confeſſus ſpe futuræ numerationis,ſiue cõtractus ſit mutui gratuiti,ſiue vſurarum, etiã appoſito iuramento,habet exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ.h.d.Bal.Vel ſic:Iuramentũ de reddẽdo ſubiectũ cautioni,nõ ĩpedit exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ opponi hoc dicit.Sali.*

Idem A.Ioanni præfecto.prætorio.

LEX XVI.

Indubitati iuris eſt,non numeratæ pecuniæ exceptionem locũ habere & in talibus nominib', vel fœneratitijs,vel alijs cautionibus,quę etiam ſacramenti [r] habẽt mentionem [s]. Quæ enim differentia eſt in huiuſmodi exceptione, ſiue iuſiurandũ poſitum eſt,ſiue non,tam in fœneratitijs ‡ quã in alijs inſttumentis,quæ talem exceptionem recipiunt?

TITVLVS. XXXI.

De compenſationibus.

¶ *Fiſco ex diuerſa ſtatione non opponitur compenſatio.h.d.Bal.*

Imperator Antoninus A. Dianenſi.

LEX I.

Et ſenatus [t] cenſuit,& ſæpe reſcriptũ [v] eſt,cõpẽſationi ĩ cã fiſcali [x] ita demum

uilẽ creditorem,creditores veri exceptiõe vtunt.

k ¶ Tali auxilio.] ſic. ff.đ cõtra tabulas. ſi poſt mortem.§.fi.et de ſepa.l. j.§ ſed ſi quis.

l ¶ Vel præſente.] ſed nolente vti. vel latitãte.

m ¶ Creditores.] ſ. ve 10 ri.q cũ iam ſint miſsi in poſſeſsionẽ bonorũ debitoris,conueniuntur à ciuilibus.

n ¶ Debita.] ſ.pecuniã quã nõ numerauerunt. imò certè et ſi neque agant,neque conuenianť: ſed debitor cõueniť arg. ff.de appel.l.ſi pluſorio.

20 o ¶ Contra alios] ſ. ciuiles creditores q poſsident:vt hîc,&.ff.de cõdi. inde.l.tutores.

p ¶ Aliquam actionem.] puta hypothecariã ex cõuentione:vel qa veri fuerãt in poſſeſsionem miſsi:vt.ff. de pig. actio.l.non eſt mirum.

30 q ¶ Fideiuſſori.] accedit ergo fideiuſſor ciuili obligationi tãtũ: vt hîc licet quidã contradicãt. et qđ dicit præiudiciũ, ſcilicet plenum: quia res inter alios &c.vt.j̃.res inter alios acta.et arg.ff. de interrog.act.l.ſi defenſor in princi.generať tñ qua 40 lequale præiudicium. Vnde appellare poſſunt vt d.l.ſi perluſorio.

Fideiuſſor ciuili obligationi tantũ an accedat.

Indubitati.] CASVS Obligaui me Titio ſpe futuræ numeratiõis:iuraui me ſoluturũ:ſi iuraui,an mihi cõpetat exceptio nõ nume. pecu.q̃riť?Dicitur qđ ſic

‡ Expoſuerit.

50 r ¶ Sacramenti.] vt cõfiteor me debere decẽ q̃ iuro me redditurũ. Et no.hîc tacitã cõditionem ineſſe iuramẽto, ſcilicet ſi deť pecunia, et hoc iõ: quia hoc cogitabať:vt & arg.ff.de acq̃rẽ. poſ.l. qđ meo.§.j.ſic et.ff.q ſatiſd. cog.l.fi.nõ aũt ſic dicoſe 60 cũdũ Io.ſ̃.de trãſac.l.ſi ex falſis.qa ibi nõ cogitabať de falſitate. Vñ ibi nõ ĩtelligiť tacita cõditio.

Iuramento quãdoque ineſt tacita condtio.& hoc etiã dicit' ca.quemadmodum cũ gl. ſuper verbo,conditio.extra de iureiurã vbi hãc cõditionẽ ponit cũ multis elijs,quę tacite inſunt in iuramento.

s ¶ Mẽtionẽ.] aliâs mẽtionẽ.et aliâs cautionẽ.

‡ Cautionibus.

¶ DE COMPENſationibus.

Et ſenat'.] CASVS Si fiſc' hẽat duos 70 ſtationarios.& vnus mutuauit mihi.x.et ali' mihi decẽ debet:an hinc inde locũ hẽat cõpẽſatio? Rñ.qđ nõ,p̃pter cõfuſionẽ.ſ.ne cõfundanť diuerſa officia ſtationum.l.& hoc in.j.Si verò ſtationa 80 ri',q petit à me decẽ,debet mihi.x põt fieri cõpẽſatio.& hoc in ſecũda.

t ¶ Senatus.] cuius nomen non habemus.

v ¶ Reſcriptum.] eſt. a principibus.

x ¶ In cauſa fiſcali.] ſi à fiſco

a fisco petatur eodemque creditore.vel fiscus petat idemq; debitor.

a ¶ Statio.] habet enim fiscus suas stationes.si ergo vna debet fisco.x.qui fiscus debet.x.alij,non compensatur:vt hîc,secus autem si fiscus succedat tali debitori,qui & creditor est:quia totum extinguitur:vt.j.de sol.l.ij.

b ¶ Confusionem.] s.vitandam,vt & illud:vnusquisque habeat suã &c. & est ad legẽ istã argu.cõtra.ff.de administra.tut.l. inter tutores.

(j.Cori.vij.)

locum esse,si eadem statio [a] quid debeat,quę petit.hoc iuris propter confusionem [b] diuersorum officiorum tenaciter seruandum est.

¶ Si quid autem tibi ex ea statiõe cuius mẽtionem fecisti, deberi cõstiterit,quàm primùm recipies.

¶ *Ex causa iudicati sicut non cõdicitur, ita nec compensatio ipsius admittitur.& exceptio compensationis potest opponi in executione sententiæ.h.d.Bal.*

Idem A.Asclepiadæ. LEX II.

EX causa quidem iudicati si debitum solutum repeti non potest [c] ,ea propter nec compensatio eius admitti [d] potest.Eum verò qui iudicati conuenitur,compẽsationem pecuniæ sibi debitæ implorare,posse nemini dubium est.

¶ *Hic enumerantur casus,in quibus cessat cõpensatio ipso iure in effectu.Bald.Vel sic: Debitor reipublicæ potest ei compensationem obijcere, nisi sit debitor ex aliqua de causa hic subiectis. hoc dicit.Sali.*

Imperator Alexander A.Capitoni. LEX III.

IN ea, quæ reipublicæ [e] te debere fateris,compensari,ea,quę inuicem ab eadem tibi debentur, is,cuius de ea re notio est, iubebit [f] :si neque ex calendario [g] ,neque ex vectigalibus [h] ,neq; ex frumenti vel olei publici pecunia [i] , neque tributorum [k] ,neque alimẽtorum [l] ,neque eius, qui statutis sumptibus seruit [m] , neque fideicommissi ciuitatis [n] debitor sis.

¶ *Compensatio fit usque ad concurrentes quãtitates ipso iure,& impedit cursum usurarum. hoc dicit.Bal.uel sic:Vbi quantitas debetur,hinc inde compensatio fit ipso iure usque ad concurrentem quantitatem,& pro ea rata impeditur cursus usurarum.h.d.Sali.*

10 EX causa.] CASVS. Petebat à me decem,& condẽnatus sum:solui ex cã iudicati: an possim tibi opponere compensationem pro illis x.quæ tãquã indebita solui?Et dicit q nõ .sed si nõ dũ solui ex cã iudicati,bene admittetur cõpensatio, si aliud in quantitate mihi debeas

c ¶ Non potest.] sunt & alij casus,qui no.s.de cõdi.indebi.l.j.

d ¶ Admitti.] põt.qa sic aufertur vtilitas sentẽtiæ victori.Et pone exemplũ q ex sentẽtia.x.tibi solui q aliàs nõ debebã cõuenis me ad alia.x. obijcio 30 tibi cõpensationem indebitæ pecuniæ solutæ quasi mihi tenearis ad eã reddendã:nõ possum:sed soluendo põt cõpensari,si cõdemnato aliquid debetur vt.ff.e.l.si cùm militi. §.j.

IN ea.] CASVS. Si debebas.x.reipub.& ipsa tibi.x.hincĩde admit 40 titur cõpensatio, nisi in viij.casibus.Vnus est,si debitor sim eius in Calẽdis. Secundus est,si debeo frumentum:vel si debeã pedagium,vel tributũ ei,vel alimentũ alicui seruienti. vel si tale debeã,qđ in certas res,vt puta ad emendũ frumentũ deputatur. 50 vel si debeam fideicom. aliquod,vel legatũ,& ipsa aliquid debeat in omnibus his non habet locum compensatio.

e ¶ In ea.] quæ reipublicę.s.Romanorum.Vel dic idem in qualibet ciuitate: vt arg.ff.ex qui.cau.ma.l. sed & si p prætorẽ.§.fi.& 60 l.legatis.&.ff.de publica. l.sed & hi.§.j.

f ¶ Iubebit.] vt procurator Cæsaris.vt.s. si aduer.fisc.l.ij.Et no.generaliter fisco compensari:vt hîc,&.s.eodem.l.fin. si modò qui fisco compensat,intra duos menses probat suum debitum:vt.ff.de iure fisc.l.auferẽ.§ .q cõpensationẽ.sed hæc compensatio cessat in casibus, qui sunt hîc,quorũ quidam sunt etiam.ff.eod.l.ideo.&.l.ob negotiũ.&.d.l.de iure fisci.l.aufertur.§.vtã debitoribus.Item fallit.s.eo.l.j.

g ¶ Ex calendario.] liber est rationum nominum: sic dictus: quia 70 in Calendis fiebant reuocationes [a] debitorum:vt.ff.de lega. tertio. l. qui filium.

h ¶ Ex vectigalibus.] s.soluendis pro rebus vehendis:vt.j.de vecti.l.vnicum si.

i ¶ Pecunia.] vt &.j.eo.l.j.l.si ex venditione.

k ¶ Tributorum.] quæ pro prædijs vel capitibus præstãtur.

l ¶ Alimentorum.] statutorum alicui seruienti reipublicæ.

m ¶ Seruit.] idest quæ si soluantur statutum est in quos vsus ista expendãtur.

n ¶ Ciuitatis.] s.cuiuslibet:vt modò dixi.

80 SI constat.] CASVS. Si debeam tibi decem,tu mihi alia decem,ipso iure fit compensatio. Si verò debeo tibi decem, & tu mihi duodecim,opponam tibi compensationem vsque ad concurrentem quantitatem:de vsuris residuis:si aliquo iure debeantur: integra manente petitione.

o ¶ Ipso iure.] Not.pro M.quòd ipso iure fit compensatio,& si non opponatur ab homine:vt hîc,&.j.eod.l.fin.& instit.de actio.§. in bonæfidei. Sed Ioan.dicit eam fieri tunc demum, cùm ab homine opposita fuerit : vt.ff.eo.l.j.&.ij.&.l.quod Labeo.nam si ius ipsum compensaret,non esset in hominis potestate,cum quo debito compensaretur:quod tamen lex dicit.ff.eo.l. si quid.&.l.verum.&.l.quod Labeo.Item dicit lex eum malè agere , cui obstat compensatio:vt.ff.eo.l.verum.vnde patet esse actionem:sed elidi exceptione vt.ff.quando dies vsufr.leg.ce.l.j.§.fi.Quod autem dicitur alicubi fieri eam ipso iure:verum est, si ab homine opponatur : hoc tamen fallit in delictis vbi ipso iure fit:vt.ff.eod.l. si 10 ambo.§.quoties.Item ad inhibendum cursum vsurarum,vel pœnam committendam,vel pignus liberandum:vt hîc,&.j.l.p xi.&.j.de solu.l.eius.&.ff.eo.l.cùm alter.cũ enim debeantur ex mora,& nulla est mora,vbi est exceptio vt.ff.si cert.pet.l.lecta. in 20 fi.ergo non currunt.

(Compensatio an & quẽadmodũ fisco opponatur. Calẽdariũ quid signat. a Adde q Calẽdis qui que sunt festi.l.omnes dies. C. de fer.&.l.pridem.ff.e.& de Calẽdis vide plura in data lib. vj.& pergl. in l.eũ qui Calẽdis. & l.si bissextus. ff. de verb.sig. Compensatio an fiat ipso iure.)

Idem A.Luciano. LEX IIII.

SI constat pecuniam inuicẽ deberi:ipso iure [o] pro soluto cõpensationem haberi oportet ex eo tempore,ex quo ab vtraque parte debetur,vtique quo ad concurrentes quãtitates : eiusq; solius,quod amplius apud alterum est, vsuræ † debentur si modò petitio earum subsistit [p] .

¶ *Non solùm actio,sed & officiũ iudicis,quod olim pro fideicommisso proponebatur, potest per exceptionem compensationis excludi.hoc dicit coniuncta.l. pecuniæ uerbum.§.fina. ff. de uerb.signi.Bald.uel sic:Debitum ex testamento potest compensari.& eius quod potest in compensationem deduci, non debentur usuræ. hoc d.Sali.*

Idem A.Honoratæ. LEX V.

ETiam si fideicommissum [q] tibi ex eius bonis deberi cõstat, cui debuisse [r] te minorem quantitatem dicis:æquitas compensationis,vsurarum excludit computationem.Petitio autẽ eius, [s] quod amplius tibi deberi probaueris,solà relinquitur.

¶ *Cauta sed non recepta non possunt compensari:nec quis tenetur soluere ubi potest compensari.hoc dicit.Salice.Vel sic:Si petitur id quod non debetur,obijcitur exceptio intentionis : sed si id quod debetur,obijcitur exceptio compensationis .h.d.in effectu secundum omnem lectionem glo.quæ legitur multis modis propter duo contraria.Pau.de Cast.*

Idem A.Pollidenti. LEX VI.

NEque scriptura [t] , qua cautum est accepta,quæ negas tradita,obligare te contra fidem veritatis potuit:& compensationis † æquitatem iure postulas.nõ enim prius exolui,quod debere te cõstiterit,æquũ ẽ,quã petitiõi mutuę respõsũ † fuerit:eò magis q ea

p ¶ Subsistit.] quod est in bonæfidei iudicio , ex mora:in stricti iuris,ex stipulatione:vt.ff.de ne.gest. l.quia tãtũdem.& j.ti. j.l. in bonæfidei.& .s. in quibus cau.inint eg.resti.non est ne.l.in minorum.

30 ETiam si.] CASVS. Debebas Titio decem . legauit tibi duodecim.si à te petat decẽ.an vsque ad cõcurrẽtẽ quantitatem possit fieri compensatio , quæritur? Rñ.q sic vsurarum exclusa petitione:nam vsurarũ in id quod est amplius debito,integra manebit pe- 40 titio.

q ¶ Etiam si fideicommissum.] quod à sola liberalitate olim pẽdebat. vnde non videbatur compensari: sed hodie etiam actionis iure.vt insti.de fideicom.hære.in prin.&.j. communia de leg.l.omne verbum.

50 r ¶ Debuisse.] qđ peti poterat,vel solutum non repeti:vt.ff.eo.l.etiã.

s ¶ Eius.] i.petitio vsurarum eius fideicommissi. quod amplius &c . vt.s.l. proxi.

NEque scriptura.] CASVS. Cõfessus fui me 60 recepisse ab vxore mea. c.nomine dotis nec recepi illa.postea ex causa futuri diuortij surripuit mihi res propter quas tenetur mihi in alijs centum.celebrato diuortio petit à me.c. ex cõfessione dotis.qualiter mihi succurratur,quærit?Rñ.q intra tempus habeo excepti.non nume.pecu.quo elapso habebit locum compensatio.sed hoc nõn placet propter contrarium hîc signatum.Si verò non ex scriptura ista ,sed ex alia causa teneat sibi in .c.tunc fiet compensatio istorum.c.ad alia.c.quæ mihi debet,eo quòd res amouit.& sic possunt esse duo casus. Vel dic quòd sit 70 vnus tantùm secundũ Accur.& hæc verior.Quatuor modis alijs dic casum vt notatur in glo.

t ¶ Neque scriptura.] pone sic casum,vt tollas cõtrariũ:Quòd Titi° cõfessus fuit se recepisse.x.ex cã mutui à Seia,cũ nihil accepisset:postea cepit ab vxore sua ppria in veritate ex cã mutui decẽ. Primò obijcit Seiæ exceptionẽ, & hoc vsque illud.& compensationis &c.Secundo casu obijcit cõpensationẽ vxori in rebus amotis.& hoc vsque in fin.Vel dic q scripsit se.x.accepisse mutuò ab vxore,cũ nihil recepit,intra bieniũ quidẽ habet exceptionẽ cõtra vxorem.& hoc vsq; illuc,& cõpensationis &c.post bienniũ nõ:sed cõpensat in res amotas.& hoc vsq; in fi.l.Vel tertiò cõfessus fuit decem se recepisse ab vxore 80 ex cã mutui. cùm .v.tantũ acciperet.in illis quinque habet exceptionem : vt in prin.in alijs quinq; accepit quæ verè obijcit compensationem ad res amotas:vt &.s.de nõ numerata pecunia minorem.Et secũdũ has.s.tres expositiões nõ est cõtrà j.de rei vxo.act.§.sed nec ob res amotas cũ ibi in dote loquit,hîc non.Vel quarto dic etiã in dotis cõfessione hîc loqui:& dic in confessione fuisse centũ,in datione quinquaginta fuerunt pro quinquaginta nõ datis habet locum exceptio non numeratæ dotis:vt in prin.pro alijs obijcit compensationem ad res amotas. Nec obstat prædicta lex contraria:quia nec hîc dicit

(† Istæ vsuræ nõ habẽt locum hodierno iure canonico. xiiij . q. iij. c.fi.& Deu. xxiij. Et aduerte hîc nõ licere mutuare cum pacto q alio tempore tãtum dẽ mutuet mihi.gl. in c.si fœneraris.xiiij. q. iij. quã gl. dicit sing. Ias.l.ex hoc iure.co.xij. versi. decimusquintus.)

(† Et contra pensationis æquitatem iur.&c.)

(† Concor. c.j.cũ gl j. extrà demutu.peti.)

(Casum literalẽ ponit multipliciter.)

retentionem fieri dotis perpetuam ob res amotas. Sed maritum non debere prius soluere quod debet, quàm responsum fuerit mutuæ petitiōi: & postquā responsum fuerit, & res amotas fuisse constiterit, compensatio locum habebit. Vel dic, quòd scripsit. se cētū in dotē accepisse, cùm nihil receperit. & idē intra tempora statuta. j. de do. cau. l. fi. & aut. ibi posita, obijcit exceptionē vt hîc

te persequi dicis, quæ à muliere diuortij causa amota quereris [a].

Venditor petens precium patitur compensationem. fallit in fisco. h. d. Pau. de Cast. post Sali.

Idem A. Euzosio. LEX VII.

Si ex venditione pretium venditori debetur, compensationis ratio opponitur. aduersus fiscum enim solummodò emptores petitiōi pretij compensationē obijcere prohibentur [b].

Vitricus percipiēs fructus ex rebus priuigni tenetur ei restituere. h. d. Bald. Vel sic: Aestimatio fructuum debita ab eo, cui legatum quantitatis est relictum, potest cum illa quantitate compensari. h. d. Sali. Vel sic: Qui tenetur ad fructus consumptos, patitur compensationem. hoc dicit Pau. de Cast.

Imperator Gordianus A. Emerito. LEX VIII.

Si propter fructus ex possessione tua perceptos [c], vitricus tuus debitor tibi cōstitutus est: cùm id quod à matre tua [d] ei legatum est, à te petere cœperit: mutuò [e] debitæ quantitatis apud eum, qui super ea re iudicaturus est, compēsationem non immeritò obijcies.

Nemo compensat, quod sibi nō debetur. Bal. & Sali.

Idem A. Eumenidi. LEX IX.

Eius [f], quod nō ei debetur, qui conuenitur, sed alij compensatio fieri non potest.

Qui pro liberando prædio empto aliquid soluit creditori, illud uenditori compensat eum pretio. hoc dicit no. & tene menti casum. Bald. & Sali.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. Nicandro. LEX X.

Quoniam liberum [g] fundum distractum tibi proponis: pòst verò, veluti præcendente emptionem obligatione [h], creditorum quid soluisse [i]: si debitum [k] à te apud præsidem prouinciæ petatur: compensationem eius, quod indebitè [l] soluisti potes opponere.

Quod debetur pupillo à nominatore tutoris non idoneæ administrantis, compēsatur cum eo quod pupillus debet tutori soluenti debitum patris pupilli ex administratione primipili. hoc dicit. Bald. uel sic: Si magistratus, qui tutorem pupillo nominauit, aliquid pro debito paterno pupilli soluit: potest hoc pupillo contra eum licet in subsidium agenti compensare: & si in plurí tutor minus idoneus tenetur, illud nominator soluere cogitur. h. d. Sali.

Idē AA. Iuliano & Paulo. LEX XI.

Si tutores pupillis officio magistratus vrgente nominastis, ac pro his [m] propter onus primipilli pecuniam soluistis [n] superstitiosam geritis solicitudinem, ne ab ipsis cōuenti, [o] hanc eis imputare minimè possitis, vel à vobis quæquam amplius exigatur, si tamen quantum eis tutores debuerunt, vel vos [p] nomine ipsorum maiorem quantitatem dedisse probetur.

Qui partē debiti compensat, aliam autem partem offert, consignat & deponit: potest pignus vendicare. h. d. Bal. & Sali.

Idem AA. Corneliano. LEX XII.

Inuicem debiti compensatione habita, si quid amplius debeas: soluens, vel accipere creditore nolente, offerens, & consignatum deponens, de pignoribus agere potes [q].

Quod debetur reipublicæ, non potest compensari cum eo, quod officialis debet tanquam priuata & singularis persona. hoc dicit. Bald. Vel sic: Si compensatio facta in causa publica non tenet: ad suum debitum, qui cōpensauit agere potest. hoc dicit Sali.

Idem AA. & CC. Basso. LEX XIII.

Si velut in id debitum, quod solennium publicarum pensitationum nomine debueras, compēsaturo tibi nihil te petiturum post eā Mutiano [r] scripsisti: redditis [s] ijs, quæ venerant in compensationem, non indebiti soluti repetitio sed antè debiti competit exactio.

Debiti ad debitum admittitur compensatio. fallit in tribus casibus: scilicet quando debitum petitum est liquidum, exceptio autem obscura: & tunc non debet iudex exceptionem admittere, sed reseruare excipientiius petendi. Item quando debetur ex causa depositi. Item quando debetur ex causa rapinæ uel furti. hoc. d. Bal.

Imperator Iustinianus A. Ioanni præfect. præto. LEX XIIII.

Compensatiões ex omnibus

in prin. posteà obijcit compensationem & sic, nō obstat cōtrariū: quia hîc nō fuit dos verè numerata, 10 ibi sic. Vel hîc dos erat in pecunia, ibi in specie. Vel hîc res dotales nō extabāt ibi sic. ar. ff. si cer. peta. l. cū fund⁹. §. j. Si q̄ras qualiter sit hîc cōpēsatio speciei ad quātitatē dic amotā fuisse pecuniā vel frumētum vel aliud, quod in quātitate cōsistat. Vel dic hîc erāt 20 amota consumpta vñ ad æstimationē vētum fuit.

a ❡ Quereris.] vt & . j. rerū amotarum. l. j.

Si ex venditione.] CASVS. Ex cā legati debebā tibi. x. tu mihi. x. ex cā venditionis: qa tibi rē vēdidi. nec p̄tiū soluisti: an hincinde admit- 30 tatur cōpensatio: q̄ritur? Rñ. q̄ sic. & hoc in prima Si verò fiscus rē mihi vendidit pro. x. & mihi ex alia cā tenetur ī. x. si petat sua x. nō potero opponere cōpensationē. & hoc in secūda.

b ❡ Prohibentur.] vt diximus. s. eo. l. iij.

Si propter.] CASVS. Si mulier prædium pertinēs ad filiū suū inuito filio suo viro tradidit, & ex eo fructus percepit & consumsit, & ratione illorū fructuū fact⁹ fit debitor filij in. c. & posteà ipsa decessit filio hærede instituto reli- 50 ctis viro. c. nomine legati: an marito petenti. c. ex causa legati posset filius obijcere compensationē c. q̄ debet vitricus, quærit? Dicitur q̄ sic.

c ❡ Perceptos.] & consumptos.

d ❡ Matre tua.] cuius es hæres.

Casum ponit. 60 e ❡ Mutuo.] i. iuicē.

Eius.] Pone casum vt in gl. seq.

f ❡ Eius.] vt si decem à te petam, & tu inuenis quēdā, cui ego debeo decē, quæ tui cā vult mihi remittere, vt tibi remittā: nō cōpellor qdē. vt. ff. eo. l. in rē. §. j. & facit in eo. ti. 70 l. si cū militi. Sed hæc fallunt in procuratore in rē suā: vt. ff eo. l. in rē. in prī. Itē in fideiussore. qui pōt obijcere cōpensationē in eo, qđ sibi debetur vel reo principali: vt. ff. eo. l. v. similiter soci⁹ quod debet socio: vt. ff. de duo. reis sti. l. si duo. itē & in alio casu; vt. ff. eo. l. si cū filiofa. §. j. Quod ergo hîc dicit alij, dic oīno alij. Accur. ADDITIO Addas ēt, q̄ exceptio cōpēsatiōis obstās vēditori, pōt oppōi em- 80 ptori. ita determinat Dy. in. c. is qui in ius. in fi. de reg. iu. li. vj.

Compensare aliquādo quis potest quod sibi nōdebetur.

Quoniam.] CASVS. Vendidisti mihi prædiū pro decē, & dicebas illud liberū seruitute: erat tñ obligatum Titio pro decē: si Titio agenti hypothe. solui debitū. an tibi agenti ex vendito ad pretiū possim obijcere cōpensationem, quæritur? Respon. q̄ sic.

g ❡ Quoniam liberū.] s. à seruitutib⁹. erat tñ obligatus cuidā creditori.

h ❡ Obligatione.] s. personali, pro qua hîc etiam fundus erat creditori vēditoris obligatus.

i ❡ Soluisse.] s. proponis te emptorem soluisse creditori venditoris hypothecaria agenti.

k ❡ Debitum.] s. pretium quod debetur ex venditione.

l ❡ Indebite.] quātū ad te: debitè tamen quantum ad venditorem, alioqn si à neutro deberetur, compensationem obijcere non posses: imò indebitum repeteres. & facit. ff. de rei vēd. l. emptor. & . j. de eui. cum tibi.

Si tutores.] CA- 10 SVS. Magistratus cōpulerunt me nominare aliquos tutores quibusdā pupillis, & illos nominaui posteà cū isti pupilli aliquid deberēt ex officio primipili, solui pro eis. cōuenior à pupillis pro eo, q̄ nominaui tutores minus idoneos, qui facti sunt de- 20 bitores pupillorum in x. modò quæro, nunquid possum eis obijcere compensationem de eo, quod p̄ eis officia primipili solui? respondetur q̄ sic.

m ❡ Pro his.] s. pupillis.

n ❡ Soluistis.] fuerat enim eorum pater primipilari⁹, ex cui⁹ mala admi- 30 nistratiōe pupil. tenebāt.

o ❡ Conuenti.] vt infra. de satisda. tu. §. penulti. & . j. de magi. conue. l. j.

p ❡ Vel vos.] repete vel si probet vos dedisse nomine ipsorū maiorē quā &c. quasi diceret, sine tantū, quantū tutores eis debebant, fuit id quod pro 40 eis soluistis, siue pl⁹, obijcietis cōpensationē. aliàs si minus obijcietis vsq; ad concurrētē quātitatē tatū vt. s. eo. l. si cōstat. & l. etiā.

Inuicem.] CASVS. Mutuaui tibi. x. & dedisti mihi pignora tenebar tibi in. v. facta cōpensatione vsque ad con- 50 currentem quantitatem. residuā partem debiti soluens: vel me recipere nolēs consignabis, & depones, vt cessent vsuræ: & posteà poteris agere pig. act. ad recuperandum pignora.

q ❡ Agere potes.] pignoratitia actione vel in rem, vt. j. de luitione pig. 60 l. si reddita. & . s. de pign. actio. l. nec creditores. & l. quo minus. sed ad pignoratitiam sufficeret sola oblatio in iudicio: vt. ff. de pi. act. l. si rem alienam. § . fi.

Si velut.] Pone casum vt in gl.

r ❡ Mutiano.] qui tūc dispensator erat reipubli- 70 cæ, & mihi decem debebat p̄prio nomine, & ego sibi decē nomine publico cōpēsaui secū. tandem eo mortuo cōpensatio nō valuit: quia erat in aliquo de specialibus casibus positis s. eo. l. in ea. & sic coactus fui soluere sequēti administratori: agā ego ad meū debitū: sed si compensatio tenuisset, quod posteà soluissem vt indebitū condicerē: vt. ff. eo. l. si ambo. & . l. posteà. j. respon.

s 80 ❡ Redditis.] s. solutis à te alij dispensatori.

Compensationes.] CASVS. Tam in actionibus realibus, quā in personalibus admittitur compensatio. in realibus sic, si possedisti equum meum, & culpa tua perijt, teneris mihi ad æstimationem: quæ si fuerit in triginta, & debeam tibi. xxx. hincinde fit compensatio. In personalibus sic si debeas ex causa mutui decem. & ego tibi alia decem fiet compensatio: si debitum ex vtraque parte sit liquidum. Si autem ex vna parte sit obscurum, non erit locus compensationi: sed cognoscetur de causa. & hoc in secunda

in secunda. Si verò debeas mihi.x.ex causa depositi:quia apud te rem meam deponebã:& ego tibi ex alia causa debeo.x.non fiet cõpensatio.& hoc in tertia. Si verò possessionẽ meam siue mobilem siue immobilem per vim occupasti,& distracta est:teneris ad æstimationem.quæ si fuerit in.x.& ego ex alia causa tenear tibi in.xx.hincinde non fiet compensatio odio prædonis.& hoc in quarta.

Compensatio in q̃bus debitis fit, & in quibus non.

a ¶ Actionibus.] vbi quãtitas hincinde debetur,& nõ obstat exceptio: vt.ff.eo.l.quæcunque.et s̃.eo.l.si cõstat.secus si hĩc inde species debetur,vel ab altera parte species, ab altera quãtitas:vt.ff.de pigno.actio.l.si conuenerit. ij.respon.&.ff.de condi.in de.l.si nõ sortem.§. si centũ.& de ĩpẽ.in re.do.l.q̃d dicitur.in prin.&.s̃.de rei vendi.l.si ex pecunia. & idem si hincinde debetur pecunia:sed vt species .nã non fit compensatio:vt.ff. de peculi. si creditor.§.j. Quid est ergo quod hĩc subijcit rei vẽdicationi opponi cõpensationem? R ñ. desijt res posse hĩc præstari dolo vel culpa possessoris:vnde venitur ad æstimationem,& sic fit compensatio.res ipsa tamen dicitur esse in obligatione siue petitione:vt.ff.de verbo.obliga.l.si seruum. §. an filius.et.§. effectus. & §.nouari autẽ.Sed secundum hoc quomodo æstimationis,quæ non debetur fit cõpensatio? R ñd. videtur esse in obligatione inspecto exitu:& p̃ hoc est q̃d dicit lex talẽ æstimationẽ posse cõstitui: vt ff.de consti.pecu.l.promissor.j.respon.Item quid si hincinde debetur in genere,vt equus vel homo? Satis dici potest compensationem ipso iure admitti:vt.ff.si pars hære. peta. l.j.§.item.l.si cum me. & ff.de hæredi.insti.l.qui nõ militabat.j.respon.& de lega.ij.l.vnũ ex.§.sed si vno Item quod subijcit ipso iure,dic vt diximus.s̃.eo.l.si constat.

actionibus [a] ipso iure fieri sancimus,nulla differentia in rem, vel in personalibus actionibus inter se obseruanda. Ita tamen compensationes obijci iubemus si causa [b] ex qua compensatur, liquida sit, & nõ multis ambagibus innodata sed possit iudici facilem exitum sui præstare. satis enim miserabile est,post multa fortè variaque certamina,cùm res iam fuerit approbata,tunc ex altera parte,quę iam penè conuicta [c] est,opponi compensationem iam certo & indubitato debito,& moratorijs ambagibus spem condemnatiõis excludi. Hoc itaque iudices obseruent, & non procliuiores ad admittendas compensationes existant: nec molli animo eas sucipiãt: sed iure stricto vtentes, si inuenerint eas maiorem & ampliorem exposcere indaginem [d] ,eas quidem alij iudicio reseruent:litem autem pristinam iam penè expeditam,sententia terminali [e] componant:excepta actione depositi [f] secundum nostram sanctionem [g] ,in qua nec compensationi locum esse disposuimus. ¶ Possessionem [h] etiam alienam perperam occupantibus compensatio non datur.

TITVLVS XXXII.
De usuris.

¶ Vsuræ per stipulationem promissæ, probata interrogatione præcedente & responsione sequente, debentur iure optimo. hoc dicit. Bal. Vel sic: Probata solenni stipulatiõe usurarum, licet in instrumento scripta non sit, usuræ debentur. h.d.Sali.

b ¶ Si causa.] s.secunda,ex qua compensatur.

c ¶ Conuicta est.] per testes,non per confessionem.arg.ff.de iureiu.l. eũ qui.in prin.& no.ff.de reg.iur.l.nemo ex his.

d ¶ Indaginem.] No.sic.ff.ad exhi.l.iij.§.ibidem.&.ff.de offi.proconsu.l. si quid erit. & potest dici exposcere maiorem indaginem vel examinationem, si intra duos menses non potest probari:vt.ff.de iure fisci.l. aufertur. §.qui compensationem. Vel officio iudicis fit hĩc. & illud speciali in fisco.

e ¶ Terminali.] i.definitiua.

f ¶ Depositi.] scilicet directa.secus si contraria:quia tunc non de fide rupta agitur,vt arg.instit.de act.§.in bonæ fidei.vbi dicit sub prætextu con. &c. Vel dic secundum B. idem in vtraque.si ergo est in hac speciale:ergo secus in commodato,& sic ibi fit compensatio.Sed contra.s̃.de cõmo.l.sub prætextu.Sed ibi non compensatione,sed retentione vti volebat.Item quod dico in commodato & cæteris personalibus,vbi species petuntur fieri compensationem:intellige semper si res desijt posse restitui.In actione autem in rẽ dixim⁹. s̃.eo.l.in prin.

g ¶ Sanctionem.] j̃.depositi.l.penul.

h ¶ Possessionem.] mobilem vel immobilem. & intellige,quando ad æstimationem fuisset peruentum.aliàs nullum esset dubium. Item ratione pœnæ,in qua quantitas:vt infrà vnde vi. lege si quis in tantam. item ratione rerum mobilium amissarum. ff.de vi & vi armata.l. prima.§. rectissimè. Habent ergo hæc locum siue condictione ex lege,siue actione in rem,siue interdicto agatur ad huiusmodi possessionem: & hoc odio huius possessoris.Sed argu.contra.ff.eodem.l.si ambo.vbi in delictis fit compensatio. Sed ibi in alijs delictis,vel ibi erat hincinde delictum, hĩc non. Et nota hĩc casus, vbi cessat compensatio. primo: odio vt hĩc. Item in deposito eadem ratione:vt suprà proximo respon. Item eadem ratione: vt. ff. eodem lege ob negotium. In econtra cessat fauore, vt in fisco in casibus,qui sunt.s̃ eo.l.in ea.Item cessat,quando species est debita: vt dixi in principio huius legis. Item quando res exposcit maiorem inquisitionem vt.s̃.eo.l.§.j.Accur.

Compensatio cessat in multis casibus.

¶ DE VSVRIS. ¶ *Dixit hucusque qualiter actoris intentio minuitur compensationibus uel alijs exceptionibus: nunc qualiter augeatur.*

Continuatio.

Imperator Antoninus Pius A. Euocato.

LEX I.

SI interrogatiõe [i] præcedente promissio vsurarũ rectè [k] facta probetur: licet instrumento conscripta non sit [l] ,tamẽ optimo [m] iure debentur.

¶ Emptor ex die traditionis possessionis tenetur uenditori ad usuras pretij non numerari: nec sufficit ipsum pretium minus solenniter deposuisse. h.d.Bal.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Lucio.

LEX II.

VSuras emptor,cui possessio rei tradita est [n] , si pretium vẽditori non obtulerit: quamuis pecuniam obsignatam in depositi [o] causam habuerit: æquitatis ratione præstare cogitur.

¶ Si usuræ nudo pacto promittantur non oritur actio sed si soluentur, nec datur repetitio, nec fit extenuatio sortis. hoc dicit. Bal. uel sic: In contractibus stricti iuris citra uinculum stipulationis, usuræ non debentur: nudo tamen pacto conuentæ non repetuntur, nec extenuant sortẽ. hoc dicit. Sali.

Idem AA. Iuliano.

LEX III.

QVamuis vsuræ fœnebris pecuniæ [p] citra vinculũ stipu-

SI interrogatione.] CASVS. Mutuasti mihi decem & vsuras solẽniter stipulatus es sed nõ interuenit scriptura: an nihilominus debeãtur vsuræ q̃rit? R ñ. q̃ sic si fuerint promissæ vsq; ad legitimũ modum.

i ¶ Si interrogatione.] q̃ stipulationibus p̃mitti solet:vt insti.de ver. obli.in princ.

k ¶ Recte.] id est secũdũ modũ regionis:vt legitimus modus vsurarũ non offendat:vt.ff.e .l.j.in prĩ. & j̃.eo.l.eos.§.super.Et nota hĩc,qui solẽnitatẽ dicit eã probet:vt.ff.de public. l.quæcunque.§.fi.

l ¶ Non sit.] quoniã p̃sumeretur omnia solẽniter acta:vt institu.de fideius.§.fi.&.j̃.de contrahẽd. stipu.l.j.&.ff.de pact.l.iurisgentiũ.§.quod fere. Sic ergo refertan testes dicãt [a] aliquem p̃misisse, & non valet,nisi dicant p̃cessisse interrogationẽ:vt hĩc, & aliud si instrumento hoc dicatur:vt dixi secũdũ Io.sed G.etiã in testib⁹ dicit idẽ.ar.ff.de reb.dub.l. quoties.ij.

a Et sic potest probari per testes quod in instrumentis deficit.& facit. c. sicut nobis. cum gloss. super verb. exprimantur. p̃pe fi. extrà de sentẽ. & re iudi.

m ¶ Optimo iure.] q̃d moribus inductũ rebusq; receptũ est,secũdũ Ir. Vel dic secũdũ b. deberi vsuras bono iure vt pacto nudo, qñ nõ peti sed retineri possunt:vt.j̃.e.l.iij .Itẽ meliori,vt officio iudicis.sic eñ euenit in bonæ fidei iudicijs:vt.j̃.eo.l.in bonę fidei. Itẽ optimo p̃ stipulationẽ vt hĩc. vel terriò dic optimo id est vtilissimo.est eñ vtile accipienti & danti:vt ar.insti.quib.mo.re ,contra obl.§.fin.sic ergo secũdum B.ius aliud bonum:vt.ff.de vsucap.l.j.aliud melius :vt.s̃.de procu.l.exigendi.aliud optimum:vt.hĩc,& de verbo.obli.l. vbi autem,non diuino:vt dices.j̃.eo. aut.ad hæc.

Vsuræ debentur iure bono, meliori & optimo.

VSuras.] CASVS. Rem mihi vendidisti & tradidisti: sed pretiũ tibi non numeraui:vsuræ ex mora an debentur,quærit? R ñ. q̃ sic .nec obstat quo minus debeantur,cũ penes me aut alium habui pretium non legitimè depositũ :quia non prius oblatum.

n ¶ Tradita est.] secus si tradita non esset:vt hĩc.&.j̃.de actio.emp.l. curabit.&.ff.de action.emptioni.i. Iulianus.§.ex vendito.&.ff.eo.l.liberalitatis. §. fi.Sed cũ fructus pertineant ad emptorem ex tempore contractus:vt.j̃.de ac. emp.l.fructus.sicque possit eos petere & percipere,videtur semper teneri ad vsuras:vt.ff.de act.emp.l.iulianus.§.possessionẽ,& de reg.iur.l.qui actionẽ.& l.qui potest? Respõ.hoc non potest obijcere venditor:qui ipse percepit. An autem hĩc vsura sit illicita etiam iure canonico? Respõdetur secundum Azo. & H.non,quia loco interesse pręstatur & fructuum:vt hĩc,& arg.ff.pro socio l.socium qui meo. ADDITIO Hoc tenet etiam gl.in.c.cõquestus. extra de vsuris,& sequit̃ ibi Abbas.& cõmuniter canonistæ alios etiã quosdã casus,in qb⁹ est licita,ponit eadẽ gl.in prĩ.& plures ponũtur. xxiiij.q.j.ĩ summa.

o ¶ Depositi.] l.imò videtur liberatus:vt.j̃.eo.l.acceptam.&.ff. eodem.l. euictis.§.j.Sed dic q̃ hĩc deposuit sortem sine vsuris:vt.j̃.debi.ven.pig. impe. non pol.l.prima vel deposuit scilicet apud se vel alium,non tamen legitimè. & hæc melior.

Vsura aliquando est licita etiam de iure canonico.

QVamuis.] CASVS Mutuasti mihi decẽ pacto incõtinẽti apposito conueni de vsuris præstandis an debeãtur,quæritur? R ñ. q̃ nõ sed si solui,non repetã,nec in sortem sunt acceptę ferendæ si ex pacto debentur.

p ¶ Pecuniæ.] hoc nomen pecuniæ,strictè accipe: vt non cõtineat cætera in quibus est mutuũ.aliàs esset cõtra.j̃.eo.l.frumenti.Item fallit hoc in duob⁹ casib⁹:vt.ff.eodem.l.etiam.& de nau.fœ.l.periculi.item est verum,quod hĩc dicit,etiam si pactum de eis præstandis incõtinẽti apponatur:vt.ff.de p̃script,

verb.l.titius.sic & alibi pactum incontinenti appositum non parit actioně: vt ff.de rel.l.ꝗ si locus.&.j.de iure dot.l.auia.Regulariter contra etiam in stricti iuris iudicijs:vt.ff.si cer.peta.l.lecta.Sed in bonæfidei contractibus non solũ ex pacto incontinenti facto debentur vsuræ,sed etiam ex mora.j.de pact.inter emp.l.in initio.&.ff.eo.l.cùm quidam.§.ex locato.&.j.eo.l.in bonæfidei.et s̄.de pac.l.in bonæfidei.et ff.depositi.l.lucius.et.l.publia.§ lucius.§. Titius. & ff.mā.l.qui negotia.& de 10 in rem verso.l.si pro patre.§ in rem.

Vsuræ an debeantur ex pacto incõtinẽti apposito.

a ❡ Ex pacti.] s. nudi.

b ❡ Solutæ.] noĩe vsurarũ.secus si simpliciter: qa tunc in sortem tenerentur:vt.ff.de solu.l.in his.§. eidě autě.sed secꝰ,vbi etiã ciuiliter debetur vsura, tunc enim prius in vsuras 20 solutũ accipitur:vt.j.eo.l. si vsuras.Sed ex venditione pignoris redacta pecunia,etiam in naturale debitũ potest retineri.ff. de solu.l.Paulus respondit. l. non ideo.§.j.

PEr retentionẽ.] CASVS. Si mihi.x.mutuasti,& pi30 gnus dedi,& cõueni pacto nudo de p̄standis vsuris:retinebis pignus, quousque soluerim vsuras. & hoc in prima.Si verò promisi minores vsuras:puta quatuor,& pignus dedi & posteà sequenti die conueni vt soluerě maiores vsuras,puta.viij.deñ. an ha40 beas retentionem pignoris,pro maiorib°, quærit? Dicitur ꝗ non ,& hoc in secunda.

☧ Sed enim

c ❡ Posse.] etiã à fisco successore talis debitoris: vt.j.de vsur.fis.l.ij.lib.x.

d ❡ Constitutum est.] vt.ff.de pig.l.grege.§.fi.& de pig.act.l.solutũ.§.sine 50 autem.&.j.eo.l. pignoribus.

e ❡ Obstricta sint.] s. nominatim.

f ❡ Contractus.] pro quo datum fuit pignus.

g ❡ Conuenit.] nudo pacto & cum pignore.

h ❡ Repromisit.] nudo pacto.sed pro his maio60 ribus pignus obligatum nõ fuit.

i ❡ Rata.] aliàs rata, aliàs nata:sed videtur ꝗ sic quia tacitè sit repetitum: vt insti.ad leg.Aquil.§. ex hoc tamen capite.&.ff,de verb.obli.l.Titia.§.idě respõdeo.j.&.ff.de cond.insti.l.cũ seruus,sed hoc est 70 speciale odio vsurarum. Vel dic,ꝗ ex interuallo cõuenit de maioribus.ar.ff. de adi.lega.l.si tibi certã.

* Se impẽdisse.

lationis peti non possint:tamẽ ex pacti[a] conuentione solutæ[b], neque vt indebitæ repetuntur, neq; in sortem accepto ferendæ sunt.

❡ *Pignus obligatum pro minoribus usuris, nõ potest retineri pro maioribus ex posteriori contractu nascentibus.ad hoc allegatur. hoc dicit. Bald.Vel sic:Pro usuris etiam nudo pacto conuentis tempore traditionis pignorum, possunt pignora retineri:non pro earum augmento postea cõuento,nisi specialiter dictum sit.Sali.*

Idẽ AA.Honorio. LEX IIII.

PEr retentionem pignoris vsuras seruari posse,[c] de quibus præstandis conuenit, licet stipulatio interposita non sit, meritò constitutum est[d]:& rationem habet:cùm pignora conuentione pacti etiam vsuris obstricta[e] sint. Sed ☧ tantùm in causa, de qua agis,hæc ratio cessat,siquidem tempore contractus[f] de minoribus vsuris petendis conuenit[g]:posteà autem,cùm se debitor præstaturum maiores repromisit[h], non potest videri rata[i] pignoris retẽtio quando eo tempore, quo instrumenta amittebantur[k], non conuenit,vt pignus etiam ob hác adiectionem[l] teneatur.

❡ *Ratione minoris perceptionis usurarũ præsumitur recessum à maiori,etiam si usura debeatur reipublicæ.Bald. Vel sic:Si creditor sciens minores usuras receperit per triennium:à maioribus ex tacito pacto intelligitur recessum: etiã si usura deberetur ciuitati.hoc dicit nota. Salice.*

Idem AA.Sabino & Alijs. LEX V.

ADuersus[m] creditorem vsuras maiores ex stipulatu petentem,si probetur per certos annos[n] minores posteà consecutus, vtilis est pacti[o] exceptio, secundum quod tueri causam potestis etiam aduersus defensores ciuitatis[p] maiores petentes ex cautione[q] si probaueritis semper quincunces amitam pupillorum vestrorum,quæ maiores cauerat * dependisse.

❡ *Vbi præcedit oblatio,& sequitur depositio cessant usuræ:& absẽte creditore sufficit offer=*

Itẽ & si nõ sit nata actio,videt̃ tñ habere retẽtioně:vt.j.ẽt ob chyro.pe.l.j.qđ hîc negat sed hîc naturaliter tm̃ debita erat vt hîc odio vsurarum.

k ❡ Emittebantur.] pro maiori vsura,vel dic pro minori.

l ❡ Adiectionem.] aliàs actionem,& aliàs cautionem.

ADuersus.] CASVS. Mutuasti mihi.x.& p̄misi tibi vsuras minores per stipulationem:posteà cõueni de dãdis maioribus:an si p̄ cer80 tos annos minores recepisti,in maioribus tibi p̄iudicasti,quo minus eas petere possis,quæritur?Respond.quòd sic.

m ❡ Aduersus.] hîc fuerunt promissæ maiores sed solutæ minores.

Vsuras minores accipiens sibi præiudicat.

n ❡ Per certos annos.] decẽ vel viginti:vt.ff.e.l.qui semisses.vel.v.vel.vj. vel secundũ Azo.triẽnio.arg.j.de fideicõmis.l.j.

o ❡ Pacti.] s.taciti:vt.j.eo.l.quãuis.Sed cũ quis p̄iudicet sibi minores accipiendo,vt hîc dicit,quare debitor non p̄iudicat sibi dãdo maiores:vt.ff.de solo.l.creditor.§.fi?Rñd.vt.ff.de act.& obli.l.Arrianus.

p ❡ Ciuitatis.] sic ergo remiserunt tacitè vsuras maiores.& sic est cõtra.ff. de pact.l.imperatores.Sed ibi expressè,hîc tacitè:vt arg:ff.de procu.l.filiusfamilias.§.veterani.sic & contra tacitè remittit,non expressè vt in aut.de santi. epis.§.si verò in tra.in fin.titu.colla.ix.& in aut.vt cũ de app.cog.§.si verò liberi.col.viij.Vel dic ꝗ ibi erat liquidum,hîc non:vt arg.s̄.de transa.l.præses. Vel tertiò hîc ciuitas successit creditori, vnde debet vti eius iure:vt.ff.eo.l. cũ quidã.§.fiscus.vel eo10 rũ propria erat pecunia non ciuitatis.Vel ijdẽ isti non possunt petere maiores,sed alij defensores successores eorum possunt: vt.ff.de publica.l.licitatio §.earum rerum.

Remissio tacita aliquãdo valet, vbi expressa non valeret.

q ❡ Ex cautione.] qua cauerat amita pupillorũ, cui pupilli vestri successe20 runt.

SI creditrici.] CASVS. Mulier mutauit mihi.x.sub pignore et vsuras stipulata est:obtuli pecuniã:si illa nollit accipere,qualiter mihi succurratur,q̃rit?Rñ.ꝗ cõsignabo,& deponã in ædẽ sacrã:& ex eodẽ t̃pe nõ cur30 runt vsuræ. & hoc in prima.hæc vera sunt, qñ mulier præsens est.Si verò absens est,interpellabo præsidem.

r ❡ Non cogeris.] qa ipso iure es liberatus:vt. j. e.l.acceptã.& hoc nisi idẽ debitor fuerit in mora recipiendo pecuniã depo40 sitam.vt.j.eo.l. acceptã. in fi.&.ff.eo.l.debitor.quę sunt contra.

s ❡ Præsidem.] vt & s̄. ti.ij.in contractibus.§. pe.

CRreditor.] CASVS. Decẽ mihi mutuasti p̄ annũ vel biennũ,vsuras solui:an mihi p̄iudicauerim,quo magis 50 in posterũ soluere tenear,q̃rit?Rñd.ꝗ nõ nec ex tali solutiones p̄babis me ad vsuras futuri tẽporis teneri,nisi per instrumentũ vel alio modo vsuras in stipulatũ deductas probaueris.Viuia.

☧ Menophano spondent.

* Dari.

t ❡ Intendit.] vt & s̄. de proba l.j.

60 v ❡ Aliquando.] minus tñ triennio,vt non cõtradicat.j.de fideicõ.l.j. secundũ M.qđ nõ placet. & illud fauore alimentorũ.hoc odio vsurarum.

x ❡ Constituunt.] imò videt̃ ꝗ sic:vt.ff eo.l. cũ de in rẽ verso.Sed ibi petebant̃ vt promissæ,q̃ p̄ 70 missio ex diuturna p̄statiõe probat̃:hîc aũt tm̃ ex ꝗ p̄stitę erãt & plenè dixi de hoc.s̄.de pac.l.si certis.

re in iudicio.hoc dicit.Bal.& Sali.

Imperator.Antoniñ A.Antiæneo.

LEX VI.

SI creditrici,quæ ex causa pignoris obligatam sibi rem tenuit, pecuniã debitam cum vsuris testibus præsentibus obtulisti, eaq; nõ accipiente, obsignatam eã deposuisti:vsuras ex eo tempore, quo obtulisti,præstare non cogeris[r].absente verò creditrice,præsidem[s] super hoc interpellare debueras.

❡ *Ex præstatione usurarum non præsumitur promissio earum.h.d.Bald.*

Idem A.Aristeo. LEX VII

CReditor instrumentis suis p̄bare debet,quæ intẽdit[t], & vsuras se stipulatũ,si potest. Nec enim si aliquando[v] ex consensu præstitæ sunt,obligationem constituunt[x].

❡ *Eligens ex duabus clausulis eiusdem contractus unam ex illis,scilicet leuiorem:grauiori renunciare uidetur. Bald. Vel sic Si creditor cui sunt promissæ maiores usuræ,in casu,quo minores promissæ non fuissent solutæ minores exegerit eo tempore,quo maiores petere potuit: sibi præiudicat,ut maiores non exigat.Sali.*

Idem A. Theophoro.

LEX VIII.

ij QVàuis Bassa, cùm pecuniã mutuam aciperet, minores vsuras ☧ Menophani spopondit: & nisi intra certum tempus eas soluisset, ampliores (licitas[y] tamen)promisit:tamen si post tempus[z] cautioni præfinitum creditor easdem accepit,nec maiores sibi * dare postulauit,ac per hoc nõ dececisse eũ à minorum pręstatione probari potest:eas vsuras computari oportet quarum in exactione creditor perseuerauit.

❡ *Mora tutoris impedit cursum usurarũ, quæ ueniunt ex mora debitoris.h.d.Bal.Vel sic:Si debitor offerat minores usuras tempore congruo, ipse euitat cursum maiorum:& depositio sortis facit cessare cursum omnium.Sali.*

Idem A.Probo. LEX IX.

SI per te non stat, quo minus intra tempora præfinita pe-

QVamuis.] CASVS. Si debitor à creditore minores vsuras stipulatus est:& nisi intra certa tempora soluerit minores:conuenit vt soluat maiores:si eo elapso recepit minores:an in maioribus sibi præiudicauit,quæritur?Respon.ꝗ ille debebuntur mihi:in quarum exactione & solutione perseuerauerit.Viuia.

y ❡ Licitas.] & certas,aliàs non valet promissio:vt.ff.eo.l.tutor. §. fi.

80 z ❡ Post tempus.] quo potuit petere maiores.Et no.ꝗ differt hæc lex ab illa lege,aduersus.s̄.e.qa ibi nõ fuerũt p̄missæ minores vsurę,sed tm̃ petitæ & exactæ.Itẽ no.ꝗ vnum ius eligẽdo alij renunciare videtur,vt &.j.de iure dot. imp.l. ij.&.ff.eo.l.pecuniæ.§.j.&.l.qui semisses.

SI per te.] CASVS. Titius mutuauit mihi decem, & minores vsuras stipulatus est: conuenit de præstandis maioribus, si sua die minores non solueram: Titius decesit relictis pupillis hæredibus: minores intra tempus tutores noluerunt accipere: ex quo per

Electione vnius tollitur aliud.

menon

me non stetit maiores vsuras non exigent. & hoc in prima. Si verò deposui & consignaui sortem solenniter: ex eo quod deposui, vsuras amplius soluere non compellar. & hoc in secunda. Viuia.

a ¶ Per tutores.] idem si morte creditoris nemo fuit, cui solueretur: vt. ff. eodem. l. pecuniæ. §. j.

b ¶ Vsuræ maiores.] promisse, si in minoribus cessaret. Et sic nota, ꝙ sola oblatione impediuntur vsuræ, quæ nõdum cœperunt currere. sic & in pœna nõ commissa: vt. ff. de arbi. l. Celsus. in fin. secus in ij, quæ iam currere cœpissent: quia ibi nõ sufficit oblatio, vel etiam priuata depositio: vt. s. eod. l. ij. Sed est necessaria consignatio & solennis depositio: vt hîc subijcit. s. eo. l. si creditrici. et. j. e. l. acceptã. et. j. de so. l. obsignatione. et. ff. de admi. tuto. l. tutor pro pupillo. §. j. & ff. de mu. l. ait prætor. §. j.

Oblatio solam & quã do impediatur vsurarum.

c ¶ Non exigentur.] ope exceptionis.

d ¶ Deposuisti.] & obtulisti, & soléniter & modo quo dixi. Item quid in alijs rebus debitis? Respon. vt j. eo. l. acceptam.

¶ Vsuræ.] CASVS. Mutuasti mihi centũ, & ea restituisti post. x. an. et eo anno solui x. noĩe vsurarum in capite x. ann. cõputo omnes vsuras, quas solui diuersis temporibus, & inuenio eas excedere sorté in qua druplum: et sic volo vsuras repetere quasi maiores centesimis: an possim: quæritur? Respon. ꝙ non: nec est ita facienda cõputatio in capite. x. an. imò cuiuslibet anni per se. & facta sic computatione debet ppédi, an vsura excedat sortẽ, an nõ. Viuia.

† Hanc. l. preceptor cõis Alciatus lib. parerg. iuris ... quam quis dalius emandat, et alter quiuulgò soleat expon, ad dupli compensationem.

† Inscriptis nostris exe. additur negatio, non.

e ¶ Vsuræ.] nec minores nec maiores.

f ¶ Solutæ.] vel etiam soluendæ. & quod dicit per tempora, id est per plures annos: vt et accipitur in Daniele de antichristo: Regnabit antichristus per tempus & tempora, & dimidium temporis, id est annum & duos annos, & dimidium annum. nã etiam tantum prædicauit Christus in terra. & dic. xx. debeo, quorum nomine vsuras per longum tempus solui. repetere vsuras quasi vltra duplum præstitas non possum: quia quæ sunt vltra duplum vel vltra legitimum modum, in capite anni despiciendum est.

Antichristus regnabit p tres annos cũ dimidio. Daniel xij. c.

g ¶ Dupli.] vsurarum legitimarum, imo sortis: vt. j. eo. l. eos. § super.

h ¶ Tempore solutionis.] faciendo pro vno anno.

70 i ¶ Computationem.] i. quantitatem sortis: vt. ff. de nautico fœnore. l. nihil. §. penul.

cuniam minorum solueres vsurarum, sed per tutores [a] filiorũ creditoris, qui eã accipere noluerunt, idq; apud iudicem datum probaueris: eius temporis, quo per te nõ stetisse apparuerit, vsuræ maiores [b] non exigentur [c]. Quòd si etiam sortem deposuisti [d]: exinde ex quo id factũ apparuerit, in vsuras non conuenieris.

¶ *Computatio vsurarũ fit in fine cuiuslibet anni. hoc dicit. Bald. Vel sic: Licet plures præstationes vsurarum per plures annos factæ in unum collectæ excedant duplum veræ sortis: non propterea iudicantur illegitimæ: quia non coaceruatio, sed singulorum annorum præstatio debet consyderari. h. d. Sali.*

Idem A. Donato. LEX X.

† Vsuræ [e] per tempora solutæ [f] non proficiunt reo ad dupli [g] computationem. Tunc enim vltra sortis summam vsuræ † exiguntur, quoties tempore solutionis [h] summa vsurarum excedit eam computationem [i].

¶ *Per oblationẽ impediuntur vsuræ, & per fructuum acceptionem extenuatur sors, scilicet fructibus consumptis. Bal.*

Idem A. Popilio. LEX XI.

Ex prædijs pignori obligatis creditor post oblatam sibi iure pecuniam, quam non suscepit, si fructus [k] accepit, exonerari sortis debitum certum est.

¶ *Ex nudo pacto in frumento uel hordeo uenit accessio. Sed quo iure petatur? Dic si pactum fuit incontinenti appositum per actionem præscriptis verbis, uel aliquam de actionibus generalibus, puta per triticariam, si accessio non est in pecunia: uel actione in factum: siue accessio sit in pecunia siue non, uel conditione ex lege. hoc dicit. Bal*

Imp. Alexander A. Tyranno. LEX XII.

Ex prædijs.] CASVS. Obligaui tibi prædium pro. x. ea tibi obtuli, te accipere nolente consignaui & deposui, ex eo tempore quo obtuli, vsuræ, quæ inceepit currere desinet currere: & fructus post oblationem percepti diminuunt sortem. vel sic: Conueni, vt darem tibi vsuras à pascha in antea, ante pascha obtuli, per oblationem solam cursus vsurarum futuri temporis impeditur et quod dicit exonerari debitum sortis, intellige. f. ab vsura: futura cùm non erãt dictum, vt debitor perciperet fructus nomine vsurarum. In secundo casu prima positio verior est. 80 Viuianus.

k ¶ Fructus.] Qui ex conuentione loco vsurarum percipiebantur: vt. j. eo. l. si ea lege. & secundum hũc casum fuit hîc oblatio, consignatio, et depositio sortis: vt vsura, quæ currere cœperat, desinat: vt. j. eodem. l. acceptam. sed secundum hoc nonne ipso iure est liberatus non ergo dicitur debitum exonerari propter fructus? Respond. conuertit eam postea in suos vsus. Vel dic secundò, quod sola oblatio fuit hîc: & futuras, quæ non cœperant: currere, impedit: vt. s. eo. l. si per te. erãt enim conuentæ à certa die in antea: & quod dicit debitum sortis exonerari, scilicet ab ipsa vsura futura, si ante diem aduenientem obtulit. et secundum hoc nil de fructibus erat dictum. vel quod eos perciperet creditor vice vsurarum certa die in antea. Vel dic tertio nullas hic fuisse vsuras. & quod dicit post oblationem exonerari, subaudi maximè. nam idem & antè: vt. s. de pig. act. l. j. & tunc dic debitum sortis. i. debitũ, quod est sors.

Frumenti vel hordei mutuò dati accessio [l] etiã ex nudo pacto [m] præstanda est.

¶ *In bonæ fidei iudicijs ueniunt usuræ & mora, quæ sopito iudicio principali peti non possunt. Bal.*

Idem A. Eustachiæ. LEX XIII.

In bonæ fidei [n] iudicijs (quale est negotiorum etiam gestorum [o]) vsurarum rationem [p] haberi [q] certum est. Sed si finitum est iudicium sententia: quamuis minoris [r] condemnatio facta est, non adiectis vsuris, nec prouocatio secuta est: finita retractanda [s] non sunt: nec eius temporis quod post rem iudicatam fluxerit, vsuræ vllo iure postulantur, nisi ex causa iudicati [t].

¶ *Habitatio domus pignoratæ non dicit excedere modum legitimum usurarum: secus in locatione, si pluris est à creditore locata. Bald.*

Idem A. Aurelio. LEX XIIII.

Si ea pactione vxor tua mutuã pecuniam dedit: vt vice vsurarum domum inhabitaret, pactoq; ita, vt conuenit, vsa est, non etiam locando domum pensionem redegit: [v] referri quæstionem quasi plus domus redigeret, si locaretur, quàm vsurarum legitimarum ratio colligit, minimè oportet. Licet enim vberiore sorte [x] † potuerit contrahi locatio: non ideo tamen illicitum fœnus esse contractum, sed vilius conducta [y] habitatio videtur.

¶ *Hæc lex habet no. materiam, & hoc intendit. Pœna inserta in contractu mutui, uidetur inserta loco usurarum. & utile per inutile non uitiatur. hoc dicit. Bal. ideo quatenus excedit legitimum modũ, non ualet. Sali.*

Imperator Goardianus A. Claudio. LEX XV.

¶ Frumẽti.] CASVS. Si pro. x. corbibus frumenti, quos tibi 10 mutuaui nudo pacto cõuenisti mihi. xij. dare: an præstare tenearis, quæritur? Respon. ꝙ sic.

l ¶ Accessio.] Nõ enim propriè potest dici vsura.

m ¶ Pacto.] dummodò intra legitimum modũ: vt. j. eo. l. eos. §. cæteros. Sed qua actione? Rñ. per con 20 ditione triticariam: vt. ff. de tritica. l. j. vel dic conditione ex hac. l. & facit. j. eo. l. oleo. Itẽ no. hîc ex nudo pacto deberi vsurã: vt. ff. eo. l. etiam, & de nau. fœ. l. periculi. sed regulariter contra vt. s. eo. l. quãuis. j. Item no. ꝙ ex nudo pacto hîc oritur actio, quod spe 30 ciale est vt diximus. s. de pact. l. legem.

Vsura aliquãdo debetur ex nudo pacto.

In bonæ fidei.] CASVS. Tenebaris mihi ad. x. act. neg. gest. quia gesseras negotia mea fuisti in mora. & conueni te: iudex condẽnauit te ad x. & de vsuris nihil dicitur an possim petere vsuras, quæ 40 ritur? Dicitur ꝙ non, nisi à sententia fuerit appellatum: nec eas, quæ cucurrerũt à tpe latæ sententiæ ante quadrimestre qd dat condemnatis: sed eo elapso nisi iudicatis satisfiat, vsuras centesimas petere potero. Viuia.

n ¶ In bonæ fidei.] & 50 in ijs, quæ naturam habẽt bonæ fidei: vt. s. in quib. cau. in integ. restit. non est ne. l. in minorum.

† Maiore sorte

o ¶ Gestorum. vt insti. de a. §. actionum.

p ¶ Rationem.] i. emolumentum habere.

q ¶ Haberi.] officio iudicis ex mora: vt. ff. eod. l. 60 mora. §. in bonæ fidei. & ff. loca. l. quæro. & ff. de nego. gest. l. quia tantundem. & j. deposit. l. vsuræ. & j. loca. aduersus.

r ¶ Minoris.] scilicet propter vsuram. de qua non dixit: vt hîc subijcit.

s ¶ Retractanda.] Quia in bonæ fidei iudicijs, non est alia actio sortis, & alia vsurarum: vt infrà deposit. l. iiij. & ff. de actione empti. l. qui per collusionem. §. fina. secus si alia actione debentur, vt in strictis iuris iudicijs, vbi per stipulationem debentur: vt suprà de iudi. l. j. & ff. de eo quod certo loco. l. 70 centum.

t ¶ Nisi ex causa iudicati.] i. nisi post quatuor menses, quando currunt centesimæ: vt. j. de vsur. rei iudi. l. ij. & fi. sed M. dixit etiam medio tempore currere, si antea fuerat debitor in mora, per. l. ff. eodem. l. in fideicommissi. in princip. quod non placet: quia ibi in fructibus dicit, qui sunt accessio naturalis. secus autem in ciuili, vt dixi, nisi quando appellasset frustratoriè: vt. ff. eo. l. tutor.

Si ea pactione.] CASVS. Mulier aliqua mutuauit mihi. x. nomine vsurarum. permisi vt habitaret in domo mea: quæ inhabitauit, nec alij locauit, posteà comperio, ꝙ si alij locasset. xx. percipere potuisset: vnde nõ 80 debui nisi. v. nomine vsurarũ. volo repetere: quæritur, an possim? dicitur ꝙ non: quia videor ei locasse viliori prætio, quàm alij potui. Viuia.

v ¶ Redegit] secus ergo si locasset, & pensiones maiores legitimis vsuris percepisset: tunc enim in fraudẽ legitimæ vsuræ videt factum secundum Io.

x ¶ Sorte.] i. quantitate.

y ¶ Conducta.] quod toleratur ratione incertitudinis: vt. j. eod. l. si ea. & quia licitum est contrahẽtibus &c. vt. ff. de mino. l. in causæ. ij. §. pe. secus ergo si hæc locatio est vltra dimidium iusti pretij: vt. j. de rescin. ven. l. ij.

Cum allegas uxorem tuam ea conditione mille aureorum ♁ quantitatem sumpsisse, ut si intra diem certum debito satis non fecisset cùm pœna quadrupli redderet, quod accepit, iuris forma non patitur legẽ contract⁹ istius ultra[a] pœnam legitimarum usurarum posse procedere.

¶ Fructus nomine usurarum promißi non possunt ultra debitum modum peti. hoc dicit. Bal. Vel sic: Triticum nomine usurarum promissum non potest peti ultra legitimum modum. hoc dicit. Sali.

Idem A. Sulpitio. LEX XVI.

Cum non frumentum, sed pecuniam fœnori te accepisse allegas, ut certa modiatio tritici præstaretur[b]: ac nisi is modius sua die fuisset oblatus, mensurarum additamentis in fraudem legitimarum usurarum grauatum esse contendas: potes aduersus improbam[c] petitionem competenti uti defensione.

In authen. nullum credẽtem agricolæ tenere. §. sancimus. itaque. colla. iiij. consti. v.

¶ In ista authentica ponitur acceßionum & usurarum limitatio dupliciter. Primò quando mutuantur agricolis fructus aridi. Secundò quãdo pecunia. Item ponitur excessus medij ipso iure irritatio. Secunda ibi in uer. si aliquid. & se ipsam summat. Bal.

Ad hæc, qui fructus aridos[d] credidit agricolæ, vel pecuniam in vnoquoq; anno pro modio octauam partem modij, pro solido siliquam[e] vnam usurarũ nomine accipiens, terram, siue aliquid aliud, quod pignori accepit, omnino reddat. Si aliquid præter hoc commiserit: ab actione cadat[f] omnimodò.

¶ Ratione incertitudinis futurorum fructuum aliquid iudicatur iustum: quod si appareret certũ esset iniustum. h. d. Bal.

Imperator Philippus A. Euxeno.

LEX XVII.

ij Si ea lege possessionem mater tua apud creditorem suum obligauit, ut fructus in vicem usurarum consequeretur: obtentu maioris percepti emolumenti, propter incertum fructuum euẽtum † rescindi placita non possunt[g].

¶ Usuræ indebitæ solutæ prius sorte soluta, cùm in sortem cedere non poßint, ut indebitæ condicuntur. h. d. Bal.

Idem A. Castori. LEX XVIII.

Indebitas[h] usuras, etiam si ante sortem solutæ non fuerint, ac propterea minuere eam non potuerint[i], sed post sortem redditam creditori fuerint datæ, exclusa veteris iuris[k] varietate, repeti posse perpẽsa ratione firmatũ est.

Cum allegas.] CASVS. Mutuaui tibi. x. cõueni si sua die non solueres, ꝙ tenearis ad quadruplũ nomine pœnæ præter sortẽ: an valeat conuentio? dicitur ꝙ nõ nisi usque ad pœnã legitimarũ usurarũ. vnde superfluo detracto, stipulatio vires habebit. Viuia.

♁ Numero

a ¶ Vltra.] superfluo ergo detracto stipulatio vires habebit, ut hîc, &. ff. e. l. pecuniæ. in pri. ✳ Et no. ꝙ H. intelligit hanc. l. quũ talis erat persona, quæ consueuerit fœnerari: quod si est, contra talẽ pſumptionẽ non admittã probationem: in alijs autem dantibus gratis pecuniã, & maximè ius ignorãtibus hoc pactum non reprobatur: ut arg. ff. eo. l. qui semisses §. fi. &. ff. de petit. hæred. l. utrũ. §. fi. & de pign. acti. l. vel vniuersorum. & de re mili. l. nõ omnes. §. à barbaris. Alij ut Ioan. non distinguunt, sit solitus fœnerari vel non. nam semper fraudem præsumit ex quãtitate pœne ut hîc, &. ff. de act. emp. l. iulianus. §. idẽ Papinianus respondisse. et ff. eo. l. pœnã. &. l. pecuniæ. Nec obstat. d. l. qui semisses. quia ibi ex negligentia, hîc ex promißione petijt usuras. & hoc vbi pœna adijcitur quantitati. secus si promissæ speciei vel facto: quia tunc tota petit: ut. ff. de actione emp. l. Lucius. &. s. de transac. l. promißis. Sed secundũ nos quod dicimus de usuris correctis per aut. de eccle. tit. col. ix. qualiter de hac pœna iudicabim⁹: cũ nec pœnam ut dixi, nec usuras iudicemus? Respon. condẽnabo in tantam quantitatem nomine pœnæ, quanta est legitima usura quod non placet: quia sic semper posset quis stipulari nomine pœnæ etiam usuram. Item non rebus sed verbis lex imponeretur: quod esse non debet ut. j. communia de lega. l. ij. in fi. dic ergo quantum interest.

✳ In hoc articulo oẽs doctores hãc adhibent distictionẽ, ut cum in contractu mutui adijcitur pœna, censeãtur adiecta loco usurarũ, & ideo peti nõ poßit: in alijs autẽ cõtractibus si adijcitur pœna dationi quãtitatis, aut facto, quod obligationẽ augeat, tunc distinguendum est, an is qui pœnã stipulatur, solitus sit fœnerari, necne ut primo casu pœna peti non poßit tanquam adiecta in fraudem usurarũ, secũdo casu poßit doct. hic in l. rogasti, §. si tibi. ff. si certum pet. in. l. iulianus. §. idem papinianus. ff. de actio. emp. canonist. in. c. illo vos. de pig. Innoc. & alij in c. suam de pœnis.

Cum non.] CASVS. Mutuasti mihi pecuniam: & animo nouandi stipulor frumentum tibi reddi usque ad certam mensuram, & si sua die non soluerem, stipulatus es in fraudem legitimarum usurarum additamentum: tibi petenti obstat exceptio. Viuia.

b ¶ Præstaretur.] nomine sortis in stipulatione reductæ, & animo nouandi obligationem pecuniæ.

c ¶ Improbam.] Quãtum ad additamentum. Ir.

¶ SEQVITVR AVTHEN. ¶ *ad hæc. quæ est in cor. nullũ credẽn. ag. colla. iiij. quã quidã legunt super. l. frumenti, alij super legem, oleo.*

Ad hæc.] Casus huius authenti. sic ponitur: Si volo mutuare agricolæ pecuniam vel fructus: possum pacisci, ut in fine anni pro modio reddat totum corbem frumenti. Si autem maiorem usuram adducerem in stipulationem: cado ab actione mea ipso iure, vel ope exceptionis, & terra propterea obligata, vel aliquid aliud pignori datum, non tenebitur. Viuianus.

Usuras præsumimus ex quantitate pœne. Lex rebus & non verbis imponi debet.

d ¶ Arídos.] ut frumentum & hordeũ: & idẽ in liquidis: ut arg. j. e. l. oleo. Vel verius in alijs remanet lex antiqua.

e ¶ Siliquam.] quid sit siliqua, dic ut. no. s. de epis. & cleri. authentica. sed hodie.

f ¶ Cadat.] ipso iure, vel per exceptionẽ: quod verius est. itẽ no. quòd hãc aut. Al. & quidã alij intellexerunt in omni homine, non solũ in agricollis: q̃a tex. in cor. sit generalior quã rubrica: sicut & aliàs est. j. etiã ob chiro. pe. l. j. nã etiã ad aliã, quã ad pecuniã trahit ibi tex. in prin. sed secũdũ eos corrigit. j. e. l. oleo. vbi ultra octauã permittebatur. item & lex. j. eo. l. eos. vbi maiorẽ permittit usurã, quã sit siliqua pro sólido. Tu dic secundum Azo. et. H. & Ioã. ꝙ tantũ in rusticis loquitur hæc aut. & iõ in ceteris serua leges illas. nam et aliàs subuenitur rusticis plus quã alijs: ut. j. de testa. l fi. Et distingue circa hoc, an mutuet quis pecuniam ad numerũ. an aliud quod consistat pondere, numero, vel mensura. primo casu si stipuletur in pecunia usuras, potest intra legitimum modum, non ultra: ut. j. eodẽ. l. eos. sed in rusticis usque ad siliquam ut hîc si autem stipuletur nomine usurarum aliud, quod consistat pondere, numero, & mensura: si quidem certum, non valet ultra legitimum modum: ut hîc, & l. cum non frumentum. s. proximè. si autem incertum modum: tunc etiam ultra legitimum, & ultra centesimam: ut. j. l. proxi. &. s. eod. l. si ea. & est ratio: quia in incertitudine se posuit: ut. ff. de nau. fœ. periculi. nam potest esse quòd plus aut minus percipiet, quàm nunc credat. & hæc serua in rusticis & alijs. Secundo casu. s. quando mutuauit, quod est põdere, numero, & mensura tunc si stipulatur usuras siue accessiones illius rei pro quantitate illa, ultra centesimam etiam potest stipulari: quia tanto min⁹ poterit tunc valere, ꝙ nõ excedat. vnde ratione incertitudinis valet: ut ĩnuitur in hac. l. ut. j. eo. l. oleo. sed in rusticis usq; ad octauam modij: ut hîc. Sed iure nouo secundum Ioã. & Azo: & nos non solùm in rusticis, & non solùm in minorandis usuris vel accessionibus, sed ex toto tolluntur usuræ: ut in authentica. de eccle. titu. §. j. colla. ix. vbi dicit seruandas regulas sanctorũ quatuor conciliorũ: sunt enĩ prohibitæ in Niceno: ut xlvij. dis. c. quoniam. Item si nulla lex diceret, adhuc non valerent: cũ sint contra legẽ Dei & inferior nõ potest tollere legem superioris: ut. ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. tempestiuũ. & de ar. l. nam magistratus. Item Christus ad Paulum dixit: Durum est contra stimulum calcitrare. Item contra naturam est, ut seruus tollat legem domini sui: ut. s. de pa. l. seruus. nõ ergo stipulatio non pign⁹, non iuramentum de his præstandis tenet, ut. s. de legi. & constit. l. non dubiũ. & pro hoc etiã facit multũ: quia dicta. l. Iustiniani in aut. de eccl. ti. est de suis vltimis. vnde iã quasi pœnituisse videtur de eo, qđ permiserat eas. nã posteriora prioribus derogant: ut. ff. de iure codi. l. diuus. §. licet. & de leg. j. l. si mihi & tibi. § fi. nec obstat huic opinioni, in authentica. de usur. nau. colla. ix. quę est post illam de eccle. tit. & permittit usurã quia speciale est in nautico fœnore, in quo etiam iure veteri multa erant specialia propter periculum: quod subit creditor, & quòd nudo pacto, & quod sine stipulatione debentur: ut ff. de nau. fœ. l. periculi. &. j. eo. l. eos. §. j. Sed con. in aut. de eccle. tit. §. sin autem distulerint. Sol. ibi speciale duplici fauore. s. vltimæ voluntatis: & in legato ad pias causas relicto.

Usuras quatenus stipulari liceat.

Usuræ de iure ciuili sũt conditæ & sublatæ.

Legem superioris inferior tollere nõ pót.

Actu. ix. & xxvj.

Fœnus nauticũ multa habet specialia.

Si ea lege.] CASVS. Mulier obligauit mihi vineam: & in vicem usurarum conuenit, ut reciperem vindemiam. si plus emolumenti, consecutus sim ex fructibus, quàm etiam sit in usura, an illud reuocari poßit quæritur? Dicitur quòd nõ: quia potereat euenisse, quòd nihil euenisset: & tamen necesse haberet stare conuentioni, et propter incertũ non erit retractanda. Viuianus.

† Prouẽtũ.

g ¶ Non possunt.] contrariũ non postulaturus si modicum percepisset: ut infrà de solu. l. cùm pro pecunia. & hoc intelligit Ioan. quando dubitari poterat, utrum tantum percipietur an minus: quia consueuit quandoque minus quandoque tantum accipi. cæterum si indubitabile videtur communi opinione, etiam si aliter posset contingere: tamen rescindentur placita secundum Ioan. ut arg. j. de dona. l. sancimus. §. fi. & argu. j. eo. l. oleo. &. s. eodẽ. l. si ea.

Indebitas.] CASVS. Mutuaui tibi. x. nec cõueni de usuris. si soluisti, an eas ut indebitas repetere poßis: quæritur? Respõd. distinguitur: aut eas usuras ante sortem soluisti, aut post. si ante in sortem imputabũtur: si post, repetes per condi. indebi. Viuia.

h ¶ Indebitas.] utroque iure.

i ¶ Non potuerint.] tunc enim solutæ minuerent sortem: & sic non repeterentur: ut. ff. de condi. indebi. l. si non sortem. in prin.

k ¶ Iuris.] quia non distinguitur, soluat ante vel post quo ad hoc, quia lucro creditori non cedant ante vel post soluantur: sed antè solutæ cedunt sorti, & posteà sors soluta condicitur: sed pòst solutæ ipsæ eædem condicuntur: ut hîc: &. ff. de condictione. indebiti lege si non sortem. in prin.

tem.in prin. Itē non refert sit pro eis pignus obligatū vel nō. & hoc qñ vtroq; casu sunt indebitę. si aūt nullo pacto sunt indebitę, tūc retinentur: vt § eo.l.quāuis. j.&.l.per retentionē.&.j.e.l.si vsuras.&.l.pignoribus.&.ff.de solu.l.in his.§.imperator.&.l. creditor.§. cùm de sorte.

ACceptam.] CASVS. Mutuaui tibi.v. sub vsuris accepto pignore: obtulisti sortē mihi, sed nolui recipere: vt cursus vsurarū nō īhiberet: qualiter tibi succurrat? Dicit ꝙ cōsignabis, & depones in publicū locū, puta in ædē sacram & ex tūc periculum erit mei creditoris, & ius pignoris soluet, & nō teneberis. & ho: ī pma. Et idē de traiectitia pecunia obseruabit. & hoc in secūda. Qua autē actione persequi possim pecuniā à depositario vel à debitore: dicit in fi. ꝙ actiōe vtili: sed nō aperit q̄ actio illa sit: tu dic depositi vel in rē. Vi.

Hæc lex est singularis. Oblatio debiti & consignatio ac depositio, tempore & loco congruo cursum usurarum impedit: à periculo casus fortuiti liberat debitorem: pignora dissoluit: hypothecariæ obstat: quod etiam in traiectitia pecunia seruatur: creditori uerò parit actionem contra depositarium, & quemlibet detentorem. sed si debitor depositum recuperauit, in ueterem obligationē reincidit. h.d.Bald.

Idem A. Hyrenię. LEX XIX.

ACceptam mutuò [a] sortem cum vsuris [b] licitis creditoribus post contestationem [c] offeras. at si non suscipiant: consignatam in publico depone, vt cursus legitimarum vsurarum inhibeatur [d]: (in hoc autem casu [e] publicum intelligi oportet, vel sacratissimas ædes, vel vbi competens iudex super ea re aditus deponi eas disposuerit) quo subsecuto, etiam periculo [f] debitor liberabitur, & ius pignorum tolletur [g]: cum Seruiana [h] etiam actio manifestè declaret, pignoris inhiberi persecutionem vel solutis pecunijs, vel si per creditorem steterit quo minus soluantur [i]. Quod etiam in traiectitijs [k] seruari oportet: creditori scilicet actione vtili [l] ad exactionem earum non aduersus debitorem, nisi fortè eas receperit [m], sed contra depositariū [n] vel ipsas [o] competente pecunias.

a Acceptā mutuo.] Idem in omni debito ꝙ potest consignari. secus in eo quod cōsignari non potest: vt infrà de donat. ante nupt. authé. dos data. Quid ergo faciet debitor speciei, q̄ consignari non potest? Rū. offerat. & si quidem res oblata post eà pereat, si est in specie: iure ipso debitor liberatur: si in genere per exceptionem, secundùm Io. vt. ff. de solut.l.qui decē. in prin.

Solutionem particularē quando que te cur quis recipere.

b Cum vsuris.] Hoc ideo: quia totum debitū debet offerre vt cursum vsurarū inhibeat, vt hîc &.ff.eodem.l.tutor.§ lucius. nisi in tribus casib⁹ Primus quando hoc actū est: vt eadem.l tutor.§.lucius. Secundus quando non est liquidum: vt.ff. si cer.peta l.quidam. Tertius in libertate: vt.ff.de sta.libe.l.cùm hęres. §.item si decem.

c Post contestationem.] id est post testium vocatiōem & denunciationem. sicut & alibi.ff.de legi.& consti.l.fi.&.§.eo.l.ij. & hoc cōgruo loco & tempore: vt.ff. de sol.l si soluturus.& de verb.obli.l. qui Romę &.§ de solu.l obsignatione.§.sed ita demum.

d Inhibeatur.] Quid miri? ipso eñ iure omnis obligatio tolli videt vt.j de solut.l.obsignatione.&.ff mādā.l.qui mutuam.§.j. nec obsistat quò non sit directum dñium creditoris: vnde non datur ei directa rei vendicatio, sed vtilis: vt infrà in fine huius legis. nam nihilomin⁹ ipso iure est debitor liberatus: sicut & hæres cedendo actionem legatario nominis liberatur ab actione ex testamēto, nō tamen à se separari potest actio ex toto.ff.pro socio.l.tertia in principio. & de pecul.l. quid ergo. idem in muliere, quæ fundum in dotem promisit non dando cum liberatur: licet domina remaneat secundùm quosdam: vt infrà de iure dotium.l.in rebus. idem in eo qui soluit illi procuratori, à quo est reuocatum mandatum. nam liberatur, licet non efficiatur dominus pecuniæ creditor: vt.ff.de solu.l.verò procuratori.§.sed & si quis mandauerit. & l.cùm quis.§ si debitorem. sed B. dixit dominium transire in dominum ꝓpter præcedens mandatū. Vel dicas non ipso iure, sed per exceptionem tolli: vt in fine.l.dices. Item hoc rerum siue vsuræ per stipulationem, siue officio iudicis debeātur. Sed quidam dicunt vt Io. tunc sola oblatiōe tolli: quod reproba: vt.§.eodem.l.ij.&.l.ex prædijs. Item hoc etiam in currentibus: nam quæ nondum cœperunt currere, etiam sola oblatione tolluntur: vt.§.eo.l.si. per te.

Vsuræ quæ cœperūt currere nō tollunt sola oblatione.

e In hoc autem casu.] bene hoc casu dicit. nam aliâs aliter accipi publici nomen: vt.ff.ne quid in loco publi.l.ij.§.publici. & aliter instit. de rerum diuisio.§.j.

f Periculo.] Omnimodò: sed sola oblatio liberat secūdum distinctionem quam in pri. legis dixi.

Oblatio sola debiti an inducat pignoratitiam actionem.

g Tolletur.] vt &.ff.quib⁹ modis pigno. vel hypo.sol.l.item liberatur.§.qui paratus.&.l Paul⁹.§ primo. Si quæris, an inducat pignoratitiam actionem sola oblatio? distinguetur an fiat in iudicio, & tūc agit pignoratitia: an non, & tunc non: licet possit debitor creditorem petētem repellere: vt ff.de pigno.actio.l.si rem alienam.§.fina. & dicta lege item liberatur.§.j.

h Cum Seruiana.] id est quasi Seruiana quæ hypothecaria vocatur vt insti.de act.§.item seruiana.

i Soluāntur.] vt.ff.de pig.act.l.aliena.§.fi.& d.l. item liberatur.§.j. &.j de lui.pign.l.fi.&.j.de pigno.l.si dominium.&.l.creditor.

k In traiectitiis.] vt debitor offerendo, consignando, & deponendo liberetur, de quibus dices.j.ti.j l.j.

l Actione vtili.] Depositi vel in rem, & sic non est in eum translatum dominium directum.

m Eas receperit.] Et hoc casu loquit ff.c.l.debitor.ī fi. sed qua actiōe tūc ipse conuenit? Prima nō: qā sublata est ipso iure vñ in ꝑpetuū &c. vt.ff. de solu.l. q res.§ areā. & ff.depositi.l.prima.§. satisdatione. Respond. vtili in rē, vel ad exhibendū sicut qlibet alius: vt subijcit. Vel dic ēt prima cōueniri, & fingit nō facta depositio, cùm non durauerit: vt.ff. de in rē ver. l.si pro patre.§. versum. Vel tertiò dicas tolli per exceptionem, quę exceptio fit inefficax cùm debitor recipit pecuniam.

n Sed contra depositariū.] vtili depositi.

o Vel ipsas pecunias.] id est possidentem pecunias vtili in rem. collige ergo ex prædictis oblationem, & consignationem, & depositionem ipso iure, vel per exceptionem tollere omnem obligationem. at depositio sola nihil: vt suprà eodem.l. secunda in fine nisi cum non est cui offertur: vt suprà eodem .l. si creditrici.in fine. Item oblatio sola vsuras futuras impedit. Item pœnam committendam impedit: vt.§.e.l.si per te.& ff.de arbi.Celsus.in fi.non illas quæ cœperant currere: vt.ff.de admi. tu.l.tutor pro pupillo.§.j. Item sola oblatio tollit pignus, vt dixi. Item interitum facit esse creditoris: vt.ff.de verbo.obliga.l.si seruum §.sequitur. Item in duobus casibus sola oblatio liberat debitorem à debitò: vt infrà de conditioni.inser.l fina.& infrà de successio.& ar.l.j.li. x. Sed quare sola oblatio non tollit cursum vsurarum inchoatarum, & facit transire interitum? Respondet non possunt consignari & deponi illa super quibus tractamus de interitu: & ideo sufficit oblatio. Item & si quandoque possunt, tamen in vsura est sola oblatio. cùm verò didicimus de interitu, est oblatio & sequitur interitus. nam & in pecunia si sequatur interitus, non tenetur debitor: vt.ff.de solutio.l.qui decem.in principio.

Oblatio sola debiti qd operetur.

Mandator & fideiussor conuenti ultra legitimū modum usurarū, sunt ipso iure tuti, sicut reus principalis. h.d. Bal.

Idem A. Aelio. LEX XX.

COnstitutionib⁹ sacris quæ vltra certum modū vsuras fœnebris pecuniæ exigi prohibent, mandatoribus etiam vel fideiussoribus subuentum est: quibus [p] quasi [q] mandator, vel fideiussor conuētus vti potes [r].

COnstitutionibus.] CASVS. Si mihi mutuasti.x. & vsuras vltra legitimum modum stipuleris: non solùm mihi, sed fideiussori meo subuenietur. Viuianus.

p Quibus.] scilicet constitutionibus, & facit.§.de nonnu.pecu.l.tam mandatori. &.j.c.l.cos.in prin. &.ff.de excep.l.omnes.

q Quasi.] pro certè.

r Vti potes.] vt.j.de solu.l.j. Sed contrà.ff.eo.l.j. vbi dicitur, quòd proprior solutio intelligenda est.

Simpliciter solutum cedit in debitum usurarum. hoc dicit Baldus. uel sic: Simpliciter solutum creditore uolente, cedit in debitum usurarum seu prius in usuram quàm in sortem. hoc dicit Salicetus.

Idem A. Chresimo. LEX XXI.

SI vsuras præstari pignore dato conuenerat [s]: & incontinenti [t] numeratione facta, posteà vel ante propter quod debitum solutionem feceras non designasti: habuit creditor in vsuras tibi accepto ferendæ solutæ quantitatis facultatem [v].

Pignus obligatum pro sorte & usuris, potest pro utroque debito retineri: sed pignus obligatum pro sorte tantùm, non potest retineri pro pœna. h.d. Bal. & Sali.

SI vsuras.] CASVS. Mutuaui decem sub vsuris accepto pignore: quinque soluisti, nec in quam causam recipiantur illa.v. dictum est. dicitur quòd creditor habet electionem computādi in vsuras. Viuianus.

s Conuenerat.] Per stipulationem. Vel nudo pacto. sed dictum erat, quod pignus pro eis teneretur: alioquin solo pacto promissæ sine pignore, si soluantur sine designatione in sortem tantùm, debet eligere creditor: vt.ff.de solu.l. in his.§.imperator. &.l. Paulus respon. non ideo.§. primo.

t Incontinenti.] quæ enim incontinenti fiunt, inesse videntur &c. vt hic, &.ff. si cer.pet.l.lecta.&.j.de pact.l.petens.

v Facultatē.] vt &.§.de solu.l.j.&.ff.de pig.acti.l.cū & sort s.imo videt etiā in grauius debitū, & sic in sortē: vt.ff.de solu.l.j.ij.&.iij.Sol. scđm quosdā grauius debitū est vsura, qa magis inuitè qs soluit ꝙ ad se non ꝑuenit. quod non placet: nā & cum quis suo nomine debet Itē & fideiussorio nomine si soluit, indistinctè videtur solutum in duriorē causam & durius est quod suo nomine, quam quod alieno: vt.ff. de sol. l.& magis. Dic ergo ibi loqui, cùm ex pluribus causis est debitor: hîc ex vna: partim principaliter, partim accessoriè. Accursius.

y

Pignoribus.] CASVS. Mutuaui tibi decẽ & obligasti pign⁹, & actũ est vt ꝓ vsuris pignus teneat: si eas solẽniter stipulatus nõ sum, vsuras legitimas petere nõ possum. puta nõ cõuentas ꝑ stipulationem: habeo tñ retentione pignoris ꝓ eis. & hoc in prima. Si verò dictũ non erat, quòd pignus teneretur, nihil amplius sorte petere possum: nec habeo retentionem pignoris, sed ad solutionem pignoris compelled⁹ sum. & hoc in secunda. Viuianus.

a ¶Pacto.] id est ratione vel nomine pignoris possunt, cum hoc dictum est vt pignus pro eis vsuris teneatur: vt hîc, &.s̃.e.l.[a] per retentionem.

b ¶Verum.] lege ita hoc scilicet est verum iure cõstituto iam dudum, scilicet in. d.l. per retentionem. &.ff. de pig.l. grege. §.fi. &c.

c ¶Pacto.] vt per pignoris retentionem possint seruari.

d ¶Conuenisse.] nudo pacto, cũ sine stipulatiõe peti non possit, sic nec vsura: vt.s̃. eodem.l. quamuis j.

e ¶Amplius potest.] scilicet sorte.

f ¶Solutionem.] id est restitutionem.

a Ibi vide Salicetum.

† Posse & ad pignoris.

Idem A. Carino. LEX XXII.

Pignoribus quidẽ interuenientibus, vsuræ quæ sine stipulatiõe peti non poterant, pacto[a] retineri possunt. ¶Verùm[b] hoc iure constituto, cum huiusmodi nullo interposito pacto[c] tantummodò certæ summæ præstari pœnam conuenisse[d] proponas: nec peti nec retineri quicquam amplius potest[e] †: & ad pignoris solutionem[f] vrgeri te disciplina iuris perspicis.

¶Non consideratur quod casualiter contingit: & illud quod habet in se potentiam plus uel minus, non dicitur excedere modum. hoc dicit. Bald. Vel sic: Ratione incertitudinis conceditur quòd aliàs non concederetur. h.l. Sali.

Idem A. Iasoni. LEX XXIII.

Oleo quidem, vel quibuscunque fructibus mutuò datis[g], incerti pretij ratio aditamenta vsurarum eiusdem materiæ suasit admitti.

Oleo quidẽ. CASVS. Mutuaui tibi oleum, vt tantundẽ cũ accessione in eadem mensura in fine anni redderes an valeat talis conuentio, quæritur? Dicitur quòd sic: licet hæc accessio excedat legitimũ modum vsurarum. & hoc ratione incerti pretij. & incerti exitus introductum est.

g ¶Mutuo datas.] ita vt tãtundem olei cum accessione in eadem materia reddatur vsque ad legitimum modum. Idem etiam si fiat solutio in pecunia, & valebit etiam vsq; ad legitimum modum vsq; ad duplum propter incertitudinem. nam poterit esse quòd longè minus valebit tunc oleum: vel lõgè plus quam nũc & facit suprà eodẽ.l. frumenti.

¶Mater gerens negotia filij tenetur ad usuras pecuniæ quam administrauit. h.d. Bald. uel quam potuit fœnerare. Sali.

Idem A. Glauciæ. LEX XXIIII.

Si mater tua maior annis constituta, negotia quę ad te pertinẽt gesserit: cùm omnem diligentiam[h] præstare debeat: vsuras pecuniæ tuæ quam administrasse fuerit comprobata[i], præstare compelli potest.

¶Species æstimata recipit usuras. hoc dicit. Bal. uel sic: Species potest dari æstimata, ut eius æstimatio conuertatur in mutuum: & tunc creditor potest stipulari usuram. h.d. Sal.

Impe. Constan. A. ad populũ L. XXV.

Pro auro & argẽto[k], & veste[l] facto chirographo licitas solui, vel promitti vsuras iussimus.

Si mater.] CASVS. Mater tua gerens negotia tua, pecuniam tuam fœnori non dedit: si dare consueuisti, & non dedit, tenebitur. Viuianus.

h ¶Diligentiam.] regulariter: vt.s̃. de neg. gest.l. tutori.

i ¶Comprobata.] si & ipse dominus consueuerit fœnerare: vt.ff.e.l. qsemisses. §.fi. Item hoc si potuerit fœnerare. Item prestat etiam sic periculum nominum, nisi subito suas substantias amiserint: vt.ff. de nego. gest.l. atqui natura. §.fi. &.l. litis. §.j. Accursius.

Pro auro.] CASVS. Volebam à te accipere. x. mutuò: nõ habebas, sed aurũ æstimatũ dedisti, & cõuenit vt æstimationẽ cũ vsuris redderem. an valeat hęc conuentio, & debentur vsuræ, quæritur. rñ. ꝙ sic. & hoc dicit imperator vt solui & promitti possint vsuræ.

k ¶Pro auro & argento.] his æstimatis omnibus quæ cõsistunt pondere, numero vel mensura.

l ¶Et veste.] Aestimatis datis, vt reddatur æstimatio: vt &.s̃. si cer. pe.l. si pro mutua. nam specierum nõ præstatur vsura, nisi in casibus: vt.ff.e. in fideicommissi. in fi.l. cũ quidam. §.fi. & de peti. hære.l. hæres furiosi. §.fi. vel forte etiam si in illis casibus fuerint species æstimatæ: ar. j. de secun. nupt.l. hac edictali. §. his illud.

Eos.] CASVS. Mutuaui tibi decem, pignus obligasti: stetisti per triginta an. vel quadraginta ꝙ nec soluisti sortem, nec vsuras, nec pign⁹ petijsti: certũ est ꝙ cõdictio certi ex mutuo, sublata est spatio triginta an. sed nunqd petitio vsurarũ similiter sit sublata, queritur? Rñ. videbatur quòd non, nisi vsurarum illarum quas potuit petijsse, iam elapsum sit spatium. xxx an. nec petij, puta si vsuras primi anni & scdi nolui petere: sed vsuras sequentiũ annorũ petij: qa eis nondũ ꝑscribitũ per triginta an. nunquid possim petere? Ad hoc respon. ꝙ nõ: qa extincta est accessoria de vsuris, actiõe principali de mutuo extincta & hoc in prima. In scda dicit, ꝙ illustres & qui sup eos sunt, possunt stipulari vsuras vsq; ad tertiũ cẽtesimę: vt puta sors est in xij. vsura mensis erit quatuor: mercatores possunt stipulari vsq; ad besses centesimæ: qui si mutuarunt triginta suo periculo possunt stipulari centesimã q̃ æquiparat̃ sorti manuũ. & hoc ideo est: qa pecunia talis periculo mutuãtis est, puta cũ quis stipulatur decem pro libra. Alij possunt stipulari vsq; ad mediam cẽtesimæ: quia si mutuaui xx. possum stipulari. x. creditores non debent detrahere de sorte. & hoc in tertia. Item per interpositas personas non debẽt maiores vsuras stipulari & hoc ĩ quarta. vnde ista lex tota loquitur cùm non mutuatur agricolæ: secus si mutuaretur agricolæ. vt in authentica ad hæc.

¶Ista lex est notabilis: & licet sit correcta inquãtum permittit usuras, tamen bona notabilia extrahuntur ex ea, & principium. hoc dicit in summa. Debitor tutus præscriptione in principali debito uel re principali, est etiam tutus in usuris cum fructibus. hoc dicit usque ad §. super. Bal.

Imper. Iustinian⁹ A. Mennæ præfecto prætorio. LEX XXVI.

Eos[m] † qui à principali actione per exceptionem triginta vel quadraginta annorum, siue personali siue hypothecaria ceciderunt: iubemus nõ posse super vsuris vel fructibus præteriti tẽporis aliquã mouere quęstionem, dicendo ex ijsdem temporibus eas velle sibi persolui, quæ non ad triginta vel quadraginta[n] præteritos, annos referuntur, asserendo singulis annis earum actiões nasci. principali enim actione non subsistente, satis superuacuum[o] est super vsuris vel fructibus adhuc iudicem cognoscere.

¶Modus usurarum hîc taxatur: & non ualet cõsuetudo quæ ulteriores usuras ꝑmitteret & fœneratores nõ possunt aliquo prætextu fraudare taxationẽ hui⁹ legis, nec ꝑ interpositã ꝑsonã circumuenire Et si dubitatur an persona sit interposita necne: defertur iuramentum purgationis. h.d. notãter usque ad fi. Bal. Vel sic: Modus usurarũ hic taxatur secũdum uarietatem personarum, nec cõsuetudo uel cõuentio contraria est seruanda, & si dubitetur an in fraudem persona sit interposita uel non, ad sacramentum purgationis recurritur. Sali

¶Super vsurarum verò quantitate etiam generalem[p] sanctionem facere necessarium esse duximus, veterem duram & grauissimam earum molem ad mediocritatem deducentes. Ideoque iubemus illustribus quidem personis, siue eas præcedentibus[q], minimè

m ¶Eos.] scilicet iubemus.

n ¶Vel quadraginta.] hoc refertur ad hypothecariam vel etiam ad personalem, facta in ea contestatiõe litis: vt.j. de ꝑscrip. triginta an.l.fi. Sed quid si hypothecaria sit sublata decem vel viginti annis? quare non agit pro vsura, cùm principalis obligatio duret: vt in cõtrario casu: vt.j. de lui. pign.l. intelligere? Rñ. Io an. hoc verum, cùm pro vsura pignora teneant. Vel intellige hanc legem quãdo pręscriptione quadraginta annorum tollitur hypothecaria. Item cur tollitur accessoria obligatio vsurarum per accessoriam sublatam: imò (vt dicam verius) principalis: scilicet vsurarũ petitio quæ est principalis quo ad pignus, quod pro eis tenetur? Respõ. hæc sola ratio non est sufficiens, sed etiam adiuuat: quia ex stipulatione agenti ad vsuram, obstat præscriptio triginta annorum. quæ responsio valet, cùm triginta annis vel quadraginta ann. tollitur hypothecaria.

o ¶Superuacuũ est.] vt.ff. de regulis iuris.l. cùm principalis. &.ff. de pecu. lega.l. namque. & infrà de ꝑscript. triginta annorũ.l. siqs emptionis. §.fi. Sed contrà infrà in ꝑdicto ti.l. cùm notissimi. §. in his ẽt. vbi dicit ex initio cuiuscunque anni incipere pręscriptionẽ. Sol. hic odio vsurarum, vel verius vt ibi. Item contra infrà de luit. pigno. intelligere. Solu. de alio accessorio ibi: & de alio hic. Item distingue hîc, an vsuræ debentur iudicis officio: & tunc siue tollatur principalis præscriptione vt hîc. siue per sententiam: vt.s̃.e.l. in bonęfidei. &.j. depositi.l.iiij. siue solutione: tollitur semper accessoria: vt ff. de eo quod certo loco.l. centum. &.l. fina si autem stipulatione: tunc etiam si principalis per pręscriptionem tollitur: & accessoria, vt hîc. secus si per sententiam vel solutionem sortis, vt dicta.l. centum Capuæ.

p ¶Etiam generalem.] non solùm singula exponere.

q ¶Præcedentibus.] vt super illustribus. vel dic illustres qui tantùm dignitatem habent: sed si administrationem habent: tunc dicuntur eos præcedere. Et nota materiam huius legis comprehendi in his versibus.

Discant illustres stipulari posse trientes.
Et mercatores sibi possunt quærere besses.
Quærere semisses possint communiter omnes.
In traiectitijs vires centesima sumis.

Gl. vt in c. si diligenti in meetra de foro co. pe. indu hanc l. in ar. pro sublato principali sit usuraccessorium.

Vsuræ an tollantur principali obligatione sublata.

Vsurarum taxatio qualis esse debet.

Tertiam

a ¶ Tertiam partem centeſimæ.] ſors eſt duodecim. vſura fit in anno quatuor. ſed & ſi octo: tunc eſt beſsis. ſi æquiparatur ſorti: tunc eſt centeſima.

b ¶ Ergaſterijs.] Id eſt ſtationibus. ab erga quod eſt opera, & ſteron quod eſt ſtatio: vt. ſ. de epiſco. & cleri. l. ij.

Vſuræ ſpecierũ cognitio. Ergaſteriũ quid ſit.

licere vltra tertiam [a] partem cẽteſimæ, vſurarũ nomine in quocunq; contractu vili vel maximo ſtipulari. ¶ Illos verò qui ergaſterijs [b] præſunt, vel aliquam licitam negotiationẽ gerunt, vſq; ad beſſem centeſimę vſurarum nomine in quocunq; contractu † ſuam ſtipulationem moderari. ¶ In traiectitijs autem cõtractibus, vel ſpecierum [c] fœnori dationibus, vſq; ad centeſimam tantũmodò licere ſtipulari, nec eã excedere, licet veteribus legibus hoc erat conceſſum. ¶ Cæteros autem omnes homines dimidiam tantummodò cẽteſimæ vſurarum nomine [d] poſſe ſtipulari, & eam quantitatem vſurarum etiam in alijs omnibus caſibus nullo modo ampliari, in quibus citra ſtipulationem exigi vſuræ ſolẽt [e]: nec liceat iudici memoratam augere taxationem occaſione conſuetudinis [f] in regione obtinentis. ¶ Si quis autem aliquid contra modum huius fecerit conſtitutionis: nullam penitus de ſuperfluo [g] habeat actionem: ſed & ſi acceperit, in ſortem hoc imputare compelletur [h]: interdicta licẽtia creditoribus ex pecunijs fœnori dandis aliquid detrahere vel retinere ſiliquarum [i] nomine vel ſportularum [k], vel alterius cuiuſcunque cauſę gratia. Nam ſi quid huiuſmodi factum fuerit: principale debitum ab initio ea quantitate minuetur, vt tam ipſa minuẽda pars, quã vſuræ eius exigi prohibeantur. ¶ Machinationes etiam creditorum qui ex hac lege prohibiti maiores vſuras ſtipulari, alios medios ſubijciunt quibus hoc non ita interdictum [l] eſt, reſecantes, iubemus ſi quid tale fuerit attentatum, ita vſuras computari, vt neceſſe eſſet: tanquam ſi ipſe qui alium interpoſuit, fuiſſet ſtipulatus. in quo caſu ſacramenti [m] † etiam illationem locum habere ſancimus.

¶ *Lex noua trahitur ad præterita, quatenus pendet de futuro: non quatenus robur & perfectionẽ recepit pro tempore præterito. h. d. Bal.*

Idem A. Mennæ præfecto prætorio.

c ¶ Vel ſpecierum.] datarum æſtimatarũ. vel pone exemplum: vt. ſ. eo. l. oleo. Et dic ſpecierum datarum vt traijciantur. item etiam eſt traiectitia, vt ſi piſcatori detur pecunia in apparatum: vel Athlete vt ſe exerceat: vt ff. de naut. fe. l. periculi. Nota ergo quatuor caſibus vſuram centeſimam præſtari in traiectitia vel quaſi: vt hic. Item in acceſsione frumenti, vel vini, vel hordei: vt. ſ. eod. l. frumenti. Item poſt tempus quadrimeſtre: vt. j. de vſur. rei iudic. l. fin. Item in pupillari pecunia clam accepta. ff. de nego. geſt. l. qui ſine. Item in quinto: vt. ff. pro ſo. l. cũ duobus. §. j. & j. de ędi. priua. l. ſi vt proponis. Item in ſexto: vt ſuprà eod l. ſi ea. Item nota quòd quãdoq; lex ſtatuit alium certum modum extra generalitatem quæ hic eſt: vt ſemiſſes: vt. j. de his qui. vt indic. l. j. in fin. Item quartam centeſimæ: vt authẽti. hoc ius porrectum eſt ſ. de ſacroſan. eccl. Item in agricolis ſiliquam: vt ſ. eod. authen. ad hæc.

† In ſcriptis noſtris exẽ. totum hoc, vſur. not. in quocun. cõtractu, non habetur. Vſura centeſima eſt in multis caſibus præſtanda.

d ¶ Vſurarum.] nomine. etiã fiſcus: vt. j. de vſu. fiſ. l. fin. libr. x.

e ¶ Exigi ſolẽt.] vt in bonæfidei iudicijs: vt. ſ. e. l. in bonæfidei. vel in legatis & fideicommiſsis: vt ſuprà in qui. cau. in integ. reſtit. non eſt neceſ. l. in minorum. Vel dic vt ſ. eo. l. frumenti. & ff. eo. l. etiam H.

f ¶ Conſuetudinis.] vt &. j. quæ ſit longa conſue. l. ij. Hoc verũ niſi iurauerit ſequi conſuetudinem: quod non placet: vt ſuprà de legi. & cõſti. l. non dubium. Sed minui poſſunt occaſione cõſuetudinis [a]. Item vbi ſimpliciter vſurę legitimę ſunt promiſſæ, debẽtur leuiores: quæ in ciuitate frequentãtur: vt. ff. de admi. tut. l. tutor qui. §. ex cæteris. licet ſit arg. contrà. ff. eod. l. quod in ſtipulatione.

a Idẽ Sal. remittens ad no. ĩ cle. j. extrà de vſu.

g ¶ De ſuperfluo.] not. vtile non vitiari per inutile.

† Not. hoc Salic. quòd propter difficultatem probationũ venitur ad iuramentũ purgatiõis. & eſt argu. quod valet cõſtitutio epiſcopi admittens facilẽ probationẽ in probando aliquem vſurarium.

h ¶ Compelletur.] vt &. ff. de condi. indebi. l. ſi non ſortem. in prin. & facit. ff. eo. l. vſuras. & l. placuit. & l. Caius. & l. j. in princ.

i ¶ Siliquarum.] i. certum nummorum numerum, vt vnum piſcem emat & cum ſua familia gaudeat.

k ¶ Vel ſportularum.] quas fortè vt dicunt quidam, dabũt executoribus pro hac pecunia petenda: vel tabellionibus pro cautione ſcribenda.

l ¶ Interdictum eſt.] Nam quidã poſſunt maiores ſtipulari quã alij: vt. ſ. e. l. §. ſuper. Fit ergo hîc fraus de pſona ad perſonã, & facit ad hoc. ff. de legi, & ſenatuſconſul. l. contra legem. & ff. de autho. tuto. l. pupillus. §. finali.

m ¶ Sacramenti.] nota vt dixi. ſ. de his qui ad eccle. confu. l. præſenti. §. ſicubi. ſed hodie non valent: vt dixi. ſ. eo. auten. ad hæc.

De vſuris.] CASVS. Lex ſuperior proxima in futuris nõ præteritis negotijs locum habet. vt ſi aliquis ante legem iſtam ſtipulatus eſt vltra modum taxatum, præcedens lex vires habet, & ſecũdum eam fiet exactio. & hoc in prima. In ſecunda dicit, quod nullus debet ſtipulari vltra duplũ ſortis: ſicut olim fieri cõſueuit: nec pignora quorum occaſione cõſuetũ erat olim vltra duplum ſtipulari, nullo modo hodie procedant: nec vltra duplum teneantur. & hoc in ſecunda. Hæc quæ dicta ſunt, ſunt obſeruãda in bonæfidei cõtractibus: & in alijs quibus vſuræ debentur. vel exiguntur. & hoc in tertia. Viuianus.

LEX XXVII.

De vſuris quarum modum iam ſtatuimus [n], prauã quorundam interpretationem penitus remouentes, iubemus etiam eos qui ante eandem ſanctionem ampliores quàm ſtatutæ ſunt, vſuras ſtipulati ſunt, admodùm eandem ſanctione taxatum ex tẽpore lationis eius ſuas moderari actiones: ſcilicet illius temporis quod ante eandem fluxit legẽ, pro tenore ſtipulatiõis vſuras exacturos [o]. ¶ Curſum inſuper vſurarũ vltra duplum minimè procedere concedimus, nec ſi pignora quædã pro debito creditori data ſint, quorũ occaſione quædam veteres leges, & vltra duplũ vſuras exigi [p] permittebant. quod & in bonæfidei iudicijs, cæteriſque omnibus caſibus † in quibus vſuræ exiguntur, ſeruari cenſemus [q].

¶ *Vſura in ſortem conuerti non poteſt: & leges non imponuntur uerbis, ſed rebus. h. d. Bald. uel ſic: Sicut uſura uſurarum non poteſt exigi, ita nec in ſortem ſingulis annis imputari, aliàs lex eſſet impoſita uerbis, & non rebus. hoc dicit. Bald.*

Idem A. Demoſtheni præfecto prætorio.

LEX XXVIII.

Vt nullo modo vſurę vſurarum à debitoribus exigantur, veteribus quidẽ legibus cõſtitutum [r] fuerat, ſed nõ perfectiſsimè cautum. Si enim vſuras in ſortem redigere fuerat conceſſum, & totius ſummæ vſuras ſtipulari: quæ differẽtia erat debitoribus, à quibus reuera vſurarũ vſuræ exigebãtur? Hoc certè erat non rebus, ſed verbis tantũmodò legem ponere [s]. ¶ Quapropter hac apertiſſima lege definimus nullo modo licere cuiquã vſuras præteriti tẽporis vel futuri in ſortem redigere, & earũ iterum vſuras ſtipulari. Sed & ſi hoc fuerit ſubſecutũ: vſuras quidem ſemper vſuras manere, & nullum vſurarũ aliarum incremẽtum ſentire: ſorti autem antiquæ tantummodò incrementum vſurarum accedere.

TIT. XXXIII.

De nautico fœnore.

n ¶ Statuimus.] ſuprà. l. proxima.

o ¶ Exacturos.] & ſic legitimũ modũ excedat, & ſic in parte ſeruatur & in parte non. & ponit exemplum. ff. de legi. & ſenatuſcon. l. cùm lex.

p ¶ Exigi.] per retentionem pignoris.

q ¶ Cenſemus.] vt &. j. manda. pretij. & facit. ſ. l. proxima.

† Contractibus.

Vt nullo.] CASVS. Vt vſura vſurarũ nõ exigatur, veteribus legibus fuerat conſtitutũ, ſed non ad plenum: quia olim ſi mutuaui decẽ, poterã redigere vſuras in ſortem: puta ſors erat. x. vſura. v. poterã redigere in ſortẽ. x. & v. & ita eſſent. xv. & illorũ. xv. poterã ſtipulari vſuras. ſed hoc erat obſeruare verba & nõ ſenſum: ideo ſtatuit Imperator vt nullo modo vſura præteriti, vel futuri tẽporis in ſortem redigatur, ſed maneat vſura ſemper vſura: nec ſors incrementum vſurarum ſuſcipiat. ſed ſorti tantùm accedit vſurarum incrementũ.

r ¶ Cõſtitutum fuerat.] vt & ff. e. placuit. & de cõdi. indebi. l. ſi nõ ſortẽ. in prin. et. ſ. ex qui. cau. infa. irro. l. improbum.

s ¶ Ponere.] quod eſſe non debet: vt. j. cõmunia de leg. l. ij. in fi. vt ſcilicet vſuræ præteritæ vel futuræ pariãt vſuras: vt &. j. de vſur. rei iudi. l. fi. Sed ſi vſura præterita ſit oblata in præſentia, & poſteà ex cauſa mutui conceſſa, valet. nã duo actus credũtur interuenire: vt. ff. ſi certum peta. l. ſingularia.

¶ DE NAVTICO FOENORE. ¶ *Nautica uel traiectitia dicitur pecunia quæ traditur ut traijciatur, & cuius creditor ſuſcipit periculum, & eius centeſimam uſuram, creditori ſtipulari permittitur: eamq; præſtabit debitor quo ad periculum ſuſcipit creditor: & ex quo nauem nauigare conuenit: ut. ff. eodem. l. prima. & l. periculi. & infrà. l. prima. & l. fi.*

Pecunia nautica quę dicatur.

ADDITIO. Aduertas hîc quod etiã iſte modus fœnerãdi licet creditor

ſuſcipiat in ſe periculum pecuniæ,eſt de iure canonico prohibitus:ut in.c. nauiganti.j.reſpon.& extrà de uſuris.

TRaiectitiam. CASVS. Si pecuniam traiectitiam vltra mare vehendam mihi credidiſti tuo periculo,& vſuram centeſimam ſtipulatus es tandiu debebuntur vſuræ centeſimæ, quouſq; nauis appulerit ad portum: tunc enim ceſſat tempeſtas maris, qua ceſſante ceſſant centeſimæ,& tunc incipit eſſe meo periculo & communis vſura debebitur. Viuianus.

a ¶ Communium vſurarum.] ſed non centeſimarum.

b ¶ Appulerit.] Si eouſq; ad periculum creditor ſuſcepit,& exinde cõmunis præſtatur vſura, ſi pecunia non fuerat ſoluta ſeruo ſequenti eius gratia,vel conſignata nõ fuerit. vt.ff.eodem. l.iiij. Accur.

CVm dicas]. CASVS. Si pecuniam mihi mutuaſti vt tibi redderetur in ciuitate Hieruſalem,& conuenit vt eſſet periculo mei debitoris,quæ vſuræ præſtari debeant,quęritur? Reſpondet ꝙ vltra legitimum modum non exigitur quis erit ille modus habes.s̃.ti.j.l.eos.§.ſuper.Viuianus.

c ¶ In ſacra vrbe.] Hieruſalem vel Romę.

d ¶ Profitearis.] vnde conmuni iure eſt periculo debitoris: vt.s̃. ſi certum petatur. l.incendium.

e ¶ Licitum.] quid liceret habes.s̃. titu.j.l.eos. §.ſuper.

CVm propo-nas te.] CASVS Si mihi pecuniã mutuaſti, & periculum quouſq; nauis in Aphricam veniret: & in portu Salonitanorum vbi deferebatur pecunia ſoluere tur,q portus eſt in Aphrica,in te ſuſcepiſti:& vſuras ſtipulatus es centeſimas an ſi antequam nauis ad locum deſtinatũ perueniſſet propter illicitas merces quas vehebã, nauis confiſcatur:periculum pecuniæ amiſſæ ad te pertinere debeat, quæritur. Dicitur ꝙ nõ: quia pecunia non ex diſcrimine tempeſtatis maris amiſſa eſt,ſed ꝓpter illicitas merces,& ſic propter delictum tuum: vnde ſicut ſi nauis ſalua ad portum veniret,tu teneris. Viuianus.

¶ *Pro tẽpore quo creditor ſuſcepit periculum traiectitiæ pecuniæ,uſura cẽteſima debetur: pro tempore ſequenti communis.h.d.cum glo.Salic. uel ſic: Eatenus ueniũt uſuræ centeſimæ pro pecunia traiectitia,quatenus durat ſuſpicio periculi maris apud creditorem.quod eſt quouſque nauis peruenerit ad portum, quo caſu ceſſant omnes uſuræ & debentur centeſimæ. poſteà uerò ueniunt cõmunes,& non centeſimæ & idẽ ſi creditor non ſuſcepit in ſe periculum. hoc dicit cum.l.ſeq.ſecundum Paul.de Caſt.*

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. Honorato.

LEX I.

TRaiectitiam pecuniam quę periculo creditoris datur,tandiu liberam eſſe ab obſeruatione communium[a] vſurarũ,quandiu nauis ad portũ appulerit[b], manifeſtũ eſt.

¶ *A iure communi non receditur niſi pactum in contrarium reperitur,ius autem cõmune continet.l.incendium ſuprà ſi certum pet. quod ergo in contractu non dicitur, pro non intellecto cenſetur.hoc dicit ſecundum Bald.uel ſic: Pecuniæ nauticæ debitoris eſt periculum, niſi aliud fuerit conuentum.h.d.Sali.*

Idem AA. Choſimaniæ. LEX II.

CVm dicas te pecuniam ea lege dediſſe, vt in ſacra vrbe[c] tibi reſtitueretur,nec incertũ periculum quod ex nauigatione maris metui ſolet, ad te pertinuiſſe profitearis[d]: non eſt dubium pecuniæ creditę vltra licitũ[e] modũ te vſuras * exigere non poſſe.

*Exigere poſſe.

¶ *Iſta lex eſt multum notabilis. Qui ſuſcipit in ſe periculũ nauigationis,intelligitur in ſe ſuſcipere periculũ fortunæ,non culpæ debitoris.hoc dicit.Bal.*

Idem AA. Iuniæ. LEX III.

CVm proponas te nauticum fœnus ea cõditione dediſſe, vt poſt nauigiũ quod in Aphricã dirigi debitor aſſeuerabat,in Salonitanorum portum naue delata, fœnebris pecunia tibi redderetur,ita vt nauigij duntaxat quod in Aphricam deſtinabatur, periculum ſuſceperis: perq; vitiũ debitoris nec loco quidem nauigij ſeruato, illicitis comparatis mercibus[f], ea quæ[g] nauis continebat, fiſcum occupaſſe: amiſſarum mercium detrimentum,quod non ex marinæ tempeſtatis[h] diſcrimine, ſed ex præcipiti auaritia & inciuili debitoris audacia accidiſſe aſſeueratur, aſſcribi tibi iuris publici ratio non permittit[i].

¶ *Debitor generis liberatur per interitum, ſi creditor ſuſcipit in ſe periculum: aliàs non.h.d. Bal.uel ſic: Periculum pecuniæ traiectitiæ ſpectat ad debitorem, niſi aliud ſit actum.h.d. Sali.*

Idem AA. Euchariſto. LEX IIII.

TRaiectitiæ quidem pecuniæ quæ periculo creditoris mutuò datur,caſus,antequàm ad deſtinatum locum nauis perueniat, ad debitorem[k] non pertinet[l]. Sine huiuſmodi verò cõuentione[m] infortunio naufragij debitor non liberabitur.

f ¶ Mercibus.] vt atramento,aliâs ornamento regali,vel veſtibus imperialibus vel ſimilibus.nam tunc nauis cum mercibus confiſcatur:vt.ff. de publ. l.cotem.§.dominus.&.§.illicitarum.

g ¶ Quæ.] ſcilicet illicita.

h ¶ Tempeſtatis.] ex qua ſola periculum ſuſcepiſti.

i ¶ Non permittit.] culpa enim debitoris præceſsit caſum.vt &.ff. commo.l.ſi vt certo.§ interdum.

TRaiectitiæ.] CASVS. Si pecuniam traiectitiam vſq; ad certum locum mutuaſti,& tuo periculo: quouſque nauis ad locum deſtinatum peruenerit,periculo tuo erit:& hoc ſi conuenit,vt periculo tui creditoris eſſet: alioquin ſi non conuenit,periculo mei debitoris erit: nec per caſum naufragij liberor.

k ¶ Ad debitorem.] vt dixi in rubrica huius tituli.

l ¶ Non pertinet.] vt.s̃.ſi cer.peta.l.incendium.

m ¶ Conuentione.] id eſt ſi non conuenerit vt periculum ſubiret creditor.& ad hoc inſtitu.quibus modis re contra.ob.§.ij.&.s̃.ſi certum petatur. l.incendium.

¶ DEPOSITI VEL CONTRA. ¶ *Dixit de cõtractibus celebratis gratia accipientis,ut de commodato: nunc gratia dantis tantùm: uel quia in depoſito uenit uſura,ideo de ea ſubijcit.*

TIT. XXXIIII.

Depoſiti vel contra.

¶ *Caſus uerus,non caſus prætenſus liberat debitorem,etiam ſi interficiatur.h.d.Bal.uel ſic: Periculum depoſiti contingens caſu non dolo uel lata culpa depoſitarij, ſpectat ad deponentem. Salicetus.*

Imp. Alexander Meſtæno. LEX I.

SI in curſu latronũ, vel alio fortuito[n] caſu ornamẽta depoſita apud interfectũ[o] perierint: detrimẽtũ ad hæredẽ eiꝰ q depoſitũ accepit,q dolũ ſolũ et latã culpã[p] (ſi nõ aliud ſpecialiter cõuenit[q]) ꝑſtare debuit,non ꝑtinet. Quòd ſi ꝑtextu latrocinij cõmiſsi[r], vel alterius fortuiti caſus,res q̃ in poteſtate hæredis ſunt, vel quas dolo deſijt poſsidere,nõ reſtituũtur: tã depoſiti, quàm ad exhibẽdũ actio, ſed & in rem vẽdicatio cõpetit[s].

SI incurſu.] CASVS. Si veſtes penes me depoſuiſti, & eas fortuito caſu, puta latronũ incurſu amiſi, & fui interfectus.nõ ſolũ ego qui de dolo tantùm & lata culpa teneor,liberabor, ſed etiam hæres: meus: niſi cõueneritvt in me fortuitũ caſum recipere ſcilicet ſpecialiter.et hoc in prima.Si verò prætextu latrocinij hęres falſò aſſeuerauit eas eſſe amiſſas, cùm apud eũ conſtitutæ ſint: vel dolo eas poſsidere deſijt:non ſolũ depoſiti, ſed ad exhibendum actio & rei vẽd. tibi cõpetit. & hoc in ſecũda. ¶ Nota ex hac lege ſecundum Baldũ ꝙ nõ eſt bona conſequentia: fuit à latronibus interfectus, ergo derobatus: q̃a poteſt eſſe vnũ ſine altero: quod tene mẽti ſecũdũ eundẽ.

n ¶ Vel alio fortuito.] Innuit latrocinium eſſe fortuitũ caſum,quod verum eſt: vt.ff.pro ſoc.l. cũ duobus. §. dãna. &.s̃. de pignorat.actio.l.quę fortuitis. & inſtit. quibus modis re contrahi. obliga.§.item is.& ſuprà.commo.l.j. Et eſt latrocinium palàm: maximè in ſyluis. furtum eſt clàm: vt in authen.vt nulli iudi.§. peñ. colla. ix. Sed an furtum ſit fortuitus caſus? Videtur quòd non: cùm non videatur fieri ſine culpa, vt dicto.§.damna.ſed certè imò quandoque eſt: vt ff.de furtis.l.eum qui.§. idem ſcribit.

Latrociniũ eſt caſus fortuitus

Furtũ an ſit caſus fortuitus.

ADDITIO. Dicas quando furtum ſit à perſona domeſtica, vel ab eo de quo diligentiſſimus homo non fuiſſet ſuſpicatus.tunc aſſcribitur caſui fortuito: vt dicto. §. idem ſcribit. aliâs ſecus.

o ¶ Interfectũ.] eundemque depoſitarum,& vel erat nomen propriũ, vel quia interfectus fuit à latronibus.

p ¶ Culpam.] quæ dolo comparatur: vt.ff.eo.l.quod nerua.& facit.ff.de re.iur.l.contractus. & ſi quid dolo amiſit,non agit furti,ſed ſi culpa,ſic: vt.ff.de fur.l.eum.§.is apud.& §.idem ſcribit.

q ¶ Conuenit.] Tunc enim ſeruatur conuentio: vt hîc, &. ff. eodem. l. j. §. ſi conueniatur. In alijs etiam caſibus tenetur vltra dolum & latam culpam, vt ſi ſe obtulit: vt. ff. eodem. l. prima. §. ſæpe. vel pretium accepit pro cuſtodia: vt. ff. commo. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. Item ſi gratia accipientis ſit depoſitum: vt. ff. ſi certum peta. l. ſi quis nec. Item ſi mora præcedat caſum: vt. ff. eodem. ſi in Aſia.§.fina. Item ſi culpa vel dolus præceſsit caſum: vt.ff.eodem.l.quod nerua.&.ff.commo.l.ſi vt certo.§.commodatum.&.ff.de condi.fur.l.qui furtum.&.ff.e.l.qui furtum.& ff.eo.l.j.§.ſi rem.

Depoſitarius aliquãdo tenetur vltra dolũ & culpam.

r ¶ Commiſsi.] quod falsò aſſerit commiſſum: vt.s̃.de pig.act.l.ſi nulla.in fine.&.l.ſi creditor.

s ¶ Competit.] & ſi agat in rem,probat ſe dominum, ſi quæſtio referatur ei de dominio: vt diximus.s̃.de pig.act.l.nec creditores.Item agitur etiam in factum in caſu: vt.ff.de rei vend.l.cum autem.

a **VSuræ.**] Depoſui pecuniam,& diu manſit apud te:eam peto,ſi contradicis,veniunt vſuræ ex mora.Item ſi eſt ſpecies depoſita, venit fructus & oĩs cauſa & partus:vt.ff.e.l.j.§. hãc actionẽ. & de vſur.l. videamus. ij.

Caſum ponit.

b ¶ **In cæteris.**] vt.ff.de vſur.l.mora.§.in bonæfidei.&.ſ.de vſur.in bonæfidei.& inſtitu.de acti.§.actionum.

¶ *In actione depoſiti uſuræ ueniunt ex mora. Bal.& Sali.quod intellige in quantitatibus: ſecus ſi in ſpecie:ut.ff.de uſur.l. in fideicommißi. §.fi.h.d.Bal.*

Imp.Gordianus A.Celſo. LEX II.

VSuræ [a] in depoſiti actione, ſicut in cæteris [b] bonæ fidei iudicijs,ex mora venire ſolent [c].

¶ *Depoſitarius utendo facit furtum:& ſi nõ conuenitur furti,ſed depoſiti,debet agere gratias exactori.hoc dicit.Bal.uel ſic: Si depoſitarius utatur re depoſita,inuito deponente : furtum facit,& ſi non conuenitur furti.ſed depoſiti,debet congratulari exactori.Sali.*

Idem A.Auſtero. LEX III.

SI depoſiti experiaris , non immeritò etiam vſuras tibi reſtitui flagitabis [d] : cum tibi debeat gratulari [e] quod furti [f] eũ actione nõ facias obnoxium [g].Si quidẽ qui rem depoſitam inuito domino ſciens prudenſque in vſus ſuos conuerterit , etiam furti delicto ſuccedit.

¶ *Lata diffinitiua officium iudicis in acceſſorijs conquieſcit.hoc dicit.Bal.concordat Salic.*

Idem A.Timocrati. LEX IIII.

SI depoſita † pecunia is qui eã ſuſcepit,vſus eſt [h]: non dubiũ eſt,etiam vſuras debere ♁ præſtare. ¶ Sed ſi cum depoſiti actione expertus es,tantũmodò ſortis facta condẽnatio eſt:vltra nõ potes propter vſuras experiri. Nõ enim duæ ſunt actiones,alia ſortis , alia vſurarũ [i] ,ſed vna:ex qua [k] condẽnatione facta,iterata actio rei iudicatæ exceptione [l] repellitur.

† Gl.vl.in c.ſi diligenti.in me.in ducit hãc.l. in ar. ꝙ vbi principale non tenet, nec acceſſorum.

♁ Preſtari. Depoſitarius vtẽs re depoſita an furtũ faciat?

¶ *Inſtrumenta apud ſequeſtrum depoſita per conductorem & locatorem,debent de iure reddi conductori,facta ſolutione. Bald. uel ſic: Sequeſter tenetur reſtituere ſequeſtrum ei de quo actum fuit impleta conductione. Item debitor poſtquam ſoluit tutus eſt,licet non re habuerit inſtrumentum debiti. h.d.Pau.de Caſt.*

Impp.Valerian.& Gallien.AA.Claudiano. LEX V.

PRopter [m] inſtrumẽta quidem quæ te depoſuiſſe cum aduerſario [n] tuo dicis, vt reſidua pecunia quæ ex conductione [o] debebatur,ſoluta, ea [p] reciperes : ſi id qđ placuerat impleſti, ſequeſtrum potes conuenire [q].Quãuis autẽ hæc reddita non fuerint:tamen aduerſus eum à quo fundum conduxeras, ſi omne quod ex hoc contractu debebatur,reddidiſti:ipſis ſolutionibus tutus [r] es.

¶ *Sequeſter inſtrumentorum tenetur ea reddere in caſu reddendi.hoc dicit.Bal.Vel ſic:Sequeſter tenetur ſeruare legem à partibus ſibi datam.Salice.*

Impp.Diocletianus & Maximian.AA.Alexandro. LEX VI.

IS penes quem * vtramque partem tranſactionis [s] ,vel alia inſtrumenta commendaſſe dicis,legem qua hæc ſuſcepit,ſeruare neceſſe habet [t].

* *Vtraſque partes*

¶ *Per inſtrumentum factum inter te & Titiũ, in quo continetur quòd tu mutuaſti ei centum, quæ tibi depoſueram, probatur depoſitum inter te & me.hoc dicit & eſſet difficile reperire iſtum caſum alibi.Bal. Vel ſic : Depoſitarius tenetur deponenti,non ille cui pecuniam depoſitam credidit.Sali.*

Idem AA.Attico. LEX VII.

DEſyderiũ tuũ cũ rationibus iuris non cõgruit [v].nã ſi cuſtodiam pecuniæ ſuſcepiſti, quam alijs à te mutuò datã, cõſcriptum inſtrumẽtum quo hanc tibi reddi profiteris,arguit [x]:ſolutionẽ eius competentem improbè recuſas.

¶ *Actio depoſiti perſonalis debitoris non ſequitur debitorem.Bal.Vel ſic:Actio depoſiti ut perſonalis , competit contra depoſitarium & eius hæredem. non contra ſingularem eius rei debitorem. Sali.*

Idem AA.Alexandro. LEX VIII.

c ¶ **Solent.**] Vel ſi vſuras percepit,vel ſi pecuniã conſignatã in ſuos vſus conuertit, etiã nulla mora alia interueniẽte: vt hîc,&.ff.eod.l.Lucius. j.&.l.ſi ſacculũ. §. fi. &.l. dic.§.j.&.j.e.l.ſi depoſiti. &.l.ſi is qui depoſitã. & ff.de neg.geſt.l. at qui.§. pe.& de pig.act.l.quãuis. §.fin.&.l.ſeq. &.l. fi.&. j. de pact.inter empt.& vẽdi.l. in initio.&.j. de act. empt.l.curabit.&.l. fructus.

SI depoſiti.] CASVS. Si pecuniam depoſitã,ſignatã,& clauſam penes me habeo, nec reſtituo:ex mora teneor ad vſuras: & ſic debeo gratulari Deo, ſi conuenias me actione depoſiti, cũ furti poteris me facere obnoxiũ: quia qui rẽ depoſitam ſciẽs in vſus ſuos conuertit, furti etiã tenetur. Viuianus.

d ¶ **Flagitabis.**] cum pecunia numerata ſit.

e ¶ **Gratulari.**] ſcilicet depoſitarius.

f ¶ **Quod furti.**] Diſtinguit aut ſi ſignatã, aut numeratam. ſi ſignatam, tenetur furti ad duplum.ff.eo.l.ſi ſacculum. ſi numeratam, tantundẽ tenetur reddere.

g ¶ **Obnoxium.**] Loquitur ergo cũ clauſula eſt depoſita : alioquin ſi apertè,videtur cõcedere vt vtatũ:vt.ff.eo. dic. §.j. Item ſi expreſsè cõcedat ab initio:agiĩ tñ vt ſit depoſitũ:vt.ff.eo.l. Lucius. j.&.l. ſi ſacculũ. §. j. aliâs in dubio eſſet mutuũ ex tunc:vt.ff.ſi cert.pet.l. ꝙ ſi ab initio.

SI depoſita.] CASVS. Si pecuniam penes me depoſuiſti,& ea vſus fuero,quin ad vſuras tenear,& non ſolũ ad eas quibus fuero vſus, dubium non eſt . & hoc in prima.Si verò iudicio depoſiti in ſortem tantùm fuero condemnatus,propter vſuras poſteà experiri non poteris:quia ſortis & vſurarum non duæ actiones ſunt,ſed vna.Viuia.

h ¶ **Vſus eſt.**] cùm eſſet clauſa:vt.ſ.dixi.l.proxi.

i ¶ **Vſurarum.**] quod eſt verum in vſuris quæ petuntur ex officio iudicis in bonæfidei iudicijs.& illa lex cõtra.ff.de eo quod certo loco.l.centum. loquitur in vſuris debitis ex ſtipulatione.& dicit quòd diuerſæ ſunt ſtipulationes & diuerſa iudicia: quia tunc poſſent peti etiam poſt ſententiam: vt ibi, & de excep.rei iudi.l.ſi in iudicio.&.ſ.de iudi.l.j.

k ¶ **Ex qua.**] ſcilicet actione.

l ¶ **Exceptione.**] prodeſt ergo exceptio rei iudicatæ condemnato.& ſic eſt contra.ff.de exception.rei iudi.l.euidenter.&.l.ſi à te.§.primo. Solut. non prodeſt ei in quo eſt condemnatus,ſed in quo fingitur abſolutus ſcilicet de vſuris.ſed hoc non placet Ioann.vt.ff.de nego.geſt.l.ſi autem.§.final.Vel dic non prodeſt antequam ſoluat condemnationem:vt ibi.poſteà ſic:vt hîc , & ff.de except.rei iudi . Dic ergo quòd hæc eſt ratio : quia non poteſt durare acceſſorium ſine principali:vt hic,& ſuprà de vſur.l.in bonæfidei.&.l. eos.in principio & ſecundum hoc iterata actione vſurarum repellitur exceptione rei iudicatæ , ſcilicet illatæ,& diſtingue vt & ibi dixi.Sed nonne officium per ſe etiam exercetur?vt in reſtitutione minorum. quare ergo hîc non durat poſt ſententiam? Reſpon . Triplex eſt officium. vnum quod principaliter intenditur per quod reſtitutiones petuntur:vt. ff. de mi.l. ꝙ ſi minor.§.fina.& ſalaria conſtituuntur aduocatis:vt.ff.de va.cog.l.prima. §. in honorarijs. & aliud quod inhæret arbitrarijs. & hoc perit pereunte actione principali:vt.ff.de eo quod certo loco.l.centum.&.l.fina.niſi in caſu:vt.ff.eodem titulo.l.tertia.§.item Iulianus.eſt tertium quod inhæret actionibus bonæ fidei:& hoc ſimiliter cum actione perit:vt hîc,&.ff.de act.empt.l.qui per colluſionem.§.primo. & ſuprà de vſu,l.in bonæ fidei. ADDITIO. Hoc intellige in vſuris actionis bonæ fidei.ſecus verò in fructibus: quia illi veniunt iure actionis:vt vult glo.in verb. bonę fidei. prope finem. in.§.actionum.inſtitu.de actio.

Officiũ iudicis eſt triplex.

PRopter.] CASVS. Ego ex cauſa cõductionis fundi debebam tibi decem. ſolui tibi quinque , & inſtrumenta conductionis depoſui apud quẽdam eo pacto , vt ſoluta reſidua pecunia, illa inſtrumenta mihi redderentur:ſolui reſiduam quãtitatem pecuniæ quam debebã, nec inſtrumenta recepi: qualiter mihi ſubuenietur?Reſpon.ſoluta à me pecunia quæ debebatur ex pacto,poſſum petere inſtrumenta depoſita ab eo apud quem ſunt in ſequeſtro.

m ¶ **Propter.**] loquitur colono, qui nummis colit,& partem ſoluerat, & de reſiduo cauerat, & apud communem amicum inſtrumentum depoſuerat.

n ¶ **Aduerſario.**] locatore.

o ¶ **Conductione.**] ſcilicet domus : quia ſoluerat partem,& de communi conſenſu apud alium depoſuerat inſtrumentum.

p ¶ **Ea.**] inſtrumenta.

q ¶ **Conuenire.**] depoſiti ſequeſtraria : vt ff. eodem.l. ſi in Aſia.§. cùm ſequeſtro.vel præſcriptis verbis : vt.ff. de præſcript.verb.l.apud.& facit.j.l.proxi.

r ¶ **Tutus es.**] vt infrà loca.l.ſi conductionis.et ſuprà de condi.ex lege.l. diſſolute.

IS penes.] CASVS. Si ego & tu inſtrumenta tranſactionum vel alia ad nos ſpectantia apud aliquem commendauimus,fides depoſiti ſeruanda eſt, & ideo illa inſtrumenta debebit reddere alteri noſtrum vel ambobus,ſicut nos conuenimus.

s ¶ **Partes tranſactionis.**] i.inſtrumenta tranſactionum.

t ¶ **Habet.**] vel per actionem depoſiti,vel per actionem præſcriptis verbis: vt ſuprà.l.proxi.&.ff.de dolo.l.ſi oleum.in principio.& hoc niſi ſit improba lex:vt.ff.de præſcrip.verb.l.ſi rem.§.fi.

DEſyderium.] CASVS. Si pecuniam quam penes te depoſui , alij mutuaſti : & inde factum ſit inſtrumentum quo cauit ſe redditurum quandocunque eam peteres , ſi te conueniam , non ob hoc minus ſolutionem pecuniæ improbè recuſas : quia alij mutuò conceſsiſti , & quòd de ea reddenda per inſtrumentum tibi caui feceris. & ſi id deſyderas , deſyderium tuum nulla iuris ratione ſubnixum eſt. Viuianus.

v ¶ **Non congruit.**] quod plerunque euenit.

x ¶ **Arguit.**] id eſt argutè probat,cum ſit publicum:vt in authen. de fide inſtrumen.§.ſi verò moriantur. colum.ſexta. Et dic quòd depoſitarius pecuniæ mutuauerat eam alij , vel depoſuerat apud alium fortè hoc pacto, vt ſtatim cum deponens repeteret , reddatur pecunia : nunc autem dicit depoſitarius conueniendum debitorem cui mutuauit illam pecuniam , vt inſtrumentum dicit, non ſe.quod dicere non poteſt:vt hîc,& infrà.l.proxi.& ſuprà de act.& obliga.l.eum.& ſuprà ſi certum petatur.l.non aduerſus.&.ff. de condi.indi.l.his ſolis.

SI is qui depoſitam à te pecuniam accepit, eam ſuo nomine,vel cuiuslibet alterius mutuò dedit:tàm ipſum de implenda ſuſcepta fide [a],quam eius ſucceſſores teneri tibi, certiſsimum eſt.
¶ Aduerſus eum autem qui accepit,nulla actio tibi competit, niſi nummi extent.tunc enim contra poſsidentem vti rei vendicatione [b]potes.

¶ Hæreditas ſuſtinet uicem perſonæ defuncti. hoc dicit.Bald.& Salic.& quod ei interim quæritur,hæredibus poſteà adeuntibus quæſitū intelligitur.hoc dicit.Salicetus.Vel ſic:Ex contractu ſerui hæreditarij acquiritur actio hæreditati iacenti. & per eam poſteà hæredi. Paul. de Caſtro.

Idem AA.Menophyllo & cæteris.

LEX IX.

CVm hæreditas perſonam [c] domini ſuſtineat:ab hæreditario ſeruo [d]priuſquam patri veſtro ſucceſſeritis [e] res commodatas [†],ſecundùm bonam fidem ab eius qui ſuſcepit ſucceſſoribus apud rectorem prouinciæ petere poteſtis [f].

¶Condemnatus in actione depoſiti directa quia non reſtituebat rem,efficitur infamis. h.d. Pau.de Caſt.

Idem AA.& CC.Septimæ. LEX X.

QVi depoſitum non reſtituit, ſuo nomine [g]cōuētus & condemnatus, ad eius reſtitutionem cum infamiæ periculo vrgetur.

¶ Depoſitarius ſine dilatione compellendus eſt ad reſtitutionē:nec poteſt obijcere cōpenſationem,uel dicere ſibi in contrarium factam proteſtationem.hoc dicit.coniuncta authent.hìc poſita.Bal.quæ lex eſt ſingularis.

Imp.Iuſtinia.A.Demoſtheni. LEX XI.

SI quis vel pecunias, vel res quaſdam per depoſitionis acceperit titulum [h], eas volenti ei qui depoſuit,reddere illico modis omnibus compellatur: nullamq; compenſationem [i],vel deductionem [k], vel doli exceptionem [l]opponat [m], quaſi & ipſe quaſdam contra eum qui depoſuit,actiones perſonales,vel in rē, vel hypothecariam prætendens:cùm [n] nō ſub hoc modo depoſitum accepit, vt non conceſſa [o] ei retentio generetur,et contractus qui ex bona fide oritur,ad perfidiam [p] retrahatur.
¶Sed & ſi ex vtraq; parte aliquid fuerit depoſitum : nec in hoc caſu compenſationis præpeditio creatur,ſed depoſitæ quidē res vel pecuniæ ab vtraque [q]parte quàm celerrimè ſine aliquo obſtaculo reſtituātur:ei videlicet primùm qui primus [r] hoc voluerit:& poſteà legitimæ actiones integræ quoq; ei reſeruētur.Quod obtinere (ſicut iam dictū eſt)oportet,& ſi ex vna parte depoſitio celebrata eſt,ex altera autem compēſatio fuerit oppoſita : vt integra omni legitima ratione ſeruata, depoſitæ res vel pecuniæ prima fronte reſtituātur.
¶ Quòd ſi in ſcriptis [s] atteſtatio non per dolum vel fraudem [t] fuerit ei, qui depoſitum ſuſcepit, ab alio tranſmiſſa,vt minimè depoſitum reſtituat,hocq́ue per iuſiurādum affirmauerit [v]: liceat ei qui depoſuit, ſub defenſionis cautela idonea præſtita [x], res depoſitas quàm ocyſsimè recuperare.

In authen. de depoſito & denūciationibus inquilinorum.§.j.colla.v.conſtitu.fina.

¶ Tertia perſona ueniens ex tranſuerſo, non poteſt extra iudicium prohibere ne reddatur depoſitum,uel ne inquilinus reddat penſionem domino, uel ne præbenda uel ſalarium præſtetur ei cui debetur. hoc dicit. Bald. uel ſic : Hodie nulla perſona ueniens ex tranſuerſo, poteſt extraiudicialiter interdicere depoſiti reſtitutionem:nec ut inquilinus domino debitam non ſoluat penſionem : nec ut præbenda,ſeu ſalarium de publico non ſoluatur ei cui debetur.Salicetus.

SIis.] CASVS. Si pecuniam apud te depoſui,& alij mutuaſti:ſi feciſti conuentionem ſcilicet de cuſtodiendo & reſtituendo, non ſolùm tu teneberis,ſed etiam is qui tibi ſucceſsit.& hoc in prima parte. An autem aduerſus eum cui mutuaſti,actio mihi competat quæritur? reſpond.quòd ſi extiterit,aduerſus poſſeſſores habeo in rem actionem,& hoc in ſecunda.

a ¶ Suſcepta fide.] ſed quam cuſtodire & reſtituere debet, vt plenè diximus.ſ.l.proxi.

10 b ¶ Vēdicatione.] vt &.ſ.ad exhi.l.ſi res.

CVm hæreditas. CASVS. Deceſsit paterfa. iacente hęred.ſeru⁹ hæreditarius quaſdā res penes Titiū depoſuit:an futurus hæres pro rebus illis depoſitis habet actionem ad-20 uerſus ſucceſſores depoſitarij,quæritur? Dicitur quòd ſic.Viuia.

c ¶ Perſonam domini.] vt. ff. de acquiren. rer.dom.l.hęreditas.& inſtitut.de ſtipula.ſeruo.in princip.& de hæredi.inſtitut.§. ſeruus autem alienus.ff.de noua.l.noua-30 tio.ij.in fi.

d ¶ Seruo.] CASVS. Seruus hæreditarius depoſuit: agit hæres poſteà ſuccedens depoſiti:vt hìc,&.ff. eod.l.j. §. idem ſi ſeruus.&.ff.de actioni. & obligat.l. qui à ſeruo.

† Cōmendatas.

e ¶ Succeſſeritis.] hi 40 enim erant emancipati,vel ſui,ſed ſub conditione poteſtatiua inſtituti:alioquin non hæreditati ſed ipſis videt̄ actio quæſita,ſecundum quoſdam [a]. ADDITIO. Ex hac gloſ. habes quòd vbi eſt ſuus hæres, ibi nunquam iacet 50 hæreditas:quia exiſtentia ſui hæredis inducit cōtinuationem dominij ſine aliquo medio:vt.ff.de liber. & poſthu. l. in ſuis. Hæc ex Baldo hìc.

a Et bene vt per doc. in.l. in ſuis.

f ¶ Poteſtis.] Hoc niſi bona fide eidem ſeruo alienato, vel manumiſſo ſolutum ſit: vt.ff. eodem 60 l.quod ſeruus.

QVi depoſitū.] CASVS. Si quis conuenitur directa actione depoſiti, & ſuo nomine condemnatur:eo quòd rem depoſitam non reddit, notatur infamia.Viuia.

hìc allega.

g ¶ Suo nomine.] nō 70 hæreditario,tutorio, curatorio,procuratorio: vt ff.de his qui no.infa.l.furti.§.qui alieno.&.l.j.&.l.ſeruus.

SI quis.] CASVS. Si decem penes me depoſuiſti:& tu mihi teneris in decē.tibi repetenti depoſitum,an compenſationē obijcere poſsim,quęritur? Dicitur quòd non.& hoc in prima.Si verò rem aliquam penes te depoſui.& tu apud me hincinde:quo minus depoſitū repetatur,nulla obſtabit cōpenſatio.& hoc in ſecūda.Si verò rem quam penes te depoſui,quo minus mihi reſtituas,contradixerit aliquis:ſatisdante me de ſeruando te indemnē, mi-80 hi eam reſtituere debes.& hoc in tertia. ¶ No.primò ex hac lege ſecundum Bal.hic,ꝙ depoſiti ad depoſitum nō fit cōpenſatio: tamē bene admittitur reconuentio:non cum defertur liquidum propter non liquidum:ſed reſeruaretur hoc quod eſt probandum:quod tene menti ſecundum eundem.No. ſecūdo ibi prima fronte:quia illud quod reſtituitur debet de proximo reddi:& dicitur prima facie reſtitui.facit quod no.in.c.debitores.extra de iureiur.Bal.

h ¶ Titulum.] aliâs ponitur titulus pro cauſa qua dominium vel poſſeſſio transfertur:ſiue de vſuſcapione quæramus,vel de publiciana,vel de petitione hæreditatis,quæ non datur contra titulo poſsidentem:vt infrà.in quibus cauſis ceſ.long.temp.præſcrip.l.hæreditatem.ſed hìc pro detentatione ponitur:& ideo non impediret petitionem hæreditatis: vt.ff.de peti.hære.l. & non tantùm.

i ¶ Compenſationem.] in toto.

k ¶ Deductionem.] in partem.

l ¶ Exceptionē.] Hoc ad vtrunque refertur:& 10 ad hoc ſuprà. de compen.l.final. & inſtitut. de acti.§.in bonæ fidei.&.ff. ad exhibē.l.iij.§. ibidem. Sed nonne ſaltem propter impenſas habet retentionem? P.ſic,ſicut in commodato : vt.ff. commo.l.in rebus.§. finali. & ff. de acquirend. poſſeſ-20 ſio.l.ſi quis rem.ſed Io. contra per literam iſtam.

Depoſitar.us an propter impenſas habeat retentionē.

m ¶ Opponat.] nec ſpoliatio opponi poteſt in depoſito ſecundum quoſdam. Alij contrà:extra de ordine cogni. ca.ij. & ibi de hoc in gloſſa. hìc patet ſimile ad legem iſtam. extra etiam 30 de depoſito.bona fides. circa finem.

n ¶ Cum.] pro quādo. Si autem pro quia poneretur , mala eſſet cauſa vel ratio.

o ¶ Non conceſſa.] à iure vel ſine permiſſu domini : ipſe enim permittere poteſt:vt.ff.eodem.l. 40 j.§.ſi conueniatur. redditur ergo cuilibet etiam prædoni:vt.ff.eodem.l.j. §.ſi prædo niſi apud dominum depoſuit non dominus:vt.ff.eodem.l. bona fides § fi.

p ¶ Ad perfidiā.] vt &.ff.eod.l j.§. eſt autem. &.§. quod autem. & de 50 pac.l.iuriſgentium.§.ſiue autem.

q ¶ Ab vtraque.] cum duobus idem priuilegiū datur:vterque ſuum contra alium exercet:vt hìc, &.ff.ex qui.cau.ma:l.fin.

r ¶ Qui primus.] vt ff.de iud. l.qui prior.

s ¶ Quòd ſi in ſcri-60 ptis.] idem ſi ſine ſcriptis,vt puto:vt argu.ſ. de pet.hære.l.fi.

t ¶ Vel fraudem.] depoſitarij.

v ¶ Affirmauerit] depoſitarius.

x ¶ Præſtita.] depoſitario à deponente, & cum fideiuſſoribus :vt recita-70 tur in authen. e. in fin. colla.vj.Sed cùm non fuerat litem conteſtatus denuncians non videtur danda cautio,vt.ff.ſi cui plus quàm per.l.falci. hæc autem.j.reſpon.&.§.hæc cautio.Sed fortè ſpeciale eſt in depoſitario qui recipit gratia deponentis tantùm,vt ei caueatur ante litem conteſtatā. Vel melius, dic nec ibi caueri tantùm poſt litem conteſtatam,imò poſt controuerſiā : ſed controuerſia etiam ante litem conteſtatam facta cauetur:vt in eodem titul.l. iij.§.ſi legatarius.Sed ad quid fiet hæc cautio cùm ille qui denunciauit nullam habeat actionem de iure:ergo nō videtur interponi debere:vt.ff.de pro-80 curato.l.non cogendum.§.fina.&.ff.vt in poſſeſ.leg.l.ſi is à quo.§.diuus? Reſpon.poterit vel iniuſtè conueniri vel vinci,vel ſaltem faciet expēſas. Vel dic etiam caueri vt probet ſibi reſtitutum depoſitum.ſic &.ff.de rei ven.is à quo. & de pe.hære.l.penulti.Item videtur quòd de iure communi debeat teneri: vt.ff.de eden.l.quædam.§ is autem.Reſpond.hic reſtituit ei à quo cauſam habuit:& ideo non eſt in culpa:hodie autem non præſtaretur huiuſmodi cautio:nec curantur huiuſmodi interdictiones per authen. quam lege hìc : ſed iam &c.

Sed iam.

Sed iam.] CASVS. In lege codicis dictum est quòd non potest interdici restitutio depositi, sed debet depositum restitui: & posteà eum qui deposuit, poterit is apud quem depositum erat, conuenire quādocunque voluerit: & si contradicat, & ille qui deposuit damnum aliquod patiatur: contradicens damnum debet reficere: imò ad tertiam & ad centesimas vsuras tenebitur. & pœnam eandem sustinebit qui interdixerit colono ne pensionem soluat: & magistratui ne ministret ex publico ministrantibus debitas præbendas: quæ panes ciuiles appellantur in corpore.

Sed iam cautum [a] est, ne quis extrinsecus [b] depositario interdicat depositi restitutionem: qua subsecuta [c], depositor possidens pulsari poterit ab eo qui interdixit. ¶ Si contra factum fuerit: damnum [d] quodcunque acciderit ei qui vim passus est, præstabitur [e] ab eo qui interdixit, necnō & tertia centesimæ vsurarum [f] nomine, ex quo facta est huiusmodi contestatio. ¶ Quibus pœnis subiacet qui vel inquilino dationem pensionum, vel publicæ personæ [g] panis interdicit administrationem.

¶ Ista est notabilis lex, & hoc dicit: Si unus ex hæredibus deponentis recipit solummodò portionem quæ sibi contingit: quicquid posteà contra debitorem accidat, cohæredibus non tenetur. hoc dicit. Bal. & Sali.

Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

LEX XII.

Superuacuam veterum differentiam de medio tollentes, si quis certum pondus auri vel confecti [h] vel in massa constituti deposuerit, & plures scripserit hæredes, & vnus ex his contingentem sibi portionem à depositario acceperit, alter supersederit, vel aliàs fortuito casu impeditus hoc facere non potuerit, & posteà depositarius in aduersam inciderit fortunam [i], vel sine dolo depositum perdiderit: sancimus non esse cohæredi eius licentiam venire contra cohæredem suum, & ex eius parte auellere, quod ipse ex sua parte consequi minimè potuit, quasi ex eo quod cohæres accepit, communi constituto: cùm si certæ pecuniæ depositæ fuerint, & suam partem vnus ex cohæredibus acceperit, nemini veniat in dubium bene eum accepisse partē suam, & non debere aliam partē attingere. Nobis etenim non videtur esse homo obnoxius [k], neq; in massa, neq; in specie [l], neque in pecunia numerata, qui suam partem suscepit: ne industria pœnas desidiæ soluat [m]. Si enim & alius hæres tempora opportuna queād modum cohęres eius, obseruasset: & suum vterq; [♁] reciperet, & sequentibus altercationibus minimè locus relinqueretur.

a ¶ Cautum.] per authen. in eodem titu. §. primo. col. vj.

b. ¶ Extrinsecus.] Ex hoc videtur corrigi, qđ est. ff. de rei vendicatione. l. officium. & ff. eodē. l. bona fides. vbi dicit dominum admitti ad vendicandum. Solut. dicunt quidam hîc extrinsecus, id est præter rei dominum, vel eum qui habeat ius in re. Sed Ioan. dicit denunciationem simplicem non admitti vt hîc: sed si vendicare vult in iudicio, potest. Dic ergo extrinsecus, id est præter deponentem.

c ¶ Qua subsecuta.] id est restitutiōe: sed certè & ea non subsecuta, cùm ciuiliter & naturaliter possideat deponēs: vt. ff. e. l. licet. §. rei.

d ¶ Damnum.] quodcunque fortuiti casus.

e ¶ Præstabitur.] à denūciatore: scilicet deponenti: vt in cor. §. nemini.

f ¶ Vsurarum.] si est in pecunia, vel auro depositum: & idem si in speciebus: nam æstimantur, & æstimationis datur vsura deponenti: vt in cor. §. primo. sic & suprà de vsur. l. oleo.

g. ¶ Vel publicè personæ.] id est magistratui. instit. de Attil. tu. §. penultimo. ne soluant alicui præbendam, quam ex publico deberet habere: vt in corpo. §. huic autem.

Superuacuam.] CASVS. Si rē tuam penes me deposuisti & decessisti hæredibus relictis: & vnus egerit depositi aduersus me: & partem suam consecutus est: & alij agere ex negligentia supersederint: si posteà factus fuero non soluēdo: an cohæredes aduersus cohæredem qui partem suam consecutus est, habeant regressum, vt partem illam communicet, quæritur? Respon. quòd non.

h ¶ Confecti.] scilicet in speciem: aut quantitatem.

i ¶ Fortunam.] vt quia factus est non soluendo, dolo & lata culpa.

k ¶ Obnoxius.] scilicet cohæres, repete cohæredi negligenti.

l ¶ Neque in specie.] diuisibili, cùm dicatur suam partem accepisse: vel accepit æstimationem partis. Si autem decem (homines puta) essent depositi: nec quinque possent vni restitui, cùm in quolibet medietas remansit. Sed secus in quantitatibus: vt. ff. de solu. l. cum Stichus & Pamphilus. & ff. eo. l. j. §. si pecunia. & per hoc est: quia si quis rogatur restituere hæreditatē, retēta certa quātitate illam totā retinet de portione sua: sed si rogetur restituere retēto prædio, alia portio prædij à cohærede qui dominiū habet, accipitur: vt. ff. ad Trebellianū. l. deducta. §. nummis acceptis. & de leg. ij. l. cum pater. in prin.

m ¶ Soluat.[a]] sic. j. de allu. & palu. l. fi. & ff. de nego. gest. l. si ex duobus. & ff. de bonis autho. iudi. posiden. l. si non expedierit. §. j. & ff. de condi. indebi. l. tutores. & ff. fami. ercisc. l. hæredes. §. item scribit. & l. Lucius. Sed contrà in eo. titu. item Labeo. in prin. Solu. hîc alij poterat imputari culpa: ibi non. licet enim in quæstione ponatur quando fuit, & quando non fuit in culpa: in re-sponsione tamen ponit tantùm quando fuit in culpa. Item contrà. ff. pro socio. l. verum. §. si cum tres. vbi vnus de tribus socijs quod exigit ab alio communicat cum tertio. Solu. speciale ibi: quia fraternitatem habet societas: vt in ea. l. in princip.

Hæreditatem rogat[9] restituere retenta quā titate vel prædio, qđ retinebit?
a Quia licitum est cui libet pro cō modo suo vigilare. & concor. gl.

sup verbo, circunuentus. in me. in. c. cū olī. extra de sē. tē. & re iud.

[♁] Debitū.

¶ MANDATI. ¶ *Exposuimus suprà de contractibus qui re contrahuntur: ut de deposito, & pignore, & indebito, & mutuo, & commodato. Nunc uideamus de cōtractibus, in quibus solo consensu nascitur obligatio. Et quia inter eos excellentior est contractus mandati (trahit enim originem ex officio & amicitia) ideo prius uidendum est de mandato. Videndum quid sit mādatum, & unde dicatur mandatum, qualiter contrahatur, & inter quas personas, & in quibus rebus, & quot modis, & quando nascatur actio mandati directa uel contraria, & quando competant, & inquantum, & quales sint. Azo.*

TITVLVS XXXV.

Mandati [n], vel contra.

¶ Procurator pecuniam uersam in utilitatem domini repetit per actionem mandati. de salario autem prætoris est notio. h. d. Bal.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Leonidæ.

LEX I.

Aduersus eum cuius negotia gesta [o] sunt, de pecunia quam de proprijs opibus [p] vel ab alijs mutuò acceptam [q] erogasti, mandati actione pro sorte & vsuris [r] potes experiri. ¶ De salario [s] autem quod promisit, apud præsidem prouinciæ cognitio præbebitur [t].

¶ Actio mandati competit ad pecuniam solutam mandatario, & ad pignora persequenda. Bald. uel sic: Fideiussori pro pecunia ab eo soluta, à principali recuperanda, & pro pignoribus consequendis, competit actio mandati. hoc dicit. Sali.

Idem AA. Marcello. LEX II.

Cum ex causa fideiussionis pecuniam patrē [v] tuum exoluisse proponas, habes mandati actionem: qua non solùm pecuniam [x], sed etiam pignora [y] in obligationem deducta potes consequi.

n ¶ Mandati.] vel aliâs de mandato.

Aduersus.] CASVS. Si mādato tuo negotia tua gessi: & aliqua impendi: vel pecuniam mutuo accepi, vt in ea impenderem: non solùm sortem, sed etiam vsuras actione mandati consequi potero: & salarium quod mihi promisisti mihi restitui prouidebit iudex. Viuia.

o ¶ Gesta sunt.] cum mandato.

p ¶ Opibus.] quas fœnerare consueueris: vt ff. de vsuris. l. qui semisses. §. fin.

q ¶ Acceptam.] sub vsuris.

r ¶ Et vsuris.] etiam sine mora: vt. ff. eod. l. si verò nō remunerandi. §. si mihi.

s ¶ Salario.] certo & promisso animo remunerandi laborem: vt. ff. e. l. si remunerandi. in principio.

t ¶ Præbebitur.] Vtrum fuerit licitum vel non: certum vel incertum? Et vt plenè videas, aut est incertum, & non valet: vt. j. eo. titul. l. salarium: vt. ff. eo. l. qu imutuam. §. salarium[b]. aut certum: & tunc aut erat aliàs facturus, & tunc pro eo incontinenti promisso agitur mandati contraria informata. vt hic. si ex interuallo, tunc agitur extraordinaria: vt. ff. eod. l. salarium. Si autem non erat aliàs facturus: aut tale factum consueuit locari: & tunc est locatio: vt. ff. eo. l. j. aut nō: & tunc est contractus innominatus, & agitur præscriptis verbis: vt. ff. de præscrip. ver. l. naturalis. §. at cum do. & hoc quando est licitum. Si autem mediā vel quotam partem litis paciscatur. tunc non valet, & punitur: vt. ff. eod. l. salarium. & l. si renumerandi. §. maurus. & suprà de postul. l. si qui. Sed quæro an hoc salarium procuratoris possit excedere centum aureos: vt dicitur de aduocatis? Rñ. non. nam aduocati procuratores dici possunt: vt. ff. de var. cog. l. j. §. aduocatos. & §. licita.

b Hoc intelligas verum, vt cōpetat procuratori actio ex promissiōe. iudex tñ ex suo officio constituet ei salarium secundum meritum eiusdē: vt dicit Sal. Salariū procuratoris an possit excedere. c aureos.

Cum ex causa.] CASVS Si pater tuus apud creditorem pro me fideiussit, & pignora obligauit, & pecuniam soluit, & decessit. habebis tu aduersus me mandati actionem per quam non solùm pecuniam, sed pignus consequi poteris. Viuianus.

v ¶ Patrem.] Item idem si tu hæres eius solueris: vt. ff. eo. l. hæredem.

x ¶ Pecuniam.] & eius vsuras.

y ¶ Pignora.] puta res patris tui creditori ab ipso patre obligatas debitore mandante: vt. ff. commo. l. si vt certo. §. planè si ego. Vel secundum alios, à de-

bitore obligata, patre tuo ad hoc ei commodante, & hoc casu agitur commodati: vt ff. commo. l. si vt certo. §. nunc videndum. in principio. vnde lite contestata in actione mandati pro pecunia, videtur & super commodato actio contestata: vt infrà de anna. exceptio. l. fina. Vel tertio dic res debitoris fuisse obligatas creditori. nam non cogeris creditori soluere: nisi tibi cesserit hypothecariam contra debitorem: vt infrà de fideiuss. l. secunda. & sic iure exceptionis consequeris 10 pignora. Vel quarto debitor obligauit patri tuo pro fideiussione quædam pignora, quæ consequeris hypothecaria à debitore. Et secundum hos tres intellectus hæc dictio qua, facit simplicem relationem, cùm non mandati, sed alio au 20 xilio pignora petantur: vt & infrà de iniur. l. dominum. Vel dic quinto quòd, cùm fideiussit illius debitoris mandato, incontinenti quędam pa tri tuo debitor pro fideiussione obligauit: ex quo pacto & hypothecaria & præscriptis verbis 30 actio nascitur: & mandati actio informatur: vt ff. de pactis. l. iurisgentium. §. quinimò. infrà de pactis inter empto. & vẽ di. l. secunda.

† Sui.

SI pater tuus.] CASVS. Pater filio suo emancipato mã dauit vt aduersus debi- 40 tores experiretur: nunquid si pater præsens venerit, experiri posit, quę ritur? Dicitur quòd sic, re integra. alioquin si res integra non est: quod per patrem actum est, non rescindetur. Viuianus.

† Allegatur ad hoc sufficit bono oratori nihil omittere de his quæ ad causam pertinent, & si nõ vincat.

a ¶ Si pater tuus.] si, 50 id est quamuis.

b ¶ Sui iuris.] id est tui iuris.

c ¶ Mandauit.] Ad exercitium tantùm.

d ¶ Re integra.] vt ff. eodem. l. si verò non remunerandi. §. si mandauero. exigendam. & instit. mand. §. penulti. li- 60 te verò contestata, non potest: nisi interueniat aliquid horum per quod repelluntur procuratores: vt. ff. de procur. l. post litem. cum. vj. ll. seq. & suprà de procu. l. procuratoribus. Sed quid si faceret hunc filium procuratorem in rem suam? Tunc dic vt. j. de noua. l. iij.

ETiam.] CASVS. Duo habentes controuersiam cum Titio, egerunt & succubuerunt, appellauerunt, & in causa appellationis procuratorem constituerunt, & procurator in causa appellationis sine culpa sua succubuit. an sumptus quos fecit rationabiliter cõsequi posit, quæritur? Respon. quòd sic contrario iudicio mandati. Viuianus.

Procurator succumbẽs an posit sumptus repetere. a Concor. gl. ij. in me. in c. cũ pro causa. extrà de procura.

e ¶ Reportauerunt.] Dominus ergo videtur damnatus secundum M. 70 Ioan. contra: vt dices infrà de senten. & interlo. l. j & quod dicit reportauerunt: quia tu procurator fuisti damnatus.

f ¶ Mandati.] Fuit ergo procurator cum mandato: sicq; repetit sumptus: vt hic, & ff. eodem. l. qui mutuam. §. fina. & infrà eodem. l. si contra licitum. in fine. secus[a] si sine mandato defendisset: nam tunc demum si obtineret, repetit sumptus: non aliàs, quasi non vtiliter gesserit: vt. ff. iudic. sol. l. iam tamen. §. in hac. ij. quæ est contrà. Sed si hic procurator sua culpa damnificauit dominum in. xx. & suis sumptibus meliorauit in. x. an hæc. x. repetat vel compenset? Videtur quòd non: vt. ff. de nego. gest. l. siue hæreditaria. & de lega. j. l. si modò nulla.

80 SI maritus.] CASVS. Maritus tuæ sororis gessit tua negotia vt procurator, mandasti ei vt peteret bonorum possessionem tibi debitam: non petijt, & amisisti: an aduersus eum experiri posis, quæritur? Dicitur quòd sic. sed qua actio. non aperit. tu dic mandati ad interesse. Viuianus.

g ¶ Congrediendum est.] actione mandati ad interesse: vt. ff. manda. l. si procuratorem. §. mandati. Erat autem dubitatio, quia sicut hæreditas non

¶ Mandatum actio num non excludit man dantem re integra ab agendo. hoc dicit. Bal. Vel sic: Mandans alteri actiones, potest hoc non obstante re integra experiri. hoc dicit. Pau. de Cas.

Idem AA. Germano. LEX III.

SI pater tuus [a] tibi tui † iuris [b] constituto actionem aduersus debitores suos mandauit [c]: potuit & ipse præsens aduersus eos re integra [d] experiri. Si quid itaque ab eo apud iudicem actum est: rescindi id nulla ratio patitur.

¶ Procurator repetit sumptus litis, etiam si in causa succubuerit. h. d. Bal.

Imper. Alexander A. Vulnerato.

LEX IIII.

ETiam si contrariam sententiam reportauerunt [e] qui te ad exercendas causas appellationis procuratorem constituerunt: si tamen nihil culpa tua factum est †, sumptus quos in lite probabili ratione feceris, contraria man dati [f] actione petere potes.

¶ Procurator qui neglecto mandato bonorum possessionem non petijt, tenetur domino. hoc di cit. Bald.

Idem A. Guliano. LEX V.

SI maritus sororis tuæ tibi procurans, petere bonorum possessionem noluerit, cum ipso tibi congrediendum [g] est: quam querelam ita cum effectu habes, si mandasse [h] te vt peteretur bonorum possessio, eumque neglexisse arguas.

¶ Qui patitur pro se alium fideiubere, uidetur mandare. h. d. Bal. & Sali.

Imp. Gordian. A. Sosibio. LEX VI.

SI fideiussor pro reo patiẽte [i] fidem suam adstrinxerit: man dati cum eo post exolutam pecuniam vel factam condemnationẽ, potest actionem exercere.

¶ Mutuans ex mandato alterius, obligat sibi recipientem tanquam principalem ex eo contractu: & mandantem tanquam accessorium per actionem mandati. hoc dicit. Bal.

Idem A. Aureliano. LEX VII.

SI literas [k] eius secutus qui pecuniæ acto fuerat, ei qui tibi literas tradidit, pecunias credidisti, tàm condictio aduersus [l] eum qui à te mutuam sumpsit pecuniam, quàm aduersus eum cuius mandatum secutus es, mandati actio [m] tibi competit.

¶ Ex mandato patris competit actio contra hæredem. hoc dicit. Bal. uel sic: Mutuans seruis ad mandatum domini, habet illum obligatum actione mandati. & hypothecaria potest etiam pignora persequi. h. d. Salic.

Impp. Valerian. & Gallien. AA. & Valerian. Cæs. Lucio. LEX VIII.

SI tibi pupillorum pater vt pecuniam in rem suam seruis eius crederes mandauit, & in hanc rem æque ipso præcipiente pignora sunt obligata [n]: & mandati actione pupillos [o] post mortem patris conuenire, & exequi ius obligationis pignorum [p] poteris, si in solutione cessabitur.

¶ Procurator qui dominum læsit in causa etiam in minimo articulo, tenetur domino. hoc di cit. Bal.

Impp. Diocle. & Maximian. AA. Marcello.

LEX IX.

CVm per procuratorem causam tuam læsam [q] esse dicas,

potest ediri per procuratorem: vt. ff. de acqui. hære. l. Paulus. sic videbatur in bonorum possessione. sed est contrà: quia hæc petitur per procuratorem: vt hic, & ff. de bo. pos. l. iij. §. acquirere.

Hæreditas per procuratorẽ adiri non põt.

h ¶ Mandasse.] specialiter vt dicunt. argumen. ff. de mi. l. illud. §. si talis. & sic est in iussu: vt. ff. de acquirend. hære. l. si quis mihi. §. sed vtrum. Sed contrà puto. nam cùm à gestore sine mandato petita pos sint haberi rata: vt. ff. ad Trebel. l. seruo inuito. cir 10 ca prin. & de bonorum possessione. l. iij. §. acquirere. & rem ratam habere. l. bonorum. multò ma gis per procuratorem generaliter peti potest.

SI fideiussor.] CASVS. Si pro me præsente & patiente fideiussisti. licet non mã- 20 daui vt fideiuberes, & soluisti: habebis aduersus me mandati act. vt ibi in dennitatem præstem. Viuianus.

i ¶ Patiente.] est ergo tacitum mandatum & expressum, & ex vtroq; datur actio mandati: vt hic, & ff. eo. l. si remune- 30 rãdi. §. si passus. & l. qui patitur. & de regu. iuris. l. semper qui. & repetit nisi contradixerit, vel animo donandi fideiuberet, vel in rem suam, vel in turpem rem, vel contra bonos mores: vt. ff. e. l. si remunerandi. §. si passus. & l. si verò non 40 re. §. si adolescens. & l. si pro te.

SI literas.] CASVS. Mandaui tibi per epistolam vt mutuares Titio decem & mutuasti me quam Titium habebis obligatum. vnde contra mandantem habes actionem 50 mandati: & contra accipientem certi condictio. ex mutuo. Viuianus.

k ¶ Si literas.] publicas vel priuatas quibus mandauit ivt crederes ei pecuniam, non vt commendatum eum haberes: vt. ff. eod. l. si vero. §. 60 cùm quidam. & s. quod cum eo. l. vlti.

l ¶ Aduersus eum.] Si non potest satisfacere accipiens. & debent cedi actiones huic mandanti contra accipientem. vt. ff. de fideiusso. l. si mandato, & ff. eodem. l. si quis alicui. §. fina. Et distingue hic breuiter, quia aut dirigitur mandatum ad creditorem vt pecuniam mutuet procuratori: & sic loquitur hic. aut procuratori mittitur: & tunc tenetur dominus vtili institoria. vt suprà de exerci. l. si mutuam. aut fuit nuncius, & tunc certi condictio contra dominum datur. & s. quod cum eo. l. si ex contractu. Et de his plenè dixi. s. si cer. pet. l. eum qui.

m ¶ Actio.] contraria.

70 SI tibi.] CASVS. Si mandato meo, seruo pecuniam credidisti, & decessi filijs relictis impuberibus: an aduersus pupillos mandati habeas act. quæritur? Respon. quòd sic, tàm ad pecuniam quam ad pignora. Viuianus.

n ¶ Obligata] à seruis.

o ¶ Pupillos.] non enim eo minus ex contractu patris tenentur quòd pupilli sunt: vt hic, & s. de non. nume. pecu. l. si intra. & de hære. acti. l. sub prætextu. Item no. mandati. mandauerat enim dominus in sua re, vt dicit: secus si in peculiari: quia tunc daretur quod iussu: vt. ff. quod iussu. l. j. & s. quod cum eo. l. si mandator. posset dici vtranque simul competere cum dirigitur ad ex- 80 traneum, non ad filium vel ad seruum.

p ¶ Pignorum] per hypothecariam. Accursius.

CVm per procuratorem.] CASVS. Si procurator meus cum aduersario meo collusit patiendo se superari: vel non appellauit cùm potuerit: an aduersus eum habeam mandati act. quęritur? Dicitur quòd sic. Viuianus.

q ¶ Læsam] vt quia collusit cum aduersario: vt. ff. eo. l. si procuratorem. in princ. vel

prin. vel si non appellauit: vt. s. de procur. l. inuitus. vel aliud quid dolo, vel culpa fecit: vt. s. de procu. l. si procurator.

SI pro ea.] CASVS. Si pro Titia fideiussisti, vel mandasti vt sibi pecunia mutuaretur: an antequam pro ea soluas, possis agere aduersus eam, quæritur? Dicitur quòd non, nisi condemnatus fueris, vel nisi hoc conuenit, vel nisi Titia incepisset dilapidare bona sua. & hoc in prima. Si verò tu pro ea fideiussor vel mandator extitisti: & conuentus except. habens eam non opposuisti, aut condemnatus nõ appellasti: an mandati si quid pro ea soluisti, agere possis, quæritur? Dicitur quòd non. & hoc in secunda.

a ¶ Cœpisse.] aliud si iam tempore fideiussionis ceperat dilapidare: vt ff. vt in pos. leg. l. si is à quo. & l. planè. & ff. de vaca. mu. l. penu. §. vltim.

b ¶ Causam.] quia homines dicunt quòd male fecit facta sua: vt & dicemus infrà de colla. aut. quod locum. & j. de iure dot. vbi. & ff. sol. mat. l. si constante.

c ¶ Suscepisse.] quod facere potuisti speciali pacto.

d ¶ Feceris.] nota non posse fideiussorem agere antequã soluat: sed fallit in quatuor casibus: si dilapidare bona sua debitor cœperit. Item si condemnatus fuerit. Item si hoc conuenit. & hi tres sunt hic. quart' est si diu stetit in obligatiõe. quod quantũ sit diu iudex arbitratur: vt. ff. eod. l. Lucius. aliàs autem non: sed sec' in eo qui animo nouandi intercessit qui statim agit: vt. ff. eo. l. si mãdato meo. §. si iudicio. quæ est contra. Et est ratio: quia iam liberauit eũ ac si soluisset: vt. ff. eo. l. inter. §. si is. Item secus si mãdem tibi vt mihi fundum emas: nam agitur contra me: & antequam soluat: vt suscipiam obligationem: vt. ff. eo. l. si mandato meo. j. rñ. & de neg. gest. l. si quis mihi mandato. quæ sunt contra. Sed dic quòd ratio est diuersitatis: quia si fideiussor statim ageret, afficeretur damno debitor, qui modò alium tàm commodè inuenire non potest, vt poterat tunc: quod esse non debet: vt. ff. commo. l. in commodato. §. sicut. Item qui mandatum accepit de fideiubendo, videtur accipere & de soluendo: vt. ff. de condict. indebi. l. indebitam pecuniam. at qui de emẽdo fundo mandatum acceperit, non videtur accipere de soluendo. Item in casu etiam post solutionem non agit: vt si ante diem soluendi soluit: vt. ff. eod. l. si mandauero tibi vt pro me. in princ. ADDITIO. Videas similem gl. in. c. fi. extrà de fideiuss. quod capi. sumptum est ex hac. l.

† Concor. hac. l. c. fina. cũ gl. j. extrà de fideiusso.

Fideiussor an possit agere antequã soluat.

mandati actio aduersus eum tibi competit.

¶ *Hæc est solennis lex. Fideiussor ante solutionem non agat mandati, nisi sit condemnatus, uel nisi debitor bona dilapidet, ita quòd uerisimiliter periculum sit in mora: uel nisi sit conuentum inter reum & ipsum quòd possit agere quandocunque. hoc primo. Fideiussor iniustè cõdemnatus appellatione non usus, non regreditur contra reum. hoc dicit notanter secundum Bal. & Salic.*

Idem AA. Papio. LEX X.

SI pro ea † cõtra quã supplicas, fideiussor seu mãdator intercessisti, & neq; condẽnatus es, neq; bona eam dilapidare posteà cœpisse [a] comprobare possis, vt tibi iustam metuẽdi causam [b] prębeat, neq; ab initio ita te obligationem suscepisse [c], vt eam possis & ante solutionem conuenire: nulla iuris ratione antequam satis creditori pro ea feceris [d], eam ad solutionẽ vrgeri certũ est. Fideiussorẽ [e] verò seu mandatorẽ exceptione munitum [f], & iniuria [g] iudicis dãnatum, & appellatione [h] contra bonam fidẽ minimè vsum, nõ posse mandati agere, manifestum est.

¶ *Procurator tenetur de culpabiliter gestis, & culpabiliter non gestis. hoc dicit. Bal. uel sic: Procurator tenetur de gestis & gerendis per eum susceptis: & de dolo & lata culpa. hoc dicit. Sali.*

Idem AA. Caio. LEX XI.

PRocuratorem non tantũ pro ijs quæ gessit, sed etiã pro ijs quæ gerẽda suscepit [i], & tam pro

e ¶ Fideiussorem.] dixit. s. fideiussorem damnatum mandati agere posse: quatenus autem hoc verum sit, subiungit.

f ¶ Munitum.] sed si reus vti non potest, & minus honesta erat, & soluit, agere potest: vt. ff. eo. l. idemq; §. penul.

g ¶ Iniuria.] ad hoc. j. de euic. l. emptor. & ff. de fideiuss. l. exceptione. & ff. de euic. l. si per imprudentiam. Item contrà. ff. de pub. l. si quis prohibuit. aliâs incipit, Papinianus libr. vj. sed ibi ignorabat exceptionem sibi competere: hic sciebat.

h ¶ Appellatione.] quam interponere debet ex bona fide: vt suprà de procurato. l. inuitus. nisi reo præsenti denunciet vt appellet: vel nisi propter paupertatem dimittat: vt. ff. eodem. l. si procuratorem. §. si ignorantes. Et breuiter de his exceptionibus distingue an sit declinatoria iudicij quam fideiussor omisit: & tunc nihilominus agit mandati: vt. ff. eodem. l. si fideiussor. j. §. quædam. an sit solutionis dilatoria vel peremptoria: licet quidam inter eas distinguant: & tunc si ex persona fideiussoris competat, & turpis est: quia impetrauit ius iniquum, vt dicunt quidam: vel aliter erat turpis, & tunc agit nihilominus mandati: vt. ff. eodem. l. idemque. §. penulti. si honesta, quia pactũ fideiussori est factum, ne à se vel à reo petatur: & sic porrigitur ad reum: vt ff. de pactis. l. idem. §. j. non aget: vt. ff. eodem. idemque. §. penulti. Nec distinguo sciens vel ignorans eam omittat: quia in suo facto non probabiliter errat: vt. ff. ad Velleia. l. quamquam. Si autem ad rem non porrigebatur, vt Velleiana vel similis, tunc nihilominus agit: vt. ff. eodem. l. si fideiussor. j. §. final. Si autem ex persona principalis, competit si quidem peremptoria & sciens eam omittit: non agit mandati. sed ignorans, si quidem ius, non aget: si factum, aget: vt. ff. eodem. l. si fideiussor. j. §. non malè. Si verò dilatoria solutionis, non aget interim: sed demum adueniente die: vt. ff. eodem. l. si mãdauero tibi. ij. in principio. Si autem erat talis exceptio reo competens, qua fideiussor vti non potest, non imputatur fideiussori, etiam si sciens eam omittit: si modò non habuerit facultatem rei conueniendi &c. vt. ff. eodem. idemq;. §. penultimo. & hoc etiam nota. ff. eodem. l. si fideiussor. j. §. quædam.

Fideiussor si omisit exceptionem; an sit ei imputandum.

PRocuratorem.] CASVS. Ordinaui procuratorem ad exigendam pecuniam à debitore: suscepit mandatum: non solùm de gestis, sed etiam de his quæ omisit gerere tenetur: tenetur etiam de dolo & culpa: sed si aliquos sumptus bona fide fecit in administratione, illos poterit repetere.

i ¶ Suscepit.] tenetur enim non quia gessit, sed quia gerenda suscepit: vt hic, & ff. eo. l. si remunerandi. §. j.

k ¶ Non exactam.] quia debuit exigere: vt & ff. eod. dolus est.

l ¶ Sumptũ.] vt & suprà eodem. l. etiam. & infrà eodem. l. si contra licitum. in fin. & ff. eodem. idemque. §. idem labeo. & l. ex mandato.

CVm.] CASVS. Mandauit tibi vt venderes fundum meum pro cẽtum: vendidisti pro. l. nec ratũ habui: nũquid mihi præiudicasti quò minus eã vendicare possim, quæritur? Dicitur ꝙ non.

† Incipit, Si mandati.

† Concor. gl. in. c. ij. super verb. restituimus in me. extrà de resti. in integ.

pter exactam ex mãdato pecuniã, quam non exactam [k], tam dolum quam culpam, sumptuum [l] ratione bona fide habita, præstare necesse est.

¶ *Contra tenorem mandati non ualet quod procurator facit. hoc dicit. Bal. uel sic: Procurator non seruato mandato, non præiudicat domino. h. d. Sali.*

Idem AA. Firmo. LEX XII.

CVm † mandati negotij contractum certam accepisse legem asseueres: eam integram secũdum bonam fidem custodiri conuenit. Vnde si contra [m] mãdati tenorẽ [n] procurator tuus ad te pertinentem fundum vendidit, nec venditionem posteà ratam habuisti: dominium tibi auferri non potuit [o].

¶ *Procurator tenetur etiam de leuißiusa culpa. h. d. Bal. uel sic: Procurator de dolo & omni culpa tenetur, non de casu fortuito. h. d. Salic.*

Idem AA. Zosimo. LEX XIII.

A Procuratore † dolum & omnem [p] culpam, nõ etiam improuisum [q] casum præstandum esse, iuris authoritate manifeste declaratur.

¶ *Quod uni soluitur plurium uoluntate, omnibus uidetur esse solutum. h. d. Bald. uel sic: Si is qui mandato alterius rem emit, & illam ei tradidit pro pretio quod soluit: mandati agitur. h. d. Sali. uel sic: Quod uni traditur de mandato alterius, etiam illi traditum uidetur. h. d. Paul.*

Idem AA. Hermiano. LEX XIIII.

SI secundum mandatum Triphonis & Felicis equos tua

m ¶ Contra.] i. citra. sic suprà de iudeis. l. celicolarum.

n ¶ Tenorem.] qui erat vt certo pretio venderet: vt. ff. eo. l. diligenter. vel vt certæ personæ venderet: vt. ff. de contrahen. emp. l. cum seruo.

o ¶ Non potuit.] non ergo nocet domino procurator: siue pro parte sit falsus, quia excedit mandatum: siue ex toto: vt hic, & ff. de no. ope. nunci. l. cũ procurator. §. fi. & pro emptore. qui fundum. §. procurator. & j. de noua. l. nõ abstulit. & s. de procu. si pretium. & l. si procurator.

A Procuratore.] CASVS. De dolo & culpa non casu fortuito, tenetur procurator.

Procurator an teneatur de leuissima culpa.

p ¶ Et omnem culpam.] de dolo & lata culpa & leui tenetur secundum omnes: vt hîc, & ff. eo. l. si procuratorem. §. dolo. & l. dolus. & ff. de re. iur. l. cõtractus. Sed secundũ Io. & B. & Azo. etiam de leuissima culpa tenetur: vt hic. nam qui omnem dixit, nihil omisit. sed O. & M. contra: vt dices. j. eo. l. in re. Nec obst. primæ opinioni, scilicet de leuissima. ff. eo. idemque in prin. vbi dicit nihil amplius quã bonam fidem. nam expone. i. nihil quod sit melius. nã nil melius, est bona fide. Vel ibi emerat procurator, & omnia fecerat, & sola restabat traditio facienda, in qua sufficit bona fides quæ fit in traditione. Item nec ob. ff. de regu. iur. l. contractus. quia ibi non remouet quin de leuissima teneatur. ADDITIO. Quod autem procurator teneatur de leuissima culpa, tenet Cy. hic post Ia. de Are. & etiam Dy. in ca. contractus. de regu. iur. lib. vj. & dicunt rationem esse tacitam assertionem industriæ suscipientis mãdatum: cum procurator propter solam industriam eligatur. ergo &c. vt arg. ff. de edil. edic. l. si quid venditor.

q ¶ Improuisum.] nisi specialiter conuenit: vt & s. depo. l. j. & de pig. ac. l. quæ fortuitis. & de neg. nest. l. negotium. & s. commo. l. j. Vel nisi culpa præcedat casum: vt. ff. commo. in rebus. & l. si vt certo. §. sed interdũ. Item nisi fuerit in mora: vt. ff. depo. l. si in Asia. §. fi.

SI secundum.] CASVS. Titio & Seio pecunia tua equos comparasti: vel in solutum à debitore tuo accepisti: & alteri eorum de voluntate vtriusq; tradidisti, vt tibi restituat quod nomine equorũ à te proficiscebatur.

mandati eos habebis obligatos.

a ¶ Tua pecunia.] comparatos illorum mandato. sic &. ff. eod. l. si fundũ, &. l. qui negotia. §. fina.

b ¶ A proprio. scilicet tuo subaudi.

c ¶ Placitis.] i. restituatur tibi quod equorum nomine à te fuit profectum.

pecunia [a] comparatos, vel in solutum à proprio [b] debitore tibi traditos, vni de his vtriusque voluntate dedisti: ad parendum placitis [c] eos mandati iudicio conuentos bona fides vrget.

¶ Ista lex licet sit breuis, habet tamen materiam opulentam: & quia breuis est, seipsam summat. Bal.

Idem AA. Precatio. LEX XV.

MAndatum re integra domini morte finitur [d].

¶ Si mandatum non impletur, ad interesse agitur. h. d. Bal. & Salic.

Idem AA. Vranio. LEX XVI.

AD comparandas merces data pecunia, qui mandatum suscepit, fide rupta [e], quãti interest [f] mandatoris, tenetur.

Idem AA. Gorgonio. LEX XVII.

SAlarium incerta [g] pollicitatione promissum peti [h] non potest.

¶ Licet contractus principalis sit stricti iuris: accessorius tamen potest esse bonæfidei, & ueniunt usuræ. Baldus. uel sic: Mandator ab eo pro quo intercessit, non tantum quod soluit repetit: sed etiam usuras ex mora. hoc dicit. Salic. uel sic: Qui mandat aliquid mutuari, si soluit mandatario, repetit ab eo cui mutuum est factum pro quo uidetur mãdato intercessisse. Paulus de Castro.

Idem AA. Tusciano. LEX XVIII.

POst solutionem [i] à se factam qui dari mutuo mandauit, ab eo pro quo intercessit, vel successoribus eius, quod solutum est, etiam cum vsuris [k] post moram recte * postulat [l].

Sed nonne videntur illi mihi mandare de re mea vendenda eis: & sic non valet: vt. j̃. ti. j. l. j? Rñ. imò de aliena, vt eam is acquirã quod feci. ex quo facto nihil abest.

MAndatum.] CASVS. Mandasti mihi vt fundũ tibi emerem: antequam arrhas donarem decessisti: an expiret mandatum, quæritur? Dicitur quòd sic.

d ¶ Finitur.] vt inst. eo. §. item si adhuc. &. ff. de solu. l. fin. Item no. re integra: aliâs enim secus: vt ff. de instit. l. si quis mancipijs. §. eius. &. ff. de arbi. l. arbiter. Sed quando dicitur res integra? Rñ. in causis ante litis contestationem: vt. ff. de iurisd. om. iudi. l. & quia. in negotijs autem potest quæri, an inceperit aliquid vel paramenta fecerit: vt patet. ff. de pol. l. j. §. cepisse. & de cond. ob causam da. l. si pecuniã. in princ. Extunc ergo reuocari nõ potest: ne ei sit suum officium damnosum, vt ff. de fur. l. si seruus communis. §. quod verò. Itẽ licet mandatum morte finiatur (vt hic dicit) tamen si ignorans mandatarius eum mortuum, re adhuc integra aliquid fecerit: potest agere contra hæredem, ne iusta & probabilis ignorantia eum damno afficiat: vt instit. eo. §. item si adhuc. &. ff. eo. l. inter. circa princip. Item quod hic dicit est verum: nisi sit tale mandatum quod suscipiat initium à morte testatoris: vt de sepulchro: vt. ff. eo. l. si verò. §. fi.

Mandatum cum finiatur re integra quando dicitur res integra.

* Reddi.

AD comparandas.] CASVS Si mandaui tibi vt ex pecunia mea merces emeres, nec emeris: si pecuniam in vsus tuos conuertas, quanti mea interest iudicio mandati mihi condemnaberis.

e ¶ Rupta.] quia carius emit quam potuerit: vel etiam in suam vtilitatem conuertit.

f ¶ Interest.] quanti. s. tunc cũ agitur interest. nam si nil interest, nil agitur, licet aliquando interfuerit: vt. ff. e. l. si procuratorem. §. mandati. secus in argẽtario vbi sufficit semel interfuisse: vt. ff. de edendo. l. vbi. §. j. & similiter secus in eo, qui promisit iudicio sisti. ff. si quis cau. l. qui autem. §. fina.

SAlarium.] CASVS. Pro expediendis negotijs meis promisi salarium, sed incertum: dicendo sic: renumerabo laborem tuum. nunquid tale salarium peti potest, quæritur? Rñ. ꝙ non.

g ¶ Salariũ incerta.] re & genere. nam si re tantũ, valeret: vt ꝑmissio equi in genere secũdũ Io. Itẽ si dixero, faciã te militẽ, non est incertũ secundũ Io.

h ¶ Peti non potest.] sed solutũ retineri potest. & ꝙ dicit pollicitatione: ideo dicit, qa si esset in stipulatione deductũ (licet incertũ) forsan posset agi ex stipulatu secũdũ Hu. sed Azo dicit etiã tũc nõ valere: & de pollicitatione ideo dicit: quia salariũ plerumq; offertur à domino nulla interrogatione facta: sed subito dicit dñs ita, & ita faciã tibi. & qua actione petatur salariũ, dixi. s̃. eo. l. j.

POst.] CASVS. Mandasti Titio vt mutuaret. x Sẽpro. soluisti Titio illa. x. tam Sempronium quam eius hæredes ad sortem & ad vsuras ex mora act. mandati conuenire poteris.

i ¶ Post solutionem.] Mandator soluit & conuenit eum cui mutuari mãdauit & eius hæredes. & quod dicit, post solutionem, scilicet non ante: nisi in casibus vt dixi. s̃. eo. l. si pro ea.

k ¶ Cum vsuris.] ex mora vel cõmuni iure debitis: vt in bonæfidei iudicio: vt. ff. eo. l. si verò non re. §. si mihi. &. j̃. eod. l. j. &. j̃. proxi. &. s̃. depo. l. ij. Sed contrà. ff. e. l. inter. §. præterea. vbi dicit nihil plus venire: nisi quod soluit, sed ibi supple: nisi ratio vsurarum emergat: vt hic.

l ¶ Postulat.] actione mandati.

PRetij rerum.] CASVS. Mandaui tibi vt res meas venderes, & stipulatus sum vsuras vltra legitimum modum, puta tres solidos pro libra: & pignus dedisti: & vendidisti res meas: ad pretium mihi teneberis, & ad vsuras legitimas, & pignora vltra legitimum modum vsurarum non tenebuntur. Viuia.

¶ Vsuræ ultra licitum modum non possunt deberi etiam si per stipulationem fuerint promissæ, uel pro eis datum fuerit pignus. hoc dicit. Pau. de Cast.

Idem AA. Eugenio. LEX XIX.

PRetij [m] rerum distractarum, quas vænales præcedente mãdato acceperas, vltra licitum vsuras ex stipulatione vel mora præstare, licet pignora data probẽtur, compelli non potes.

¶ Illicitum salarium non potest peti, nec etiam sumptus quos in lite improba quis fecit. hoc dicit. Bald. uel sic: Ex pacto de quota litis nil potest procurator petere: sed si tale pactum non fuit: bene potest petere expensas factas de suo. hoc dicit. Pau. de Cast.

Idem AA. Egapatho. LEX XX.

SI contra licitum, litis incertũ redemisti [n]: interdictæ conuẽtionis tibi fidem impleri frustrâ petis [o]. Quod si gratuitum mandatum suscepisti, secundum bonam fidem sumptus rectè postulas [p].

¶ Condemnatus mandati directa, dicitur infamis: quia licet quis in re propria sit moderator & arbiter, non sic in re aliena. hoc dicit no. Bal. uel sic: Condemnatus in actione directa mandati efficitur infamis: ideo consulitur procuratoribus ut sint diligentes non negligentes. hoc dicit. Sali.

Imp. Constantinus A. Volusiano præfecto prætorio. LEX XXI.

IN re [q] mandata non pecuniæ solum [r], cuius est certissimũ [s] mãdati iudiciũ, verũetiã existimationis [t] periculũ est. Nam suæ quidẽ ꝗsq; rei moderator atq; arbiter [v], nõ oĩa negotia, sed pleraq; ex proprio [x] aĩo facit. Aliena vero ne-

m ¶ Pretij rerum.] accepisti res vendendas à me reddes pretium & vsuras legitimas, non vltra: licet in mora fueris, vel in stipulationẽ sint deductæ: & licet pignora pro his sint obligata: quia non valet quod sequitur ex eo vel ob id: vt s̃ de leg. & consti. l. non dubium.

SI contra.] CASVS. Habebam causam cõtra Titium ad c. conueni tibi dare illorum. c. l. vt esses procurator meus in causa: fuisti. an iudicio mandati agere possis ad. l. quæritur? Dicitur quòd nõ. & hoc in prima. Si verò mandatum gratuitum suscepisti & impendisti: repetes. Viuia.

n ¶ Redemisti.] partẽ dimidiam litis paciscendo secundum quosdam vel quantamcunq; quotam, vt diximus suprà de postul. si qui. redemisti dico: modica pecunia data vel nulla: sed ideo quia procurabas eius causam fecisti tibi conueniri. Et not. contra licitum. nec enim licet procuratori vel aduocato: vt suprà de procu. l. litẽ. &. ff. eo. l. si renumerãdi. §. fi. ff. de pac. l. sumptus.

o ¶ Frustra petis.] Quid autẽ si de tuo impendisti, & vtiliter? Respon. nihil repetis ex pacto de quota parte litis facto pro expẽsis vel actione mandati informata, licet incontinenti fuerit pactum factum de quota litis: quia illicitum pactum non informauit nec etiam officio iudicis, quod super illicitis non est implorandum: nec actione negotiorum gestorum. & hoc probatur ex eo quod subijcit, quòd si gratuitum &c. Quidam tamen dicunt contra: nam dant ei negotiorum gestorum pro expensis quatenus vtiliter impendit.

Procurator paciscẽs de quota litis an possit petere quæ vtiliter expendit.

p ¶ Postulas.] vt. ff. eo. l. si quis alicui. §. fi. &. s̃. eo. l. j.

IN re.] CASVS. Mãdaui tibi vt gereres negotia mea: recepisti mãdatum: si dolum adhibuisti in gerendo, non solum in pecunia ad interesse mihi condemnaris: sed efficieris infamis: quia suas res potest quilibet administrare prout vult, alienas autem non nisi cautissimo officio. Viuia.

q ¶ In re mandata] i. in negotio mandato.

r ¶ Solum.] scilicet est periculum.

s ¶ Certissimum.] imo cum contineat interesse: vt. ff. eod. si procuratorem. §. mandati. continet incertũ: vt & actio præscriptis verbis dicitur hoc respectu incerta: vt. j̃. de re. permu. l. rebus. Sed dic. i. certissimum est actionem mandati dari. vel etiam est certissima inspecto fine: quia iudex certificat: vt insti. de act. §. curare.

t ¶ Existimationis.] i. famæ. sic accipitur. ff. de var. cog. l. penulti. damnatus ergo mandati directa est infamis: vt hic, &. ff. de his qui no. infa. l. j. §. qui pro socio. &. l. furti. §. mandati. ADDITIO. Intelligas hoc quãdo est damnatus propter dolum suum. secus verò si propter culpam esset damnatus: vt dicit glo. in. d. §. qui pro socio.

v ¶ Arbiter.] s. existẽs. i. dispositor. propriè enim nõ põt arbiter quis esse in sua re: vt. ff. de arbi. l. pen. & est simile huic. ff. solu. ma. l. etiam. §. licet.

x ¶ Ex proprio.] quædam enim facimus inuiti: vt. ff. de act. empti. l. Iulianus. §. idem celsus quædam nec volentes facimus, vt testamentum si sumus minores. xiiij. annorum: vt instit. qui. non est permis. fa. testa. §. præterea. & ad idem insti. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. §. fi.

Exacto.

a ¶ Exacto.] id est exactissimo, secundum Ioan. & B. sic Inst. qui. mo. re con trahi. ob. §. item his. venit ergo secundum eos in actione mandati etiam leuissima culpa. s. eo. l. a procuratore. & ar. instit. loca. §. fi. sicut ibi, Saturnia sancta dearum. i. maxima siue sanctissima. alias secundum M. distingue vtrum gratia mandantis tantū interueniat mandatum: & tunc præstabitur dolus & la ta culpa tantùm. an mandatarij tantū. & tunc leuissima sicut in commodato distinguitur. ff. com mo. l. si vt certo. §. interdum. & l. in rebus.

b ¶ Geruntur.] id est geri debent.

c ¶ Neglectum.] cū incepit facere, & destitit. Io.

d ¶ Declinatum.] cū ab initio cōmisit. Vel ponē ecōtra secundū Azo. & vtroque dicto vel vtrumque ponitur pro eodem.

¶ Per diuersas.] CASVS. Olim si aliquis habebat actio. aduersus aliū, & dubitabat aduersus eum moue re act. poterat vendere alicui: ita quòd eam vel data modica quātitate pecuniæ, vel nulla, ageret. vnde multa mala per talem cessionem contingebāt. Statuit igitur Imperator Anastasius, quòd nullus talē act. vendat. quia præsumitur quod sit simulata, & nō vera vēditio. redimens ergo litē quæ est. c. pro. xx. nō poterit agere nisi p. xx. & vsuris. in quibusdam tamen cōtractibus potest fieri cessio, puta inter cohęredes. potest enim vnus alij cedere act. Item si creditor acceperit à suo debitore noīe sui debitoris in solutū, aget iure cessō. vel si patiatur creditor cōtrouersiam super pignoribus sibi obligatus potest petere vt debitor cedat ei act. vel si patiar act. à non domino super re quā possideo: possum petere vt mihi cedatur ius fructuarij vel superficiarij: vt sic possim me tueri aduersus verum dominum. vel sic: Si possideo rem in emphyteusim: possum petere vt dominus mihi cedat act. suam. Item legatarij possunt petere sibi fieri cessionem ab hærede. In vltima parte dicit, quòd si titulo donationis cedatur actio, bene tenet cessio.

Margin: ‡ Dispositio huius legis & se quen. non obseruatur in Gallia, nisi in cessionibus nominum vel actionū ad mobilia vel, nomina cōpetantium.

Margin: † Hoc etiā probet pa pam. c. fi. de sent. apost. cū gl. super verbo, licent. extra de rescrip.

gotia exacto [a] officio geruntur [b]: nec quicquam in eorum administratione neglectum [c] ac declinatum [d] culpa vacuum est.

¶ *Ex paruitate pretij cessio actionum præsumitur simulata, & est inualida, nisi usque ad concurrentem quantitatē eius pretij numerati. Fallit in casibus hic expressis. & similibus candē rationem habentibus. Si autem cessio non sit facta contemplatione pretij, sed ex mera & pura liberalitate: efficaciter transeunt utiles actiones secundum tenorem directarum. h. d. Bald. & est singularis lex secundum Pau. de Cast.*

Imp. Anastasius A. Eustachio præfecto prætorio. LEX XXII.

‡ Per diuersas [e] interpellationes ad nos factas, cōperimus quosdam alienis reb⁹ fortunisq́; inhiātes [f], cessiones alijs cōpetentiū actionū in semetipsos exponi properare [g]: hocq́; modo diuersis personas litigatorū [h] vexationibus [i] afficere: cùm certū [k] sit pro indubitatis [l] obligationibus eos magis, quibus anteà suppetebant, iura sua [m] vendicare, quam ad alios ea transferre velle [n]. ¶ Per hanc itaq́; legem iubemus in posterū huiusmodi conamen [o] inhiberi †. nec enim dubium [p] est redemptores litium alienarū videri eos esse, qui tales cessiones [q] in se confici cupiunt: ita tamen, vt si quis datis pecunijs huiusmodi subierit cessionem, vsque ad ipsam tantūmodò solutarum [r] pecuniarum quantitatem, & vsurarum eius actiones exercere permittatur licet instrumēto cessionis, vēditionis [s] nomen insertū [t] sit, exceptis scilicet cessionibus quas inter cohæredes pro actionibus hæreditarijs fieri contingit [v]: & ijs [x] quascunq́; vel creditor, vel is qui res [y] alienas possidet, pro debito seu rerum apud se constitutarū munimine ac tuitione accepit: necnon [z] ijs quas inter legatarios seu fideicommissarios quibus debita [a] vel actiones [b] seu [c] res aliæ relictæ sunt, pro [d] his fieri necesse sit. Nulla etenim tali ratione [e] † intercedente, redēptor (sicuti superius declaratū est) magis [f] existit, qui alienas pecunijs [g] præstitis subijt actiones. Si autem per [h] donationem cessio facta est: sciant omnes huiusmodi legi locū non esse, sed antiqua iura esse, seruanda: vt cessiones tàm pro exceptis & specialiter enumeratis, quam alijs causis [i] factæ seu faciēdæ secundum actionum quæcūq́; cessæ sunt vel fuerint tenorem, sine quadam ‡ imminutione obtineant.

¶ *Hæc est nota. lex quæ uenit ad præcedentem declaratiuè. & hoc intendit in summa: Si actio est pro parte uendita, & pro parte donata: præsumitur cessio simulata. idem si solus titulus donationis sit appositus, tamen clàm aliquid sit datum nomine pretij. His ergo casibus cessionarius non agit nisi quatenus re ipsa persoluit. cedens etiam propter suam fraudem actione priuatur. & licet de rigore ista sanctio deberet retrotrahi: tamen de æquitate non trahitur retrò: sed ad futura tantum porrigitur. hoc dicit nota. secundum Baldum.*

Imp. Iustinianus A. Ioanni præfecto prætorio. LEX XXIII.

e ¶ Per diuersas.] In primo casu fuit simulatio. In secundo præsumitur. à secundo quatuor excipiuntur.

¶ Inhiantes.] i. insidiantes. sic & j. de præscrip. xxx. anno. l. j. in prin.

g ¶ Properare.] modicum dando pro cessione facieda: vt. j. l. prox. in prin.

h ¶ Litigatorum.] debitores puta.

i ¶ Vexationibus.] in plus petendo.

k ¶ Cum certum.] audaciter hoc dicas, cùm certum &c. dic certū præsumptione iuris: vt. ff. de probatio. l. cùm de indebito. & ff. de alie. iudic. l. item si res. §. fin. & l. seq. & l. fi. non tamen statur huic præsumptioni, nisi aliàs probetur simulatio.

l ¶ Pro indubitatis.] dicuntur indubitatę in quibus aduersarius non negat. aliàs est dubia per negatione: vt. j. qui ad lib. procla. non licet. l. ij. & iij.

m ¶ Iura sua.] i. sibi debita & largè pone vendicare vt etiam cōtineat actionem personalem.

n ¶ Velle.] i. magis pšumit quòd ei cōmiserit, vt quod consecutus fuerit, partim reddat, & partim retineat. Vel dic quem cedere prędicto modo minori ptio.

o ¶ Conamen.] scilicet fictitium.

p ¶ Dubium.] præsumptiuè.

q ¶ Cessiones.] pro nihilo vel modico factas: dolo, vel fraude. vel simulatione aliqua.

r ¶ Solutarum.] No. in hoc fortè est vis, vt sit necesse pretium solutum: vt s. de rei vendi. l. quoties. Item hoc de vsuris videtur corrigi. j. l. proxi. sed dic vt ibi.

s ¶ Venditionis.] quæ si vera esset, valeret cessio: vt per totum titu. de hæ re. vel act. vendi. sed hic loquitur secundum Azo. & bene, cùm parua pecunia emit & animo vexandi. quare solum quod dedit, repeti permittit hæc lex. se decus cum iusta causa fit cessio, & non animo vexandi.

t ¶ Insertum.] scilicet pro tota actione.

v ¶ Contingit.] quando agunt familię erciscundæ: vt. j. de lit. l. fi. in fi. & ff. fa mi. erciscun. l. plane. licet pro hac cessione detur minus quam cessio fit.

x ¶ Ex ijs.] cessionibus exceptis quascunque creditor, scilicet accipit pro debito quod est. j. & cū nomē sui debitoris, & plus debentis, à debitore suo accipit in solutum. Vel dic creditor cedit actionem fideiussori & minus soluenti: vt ff. de fideiussori. l. si fideiussores. §. idem respon. Vel tertiò pone quòd rem tuam quam possideo, obligasti Titio creditori tuo, & ego facio mihi cedi ius suum pro minore pecunia quam ei debeatur in illam rem vt sim contra te tutus: & secundum hæc duo exempla accipit id est facit. sic. ff. de dam. infec. l. proculus. Vel pone quòd ille qui nomine meo est stipulatus cum mandato vel sine mandato, non mihi cessit.

Margin: † Hic not. Salic. quòd casus singulares & excepti, obidētitatem rationis, extēduntur ad similes. de quo pūcto vide post alios deci. in rub. ff. de reg. iur.

y ¶ Is qui res.] Hoc est aliud exemplum vbi tenet cessio, puta accipit quis pro re quam possidet ius emphyteuticarij vel fructuarij, vel superficiarij, vel similis, vt tueatur se domino: licet valeat plus vel minus quod dat cedenti, quam illud in quo vult se munire. Vel dic cum time rem domui meæ ruinam ex domo tua, accepi à te ius quod habes in domo tua. puta rei vendicationem: dedi tibi minus quam valet ius cessum. quod non placet. quia verbis tantum fit hæc expositio. Vel tertio in re quam possideo habes publicianam: impetro à domino vt cedat mihi ius dominij, modicum sibi dando: vt contra te tuear me: vt. ff. de publi. l. pe. & fin.

Margin: ‡ Immutatione.

z ¶ Necnon his.] scilicet cessionibus, exceptis quas inter legatarios &c. & pone pluribus legatum nomē. tunc enim & ipsi inter se cedunt actiones minimo dato, & ab hærede petunt sibi cedi directam.

a ¶ Debita.] i. actiones personales, vt dixi modo in exemplo.

b ¶ Vel actiones.] scilicet in rem.

c ¶ Seu res.] scilicet hæredis [a]: nam si testatoris, non esset necesse cedere legatario rei vendicationem, cùm statim ab adita hæreditate dominus fiat: vt j. communia de lega. l. j.

Margin: a Placet Sal. reprobata gl. in. l. ij. j. com. de leg. quæ vult contrarium.

d ¶ Pro his.] scilicet relictis.

e ¶ Ratione.] id est non intercedentę aliquo prædictorum casuum exceptorum.

f ¶ Magis.] quam verus actionis emptor.

g ¶ Pecunijs.] paucis ab eo cui facta est cessio illi. s. qui cedit. Alij dicūt eo tra prestitis à cedente illi cui fit cessio: quod non placet.

h ¶ Per donationem.] scilicet veram.

i ¶ Quod alijs causis.] Lex ista videtur sibijpsi contraria. si enim valet cessio & in exceptis casibus, & alijs: ergo in omnibus: ergo male dixit in principio. l. non valere. Dic ergo hic loqui de non simultatis, puta ex causa donationis. fecus autem in simulatis quæ non valent: vt supra dixit. Sciendum est ergo quòd simulata est cessio, cùm id agitur inter cedentem & eum cui cedditur, quòd omne lucrum & emolumentum ad cedentem referatur: sed simulatur contrarium, scilicet quòd debeat pertinere ad eum cui fit cessio: & tunc non valet. vt. s. plus valere quod agitur. per totū. Si autē sit dubiū an sit simulata vel nō: præsumit simulata ex paruitate pretij. Nam nō est verisimile quòd pro tam paruo pretio sit facta cessio. ar. ff. de trāsac. l. cū hi. §. modus. licet ad dolum arguendū hoc nō sufficiat: vt. j. de rescin. vendi. l. dolus. & dic non

Margin: Cessio quæ simulata dicatur. Cessio actionis ex quibus præsumatur simulata.

agit,nisi in tantum quãtum dedit: vt.s.hac.l.ij.rñ.pro residuo autem agit qui cessit,aliud tamen est vbi est ꝑ parte vendita,& ꝑ parte donata:vt.j.l.proxi. secundum Io.& Azo.Sed quantũ ꝓtiũ dicitur modicũ?R.ñ forte qñ nec dimidiam continet actionis:vt.j.de rescin.vendi.l.ij.Vel dic quando deductis expensis,& labore,& pretio:adhuc plus satis valet actio ex quo fit cessio.Item præsumit simulata si nõ reperit nomẽ cõtractus. ex quo fit cessio in cessione:vt.s.hac eadẽ.l.innuit 10 ibi: licet instrumento.& sic forte cõtinet,ille cessit illi actionẽ suã cõtra illum vel similia[a]. Si verò nomẽ cõtractus ibi continet,nõ ꝓsumit simulata. nec obstat.s.ibi, licet instrumẽto &c.nã intellige ꝙ primò debeat fieri instrumẽtũ venditionis vel 20 donatiõis,& posteà subsequi cessio:vt nõ videat fraus facta.hic autẽ fuerat prius cessio facta. & posteà instrumẽtũ cõtractus:& ideo aliud est.Vel verius titulus deficiẽs facit simulatã,sed assistens nõ facit nõ simulatã,si aliud sit qđ faciat simulatam vt paruitas pretij, 30 & hoc casu nõ amittitur actio,sed agit qui cessit: cũ cessio nõ tenuerit: vel ex paruitate ꝓtij erat simulata.Itẽ tertiò ꝓsumit simulata si actio sit iusto pretio pro parte vẽdita, & pro alia parte donata: & hic agit is,q emit intã- 40 tũ quãtũ dedit: in residuo nullus agit: nec is q cessit,nec is cui cedit: vt.j.l.p roxi.licet aliud sit cũ modica pecunia data ꝓ dotali actiõe,facta est cessio:vt modò dixi. sed in casibus nõ præsumit simulatio quãtũcũq; ꝓtiũ datũ sit ꝓ cessione,q 50 hac lege cõtinent. & distingue hic: vt.s.ne liceat po.l.j. ADDITIO. Addas post Bar. hic ꝓsumi etiã cessionẽ simulatã,qñ ꝓtiũ ꝓ quo facta est cessio nõ apparet in veritate solutũ:hoc secundũ eũ innuit in hoc tex.iũcta gl.in verb. solu 60 tarũ.s.&.j.l.px.ibi,verò contractu re ipsa persoluit.ex quo cõcludit secũdum eũdẽ non sufficere si in instrumẽto cessiõis cedẽs sibi solutũ esse cõfiteat:nisi reuera sibi solutũ ꝓbet. qđ verum est quãtũ ad eũ cõtra quem cedit:sed cõtra ipsũ cedẽ 70 tẽ noceret illa cessiõ.

Pretiũ in cessione quando dicitur modicum.

✝ Concor. cũ hac.l. c. ij.cã glo.ij. extrã de alie.iudi.mutã.cau.fa.

a Est de mẽte sal. in fi.iij. col. quia cessio debet habere propriũ titu.

✝ Cõsequatur quisquã quæ ꝓstitit.

A Anastasio[b] diuæ memoriæ principe iustissima constitutio cõscripta est[a] ,tã humanitatis quã beneuolẽtię plena:vt ne qs alienũ subeat debitũ cessione in eum facta:& ne amplius à debitore consequatur ijs[c] quæ præstitit[b] cessiõis authori:exceptis quibusdam casibus qui specialiter illa sanctione continẽtur. ¶ Sed cũ ij qui circa lites morãtur[c] ,eãdem piam dispositionem in sua natura remanere minimẽ cõcesserint,inuenientes machinationem vt partem quidẽ debiti vẽditionis[d] titulo trãsferant in alium creditorẽ, reliquã autẽ partẽ per coloratã[e] cedãt donationẽ:generaliter Anastasianę cõstitutioni subueniẽtes, sancimus nulli licere partẽ quidẽ debiti cedere pecunijs acceptis,& vẽditione actionũ habita,partẽ[f] aũt donationis titulo videri trãsferre : sed si voluerit debitũ totũ purè donare, & per donationem actiones transferre:non occultè, nec per artes clandestinas pecunias suscipere,publicè autẽ simulatam donationem celebrare, sed vndiq; puram & non dissimulatã facere donationem.huiusmodi enim cessionib[us] nõ aduersamur[g]. ¶ Si quis[h] autem occultè[i] aliud quidem agere conatur, & pecunias pro parte accipit,& vendit particulatim[k] actiones,partẽ autem donare simulat, vel ipsi qui emptionẽ actionis partim subit, vel forsitan alij per suppositã personam:(quia & hoc sæpius perpetratũ esse didicimus) huiusmodi machinationem penitus amputamus,vt nihil ampli[us] accipiat: quã ipse vero contractu re ipsa persoluit[l] :sed omne quod superfluum est,& per figuratã donationẽ trãslatũ,inutile esse ex vtraq; parte[m] censemus:& neq; ei qui cessit actiones,neque ei qui eas suscipere curauit,aliquid lucri vel fieri,vel remanere,vel aliquã cõtra debitorem, vel res ad eũ pertinẽtes, esse vtriq; eorũ actionẽ. ¶ Sed & si qs donationẽ quidẽ oĩs debiti facere assimulauerit, vt videatur esse tota donatio,aliqd autẽ occultè suscẽperit : & in hoc casu tãtummodò exactionẽ sortiri eius quod datũ esse cõprobet.& si hoc[n] à debitore ꝑsoluat,nulla cõtra eũ vel substãtiã eius ex dissimulata donatione oriatur molestia[o] .Et iustũ quidem fuerat hoc remediũ debitorib[us] ab Anastasianis tpibus impertiri,ex qbus etiã lex data est, quã hoĩes astutè lacerandã esse existimauerũt.Sed ne videamur in tanta tẽporũ nostrorũ beneuolentia aliquid acerbius admittere:in futuris post præsentem legem casibus hæc obseruari censemus : vt omne quod cõtra legẽ Anastasianam excogitatum est,hoc in posterum nostro perfruatur remedio.

A B anastasio.] In superiori lege statuit imperator Anastasius vt nõ fieret venditio quæ dubia erat:sed qa qđã volẽtes peruertere sensum illius legis pro parte vẽdebãt:hoc ꝓhibet Iustin. dicẽs ꝙ ille cui cessa est actio,fic non potest agere.nisi pro ea quantitate quam dedit:pro residuo fiet cessio inutilis: quia nec ille qui cessit potest agere, nec 80 ille cui cessa est.Si verò ex causa donationis vellet cedere quis act.bene posset.in futuris negotijs non in præteritis locum habet hæc lex. Viuian.

a Adde hic etiam ꝙ priuilegium fori inhærens iuri cesso in cessionariũ transit, sed nõ si hęreat cedẽti.Sali.in fi.col.

a ¶ Conscripta est.] de.l.superiori dicit.
b ¶ Præstitit.] pro tali actione cedenda.
c ¶ Moratur.] q oĩa mala nouerũt:vt in aut.de exhib.§.illud quoq;.coll.v.
d ¶ Venditionis.] iusto pretio factæ.
e ¶ Per coloratã.] quare dicit coloratã cũ verè & iusto ꝓtio vẽdebat partẽ, & mera liberalitate aliã partẽ donat?R.ñ.qa nõ donaret partẽ nisi aliã donatarius emeret.similis color.j.de nat.lib.l.legem in fine.
f ¶ Partem.] hic tangit tertium casum quem.j.apertius declarabit.
g ¶ Non aduersamur.] imò consentimus:vt.s.l.proxi.in fine.
h ¶ Si quis.] scilicet creditor.
i ¶ Occulte.] quia aliàs non erat donaturus,nisi aliam parẽ emisset: sed hic tacebat,& sic reditad primũ,vt aliquid addat.
k ¶ Particulatim.] id est partem actionis.
10 l ¶ Persoluit.] & etiã vsuras:vt.s.l.prox.circa prin.quę est cõtra. Vel hæc corrigit illã: vel verius, his trib[us] casibus tñ forte petit. s. qñ ꝓ parte vẽdidit,ꝓ parte donauit alicui direcțẽ.Item qñ ꝑ interpositã personam:vt hic. Itẽ qñ aliqd occultè 20 dat,vt ex cã donationis tota sibi cedatur:vt.j.px. §.at superior. qñ modicũ assignat ꝓ cessione tota facta ꝓ illo modico pretio:tunc & pretium & vsuras petit emptor,vt ibi.
m ¶ Vtraq; parte.] s.cedentis & eius cui ceditur. sic & in possessione 30 furioso tradita:vt. ff. de acquir.pos.l. quod meo. §.si furioso.
n ¶ Etsi hoc.] s. quod verè solutum fuit.
o ¶ Molestia] ex reliquo

¶ SI SERVVS EXTERO SE EMI MANDAVERIT.

40 ¶ Audisti generaliter s.de mandato. nunc audi specialiter in quodã casu.s. cũ seruus extero se emi mãdauerit. Et not. quatuor dici in hac lege s.an fuerit utile mãdatũ. Item an actio detur ipsi domino ex venditione, 50 licet mãdatũ sit inutile. Itẽ an solutio nummorũ peculiariũ liberet emptorem.Itẽ an agat de ancilla & de pretio.In primo dicit nullũ esse mãdatũ. In secundo dari domino actiones ex uendito . In tertio quòd emptor non liberatur . In quarto de 60 utroq; agi nõ posse.dic ergo si seru[us] extero &c.

Legem vulgam diuidit in quatuor

TIT. XXXVI.
Si seruus extero se emi mandauerit.

¶ *Hæc lex consueuit difficilis reputari, & in materia seruorum est cotidiana,& hoc dicit.Si seruus de se emendo mandat extraneo: mandatum in suis finibus stans,non parit actionem aliquam.Si autem mandato fungatur contractus actionis subsecutiue:actio oritur de æquitate nõ ex solo mandato,sed emptionis coõperante contractu: & mandatarius idemq; emptor soluendo pretium de peculiaribus nummis,sibi administratis à seruo,non liberatur à pretio: ideo nihilominus potest ad pretium conueniri : non tamen ad rem & pretium,contradictione obstante,quòd non sciuit produci duo contradictoria ad effectum.h.d.no.secundum Bal.uel sic: Mandatum serui mandantis se extero emi , est inualidum ab initio : sed conualescit emptione secuta ex postfacto: & non liberatur mandatarius soluendo nummos peculiares dommino,sed domino datur electio,agat mandati ut seruum consequatur : uel ex uendito ut pretium ei detur:utramq; tamen actionem non potest cumulare obstante contrarietate.h.d.*

S I seruus extero. ADD. CASVS. Seru[us] mandauit Titio de se emendo.& manumittendo. Ex isto themate tres eliciunt qões. Prima est, an valeat mandatũ? rñ. 70 ꝙ nõ.nec inspecta persona serui , neque inspecta dñi.serui nõ:qa cũ liber homo de se emendo nõ posset mãdare,multò min[us] nec seruus ex ꝓsona sua.dñi nõ:quia qui mandat rem suã à se emi, inutiliter mandat: quia cũ mãdat de emẽdo.à seipso videt emere: sed nulla est emptio suæ rei. Secũdò quærit,an ex tali mãdato dñs habeat actiõnẽ mãdati,vt sibi reddatur seruus. 80 Vel habeat actionẽ ex vendito ad consequendum pretiũ?R.ñ.ꝙ mãdati. Tertiò quæritur an emptor soluendo nummos peculiares,liberatus sit?Dicitur ꝙ non. Quartò quæritur,an possit intentare vtranq;?Dicitur ꝙ non : quia contrariæ sunt:quia per actionem manda.consequeris seruum: per actionem ex vendito,pretium eius,& sic emptor tenebit seruum:sed ista non possunt simul stare,vt consequaris pretium,vt consequaris seruum.

Imp.Dioclet. & Maximianus AA.& CC.Dionysiæ.

LEX VNICA.

S I seruus extero[p]

p ¶ Extero.] ꝑ hoc qđ dicit extero,itelligas quẽlibet aliũ à dño & à seruo
p ¶ Extero.] Exterum siue extraneum dic omnem præter dominum.

Sed quid.

Sed quid si domino mandat? Rn̄.non valet:quia à seipso non potest emere. Item nec ab alio rem suam:vt.ff.de contrahen.empt.l.suæ rei.Sed quid si seruus plurium vni dominorum mandet de se emendo ab alio?Item quid si rē vnius mandet alij emere?Videtur quòd valeat:vt.ff.de accep.l.an inutilis. §. accepto.Sed puto quòd non,cùm nec si extraneo mandet valeat:vt hîc dicit, scilicet de se emendo.

Seruus si mandet dominio suo de se emendo nihil valet.

se mandauerit [a] emendum: quanuis nec ex persona serui (quia hoc liber mandare nō potest [b]) nec ex domini persona (quoniā qui mandat [c] vt à se res comparetur, inutiliter [d] mandat) consistere credebatur actio: tamē optima ratione [e], quia non id agitur, vt ex ipso [f] mādato, sed propter mandatum ex alio contractu nascatur actio: domino quæri placuit obligationē. ¶ Si itaq; domino ignorāte [g] emi te mandasti, ac te nummos subministrante peculiares, soluti [h] sunt: emptori minimè liberatio per huiusmodi [i] factum potuit peruenire. Nec tamen [k] si tradita, nec manumissa es: etiam mandati de ancilla [l], & empti [m] de pretio consequendo contrarias [n] actiones ei exercere concedi placuit. Sanè in illius * arbitrio relictū est, vtrūne mancipium, [o] an pretium [p] consequi velit: cùm ex peculio quod eius fuit, solutio celebrata, obligationis vinculo emptorem liberare non potuerit.

Venditoris.

a ¶ Mandauerit.] liber non posset hoc mandare, multò minꝰ seruus.

b ¶ Non potest.] scilicet de se emendo: & sic multominus seruus: vt hîc, &.ff quibus ad liber.procla.non licet.l. penul.in prin.& de libe.cā. l. ordinata. §.si is. Itē aut dices tenere mandatū secundum ius naturale, quo est liber.& sic nō valet, cū nec liber mādet: vt dixi.Item secundū ius ciuile pro nullo habetur: vt.ff.de reg.iur.l.quod attinet.

c ¶ Qui mandat.] cū idem inueniretur venditor & emptor, quod esse non potest:vt. ff. de rerū permu.l.j.

d ¶ Inutiliter.] quia iam sequeretur quod idem esset vēditor & emptor.in casu tamen valet vt in creditore qui posidebat pignus. ff.man.l si mandauero.ij.§.si hi.

e ¶ Ratione.] scilicet æquitatis. quæ præualet rigori iuris:vt.s̄.de iud.l. placuit.

f ¶ Ex ipso mandato.] scilicet sola, id est per consequens de æquitate. Sed mandatum sit inutile: vel sit propter mandatum ex illo contractu.

f ¶ Ex ipso mandato.] nullo alio secuto, sed alio secuto, scilicet vēditione:datur actio ex mandato, vt subijcit secundum Io.Sic & aliâs vna stipulatio præstat alij robur: vt inst.de inuti.stip.§.alteri.Sed hîc tantò plus, quia cū sequens causa.s.venditio sit bonæfidei:& præcedens causa mandati:facit sequens, vt ex prima detur actio, quod in stipulatione non est ita.& quod hîc subijcit propter mandatum &c.conuerte literam.i.ex mandato propter alium contractum.Similis cōuersio literæ est.s̄.cōi diuid.l.j.Alij vt P.dicunt ex ipsa venditione dari mandati:vt hîc innuit, pro quo est, quia & aliâs ex pacto incontinenti apposito, dat̄ actio ex contractu præcedenti vel sequenti:vt.j̄.de pac.inter emp.& ven.l.ij. Bul.etiam dicit ex se dari actionem mandati, scilicet ab Imperatore viuo, cùm non datur per legem ex dicto mandato.sed prima placet.

Sptipulatio vna aliam corroborat

g ¶ Ignorante.] secus si sciret:quia tunc recipiendo suum pretium sibi imputat, & emptor liberatur. Vel dic secus si sciat:quia tunc sibi præiudicat in seruo vt non posit agere mandati.

h ¶ Soluti.] tibi, scilicet venditori.

i ¶ Per huiusmodi factum.] id est per huiusmodi solutionē. Nam emptor tenetur facere nummos accipientis:vt.ff.de act.empt.& vendi.l. ex empto.§.j.Sed quare non conceditur vt ex peculio soluat sicut & vbi manumissus est si.x.dederit:vt.ff.de statulibe.l.statuliberos.§.& parui?Rn̄.quia ibi voluit testator aliquid dari, sciens illium non habere aliud patrimonium, videtur permittere: vt &. ff. de manumis. testa. l. si quis locuples & de condict. insti.l.quæ sub conditione.& infrà de conditio.inser.l. cum patremfa. at hîc nihil potest videri permisisse, cùm & mādatū à seruo emanauerit. Alij distingunt, an simpliciter mandat seruus se emi, an se emi suis nūmis, & manumitti. Primo casu non potest dare peculiares nummos:vt hîc. Secundo sic vt in dicta.l.de statulibe.quod non placet, nam hîc geritur contractus venditionis inter dominum & emptorem:vnde debet secundum commune ius facere nūmos capientis, per.d.l.ex empto.§.j.Sed in hoc casu esset tunc vis:quia primò non posset agere cōtra emptorē vt manumittatur:vt.ff.de manu.l.iiij. §.si ab ignoto.nec alius forte nomine serui:at in secūdo ipse seruus cōsistit aduersus emptorem vt manumittatur : vt de iudi.l.vix.& etiam ipse venditor ratione affectionis: vt.ff.mand.l.cum seruus.& pronunciatur liberādus, non liber:vt.ff.de manu.l.iiij.in prin.&.ff.de iudi.l.qui se.

Manumissus si.x.dederit ex peculio ea soluere potest.

k ¶ Nec tamen.] hic mutat personam.

l ¶ De ancilla.] s.consequenda:vt statim dices.

m ¶ Empti.] id est venditi:vt &.ff.de act.emp.l.veteres.cōtra.ff.de act.emp. & ven.l.ex empto. vbi dicitur ꝙ iniquissimū est vt re & pretio careat. Acc.

TITVLVS XXXVII.

Pro socio.

¶ *Valet societas in qua unus pecuniā confert, alter operam.h.d.Bal.concor.Sali.*

Impp Dioclet.& Maximian.AA.& CC. Aurelio. LEX I.

Societatem, vno pecuniam [q] conferente, alio operam, posse contrahi, magis obtinuit [r].

¶ *Ementes prædium communiter, uidentur tacitè contraxisse societatem tam rei quam onerum supportandorum propter rem. hoc dicit. no.secundum Bal.uel sic:Fundus emptus communiter à duobus, utroque in possessionem inducto, communis efficitur:& pensiones solutæ ab eorum altero, una cum pretio possunt peti actione pro socio.Sali.*

Idem AA.& CC.Pantonio. LEX II

Cum proponas te prædium coniuncto dominio [s] ♁ cum patrono tuo comparasse, in possessionemq; tam te, quàm ipsum inductum: iuris ratio efficit, vt dominium fundi ad vtrumque pertineat [t]. Sanè quia pretium à te solo numeratum [v], & solennibus pensitationibus ♁ cessante socio, satisfactū esse dicis: iudicio societatis id quod eo nomine præstari oportuerit, consequeris [x].

♁ Cum patruo.

♁ Et præstationibus.

¶ *Societatis commoda transeunt ad hæredem. h.d.Bal.& hoc uerum etiam si sit talis societas quæ ad hæredem non transeat.*

Idē AA.& CC.Victorino. L. III.

Cum in societatis contra-

n ¶ Contrarias actiones.] Dic quòd loquitur de actione mandati ad ancillam consequendam secundum Io.sicut & si emi asinum mandasset:& hoc innuit dictio consequendo:quæ licet sit neutrigeneris, concipit tamen fœmininū:& idē innuit posteà, cùm dicit, vtrūne mācipiū &c. Alia actio est ex vēdito ad pretium, quæ sunt cōtrariæ:cùm per vnam auferatur emptori seruus: per aliā apud eum remaneat. Et sic not. cōtrarias actiones nō posse quem exercere: vt. j̄. de fur.l.j. Sed cōtra hoc, ꝙ dicit dari actionē mādati ad ancillā persequendā, videt̄ esse cōtra:qa cōtraria nō dat̄ emptori cōtra me, vt recipiā si nolim. si ergo cōtraria nō dat̄:ergo nec directa: qa vltro citroq; esse solet:vt insti. de obl. quæ ex quasi cō.in prin. & habes hoc.ff. mā.l.seruus meus.Sed dic, esse solet regulariter.fallit autē in hoc casu vt hîc, & ibi dicit̄.& in e.ti.l.potest.Alij vt P.dicunt mādati agi vt manumittat̄, & tūc erit cōtrarietas cū si & pretiū & ꝙ manumittat̄ cōsequeret̄ vēditor, duplici dāno emptor afficeretur:qđ nō placet: qa aut nō interest mea rōne affectionis alicuius manumitti:& tūc nō dat̄ directa mādati cū nō intersit:vt.ff.e.l. si procuratorem.§.mādati.& sic non est cōtrarietas, cū nō sit actio mādati: aut interest, & tūc vtraq; intēditur:nec sunt cōtrariæ : vt ff.mā.l. seruus. Præterea est cōtra Py.qđ sequit̄ sanè &c.Nā apertè dicit agi ad ancillā cōsequēdā, sed ipse dicit rei vendicatione.qđ nō placet : qa si rei vēdicatiōe ageret:aut est p̄tiū emptoris solutū, & sic agi non potest:aut si peculiare vel nullum, erit in emptoris arbitrio offerre pretium:vt.ff.mandat.l.diligenter.§.ij.at hic dicit in venditoris esse arbitrio.Accur.

o ¶ Mancipium.] actione mandati.

p ¶ Pretium.] scilicet actione ex vendito.

¶ PRO SOCIO.

Societatem] CASVS. Titius cum Seio contraxit societatem vt Titius præstet operam:Seius pecuniam:& lucrū esset cōe.an sic contrahi posit societas queritur?Dicitur quòd sic.

q ¶ Pecuniam.] in communi causa.

r ¶ Obtinuit.] qa sæpe opera alicuius ꝓ pecunia valet:vt inst.e.§.ij.& si partes adiectæ nō fuerint æquales, in lucro & dāno spectant̄:vt.ff.e.l.si nō fuerint. Sed q̄ro, an ille q pecuniā cōtulit, debeat habere capitale saluū in diuisiōe societatis.i.sortē & lucrū tm̄ ex ea ꝓueniens cōicare.Io.distinguit an ab initio sic dedit pecuniā vt cōicaret, an vt sua remaneret.In primo casu cōicatur . In secūdo nō. Quid si hoc nō appareat?Rn̄.in dubio p̄sumit̄ cōicata:vt.ff.e.l.j.§. fi.&.l.ij.licet alia huius sit ciuitatis & quarūdā aliarū cōsuetudo.s.ꝙ in dubio nō p̄sumat̄ cōicata[a].Itē qđ si hic sors sit amissa, an tantūdē debeat reponere, & an sit cōe periculū?rn̄.nō est cōe periculū vt ille q operā ponebat aliqđ cōferat: sed finita est societas interemptione rerum: vt.ff.eo.l. verùm.§.intereūt.& circa pecuniam consueuit exhibere operam, quam modò non habet.

Socius qui pecuniā solus contulit an debeat eam habere saluā in diuisiōe societaris. a Iaco.de are. quē sequitur hic Cy.reprobādo istam responsionem glo.dicit quòd in dubio non præsumitur pecunia cōmunicata: & iden saluam eā habere debet eis qui eam cōtulit. Alioquin vt dicit hic ꝓ. sequeret̄ ꝙ præstās operam haberet lucrum, & alius dānū: & sic esset inæqualitas, quod esse non debet.

Cum proponas.] CASVS. Si emēdo fundū cū Titio cōtraxisti societatē:& tibi & ei tradit[a] est fundus soluto p̄tio à te: an ideo qa ex tua tm̄ pecunia p̄tiū soluisti ad te solū ꝑtinere debeat, q̄rit̄?Dicit̄ ꝙ nō:sed ad vtrunq; vestrum:& iudicio societatis consequeris id quod pro eo soluisti.

s ¶ Coniuncto dominio.] i.tali animo vt in eo socij sitis:vt.ff.eod.l. vt sit.Alij dicunt coniuncto:quia & alia prædia communia ibidem confinia habebant:vt.ff.eo.l.cum duobus.in prin.Accursius.

s ¶ Dominio.] licet soluerit pretium & pensiones.

t ¶ Pertineat.] vt.ff.de acquir.re.do.l.traditio.

v ¶ Numeratum.] vnde tibi soli dominium asserebas quæsitum.

x ¶ Consequeris.] aliud est in socio reficiente communem insulam:vt.ff. eo.l.cum duobus.aliâs est.l.si fratres.§.idem respondeo socius &c.

Cum in societatis.] CASVS. Si emendo salem cum Titio societatem contraxisti:& antequā ad te lucrum perueniret, in fata decessisti, hærede relicto:an hæres iudicio societatis partem lucri quæ ad te spectabat petere posit, quæritur. Dicitur quòd sic.

ctibus fides[a] † exuberet, cõueniatq; æquitatis[b] rationibus etiã compendia[c] æqualiter inter socios diuidi: præses prouinciæ si patrem tuũ salinarũ societatẽ participasse[d], & non recepta communis cõpendij portione, rebus humanis exemptum esse perspexerit: commodũ societatis quod deberi iuxta fidem veri constiterit, restitui tibi[e] præcipiet[f].

¶ *Causa testati uel intestati non pertinet ad cõtractus. h.d. Bal. uel sic: Non refert an socius decesserit testatus uel intestatus: quia hæres eius conuenta tenetur seruare. h.d. Sal.*

Idem AA. & CC. Celeri. L. IIII.

SI societatis[g] iure, vel transactionis stipulatione subdita, bonorum omnium æquis partibus inter te & Fauiam diuisionem rectè fieri placuit: quò minus hæc rata seruẽtur, nihil interest vtrum testatus, qui fuerit obligatus, an intestatus[h] rebus sit humanis exemptus.

¶ *Durat societas ad bene placitum sociorum. h.d. Bal. & Sali.*

Idem AA. & CC. Theodoro. LEX V.

TAmdiu societas durat, quãdiu consensus partium integer perseuerat[i]. Proinde si iam tibi pro socio nata[k] est actio: eam inferre apud eum cuius super ea re notio est non prohiberis.

¶ *Societas potest contrahi sub qualibet conditione: quia uoluntates contrahentium sunt seruandæ. Bal.*

Imp. Iustinianus A. Ioanni præfecto prætorio. LEX VI.

DE societate[l] apud veteres dubitatum est, si sub conditione contrahi potest: puta si ille consul fuerit, societatem esse contractã. ¶ Sed ne similimodo apud posteritatem sicut apud antiquitatem huiusmodi causa ventiletur. sancimus societatem contrahi posse non solùm purè, sed etiã sub conditione. Voluntates[m] etenim legitimæ contrahentium omni modo conseruandæ sunt.

¶ *Curator furiosi potest renunciare societati furiosi. & qui habet authoritatem legitimam in contractu, habet etiam in distractu. h.d. Bal.*

Idem A. Ioanni præfecto præto. L. VII.

SAncimus, veterum dubitatione semota, licẽtiam habere furiosi curatorẽ dissoluere[n] (si maluerit) societatẽ furiosi, & socijs licere ei[o] renũciare. Et quẽadmodum in omnibus contractibus alijs legitimam authoritatem ei dedimus, ita & in hac parte eum permittimus competenter commodis furiosi prouidere.

TITVLVS XXXVIII.

De contrahenda emptione & venditione.

¶ *Valet uenditio rei etiam existentis in alio loco quam ubi contractus celebratur. h.d. Bal. uel sic: Non uitiatur uenditio quia res sit constituta in alio loco quam ubi contrahitur. h.d. Sali.*

Impp. Valerian. & Gallien. AA. Paulo. L. I.

VEnditiones & si in alio loco quã in quo possessiones constitutæ sunt, fiant: nõ ideo irritæ esse creduntur[p].

¶ *Vbi non est consensus, ibi deficit substantia & uenditionis. Bald. uel sic: Furiosus non potest uendere propter defectum consensus: nisi tempore dilucidi interualli. h.d. Sali.*

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. Auito. LEX II.

EMptionẽ & vẽditionẽ cõsensum desyderare[q], nec furiosi vllũ esse cõsensum[r], manifestum est. Intermissionis aũt tpe furiosos maiores vigintiqnq; annis vẽditiones & alios quoslibet cõtractus[s] posse facere, non ambigitur.

¶ *Si non ualet quod ago ut ago: ualet ut ualere potest. h.d. Bal. uel sic: Cõtractus uerus donationis præualet simulatæ uenditioni. & pactum de alimentis præstandis ei adiectum, seruãdum est. h.d. Sali. uel sic, & clarius: Si fiat donatio reuera, & simuletur fieri uenditio: ualet donatio: nec potest rescindi propter simulationem uenditoris. Donatarius tamen debet implere modũ uel conditionem appositam in donatione. hoc d. Pau. de Cast.*

Idem AA. Valeriæ. LEX III.

SI donationis[t] causa, venditionis simulatus contractus est: emptio in sui deficit[v] substantia[x] †. ¶ Sanè si in posses-

a ¶ Fides.] s. bona. vt. s. de acti. & oblig. l. bonam.
b ¶ Aequitatis.] id est bona fides.
c ¶ Etiam compendia.] non solùm onera. & æqualiter vt subijcit, nisi cõtractum sit: vt. ff. e. l. si non fuerint. in prin.
f ¶ Vel hypothecam.] hæ non sunt veræ alienationes, cùm vsusfructus sit in re aliena: vt insti. de vsufruc. in princi. & pignus in bonis debitoris manet: vt. s. de pig. act. l. pignus. & per contractũ emphyteuticum non dicitur fieri alienatio: vt. j. de iure emphy. l. ij. sed ex interpretatione loquitur hæc lex: vt in aut. de non alie. §. alienationis. & §. quia verò Leonis. ij. col. ij. Nam verè non est alienatio. vt. d. l. & ff. de verb. sig. l. alienationis. & j. de fun. do. l. j. et. ij. Item ad pignus est arg. contra. ff. de pig. l. in quorũ. Solue vt ibi. Vel dic, quòd appellatione alienationis continetur pignus: vt hîc, sed appellatione vẽditionis non: vt ibi. P. ADDITIO. Bar. ibi dicit, aut res prohibetur vendi vel alienari: tunc nõ potest obligari: vt hîc. Ratio est, quia per obligationem peruenitur ad venditionem pignoris: vt. l. ij. & iij. ff. de distrac. pig. sicut ergo prohibetur venditio, ita & eius præambulum: vt. l. oratio. ff. de spon. Quandoque prohibetur persona emere res, non autem prohibetur res vendi: tunc ille non impeditur pignori accipere. casus est in. d. l. in quorum. in gl. alle. Ratio: quia licet accipiat pignori: per hoc non conuenit, vt ipse accipiat sibi in solutum, vel in emptionem, sed quòd alij vendat pro suo debito: quod non est prohibitum. hoc tamen limita singulariter: vt p. Barto. hîc.

Pignus manet ĩ bonis debitoris.

g ¶ Authoritas.] quę permittit rem dotalem, si mulieri expedit alienari: vt. ff. de iure dot. l. fin. Item rem ecclesiasticam: vt suprà de sacrosanc. eccle. authen. hoc ius. Item rem minoris: vt infrà de prædi. mi. l. ob æs.

h ¶ Interdixit.] scilicet generaliter.

i ¶ Permiserit.] scilicet specialiter in aliqua persona vel causa.

¶ DE COMMVNIVM RERVM ALIENATIONE.

SI nulla.] CASVS Si duo cohæredes rem habeãt cõmunem: & vnus insolidum eam vendat cohærede ignorante: an partem suam vendicare possit? Distinguitur: aut emptor præscribit: aut non. si sic, non potest. & hoc in prima. & hęc sunt vera non solùm in emptore & cohærede, sed in hærede emptoris et hęrede cohæredis.

k ¶ Possessionis.] & rerum mobilium, quæ in ea erant, ꝓpter quas mentionem facit de vsucapione. Vel quod dicit de possessione & ad mobilem rem & ad immobilem potest referri. Accursius.

l ¶ Patrui tui.] Patruo hîc successit: qui patruus successerat cum quibusdam alijs cuidam alij: cũ quibus cohæredibus patrui non erat hæc res cõmunis huic.

m ¶ In rem actio.] quæ quidem longo tempore tollitur: vt. j. in quib. cau. ces. long. temp. præscrip. l. hæreditatem. Sed contra in eo. titu. l. vnus. sed ibi solui.

n ¶ Ius.] id est vsuscapio vel præscriptio.

o ¶ Arbitrium est.] supple vel non cõueniendi. & dic actione negotiorũ gestorũ in subsidiũ: vt. s. tit. j. l. j. & hoc si pro parte potuit expediri: aliâs familiæ erciscundæ: vt. s. de neg. gest. l. si ab vno. & dixi. s. fa. ercis. l. in familiæ.

MVltùm.] CASVS. Inter duos casus ponit hæc lex differẽtiã: cùm quis habet rem communem cum aliquo, aut cum priuato, aut cũ fisco. Primo casu, si priuatus rem communem vendat: priuato non præiudicat quo minus eam rem vendicet. Secundo casu, si fiscus vendat: rata manet venditio propter priuilegium fisci. vnde in primo casu licet emptor à priuato delegetur vt fisco partem soluat, vendicet.

Fiscus alienam rẽ vẽdendo an & quãdo domino præiudicet.

p ¶ Tui.] priuati.

q ¶ Proprium priuilegium.] quod est, vt occasione modicæ partis totum possit vendere. vel quia melius vendit suam partem: vel quia indiuidua est: vt. j. de vend. re. cõ. l. j. lib. x. Si autem nullam habet ibi partem, aut suã credit, tunc habet locum. j. de quadrien. præscrip. l. fi. Si sciat alienam, non puto quòd præiudicet domino. nam si ideo præiudicat quia partem habet: ergo si partem non habet, non præiudicat.

r ¶ Soluerit.] & ita videbatur conueniens, venditionem non posse infringi: quia pretium fiscus habet: vt suprà. sed tamen secus est: vt. ff. de vsur. l. cum quidam. §. si debitores. & ff. de iure fis. l. si fiscus.

FAlsò.] CASVS Si habebam rem communem cum Titio: an alij quàm Titio partem meam pro indiuiso antequàm diuidatur, possim vẽdere, quæritur? Respon. quidam quòd non. sed malè persuaserunt.

s ¶ Persuasum est.] vt suprà de contrahen. emp. l. dudum. & infrà de iure do. l. ante diuisionem. Accur.

t ¶ Antequàm cõmuni diuidũdo.] post acceptũ nãq; iudiciũ, socijs nõ consentientibus

consentientibus alienare prohibetur: vt suprà communi diui. l. j. sed in familiæ ercisc undæ, etiam post mortem controuersiam: quia simile est petitioni hæreditatis: vt. ff. de peti. hære. l. diuus. & l. sed & si lege. §. si ante litem.

PORtionem.] CASVS. Si habebam rem communem cum milite, partem suam alienare non possum.

Idem AA. Vlpiano militi. LEX IIII.

PORtionē quidem tuā[a] militātis frater tuus alienare nō potuit. Eius[b] autē partem pretio[c] soluto tibi restitui postulare, nec militari grauitati conuenit[d].

¶ Vbi res pro parte euincitur, pro parte debetur euictio. h. d. Bal. Vel sic: Euicta etiā rei parte, emptor, qui ignorāter emit, agit ad interesse: licet sibi non prospexerit de euictione. h. d. Sali.

Idem AA. & CC. Olympiano. LEX V.

SI maior annis vigintiquinque veluti propria nescienti[e] communia cum fratribus tuis prædia distraxisti: licet nullum instrumentum intercesserit, nec quicquam specialiter cōuenerit[f]: alienæ portionis euictione secuta, quanti interest, emptori[g] solues.

a ¶ Tuam.] id est, tui.

b ¶ Eius.] scilicet fratris non militis.

c ¶ Pretio.] quia tua contentus esse debes.

d ¶ Grauitati conuenit.] vt & s. communia vtriusque iudic. l. si fratres. & argu. suprà de rescin. ven. l. ratas.

SI maior.] CASVS. Si prædium mihi & tibi cōmune Titio credenti tuū propriū vēdidisti: parte mea euicta, licet de euictiōe nihil cōuenerit, emptori ad interesse teneberis.

e ¶ Nescienti.] quia si sciuit, nō tenet aliqua actiōe: vt j. de euic. l. si fundū. nisi stipulatione pspexerit: vt s. cōia vtriusque iud. l. si fratres. et. ff. de doli excep. l. apud Celsum. §. item Labeo scribit. Alij dicūt etiā scientē agere, saltem ad pretiū per. l. ff. de act. emp. l. ex empto. §. qui autē. qđ nō placet. & in alio casu ibi loquitur.

f ¶ Conuenerit.] agitur ergo de euictione, licet non conuenerit: vt. j. de euict. l. non dubitatur. & ff. de euic. l. ij. & facit. s. de contrahen. empt. l. non idcirco.

g ¶ Emptori.] s. cōuentus actione ex empto pro euictione. Accur.

TITVLVS LIII.

Rem alienam gerentibus, non interdici rerum suarum alienationem.

¶ Ratione officij malè gesti nō interdicitur uēditio: sed cum sua causa res transfertur. h. d. Bal. Vel sic: Tutores uel curatores administratione durante non prohibentur res suas alienare, nec ea finita: licet sint ex ea causa iam condemnati. hoc dicit. Sali.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Publicæ.

LEX VNICA.

NOn est interdictū tutoribus vel curatoribus[h], etsi ex eo titulo iudicati debitores sunt cōstituti, cū sua causa[i] res suas alienare. Potuit ergo curator tuus fundum suum cum suo onere[k] obligare fisco nostro. nam & priuato potuisset[l].

¶ REM ALIENAM GERENTIBUS &c. ¶ *Sed tamen tutor cōducere uectigal à fisco non debet: ut. j. ne tutor uel cu. uec. con. l. j.*

NOn est.] CASVS. Tutor vel curator finita tutela vel cura à pupillo cōuentus & cōdenatus ex mala administratiōe tutelæ in. c. an res suas distrahere possit, quærit? Rñ. ꝙ sic: sed cū sua causa. s. pignoris. Tacitè enim sunt pupillo obligatæ: & obligare potest tam fisco quàm priuato, cum sua tñ causa.

h ¶ Vel curatorib⁹.] & multò minus pcuratoribus, qui priuatum habent officium.

i ¶ Sua causa.] s. pignoris. Sunt eñ tacitè obligata pupillo & adulto: vt. j. de admi. tu. l. p officio. & qđ dicit de alienatiōe, idē est de obligatione: vt subijcit.

k ¶ Onere.] vt & ff. de iure fisci. l. res. §. j. & j. de distra. pig. l. si debitor. & ff. de contrahen. emp. l. alienatio.

l ¶ Potuisset.] vt & ff. qui po. in pig. ha. l. si pignus si tamē deposito officio tutor antequàm rationē reddat cū fisco, contrahat, tenetur. l. Cor. de falsis. si adhuc viuit ille, cuius tutela est administrata vel cura: non aliàs: vt. ff. de fal. l. j. §. tutores. Sed si cum priuato, tenetur crimine stellionatus, quod subsidiarium est: vt. ff. de cri. stel. l. iij. §. fi. & ff. de pig. act. l. tutor. §. fin. & concor. ff. de act. emp. l. si hæres. & j. de ijs, qui in prio. cre. lo. suc. l. si potiores. Accur.

Tutori periculosum est contrahere officio deposito, antequā rationē reddiderit.

TITVLVS LIIII.

De pactis inter emptorem & venditorem cōpositis.

¶ Propter morā ex pacto, emptor arrhas perdit, & rem traditam restituere tenetur. h. d. Bal. Vel sic: Pactū ut emptor perdat arrhas, & rē restituat, si intra tempus conuentum non soluat pretium: est seruandum. h. d. Sali.

Imperator Antoninus A. Diotimæ. LEX I.

SI ea lege prædiū vēdidisti, vt nisi intra certū tempus pretiū fuisset exolutū, emptrix arrhas[m] pderet, & dominiū ad te ptineret[n]: fides contractus seruanda[o] est.

¶ DE PACTIS INTER EMP. ET VENDI. &c. ¶ *Quia in uenditionibus uaria apponuntur pacta: ideo de his dicit, uel ponit.*

SI ea.] CASVS. Vendidisti mihi prædium ea lege, vt si statuto tēpore pretium nō soluerē, arrhas, quas dedi, amitterem, & rem tibi restituerem: an valeat talis pactio, quæritur? Respon. quòd sic.

m ¶ Arrhas perderet.] in hoc facit. ff. de le. cō. l. de lege. & potes hîc dicere distinctionem pactorum, quam no. s. de pac. l. in bonæ fidei.

n ¶ Pertineret.] i. restitueretur tibi. similis expositio ponitur. j. de dona. ante nup. l. si cùm ante nuptias et. j. de iure do. l. etiā si nō. & est ad hoc. s. de trāsac. l. si sup. Et sic patet, ꝙ nō est pactū. l. cōmissoriæ. vbi ipso iure redit dominium: sed fit per hæc verba, res sit inempta: vt & j. eo. l. commissoriæ.

o ¶ Seruanda est.] per actionē ex vēdito informatā, vel præscriptis verbis. & j. l. proxi. & eundē casum hahes. j. l. iij. Item facit. s. de condi. ob cau. l. ij. & ff. de leg. cō. l. fi.

¶ Valet pactum de re retro uendenda, & ex mora ueniunt fructus. h. d. Bal. Vel sic: Pactū ut emptor rem restituat, si intra certum tempus pretium ei offeratur, est ualidum: & ex eo datur actio pretium offerenti, & consignanti: & habetur ratio fructuum perceptorū post obligationem. hoc dicit. Sali.

Imp. Alexander A. Charisio. LEX II.

SI fundū parentes tui ea lege[p] vēdiderūt, vt siue ipsi, siue hæredes[q] eorū emptori pretiū quādocūq;, vel intra certa tēpora obtulissent, restitueretur[r], teq;[s] parato satisfacere conditioni dictæ, hęres emptoris nō paret: vt cōtractus fides seruet, actio præscriptis verbis, vel ex vendito[t] tibi dabitur[v], habita ratiōe eorū, quæ post oblatā[x] ex pacto quātitatē, ex eo fundo ad aduersariū puenerunt[y].

SI fundum.] CASVS. Pater tu⁹ vēdidit Titio fundū hoc pacto: vt quandocunq; pretiū sibi refunderet, vel hæres, vel intra certa tēpora, restitueret ei fundum, offerente te, qui es hæres patris, pecuniā: si Titius vel hæres ei⁹ fundum non restituat, agere potes præscriptis verbis, vt fides seruetur.

p ¶ Ea lege.] i. pacto. Et not. ꝙ nec hîc est pactum. l. commissoriæ.

q ¶ Siue hæredes.] hoc nō fuit necesse dici: vt. ff. de pba. l. si pactū.

r ¶ Restitueretur.] scilicet fundus.

s ¶ Teq; parato.] scilicet venditore, vel hærede venditoris.

t ¶ Ex vendito.] informata. Accur.

v ¶ Dabitur.] Sic ergo nota duas actiōes dari ex hoc pacto incōtinēti apposito: vt. & j. de præscri. ver. l. rebus. & de donatio. l. legē. & de iure dot. l. auia. & ff. de act. emp. l. si sterilis. §. si tibi. & j. qñ dec. opus non est. l. j. & ff. de præscript. verb. l. si vir. & ff. de contrahenda emp. l. qui fundū. in vlti. col. & ff. de pac. l. iurisgētium. §. sed cùm nulla.

x ¶ Oblatam.] & cōsignatā & depositā: vt. j. e. l. si à te. & ff. de le. cō. l. fi.

y ¶ Peruenerunt.] ad hoc est. ff. de lege cōmis. l. si fund⁹. ī pri. & l. lege.

¶ Valet pactum ut res ad venditorem reuertatur, si residuum non soluatur. h. d. Bald. Vel sic: Tradēs fundum ut pretio intra certum tempus non soluto, ad se reuertatur: ex uendito habet actionem, non rei uendicationem. Sali.

Idem A. Felici militi. LEX III.

QVi ea lege[z] prædiū vēdidit, vt nisi reliquū pretiū intra certū tēpus restitutū esset, ad se reuerteretur: si non precariam possessionem tradidit[a], rei vendicationem[b] non habet, sed actionē ex vendito.

¶ Qui elegit uiam cōtractus, non potest reassumere uiam pœnitentiæ, & distractus. h. d. Bald. Vel sic: Pacto legis cōmissoriæ non potest uti: qui pretium uel eius usuras maluit sequi. Sali.

Idem A. Iuliano. LEX IIII.

COmmissoriæ venditionis legem exercere nō potest, qui post præstitutū pretij soluēdi diē non vendicationem[c] rei eligere,

QVi ea lege.] CASVS. Prædiū mihi vendidisti, & partē pretij solui hoc pacto, vt si intra annū residuā partē pretij nō offerrem, ꝙ prædium ad te reuerteretur: si nō solui, vt cōueni, an rei vendi. habes pro prædio, quęritur? Respon. ꝙ non, sed actionem personalem ex vendito, quia transtulisti dominium: nisi precario possessionem vsque ad id tempus mihi tradidisses: quo casu competit tibi in rem actio, quia apud te dominium remansit.

z ¶ Ea lege.] nec hîc fuit pactum legis commissoriæ.

a ¶ Tradidit.] sed purè. sin autem precariò tradidisset, dominium apud se retinuisset: vt. ff. de preca. l. & habet. §. cùm quis.

b ¶ Vendicationem.] quia verbis legis commissoriæ non est vsus, scilicet quòd esset res inempta. tunc enim bene vendicaret: vt. j. l. proxi. & ff. de rei vendi. l. si quis hac. & est sic. s. de condic. ob cau. l. ea lege.

COmmissoriæ.] CASVS. Vendidisti mihi prædium hoc pacto, vt si statuta die pretium non soluerem, quòd esset inemptum: non solui: sed eo elapso pretium cū vsuris petiuisti: videris recessisse à priuilegio legis commissoriæ: vnde prædium vendicare non poteris.

c ¶ Non vendicationem.] pōt ergo vēdicare: vt hîc, & ff. de rei vēdi. l. si qs hac. & de leg. cōmis. l. fi. Sed cōtra. s. de pact. l. traditionib⁹. & ff. de pact. l. ab

emptione.in fi.vbi dicit,nudis pactis non trãsferri dominiũ.Sed dic speciale in pacto.l.commissoriæ[a].Item no.non esse licitum variare:vt.ff.e.l. post diē. &.l.de lege.in fi.& de mino.l.Aemylius.Itē not.quòd quilibet suo priuilegio potest renunciare.sic.s̃.de pact.l.penul.Item quòd qui elegit vnum ex contrarijs,alij renunciasse videtur:vt.ff.de inoffi.testa.l.mater.

a Videtur de mēte Sa. & facit pro gl quòd res per commissum perdit ipso iure. l. cōmissa. ff. de publi. & secũdũ oēs doc.ista gl. est indubitata: maximè quando pactũ fit p verba merè directa & tituli. rescissiua.

a ¶ Vsurarum.] ex pacto incontinenti apposito debitarum,vel ex mora:vt.j̃.l.proxi. & facit.ff. de dona. cau. mor. l. si mortis.ij.&.j̃.de iure do. impe.l.ij.

INitio.] CASVS. Vendidisti mihi prędium hoc pacto,vt statuta die pretio non soluto, tenerer tibi ad vsuras: si non soluo vsuras, soluere cōpellēdus sum. & hoc in prima.Si verò in initio contractus hoc non pepigisti:ab eo tempore,quo fuero in mora, venient vsuræ: & tam à me, quàm à fideiussore meo eas petere poteris.

b ¶ Si pactus es.] incōtinenti,etiam citra stipulationem:vt ff. depositi. Publia.§. Lucius. & suprà. de pac.l.in bonæ fidei.secus in fœnebri pecunia, in qua non debētur vsuræ sine stiqulatione:vt.s̃. de vsur.l.quamuis.j.

c ¶ Tardius.] à die cō tractus, puta dabis mihi pretium & vsuras vsque dum illud solueris.

d ¶ Dumtaxat.] scilicet cùm nec fructus perceperit: vt.ff.de actio. empt.l.Iulianus.§.ex vendito.nec minor est,cui debetur:vt &.s̃.de act.emp. l. curabit. &. s̃. in quibus causis in integ.restit.non est ne. l. in minorum. Et nota,quòd hoc casu officio iudicis petuntur: vt s̃.depositi.l.iiij. sed superiori iure actionis ex eo cōtractu, vel præscriptis verbis:vt.s̃.eo.l.ij.

e ¶ Ab eo.] scilicet fideiussore.

f ¶ In omnem.] vt & ff.de vsur.si quis solutioni.§.j.&.s̃.man. l. post. Et dic idem, si simpliciter fideiussit,ac si in omnem causam: vt plenè habes nota.ff.locati.l.quæro. in princip.

CVm te.] CASVS. Vendidi tibi prædium pro.x. quod valebat.xx.hac.l.vt si per patriam tuã cōtingeret me transire,quòd tu honorificè me reciperes:transiui, & non recepisti me, sed te abscondisti. volo agere ex vendito, vt rem mihi restituas,quia hoc conuenit fortè: vel quòd aliàs non essem distracturus,nisi fecisses quod conuenit:ideo minori pretio vendidi. an rescindere venditionem posim,quæritur?Respon.quòd sic.refuso tibi pretio quod dedisti:quia pretio refuso,nullam videris passus iniuriam.

sed vsurarum [a] pretij petitionem sequi maluit.

¶ *Vsuræ ex pacto,ueniunt ex pacto. Vsuræ ex mora,ueniunt ex mora.h.d.Bal. Vel sic: Vsuræ deductæ in pactum iuxta contractum incontinenti appositum,iure actionis debentur: non si pactum sit ex interuallo appositum: quia tunc non ex pacto,sed iudicis officio tantùm debentur ex mora.Sali.*

Imp.Gordianus A.Longino. L. V.

INitio venditionis si pactus [b] es, vt is,cui vendidisti possessionē, pretij tardius [c] exoluti tibi vsuras pensitaret: non immeritò existimas, etiam eas tibi adito præside prouinciæ, ab emptore præstari deberi. Nam si initio contractus non es pactus:si cœperis experiri debere, ex mora dũtaxat [d] vsuras tã ab ipso debitore,quàm ab eo [e], qui in omnē [f] causam empti suã fidē adstrinxit, de iure postulabis.

¶ *Si non seruatur substantiale pactum,rescinditur quicquid est actũ.Substantiale est,quod causam contractui dat.Bal.Vel sic:Si non impleatur id propter quod fundus exiguo pretio uenditus fuit,potest uenditor illum petere sibi restitui cum fructibus.Sali.*

Imppp.Carus,Carinus & Numerian.AAA.Rimulo. LEX VI.

CVm te [g] fundum tuum certę rei contemplatione [h] inter vos habita, exiguo pretio in aliũ transtulisse commemores: poterit tibi ea res non esse fraudi [i], quando [k] nō impleta promissi fide, dominij tui ius in suã causam reuerti cōueniat [l]. Et ideo aditus competens iudex, fundum cuius mētionem facis, restitui tibi cum fructibus suis sine vlla ludificatione sua authoritate perficiet [m]: præcipuè cùm & aduersa pars receptis nummis suis, nullam passa videri posit iniuriam.

¶ *Dilatio,quæ uim contractus perimit,nō potest concedi per rescriptum in forma communi impetratum. si autem non perimit, sed prorogat,sic.h.d.Bal.Vel sic:Pactum quòd res sit inēpta,pretio reddito est ualidum, nec tollitur rescripto.& contra se subtrahentem, sufficit oblatio & depositio.h.d.Sali.*

g ¶ Cùm te.] pone sic casum.Dabo tibi pro centum,si dederis mihi equũ.

h ¶ Contemplatione.] dante causam contractui.

i ¶ Fraudi.] id est damno.

k ¶ Quando.] pro quia.

l ¶ Conueniat.] imo videtur ad interesse tantùm agi:vt suprà.de rescind. vendi.l ea conditio. quæ est contra. Sol. hic duo conuenit, vt aliquid fieret: quod si non fieret, quòd res restitueretur: ibi vnum tantùm. Vel verius hîc causam dedit contractui hæc conuentio: quia aliâs non erat contracturus, ibi sic.

m ¶ Perficiet.] id est præcipiet per actionem ex vendito: vt argu. ff. de contrahen.empt.l.hæc venditio.§.finali.&. l. sed Celsus. §. j. &. l. fundi partem.& suprà.de contrahen.emp.l.si non donationis.& infrà.de dona.l.legem, vel per condictionem ex hac.l.non autem per condictionem ob causam, quæ in contractibus nominatis locum non habet:vt.ff.de condi.ob cau.data.l.fina. Accursius.

Cōdictio ob causam non habet locũ in contractib' nominatis.

SI à te.] CASVS. Vendidisti mihi prædium hoc pacto,vt si statuto die,puta intra annum,pretium mihi redderes, quòd esset inemptum: an posis impetrare rescriptum, vt in longius tempus liceat soluere? Respond.nec concessum tenet.Si verò nolui recipere oblatum à te pretium: offeres,depones, & consignabis.Viuia.

Impp.Dioclet.& Maximian.AA.Museo. LEX VII.

SI à te comparauit is, cuius me ministi,et conuenit,vt si intra certum tempus soluta [n] fuerit data quantitas,sit res inempta:remitti hanc conuentionem rescripto nostro non iure petis [o]. ¶ Sed si se subtrahat, vt iure dominij eandem rem retineat: denũciationis, & obsignationis, depositionisque remedio,contra fraudem [p] potes iuri tuo consulere.

¶ *Illa conuentio rata habetur,quæ tēpore contractus celebratur, nisi posteà resoluatur.h. d. Bal.Vel sic:Pacta sunt seruanda, nisi contrario pacto tollantur.h.d.Sali.*

Idem AA.& CC.Auxanoni. L. VIII.

TEmpore [q] contractus inter emptorem & venditorē habitam conuentionem integrã seruari,si ab ea posteriore pacto [r] nō recedatur,certum est.

¶ *Valet pactum,quòd in loco uendito non possit monumentum construi,uel capella ædificari: quia prope monumentum & ecclesiam sæpe cōuersantur inimici.h.d.Bal.Vel sic:Pactum ne in re tradita monumentum extruatur, uel ne iuri humano eximatur,est seruandum.hoc dicit.Salicetus.*

Imp.Iustinianus A.Ioanni præfecto prætorio. LEX IX.

SI quis ita paciscatur in venditionis vel alienationis [s] contractu,vt nouo [t] domino nullo modo liceat in loco vendito, vel alio modo sibi concesso, monumentum extruere, vel alio modo humano iure eum eximere [v]: sancimus, licet hoc apud veteres dubitabatur, tale pactum ex nostra lege esse fouendum,& immutilatum permanere [x]. Forsitan enim multùm eius intererat, ne ei

n ¶ Soluta.] id est reddita à venditore emptori.

o ¶ Petis.] tu venditor. petebas enim,vt quod tibi licebat vsq; ad annum, posses facere vsque ad biennium,scilicet reddere pecuniam, & recipere rem. & sic est contra.suprà. de preci. impe. offe.l.quoties.Sol. hîc ad actionem petebatur: ibi ad exceptionem. Vel hîc magnum, ibi paruum tempus petebatur. Vel hîc noluit princeps indulgere.

p ¶ Cōtra fraudem.] emptoris nolentis recipere quod debet: vt hîc, & infrà. quando decre. opus non est.l.j. occurritur,dico per oblationem, & consignationem,& depositionē: vt hîc, &.j̃.de iur.emphy.l.ij.in fi.

TEmpore] CASVS. Pacta, quæ inter emptorem & venditorem tempore contractus incōtinenti ante vel post apposita sunt: vt ꝗ fideiussorem mihi dares nomine euictionis obseruanda sunt: nisi vt recedi posit posteà conueniat.

q ¶ Tempore.] id est incōtinēti ante vel post: vt suprà. de pactis. l. petens.&.l.in bonæ fidei. & ff.de pactis.l.in emptionibus.&.l. iurisgentium. §. quinimò. &. s̃. de rebus alie.non alie.l.fi.

r ¶ Pacto.] vt.s̃.de pactis.l.pacta. & argumen. s̃.de vsur.l.aduersus. &.l. quamuis.Accur.

SI quis.] CASVS. Vendidisti mihi prædium hoc pacto, ne liceret mihi in eo facere monumentum:an valeat tale pactum, quæritur? Respon. quòd licet olim dubitaretur, an valeret: dicit tamen Imperator valere: potest enim tua interesse, ne sit monumentum: vel occasione monumenti, nuncij sui veniant ad domum tuam, quæ iuxta fundnm illum est. vnde valebit pactum.

s ¶ Vel alienationis.] scilicet alterius.nam & venditio alienatio est.

t ¶ Nouo domino.] id est emptori.

v ¶ Eximere.] scilicet dedicando.

x ¶ Permanere] imò duabus rationibus vtdetur non valere. Prima: quia non interest per.l.ff.de pact.l.nemo.quæ est contra. sed hîc valet pactum, vt posit agere ad interesse,si contra fiat: alienatio tamen valet: vt ibi. Vel hîc in contractu: & sic in re, quæ erat tradentis, ibi non. Secunda est: quia hîc non fuit stipulatio: vt.ff.de religio.l.quòd si locus.quæ est contra.Solu. hîc erat locus purus: ibi iam religiosus, vel religioni destinatus. Vel hîc corrigit, vel hîc fuit stipulatio. Sed an agetur ex hac stipulatione vel pacto? Quidam quòd non, cùm pecuniariter non intersit. sic & aliâs ex inutili stipulatione non agitur: vt. ff. de verborum obliga.l. Titia.quod non placet: imò pecuniariter potest interesse propter frequentiam hominum, vel aliquorum inimicorum,qui ad locum illum venirent.& hoc subijcit,forsitan enim &c.

Aggregaretur.

a ¶ Aggregaretur.] quod eſſet, quando pactum fuiſſet de nō alienādo.
b ¶ Fretus.] tali caſu repetet rem actione ex vendito, reddito pretio: vt. ſ. e. l. cùm te. non rei vendicatione: vt dixi. ſ. de rebus alie. non alie. l. fi.

vicinus, nō ſolū quē nollet, aggregaretur [a], ſed etiā pro quo ſpecialiter interdictum eſt. Cùm etenim vēditor * vel alter alienator non alia lege ius ſuū transferre paſſus eſt, niſi tali fretus [b] cōuētiōe: quomodo ferēdū eſt, aliquā captionē ex varia pati eū interpretatione?

* Vel aliis.

TITVLVS LV.

Si ſeruus exportandus væneat.

¶ *Emptor ſerui exportati poteſt eū manumittere, antequā ueniat contra pactum, non poſt: et tamen contraueniens, fiſci ſeruituti ſubijcitur: quia ad fiſcū pertinet delicta punire. unde omne delictum fiſcum habet ultorem. h. d Bal. Vel ſic: Seruus uenditus exportandus (& ſic ne certo loco moretur: aliàs liceat uenditori manus inijcere) poteſt exportatus (& ſic non rupta fide conuentionis) manumitti, & tunc manumiſſus ad locū prohibitū nō poteſt accedere: aliàs in ſeruitutem deducitur, & à fiſco uendicatur. ante tamen manumiſsionem, ſi ſit contra factum, habet dominus manus iniectionem. hoc dicit. Sali.*

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Petroniæ. LEX I.

Lege vēditiōis exportata [c] mancipia ſub denūciatione [d] man⁹ inijciendę, libertatē ab emptore, vel qui ſucceſsit in locū eius, antequā fides [e] rūpatur, accipere poſſunt. ¶ Quæ tamen à fiſco poſt manumiſsionē vēdicātur [f], & in perpetuam ſeruitutem eadem lege [g] veniunt [h], cùm in ijs ciuitatibus conuerſantur, quas cōtrahentes exceperunt [i]. ¶ Ante [k] manumiſsionē verò inijciendæ manus facultas non denegatur [l], atque ideo non petuntur in publicum.

¶ *Pœna conuentionali debet quis eſſe contentus: legalis autem applicabitur fiſco. & qui conſentit, pœnam remittit: nec etiam fiſcus petit. hoc dicit. Bald.*

Idem AA. Nedieno. LEX II.

Si vt manus iniectionem haberes, cauiſti tibi: iure tuo vti potes [m]. ¶ Quòd ſi hoc omiſiſti [n], & pœnā ſtipulatus es: homo quidem fiſco cōmiſſus [o] eſt, tu verò nactus es ex ſtipulatu actionē. In omnibus tamē quæritur, an dñi [p] volūtate [q] in locum prohibitū venerit.

¶ *Contra pactum ancilla manumitti nō poteſt. h. d. Bal. Vel ſic: Vbi ſolum pactum de exportando interuenit, ſolus fiſcus agit. hoc dicit. Salicet.*

Imp. Alexander A. Nonio. LEX III.

Ancilla, quæ exportāda [r] vænijt, nec exportata eſt, ſed ab emptore in eadem ciuitate morante †, empta & manumiſſa eſt: aduerſus legem vēditionis libera fieri non potuit. & ideo aditus à te [s] procurator meus, partibus ſuis fungetur.

† Morante in qua ēpta, & manumiſſa eſt.

¶ *De triplici motu animæ loquitur: nam anima mouetur admiratiuè: & iſte fuit primus ſecundum huius legis ordinem. Secundò mouetur punitiuè: & iſte fuit ſecundus motus. Tertiò mouetur præſumptiuè: & iſte eſt tertius motus. h. d. Bal. Vel ſic, Dicēti ſe uenditū à ſeruis proprijs, licet ab emptore manumiſſus, non creditur, niſi per eum ſic eſſe probetur. hoc dicit. Salicetus.*

Idem A. Papiæ. LEX IIII.

Moueor [t], ꝙ te à ſeruis tuis dñm eorū vænijſſe affirmas ſub ea lege, ne in patria moreris, & ab eo, cui te emptor prior vēdiderat, manumiſſum eſſe dicis. Quare cōpetens iudex aduerſus [v] eū, quē præſentē eſſe dicis, cognitionem ſuā præbebit: & ſi veritas accuſationi aderit, execrabile delictum in exemplū [x] capitali pœna vindicabit. ¶ Sed quoadusq; probaueris, quæ intendis, ſtatus tuus eſſe is videtur, qui in te poſt manumiſsionem deprehenditur [y].

¶ *Odioſum pactum imputatur extenſiuè: & patria ſua debet cuilibet eſſe maior omni alia patria. h. d. Bal. Vel ſic: Cui ex pacto interdicitur ciuitas ſua, interdicitur etiam Romana. & cui interdicitur certa prouincia, interdicitur etiam tota Italia. hoc dicit. Sali.*

Idem A. Seraphiano. LEX V.

Qvi exportandus à dño de ciuitate ſua venijt, nec in vrbe [z] Roma morari debet. qui autē de prouincia certa, nec in Italia [a].

¶ SI SERVVS EXPORTANDVS VAENEAT. ¶ Specialia quædam pacta fiunt in uenditionibus ſeruorum: ideo de his dicit.

Lege venditionis.] CASVS. Seruū mihi vēdidiſti hac lege, vt exportaretur intra annum: & niſi exportaretur, ꝙ liceret tibi manumittere, ante tempus eū manumiſi, tenet manumiſsio: ſed ex lapſo tēpore niſi exportetur, redigetur in ſeruitutem: & fiſco applicabitur. Si verò non manumiſi, nec exportatus eſt: manus immiſsio non denegatur.

c ¶ Exportata.] id eſt exportanda. ſic. ſ. de legi. & conſtitu. l. j.
d ¶ Denunciatione.] id eſt conuentione.
e ¶ Antequàm fides] poſteà nō: vt. j. e. l. ancilla.
f ¶ Vendicantur.] recidūt ergo in ſeruitutē, & ipſo iure facto dñio fiſci vēdicat fiſcus, vt & tactum fideicommiſſum: vt. j. ad leg. Fal. l. etiam.
g ¶ Eadem lege.] Nā ſi fiſcus vendat ſimili pacto, vēdet, vt in loco ꝓhibito non moretur. Sed ſi permiſſu emptoris, qui emit à fiſco, moratē in loco prohibito, cui datur manus iniectio, primo vēditori, an fiſco? Videtur ꝙ fiſco. alius enim homo videtur, cū toties ſit mutatus: vt. ff. de ſol. l. qui res. §. Aream. Sed Io. & Azo dicūt ꝙ primo vēditori: & ſic ſi ꝑ plures manus ambulauerit, ſemꝑ prior eſt potior: ſicut & in lege de ſeruo nō proſtituēdo dicit: vt. ff. e. l. ſi Titius. & de cōtrahē. emp. l. ſi quis ſub hac. cùm nō eius voluntate peruenerit ad libertatem, ſicut nec perditur condictio furtiua. ff. de cōdi. fur. l. et ideo. ſed ceſſauit ad tempus actio: vt. d. l. qui res. §. aream. & de verb. obli. l. inter ſtipulantem. §. ſacram.

Seruum exportandum nō ſeruata lege vendicauit fiſcus, demum ſub tali pacto vendit: non exportatur, cui dabitur manus iniectio.

h ¶ Veniunt] ad fiſcū.
i ¶ Exceperunt.] vel excepiſſe intelliguntur: vt. j. eo. l. fi.
k ¶ Ante.] id eſt fracta fide, ꝙ in locis prohibitis non moretur.
l ¶ Denegatur.] ipſo iure ex pacto redeunte dominio in vēditorem, ſicut in pacto. l. commiſſoriæ, ſecundū H. Vel demum manu iniecta, ſecūdū Io. & Azo. vt. j. l. proxi. in princ.

Si vt.] CASVS. Vendidi tibi ſeruum, vt exportaretur, ſalua mihi manuum iniectione ſi non exportaretur: eum non exportaſti, manus inijciam: ſed non reſeruaui mihi manus iniectionem, ſed ſum ſtipulatus pœnā, ſi non exportaretur: petam pœnam, & ſeruus confiſcatur. & hoc verum eſt, niſi domini voluntate in loco prædicto moram fecerit.

m ¶ Vti potes.] ſi contra legem factum ſit: vt. ſ. l. proxi. in fi.
n ¶ Omiſiſti.] iniectionem manus.
o ¶ Commiſſus eſt.] ſi contra factum ſit, ad quem fiſcum ſpectat punire delicta, & ſuccedere delinquentibus: vt. ff. de iure fiſci. l. Lucius. Venditor autem vtrunque habere non poteſt, niſi hoc actum eſſet: vt haberet pœnam & ſeruum: vt. ff. de tranſact. l. qui fidem. & ff. de except. do. l. apud Celſum. §. Labeo. & ſuprà titu. j. l. j. Item caue: quia dicit ſtipulatus. nā ſi tantùm pactus eſſet de pœna: licet incontinenti non valeret, niſi ſua intereſſet: quod non inſpicitur, interſit ſua vel nō, quando ſtipulatio interuenit: vt hîc, & ff. eo. l. ſeruus.
p ¶ An domini.] quondam. renunciare enim ſuo iuri potuit. ff. de pactis. l. pactum. Vel dic præſentis ſcilicet: nam ſi ſine eius voluntate moretur, non cōmittitur pœna: vt. ff. eo. l. j. & l. ſi Titius.
q ¶ Voluntate.] pœnitentia ductis.

Ancilla.] CASVS. Si ancillā tibi vendidi hoc pacto, vt exportaretur: nec exportata eſt, et eam manumiſiſti, non valet manumiſſio: & interueniente fiſci procuratore, qui diſcernet inter fiſcum & priuatum: an ancilla debeat publicari, vel non: fiſco applicabitur.

r ¶ Exportanda] hoc pacto vt extra aliquem locum ſtaret: puta extra Bononiam.
s ¶ A te.] Vēditore vel quolibet deferente: vt. ff. de iure fiſ. l. j. & eſt ꝓcurator Cæſaris iudex in hac cauſa: cùm ipſe venditor ſibi nō eſt pactus manus iniectionem, ſed tantùm dixit, exportetur: vt. ſ. l. proxi. ij. reſpon.

Moueor.] CASVS. Si ſeruus dominum ſuum vendidit hoc pacto, vt exportetur, & emptor eū de facto manumiſit: ſi poſteà dominus ſeruum accuſauerit, & ꝓbauerit: capitali pœna ſeruus ꝓplectetur. pendente verò lite quouſque dominus de intētione ſua probauerit, habendus erit pro liberto.

t ¶ Moueor.] & bene debuit moueri.
v ¶ Aduerſus eum.] ſcilicet ſeruum.
x ¶ In exemplum.] ſcilicet ordinarij criminis punietur, hîc extra ordinem. Vel dic in exemplū, vt ſcilicet alij terreātur [a]. ſic. ff. de abigeis. l. j. in fin. & de pœnis, ſi quis aliqd. §. qui abortionis.

a Placet & eſt ſingu. gloſſa.

y ¶ Deprehenditur.] ſcilicet libertinitatis. Et ſic not. quo ſtatu te inuenero, eo te tenebo, donec contrarium videbo: vt hîc, & j. de inge. ma. l. pe. & ff. de offi. præto. l. Barbarius. Sed in cauſa libertatis & ſeruitutis, & etiā dum agitur, vtrum ſeruus ſit in poſſeſsione ſeruitutis, necne: habetur ꝓ libero interim, & ſic alio ſtatu quàm prius erat: vt ff. de libe. cau. l. ordinata. Et eſt ratio: quia ibi aliâs non poſſet eſſe in iudicio: hîc verò poteſt. quia liber.

Qvi exportandus.] CASVS. Si ſeruum tuum mihi vēdidiſti, hac lege vt à ciuitate Bonoñ. exportetur: an in ciuitate Romana ſtare poſsit, quæritur? Dicitur quòd non. Idem ſi conuenit, vt exportetur de Hiſpania, ſeu aliqua alia prouincia: quòd ſcilicet in Italia non morabitur.

z ¶ Nec in vrbe.] tū ꝗa maius: & nō debet frui maiorib⁹, cui eſt interdictū minorib⁹: vt. ff. e. l. cui pacto. & de interdic. & relega. l. relegatorū. §. fi. & ff. de ſena. l. qui indignus. Itē quia cōis eſt patria: vt. ff. ad municip. l. Roma. Accur.
a ¶ In Italia.] hoc ea ratione, quam modò dixi. Et not. quòd tribus locis videtur hic prohibitus, ſcilicet illo, & ſua patria. Item omni maiori loco, vt hîc. ſic & ſi erat pomerio interdictum, nec in ciuitate moreretur: vt. ff. e. l. cui pacto. ſed minoribus vti poteſt prohibitus maioribus: excepta ſua patria, quæ quantum ad eum eſt, pro maiori habetur: vt. ff. de offi. præfec. vrb. l. j. §. fi. quę tamen quantum ad alios, non eſt maior: & ideo non videbatur prohibitus: vt d. l. relegatorum. §. conſtitutum. Vel dic vt ibi.

Pomerio prohibito videtur prohibita ciuitas.

Continuatio.

¶SI MANCIPIVM ITA VAENIERIT &c. ¶ *Vt ſuperius pactum gratia uenditoris apponitur, ſic & iſtud gratia ſerui. Vnde ſuperius poteſt uenditor remittere: ut ſuprà eo. l. ij. in fi. hic non poteſt. Accur.*

PRæfectus.] CASVS. Si védidi tibi ancillã, ne pſtitueretur: & ſi contra factũ eſſet, ꝙ liceret mihi eã abducere: ſi proſtituatur, vtar pacto. & hoc in prima. Si verò conſiliũ tibi prebui, vt proſtituat: ancilla puenit ad libertaté ex coſtitutione diui Hadriani ad Aufidiũ Victorinũ. & hoc in ſecũda. Si verò nõ conſenſiſſem, ſed per plures manus ambulauerit, & vltimus emptor eã proſtituit, ad me peueniet. & hoc in tertia.

Si itaque contra legem conſtitutã factum probare potes: vtere iure quod propterea tibi competit.

TITV. LVI.

Si mancipium ita vænierit, ne proſtituatur.

¶ *Vendita ne proſtituatur: ſi cõtrà fit, redit ad uenditorem: niſi conſenſerit eam proſtitui: nam tunc fit libera. & ſi primus emptor non proſtituit, ſed ſecundus uel tertius: res redit ad primũ, non ad immediatum uenditorem. h. d. Bald. Vel ſic: Si ancilla eſt uendita eo pacto, ne proſtituatur (aliàs uenditori liceat eam abducere, uel manus inijcere) ea proſtituta, licet ei abducere eã, niſi conſenſerit: quia tunc ad libertatem perducitur. & hæc habent locum, etiam ſi per plures emptores tranſierit. Salicetus.*

Imp. Alexander A. Socrati. LEX I.

PRæfectus vrbi [a] amicus noſter, eã quę ita vænijt, vt ſi proſtituta fuiſſet, abducẽdi poteſtas eẽt ei, cui [b] ſecundum conſtitutioné diui Hadriani id competit: abducẽdi impertiet facultatem [c]. ¶ Quòd ſi eũ patientiam accommodaſſe contra legem, [d] quam ipſe dixerat [e], vt in turpi quæſtu mulier haberet̃, animaduerterit: libertate cõpetẽte [f] ſecundum interpretationé eiuſdẽ principis, perduci eam ad prætorem, cuius de liberali cauſa iuriſdictio eſt, vt ibi lis ordinetur [g] iubebit. Nec enim † tenor legis [h] quã ſemel cõprehendit [i], intermittitur, ꝙ dominium * per plures emptorum perſonas ad primum, [k] qui pſtituit, ſine lege ſimili peruenit.

¶ *Iudex debet ex officio tueri libertatem ancillæ contra pactum proſtitutæ, & de hoc inquirere ex mero officio. hoc dicit. Bal. Vel ſic: Ancillam contra legem uenditionis proſtitutã, qua cauetur, ut proſtituta libera eſſe debeat, debet iudex facere exhiberi. & ſi pactum negetur, coram competenti iudice cognoſcitur: nec curatur, quòd pactum ſit in ſcripturam redactum, dummodo de eo conſtet. hoc dicit. Sali.*

Mancipia non ſunt ꝓſtituenda.

a ¶ Præfectus vrbi.] cui⁹ officiũ eſt tueri, ne mãcipia proſtituãtur: vt ff. de offi. præfec. vrb. l. j. §. hoc quoque officium.

b ¶ Ei cui.] ſ. venditori.

c ¶ Facultatem.] ſi cõtra pactũ fuerit factũ, vel in eius fraudẽ: vt. j. e. l. fi.

d ¶ Contra legem.] id eſt conuentionem.

e ¶ Dixerat.] cõtra ſuum ergo pactum venire non poteſt: vt hîc, et. ff. cõmo. l. in cõmodato. §. ſicut. & ideo qa hoc gratia mãcipij fuit poſitum. vnde iam ei hic fauor auferri non poteſt: ſic &. ff. de contra tabu. l. ſi poſt mortem in fi. ſed illud in pacto ſuperioris titu. vt ſ. ti. ꝓxi. l. ij. in fi. & aliud in pacto inferioris ti. vt. j. ti. proxi. l. fin. quia in illis legibus pactum fuit gratia venditoris.

f ¶ Competente.] nõ tamen ius patroni habet: vt. ff. de in ius voc. l. ſed & ſi. §. proſtituta. &. ff. de contrahẽ. empt. l. ſi quis ſub hoc.

g ¶ Ordinetur.] Per aſſertores, qui hodie non ſunt: vt. j. de aſſer. tol. l. j. in principio.

† Glo. in. c. ſi ſuper verbo, vt perſonaliter. de off. deleg. inducit hãc l. quod nomine meo facere non debeo, nec alieno.

* Eius.

h ¶ Legis.] id eſt, pacti de nõ proſtituendo. aliâs liceret manum inijcere. Et dic, ꝙ ſi is cui vendita eſt ſecundo, ſine ſimili lege eã proſtituat: poteſt abduci mancipiũ, ſi primus vendiderat ſub ipſo pacto manus iniectionis. Si autem dixit, vt fieret libera: & libera efficiatur, ſed hoc ipſo quòd vẽdita eſt, ſi non ſimili lege, non inijcitur manus: nec libera efficitur ex cõſtitutione diui Hadriani, ſed ex conſtitutione diui Veſpaſiani ſic: vt. ff. de iure patro. l. diuus Veſpaſianus. Accur.

i ¶ Comprehendit.] ſcilicet primus venditor.

k ¶ Ad primum.] id eſt qui primò proſtituit, non dico qui primò emit. Et nota, quòd ſi pactum primi differat à pacto ſecundi venditoris: quia primum de manus iniectione, ſecundum quòd ſit libera vel econtra, ſemper præualet libertatis pactum, eius fauore: vt. ff. eodem. l. ſi Titius. Et plenè not. hîc de huiuſmodi conſtitutionibus. habet enim locum conſtitutio diui Hadriani vbi vendo, vel ex qualibet cauſa trado, ne proſtituatur, & hoc eripit ancillam in libertatem. Vbi autem ſeruaui manus iniectionem, tunc eam ſeruo mihi, niſi ego conſentiam proſtitutioni: vt hîc. Eſt etiam edictum diui Veſpaſiani, cùm ego ancillam emptam ne proſtituatur, alteri vendo ſine ſimili lege: vt. ff. de iure patro. l. diuus Veſpaſianus. Eſt conſtitutio diui Marci & Commodi miſſa ad Aufidium Victorinum: vt ſi dono vel vendo ſeruum vt manumittas, vel ſi pretium do, non pecuniam in ſpecie, vt manumittas tuum ſeruum: vt infrà titu. j. l. j. & ij. & l. ſi is qui. &. ff. de condic. cau. da. l. dedi. j. §. ſed ſi tibi. & l. ſi pecuniam. §. j. & ſi certum tempus adijciatur, eo elapſo, conſtitutio inducit libertatem, ſi potuit manumitti. Si verò dico, manumittas quando voles, inducitur libertas te mortuo. Si verò quando poteris te & ſeruo præſente poſt duos menſes: alioquin poſt quatuor inducitur libertas. Si verò vt manumittas ſimpliciter. dicunt quidam idem, quod in caſu proxi. ſuprà dixi. ergo poſtquàm potuiſti manumittere, & ceſſaſti: vt &. ff. de præſcript. verb. l. naturalis. §. at cùm do. & qui ſine ma. ad liber. per. l. latinus. Eſt & quarta conſtitutio diui Marci & Cõmodi in ſemeſtribus: cũ trado ſeruũ, vt poſt tempus ſit liber, non comprehendẽdo factum manumittentis: vt infrà titu. j. l. iij. &. ff. de ſer. expor. l. fin. Eſt & conſtitutio diui Seueri & Antonini ad Vrbium maximũ, cùm ſeruus mandat, vt ematur ſuis nũmis. quam habes. ff. de manu. l. iiij. &. ff. de iudi. l. qui ſe.

Seruis ad libertaté conſequendam multæ conſtitutiones auxiliãtur.

Idem A. Seuero præ. præ. LEX II.

MVlierem, quam ita vænisse allegas, ne proſtitueretur: aut ſi proſtituta fuerit, libera eſſet: per officium militare [l] exhiberi apud tribunal oportet: vt ſi cõtrouerſia [m] referatur de pacto, (quod tamen [n] ſi verũ eſt, libertas mulieri exiſtente cõditione competit) agatur cauſa [o] apud eum: cuius de ea re notio eſt. ¶ Hæc autem lex, [p] & niſi [q] tabulis venditionis inſerta ſit, quamuis [r] epiſtola vel ſine ſcriptis facta [s] oſtenditur, valet.

¶ *Satis uidetur proſtitui, quæ in caupona tenetur, & in pactis non debet committi fraus. h. d. Bal. Vel ſic: Ancilla, quæ nõ debet ex pacto proſtitui, non debet etiam in caupona retineri. hoc dicit. Salicetus.*

Idem A. Aurelio. LEX III.

EAm, quæ ita vænit, ne corpore quæſtũ faceret: nec ĩ caupona ſub ſpecie miniſtrãdi [t] pſtitui, ne fraus † legi dictæ fiat [v], oportet.

TIT. LVII.

Si mancipium ita fuerit alienatum, vt manumittatur, vel contrà.

¶ *Conſtitutio diſponens in fauorem libertatis in uenditione, trahitur ad donationem ex interpretatione extenſiua. & poteſt diſponens pœnitere, ſed non hæres eius. & qui habet libertatẽ, non debet petere ſe liberari, ſed in libertate defendi. h. d. Bal. Vel ſic: Seruus alteri donatus & traditus, ut certo tempore tranſacto ad libertatem perducatur: tempore tranſacto liber efficitur, niſi donator interim mutauerit uoluntatem. hoc dicit. Salicetus.*

Imp. Alexander A. Patricenſi. LEX I.

SI Patrocl⁹ ‡ poſtea quàm te Hermiæ donationis cã dedit lege dicta, vt ſi qndecim annis continuis [x] ſeruijſſes, ad libertatem perduce-

MVlieré.] CASVS. Si ancillã mihi vendidiſti, hoc pacto vt nõ proſtituatur, & ſi contra fieret, quòd libera eſſet: ſi proſtituatur. & cõtrouerſia fuerit, quòd tale pactum non interceſſerit, officio iudicis exhibere compelleris, & erit libera. & licet hoc pactum in ſcriptis non redigatur, non ob hoc minus valet.

l ¶ Militare.] nemine agente. Sunt enim quędã quę p officiales iudicis ne mine agẽte expediũtur.

† Si quis ꝓhibetur vna via, altera non debet admitti. Concor. c. tuæ fraternitatis. cũ gl. ſup verbo effectũ extrà de ꝓcu.

m ¶ Cõtrouerſia] qua ſi non ea lege vel cõditione ſit vẽdita, vel quaſi cõditio non euenit. qđ vtrunque ſequi neceſſe eſt, vt libera fiat. Azo.

n ¶ Quod tamen.] interpoſitio eſt.

o ¶ Cauſa.] liberalis.

p ¶ Lex.] id eſt pactũ in venditione appoſitum.

q ¶ Et niſi.] aliàs, & ſi nõ aliâs & niſi. & tũc ponitur pro, ſi non. ſic. ff. de ſenat. l. fœminę. &. ff. ſi qs cau. l. ſi eum §. fi. in fi.

r ¶ Quãuis epiſtola] aliâs quãuis ſine epiſtola.

s ¶ Facta.] ſ. conuẽtio, nã epiſtola nũquã fit ſine ſcriptis. Azo. & eſt ad hoc. j. de don. l. in extraneos. Item. ff. de ma. teſta. l. ſi ſeruus ſtichum.

‡ Si poſtea quã te Patroclus Hermiæ &c.

EAm quæ] CASVS. Si ancilla erat hoc pacto vẽdita, ne pſtitueretur, ne fraus pacto fiat, in taberna cauſa miniſtrãdi vt ſic pſtituatur, morari non poterit.

t ¶ Miniſtrandi.] quam ſpeciem aſſumunt quidam volentes malè agere: vt. ff. de ijs, qui not. infa. l. athletæ. §. ait prætor.

v ¶ Fiat.] cũ ergo aliqd ꝓhibet̃, & id p quod pueniẽt ad illud ſicut &. ff. de ſpon. l. oratio. & inſti. vi bono. rapto. §. j. Sic ecõtra cùm quid cõceditur, & id per quod peruenitur ad illud: vt. ff. quemadmo. teſta. aper. l. ij. §. inſpectio.

Continuatio.

¶SI MANCIPIVM ITA FVERIT ALIENATVM &c. ¶ *Speciallter dixit in ſuperiorib⁹ titulis duobus pacta cõtrà mãcipiũ & pro eo inducta: nũc miſtim de utroque, & quando pro eo, & quãdo cõtra eum.*

SI Patroclus.] CASVS. Dediſti mihi ſeruũ hoc pacto, vt xv. an. mihi ſeruiret, & liber eſſet finito tpe. ſi tu interim nõ pœnitueris, vel in fata cõceſſeris, præterito tẽpore liber erit: & non ſolùm ad venditos, ſed ad donatos talis pactio extẽdetur, nec trãſlato dominio eum alij diſtrahere potuiſti: nec ſeruus de libertate præſtanda litigare habet neceſſe, ſed ex conſtitutione erit liber.

x ¶ Continuis.] quare ſi aliquo tempore fugerit, tantundẽ tẽporis poſteà debebit ſeruire vt ſit liber: vt. ff. de ſtatulib. l. cùm hæres. in fi. & l. ſeruus qui. §. ſeruus. Accurſius.

Vt ciuis

...reris ita, vt ciuis [a] Romanus esses tempore peracto: si modò Patroclus nō contrariæ voluntatis [b] fuerit, aut [ὁ] si iā [c] decesserit, ad libertatem peruenisti: quoniā placuit nō solùm ad venditos, sed etiā ad donatos [d] eam legem, vt manumitterentur pertinere. ¶ Nec te potuit, semel translato dominio in Hermiam, posteà alij Patroclus vendere [e]: & ideo non de præstāda tibi libertate (quam ex constitutione [f] iā fueras adeptus) litigare debuisti: sed libertatem quam obtinueras, defendere [g].

Quod non fit per hominem, reputatur à lege. h.d. Bal. Vel sic: Seruus uenditus ut manumittatur, ad libertatem perducitur, si differatur. hoc dicit. Salicetus.

Idem A. Eutichiano liberto. LEX II.

SI ea lege Crestes [h] seruum suū, sed [i] naturalem filium [k], vænū dedit [l], vt emptor eum manumitteret: quamuis non est manumissus, ex cōstitutione diuorum Marci & Commodi ad Aufidium Victorinum, liber est [m].

Pactum essendi, operatur idem, quod pactum fiendi. hoc dicit not. Et inutiliter factum, non impedit dispositionem legalem: ut in uer. nec obest. Bal. Vel sic: Ancilla uendita ut certo tempore elapso sit libera: eo transacto libera efficitur, licet pactum non contineat factum emptoris in manumittendo debere interuenire: ideo posteà ex ea natus est ingenuus. hoc dicit. Salicetus.

Idem A. Fulginio. LEX III.

* SI Iusta [n] Saturnino puellam nomine Firmam agentē tūc annos septem hac lege vēdiderit, vt cùm [o] haberet annos vigintiquinque, libera esset: quamuis factum ab emptore præstādæ libertatis pacto non sit insertum [p], sed vt libera esset, expressum: tamen cōstitutioni diuorū Marci & Cōmodi in semestribus scriptæ, loc⁹ est [q]. ideoq; impleto vicesimoquinto anno, Firma libera facta est: nec obest ei, ꝙ vicesimoseptimo anno manumissa est [r], quę iam ex cōstitutione libera erat. Et is, quē post vicesimumquintum annū ex te cōceptū enixa est, ingenuus est.

Cùm primùm potest intelligitur quis in mora fauore libertatis. Bal, Vel sic: Si dominus recipit pretium, ut libertatem præstet seruo: mora in manumittendo commissa, liber efficitur. hoc dicit. Salicetus.

Imperator Gordianus A. Iocundæ.

LEX IIII.

SI is, qui pretiū [s] pro te acceperat, vt statuto tēpore te libertate donaret, moram repromissæ libertati præstitit: ex eo tempore te liberam esse effectam manifestū est [t], ex quo cùm posset [v] dari libertas, non est præstita: & ideo ex te natos, ingenuos videri procreatos, non incertæ opinionis [x] est.

Pactum, quod resistit libertati, appositū uenditioni serui proprij, impedit libertatem: pœnæ tamen petitionem non inducit. Et citatus à iudice incompetenti, uel sub conditione, quæ nō tangit eúm: non tenetur comparere. h.d. nota. Bald. Vel sic: Seruus uenditus cum pacto, ne ad libertatem perducatur sub certa pœna, per emptorem manumissus, liber non efficitur: nec pœna cōmittitur: nec procurator fisci est competens iudex inter priuatos. h.d. Sali.

Idem A. Martino. LEX V.

EA quidem mācipia, quorum venditio eam legē accepit, ne àd libertatē perducātur [y], etiam si manumittātur [z], nācisci libertatē nō possunt [a]. Neq; enim conditio, quæ psonæ ei⁹ cohæsit, immutari facto eius, qui ea lege cōparauit, potest. ¶ Nec tamē pœnæ exactio (siqua addita est) cōditioni nō seruatæ iustā exigēdi tribuit cām [b]. ¶ Qua igiť ratiōe te poterit reuo-

a ¶ Vt ciuis Romanus.] nam quidam liberti non erant ciues Romani, sed hodie omnes: vt insti. de liber. §. libertinorum.

b ¶ Voluntatis.] Potest ergo mutare voluntatē. vt hîc, &. ff. de manu. vin. l. si pater. & de condic. causa da. l. si pecuniā. §. j. &. ff. de ser. exportan. l. iij. Sed contra in eo. tit. l. quæsitū. vbi non potest mutare. Sol. potest, vt constitutio nō repræsentet libertatē, vt hîc: sed non potest, quin emptor si spōtè velit, possit manumittere, vt ibi. vel solue vt in. d. l. iij. Ac.

c ¶ Si iam decesserit] vnde iā nō potest mutare voluntatē, nec hæredis volūtas exquiritur: vt. d. l. ff. e. l. iij. Sed cōtra. ff. de donatio. inter virum & vxo. l. quod autē. §. vxor. Sol. ibi non fuit vxor donatarij facta domina.

ὁ Etiam.

d ¶ Ad donatos.] Ex interpretatione cōstitutionis: vt. ff. qui sine manu. l. mancipia. & hoc faciebat hîc quæstionem.

e ¶ Vendere.] s. in tuū præiudicium, quo minus sis liber finito tempore, venditio tamen valet: vt ff. de contrahen. empt. l. rem alienam. Accur.

f ¶ Ex cōstitutione] diuorum Marci & Commodi: vt. j. l. proxi.

g ¶ Defendere.] argu. contra. ff. de verb. obli. l. qui Romę. §. Flauius. Sed ibi de actu certo manumittendi fuit cogitatum. Accursius.

SI ea.] CASVS. Filiū tuum naturalē seruū, quem ex ancilla tua sustulisti, Titio hoc pacto vendidisti, vt intra mensem eū manumitteret, si non manumisit: ex constitutione diui Marci & Commodi liber erit. Viuianus.

h ¶ Crestes.] Maior xxv. an. vt. ff. de mino. l. verū. §. qd si minor. Azo. Sed certè imò videť idē. & si minor, cū erat filius: vt insti. qui ma. non pos. §. eadem.

Cū iusta

i ¶ Sed.] pro &.

k ¶ Filium.] id est, qui erat filius.

l ¶ Vænundedit.] intra duos annos.

m ¶ Liber est.] vt hîc, &. s̄. l. px. et. ff. de ī ius vo. l. sed si hac lege in princ.

SI Iusta.] CASVS. Vēdidisti mihi ancillam septennē hoc pacto, vt cùm veniret ad. xxv. annum, ad libertatem perueniret: illa non manumittatur. nunquid perducitur ad libertatem? Certè sic, ex constitutione diuorum Marci & Commodi, & licet manumissa non fuerit, quod ex ea post prædictum tempus natum est, ingenuum est. Viuia.

n ¶ Si Iusta.] proprium nomen est fœminæ.

o ¶ Vt cùm haberet annos.] xxv. Dubitatio erat: quia non videbatur pacisci vt manumitteretur.

p ¶ Insertum.] scilicet vt manumitteretur.

q ¶ Locus est.] scilicet ex interpretatione. sed propriè locum habet constitutio diui Hadriani: vt. ff. eodem. l. fina. sed vbi comprehenditur factum manumittentis directò, hæc constitutio locum habet: vt dicta. l. fina. & suprà. eodem. l. j. & . ij.

r ¶ Manumissa est.] de facto: vt insti. de ingenu. §. si.

SI is.] CASVS. Vendidisti mihi ancillam, vt intra mēsem eam manumitterem, non manumisi: mora mea ei non nocet, cùm manumittere potui: quia ex constitutione libera erit: & filij posteà nati erunt ingenui.

s ¶ Si is qui pretium.] puta dominus tuus.

S Itibi.] C A S V S. Sponſus ſponſæ ſuæ res proprias donauit, conferendo in eam ſponſalitiam largitatem: poſteà ſponſus captus eſt ab hoſtibus: nunquid donatio propter hoc efficiatur irrita? Reſpondeo quòd non.

a ❡ Si tibi.] in præcedenti lege ſimpliciter fuit facta donatio non ſub conditione futurarum nuptiarum. ſimiliter & in hac et in ſequenti lege. Vel dic ſub conditione illa matrimonij: ſed ſecuto matrimonio fuit impleta. j. l. proxi. l. ſi mater.
b ❡ Proprias.] ſui ſponſi.
c ❡ Donatio.] hoc immutatur. j. eo. l. cũ veterũ. & l. ſi à ſponſo. Vel dic vno de prædictis modis duobus intelligi hanc legẽ.

SI mater. CASUS Mater sponsæ sponso filiæ suæ donauit prædia, & eum in vacuam possessionem induxit. posteà secutæ fuerunt nuptiæ, sed tandẽ diuortio solutæ. nũquid mater poterit illã donationem reuocare? Certè non. & hoc est verum in sponsalitia largitate. secus in donatione propter nuptias.

a ¶ Si mater.] expone hanc legẽ vt dixi. s̄. l. proxi. & facit. s̄. de condi. ob. cau. datã. l. si repetendi. & 10 ff. de vsur. l. cũ quidã. §. diuus. & ff. de cõdi. causa da. l. j.

b ¶ Marito.] nã socrus donat genero, sed non socer: vt. ff. de do. inter virũ & vxo. l. iij. §. socrui. & l. cũ hic status. §. ratio. & . j̄. de do. inter virũ & vxo. l. si te.

20 DE rebus.] CASUS Spõsus aliquas res sponsæ donauit. posteà cœpit sponsus creditores habere, nunquid creditores poterunt res illas à sponsa reuocare? Rñ. ꝙ nõ, si nullo tp̄e eas obligatas habuerunt.

c ¶ Minime possunt.] 30 quia hæredes non successores in rẽ personali actione conueniuntur: vt. s̄. de heredi. vel act. vendi. l. fi. & j̄. de dona. l. æris. & j̄. de iur. do. l. licet dos. hoc verũ, nisi añ esset eis obligata: vt hîc, & j̄. de dona. inter virũ & vxo. l. si quidẽ & in alio. s. qñ in fraudem 40 eorũ esset facta: vt. j̄. de reuo. ijs quæ in frau. cre. l. ij. et. ff. q̄ ĩ frau. cre. l. fi. §. j.

SI consentiente.] CASUS Spõsus filiæ meæ de consensu matris suæ mancipia matris in spõsam cõtulit. secutis nuptijs eadẽ mancipia inæstimata recepit in dotẽ. 50 decessit maritus & ei mater extitit hæres mater vult offert emancipiorũ æstimationem, & ea reuocare, poterit nè? Certè nõ.

d ¶ Matre sua.] Cuiꝰ erant mancipia: & ideo eius exigitur consensus.

e ¶ Non æstimatis.] aliàs æstimatio repetetur 60 vt. j̄. de iure do. l. quoties & l. cum dotem.

f ¶ Improbe.] Restituet ergo mãcipia mater spõsę matri spõsi ñ eorũ p̄tiũ.

g ¶ Recusat.] repetit ergo spõsa: vt hîc, & ff. de publici. l. cũ spõsus. in prĩ. Itẽ ad id qđ dicit cõsentiẽte, facit. ff. de eui. l. quidã.

70 CVm veterũ.] CASUS Olĩ si spõsus dabat spõsæ, valebat donatio ẽt si nõ fuerit completũ mr̄ium hodie si spõsꝰ donat spõsæ, vel ecõuerso, semp ĩtelligiť dare sub cõditiõe, si matrimoniũ sequať. Sed si spõsꝰ donat spõsæ, & parẽtes spõsi 80 nolũt pficere matrimoniũ tũc spõsa nõ teneť restituere donationẽ quã accepit sed pmissam petere põt. Si verò pater spõsõ noluerit, vt pficiať matrimoniũ tũc spõsus & hęredes sponsi repetere poterunt qđ donatũ est. Idẽ obseruetur, quando sponsa donat sponso.

* Decreuit ualere ea.

Idem AA. & CC. Timotheæ & Cleotimæ.

LEX XII.

SI mater [a] vestra filiæ suæ spõso vel marito [b] prædia sine vlla repetendi lege donauit, & eũ in vacuam possessionem induxit: nuptijs diuortio solutis, perfecta nõ dissoluitur donatio.

¶ *Sponsus rem donatam sponsæ sequentibus creditoribus obligare non potest. hoc dicit. Bal. Vel sic: Creditor agens contra donatarium hypothecaria, debet probare suam hypothecam tẽpore præcessisse. si ergo non apparet, vtrum res fuerit prius donata Titio, quàm obligata Seio, Seius agens hypothecaria succũbit: quia non probat rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis. hoc dicit. Bald. Vel sic: Creditor agens hypothecaria debet probare rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis. h. d. Sali.*

Idẽ AA. & CC. Alexandro. LEX XIII.

DE rebus in sponsam donationis gratia collatis creditores mariti facti, si nõ prius obligatas eas sibi probent, eam cõuenire minimè possunt [c].

¶ *Mater consentiens donationi rei suæ, uenire contra non potest etiam pretium rei offerendo. hoc dicit Bald. Vel sic: filius potest donare res matris ea consentiente: & donatio sponsalitia potest retro in dotem dari: nec mater volẽs prætium dare auditur. hoc dicit. Sali.*

Idem AA. & CC. Aureliæ.

LEX XIIII.

SI consentiẽte matre sua [d] spõsus filiæ tuæ mancipia donauit, & his acceptis in dotem non æstimatis [e], in matrimonio pòst decessit: mater eademq́ue hæres eius pretium offerens, restitutionem eorum improbè [f] recusat [g].

¶ *Donatio inter sponsos præsumitur esse largitas sponsaliorum: & matrimonio non secuto, donatum redditur donatori: nisi per ipsum donatorẽ steterit, quòd matrimoniũ nõ sequatur. h. d. Bal. Vel sic: Simplex donatio sponsalitia intelligitur hodie ob causam futuri matrimonij facta & is per quem steterit, ne matrimonium fiat nõ repetit quod dedit: & etiam sibi datum restituit h. d. Sali.*

Imp. Constantinus A. ad Maximum præfec. vrbi.

LEX XV.

CVm veterum [h] sententia displiceat, quæ donationes [i] in sponsam nuptijs quoque non secutis, decreuit * valere etiã ea, q̃ largiendi animo inter spõsos & spõsas iure celebrantur, redigi ad huiusmodi conditiones iubemus: vt siue affinitatis [k] coeundę causa, siue [l] non ita, vel in potestate patris degentes, vel vllo modo proprij iuris constituti, tanquam futuri causa matrimonij aliqd sibijpsi [m], vel consensu parentum mutuò largiantur: si quidem sponsus vel parentes † eius sortiri filium noluerint [n] vxorẽ: id quod ab eo donatum fuerit, nec repetatur traditũ: & si quid apud donatorem resedit [o] ad spõsam & hæredes eius submotis ambagibus, transferatur [p]. Quòd si spõsa, vel is, in cuius agit potestate, causam nõ cõtrahẽdi matrimonij præbuerit: tũc spõso eiusq́ue hęredibus sine aliqua diminutione per conditionem [q], aut per vtilem actionem in rem [r] redhibeantur. Quæ similiter obseruari oportet, & si ex parte sponsæ in spõsum donatio facta sit. D. xvij. Cal. Nouẽbr. PP. vj. Cal. Septembr. Romæ, Cõstantino A. v. & Licinio Cons.

¶ *Dictum est suprà in. l. præcedenti, quando per pœnitentiã matrimonium non contrahitur sequebatur uidere quid iuris. quando per casum & nunc determinat hæc lex, quòd quãdo sponsus donauit sponsæ, & non interuenit osculum, repetitur omne datum, sed si interuenerit osculum repetitur dimidia pars: aliam lucratur sponsa ratiõe osculi. h. d. Bal.*

Idem A. ad Tyberianum vicarium Hispaniarum.

LEX XVI.

SI à spõso rebus spõsæ donatis, interueniente osculo [s], ante nuptias hunc vel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarũ ad superstitem ptinere p̃cipimus dimidiã ad defuncti vel defunctæ hæredes, cuiuslibet gradꝰ sint & quocũq; iure [t] successerint: vt donatio stare p parte dimidia, & resolui pro parte dimidia videať. ¶ Osculo † verò nõ [v] interueniente, siue spõsus siue sponsa obierit, totam infirmari donationem, & donatori sponso vel hæredibus eius restitui. ¶ Quòd si spõsa, interueniente vel non interueniente osculo, donationis titulo (qđ raró [x] accidit) fuerit aliquid sponso largita, & ante nuptias hũc vel illã mori contigerit: oĩ donatione infirmata, ad donatricẽ spõsam, siue eius successores, donatarũ rerũ dñiũ trãsferať. Accep. xiij. Calend. Maij. Hispali. Nepotiano & Pacato Cons.

¶ *Minor in potestate patris constituta, maximè si patris auxilio est destituta, puta quia pater abest: nõ tenetur insinuare donationem ante nuptias. Bal. Vel sic: Donatio ante nuptias facta mulieri in minori ætate, non indiget insinuatione. h. d. Sali.*

Impp. Theod. & Valentin AA. Hiherio præfect. præto.

LEX XVII.

h ¶ Cum veterum sententia] quæ deprehẽditur. s̄. eo. l. si filiæ. & l. si tibi. ideoq́, illæ ad hanc trahendæ sunt. nã per has duas leges constantini debemus intelligere omnes alias leges istius tituli, quæ indistinctè dicũt valere & non reuocari donationes inter sponsos. Alij dixerunt, ꝙ aliæ leges huius tituli loquũtur, qñ causa liberalitatis tantũ, & non matrimonij facta est donatio prima placet secũdũ Irn. 10 Item no. ꝙ hæc lex loquitur, quãdo stat per alterũ. si verò per neutrũ, tunc loquitur. s̄. eo. l. si tibi res. Item & loquitur hîc vbi non ex mera liberalitate donatio, sed cõtemplatione matrimonij: quod semper pręsumitur, nisi in cõtrarium sit actum.

† Aliâs, parẽs eius sortiri filiũ noluerit.

20 i ¶ Donationes.] s. factas.

k ¶ Affinitatis.] id est matrimonij: qđ non est affinitas, sed cã affinitatis: vt ff. de gradibus cog. l. nõ facile. §. affines.

l ¶ Siue non ita.] id est dicere, siue nominatim expressit cã matrimonij se 30 dare, siue non.

m ¶ Sibijpsi.] cũ sui iuris sunt.

n ¶ Noluerint.] sine causa.

o ¶ Resedit.] de ijs, q̄ se daturum obligauit.

p ¶ Transferatur.] cõdictione ex hac lege.

q ¶ Per condictionẽ.] 40 ex hac lege.

r ¶ In rem.] q̄ oritur ex tacito pacto. Tacitè eñ videnť pacisci de reddẽdo, si matrioniũ nõ sequãtur p factũ accipiẽtis. sic et. ff. de iure dot. l. stipulationẽ sicut pro expresso nascere tur: vt. j̄. de do. q̄ sub mo. l. j. & . ij.

50 SI à sponso.] CASUS Sponsus dedit sponsæ, distinguiť: aut interuenit osculũ, aut nõ. Primo casu si moriať spõsus vel spõsa, medietas rerũ donatarũ remanet penes spõsam, medietas penes hæredes. In secũdo casu nõ valet donatio, siue 60 spõsus siue spõsa moriať. Sed qd ecõtra si spõsa donauit spõso qđ raro accidit. Certè hoc casu si interuenerit osculũ. vel non, solida donatio reuocatur.

† Ecce hîc magis fauetur mulieri quàm viro contra. l. in multis. & i. bino. pal. ff. de leg. similis fauor mulierũ est in. l. ij. C. de ijs, qui ven. æta. impetra.

s ¶ Osculo.] Quod mulier diciť dare, nõ accipere & gratia viri nõ mulieris interuenit.

Osculũ gratia cuius interuenit.

70 t ¶ Iure.] ciuili, vel prætorio.

v ¶ Non interueniente.] vel interueniente qdẽ: sed fuit illicitũ matrimonio non secuto iuris p hibitione.

x ¶ Raro accidit.] quia auara est auarissimũ enim genus est mulierum: 80 vt. ff. ad velleianũ. sed si ego. in fine. & ff. de donatio. inter vir. & vxo. l. si stipulata. §. primo. & quia sagacior: vt suprà de ijs, qui ve. ætate. impe. lege secunda. §. fœminas.

Auarissimũ genus mulierũ.

Minoribus.

Minoribus ætate fœminis, etiã actorũ testificatione in ante nuptias donatione [a] ad eas facta omissa, si patris auxilio destitutæ sint, iustè consulitur, vt firma donatio sit. D. x. Cal. Mart. Constantinop. Tauro & Felice Conss.

¶ Licet pater transeat ad secunda uota, uel etiã mater: non tenentur tamen reseruare filijs primi matrimonij donationẽ propter nuptias, quã recuperauerit pater: nec dotem, quam recuperauerit mater soluto primo matrimonio. Vel sic, & breuius: quod ad alterum ex coniugibus reuertitur de eo quod dedit, non tenetur filijs primi matrimonij reseruare. h. d. Bald.

Imperator Zeno A. Sebastiano præfec. præto.

LEX XVIII.

SI liberis ex priore matrimonio procreatis pater ad secundas migrauerit nuptias, vel nõ migrauerit: nihil omnino filijs prioris coniugij ex donatione [b] ante nuptias, quã ipse vel alius pro ipso vxori quondam eius matri cõmunium liberorum donauerit, seruare cogitur: quoniam & mater liberis ex priore matrimonio extãtibus, post secundas nuptias, multoque amplius si non fuerit alteri marito sociata, nihil [c] ijsdem filijs ex dote quã patri eorum ipsa vel alius pro ea obtulerit, seruare cõpellitur.

¶ Constante matrimonio dos & donatio propter nuptias possunt de nouo augeri & de nouo constitui, & pacta de nouo apponi, uel uetera prorogari: & hypothecæ ex die augmenti contrahi: & econtrario possunt dos & donatio minui nisi ista diminutio fieret in fraudem filiorũ primi matrimonij. h. d. Bal. & Sali.

Imper. Iustinus A. Archelao p. p. L. XIX.

SI constante matrimonio consilium augendæ dotis inierit, vel vxor fortè, vel eius nomine quilibet alius: nihilominus marito quoque liceat seu pro marito cuilibet alij, tanto donationẽ ante nuptias additamento maiorẽ facere, quãto dotis augetur titulus. Nec obsit in huiusmodi munificentijs, interdictas esse [d] liberalitates tempore nuptiarum. Indulgendum [e] est nãque consensui communi partium ne cũ negetur augendæ potestas donationis, dotis etiam pigrius [f] constituatur augmẽtum. ¶ Idẽ licere præcipimus etiã in ijs matrimonijs, in quibus interdũ accidit, ante nuptias quidem donationẽ nullã [g] esse, solã verò dotẽ marito mulierẽ obtulisse: vt etiã tũc muliere dotem augente, liceat marito quoq; donationẽ in vxorẽ suã eiusdem quantitatis [h] facere, quãtum aucta dos cõtinere dinoscit: pactis valet de redhibitione vel retentione auctæ dotis vel donationis (prout partes consenserint) per iam statuto [i] modo ineundis, siue iniungendis veteribus pactis, quæ initio nuptiarum de ante nuptias donatione & dote principaliter cõstituẽda inita [k] sunt. ¶ Iura etiã hypothecarũ quæ in augenda dote vel donatione fuerint, ex eo tẽpore initiũ accipiãt, ex quo eædẽ hypothecæ cõtractæ sunt, & non ad prioris dotis, vel ante nuptias donationis tẽpora referantur [l]. ¶ Sed & si econtrario maritus & vxor ad diminuẽdã dotem & ante nuptias donationem cõsenserint: licere eis ad similitudinem diminutionis quæ in dote fit, etiam ante nuptias minuere donationẽ: vt pacta de amborũ diminutionibus ineunda, firma [m] & legitima esse intelligant: exceptis videlicet ijs casibus, in quibus aut maritus ex priore matrimonio liberos habens, ad secundas migrauerit nuptias: aut vxor similiter ex anteriore matrimonio liberis extantibus, secundo marito se iũxerit. in hoc enim secundo matrimonio, vel à parte mariti vel à parte mulieris, vel ab vtraq; (si hoc etiã acciderit) interdictã esse diminutionem dotis vel ante nuptias donationis, ne aliquid aduersus filios prioris matrimonij machinari [n] videatur, censemus.

In authen. de æquali do. & propter nu. do. §. aliud. col. vij. consti. viij.

¶ Dictũ est in lege, si cõstante. quod licitũ est si cõstãte matrimonio dos augetur, augere vel facere donationẽ propter nuptias. In hac aut. in. j. rñ. dicitur, quod hoc nõ solũ est permissum, sed est necesse. sed statim, quæritur, in quibus rebus possit fieri istud augmẽtũ? Pone quod uir est grauatus ære alieno: mulier uult facere augmentũ dotis, ut excludat anteriores creditores mariti: ut. j. qui po. in pi. ha. l. assiduis. an istud augmẽtũ poterit fieri in qualibet re? Rñ. quod hoc casu debet fieri in re immobili, nõ in quãtitate. nã si fiat in re mobili vel quãtitate, in isto augmẽto nõ utetur aliquo priuilegio contra creditores mariti. h. d. Bal.

SEd iam necesse est, si alia pars augmentum præstat,

Minoribus.] CASVS. Mulier minor. xxv. annis patre destituta recepit donationẽ tantæ quãtitatis, quæ requirebat insinuationẽ: nũquid donatio ista sine insinuatione facta valebit? Certè sic.

a ¶ Donatione.] licet sit vltra. ccc. solidos: vt & . j. de dona. l. sancimus. §. aliàs verò. secus si esset maior: vt hîc, & . j. de iur. do. l. fi. §. simili. Sed hodie idẽ si esset maior: quia si pacta lucri cedant parti mulieris, non nocet insinuatio omissa sed econtra necet viro ad lucrum dotis: vt j. in aut. c. l. decursum est.

SI liberis.] CASVS. Paterfamiliàs habuit primam vxorem, & ex ea succepit liberos, & dotẽ lucratus est ex pacto, vxore præmortua. nunquid tenetur seruare dotẽ liberis primi matrimonij? Certè nõ, si nõ cõuolat ad secũdas nuptias. Idẽ ecõtra est in muliere, cui donata est donatio propter nuptias à viro.

b ¶ Ex donatione.] ad se reuersa, vt debet: quod est no. per. l. istam: quia sicut dos ad mulierẽ: ita donatio ad virũ redit soluto matrimonio: vt hîc dicit. Itẽ dubitatio legis erat secundũ quosdã: quia si vir lucraretur dotẽ ex pacto, teneret seruare sic ex morte mulieris lucrari videt donationem, sed certè magis videtur rehabere suã. sic econtra dicas in muliere.

Dos ad mulierem redit soluto matrimonio.

c ¶ Nihil.] cũ habeat alia bona, ex quibus põt relinquere vnicuiq; filio tñ quãtũ dat secũdo viro in dotẽ. & sic soluitur cõtrariũ, quod est j. de secũ. nup. l. hac edictali. in prin. Aliud aũt si apud maritũ aliquid ex dote remaneret, vel apud vxorẽ ex donatiõe quia seruare cogeretur: vt. j. de secun. nup. l. fœminæ.

SI cõstante.] CASVS. Mulier copulauit sibi Titiũ in maritũ, & paruã dedit dotẽ, & ille paruã donationẽ, an illa posteà cõstãte matrimonio possit augere dotẽ, vel ille donationẽ? Et rñ. quod sic. Item si illa vult augere dotẽ, ille donationẽ facere põt, vt æqualis sit quãtitas tã dotis quã donationis. Et pacta, quæ apponũtur de non reddẽda dote vel retinẽda illa, debebũt obseruari in donatione: & bona Titij tacitè erũt obligata pro illa quãtitate, quã mulier adiecit ab eo tẽpore, quo aucta est dos. Et sicut vir & vxor pñt augere dotẽ & donationẽ constãte matrimonio, ita possunt diminuere, nisi in casu. verbigratia, Maritus vel vxor suscepit filios ex primo matrimon. vult cõuolare ad secũdũ matrimoniũ: tũc si vult mulier dotẽ vel partẽ dotis dare marito, nõ põt: nisi tñ det vnicuiq; filiorũ, quos suscepit ex primo matrimonio, quãtũ dat isti secũdo marito. & hoc casu mulier nõ põt diminuere dotẽ in fraudẽ filiorũ iure præsumente cõtra eã, quod aliud agat, & aliud agere simulet. pone enĩ quod mulier dedit causa dotis marito. c. si vult modò diminuere dotẽ, non potest.

d ¶ Interdictas.] iure ciui. vt. ff. de do. ĩter virũ et vx. l. j. sed ibi simplici do.

e ¶ Indulgendum.] id est remittendum aliquid de rigore iuris. sic. j. de tempo. ap. l. ij. in fin.

f ¶ Pigrius.] sic. j. de bo. quæ lib. l. constitutionis. §. prospiciendum.

g ¶ Nullam esse.] s. ab initio.

h ¶ Eiusdem quantitatis] vt insti. de do. §. est & aliud. & dic quãtitatis, id est quotitatis iure isto sed hodie etiã quãtitatis: vt. j. de pac. con. l. ex morte. & l. lege. & in aut. æqualitas. secundum quosdam. quod non placet. & illæ leges ad pactum lucri intelligunt: hæc ad cõstituendam dotem & donationem.

i ¶ Statuto modo.] in prin. huius legis: vbi dicit indulgeri sibi pacta: & si nil dicat, erit & illud seruãdũ, quod in prĩcipali erat vt ff. de pac. do. l. inter socerum. §. ij.

k ¶ Inita sunt.] cũ dos constituebatur.

l ¶ Referantur.] sic et j. de secũ. nu. l. hac edictal. §. fi. & . j. de pac. cõ. l. fi. Sed ar. cõtra est. j. de bo. quæ lib. l. cũ oportet. in fi. & . j. qui poti. in pig. ha. l. fi.

m ¶ Firma.] in casibus illis tñ, vbi licet solui dotem cõstãte matrimonio: vt. ff. solu matri. l. si cõstãte. & de iure do. l. mutus. §. manente. alioquin contra vt. j. si dos constãte matrimonio. l. vnica. quæ est cõtra. Vel dic, hîc non erat dos præstita, sed promissa, & per pactũ remissa.

n ¶ Machinari.] sed quomodo aliquis posset machinari, cũ quãtũ sit datum secũdo cõiugi nomine dotis vel donationis, spectet tẽpus mortis binubi parẽtis: vt in aut. de nu. §. quia verò hactenus. co. iiij? Rñ. nihilominus & tẽpus contracti matrimonij. ĩspicitur enĩ vtrunque. si enim tempore cõtracti matrimonij fuerint. xx. in dotem data sub pacto de lucrãdo, tempore aũt mortis binubi parẽtis sint diminuta in. v. tñ tẽpus cõtracti matrimonij spectatur. Si verò ponas ecõtra, inspicit tẽpus mortis binubi ergo ideo dicit hîc, quia citò per hoc. i. per talẽ diminutionẽ filij prioris matrimonij grauarent qui debent reuocare, quod plus est: vt. j. de secũ. nupt. l. hac edictali. §. sin verò plus quàm statutum est. Iste ãt ideo vult diminuere, vt fraudet filios prioris matrimonij vt nõ possint reuocare. s. filij: cũ iã tẽpore mortis nõ inueniat plus in dote, & sic debeat cõicari cũ filijs & secũdi & primi matrimonij secũdũ H.

¶ SEQVITVR AVTHENTICA. *Sed iã necesse & c. quæ legitur sup principio huius legis. & est ex corpore de æquali do. §. aliud. col. vij.*

SEd iam.] CASVS. Hîc dicit, quod si mulier auxit dotẽ, maritus põt augere donationẽ: & si vir nõ tenet aliquo debito, tũc possunt augeri donationes, vel de rebus mobilibus. Si verò maritus grauetur ære alieno, cum debeat augere dotẽ & donationem de rebus immobilibus: quia tñ si mulier haberet prædia & res immobiles, & augeret dotem de rebus mobilibus, non gauderet aliquo priuilegio.

a ¶ Celebrare.] non ergo in volũtate erit,vt erat per legẽ,si constante.sed ex necessitate.
b ¶ Aere.] magno.
c ¶ Augmentum.] dotis.
d ¶ Ac si debitor sit.] magnæ authoritatis.
e ¶ Suspicio.] Alioquin aliud erit.Itẽ hoc erit pro pter priores creditores nõ ꝓpter sequentes:vt videt sedcertè eadẽ fraus aduer 10 sus sequẽtes posset cõmi.
f ¶ Aduersus alios creditores.] præceden tes vel etiã sequentes,secũ dũ H.& B.& Azo.& Acc.

Cvm multæ.] CASVS. Olĩ si donatio fiebat vltra q̃n gentos solidos, non vale- 20 bat sine insinuatione:q̃a ille qui donabat, debebat notificare præsidi, & impetrare licentiam donãdi. vnde mariti decipiebant vxores:quia non insinuabãt donationes: vt sic ꝓ infectis haberentur.Et sicut dos potestconstitui cõ stante matrimonio, ita & 30 donatio propter nuptias. quæ licet fiant constante matrimonio,nõ debẽt di ci simplices donationes, sed propter nuptias: non tamẽ debet donatio esse maioris quantitatis,quàm dos.& si fuerint aliqua pa cta inter virũ & vxorem puta de dote vel donatio- 40 ne lucranda: illa obseruentur.sed si super dona. non fiat pactum , sed super dote sic:tunc pactum factum in dotem intellige repetitum in donatione propter nuptias .Pacta ta men quæ fiunt de dote lu crãda vel donati. intelligi debent in partibus,& non 50 in quãtitatibus.Verbi gra tia:Mulier dedit mihi dotem.xxx.& fecit pactum de dote lucranda pro tertia.& ego dedi pro dona. xv.& fecit pactum simile vxor.habeo.x.ab ea: & illa lucrabitur quinque . Si autem mulier fecit mihi pactum de lucranda ter- 60 tia parte dotis: & ego de lucranda parte quarta do na.propter nupt. tunc illa tertia deducetur ad quartam.Item donatio ante & post matrimoniũ potest insinuari.

g ¶ Supersedebant.] Vsque dum fieret matrimoniũ per verba de præ- 70 senti.Et no.tria vitia oli, scilicet quia fiebat antenu ptias donatio hæc nõ post Secundum quia vocabat ante nuptias. Tertiũ quia ante,non post matrimonium contractum poterat insinuari.& duo vltima nascuntur ex primo . primum per Iustinũ est sub- 80 latum:vt.s.l.proxi.secũdũ tollit hîc vsque illuc.si igit &c.tertiũ tollit.j.§. pe.

Donatio propter nuptias olim tria habebat vitia.

h ¶ Lucrentur.] si pacta dotalia cedebant parti viri.
i ¶ Vxores autem.] quæ debuerunt facere insinuationem,quod in dote non erat opus,cuiuscunque quantitatis esset.
k ¶ Emendato.] sic & insti.de do.§.est & aliud.& postea dicit de insinuatione,non tamen plenè,nisi ꝓ potest fieri etiam matrimonio cõstante:vt.j. e. §.fina.sed authentica,eo decursum &c.plenè dicet.Et not.tria in hac lege.Primo qualiter probatur ꝓ multa similia,quæ habet cũ dote donatio,ꝓ et hoc habeat,vt etiam cõstãte matrimonio fieri possit, vt dixerat Iustinianus.& sic propter nuptias vocetur.& hæc sunt duo vitia,q̃ dixi.Secundò de pac.lucrorũ,de quo non dixerat in prin.Tertiò de insinuatione.

l ¶ Rem.] i.quæstionẽ omissæ insinuationis.non dicas, an possit fieri cõstante matrimonio:quia hæc est soluta.s.l.proxi.sed nouas rationes dicit.

alteram quoque partem incremẽtum celebrare [a] :& si quidem vir alieno ære [b] non impediatur in reb⁹ quibuslibet procedat augmẽtum [c] . At [d] si debitor sit:ne fruadis erga creditores suspicio [e] subesse possit,omnino res ĩmobiles incremento ꝓficiant.¶ Si enim mulier immobilis substantię domina,res mobiles in augmentum dederit: in hac parte dotis nullo vtetur ad uersus [f] alios creditores priuilegio.

¶ *Donatio,quæ olim ante nuptias dicebatur hodie propter nuptias appellatur,proprio vocabulo ei imposito, & potest fieri constante matrimonio. Et pacta dotalia, id est in dote apposita, in ista donatione correlatiua tacitè intelliguntur repetita. Et potest donatio propter nuptias insinuari tã ante,quàm post matrimonium,quocunque modo durante matrimonio.h.d.Bal.*

Imp. Iustinianus A.Ioanni præfec.præto.

LEX. XX.

Cvm multæ nobis interpellatiões factæ sint aduersus maritos,qui decipiendo suas vxores faciebant donationes , quas ante nuptias antiquitas nominauit,insinuare autẽ eas actis interuenientib⁹ supersedebãt [g] , vt infectę maneant,& ipsi quidem dotis commoda lucrentur, [h] vxores autem [i] sine nuptiali remedio relinquantur:sancimus nomine prius emẽdato [k] ,ita rem [l] corrigi,& nõ ante nuptias donationem eãdem vocari,sed propter nuptias donationem. Quare [m] enim dotem quidẽ etiam constante matrimonio,mulieri marito dare cõceditur: donationem autẽ marito,nisi ante nuptias,facere non permittatur? & quæ huius rei differentia rationabilis potest inueniri : cùm melius erat mulieribus propter fragilitatem sexus quàm maribus subueniri?sicut enim dos propter nuptias fit [n] ,& sine nuptijs [o] quidẽ nulla [p] dos intelligitur,sine [q] dote autem nuptiæ possunt celebrari [r] : ita & in donationibus,quas mariti faciunt,vel pro his alij,debet esse aperta licentia,& constante matrimonio talem donationem facere [s] :quia quasi antipherna [t] hæc possunt intelligi,& nõ simplex donatio.Ideo enim & antiqui [v] iuris conditores inter donationes etiã dotes connumerant.¶ Si igitur & nomine [x] & substantia [y] nihil distat à dote ante nuptias donatio: quare non etiam ea simili modo & matrimonio cõtractodabitur? ¶ Sancimus itaq; omnes licẽtiã habere:siue prius , quã matrimonia cõtraxerint,siue posteà:donationes mulieribus dare propter dotis donationem:vt non simplices donationes intelligant, sed propter dotẽ & propter nuptias factæ.

In authen. vt immo.ante nup.do.§.si quis.coll.v.constitu.xiiij.

¶ *Pro donatione propter nuptias competit in rem actio mulieri.h.d.Bald.*

Permissa est [z] & in rẽ actio ꝓ tali donatione mulieri aduersus omnes possessores.

FINIT AVTHEN.

¶ Sequitur textus.C.

¶ Simplices etenim donationes nõ propter nuptias fiunt,sed propter nuptias vetitę sunt:& ꝓpter alias [a] causas,& libidines forsitã, vel vnius partis egestatẽ,non propter ipsarum nuptiarũ affectionẽ efficiũtur [b] .¶ Si igitur [c] dote iã ꝓstita,maritus nulla ante nuptias donatione facta, donare mulieri res maluerit , ita tamen,vt dotis quantitatẽ [d] non excedant, & hoc ipsum significauerit,ꝙ nõ simplicẽ faciat donationẽ sed propter dotem iam conscriptã & ipse ad donationem venerit:licebit hoc ei facere:& supponat pactis dotalibus huiusmodi donatio: & si quidem hoc specialiter fuerit expressum [e] ,pacta cõuẽta seruari oportet [f] .¶ Sin autem donatio quidẽ talis facta sit vt pote dotali instrumento antecedente, nulla autem pacta tali donationi post nuptias inferantur:re ipsa videatur hoc esse pactum,vt secũdũ dotales cõuẽtiones intelligãtur & in tali donatione pacta fuisse cõuẽta: vt æquis

m ¶ Quare.] bene dico sic vocari, cũ fiat & post: et meritò fit post.quare enim &c.
10 n ¶ Fit.] etiã constãte matrimonio.
o ¶ Nuptijs.] Quia nuptiæ sunt cã causans: sed dos est cã causata.ergo deficiente cã causante, deficit & cã,q̃ debet causari.
p ¶ Nulla dos.] sic & ff.de iure do.l.iij.& in au thẽ.de triẽ.& semis.§. sed 20 nec. colla.iij.
q ¶ Sine dote autem.] ar.cõtra in decre.xxx.q.v. c.nullũ sine dote.
r ¶ Celebrari.] & sic est similiter in donatiõe.
s ¶ Facere.] s. sicut est in dote.
t ¶ Antipherna.] cõ tra dotẽ,ab anti, quod est 30 contra,& pherena, id est dos.quasi contra dotẽ datio,vt hæc donatio est[a].
v ¶ Antiquiiuris.] dicentis ꝙ alia est simplex do.alia obcãm,sicut ẽ dos & hæc don. vt.ff.de do.l.j.
x ¶ Nomine.] Quia am bæ dicũtur donationes.
y ¶ Et substantia.] 40 Quia vtraq; fit ꝓpternuptias.& ꝓpter vtrãq; dat rei vẽdicatio.& hoc dicit ant.ꝓmissa &c.quã hîc.l.
z ¶ Permissa est & &c.] Hæc aut̃ sumit in aut̃.vt ĩmo.ante nu.do. coll.v.& in aut̃. de æqua. do.§.aliud.colla.vij. quã habes.j.de.iure do.aut̃.do 50 nationem.
a ¶ Alias causas.] ne mutuo amore spolientur & ne melior fiat pauperior:aut deterior fiat ditior vt.ff.de don.inter virũ & vxo.l.j.& ij.& iij.in prĩ.
b ¶ Efficiuntur.] sicut fit hîc.
c ¶ Si igitur.] nunc se- 60 cunda pars incipit.
d ¶ Quantitatẽ non excedant.] imò videt posse excedere:vt.j.de pa. do.l.ex morte.quã & con firmat.j.e.l.§.ita tñ &c.So. vbi à principio cõstituunt dos & donatio,põt ĩæqualiter cõstitui:vt ibi.vbi ex postfacto cõstituit alterũ 70 sec⁹:vt hîc.sed hodie sem ꝓ æqualiter:vt.j.aut̃.æqualitas.q̃ est sup.l.contrariã.
e ¶ Expressum.] q̃a pacta sunt facta in donatiõe.
f ¶ Oportet.] s.quotam partem dotis vel donationis debeant lucrari.si aũt in dote prius data fuit aliquod appositum:in dona 80 tione posteà data nullum:quod erat in dote,intelligetur in donatiõe,& hoc subijcit.sic ergo pactum si est expressum,etiam inæquale,valet:vt hîc pacta conuenta &c.Sed contra.j.de pact.conuen.l.ex morte.vbi saltem in quantitate exigit æqualitatem.Solu.hæc corrigit,quod non placet:imò hæc illã con firmat:vt.j.§.ita tamen &c.Dic ergo quòd hîc dicit,q̃n ex postfacto cõstituitur , ibi ab initio vtraque.Sed authentica dicit vbiq; seruari æqualitatem etiã in quantitate,& non solùm in quotitate.quæ authentica ibi ponitur , æqualitas &c.

Antipherna quid est & vnde dicatur.

a Vide de hoc Alcia. præterma. lib.j.

Donatio quare est inter cõiuges prohibita.

Dos & donatio an possint cõstitui inæqualiter.

Aequis

passibus[a] vtraq; ambulet, tam dos quā donatio: ita tamen vt Leoniana[b] cōstitutio (quę super exęquatione pactionum loquitur, non in quantitate, sed in partibus[c]) maneat in his casibus intacta: & non solùm ea immutilata custodiatur, sed etiam nostra[d], quā de interpretatione eius fecimus, ambiguitatē eius tollentes. disparibus etenim pactionibus factis, maiorem lucri partē ad minorem[e] deducendam esse cēsemus, vt eodē modo vterq; minorem partem lucretur.

In authen. vt exac. instā. do. §. illud. colla. vij. constit. v.

¶ Nota. est valde: & dicit quòd dos data meretur donationem propter nuptias coæqualem sibi in quantitate & quotitate, & pactis. ita intelligit glos. Secundò dicit, quòd si mulier non dedit dotem, sed promisit, & vult dare & offerre: deponit & consignat, si res consignabilis est: vel offert tantùm si immobilis: (quod simile est danti) & promeretur donationem. sed si differt dotis præstationem, non meretur propter nuptias præstationem, aliâs largitionem. hoc dicit. Bald.

Dos data donationē propter nuptias meretur[f]: præterea si pars mulieris dotem soluere sit parata, cùm ex diuerso recusetur, & mulier hoc contestetur: cumq; sit res[g] mobilis, signaculo imposito recondat: aut ingrediens iudicium hoc petat fieri, vt parti viri denuncietur: nequaquā declinanda est donationis exactio[h]. At si per dilationē dos viro non detur: etiā donatio prorsus denegetur.

FINIT AVTHEN.

¶ Sequitur textus C.

¶ Similiq;[i] modo si facta quidem fuerit talis donatio, quę anteā quidem ante nuptias vocabatur, nūc autem propter nuptias, non autem fuerit actis interuenientibus insinuata: licebit etiam constante matrimonio eam insinuare, nullo penitus obstaculo ex nuptiarum interuētu faciēdo. si enim fieri eas post nuptias concedatur: multò magis insinuari. ¶ Similiq; modo & ea constitutio, quam pro augēdis tam dotibus, quàm ante nuptias donationib⁹ fecimus[k], intacta illibataq; conseruet: omnibus videlicet quæ de simplicibus donationibus inter maritum & vxorem cōstāte matrimonio vel à veteribus[l] vel à nobis statuta sunt, in suo robore duraturis.

In authen. vt spō. larg. in prin. coll. ix. constit. ij. & in aut. vt fra. filij. §. illud quoque. coll. ix. consti. vij.

¶ Ista authentica continet ius positiuum. Primò præmittit quoddam præambulum, scilicet quòd donatio propter nuptias est specialis contractus, id est proprius distinctus & ualidus, & iustus. Secundò subdit, quòd vbi facta est donatio propter nuptias, in qua est appositum pactum de lucrando, consimile pacto dotis: mulier quæ non insinuat donationem propter nuptias, non meretur pœnam, quin existente conditione lucretur: sed vir, qui non insinuat, meretur pœnam quod sibi non prodest pactum lucrandæ dotis. hoc dicit. Bald.

Eo decursum est, vt sponsalitia[m] largitas specialis[n] sit cōtractus, nec insinuationem[o] desideret, etiamsi ab alio detur, licet in[p] viri personam donatio fiat, quatenus[q] ipse in hunc contractū conscribat. hoc quantum[r] ad mulierem. ¶ At si vir vel alius, qui dederit eam, nō insinuet, cùm[s] ea sit quantitas, & pacta dotalium concedant[t] parti viri: nullam super eis habeat vir actionem.

Pater donationem ꝓpter nuptias, quam contulit in vxorem non cogitur seruare liberis prioris matrimonij, etsi ad secundas nuptias migrauerit. aliud est si apud maritum aliquid ex dote, vel apud mulierem ex donatione resedit. ¶ Illud enim seruare liberis prioris matrimonij debet.

In authen. de æquali. do. §. aliud. colla. vij. consti. viij.

Nunc inhibetur diminutione fraus fiat liberis prioris matrimonij, quorum vnicuique etiam cui minus datum est dare tantum cogitur, quātum secundæ vxori. ita etiam à parte vxoris.

TITVLVS IIII.

De nuptiis.

¶ Quando super maritanda puella discordant consanguinei & tutor, arbitrium iudicis est necessarium, qui debet eligere quod est vtilius puellæ, & non pati quod est inutile. hoc dicit. Bald.

---

a ¶ Aequis passibus.] quantum ad pactum.
b ¶ Leoniana.] vt. j. de pac. cō. l. ex morte.
c ¶ Partibus.] quotis. quæ corrigitur per authēticā ibi positam.
d ¶ Sed etiam nostra.] vt in eo. ti. l. lege. ambæ tñ dicunt, qñ ab initio est vtraque constituta: vt modò dixi.
e ¶ Minorem.] si maius reducit ad min⁹, ergo aliquod ad nullū, si super aliquo eorū sit nullū, cū id qđ nullū sit minus sit vt. ff. de tribu. l. illud. §. minus. quod est falsum: imò nullū ad aliqđ: vt. s. ea. l. §. si autē donatio &c. sic & aliàs fallit argumētū ꝑdictū: vt si instituā te hæredē in xj. vncijs: & aliū simpliciter: habet partē vacantē. si verò nulla vacet, qa primus in .xij. vncijs sit institutus, alius in medietate tātū: priori ademptū videt, & secundò datū. sic & in legato: vt. j. de lega. l. cùm quæstio.

Dos data.] CASVS. Lex codicis dicit, ꝙ maritus pōt facere donationem. Authē. imponit ei necessitatē facere donationē. & mulier si velit soluere dotē & maritus eā nolit accipere, potest eā consignare & deponere, corā iudice & corā testibus: dicit mulier se esse paratā soluere secundū pactum, quod fecit⁹ de lucranda donatione.

f ¶ Meretur.] id est debebit eā mulier lucrari soluto matrimonio: licet nullū pactum de ea vel eius quota parte lucrāda fuerit factū quod non placet: imò est dicere, ꝙ sicut mulier constituit dotē, ita & maritus debet donationē propter nuptias constituere. & sicut dos ad mulierē soluto matrimonio redit, nisi pactū sit de lucrādo vt. j. de rei vxo. act. §. illo proculdubio. sic & donatio redi ad maritū: cū lex ista, cū multæ, dicat dotē & donationem ꝓpter nuptias æquis passibus ambulare, sed cur meretur vxor, cū ipsa nō lucretur eā, nisi ex pacto speciali: vt. d. §. illo. nec fruct⁹ habeat? Rñ. vt securior sit in dote. nā res suas vir alienat cōsentiente vxore: vt. s. ad velleia. l. etiam. quod non est in donatiōe: vt in aut. ibi posita: siue à me &c. Sed qua actiōe agitur vt fiat donatio? Respon. condictione ex hac. l. Sed Azo dixit, ꝙ agit mulier condictione, vt sibi tradatur, non autem vt constituatur: quia ipso iure est constituta in simili quantitate qua est dos.

Dos & donatio propter nuptias æquis passibus ambulant.
Donatio propter nuptias quare dat vxori.

g ¶ Res mobilis.] Nā aliter non fit depositio: vt argu. j. quādo & quibus quarta pars. l. ij. lib. x.
h ¶ Exactio.] Sed qđ si nec fuit constituta donatio, nec petita cōstitui, sed facto diuortio petit eā cōstitui & lucrari pro tertia, cū dotē dedisset: & de ea lucranda pro tertia sit factum pactum? Rñ. nō potest agere: sed sibi imputetur quare constante matrimonio non fecit sibi fieri donationem. Item nunquid pactum de lucranda dimidia parte dotis valebit, cū nullū fiat in donatione? Rñ. sic. Alij contra: cū dicat lex ista, cū multæ. disparibus etenim &c. & min⁹ dicitur, & si nihil: sit vt. ff. de tri. l. illud. §. penul. & ff. de verbo. signi. l. minus. Sed contra eos est. s. ea. l. §. si autem donatio &c.
i ¶ Similique modo.] tertia pars legis. & refertur ad prin. l.
k ¶ Fecimus.] s. l. prox. videt eñ fecisse cū fecerit pater eius. Vel dic ꝙ fecit aliam nō quā habem⁹ similem illi.
l ¶ A veteribus.] vt ff. de dona. inter virum et vxo. per totum & j. de dona. īter vir. & vxo. ꝑ totū.

Eo decursum.] CASVS. Lex antiqua dicit, ꝙ maritus debet insinuare donationem. Authen. dicit, ꝙ non est necesse vt insinuetur siue maritus fecerit donationē ī vxorē. siue ecōuerso. & quod dixi, nō est necesse vt insinueť, verum est quo ad mulierem: qa si vxor fecit ei pactum de lucranda dote, maritus petere non potest dotem si non est insinuata.

m ¶ Sponsalitia.] i. donatio propter nuptias. & sic impropriè dicitur: sed ꝓpriè illa quā spōsus spōsę vel cōtra dat & facit.
n ¶ Specialis.] quia qđdam speciale in ea seruať vt subijcit, nec enim insinuationem &c. olim contra, nisi in casu: vt. s. eod. l. minoribus.
o ¶ Insinuationem.] quæ exigitur in donatione excedente qngentos solidos: vt. j. de do. l. pe. & fi.
p ¶ In viri personā.] s. nomine viri fiat mulieri.
q ¶ Quatenus.] i. eo pacto vt cōscribat scilicet maritus in hunc cōtractū i. donationē propter nuptias, id est dicere, hoc pacto vt fiat insinuatio. vel vt subscribat maritus.
r ¶ Quantū ad mulierem.] vt insinuatio non sit necessaria.
s ¶ Cum ea sit quantitas.] quia excedit quingentos solidos.
t ¶ Cōcedāt parti.] dicit enim ꝙ fecerat pactū vir de lucrāda dotæ, quæ erat mille. & sic vltra qngenta si mulier, scilicet ꝑdecederet, & mulier deberet lucrari donationē propter nuptias, si vir prędecederet: quę similiter erat in mille. lucrabitur ergo mulier donationē, si vir ꝑdecedat, licet non interuenerit insinuatio. at ecōtra si vxor ꝑdecedat, nō lucrabitur vir de dote, si donatio nō est insinuata.

Nunc.] CASVS. Lex Codicis dicit, ꝙ cōstante matrimonio pōt dos minui ista aut. corrigit dicēs ꝙ hodie istud est ꝓhibitū. secūdò dicit ꝙ marit⁹ vel vxor teneť dare vni filiorū primi matrimonij tantū quātum dat vir mulieri, vel mulier viro.

¶ DE NVPTIIS. ¶ *Dixit de præābulis nuptiarū. s. sponsalibus. sequitur nūc de nuptijs. Vel sic: Præmissis ꝑparatorijs nuptiarū. ponit de nuptijs. Azo.*

Cum de nuptijs.] CASVS Mulier quædã habebat filiã minorem .xij.an.cuius malitia supplebat ætatem: eratq; thori matura, vnde mater & tutor illius puellæ impuberis, tractabãt de marito ei tradendo: super quo eligendo fuerunt discordes. q̃ritur, quid hoc casu agendum sit? Respon. quòd recurrendum est ad præsidé prouinciæ: & ille qui sibi iustior videbitur, præferetur in nubendo cum puella. Viuia.

a ¶ De nuptijs.] Futuris. aliàs si nõ esset pupilla, non haberet tutoré, et eius voluntas quæreret vt.j.eo.l.in copulandis. & l.viduæ.&.l.in cõiunctione. Alij dicunt, q̃ hæc puella nolebat suã voluntaté diere cultu verecundiæ: vt.d.l.in coniunctione. qđ tamen non placet cùm & ibi in adulta dicat.

b ¶ Arbitrium.] Per quod sedetur eorũ discordia. sic & insti.de satisd.tuto.§.sinautem.&.ff.de ad mi.tuto.l.iij.§.fi.

Si nuptijs.] CASVS. Filiafa. contraxit nuptias cõsentiente patre pater in instrumento dotali nõ se subscripsit. nũquid nuptiæ sunt legitimè contractæ? Respon. q̃ sic. Viuia.

c ¶ Non subscripsit.] hoc visum q̃que: hodie contra: vt in authé. sed non uo iure. quæ est j.eo.

Libertum.] CASVS. Libertus nõ potest cõtrahere nuptias cũ patrona vel patrõi filia vel coniuge, vel nepte, vel pronepte: & si contraxit: nuptiæ non valent: vnde de hoc poterit accusari, & sustinebit pœnas iudicantis. Viuia.

d ¶ Coniugem.] Quõdam.

e ¶ Accusare poteris.] Quicunque sis, scilicet de stupro, vel adulterio, vel sacrilegio: nisi vilis esset talis fœmina: vt ff.eo.l.de ritu nup.l.si patrona quæ est contra.

f ¶ Congruentem.] scilicet extra ordiné suo officio secundum quosdam.

g ¶ Odiosas.] Iure ciuili, sed non naturali.

h ¶ Merito.] Propter reuerentiam personarum & facit.ff.eo.senatoris filia & .l.lege.

Liberi.] CASVS. Filius tuus illam quæ fuit tua concubina, in vxorem ducere non potest: & si contra fecerit, stuprum committit, & lege Iulia de stupro tenetur. Viuia.

Imp. Seuerus & Antoninus AA. Portio.

LEX I.

Cum de nuptijs [a] puellæ quæritur nec inter tutoré & matré, & propinquos de eligédo futuro marito conuenit: arbitrium [b] præsidis prouinciæ necessarium est.

¶ Etiam sine subscriptione paterna, valet consensus patris in nuptijs per filiam cõtrahendis. h.d.Bald.

Idem AA. Trophimæ.

LEX II.

Si nuptijs pater tuus consensit: nihil oberit tibi q̃ instrumento ad matrimonium pertinéti nõ subscripsit [c].

¶ Illicitum matrimonium potest coram suo iudice seculari accusari, et pœna arbitraria imponitur contrahenti. h.d.Bald. Vel sic: Libertus nec patronam, nec eius filiam, neptem uel proneptem potest ducere in uxorem. Sali.

Idem AA. Valeriæ.

LEX III.

Libertũ, qui patronã seu patroni filiã, vel cõiugé [d] vel nepté, vel pronepté vxoré ducere ausus est, apud competentem iudicem accusare poteris [e], moribus temporum meorum congruentem [f] sententiam daturum, quæ huiusmodi coniunctiones odiosas [g] esse meritò [h] duxerunt.

¶ Per concubinatum & illicitum coitum contrahitur affinitas, unde eius affines prohibentur matrimonio copulari. h.d.Bald. Vel sic: Concubina patris non debet esse uxor filij. hoc dicit. Sali.

Imp. Alexander A. Perpetuo.

LEX IIII.

Liberi concubinas parentum suorum vxores [i] ducere non possunt [k]: quia minus religiosam & probabilé rem facere videntur. Qui si contra hoc fecerint, crimé stupri committunt.

¶ Qui non contradicit & patitur cùm possit uetare: censetur consentire. h.d. Vel sic: Patientia habetur pro consensu in fauorabilibus. hoc

Affinitatis definitio.

i ¶ Vxores.] Nec concubinas habere: vt.ff.de cõcubi.l.j.§.penul.

k ¶ Non possunt.] Propter affinitatem. Sed certè contra, nõ videtur affinitas, cũ dicitur affinitas regularitas personarũ ex nuptijs cõiunctarũ, omni carens parentela. at hîc nõ prouenit ex nuptijs, sed certè sic impeditur matrimoniũ propter illicitã coniunctionem sicut per affinitatem: & sic est hîc illicita coniunctio: vt.ff.eo.l.semper. sed & hîc potest dici affinitas: vt.xxxv.q.iij. c.de incestis. ADDITIO. Aduertas q̃ de iure canonico non solùm ex licito coitu, sed etiam ex nefario oritur affinitas impediens matrimoniũ cõtrahendum: & dirimens iam cõtractũ: vt in c.discretioné & c.pe. extra de eo qui cogno. cõsan. vxo. suæ. & ca. per tuas. extra de proba. vnde secundũ canones sic diffinit. Affinitas est personarũ proximitas ex coitu proueniens, omni carés parétela sanguinis. de quo vide latius per Io.an. in declaratione arboris affinitatis: in principio.

Si vt proponis.] CASVS. Titius patre suo: sciente & non cõtradicente, contraxit matrimonium cum Berta, ex qua procreauit filium nunquid iste filius erit auo suo iustus nepos? Rñ. q̃ sic, & eum agnoscere tenetur. Viuia.

l ¶ Non contradixit.] Idem econtra in patre filiæ nubentis. ff. de spon.l. in sponsalibus.§.j. Et no. ar. hîc, qui tacet, consentit. sic. ff. furti aduer. nau. cau. sta.l.j.in fi.& ad Maced. sed iuli.§.interdum.&.l.si filiusfa.patre.&.ff.na.cau. l.h.&.§.ad Velleianũ.l.si ne. Sed. argu. contra. ff. de furt.l.qui vas.§. vetare. & adde hîc quod dicitur. ff. de contra tabul.l.iij.§. si emancipatus.

Taciturnitas quid?

dicit Bald. Vel sic: Taciturnitas patris habetur pro consensu in filij nuptijs. h.d. Sali.

Idem A. Maximæ.

LEX V.

Si (vt proponis [†]) pater quõdam mariti tui, in cuius fuit potestate, cognitis nuptijs vestris non contradixit [l]: vereri non debes, ne nepotem suum non agnoscat.

¶ Quod prohibetur initiari, potest postea impedimento cessante confirmari, accedente consensu nouo. hoc dicit. Bald. Vel sic: Matrimonium inualidum ualidatur ex nouo consensu adhibito tempore quo cessauit causa impediens. hoc dicit. Sali.

Imp. Gordianus A. Valeriæ.

LEX VI.

Etsi contra mandata [m] principum cõtractum [n] fit in prouincia consentiente muliere matrimonium: tamen post [o] depositum officium, si in eadem voluntate perseuerauerit, iustæ nuptiæ efficiuntur: & ideo posteà [p] liberos susceptos, natosque ex iusto matrimonio legitimos esse respõsum viri prudentissimi Pauli declarat.

¶ Solennitas requisita in actu faciendo, requiritur in eo reparando uel reficiendo. h.d. Bald. Vel sic: Sicut consensus patris necessarius est in matrimonio contrahendo à principio, sic indissoluto reparando. h.d. Sali.

Idem A. Apro.

LEX VII.

Si (vt proponis) post querelam de marito à filia tua ad te delatam, dissolutum est matrimoniũ, nec te consentiente ad eundem regressa est: minus legitima coniunctio est, cessante patris voluntate in cuius est potestate: atque ideo non petente [q] filia, petitioné dotis repetere non prohiberis.

¶ Authoritas curatoris in nuptijs adultæ nihil operatur, quia personæ curator non datur. h.d. Bal. Vel sic: Non curatorum uel consanguineorum, sed solius puellæ consensus in eius nuptijs spectatur. h.d. Sali.

Etsi contra mandata.] CASVS. Si præses prouinciæ durante suo præsidatu cõtraxit nuptias cum sibi subdita: illæ nuptiæ non valent. veruntamé si spõsa deposito officio remãsit in eadé volũtate, nouo cõsensu interueniéte, legitimum erit matrimonium, secundũ consilium Pauli prudétissimi. Viuia.

† Sic etiam si dominus sit quòd curator excessit fines mandati, debet fieri contra dicere. con...

m ¶ Mandata.] Differentia est inter mandata principũ, & constitutiões. Nam cõstitutio, generale est nomé ad omnes leges imperatorias pertinens. Mandatum verò est constitutio, qua cauetur quo modo rector puinciæ debeat se habere in prouincia, quam administrat: vt in aut. de manda. princ. in prin. colla.iij.

Mandatum principis & constitutio different.

n ¶ Contractum sit.] Cum administratore, q non sit oriundus inde: non enim qui in sua patria militat, prohibetur ibi ducere vxorem: vt.ff.eo.l.si qs officium.&.l.eos qui. concubinam auté potest habere: vt.ff.de cõcubi.l.fi.

o ¶ Post depositum.] No. hîc q̃ post depositum officium opus est nouo consensu. secus est in minore.xij. annis nupta, & loco vxoris habita, quæ.s. legitimo tempore impleto fit vxor, etiam sine nouo cõsensu: vt argu. ff. de spon.l.quæsitũ.& de do. inter vi.& vxo.l.cum hic status. in fi.&.ff.de rei.nu. l.iij. ADDITIO. Tu dicas de hoc vt in.c.j.§.idem quoq; de desponsa. impube. lib.vj.

p ¶ Postea liberos.] quid si antè? Rñ. non sunt legitimi. ar.ff.de sta.ho.l. paulus. sec° in natis ex concubina: vt inst. de nu.§.fi. Sed cur hoc? Respon. quia cõcubinatus nomen per legé accipit: vt.ff.de concu.in cõcubinatu. Sed alij contradixerũt. Sed quare non inspicit initiũ contractus: vt ita nullũ sit matrimoniũ: vt et aliàs. ff. mãda.l.si pcuratoré.§.j.& depo.l.j.§.ité si seru° hæreditarius? Rñ. non cõcedo vt cõtra legé inchoatũ cõualescat: sed de nouo incipit hîc finita administratione. & sic non obstat.s.de legi.& consti.l.nõ dubiũ. Alij respon. illi legi q̃ loquitur in perpetuò prohibitis: quod hîc non est, cõcordatiæ sunt huic.l.j.si quacunque præ.po.l.j.&.§.si rector pro.l.j.&.ff.de ritu. nu. qui in prouincia. in prin.&.ff.de do. inter virũ & vxo.l.iij.§.j.&.j.de dona. inter vir.& vxo.l.donationes.j.

Si vt proponis.] CASVS. Filia mea habebat maritum, cũ quo contraxerat matrimonium me consentiente: tandem conquesta de marito suo, fuit celebratum diuortium: posteà reconciliata est suo marito me inuito: cui competit repetitio dotis, quæritur? Respon. q̃ tibi patri: quia sicut filia tua te inuito non potest matrimonium contrahere: ita nec marito reconciliari. Viuia.

q ¶ Non petente.] imò etiã cõtradicéte. qđ aliàs nõ esset: vt.j.de rei vxo act.§.& hoc ex rei.&.ff.sol.ma.l.ij.§.penul.&.l.dotem.&.l.volũtate.& facit.ff. de sta.ho.l.Paulus.&.ff.eo.l.nuptiæ.ij.xxxij.q.iij.c.patrem.

Sed contra

Sed contra. xxvij.q͠o.ij.c.sufficiat. extrà de rapto. ca. cum causa.&.ff.de pact. do.l.cum maritus.§.Titius. ADDITIO. Dicas quòd de iure canonico valet matrimonium, etiam sine consensu parentum: vt.d.c. cum causa. & d.c.sufficiat.s̄.allegatis per glo.

IN copulandis.] CASVS. Si puella est adulta, & agitur de nup. præsentibus contrahẽdis, voluntas puellæ si eã vult exprimere, requiritur, non curatoris, cuius 10 officium est administrare, non nubere: nec requiritur consensus propinquorum suorum. Viuia.

a ¶ Nec cognatorum.] ex necessitate.

b ¶ Eius voluntas.] cùm vult eam exprimere, alioquin præsidis: vt s̄.eo.l.j.vel aliud in tuto- 20 re quam in curatore. & est sic.ff.de appella.l.cum in vna.§.tutor.& facit. ff. eod.l. sciendum. &.s̄. de spon.l.si patrem. Et not. curatorem principaliter dari rebus, sed econtra in tutore: vt instit.qui da.tu. pos.§.certè.

SI vicinis.] CASVS. 30 Contraxi matrimonium cum Berta nullis confectis dotalibus instrumentis: posteà mihi nati sunt filij ex ea: nõ feci natalia instrumẽta filiorum conscribi: an sit legitima vxor, & liberi ex ea nati legitimi, q̃ritur? Respon. quòd sic. 40 Viuianus.

c ¶ Ad natam filiã.] ex tali matrimonio.

d ¶ Pertinentes.] scilicet tabulæ quæ dicuntur natales.& facit.xxx.quæsti.v.per totum.

e ¶ Potestatem.] nisi in contrarium sit actum quòd vt concubinam sci- 50 licet eam habeat: vt.ff.de cõcubi.l.in concubinatu. Vel plenè dic vt dixim⁹. ff.de rit.nup.l. in libere. Et no.probationẽ filiationis.sic &.ff. de ijs q̃ sunt sui vel alie. iu. filium .& ff.de ꝓb.l.fi.&.s̄. de testa. l.j.&.s̄.de rei vendi.l. indicia.verè enim probari 60 non potest de patre: vt ff.de condi. & demon.l. Lucius.

Filiatio qualiter probatur.

Pater verè probari nõ potest.

CVm te.] CASVS. Si aliqua non est filia senatoris, sed vxor: si mortuo senatore nubat homini inferioris honoris, desinit clarissima esse.

†Concor. cũ hac l.ca. non est extrà de spon. & matrimonio.

70 f ¶ Cum te.] differentia est inter eam quæ sortita est nomen fœminæ clarissimæ per patrẽ senatorem, & eam quæ propter maritum. Nam primo casu retinet dignitatẽ, etiam si sit nupta viro ordinis inferioris, dum tamen non plebeio. Sed in secundo vxor retinet, si est vidua[a] vel nubat, non tamen viro inferioris ordinis, nisi & tunc consularem dignitatem impetret à principe: vt.ff.de sena.l.fœminæ.&.l.fi.in principio.& infrà de incolis.l.fin. li. 80 x.& de digni l.mulieres.lib.xij.& in aut.de nup.§.non tamen.colla.iiij.&.ff. ad muni.l.filij.§.vidua.

a Concor. c.ex parte. B.in fi.cum gl.in fi. extrà de fo. cõpe.vbi papa vocat reginam Angliæ quæ erat relicta à Rege Angliæ.

g ¶ Clarissimæ.] id est, illustris.

h ¶ Secundi ordinis.] i.plebei, secũdũ M.vel veri⁹ simpliciter.i.inferioris.

i ¶ Dignitatis.] si quam antea habebas.

SI inuita.] CASVS. Si mulier tua volens aut inuita à parentibus suis te inuito detinetur: adi præsidem prouinciæ qui eos coget, vt patiantur eam ad te redire. Viuia.

Idem A.Romano. LEX VIII.

IN copulãdis nuptijs nec curatoris (qui solam rei familiaris sustinet administrationẽ) nec cognatorum[a], vel affinium vlla authoritas potest interuenire, sed spectanda est eius[b] voluntas, de cuius coniunctione tractatur.

¶ *Ista lex tractat duo. Primò de matrimonio præsumendo. Secundò de simulatione præsumẽda: & dicit quòd nati ex ea, quæ est uel præsumitur uxor: si sunt nati in domo patris, præsumuntur legitimi. hoc dicit. Bald. uel sic: Ad præsumẽdum matrimonium non sunt necessaria instrumenta nuptiarum, nec ad probationem filiationis est necessarium instrumẽtum natiuitatis: sed quòd probetur natus ex ea cum qua dicitur esse legitimum matrimoniũ, & in domo uicinis scientibus. hoc dicit. Salicetus.*

Imp. Probus A.Fortunato. LEX IX.

SI vicinis, vel alijs scientibus, vxorẽ liberorũ procreandorũ cã domi habuisti, & ex eo matrimonio filia suscepta est: quãuis neq; nuptiales tabulæ, neq; ad[c] natã filiã ꝑtinẽtes[d] factæ sunt: nõ ideo min⁹ veritas matrimonij, aut susceptæ filiæ, suã habet potestatẽ[e].

¶ *Dignitas accidentalis contrario accidente resoluitur: sed non ea quæ ex natalium radice procedit. hoc dicit. Bal. uel sic: Mulier nobilitatem quam acquisiuit propter uirum, statim perdit cum alteri inferiori nubit. h.d. Sali.*

Impp. Dioclet.& Maximian. AA.& CC. Paulinæ. LEX X.

CVm te[f] non ex senatore patre procreatã, sed ob matrimoniũ cũ senatore cõtractũ, clarissimæ[g] fœminæ nomen adeptã dicas: claritas q̃ bñficio mariti tibi parata est, si secũdi[h] ordĩs virũ posteà sortita es: redacta ad prioris dignitatis[i] statũ, deposita est.

¶ *Maritus repetit suam uxorem etiam à patre: maximè cum pater retinet eam reluctantẽ. h.d. Bal.*

Idẽ AA.& CC. Alexandro. LEX XI.

SI inuita[k] †detinetᷣ vxor tua à parẽtib⁹ suis: interpellatus rector ꝓuinciæ amic⁹ noster (exhibita[l] muliere) volũtatẽ eius secutus, desyderio tuo medebitur.

¶ *Filius non cogitur inuitus ad aliquam uxorem ducendam, sed quam uult, dum tamen patris consensus accedat. h.d. Bal.*

k ¶ Si inuita.] maximè. nam si esset volens, esset idem.

l ¶ Exhibita.] per interdictum de libero homine exhibendo: vt infrà de libe. exhibendis.l.si ad instar. Item & vtile de liberis exhibendis: vt.ff.de liber. exhiben.l.imò.& sic referatur.l.imò.ad titulum sub quo posita est, licet quidam contra.

Idem AA.& CC. Sabino. LEX XII.

NEc filiũ quidẽ familiâs inuitũ ad vxorẽ ducẽdã cogi, legũ disciplina permittit[m]. igitur sicut desyderas (obseruatis iuris[n] præceptis) sociare coniugio tuo quã volueris, nõ impedieris: ita tamen, vt cõtrahendis nuptijs patris tui consensus accedat.

¶ *Per instrumenta contracta super dote, non contrahitur matrimonium. Item & sine instrumentis matrimonium contrahitur: & per indicia probari potest. hoc dicit. Bal.*

Idem AA.& CC. Onesimo. LEX XIII.

j NEq; sine nuptijs instrumẽta facta ad ꝓbationẽ matrimonij sunt idonea, diuersum veritate continẽte[o]: neq; non interpositis instrumentis[p], iure contractũ matrimonium, irritum est[q]: cũ omissa quoq; scriptura, cætera nuptiarum indicia non sint irrita.

¶ *Matrimoniũ debet esse liberũ. ad hoc allegatur. Bald. Vel sic: Matrimoniũ debet esse liberũ in contrahẽdo, & etiã abinuicẽ diuertẽdo. h.d. uel sic: In contrahẽdo & dissoluẽdo cõtractum matrimonij, exigitur libera uoluntas. Bar.*

Idem AA.& CC. Titio. LEX XIIII.

ij NEq; ab initio matrimoniũ cõtrahere, neq; dissociatum reconciliare quisquã cogi potest. vnde intelligis liberam facultatẽ contrahendi atq; distrahẽdi[r] matrimonij[s] transferri ad necessitatem[t] non oportere.

¶ *Manumissor potest accipere in uxorẽ suam libertam. h.d. Bal. Vel sic: Patronus potest libertam suam in uxorem ducere, nisi sit in personis expressè prohibitis. h.d. Sali.*

Idem AA.& CC. Tatiano. LEX XV.

VXorem libertam suã manumissori (si nõ sit ex ijs[v] personis quæ specialiter prohibẽtur) ducere non est interdictum: & ex eo matrimonio iustos patri filios nasci, certissimum est.

In authen. vt liberti de cætero.§. si quis autem. col. vj. consti. vj.

¶ *Nulla dignitas prohibet cum libertis nuptias contrahi. ratio est: quia redacti sunt liberti hodie ad ius ingenuorum. hoc dicit. Bald. Vel sic: Hodie quilibet potest matrimonium contrahere.*

NEc filium.] CASVS. Filius non potest cogi à patre inuitus vxorem du- 10 cere. similiter ipse inuito patre non debet sibi vxorem eligere. Viuia.

m ¶ Permittit.] vt.ff. eodem.l.non cogitur. & l.si patre.

n ¶ Iuris præceptis.] quæ sunt instit.e.per totum. & facit. xxxij.quæstio.ij.l.nõ omnis.§.cùm 20 ergo dicitur.& quæstio. ij.c.j. argu. contra.xxvij. quæst.ij.ca.j.

NEque.] CASVS. Si inter me & mulierẽ instrumẽtum dotale conscriptum est, & ego non consensi in eam per verba de præsenti, non sufficit dotale 30 instrumentum ad consummationem matrimonij: & licet sit matrimonium contractum, non propter hoc exigitur instrumentum dotale. Viuianus.

o ¶ Continente.] nã plus valet quod verè est gestum, quàm scriptum: 40 vt.ff.de offi.presi.l.illicitas. §. veritas. &.s̄. plus va.quod agi. interim tamen statur scripturæ publicæ: vt suprà de proba. l.cum precibus.

p ¶ Instrumentis.] non enim dotibus, sed & affectu matrimonium cõtrahitur: vt.j̄.de repu. 50 l.iubemus.

q ¶ Irritum est.] nisi in casu.j̄.eo. titu.aut. sed nouo iure. Itẽ & in alio: vt.j̄.eo.authen. maximis. & in alio secũdum quosdam: vt insti.de nup.§.si. quod non placet, vt ibi diximus.

NEque ab initio.] 60 CASVS. Sicut aliquis ab initio non cogitur inuitus contrahere matrimonium, ita contracto matrimonio si diuortio dissoluitur, non cogitur reconciliare. Viuianus.

r ¶ Distrahendi.] secus in cõtractibus: vt.s̄.de 70 act.& obl.l.sicut.

s ¶ Matrimonij.] quã habet ab initio.

t ¶ Necessitatem.] si dixerit vir vxori, ꝓmittis decem si vnquam diuerteris à me. non valet: vt.ff.de verbo.obli.l.stipulatio facta.&.l. Titia.&.j̄.de inuti.stip.l.libera.&.s̄.de spon.l.fi.in fi. Sed contra.ff.de dona. inter virum & vxorem.l.ea quæ. Solu. ibi pecunia processit à stipulante: sed licet non valeat prædicta pœnalis stipulatio, pœnam tamen legalem subibit, qui sine causa di- 80 uertit: vt.j̄.de repu.l.iubemus.

Stipulatio pœnalis in matrimonio nõ valet.

VXorem.] CASVS. Patronus regulariter libertam suam in vxorem accipere potest, nisi patronus esset de ijs personis quæ prohibentur contrahere cum liberta sua: puta quia senator vel senatoris filius. Viuianus.

v ¶ Ex ijs personis.] puta senator vel senatoris filius: vt.ff.de ritu nup.l. lege Iulia. sed econtra non potest: vt suprà eodem.l.libertum.& dic vt ibi. & ratio in promptu est.

re cum liberta.Sali.

SEd nouo iure nulla dignitas prohibet cū liberta [a] nuptias contrahi,dotalibus [b] instrumentis confectis.

Hic ponitur unus casus in quo alimenta pietatis causa data repeti possunt.hoc dicit. Bald. Vel sic: Si pater qui filiam exposuit,non consentit nuptijs contrahendis cum filio nutritoris:tenetur impensam alimentorum soluere.Sali.

Idē AA.& CC.Rhodoni. LEX XVI.

PAtrem qui filiam exposuit [c], hanc nūc adultam sumptibus & labore tuo factā, matrimonio coniungi filio [d] tuo desyderātis fauere voto conuenit:qui [e] si renitatur [f],alimentorū solutioni [g] in hoc solūmodò casu parere debet.

Hæc lex ponit quæ sunt personæ cum quibus matrimonium non consistit.h.d.Bal.

Idem AA.& CC. LEX XVII.

NEmini liceat contrahere matrimoniū cum filia, nepte, vel pronepte [h] :itemq; cum matre,auia,vel proauia, & ex latere amita ac matertera,sorore, sororis filia, & ex ea nepte: prætereà fratris tui filia,& ex ea nepte:itēq; ex affinibus priuigna, nouerca, nuru,socru,cæterisq; quę iure antiquo [i] prohibentur,à quibus cunctos volumus se abstinere.

Ponitur hic forma qualiter uiduæ debent cōtrahere matrimonium,& qualiter uirgines & de quorum consensu. Aduerte tamen quia ista forma non est substantialis quantum ad substantiam matrimonij,sed est quædam forma continens quandam iustitiam publicæ honestatis.hoc dicit.Baldus.

Impp.Valentin.Valens & Grat.AAA.ad Senatum. LEX XVIII.

VIduæ †intra quintum & vicesimum annum degentes, etiam si emancipationis libertate gaudent,tamē in secūdas nuptias sine patris sententia [k] non conueniant. Quod si in conuentionis †delectu [l] mulieris voluntas patris repugnat sententiæ & propinquorum:placet admodū(vt in virginum coniunctionibus sancitum est)habēdo [m] examini authoritatē quoq; iudiciariæ cognitionis adiungi:vt si pares [n] sint genere ac moribus ♂ competitores, is potior existimetur quem sibi cōsulens mulier approbauerit. Sed ne fortè ij qui gradu proximo ad viduarum successionē vocantur, etiam honestas nuptias impediāt: si huius rei suspicio [o] processerit: eorum volumus authoritatē iudiciumq; succedere [p],ad quos etiam si fatalis sors intercesserit,tamē hęreditatis cōmodum peruenire nō possit.Dat.xvij.Calend. August. Gratiano A.ij.& Probo Cons.

Inter consobrinos consistit matrimonium:dicit glo.iure Romano,sed non diuino: & ideo nati ex consobrina sunt incestuosi: & non succedunt secundum Cy.Bal.

Imp.Arcad.& Honor.AA. Eutychiano præfec. præto. LEX XIX.

CElebrādis inter cōsobrinos matrimonijs licētia legis huius salubritate indulta est, vt reuocata prisci iuris authoritate [q], restinctisq; calūniarū fomētis [r],matrimonium inter consobrinos habeatur legitimum,siue ex duobus fratribus [s],siue ex duabus sororibus [t],siue ex fratre & sorore nati sunt: & ex eo matrimonio editi,legitimi [v],& suis patribus successores habeantur.

In matrimonio per filiam contrahendo patris expectatur arbitrium, suusq; consensus exigitur.sed si patre caret, matris & propinquorum est iudicium requirendum:quibus non extantibus,si puella curatorem habet, ipso & propinquis aßistentibus,si puella cultu uerecundiæ sponsum sibi non eligit, iudici est deliberare permissum.h.d.Bal.

Impp. Hono.& Theod.AA. ad Theodorum præfec.præto. LEX XX.

IN cōiūctione filiarum in sacris positarū,patris expectetur arbitriū. Sed si sui iuris puella sit,intra quintū & vigesimū annū cōstituta:ipsius [x] quoq; assensus exploretur. Si patris auxilio destituta:matris & propinquorū,& ipsius quoque requ rat adultæ iudiciū. Si verò vtroque orbata parēte, sub curatoris defensione constituta sit, & inter honestos competitores matrimonij oriatur forte certamen, vt quæratur cui potissimùm puella iungenda sit:si puella cultu verecundiæ propriam noluerit voluntatem depromere coram positis propinquis,iudici deliberare permissum est,cui melius adulta societur.

Dictio à,includit terminum à quo: & dictio usque, includit terminum ad quem. hoc dicit. Vel sic: Dictio à, & dictio usque,ponuntur inclusiuè.nam includunt suas extremitates : ut hic dicit Oldra.ergo hac lege à caligato milite usque ad protectoris personam inclusiuè sine aliqua solennitate scripturarum matrimonium est permissum.h.d.Bal.Vel sic: Milites etiam caligati sine antiqua solennitate possunt nuptias contrahere.Sali.

Impp.Theod.& Valentin. AA. Basso præfecto. prætorio. LEX XXI.

A Caligato [y] milite vsque ad protectoris [z] personam si-

SEd nouo iure.] CASVS. Si liberam mulierem cum qua non prohibeor contrahere,domi teneo:videor eam in vxorem retinere : nisi ab initio protester quòd teneo eam vt concubinam:vt.ff.eo.l.liberè.Sed si senator tenet libertam in domo sua,nunquā præsumitur sua vxor,nisi inueniatur dotale instrumentum in quo contineatur:cōfiteor me accepisse à tali muliere tantū in dotem: cū qua matrimonium contraxi. Et est casus in quo requiritur dotale instrumētum cōtra hoc quod dicitur.s.eo.l.cum te. Viuianus.

a Cum liberta.] idē econtra secundum H. vt libertus cum filia senatoris.

b Dotalibus.] i. nuptialibus. & est speciale: sed regulariter contra su prà.eo.l.neq; fine.

PAtrem.] CASVS. Titius filiā suam exposuit. i. in locū publicū proijci fecit.ego misericordia motus eam filiam nutriendam suscepi,ita ꝙ adulta facta est: nunc volo quòd filia Titij nubat filio meo. Titius non vult. an omnes sumptus quos feci in ea nutrienda potero à Titio recuperare,quæritur? rñ. ꝙ sic. Vnde quāuis pietas videatur inhibere repetitionem,tamen quia non vult quòd sua filia nubat meo filio,sumptus factos recuperabo.

c Exposuit.] scilicet in hospitali.

d Filio tuo desyderantis.] subaudi tui desyderantis.

e Qui.] scilicet pater.

f Renitatur.] consentire. Sed videt quòd patria potestas sit soluta. & sic est contra. j. de insan.ex.l.ij.& sic etiam citra consensum eius pater viri potest eam dare filio suo.quod quidam concedunt.vel dic aliud in seruo & liberto quam filio: vt in prædicta.l.

g Solutioni] Regulariter cōtra:vt.s.de neg. gest.l.j.&.ij.&.ff. de condi.inde.l.cùm is.§. pen.

NEmini] CASVS. Hæc lex ponit inter quas ꝑsonas nuptiæ sunt prohibitæ. Et certè inter ascēdentes & collaterales. Itē inter affines.Viuianus.

h Pronepte.] & vsq; in infinitū : vt instit. e. §.j.&.ff.eo. l. sororis. & l.nuptiæ cōsistere. adeo vt si Adā viueret, nō posset contrahere matrimonium secundum Ioan.

i Antiquo.] nisi sint in.vij.gradu:vt in decre. xxxv.qō.ij.c.progeniē.& c.cōsanguinitate.& .c. in copulatione.& cap.nulli.

ADDITIO. Hodie ꝓhibitio solū extenditur ad.iiij. gradū inclusiue.c.nō extrà de cōsangui.& affinita.

VIduæ.] CASVS. Si mulier aliqua est vidua,& habēs patrem sit emancipata,vel in potestate patris;& est intra.xxv.annos:si vult cōtrahere nuptias,debet contrahere cum patris voluntate.Sed quid? filia vidua vult sibi eligere vnum maritum:pater vult alium? Certè si ęquè bonus sit ille quem vult eligere mulier sicut pater,stabitur iudicio mulieris. Sed quid si mulier vidua non habeat patrem,& tractatur de eligēdo mulieri maritum: quorum consensus requiratur,quæritur? Respon. Agnatorum & cognatorum qui non sunt ei successuri ab intestato:quia isti non videntur suspecti. Viuianus.

k Sententia.] i.scientia. non autē cōsensus est necessarius.Vel dic ꝙ est cōsiliū quod hæc lex dicit,cùm emancipata sine patre possit hoc facere:vt ff.e.filius emancipatus.& de contra tab. l. iij. §.si emancipatus.& arg.j.eo. l.in coniunctione.sic est. s.de iure emphy.l.fi.

l Delectu.] i. deliberatione.aliâs delectum.

m Habendo examini.] i.ad habēdū examē.

n Pares.] si verò impares,protinus debet ei dici vt meliorem eligat.

o Suspicio.] sic &.j. vbi pu.ed.l.j.&.ij.&.s.ti.j. authen.sed iā necesse est.

p Succedere.] i.ad deliberationem admitti.

CElebrandis.] CASVS. Licet inter ascendentes & descendentes & collaterales nuptiæ sint ꝓhibitæ:tamen inter consobrinos nuptię sunt permissę. Sunt autem cōsobrini ex duobus fratribus nati:sicut consororini ex duabus sororibus nati. Hæc lex hodie nō seruatur iure canonico.Viuianus.

q Authoritate.] quæ idem quod hæc lex statuebat.

r Fomētis.] quę erāt media iuris prudentia.

s Fratribus.] hi sunt patrueles.

t Sororibus] hi sunt cōsobrini:vt insti.de gradi.§.quarto gradu.

v Legitimi.] hoc,est verum iure fori : vt hic &.ff.e.l.iij.&.l.nō solum. §.j.& insti.e.§.duorū. sed non iure poli:vt.xxxv.q. j.c.cùm igitur.

IN coniunctione] CASVS. Si filia quæ est in potestate patris vult contrahere nuptias : debet cōtrahere cū volūtate patris.sed si est sui iuris,& est destituta patre & matre,nō reqrit cōsensus eorū,sed suijpsius. sed si non vult declarare suū arbitrū, tūc recurrit ad ꝓpinquos. Viuianus.

x Ipsius.] pr̄isfamiliâs.

A Caligato] CASVS. Nedū plebeij possunt contrahere nuptias sine dotalibus instrumētis,imò & milites.

y A caligato.] caligatus dicitur ille qui habet ocreas ferreas.

z Protectoris.] i.peditis qui regit & protegit armatos

† Gl.j.c.in nostra post med. in versi.sed quid vbiduo.vbi ponitur tenor hui⁹.l. & adducit ī arg.quòd si duo inęqualiter probāt de matrimonio, debet mulier tradi illi cui consentit.

† Aliâs,conditionis.& aliâs cōiunctionis.

♂ Petitores.

Caligatus quis dicit.

armatos milites. Vel calligatum vocat. i. infimum & obscurum: vt in aut. qui.mo.na.effi.le.§. quis quis. colla. vj. Protector ergo erit maior, qua si dicat a minore vsque ad maiorem. Vel tertio est militia pedestris. & e-10 questris. Pedestres milites dicuntur qui habent caligas de corio: & hi dicūtur caligati milites. Equestres qui in equis vadunt. Et no. quod hodie est ius generale quod hęc lex dicit vt fine solennitate scripturæ & aliorum quæ dicuntur. ſ. l. proxi. 20 contrahatur matrimonium. Accur.

Protector qs dicitur. Pedestres milites qui dicuntur. Equestres milites.

S I donationum.] CASVS. Quidam cōtraxit matrimoniū cum aliqua muliere, nec donauit ei ppter nuptias, nec fecit fieri dotale instrumentū, & pompam nuptiarū dimisit: p-30 pterea non deficit matrimoniū, & nihilominus liberi suscepti erunt legitimi. Viuia.

a ❡ Instrumenta.] sic &. s. eo. l. neq; sine. & j. de repu. l. iubemus. & in authen. vt l. ma. & auiæ. §. quia verò dudū. col. viij.

b ❡ Pompa.] id est con 40 uiuium familiare. Accursius.

I Mperialis.] Diuiditur in tres partes grossas. Primò ponit proœmium. Secundò ponit statutum. Tertiò concludit. Iaco. de Arena. Bald.

Honorū.

CASVS Sicut deus miseretur hominibus, ita 50 princeps vult prouidere subiectis, & eis misericordiā impertiri. dicit ergo q̃ si mulier in meretricio degēs pœnitere voluerit: poterit posteà nubere cui voluerit, dū tamen interueniāt dotalia instrumenta: nec vocabit posteà scenica, & filij na-60 ti legitimi erūt, & succedent ex testamēto vel ab intestato: nec nocet eis si non nubāt ex quo eis per missum est nubere: quia eis filij posteà suscepti succedūt. & licet mulier nō petat priuilegium, sed à principe ei cōcedat, mūda erit: & filiæ posteà su-70 sceptæ scenicæ nō dicētur: sed iā natę impetrare possunt priuilegiū, & nubere cuicunq; voluerint interuenientibus instrumentis. filiæ etiā natæ ex ea q̃ in meretricio vsq; ad mortē perseuerauit. post mortē matris poterūt priuilegiū impetrare 80 Itē cōtrahi potest matrimoniū inter dispares: qa clarissim⁹ poterit accipere spectabilē in vxorē si interueniant dotalia instrumēta. Itē hæc lex locum habet in præteritis negoijs. Viuia.

Iustū sit.

Non nul lam.

ne aliqua solēnitate matrimoniorum liberam cum ingenuis duntaxat mulieribus contrahendi coniugij permittimus facultatem.

❡ Pompa matrimonij non facit ad esse matrimonij. h. d. Bal.

Idē AA. Hiero præ. p. LEX XXII.

SI donationum ante nuptias, vel dotis instrumenta[a] defuerint, pōpa[b] etiā, aliaq; nuptiarū celebritas omittat: nullus existimet ob id deesse, rectè aliàs inito matrimonio, firmitatē, vel ex eo natis liberis iura posse legitimorū auferri, inter pares honestate personas nulla lege impediēte cōsortiū, qd ipsorū cōsensu, atq; amicorū fide firmatur. D. x. Cal. Mart. Constātinop. Felice & Tauro Cons.

❡ Clementia decet principem. restitutio natalibus omnem abstergit maculam. infectio parentum inficit filium post conceptum. inter pares etiam sine dotalibus instrumentis consistit matrimonium. hoc dicit. lex ita longa. Iaco. de Are. Bald.

Imp. Iustinianus A. Demostheni præfec. præto. LEX XXIII.

IMperialis beneuolentiæ proprium hoc esse iudicantes, vt omni tempore subiectorū commoda tā inuestigare, quā eis mederi procuremus: lapsus quoq; mulierum, p quos indignā † honore cōuersatione imbellicitate sexus elegerint, cōpetēti moderatione sublevādos esse censemus: minimeq; eis spē melioris cōditionis adimere: vt ad eam[c] respiciētes[d], improuidā & minus honestā electionē facilius derelinquant. Nā[e] ita credimus Dei beneuolentiā, & circa genus humanū nimiā clementiā, quantum nostræ naturę possibile est, imitari[f], qui cotidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur, & pœnitentiam suscipere nostram, & ad meliorem eam statum deducere. Quod si circa nostro subiectos imperio nos etiā facere differamus: nulla venia digni esse videbimur. ❡ Itaq;[g] cū iniustū sit † seruos quidē libertate donatos posse per diuinam indulgētiam natalibus suis restitui, postq; huiusmodi principale beneficium ita degere, quasi nūquā seruissent, sed ingenui nati essent[h]: mulieres autē quę scenicis[i] quidē ludis sese ante immiscuerūt, posteà verò spreta mala cōditione ad meliorē migrauere sententiā, & inhonestā professionē effugerūt, nullā † spē principalis habere beneficij quod eas ad illum statum reduceret, in quo si nihil inhonesti peccatū esset, commorari potuerunt.

❡ Scenicæ mulieres ad frugem melioris uitæ reuertentes possunt impetrare à principe ut eis liceat cum cæteris matrimonium cōtrahere: quo impetrato, ad pristinum statum intelligūtur reductæ: & nomen sceniarum desinunt habere, & matrimonium cum eis potest contrahi impunè: & filij ex eis nati erunt legitimi: possunt tamē et post impetrationē à contrahendo se abstinere. hoc dicit. Sali.

❡ Præsenti sanctiōe clemētissima principale beneficiū eis sub ea lege cōdonamus, vt si derelicta mala et inhonesta cōuersatione cōmodiorē vitā amplexæ fuerint, honestatiq; sese dederint: liceat eis nostro supplicare numini, vt diuinos affatus sine dubio mereantur, ad matrimoniū eas venire permittentes legitimū: ijs qui eis coniungendi sunt nullo timore tenēdis, ne scitis[k] præteritatū legū infirmū esse videat tale coniugiū, sed ita validū hmōi pmanere mrīmoniū cōfidētibus, quasi nulla pcedēte inhonesta vita vxores eas duxerint: siue dignitate[l] ptæditi sint. siue alio[m] modo scenicas in matrimoniū ducere phibeātur: dū tñ dotalibus[n] omnimodo instrumētis non sine scriptis tale pbet cōiugiū. Nā omni[o] macula penitus direpta, & quasi suis natalib⁹ hmōi mulieribus redditis, neq; vocabulū[p] inhonestū eis inhærere decætero volumus, neq; differētiā aliquā eas habere cū ijs quæ nihil simile peccauerūt. ❡ Sed & liberos ex tali mrīmonio procreādos, suos & legitimos patri esse: licet alios ex priore matrimonio legitimos habeat: vt bona ei⁹ tā ab intestato quā ex testamēto isti quoq; sine vllo impedimento percipere possint. Sed et si tales mulieres post diuinum rescriptum ad preces earū datū, ad matrimoniū venire distulerint[q], saluam eis nihilominus existimationem seruari præcipimus tā in alijs omnibus, quàm ad trāsmittēdā quibus voluerint suā substantiam, & suscipiendā competētem sibi legibus ab alijs relictā vel ab intestato delatam hæreditatem.

In authen. scenicas nō solūm si fideiussores. §. ij. col. v. consti. iiij.

❡ Ista authē. continuatur ad. l. C. hoc modo: Dictum est. s. in. l. codicis quòd scenicæ pœnitentes possunt supplicare principi ut eis restituat famam, ut possint nubere honestis personis. Nunc dubitatur quid si illa mulier iurauerit semper permanere in illo uitio & in illo opprobrio et libidinis infamia: nunquid iuramētum impediat quin possit priuilegium impetrare? Determinat quòd iuramentum non ualet, quia est illicitum: & dicitur quòd potius est puniendus ille qui exigit tale iuramentum, quàm illa quæ iurat. hoc dicit. Bald.

c ❡ Ad eam.] meliorē conditionem.

d ❡ Respicientes.] scilicet mulieres.

e ❡ Nam ita] s. subleuādo lapsus mulierū, sicut & nostros lapsus deus miserator subleuat.

f ❡ Imitari] No. q̃ dicit 10 imitari nimiā, aliàs diuinā clementiā. i. dei quod ideo dicit, qa in sola pieta te possumus esse deo pares: sicut dicitur, sola deos æquat clemētia nobis. sic & in aut. vt iu. sine quoquo suffra. §. itaq;. coll. ij. & j. de dona. inter virum & vxo. l. fina. in fine.

Pietas nos deo parificat.

20 g ❡ Itaq;.] suspēsiua est constructio vsq; illuc, præsenti sanctione & c.

h ❡ Nati essent.] vt. ff. de nata. resti. l. quæris.

i ❡ Scenicis.] quæ dicūtur scenicæ, dicit in aut. scenicas nō solū & c. coll. v. s. pstitutæ. hic aūt licet de eis tractare intēdat, tē-30 perauit tñ vocabuli significatione earū turpitudinē supprimere volens. aliàs enim dicūtur scenicę quæ ludunt in scena: & istæ etiā sunt infames: & de eis etiā posset dici hic loqui: vt. ff. de ijs qui not. infa. l. j. & ij. §. fina.

Scenicęque sunt.

k ❡ Scitis] id est statutis.

40 l ❡ Dignitate.] sibi data.

m ❡ Alio modo.] puta data patri. s. dignitate: vt quia ille senator, & hic sit filius senatoris.

n ❡ Dotalibus.] i. nuptialibus. nā & sine dote potest esse matrimoniū: sed nō ecōtra: vt. s. de do-50 na. ante nup. l. fi. tuti⁹ est tamen aliquid (licet modicum) in dotem dari.

Matrimonium an possit esse sine dote.

o ❡ Omni macula.] No. arg. q̃ testis sit admittēdus, licet prius fuerit infamis si accepit pœnitentiā: quod qdā cōcedūt. & p eis in decret. xxxij. q. j. quod aūt. & c. apud. & in 60 lōbarda de periur. c. ti. l. ij. Sed Io. cōtra, argu. ff. de re mili. l. q cū vno. §. ignominia. & ff. de ritu nup. l. palā. §. nō solū. & pœnitētia quo ad deū, nō quo ad mūdū vel solum principem valeat sibi data.

ADDITIO Videas hoc in capitulo testi 70 moniū. cū ibi no. per gl. & doct. extrà de testibus.

p ❡ Vocabulum.] sic s. de fer. l. à nullo.

q ❡ Distulerint] idē & si nūquā venerint. sic & s. de codi. ob cau. l. si repetendi. si ergo latè interpretat concessio. sic & ff. de cōsti. princ. l. fi. & ff. de 80 re iud. l. qdā cōsulebat. & j. de bo. vacā. l. siquando. j. lib. x. prædictā autē interpretationē licet facere etiā si iurauerit cōtrarium. Vnde sequitur aut. Quod eis & c. quæ est ex corpe scenicas & c. coll. v.

QVod eis.] Quarta. Hæc aut. nõ corrigit legem codicis, sed addit ei: vnde lex codicis dicebat ꝙ mulier impetrabat vt posset cõtrahere nuptias interuenientibus dotalibus instrumẽtis. hæc aut. 10 dicit ꝙ si mulier scenica iurauit nõ relinquere illam vitã, & vult postea pœnitere, potest hoc facere, nec deserẽdo illam vitam deierauit: quia tale sacramentum est illicitũ. Viuianus.

a ¶ Quod eis.] aliàs eis & aliàs his.

20 b ¶ Permittitur.] Sic & aliàs ex permissio, ne legis deserit sacramẽtum ratione pietatis: vt ff. de obs. l. nullũ. & aliàs ratione tacitæ cõditionis: vt. §. de nõ nu. pecu. l. fin. Itẽ & aliàs quia cõtra leges fiat: vt. §. de legi. & constit. nõ dubiũ. & ff. de 30 lega. j. l. si quis inquilinos. §. fi. & ff. de pact. l. iurisgẽtiũ. §. & generaliter. & aliàs habes, melius est vota stultæ promissionis nõ implere, quã crimen admittere. Itẽ tolerabili⁹ est iuramẽtũ nõ implere quã turpiter facere: vt in decret. xxij. quæstione. 40 iiij. c. j. & c. vnusquisq;.

Sacramentũ ex certis causis deseritur.

c ¶ Pœna] x. librarũ auri: vt. j. e. aut. Et no. ꝙ tria debet cõtinere iuramentum, veritate, iustitiã, & iudiciũ: quorum si quod defuerit, periurus est qui facit: vt. xxij. q. ij. c. animaduertẽdum. at hic nulla fuit discretio, nullũ iudi- 50 ciũ. de hoc dicitur extrà de iureiu. l. & si Christ⁹.

Iuramentũ tria cõtinere debet.

d ¶ Similes.] ¶ Mereti bus. ad sui petitionem.

e ¶ Dignitatem.] à principe sibi datam.

f ¶ Habent.] Per priui legium principis.

g ¶ Vltroneam.] s. sine administratione, nam 60 cũ administratione nõ possunt habere: vt. ff. de reg. iur. l. ij. nisi forte diceret, nõ obstãte lege aliqua. Et erit exẽplũ qñ sine administratione: quia concessit ꝙ esset illustris vel similis: vt. ff. de sena. l. fina.

h ¶ Donationem.] i. 70 cõcessionem dignitatis. sic & dicit donari libertas: vt insti. de lib. §. j.

i ¶ Penitus oportet.] ar. ꝙ hoc ipso ꝙ concedi tur dignitas, videt remitti infamia, cũ eé id per quod peruenit ad illud videt esse remissum: vt. j. de dignita. l. ij. lib. xij.

80 k ¶ His illud.] ¶ Natæ sint. ar. ꝙ nõ est dicendus sacerdotis filius vel regis, q antequã esset pater sacerdos vel rex, natus est: sicut hic. & contra qui nascitur postquã mater desinit esse sceni-

Regis fili⁹ an dicatur qui nat⁹ est antequam pater eius rex esset.

QVod eis [a] permittitur [b], etiã si iurauerint in tali professione se perseueraturas: quia legibus expressum est illicitę rei iusiurandum seruari non oportere: & pœna [c] periurij, si qua est, in eum conuertenda est qui exigit.

FINIT AVTHEN.

¶ Sequitur textus C.

¶ *Qui consequitur dignitatem, tacitè uidetur restitutus ad famam. Bal. Vel sic: Si mulieribus scenicis uel quibuscunque alijs imperator digni tatis titulum concesßit uidetur cum omni macula & impedimento dispensare. h. d. Sali.*

¶ Similes verò tale merentibus [d] ab imperatore beneficium mulieribus, illas etiã esse volumus quæ dignitatem [e] aliquam habẽt [f], etsi non serenissimo principi supplicauerint vltroneam [g] tamen donationem [h] ante matrimonium meruerint. ex qua dignitate, & aliam etiam omnem maculam per quã certis hominibus legitimæ coniũgi mulieres prohibentur, aboleri penitus [i] oportet.

¶ *Non dicitur scenicæ filia, quæ concepta est absterfa macula: sed tantum illa quæ nata est uigente macula. h. d. Bal. Vel sic: Filiæ natæ post priuilegium matri concessum, illo potiuntur priuilegio: non prius natæ: nisi pro illis fuerat supplicatum. h. d. Sali.*

¶ His illud adiungimus, vt & filiæ huiusmodi mulierum, si quidem post expurgationẽ prioris vitæ matris suæ natæ [k] sint, non videantur scenicarum esse filię, nec subiacere legibus quæ prohibent filias scenicarum certos homines in matrimonium ducere.

¶ Sin verò ante procreatæ sint, liceat eis preces offerentibus inuictissimo principi, sacrũ sine obstaculo vllo mereri rescriptum, per quod eis ita nubere permittatur, quasi non sint scenicæ matris filiæ: nec iam prohibeantur illis copulari, quibus scenicæ filias, vel dignitatis vel alterius causæ gratia vxores ducere interdicitur: vt tamen omnimodo dotalia inter eos etiã instrumenta cõficiantur.

¶ Sed & si à scenica matre procreata, quæ vsque ad mortem suã in eadem professione durauerit, post eius obitum preces imperatoriæ clementiæ obtulerit, & diuinam indulgentiam meruerit, liberationem maternæ iniuriæ, & nubendi licẽtiam sibi condonantẽ: istam quoq; posse sine metu priorum legũ in matrimonio illis copulari, qui dudum scenicæ filiam vxorem ducere prohibebantur.

¶ *Remotis ueteribus legibus quæ disponebant matrimonia sine dotalibus instrumentis, inter impares honestate personas non ualere: statuit imperator ea ualere: exceptis nefarijs, incestis, & alijs prohibitis. h. d. Bal. Vel sic: Matrimonia inter pares posßunt fieri, etiam sine dotalibus instrumentis: secus si personæ sint impares. hoc dicit. Salicetus.*

¶ Imò etiam illud remouẽdum [l] esse censemus, quod in priscis legibus (licet obscurius) constitutũ est, vt matrimonia ĩter impares [m] honestate personas contrahenda, non aliter quidem valeant, nisi dotalia instrumẽta confecta fuerint. ☩ his verò etiã non intercedentibus, oĩmodo firma sint sine aliqua distinctione personarũ: si modò liberę sint & ingenuę mulieres, nulla q; nefariarũ [n] vel incestarũ [o] coniunctionũ suberit suspicio. Nã nefarios & incestos coitus omnibus modis amputamus, sicut & illos qui præteritarum legum sanctione specialiter vetiti sunt: exceptis videlicet ijs quos pręsenti lege permittimus, legitimiq́ue matrimonij iure muniri præcipimus.

In authen. vt lic. ma. et auiæ. §. quia verò legem. coll. viij. constit. vlti.

¶ *Maximis dignitatibus præditi debent matrimonia contrahere cum dotalibus instrumentis. excipiuntur ab ista solennitate Barbari subiecti Romano imperio. hoc dicit. Bal.*

MAximis decorati [p] dignitatibus vsque ad [q] illustres, nõ nisi dotalibus [r] instrumentis conscriptis, ritè contrahunt nuptias: licet ante [s] contractas retineant, exceptis Barbaris [t]. Reliqui omnes affectu [v] solo rectè contrahũt matrimonium.

¶ Sequitur textus Codicis.

¶ *Hæc lex trahitur etiam ad matrimonia iam contracta post imperium Iustiniani, non antè. hoc dicit. Bal.*

¶ His itaque per hanc generalem legem ita constitutis, & decætero conseruandis, præteritas etiam huiusmodi coniunctiones ex subiecto [x] tempore factas secundum prædictam dispositionem iudicari præcipimus: vt si quis talem vxorem ab initio nostri imperij (prout dictum est) iam duxerit, & liberos ab ea procreauerit: iustos eos & legitimos, & tam ab intestato quàm ex testamento ☩ successores [y] habeat, & legitima in posterum nihilominus ea vxore permanente, procreati quoque liberi legitimi sint.

¶ *Vbi fit mentio nuptiarum, non sufficit nubilis ætas: sed oportet quòd matrimonium re ipsa contrahatur. hoc dicit sing. secundum Bald. Vel sic: Conditio nuptiarum impletur per actum et rem ipsam, non per habitum & potentiam. Salicetus.*

ca. & est sic. ff. de noxa. l. in delictis. §. j. & ff. quod iussu si tutoris. §. si iussu et. ff. ad. l. corne. de fal. l. de eo qui. & ff. de mili. test. l. Titius. et. ff. de decu. l. ij. §. in filijs. & j. de decur. l. fi. lib. x. Sed argu. contrà. ff. de cõdi. & demon. l. si an 10 cillæ. Item ar. pro & contrà. ff. de pœnis. l. moris. §. iste. dic vt ibi.

l ¶ Imò.] ¶ Remouendum. à dubitatione.

m ¶ Impares.] Vt inter clarissimam & illustrem: & inter illustrem & su- perillustrem.

☩ His verò intercedẽtibus.

n ¶ Nefariarũ.] Quã- 20 do inter ascendentes & descendentes.

o ¶ Incestarum.] Inter collaterales vel affines.

MAximis] Quarta. In l. Codicis dicebat. Si mulier scenica impetrauit à principe ꝙ posset cõtrahere nuptias: poterit contrahere 30 dotalibus instrumẽtis interuenientibus. Hæc authẽ. dicit quæ sunt personæ quæ debẽt cõtrahere nuptias sine dotalibus instrumentis. Nam regulariter inferiores personæ possunt contrahere nuptias sine dotalib⁹ instrumentis. Fallit in maximis 40 personis decoratis dignitate. & certæ aliæ personæ solo affectu nuptias contrahunt, exceptis barbaris. Viuianus.

p ¶ Decorati.] vt superillustres.

q ¶ Ad illustres.] Descensiuæ & inclusiuæ. nã & ipsi maximis decoran- 50 tur dignitatibus.

r ¶ Dotalibus.] i. instrumentis nuptialibus. Nam dos nõ est opus vt dixi. s. ea. l. Sed arg. cõtra in authentica qui. mo. na. effi. le. §. hoc ergo. coll. vj. Item & aliàs in tribus casibus exigitur scriptura, qui sunt in hac lege. Est 60 & quartus. s. eo. aut. sed nouo iure. regulariter contrà: vt. §. eo. l. neque si. ne. & hic subijcit.

s ¶ Ante contractus] s. ante dignitatẽ adeptã: vt in corpore.

t ¶ Barbaris] i. subiectis nostræ reipublicæ quibus solo affectu sine 70 aliqua scriptura licet cõtrahere nuptias: licet maximis decorentur dignitatibus.

v ¶ Affectu solo.] Nõ obstat insti. eo. §. si. quia illud quo ad hoc vt filij fiant legitimi, non ad substantiam matrimonij.

☩ Patrib.

¶ FINIT GLOS. 80 AVTHENTI.

¶ Sequitur.] glossa textus Codicis.

x ¶ Subiecto.] id est de inceps.

y ¶ Successores.] Si prædictum priuilegium impetretur.

Sancimus.

Idem A.ad Senatū. LEX XXIIII.

SAncimus,ſi quis nuptiarū ſecerit mentionem in qualicunq; pacto quod ad dandum vel faciendū,vel non dandū vel non faciendū cōcipitur,ſiue nuptiarū tēpus dixerit,ſiue nuptias nominauerit ✻ nō aliter intelligi conditionem eſſe adimplendam ✻ vel non extenuendā,niſi ipſa nuptiarū accedat feſtiuitas [a], & non eſſe tempus inſpiciendum in quo nuptiarum ætas vel fœminis poſt duodecimū annum acceſſerit,vel maribus poſt quartūdecimum annū completū.ſed ex quo vota nuptiatum re ipſa proceſſerint. ſic enim & antiq iuris cōtētio dirimet̄, & immēſa librorū volumina ad ♂ mediocrē [b] modū tandem perueniēt:

Filiæ uel filij furioſi uel mente capti,ſine cōſenſu patris matrimonium contrahere poſſunt: & dotem & donationem ante nuptias cum authoritate curatoris conſtituere: & gratis debet pcedere,ne afflicto.deī afflictio.h.d.Bal.& Sa.

Idē A.Iuliano p.p. LEX XXV.

SI furioſi parentis liberi, in cuius poteſtate conſtituti [c] ſunt, nuptias [d] poſsint cōtrahere, apud veteres agitabatur.& quidem filiam furioſi marito poſſe copulari,omnes penè iuris antiqui conditores admiſerunt, ſufficere enim putauerunt ſi pater non contradicat. In filio autem familiās dubitabatur.& Vlpianus quidem retulit cōſtitutionē imperatoris Marci, quæ de furioſo non loquitur, ſed generaliter de filijs mente capti:ſiue maſculi,ſiue fœminę ſint qui nuptias contrahunt,vt hoc facere poſsint,etiam non adito principe . Et aliam [e] dubitationem ex hoc emergentem, ſi hoc quod de mēte captio cōſtituto induxit, etiam in furioſis obtinendum ſit, quaſi exēplo mente capti,& furioſi filios adiuuanees [f]. His itaque dubitatis,tales ambiguitates decidentes ſancimus hic repleri quod diui Marci conſtitutioni deeſſe videtur,vt non ſolum dementis,ſed etiam furioſi liberi cuiuſcunq; ſexus poſsint legitimas contrahere nuptias,tam dote quàm ante nuptias donatione à curatore eorū præſtanda,æſtimatione tamen in hac regia vrbe excellentiſsimi præfecti vrbis,in prouincijs autem virorum clariſsimorum earum præſidum,vel locorum antiſtitum [g], tam opinione perſonæ,quàm moderatione [h] dotis, & ante nuptias donationis conſtituenda,præſentibus tam curatoribus dementis vel furioſi,quàm ijs qui ex genere eorū nobiliores ſunt: ita tamen, vt nulla ex hac cauſa oriatur vel in hac regia vrbe,vel in prouincijs iactura ſubſtantiæ furioſi vel mentecapti,ſed gratis omnia procedant:ne tale hominum infortunium etiam expenſarum detrimēto prægrauetur.

Poteſt quis alumnam ſuā ducere in uxorem, ſed non eam quam de ſacro fonte leuauit.h.d. Bal.Vel ſic: Cùm ancilla manumiſſa patronus poteſt contrahere matrimonium: cum filia uerò adoptiua etiam emancipata non poteſt:nec cum aliena de ſacro baptiſmate ſumpta.Sali.

Idem A.Iuliano præfecto prætorio. LEX XXVI.

SI quis alumnam [i] ſuam libertate donauerit,& in matrimonio ſuo collocauerit: dubitabatur apud antiquos vtrùmne huiuſmodi nuptiæ legitimæ eſſe videantur,an non.Nos itaque vetuſtam ambiguitatem decidētes, nō eſſe vetitum matrimonium cenſemus. ſi enim ex affectu omnes introducuntur nuptiæ , & nihil impium, nec legibus contrarium in tali copula expectamus: quare prædictas nuptias inhibendas exiſtimemus?nec enim homo ſic impius inuenietur, vt quam ab initio loco [k] filiæ habuit, eam poſteà in ſuo collocet matrimonio: ſed ei credendum eſt,quia eam ab initio non vt filiam educauit, & libertate donauit,, & dignam eſſe poſteà ſuo putauit matrimonio. Ea videlicet perſona omnimodo ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis, ſiue alumna ſit, ſiue non,à ſacroſancto ſuſcepit baptiſmate:cum nihil aliud ſic inducere poteſt paternam affectionē, & iuſtam nuptiarum prohibitionem,quàm huiuſmodi nexus, per quem deo mediante [l] animæ eorum copulatæ ſunt.

Poteſt quis accipere uxorem ſexagenarium, uel decrepitæ ætatis conſtitutam.h.d.Bal.

Idem A.Ioanni præfecto prætorio. LEX XXVII.

ij SAncimus nuptias quæ inter maſculos & fœminas maiores vel minores ſexagenarijs vel quinquagenarijs lege Iulia vel Papia prohibitæ ſunt , homines volentes [m] contrahere , & ex nullo modo vel ex nulla parte tales nuptias impediri.

Noua dignitas mariti uel ſoceri matrimoniū nō diſſoluit:quia fœlicitas uiri debet uxori prodeſſe. & ſimiliter fœlicitas uxoris debet prodeſſe uiro: & ſimiliter fœlicitas ſoceri debet nurui prodeſſe.h.d.Bald. Vel ſic:Res perfecta & conſummata non uitiatur,licet ueniat ad caſum à quo non poteſt incipere.h.d.Sali.

SAncimus.] CASVS. Si promitto mulieri dare vel facere ſub his verbis:cū nuptias cōtraxerit: nō ītelligimꝰ cū eſt viripotēs , ſed cùm venerit ad actū nuptialē. ¶ Not.circa hāc notabilē legē ꝙ tūc ſatisfit huic cōditioni,quādo fit deſpōſatio per verba de præſenti:quod probatur hac lege ibi,ſed ex quo vota &c.votū enim nuptiarū procedit quādo fit deſpōſatio per verba de præſenti.& ſic dicetur conditio impleta licet nondū ſit facta coiūctio per carnis copulā.ita dicit Bar. hic.& idē latius in. l. Titio centū.§. Titio genero.in pen.l.quæſtio.ff. de conditio. & demonſtra. per.l.cui fuerit.illo titul.

✻ Vel aliter. ✻ Vel extenuandā.

a ¶ Feſtiuitas.] vt.j.de teſta.manu.l. cū teſtator. & arg.ſ.de his qui veni. æta.impe.l.fin.&.j. de le. hæred.l.ſi maior. Argu. contrà.j. de fideicōmiſſarijs liber.l.fideicommiſſaria.Sed ibi ſtatuit certū tēpus: hic aūt non .Itē ibi fauore libertatis.Itē ar. contrà.j.de inſtit.& ſubſtitu.l.ſi mater.

♂ Meliorē

b ¶ Mediocrem.] aliàs eſt in tex. meliorem.

SI furioſi.] CASVS. Hanc.l. habetis.ſ.de epi. audi.l. tam demētis. & vult hæc lex hoc dicere. Sicut filius & filia mente capti poſſunt nuptias contrahere,ita filius furioſi.Sed quomodo hoc poteſt eſſe , cū in nuptijs filij requirat̄ conſenſus patris? Rñ.ꝙ debet contrahere cū cōſenſu curatoris mente capti, & propinquorū:& de eorum cōſenſu debebit dos & donatio cōſtitui arbitrio rectoris prouinciæ , vel arbitrio epiſcopi loci, & pro iſto conſilio ſiue ſcriptura,nō debet furioſus aliqd dare: quia non debet amplius affligi.

c ¶ Conſtituti ſunt.] Remanent enim in poteſtate:vt.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.l.patre.

d ¶ Nuptias.] vt inſtitut.eo.§.j.

e ¶ Aliam.] repete retulit.Vlpianus.

f ¶ Adiuuantes.] repete cōditores antiqui iuris.aliâs adiuuante.

g ¶ Antiſtitum.] extimatione : repete conſtituenda.quod eſt.ſ.

Filiuspatris curatoreſſe poteſt.

h ¶ Quod moderatione.] Sic &.ff. de iure doti.l.quæro.&.ſ.de epiſ. audien.l. tam dementis. Sed quid ſi idē ſit filius patris curator,quod pōt: vt.ff.de cura.fur.l. j? Rñ. ſpecialis ad hoc dabit̄: vt argumen.ff.de iure dota .l.ſiue generalis. quo minus enim curator detur habenti curatorē regula iuris non eſt impedimēto : vt.ff.de tuto. & cura.da. ab his.l.vētri.§. fi. Vel aliter dic ꝙ prædicta fiant authore prætore vel iudice:vt & quando debitor ſoluere vult minori: vt.ff.de mino.l. ait prætor.§.j.& facit ad legē iſtā.ff.de leg.iij.l.filiæ.&.ff.e.l.ſi nepos. &.l. ſi ita. &.l.ſi filiꝰ. ADDITIO. Nota ex hac gloſ. ꝙ filiusfami. poteſt donare cauſa mortis patri in cuius eſt poteſtate,nō authoritate patris, ſed iudicis.qđ no. ꝓ limitatione gl.j.ff. de autho. tut.ſecundū And.Barb.

Curator curatorem habēti dari poteſt.

SI quis alumnū.] CASVS. Si ego nutriui aliquā puellā ancillā vel libertā , vel aliqua nutriuit me : ego cū illa non ꝓhibeor nuptias contrahere:quia licet ad illam habeam affectionē, non tamen prohibentur nuptiæ inter me & illā: eam tamē quam ſuſcepi de ſacro fonte,ducere nō poſſum.Viuianus.

i ¶ Alumnam.] i.quā ipſe aluit cū ſua eſſet ancilla,& inde eam manumiſit : vt ſubijcit. & facit inſti.qui ma. nō poſſunt. §.eadem.

k ¶ Loco filiæ.] ſ. adoptiuæ,quam etiā non licet ducere:vt inſtit.e.§. & hæc adeò. Vel hîc dicit quādo aluit vt filiam. ſ.in prin.alitus fuit cum ea. Vel aluit vt ancillam. & facit.xxix.q.ij.l.ſi quis ancillā. &.j.ad legē Iul. repetun.l.fi.

l ¶ Deo mediante.] no.eſt ſic ad hūc caſum. xxx.q.iij.&.iiij.per totū. & extrà de cogna.ſpiri.capi.j.lib.vj.

SAncimus] CASVS. Olim maſculus qui habebat.lx.annos prohibebatur nuptias cōtrahere:ſimiliter mulier habēs quinquaginta annos : ſed hodie per Iuſti. hoc correctū eſt.Viuia.

m ¶ Homines volentes.] Dic ꝙ lege Papi. cautū fuerat ꝙ maſculus maior ſexagenario non contrahat cū maiore vel minore fœmina qnquagenaria:& econtra maior quinquagenaria non cōtrahat cum maiore vel minore ſexagenario : & erat ratio:qa nuptiæ fiūt cauſa liberorū, quæ cauſa hîc deficere videbat̄: ſed contra eſt vt hîc &.j. de legit.hære.l.ſi maior. ADDITIO Hāc legē intellige de tali ſene qui tñ coire poteſt, licet difficulter.aliâs autem ſi omnino nō poſſet coire, nō valeret matrimoniū. facit.c.ij.extra de frigi.& malefi. de quo vide latiꝰ per Chriſto.Por.in.§.j.in fi.inſti.de nuptijs.

Matrimoniū an poſſit contrahi per ſenes.

SI libertam.] CASVS Si liberta est vxor alicuius qui posteà senator efficitur, non propter hoc debent nuptiæ dissolui: nam felicitas casus mariti non debet esse damnosa vxori. ab initio tamen senator non potest contrahere matrimoniũ cum liberta. Secundò dicit: quid si pater mulieris q̃ nupsit liberto, nõ erat senator, posteà effectus est senator: nũquid dissoluitur matrimoniũ ex eo ꝙ nõ licet filiæ senatoris nubere liberto? rñ. nõ. Viuia.

a ¶ Non patitur.] vt ff. eo. l. lege Iulia.

b ¶ Decrescat.] sic & s. de stat. & imagi. l. fin. & ff. de condi. & demõ. l. falsa. §. sed si cui. & s. eo. aut. maximis. Sed ecõtra: alterius cõiugis infelicitas, facit valere matrimonium quod nõ valet: vt. ff. e. l. si quis in senatorio. nõ autẽ infelicitas patris: vt. ff. de senato. l. filiam.

c ¶ Diminutum.] nõ ergo vitiat̃. licet ad eũ casum ꝑuenerit à quo incipere nõ põt: vt & insti. de lega. §. potest autem.

d ¶ Dissoluatur.] sic &. ff. sol. mat. l. si cũ dotẽ. §. an autem illa. &. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. l. patre.

e ¶ Vna.] scilicet hac.

* Immutabile.

¶ DE INCESTIS ET INVTILIBVS NVPTIIS. ¶ Largè omnes dicuntur inutiles: sed nefariæ propriæ inter ascendentes & descẽdẽtes. Incestæ inter collaterales uel affines: ut ĩst. e. §. ergo nõ oẽs & ff. e. l. q̃ etiã. et. l. si. & ff. de adult. l. si adulterium. j. respon. Aliæ quæ alijs rationibus prohibentur, simpliciter inutiles dicũtur, quod multis modis cõtingit: ut diximus instit. eo. §. sunt & aliæ.

Nuptię nefarię & incestæ q̃ sunt.

LIberta.] CASVS Patronus cum sua liberta matrimoniũ cõtraxit: posteà liberta ipso inuito à se discessit, & alij nupsit: an hoc facere potuit, quæritur? respõ. quòd non. & si alteri nubit, non erit sua vxor.

† Hæc verba ponũtur in gl. super verbo, non is. ante fi. in c. fraternitatis extrà de testi.

f ¶ Non habeat.] diuortium tñ tenet: vt. ff. de repu. l. fi. in princ. vñ non cõmittit̃ adulteriũ cum ea: vt. ff. ad legẽ Iuliã. de adult. l. penul. sed quo ad hoc vt nõ possit alij nubere dicit̃ durare pri⁹ matrimoniũ: vt. ff vñ vir & vxor. l. j. §. fi. & facit. ff. eo. l. matrimonij. &. l. in eo iure. & de diuor. l. penul.

g ¶ Velis.] Quod qualiter fiat, dic vt. ff. de repu. l. fi. Accur.

NEminẽ.] CASVS. In hac lege præcipit Imperator ꝙ nullus subiectus Romano imperio habeat duas vxores: & si habeat vnam de iure, aliam de facto, vltimæ nuptiæ sunt inutiles: & eo ipso iure efficitur infamis. Viuianus.

h ¶ Binas vxores.] vel sponsas, vel alteram coniugem, & aliam sponsam: vt. ff. de his qui notan. infami. l. j. §. fina. & l. quid ergo. §. j. & s. de donat. ante nupt. l. ea quæ.

i ¶ In edicto.] Non est bona ratio: quia nubens intra tempus luctus infamatur: vt. j. de secundis nupt. l. j. tenet tamen matrimonium: vt in authen. de restitu. & ea quæ pa. §. fi. col. iuj. Sed est ratio quia prohibentur à lege: vt hîc, & insti. eo. §. affinitatis. & j. de adul. l. eum.

I dẽ A. Ioãni p̃fe. p̃. LEX XXVIII.

SI libertam quis vxorẽ habeat, deinde inter senatores scribatur dignitate illustratus, an soluatur matrimoniũ apud Vlpianum quærebat̃: quia lex Papia inter senatores & libertas stare cõnubia non patitur[a]. ¶ Nos igitur Dei sequentes iudicium, non patimur in vno eodemq; connubio, mariti felicitatẽ vxori fieri infortuniũ: vt quãtũ vir in altũ tollat̃, tantũ coniũx eius decrescat[b], imò magis penitus depereat. absit itaq; à nostro tẽpore huiusmodi asperitas, & firmũ maneat matrimoniũ, & vxor marito concrescat, & sentiat eius fulgorẽ* stabileq; matrimoniũ ex huiusmodi superuentu minimè diminutũ[c]. ¶ Simili modo si priuati hominis filia ad liberti veniat cõnubiũ, & posteà pater mulieris ad senatoris dignitatem fuerit elatus: taceat Papiæ legis crudelissima sanctio: & neque per hunc modũ dissoluatur[d] matrimoniũ inter facti senatoris filiam & libertũ, ne soceri prosperitas sine genero inueniatur. Melius enim est legis Papiæ seueritatẽ in vtroq; casu cõpescere, quã eam sequendo hominũ matrimonia dispergere, nõ ex vitio mulieris & mariti, sed ex prospera alterutrius partis fortuna. cùm enim † ex vna[e] radice vitium nascitur, consequens est vt vna lege tollatur.

TITVLVS V.

De incestis & inutilibus nuptiis.

¶ *Liberta uxor patroni non põt diuertere inuito patrono, & cum alio contrahere matrimonium. h. d. Bal.*

I mperator Alex. A. Amphigono. LEX I.

LIberta eadẽq; vxor tua, si à te inuito decessit: cõnubium cum alio nõ habeat[f], si modò vxorem eam habere velis[g].

¶ *Binas habens seu tenens uxores, est infamis. hoc dicit. Bal.*

I mper. Dioclet. & Maximian. AA. Sebastianæ. LEX II.

NEminem qui sub ditione sit Romani nominis, binas[h] vxores habere posse, vulgo patet: cùm etiã in[i] edicto prætoris huiusmodi viri infamia notati sint. quam rem competens iudex inultam esse non patietur.

¶ *Inter liberum & seruam matrimonium non consistit: & filij qui nascuntur ex serua, dicuntur serui: quia sequuntur conditionem matris. Hoc primò. Decurio qui contraxit matrimoniũ cum serua, deportatur: bona eius curiæ cõfiscantur: puniuntur actores & procuratores locorum. scientes qui passi sunt in domibus dominorum suorum huiusmodi libidinem exerceri: punitur etiam dominus si fuit sciens & non denuncians: & in publicatione fundi ueniũt accessoria, mancipia, & pecora illi fundo deputata: & magis punitur delictum commissum in ciuitate quàm in agro. h. d. hæc lex. Bal.*

I mpera. Constantinus A. Patroclo. LEX III.

CVm ancillis non potest esse cõnubiũ[k]. nã[l] ex huiusmodi contubernio† serui nascuntur. ideoq; præcipimus ne decuriones in gremia potentissimarũ domorum libidine seruarũ ducẽte confugiant. Si enim decurio clam actoribus, & procuratoribus nescientibus, alienæ fuerit seruæ cõiunctus: & mulierem in metallũ detrudi per sententiam iudicis iubemus, & ipsum decurionem in insulam deportari: omnibus bonis eius ciuitati, cuius curialis fuerat, mãcipandis, si patria potestate fuerit liberatus, nullosq;[m] habeat liberos, vel parentes, vel etiã propinquos qui secũdum legum ordinem ad eius successionem vocentur. ¶ Quòd si actores vel procuratores loci in quo flagitiũ admissum est, fuerint cõscij, vel cõpertũ facinus promere noluerint: metallo eos cõuenit implicari. ¶ Si verò dominus ð loci hoc fieri ꝑmisit, vel posteà cognitũ[n] cælauit: si quidem in agro id factum est, fundus cum mãcipijs & pecorib⁹ cæterisq; rebus quę cultui rustico sustinẽtur, fisci iuribus vendicetur. Si verò in[o] ciuitate id factũ est: dimidiã bonorũ omniũ partẽ præcipimus cõfiscari, pœnã augẽtes[p], quoniã intra domesticos[q] parietes scelus admissum est, quod noluit mox cognitum publicare.

¶ *Ex matrimonio reprobato lucra matrimonialia non procedunt: sed ueniunt potius confiscanda. idem in donatione simplici: nisi ætas, sexus, uel iusta ignorantia excuset. hoc dicit. Bald. Vel sic: Nuptiæ à iure prohibitæ sunt ipso iure*

SI qua ex fœminis perdito marito intra anni spatiũ alteri festinauerit nubere[c] (paruũ eñ tẽpus post decẽ menses[†] seruandum adijcimus[a], tametsi[b] id ipsum exiguũ putemus) probrosis inusta notis honestioris nobilisq; personæ decore[c] & iure priuetur: atq; oĩa quæ de prioris mariti bonis vel iure sponsalium[d] vel iudicio defuncti cõiugis cõsecuta fuerat, amittat[e]. D. iij. Cal. Iun. Constantinop. Eucherio & Syagrio Cons.

¶ *Ista lex est singularis, & hoc dicit. Mulier transiens ad secunda uota quicquid ex facultatibus primi uiri lucratiuo titulo consecuta est, tenetur moriens liberis communibus reseruare, uel alteri eorum quem elegit contẽplatione meritorum, alienatione in extraneam personã penitus reiecta. h. d. primò. Item si aliquis ex filijs primi matrimonij decedit, id quod mater per successionem eius consequitur, fratribus remanentibus similiter reseruare tenetur, alienatione penitus interdicta. Sed si nullus alius filius superest, mater filio morienti succedit liberè, & pleno iure: & de bonis ex tali successione prouenientibus potest liberè disponere & testari. h. d. Bal. Vel sic: Mulier transiens ad secunda uota, tenetur reseruare filijs primi matrimonij uel uni ex eis lucra omnia à primo uiro peruenta, etiam si donationem propter nuptias alius dederat ei pro uiro. sed hoc hodie non, uni tantum potest relinquere, sed inter omnes distribuitur. h. d. cum authen. sequentibus. Sali.*

Idem AAA. Theodoro. præ. præ. L. III.

‡ FOeminæ[f] † quę susceptis ex priore matrimõio filijs[g], ad secundas post tps luctui statutũ[h] trãsierint nuptias: quicqd ex facultatibus priorũ maritorũ sponsaliũ[i] iure, quicquid etiã nuptiarum[k] solennitate perceperint, aut quicqd mortis cã donationibus factis, aut testamẽto iure directo, aut fideicõmissi vel legati titulo, vel cuiuslibet munificę liberalitatis pmio, ex bonis (vt dictum est) priorũ maritorũ fuerint assecutę: id totũ ita vt perceperint, integrũ ad filios quos ex pcedẽte cõiugio habuerint, transmittãt, vel ad quẽ libet ex filijs (dũmodo[l] ex ijs tantum sit, quos tali successione dignissimos[m] iudicamus) in quem cõtẽplatione meritorũ liberalitatis suæ iudicium mater crediderit dirigẽdũ. ¶ Nec quicquã eædẽ fœminæ ex ijsdẽ facultatib9 alienandũ in quãlibet extraneã personam, vel successionem ex alterius matrimonij cõiũctione susceptã, psumant: atq;[n] habeant potestatẽ posidẽdi tñ atq; fruẽdi in diẽ vitæ, nõ etiã alienandi facultate cõcessa. Nã si quid ex ijsdẽ rebus in aliũ quẽlibet fuerit ab ea translatum: ex maternis redintegrabit[o] facultatibus, quo illibata ad eos quos statuimus liberos, bona & incorrupta perueniant.

¶ *Mulier transiens ad secunda uota succedit filijs primi uiri ex testamento, uel ab intestato ut possit possidere talia bona donec uiuit: tamen extra filios superstites illius matrimonij alienã di potestatem non habet. h. d. primò. Et si unicus erat filius qui decessit, uel si plures, & omnes decesserunt: tunc habet plenum & liberum dominium etiam alienandi quamlibet potestatem. h. d. Bal. Vel sic: Mulier transiens ad secunda uota, tenetur alijs filijs ex primo matrimonio reseruare quæsita ex successione liberorum dicti matrimonij: & ex his nullo superstite pro libito de bonis illis potest disponere. h. d. Sali.*

¶ Illud etiã addimus huic legi, vt si aliqs ex ijsdẽ filijs quos ex priore matrimonio susceptos esse cõstabit, fortè decesserit, matre iam secũdis nuptijs funestata, alijs etiã ex eodẽ matrimonio pgenitis liberis superstitibus: id quod per eã dem successione[p] ab intestato vel ex testamẽto suæ posteritatis mater videbitur consecuta, in diẽ vitæ suæ pro sibi debita portiõe sola, tantũ possessiõe[q] delata, omne ijs qui supererũt ex priore susceptis matrimonio filijs relinquat: nec super istiusmodi facultatibus testandi in quãlibet extraneã personam, vel quicquã alienãdi habeat potestatẽ. Quòd si nullã ex priore matrimonio habuerit successionem, vel nat9 natiue decesserint: omne quod quoquo modo perceperit, pleno proprietatis iure obtineat, atq; in his nanciscendi domini & testandi circa quem voluerit, liberam habeat facultatem. D. vj. Cal. Iuñ. Constantinop. Antonio & Syagrio Cons.

In authen. de nup. §. si verò expectet. colla. iiij. consti. j.

¶ *Ista authen. se habet ad legẽ Codicis hoc modo: Dictũ erat in lege Codicis quòd si interuenit pactum de donatione propter nuptias lucrã da liberis existentibus, uel simpliciter, quòd mater lucratur præmortuo uiro in matrimonio: tamen si posteà transit ad secunda uota, tale lucrum debet reseruari filijs primi matrimonij: & ipsa dum uiuit, habet duntaxat potestatem ad utendum & fruendum: tamen tex. in. l. C. non declarauerat utrum ista potestas sit dominium, an usufructus. & quidã dicebãt quòd erat dominiũ ad utendũ & fruendũ. Alij dicebant quòd erat usufructus formalis. modò ista authen. decidit quòd dominiũ ipso facto est perditũ: quia deserit ipsam proprietas. ergo remanet ipsa simplex usufructuaria formalis. h. d. Bald.*

IN donatione propter nuptias, etiam si alius pro viro dederit, deserit eam proprietas.

In authen. colla. consti. & §. quibus suprà, versi. venient autem talia.

¶ *Hæc aut. cõtinuatur ad legẽ Codicis ita: Dictũ erat ibi quòd mater trãsiẽs ad secunda uota poterat testari inter liberos & disponere, & alterũ ipsorũ pro qualitate meritorũ eligere: sed ista authen. determinat quòd legis dispositio ipso iure distribuit inter liberos talia lucra: & ipsa mater potestatem distribuendi non habet. & idem in patre lucrante. quòd si transeat ad secunda uota. dos ab eo lucrata æqualiter pertinet ad liberos superstites: & pater non habet alter distribuendi arbitrium. h. d. Bal.*

g ¶ Filijs.] sec9 si nõ haberet filios, cũ esset cã prohibitionis. s. amor filiorũ: vt in aut. eo. §. si verò expectet. & §. primæ siquidem. colla. iiij. & ff. in fin.

h ¶ Statutũ.] i. annũ. nã etsi añ, maiorẽ patit pœnam: vt. s. l. proxi. & l. j.

10 i ¶ Sponsalium iure.] i. simplicis donationis, vel propter nuptias.

k ¶ Nuptiarum.] vt lucrum donationis propter nuptias.

l ¶ Dummodo.] inter positio est.

m ¶ Dignissimos.] qa sunt capaces. Accur.

20 n ¶ Atq.] pro sed.

o ¶ Redintegrabitur.] s. si cõsumptę sunt, aliàs vẽdicant: vt. j. l. proxi. & l. generaliter. & facit. ff. ad Tertul. l. mater. & ff. titu. proxi. l. j. & de indi. vi. l. ambiguitatẽ. & ff. ad l. Iul. maie. l. quisquis.

p ¶ Successionem.] s. 30 filij: quia mater successit filio.

q ¶ Possessione delata.] cã vtẽdi & fruendi: vt &. s. dixi. Alij vt Azo dicunt in plena proprietate, & idem in viro: vt in aut. neq; virum quod ex dote. colla. viij. Et not. quod ex hac lege & alia. & ff. ad 40 Tertul. l. mater distinguitur, nubat ante mortẽ filij, vel post: vt no. in dicta. l. mater.

SEQVITVR AVTHEN. In donatione &c. & est ex corpore de nupt. §. si verò expectet. collat. iiij. quã hic lege. Et not. quod quidã dicũt quod mu50 lier habet plenã proprietatẽ in talibus, cũm possit testari. & secũdũ eos hęc aut. est necessaria quod corrigit, quod solũ vsumfructũ eã habere dicit. Sed Bal. dixit tantũ vsumfructũ eã habere, & testatur de alienis ex permissione legis, sic &. s. de sacrosan. eccle. 60 aut. si qua. Itẽ ad id quod dicit hæc lex fœmine. credideri dirigendũ, id est eligẽdum vnũ de filijs. quod corrigitur per aut. lucrum. quæ sequitur. & est de nupt. §. si verò expectet. col. iiij.

IN donatione.] C ASVS. Aut. i. 70 ista addit ad legẽ Codi.

Nam. l.

Nam.l.C.dicebat,quòd si mulier conuolat ad secundas nuptias,perdit donationem propter nuptias,& perdit lucrum cuiuscunque donationis. Sed hæc authen.addit & dicit quòd si maritus non dedit donationem propter nuptias mulieri,sed aliquis pro viro dedit,illud lucrum perdit quantũ ad proprietatem si conuolat ad secundas nuptias.

Lverum hoc æqualiter inter liberos lege distribuitur,non arbitrio parentis permittitur.

In authen. de nuptijs. §.hinc nos. colla.iiij.consti.j.& de non eli. secun.nuben. §. cùm igitur. colla. j.constitu.ij.

Ista est bona authenti. & diuiditur in duas partes. Prima loquitur qualiter mulier quæ trãsit ad secunda uota,succedit liberis communibus ex testamento. Secunda qualiter ab intestato. Secunda ibi, ab intestato quoque. Secunda subdiuiditur in duas partes: quia prima loquitur qualiter succedat ab intestato in bonis primi uiri, Secunda qualiter succedat ab intestato in bonis aliundè quæsitis. hoc dicit.Bald.

EX testamento[a] quidem succedit mater liberis suis quæ conuolauit ad secundas nuptias,sicut institutus quilibet[b]. Ab intestato quoque vocatur,siue ante mortẽ filij[c], siue posteà secundas ineat nuptias[d]. sed ab intestato eorum solum vsumfructum percipit,quę ex paterna substantia ad filiũ peruenerunt. quantum verò ad antenuptialem donationem pertinet, erit similiter vt in residuis[e], omnino ingratitudine & hic contra matrem fratresq; inspecta.

In authen. de non eli. §.hoc autẽ.

Lverum.] Casus. Hæc authẽ. corrigit legem Codicis. Nam.l.C.dicebat,Si mulier conuolans ad secundas nuptias, post annum dimissa affectione filiorum lucrata est aliquid ex primo matrimonio, illud lucrum potest diuidere inter liberos primi matrimonij, vel omnibus viriliter,vel cui elegerit. sed hoc hodie est correctum.& vult hæc authenti. vt lucrum per ipsam legem diuidatur inter liberos æqualiter: non autem vult quòd mater habeat licentiam diuidendi.Viuia.

EX testamẽto.] Casus. Lex codicis dicit quòd mulier potest succedere filio suo: sed non dicit qualiter: quod aperit authẽ. quia succedit ex testamento sicut quilibet institutus,& ab intestato: & si filius habuit aliqua bona à patre, mulier non habebit nisi vsumfructũ in alijs quæ habuit filius non à patre, habet mulier plenum ius. hoc tamen ita, si mater non inueniatur ingrata erga liberos.

a Ex testamento.] hæc authentica partim est ex titulo de non eligendo secundo nuben.§. cùm igitur.coll.j. partim ex titulo de nup.§. hinc nos.colla.iiij.

b Quilibet.] hucusque est ex vtroque.

c Filij] quem solum habebat.

d Nuptias.] hoc ex illo de non eligendo.& quod subijcit,sed eorũ &c. vsque in finem est de nuptijs: sed ad hoc quod dicit succedere ab intestato simpliciter,est contra proximam authenti.sed & si quis.vbi aliter succedit. Sed dic ibi circa donationem ante nuptias,hîc circa alia. quod non placet, cũ & hic de illa donatione dicat,vt hîc in fine. Alij quòd ibi fuit ab extraneo facta donatio,hic à viro. Vel verius: illa in donatione, & quando appositum fuit pactum: hîc generaliter, & quando nullum pactum fuit factum de lucrando.

e Residuis.] scilicet à viro habitis: vt nubens secundo amittat ius proprietatis: vt in aut.de nup.§.si verò expectet.colla.iiij.

SEd & si quis.] Casus. Lex Codicis dicit quòd quicquid percepit mulier ex primo matrimonio quocunque tempore, compelletur reseruare filijs primi matrimonij. hoc autem in donatione propter nup. distinguit: aut pacta est mulier de lucranda donatione,aut non. Si non, restituet eam filijs. Si verò sic, non semper restituet: quia pone quòd sit pacta de lucranda tertia parte donationis, si maritus decederet sine liberis. si liberis existentibus, pacta est de lucranda donatione tota mortuus est maritus existentibus liberis, & ita extitit conditio. habet ergo mulier totam donationem pleno iure secundum pactum. conuolat ad secundum matrimonium, & ita amittit proprietatem. si aliquis ex filijs primi matrimonij sine filijs decederet, mulier succederet ei in tertiam partem eius partis quæ contingebat filium ex donatione, aliæ duæ partes dantur hæredibus defuncti: & si mulier aliquid de rebus illis alienauerit, pro tertia parte confirmatur alienatio. sed si esset filio suo hæres in totum, cõfirmaretur alienatio in totum. Vel pone casum vt in glo.seq.

f Sed & si quis.] Hæc est de non eligendo.§.hoc autem,& etiam de nuptijs. §. quoniam infirmas. Et dic casum. Pactum fuit vt si vir prædecederet, vxor lucrifaceret tertiam partem donationis propter nuptias, liberis scilicet non extantibus: & idem de viro dictum est. posteà fortè tribus relictis liberis decessit maritus. & posteà decessit vnus ex liberis. sicut haberet totam tertiam partem si omnes decederent, sic debet lucrari tertiam partem portionis contingentis decedentem. Quam lecturam quidam improbant: quia liberis existentibus deficit conditio, nec potest ammodo lucrari mater: sed tu approba, vt in nouellis de muliere, quæ post mortem mariti.l. nullam post hanc. & de his quæ ad secundas nuptias. l. nulla scientia. Et dic quantum acquiritur, id est acquiri posset ex pacto &c.& ad dictam opinionem responde: quia si omnes decederent, perinde haberetur ac si à principio nullus natus fuisset. quod ergo est de toto quo ad totum, idem de parte quo ad partem .l. quæ de tota. ff. de rei vendicatione. Negari tamen non potest quin hæc authentica contra ius commune dicat. Alij exigunt hic addi quòd pactum fuit de lucrando aliquid in casu existentium liberorum, puta totam donationem quam amisit nubendo. sic & ponitur in nouellis in titulo de muliere quæ post mortem mariti lege nullam post hanc. Contra quod est. ff. de verborum obligatione. si ita quis stipulatur. & ff.iudica.solui.l.conquerebatur. si enim committitur pactum in vno casu, non debet posteà committi in alio. Ad quòd dicas quòd duo fuêre pacta. vel aliter, primo casu committitur ex vi pacti, secundo ex vi legis magis quàm ex vi pacti. Tertij ponunt quòd pacta est lucrari tertiam partem in casu non existentium liberorum, in casu existentium liberorum nihil. sed totum dictum est permanere penes filios. Cui opponitur quòd malè diceret redire dominium, cùm nunquam fuerit penes eam: & eodem modo primæ positioni opponitur. Sed dic quòd fuit saltem constante matrimonio: & amisit eo soluto. Item & per hoc tollitur alia quæstio si fuit pactum de tertia lucranda in casu liberorum existentium, & de tota in casu non existentium liberorum, & extiterunt. & sic tertiam lucratur, quam nubendo posteà amittit. & tunc si decedant omnes, totam lucratur. sic ergo post plus redit quàm primò habebat. malè ergo ponitur redit. Sed dic habito respectu, vt dixi, quando matrimonium durabat. Item quid si simpliciter pepigit de lucrando? Respond. in vtrunque casum videtur pepigisse. Item quid econtra si plus pepigit in casum existentium, puta totum: & minus in casum non existentium, puta tertiam? Dic, si amisit nubendo, quòd recuperare poterit ex secundo pacto secundum formam eius: licet sit minus quàm id quod ex primo. sic ergo hæc sunt paria, ab initio nullos filios extare, & ex postfacto deficere omnes: vt in authenti. vnde hæc sumitur. & idem si vnus decedat: vt quod iuris est in toto quo ad totum, idem seruetur in parte quo ad partem: vt in authenti.de nuptijs §. quoniam infirmas. colũ. iiij. quod est mirabile & voluntarium, & non nitens ratione, cùm adhuc aliqui sint de liberis.

Casum ponit multipliciter.

coll.j.consti.ij.& de nupt.coll.iiij. consti.j.§.quoniam infirmas.

Quod debuit lucrari uir uel uxor in casu nõ existentium liberorum, debet lucrari si ex postfacto res redeat ad eum casum. Vel sic: Quod iuris est de toto quo ad totum, sic de parte quo ad partem.h.d.Ia.But.secundum Bald.

SEd & si quis[f] ex his[g] præmoriatur absq; progenie: redit[h] ad matrem dominium quantum acquiritur ex pacto non existentium liberorum: residuum autem conceditur quibuslibet[i] defuncti hæredibus[k]. ¶ Si quid ergo ex his alienauerit[l]: pro suprascripta portione confirmatur alienatio. quare si sola hæres extiterit[m]: insolidum ad ipsam redit[n], vel alienationem sequitur.

Ex quocunque coniugio suscepti filij, à suis parentibus collatas sponsalitias largitates sibi uendicant præcipuas. hoc dicit.Bal. Vel sic: Sicut mulier quæ transit ad secunda uota tenetur reseruare liberis illius matrimonij sponsalitiam largitatem quam uir primus ei contulit, item mulier quæ transit ad secunda uota, sponsalitiã largitatẽ ex donatione secundi uiri ad eam deuolutam tenetur filijs secundi uiri reseruare: siue ad tertium matrimonium transeat, siue non. Sed alia bona simpliciter materna ipsa mulier decedens transmittit ad liberos disponendo de eis prout uult. Ab intestato uerò omnes filij tam primi quàm secundi matrimonij succedũt pro numero liberorum.h.d.

Impera.Honor.& Theod.AA. Marino præfecto prætorio. LEX IIII.

g Ex his.] s. filijs ex primo matrimonio natis.

h Redit ad matrem.] quod habuerat tempore matrimonij in donatione, secundum primum & tertium casum. & quod amisit per solutionem matrimonij. nam vt dos ad vxorem, sic donatio ad virum redit soluto matrimonio: vt infrà de rei vxo.actio. §. illo. nam æquis passibus ambulant. vel secundum alium casum dic redit quod amiserat per secundum matrimonium, cùm illud habebat ex pacto existentium liberorum.

i Quibuslibet.] ergo matri, cùm ipsa sit hæres. malè ergo stat hæc authenti. Sed dic quòd alios instituerat, & matri solam legitimam dimiserat. Vel dic speciale in hac donatione vt non plus debeat habere mater etiã si ei succedat.

k Hæredibus.] ex testamento. vel ab intestato: vt in corpore.

l Alienauerit.] mulier.

m Extiterit.] puta filio instituto.

n Redit.] cùm nihil est alienatum.

Cvm alijs.] CÆSVS. Sicut mulier cogitur restituere quicquid habet ex primo matrimonio filijs primi matrimonij: ita debet restitui filijs secundi matrimonij quicquid habet ex secundo matrimonio: quòd si non habeat filios ex secũdo matrimonio, habebit pleno iure, & ea poterit relinquere cuicunque voluerit. Viuianus.

a Cum alijs.] Cum, id est quamuis.

b Sanctionibus.] Quas non habemus. vel 10 dicit de illa. j. de bo. mater. l. si viua.

c Largitate.] i. donatione propter nuptias.

d Itaq;.] Nunc dicit in specie quod in genere dixerat. Vel quia sicut est circa primum matrimonium, sic & circa secundum.

20 e Habens.] scilicet mulier.

f Nec prosit.] Videbatur prodesse: quia hæc pœna mulieri imponitur, vt non alij relinquere possit: quia secundo cõ traxit matrimonium per quod tantum primis filijs fecit iniuriam non secũdis. Vnde primi cum secundis videbantur admitti, quod non est verum, vt hic dicit, & in auth. de nupt. §. illud. col. iiij. Sed argu. contra. j. eo. l. si quis prioris. §. talem. vbi etiam filijs primi matrimonij dat de his lucris secundi matrimonij. Sed 40 hic de donatione propter nuptias & de dote: ibi autem de alijs lucris secundum Bul. vel hic loquitur cum filij secundi matrimonij vtriusq; parentis hæreditatem adierunt: ibi illius tãtum qui lucri fecerat donationẽ vel dotẽ, & ideo ibi præ- 50 dicti filij secundi matrimonij habent eam donationem vel dotem simul cum liberis prioris matrimonij secundum Ioann. Accur.

Mulier secũdo nubẽs filijs iniuriã facit.

† Præcipimus.

g Id sibi.] Quasi dicat mulier liberè habet etiam si donator, id est vir secundus ex alia vxo 60 re filios habebat.

h Ad maternas.] Lege sic, sanè omnis posteritas ex quocunq; viro suscepta possideat lucrũ. subaudi veniens ad matrem, veniens dico ex hoc titulo, scilicet donationis propter nuptias, vel ex aliquo alio scilicet 70 simplicis donationis inter sponsos. Vel sic: Omnis posteritas veniens ad maternas facultates quæ obueniunt matri ex hoc vel ex alio titulo. quod in idem recidit. In alijs autem lucris à donatione propter nuptias, & de dote & sponsalitia 80 largitate loquit dictus. §. talẽ. & ibi plene dices.

§ Eaquæ.

Cvm alijs[a] sanctionibus[b] iussimus materna bona integra ad liberos peruenire: quod tamen mulier mariti largitate[c] percepit, id ex eo tantum liberi coniugio procreati, sibi speciale tanquã paternum nouerint patrimoniũ vendicandum. ¶ Itaq;[d] si habẽs[e] filios ad secundas nuptias fortasse transierit: sponsalitiam largitatem quam vir secundus contulit in vxorem, tantummodo filij qui ex secundo matrimonio suscepti sunt, pro soliditate possideãt: nec prosit[f] liberis ex priore susceptis matrimonio, quòd mulier ad tertia minimè vota migrauerit. ¶ Quod si posterior vir sine liberis ex eodem matrimonio susceptis decesserit: quicquid ab eo ex sponsaliũ largitate vxor fuerit cõsecuta, id sibi[g] iuriq; suo sciat esse collatũ, etiam si ex priore matrimonio donator filios reliquisse doceat. ¶ Ad maternas[h] sanè veniẽs vel ex hoc vel ex quolibet alio titulo facultates omnis posteritas, ex quocũq; suscepta[i] viro, pro debita sibi portione, & à matre[k], vel spontanea largitate, vel per testamentũ eius fuerit collata[l], possideat. ¶ Nos enim hac lege id pcipuè custodiendum esse decernimus[m] †, vt ex quocunq; coniugio suscepti[n] filij, patrum suorũ sponsalitias retineant facultates.

¶ Sicut mater transiens ad secunda uota, lucra prioris matrimonij tenetur reseruare filijs eiusdem matrimonij: ita uir transiens ad secunda uota tenetur reseruare filijs eiusdem matrimonij lucra dotis: alienandi facultate penitus interdicta, administratione tamen permissa patri dum uiuit, & etiam potestate eligendi, ac etiam diuidendi. h. d. usque ad. §. in his autem. Bald.

I mpp. Theod. & Valentin. AA. Florentio præfec. præ.

LEX V.

Generaliter[o] censemus, quocunq; casu[p] constitutiones ante hanc legem mulierem[q] liberis cõmunibus, morte mariti matrimonio dissoluto[ð] quæ[r] de bonis mariti ad eam deuoluta sunt, seruare sanxerunt, isdem casibus maritum quoq; quæ de bonis mulieris ad eum deuoluta sunt, morte mulieris matrimonio dissoluto, cõibus liberis seruare. ¶ Nec interest si alter pro marito donatione ante nuptias, vel pro muliere dotẽ crediderit offerẽdã. ¶ Hoc obseruari præcipimus, licet res ante nuptias donatæ[s] (vt assolet fieri) in dotẽ à muliere redigantur[t]. ¶ Dominiũ autẽ rerũ quæ liberis p huius legis vel preteritarum cõstitutionũ authoritatẽ seruantur, ad liberos pertinere decernimus. ¶ Itaq; defuncto eo qui eas liberis seruabat, extãtes ab omni possessore liberi vẽdicabũt[v], consumptas verò ab heredibus eius exigent[x], qui eas seruare debuerat. ¶ Alienandi sanè vel obligandi suo nomine[y] eas res quæ liberis seruari præceptæ sunt, eis qui reseruaturi sunt, adempta licẽtia est. ¶ Negotia verò liberorum patri vtiliter[z] administrare concedimus. ¶ Diuidendi quoq; res inter eos liberos ipsis parentibus pro suo arbitrio, vel eligendi quem voluerint, licẽtiam non denegamus[a].

¶ Lucra quæ debent reseruari filijs primi matrimonij, pertinent ad eos, siue sint hæredes præmorientis, siue lucrantis. h. d. usque ad. § illud. Bal. uel sic: Hæc lucra debentur liberis, si hæreditatem primi parentis non adiuerint: dummodo hæredes existant secundo morientis. hodie uerò etiam si neutri eorum existant hæredes, dummodo non fuerint ingrati. h. d. cum authent. hæres. Sali.

¶ In ijs autẽ casibus in quibus res vt paternas mater liberis communibus seruare pcepta est: (hoc est vbi morte mariti matrimonio dissoluto, mulier ad alias nuptias peruenerit) vel vbi res vt maternas patrẽ liberis cõmunibus seruare censuimus: (hoc est vbi morte mulieris matrimonio dissoluto, vir ad alias nuptias venerit) si hæreditatẽ eius parẽtis q prior mortuus[b] est, non adierint liberi: licebit eis, tãquã eius tãtũ res fuerint qui posterior morit[c], eas sibimet vendicare, scilicet si eius q posterior morit, hæreditatẽ crediderit adeundã: ne qđ fauore[d] liberorũ inductũ est, qbusdã casibus ad læsionem[e] eorũ videatur inuentũ.

m Decernimus.] in principio legis.

n Suscepti filij.] si sunt filij. aliàs omni posteritati, vt hoc. §. in princ. §.

Generaliter.] CÆSVS. Sicut mulier conuolans ad secundũ matrimonium cogitur reseruare quicquid percepit à primo marito filijs primi matrimonij: ita vir conuolans ad secundum matrimonium, omnia quæ habuit ex prima vxore, compellitur relinquere filijs primi matrimonij, & filij habent dominiũ 10 illarum rerum: & si mortuo patre res ab aliquo possidentur, filij eas possent vendicare si extant: & si non extarent, res haberent conditionem sine causa. pater autem dum viuit, possidebit res illas, & in morte relinquat filijs suis sicut 20 vult. nec eas alienat. Itẽ filij primi matrimonij possunt petere ea quę pater vel mater lucrati sunt ex primo matrimonio, siue velint habere hæreditatem patris vel matris prius decedẽtis siue nõ, adire non debent hæreditatem illius qui poste- 30 rius moritur. Si autem vir vel mulier ad matrimonium secundum conuolat, potest facere de rebus illis ad arbitriũ suũ quas habuit ex primo matrimonio. si tamen non alienarent, filij post mortem parentum poterunt vendicare. Viuia.

4o o Generaliter.] id est siue mulier nubat intra annum siue post. Itẽ siue mater siue auia.

p Quocũq; casu.] quod est quando secundo nubit: vt. s. eo. l. fœminæ. & l. proxi, Itẽ & quando non nubit si non alienauit vel consumpsit: vt 50 j. hac. l. in fine.

q Muliere.] migrantem ad secũdas nuptias.

r Ea quæ.] subaudi.

s Donatæ.] sponsæ simpliciter quod postea datur in dotem: vt hic, & s. de dona. ante nup. l. j. & l. si consentiente.

t Redigantur.] vt 60 seruentur filijs primi matrimonij viro lucrante.

v Vendicabunt.] vt & j. de bonis quæ lib. l. quæcunque. & arg. s. de sacrosanct. eccle. l. iubemus. ij. & j. de repud. l. cõ sensu. §. fi.

x Exigent.] condi- 70 tione ex hac. l. secundũ Ioan. vel etiam sine causa. argumen. contra. s. de condi. sine causa. l. penul.

y Suo nomine.] bene dixit suo nomine: qa filij nomine potest, vt sequitur.

z Vtiliter.] imò & non vtiliter: quia erube- 80 scit lex &c. vt in authẽ. de nup. §. sed quod sanctum est. col. iiij.

a Non denegamus.] imò hodie denegatur: vt. s. eo. authen. lucrum.

b Mortuus est.] & qui donauit vel dedit in dotem.

c Moritur.] & qui recepit in dotem.

d Fauore.] vt ea bona seruent eis, tãquã primo mortui parẽtis fuissent.

e Adlæsionem.] quod vtiq; fieret si ipsi nõ possent ea bona habere nisi prius

i Susceptaviro.] scilicet in primo vel in tertio secundum quosdam, vt non obstet. §. talem. & caue tibi, quia non sunt filij ex hoc coniugio in quo habuit lucrum, sed ex alijs viris primis vel posterioribus.

k Vt à matre.] Quasi dicat ita habebunt sicut mater volet: verbũ enim vt, denotat veritatem.

l Collata.] scilicet portio.

In authen. de nuptijs. §. si verò expectet. &. §. quoniam infirmas. & §. soluto. col. iiij. constitu. j.

HÆres [a] lucro cedunt liberis, licet hȩredes non sint patris aut matris aut vtriusque [b], nisi fuerint ingrati, & probetur ingratitudo.

FINIT AVTHEN.

¶ Sequitur textus C.

¶ Qui non transit ad secunda uota, potest lucra liberè alienare & consumere. si uerò non alienat nec consumit, possunt liberi illius matrimonij tanquam reseruata uendicare. hoc dicit. Bald.

¶ Illud etiam humanis sensibus huic legi credidimus inserendum, vt eo quoq; casu quo lucratur vel mulier res, quæ ad eum à marito perueniunt, vel maritus eas quæ ex bonis mulieris ad eũ transeũt: hoc est vbi primũ matrimoniũ alterius morte dissoluitur, nec supstes ad secundas nuptias peruenit: si res vel maritus vel vxor, hoc est qui superstes est, non consumpserit vel alienauerit (quod eis [c] ad secundas nuptias non venientibus, quasi rerum dominis concessum esse non dubium est) liberis [d] liceat res à patre profectas, vt paternas: à matre, vt maternas accipere.

In authen. neque virum quod ex do. §. propterea igitur. coll. viij. consti. fin.

¶ Ista authen. dicit quòd lucrum dotis & donationis propter nuptias omnino est reseruandũ filijs illius matrimonij, siue matrimonium dissoluatur morte, siue diuortio. h. d. Bal.

VXore mortua, quod vir ex dote [e] lucratur, filijs cõmunibus omnimodo [f] reseruatur quãtum ad proprietatẽ, vsufructu patri cõcesso. Idẽ est ex parte mulieris, si lucretur ex sponsalitia [g] largitate. Itẽ † si aliter [h] matrimoniũ soluatur, super ijsdem lucris loquitur hæc eadem constitutio [i].

In authen. vt fratrum filij. §. quia verò mulieres. colla. ix. consti. vij.

¶ Ista authen. dicit quòd mulier quæ non transit ad secunda uota, non solùm habet usumfructum lucratorum ex causa donationis propter nuptias: sed etiam habet utilem proprietatis partem secundum numerum liberorum. hoc dicit. Bald.

SI tamen [k] abstineat mater à secundis nuptijs, habebit & ipsa proprietatis portionẽ pro numero liberorũ. Idẽ in patre obtinet, & in omnibus ascendentibus à secundis nuptijs abstinentibus.

¶ Mulier secundo uiro uel ulteriori, uel maritus secundæ uxori, uel ulteriori, nullo liberalitatis titulo, seu nullo lucrandi pacto uel relicto, potest plus conferre quàm uni liberorum prioris matrimonij minus habenti, & quod ultra reliquit uel donauit pro non scripto habetur: & quicquid in fraudem huius constitutionis agitur ipso iure cassatur. hoc dicit usque ad. §. his illud. Bald. Vel sic: Coniunx transiens ad secunda uota, non potest ullo titulo in secundum cõiugem transferre plus quam reliquerit uni ex filijs primi matrimonij cui minus reliquerit: & quod ultra reliquerit, nõ ualet: sed inter liberos æqualiter diuiditur. h. d. Sali.

Impera. Leo & Anthemius AA. Erythrio præfec. præto. LEX VI.

HAc edictali [l] lege in perpetuum valitura sancimus, si ex priore matrimonio procreatis liberis, pater materve ad secunda vel tertia aut vlterius repetiti matrimonij vota migrauerit: non sit ei licitum nouercæ vel vitrico, testamento [m], vel sine scriptura, seu codicillis hæreditatis iure, siue legati siue fideicommissi titulo plus relinquere, nec dotis, aut ante nuptias donationis nomine, seu mortis causa habita donatiõe, conferre, nec inter viuos conscribendis donationibus (quæ etsi cõstante matrimonio ciuili iure interdictæ sint, morte tamen donatoris ex certis causis [n] confirmari solent) quam filio [o] vel filiæ, si vnus vel vna extiterit. Quod si plures liberi fuerint: singulis æquas partes habentibus, minimè plus quã ad vnũquẽq; eorum peruenerit, ad eorum liceat vitricum nouercamve transferri. ¶ Sin autem non æquis portionibus ad eosdem liberos memoratæ transierint facultates: tunc quoq; non liceat plus eorũ nouercæ vel vitrico testamento relinquere vel donare, seu dotis vel añ nuptias donationis titulo cõferre, quã filius vel filia habet cui minor portio vltima volũtate derelicta [p] vel data [q]

prius adita hæreditate defuncti parentis dantis, fauore enim eorum inductũ est, vt liceat eis res quas mater accepit à patre, vt paternas: vel quas pater à matre, vt maternas vendicare: hoc autem ad eorum læsionem posset retorqueri: quia si non adeant hæreditatẽ patris morientis qui dedit: videtur quòd non possint vendicare res suas vt paternas: quod hic remouet. nam hic (vt si dicam) aditio omissa non efficit quominus hic admittatur. cui simile dicitur. ff. de contra tab. l. nõ tantùm. §. si emancipatus. & facit ad hoc. s. de leg. & constitut. l. quod fauore. & de fide instru. l. plures. & infrà de rei vxo. ac. §. illo. Quod autẽ hic dicit, si vel eius &c. innouat authen. quia hæ res lucro cedunt liberis, licet non sint hæredes patris vel matris, vel nõ sint hæredes vtriusque: idem & si neutrius sint, dummodo non sint ingrati circa vtrunque, vel saltem circa posterius decedentem: vnde sequitur authen. hæ res.

HAe res.] CASVS. Lex Codicis dicit quòd filius poterit petere ea quæ pater vel mater lucratus est ex primo matrimonio, & si non adeat hæreditatem patris vel matris qui posterius decessit. Hæc authen. corrigit hanc distinctionem: dicens quòd filij debent habere res siue velint adire hæreditatẽ parentum siue non.

a ¶ Hæres.] Hæc authen. est ex authen. de nuptijs. §. si verò expectet. &. §. quoniã infirmas. & §. soluto. &. §. deinceps. colla. quarta.

b ¶ Vtriusq;.] Nisi ingrati extiterint, si nõ est in textu: & in authen. de nup. §. & super his quoq; lucris. &. §. si quis enim ex his.

c ¶ Illud.] quod eis. scilicet alienare vel consumere. & facit. j. eo. hac edictali. §. si.

d ¶ Liberis liceat.] sed hodie non potest consumere vel alienare, & sic sequitur alia authent. vxore. quæ & ipsa in aliquo corrigitur: & sic sequitur alia authen. si tamen. quas ambas lege, & non omittas quod dicit suprà eo. in authen. sed & si quis.

VXore.] CASVS. Lex Codicis dicit quòd mater conuolans ad secundum matrimonium, non potest alienare res quas habuit ex primo matrimonio. Authenti. confirmat hoc modo: quia si maritus aliquid lucratus est ex dote: cogitur seruare filio, siue conuolet ad secundum matrimoniũ, siue non. & si mulier aliquid lucrata est ex donatione propter nuptias à marito: compellitur reseruare filio siue conuolet ad secundas nup. siue non. & prædicta habent locum non solum cum matrimonium vxoris vel mariti soluitur, sed etiam in diuortio. Nam quædam est cõstitutio quæ loquitur super his lucris. Viuianus.

† In quibusdam exem. legitur, Idẽ quesi aliter matrimoniũ soluat. omissis his verbis, sup ijsdem luc. loqui. hic ea. consti.

e ¶ Ex dote.] Non corrigitur hic lex vetus in alijs rebus nisi in dote & donatione propter nuptias.

f ¶ Omnimodo.] i. siue contraxit secundum matrimonium, siue non.

g ¶ Sponsalitia.] i. propter nuptias donatione.

h ¶ Aliter.] diuortio.

i ¶ Constitutio.] vt j. eod. l. quoniam.

SI tamen.] CASVS. Authen. hęc continuatur cum superiori lege, & dicit quòd mater quæ non conuolat ad secundum matrimonium, potest habere virilem portionem cum filijs suis in donatione propter nuptias. & idem in patre.

k ¶ Si tamen.] Hæc est ex corpore, vt fra. filij. §: quia verò mulieres. colla tio. nona.

HAc edictali.] CASVS. Superiores leges loquuntur qualiter puniantur mulier & vir secundo nubẽtes, in rebus quas lucrati sunt ex primo matrimonio: cùm conuolant ad secundum matrimoniũ. mulier nec in vltima voluntate nec inter viuos potest plus secundo marito dare vel relinquere, quã det vni ex filijs primi matrimonij. Idem est in auo & in auia, si verò plus detur secundo marito, vel secundæ vxori: quod plus datum est, nõ valebit. Item mulier proprietatẽ eorũ quæ lucrata est à primo marito, perdit: vsumfructum tantum retinet in rebus immobilibus. mobiles verò res ęstimabuntur, & habebit vsumfru. si satisdet secundum formã hic positam. alioquin res remanebunt penes filios: & filij satisdabunt matri de tertia parte centesimę æstimationis soluenda matri. quæ constituitur pro rebus quas mater lucrata est, si nec filius nec mater det fideiuss. mulier habebit vsumfruct. & bona mulieris tacitè erunt obligata pro rebus illis: & si nec vir nec mulier cõuolet ad secundas nuptias, alienare poterunt ea quę habet ex primo matrimonio: sed si non alienant: filij prioris matrimonij, mortuis parentibus vendicabunt, licet hæreditatem parentũ nõ adierint.

l ¶ Hac edictali.] Id est generali. Et not. quod hucusq; dixit qualiter puniantur contemptores liberorum in lucris prouenientibus à defuncto cõiuge: nunc qualiter in alijs eorum bonis.

m ¶ Testamento.] scriptura facto.

n ¶ Causis.] quæ sunt infrà de dona. inter vi. & vxo. l. donationes. j.

o ¶ Quod a filio &c.] Contra. s. de dona. ante nup. l. si liberis. Solu. vt ibi.

p ¶ Derelicta.] scilicet vltima voluntate.

q ¶ Data.] inter viuos.

fuerit aut donata[a]: ita tamen, vt quarta pars quæ eisdem liberis debetur ex legibus, nullo modo minuatur, nisi ex ijs causis[b] quæ de inofficioso excludunt querelam. ¶ Quam obseruationem in personis etiam aui[c] vel auiæ, proaui & proauiæ, nepotum vel neptium, item pronepotum & proneptium, siue in potestate, siue emancipati emancipatæue sint, ex paterna vel materna linea venientibus, custodiri censemus. ¶ Sin verò plus quam statutum est, aliquid nouercæ vel vitrico relictum, vel donatum aut datum fuerit: id quod plus relictum vel donatum aut datum fuerit, tanquam non scriptum neque derelictum vel donatum aut datum sit, ad personas deferri liberorum[d], & inter eas diuidi[e] iubemus: omni circumscriptione, si qua per interpositam personam vel alio[f] quocunque modo fuerit excogitata, cessante.

¶ *Mater transiens ad secunda uota donec uiuit rerum mobilium lucratarum percipit cõmoda, alienatione penitus interdicta. Immobilium uerò præstita satisdatione & facta æstimatione usumfructum habet. Si autem non uult uel non potest satisdare, facultas satisdandi conuertitur ad filios qui debent satisdare matri pro usufructu æstimationis medij temporis: qua satisdatione prestita filij possunt libere res alienare. neutro uerò satisdante propter impotentiam uel dissimulationem, res remanent apud matrem donec uiuit: pro quarum restitutione sunt tacitè obligata bona matris præsentia & futura: & ipsa mater posterioribus præfertur creditoribus: & hoc si transit ad secunda uota. Si autem liberorum affectione uel castitate seruata non migrauit ad secunda uota, remanet domina pleno iure: & habet alienandi potestatem: tamen si non alienat, licebit liberis extantia uendicare. hoc dicit. Bal. Vel sic: Si mulier transit ad secunda uota, proprietas rerum à primo uiro prouentarum in liberos primi matrimonij transfertur: & ipsa usufructuaria efficitur, quæ pro mobilibus tenetur satisdare forma hic scripta: & ea non satisdante possessio transfertur in filios satisdantes: & neutro satisdante possessio remanet penes matrem: & omnibus liberis morientibus proprietas redit ad matrem. h. d. Sali.*

¶ His[g] illud adiungimus, vt mulier in ijs casibus, in quibus ante nuptias donationes, cæteras etiã res à marito ad se deuolutas, secũdum priorum legum statuta[h] liberis communibus, vt paternas, seruare cõpellitur: hoc est vbi morte mariti matrimonio dissoluto ad alias nuptias venerit, immobiliũ rerum & mancipiorum[i], annonarum quoq; ciuilium[k] vsufructu duntaxat vitæ suæ tẽporibus potiatur, alienatione earum penitus interdicta. ¶ Mobilium verò rerum, iustis pretijs æstimatione habita per eos, quos vtraq; pars elegeris arbitros iudicaturos interposito † sacramento[l], simili modo vsumfructum habeat, si idoneam fideiussionem[m] præbuerit, ꝙ easdẽ res mobiles vel earum pretium filijs & filiabus ex eodem matrimonio procreatis, vel post mortem eorum nepotibus & neptibus ex ijsdem liberis procreatis, siue omnibus, siue vno vna de superstite mori contigerit[n]: secundum legum modum[o] restituat. vel certè si fideiussiones idoneas præstare distulerit, aut nequiuerit: ꝓdictæ res mobiles nondum matri à liberis traditæ, apud eosdem manebunt. Solutæ verò eidem matri, vel ab eadem detentæ, restituentur liberis, si tamen ab his fideiussio idonea matri fuerit oblata, qua caueri debet † quòd eidem superstiti[p] pro vsufructu earundem rerum mobilium, vel pretio quo taxatæ sunt, vsurarum nomine centesimæ partem tertiam annuis ♁ quibuscunque temporibus præstare non differant: ita tamen, vt in eadem fideiussione hoc quoq; caueatur, quòd à filijs filiabusve, vel ex his progenitis liberis (si ante eandem matrem omnes eos obire contigerit) omnes res[q] prædictæ mobiles secundum legum moderationẽ matri, vt ad eam luctuo sum lucrum redeat, restituãtur[r]. ¶ Erit itaque licitum vtrilibet[s] parti quæ fideiussionem præbuerit, si sibi commodum esse perspexerit, his rebus mobilib⁹ vti frui, easdemq; dare[t] mutuo[v], vel obligare, vel vendere, vt ex his maximè[x] liberi acquirentes possint materno affectui[y] sine suo incommodo deseruire. ¶ Sin autem vtraq; pars prædictam fideiussionem dissimulauerit, aut forte offerre nequiuerit: eædem res apud mulierẽ vsque in diem vitæ suæ manebunt[z].

In authen. de non eligẽ. §. aliud. col. j. consti. ij. & in authẽ. de nup. §. & quia parum. coll. iiij. consti. j.

¶ *Hæc authenti. uult quòd si maritus aurum uel pecuniam certam promisit ex causa donationis propter nuptias, & non soluit: quòd si in substantia uiri non reperiatur quantitas auri uel argenti promissa, quòd mulier uolens illam exigere quia ex pacto est lucrata, non possit illam exigere ab hæredibus: ne compellantur substantiam uendere: sed teneantur hæredes cautionem usurarum præstare: secus si quantitas illa est reperta in hærede. hoc dicit. Salicetus.*

SEd si aurum fuerit in dona-

a ¶ Donata.] ob causam, vt dos, & donatio ante nuptias: & inspicitur hoc tempore mortis binubi: vt in authẽ. de nup. §. quia vero hactenus. colla. iiij. & facit. s. de inoffic. dot. l. j. & s. de dona. ante nupt. l. si constante. §. fin.

10 b ¶ Nisi ex ijs causis.] hoc à compositoribus est additum: nec obstat j. eo. l. cùm apertissimè. quæ hoc quasi nouum inducit.

c ¶ Aui vel auiæ.] Nã auus me⁹ q nouercã magnam induxit, tantũ mihi dabit quantum illi 20 magnæ nouercæ: quod intellige si & pater meus prædecesserit.

d ¶ Liberorum.] primi matrimonij: sed per l. j. eod. quoniam. etiam secundi matrimonij: sed tertio iure reditur ad istud: vt in authentica posita ibi, ad eos so- 30 los &c.

e ¶ Diuidi.] Sed pone quòd mulier quæ transiuit ad secunda vota, centum tantum habet in bonis: & ea dat secundo viro: nunquid totum reuocabunt filij primi matrimonij? Videtur quòd sic, cum appellatione pluris 40 & totum cõprehendatur. arg. j. de hære. insti. l. ij. & ff. de verbo. signifi. l. cæterorum. sicut & minus diceretur dare quando nil daretur: vt. ff. de tribu. l. illud. §. minus. & ff. de verbo. signi. minus. Solu. dico quòd reuocãt, vt sint ęquales cum secũ- 50 do viro. Item no. ꝙ hæc lex intelligitur quando fecit pactum cum secundo viro de lucrando, aliâs non habet locũ quod hic dicitur: vt diximus. s. si aduer. dotẽ. l. j. Item loquitur hæc lex siue non habeat alia bona nisi ea quæ dat secundo viro, si- 60 ue habeat: vt in aut. de nup. §. illud. colla. iiij.

f ¶ Alio quocunq;.] cum fingat se vẽdere cũ donet.

g ¶ His.] scilicet supradictis.

h ¶ Statuta.] vt. s. e. l. fœminæ. & l. cum alijs. & l. generaliter.

70 i ¶ Mancipiorũ.] quando cẽsentur immobilia: vt. ff. de diuer. & tẽpo. præscrip. longè.

k ¶ Ciuilium.] quæ de publico dant annuatim: vt in aut. de non alien. §. ij. col. ij. & j. de ann. ciui. li. xj. Itẽ not. ꝙ hic loquit de morte soluto matri- 80 monio. Nã secus si per diuortium: quia tunc aliam pœnam patitur: vt j. de repu. & diuor. cõsensu. §. hęc nisi. & §. si vero.

l ¶ Sacramento.] à partibus, non ab arbitro, secundũ Hug. ne ob. aut. decernit ius. s. de recept. arbi. Vel dic etiam ab arbitro: quia non est vere arbiter, sed arbitrator.

m * ¶ Fideiussionẽ.] quam non præstaret pater pro bonis maternis: vt. j. de bon. quæ libe. l. cũ oportet. §. nõ autẽ hypo- 10 thecam. & l. fi. §. illo procul dubio. vel forte aliud est in casu isto, & in patre. Itẽ nõ aliter facit fructus suos: vt. ff. de vsufru. lega. l. vxori. j.

n ¶ Contigerit.] scilicet matrem.

o ¶ Legum modũ.] vt ipsę si extant, etiam de- 20 terioratio ęstimetur.

p ¶ Superstiti.] id est dum viuit.

q ¶ Omnes res.] Itẽ si vnus de pluribus decedat, habet locũ pactũ appositũ in casu nõ existẽtiũ filiorũ: vt in aut. c. §. sed si quidẽ nobis pridẽ. secũdum Io. s. tãto minus 30 nũc restituat. Aliqui libri habẽt finẽ istius glos. sic vt in aut. eo. §. & sancimus. Sed hoc quidẽ nobis prodest secũdũ Ioan. vt scilicet tanto minus nõ restituat.

r ¶ Restituantur.] cõdictione ex lege, vel rei vẽdicatione si extãt: vel 40 ex stipulatione q̃ interponit. sic ergo est aliquis solicitus de hæreditate viuentis. Sed ar. cõtra. ff. de vulg. subst. l. ij. §. interdũ. sed ideo est hoc, quia ab ea processerũt, & quodãmodo. s. per vsumfructũ adhuc sunt suæ.

s ¶ Vtrilibet.] primo 50 matri: postea filijs.

t ¶ Dare.] cui vult.

v ¶ Mutuo.] i. pro mutuo.

x ¶ Maxime.] qa ipsi habẽt dominiũ: & mater posset idem facere si satisdedisset, cum ad pretiũ teneatur.

y ¶ Affectui.] scilicet 60 in vsuris prædictis.

z ¶ Manebunt.] sed qd si ambo sint parati satisdare, sicut & aliâs: vt. j. de testa. ma. l. fin? Rñ. potest dici meliorẽ cõditionem possidentis: vel melius mater præfert q̃ fructuaria est. argu. pro hoc quod hic in cõtrario ca- 70 su statuit. Sed ar. cõtra. ff. de vsufructua. quemadmodũ ca. l. si vsusfructus nomine. & facit in aut. de nup. §. sin autẽ intestatus. pe. col. colla. iiij.

SEd si aurum.] SCASVS. Lex codi. dicebat ꝙ in oĩbus reb⁹ mobilib⁹ si mulier 80 volebat dare fideiuss. de reb. restituẽ. filijs cũ moreret, poterat illis reb⁹ vti & frui. Hæc aut. corrigit. l. codicis in aliquo: & dicit ꝙ si mulier accepe rit cẽtũ in donationẽ ꝓpter nuptias in auro, & præmor

Mulier trãsiens ad secunda vota si dat totũ quod habet secũdo viro, an filij primi reuocare possĩt.

* Fideiussionem. Quid si mulier que tenetur præstare istã cautionẽ, sit idonea facultatibus? vt quia habeat bona immobilia Videtur eã non teneri cauere, sed quòd sufficiat promissio cũ generali hypotheca bonorũ per ea quæ trad. Bart. in l. quicunque. ij. C. de fund. patrim. li. xj. Pau. de Castro. & Ia. in. l. j. ff. qui satis. cog.

† Not. hic Sal. ꝙ deponẽtes de peritia artis, debẽt prius iurare. de quo plenè Soci. in tractatu fallẽ. in reg. cccxiiij. in verbo, peritus.

† Cauere debent.

♁ Quibuscunque.

præmortuo marito ea. lucrata ſit ſi ad ſecundas nuptias poſteà conuolauerit, dicta centum à filijs primi matrimonij etiam datis fideiuſſoribus non exiget, ſed filij præſtabunt cautionem de præſtanda tertia parte centeſimæ illius auri.

a ¶ In donatione propter nuptias.] quam mulier lucrata ẽ ex pacto.

b ¶ Exigitur aurũ.] ſcilicet in ſolutione facienda.

c ¶ Maritalibus.] id eſt lucris, pro quib' ſunt obligata alia bona mulieris à primo viro habitis. et dic. vt ĵ. eod. l. ſi qs §. in illo.

d ¶ Facultatibus.] idẽ in viro: vt ĵ. eo. l. ſi quis. §. in illo. et dic, i d eſt lucris habitis à viro. & ſic videntur interim filij nõ domini. Vel dic verius eos dominos, et non habere hypothecã: vt ĵ. e. l. ſi quis prioris. in fin. ibi, extra memorata &c. & ſubaudi hîc pro eis.

e ¶ Iis etiam.] id eſt facultatibus.

f ¶ Pignoris.] expreſsè ſcilicet.

g ¶ Traditas.] à filijs. &c. et eſt etiã ad leg. iſtã ĵ. de bo. quæ lib. cũ oportet. §. fi. et. ſ. de dona. ante nup. l. ſi cõſtãte. § pactis. et. ĵ. de pact. con. l. fin.

h ¶ In vendicandis.] per hypothecariam.

i ¶ Prohibebuntur.] vt. ſ. e. generaliter. §. fin.

k ¶ Parentũ.] primò decedentium. nã poſterius decedentium adire debent: vt. ſ. eodẽ. l. generaliter. quod et ipſum recipit correctionem: vt in authen. ibi poſita, hæres &c. Itẽ nouo iure, nec pater qđ ex dote ẽ, nec mater qđ ex ante nuptias donatione lucratur: niſi partem pro numero liberorum ſibi cõpetẽtem in alium transferre põt: vt in authen. vt fra. filij. colla. ix. quæ eſt. ſ. e. l. generaliter. authen. ſi tamẽ Itẽ facit in authenti. de nupt. § ſoluto. col. lat. iiij. et. ĵ. de bo. quæ libe. l. cum oportet. §. fin attem.

IN quibus.] CASVS. Si pater vel mater ad ſecũdas nuptias conuolauerit: lucra quæ habet ex primo matrimonio cogitur reſeruare filijs primi matrimonij. ſi non ſunt filij reſtituet nepotibus, et non fratribus defuncti ſi quis ex filijs deceſſerit. Not. ex hac lege ibi: portionẽ. qđ beneficia vadunt ſecundum lineam ſanguinis. et potius ſequuntur lineam deſcendentem, quàm tranſuerſalem, ſecundum Bal. hîc.

l ¶ Præcepti ſunt.] vt ſuprà. eodem. l. fœminæ. & lege generaliter. in princ.

tione [a] propter nuptias ſcriptum: cautio vſurarum exponitur, non autem aurum exigitur [b]: niſi fortè viri ſubſtantia habeat aurum, & cætera quæ ſcripta fuere.

FINIT AVTHEN.

¶ Sequitur tex. C.

¶ *Bona matris ad ſecunda uota tranſeũtis, ſunt obligata filijs pro rebus ab eorum patre ad matrem peruentis à die qua res illæ ad matrẽ peruenerunt: & ideo ſi illas alienet, filij uendicare poterunt ut pauciores. h. d. Sali.*

¶ Omnibus videlicet ijſdem maritalibus [c] facultatibus [d], ijs etiã [e] quas habet habiturá ve eſt, tanquã ſi iure pignoris [f] vel hypothecæ ſuppoſitæ ſint ſuper eadem ante nuptias donatione, vel rebus alijs ad eam ex mariti ſubſtantia deuolutis, ex eo die quo eædem res ad eam peruenerint, liberis obligatis: vt ſi qui poſt traditas [g] matri, vel detentas ab ea res (ſi ita contigerit) contractum aliquem cum eadem muliere inierint, quę ſe repetitis nuptijs copulauerit: in vẽdicandis [h] ijſdem ſuppoſitis rebus poſteriores habeantur: liberis qui ex eodem matrimonio procreati ſunt, et nepotibus neptibuſq́; qui ex ijſdem liberis geniti ſunt, ſine dubio pręponendis.

¶ *Pater uel mater non tranſiens ad ſecũda uota, poteſt de lucris nuptialibus diſponere pro libito: et eo uel ea non diſponente poſſunt filij uẽdicare: licet hæreditatem primi parentis repudiauerint. h. d. Sali.*

¶ Sin verò liberorum ſuorum affectione ſeruata, pater matér ve ad alias nuptias migrare noluerit: neque vir ijs quæ de bonis vxoris ad ſe tranſeunt, neque mulier rebus quæ ex ſubſtantia mariti ad ſe peruenerunt, pro ſuo arbitrio vti, vel eas vendere, aut quocũque iure vel modo alienare, vel pignoris iure, ſeu hypothecę, ſi voluerint, obligare, vtpote domini earum, prohibebuntur [i]. ¶ Extãtes autem prædictas res, ſi non fuerint alienatæ vel conſumptæ, vel ſuppoſitæ, licebit liberis vendicare, etiam non adeuntibus hæreditatem parentum [k]. D. ij. Cal. Mar. Martiano & Zenone Conſ.

¶ *Iſta lex & principium ſequentis tendunt ad idem. hoc dicit. Quod debet per lucrantem filijs reſeruari: ſi alter filiorum decedit cum liberis: alter uerò adhuc uiuit: liberi morientis ſuccedunt loco ſui genitoris, & non fratres: eis tamen electione reſeruat. hoc dicit. Bald. Vel ſic: Filius tranſmittit ad deſcendentes ius uendicandi lucrum ſibi proueniens propter tranſitum quem parens fecit ad ſecunda uota, aſcendentibus & collateralibus excluſis. hoc dicit Sali.*

m ¶ Debebatur.] vel deberetur ſi in tempore ſecundarum nuptiarum ſuperſtes fuiſſet: & hoc non facta electione à parente.

n ¶ Peruenire decernimus.] hoc intellige ſaluo pacto non exiſtentium liberorum: nam ſolum reliquum conceditur filijs hæredibus extraneis: vt hîc, & in authen. de non ali. §. proſpeximus. &. §. hoc autem. collatio. j. Sed per aliam de nupt. §. quoniam infirmas. collatio. iiij. redditur ad legem iſtam: vt. ſ. authen. ſed & ſi quis. ibi, abſque progenie &c. Item nota quòd dubitatio huius legis eſt & erat, quia cùm donatio propter nuptias proceſſerat ex ſubſtantia patris, mortuo filio ad liberos alios videbatur peruenire, ſcilicet ad fratres defuncti, ad quos etiam bona patris perueniebãt. Sed non eſt ita: quia in perpetuum deceſsit ab alijs quod ad hunc deuenit, ſecundũ Ioannem. ſi autem ſine liberis decederet: quid iuris ſit dicit authen. ſ. eod. l. ſed & ſi quis ex his.

o ¶ Eligendi.] Eliget ergo hic filius de ſuis filijs, ſicut & pater & mater poteſt eligere: vt hîc, & ſ. eodem. l. fœminæ. & l generaliter. §. negotia. Sed an ita corrigatur in hoc caſu, ſicut in patre: vt. ſ. eodem authẽ. lucrum? quod poteſt dici. ſed alia ratio poſſet aſſignari quòd illud corrigatur nõ hoc quia filijs omnibus fit iniuria per ſecundum matrimoniũ & non nepotibus. & facit ad legem iſtã. ĵ. l. proxima in prin. & ĵ. cõmunia de ſucceſ. l. fina.

Impe. Zeno A. Sebaſtiano præfect. præto.

LEX VII.

IN quibus caſibus pater dotem, mater ante nuptias donationẽ, vel alias res ad ſe ex altera parte deuolutas, filijs vtriuſque ſexus ſeruare præcepti ſunt [l]: ſi quem ex filijs vel filiabus ante patris vel matris obitũ mori contigerit (ſiue ante ſecũdas nuptias, ſiue poſt eà) filio vel filia, nepote vel nepte, vel pluribus, patre ſuo adhuc viuo, vel matre ſuperſtite, derelictis: portionem quę defuncto filio vel filię debebatur [m], vel lucrũ ex ea, non ad fratres vel ſorores mortui, ſed ad filios eius vel filias vel nepotes vtriuſque ſexus, aut pronepotes, auis vel proauis ſuperſtitib', peruenire [n] decernim': eligendi [o] videlicet quos voluerint ex liberis ſuperſtitibus, non adempta licentia. D. Calend. Mart. Ello V. C. Conſ.

¶ *Sicut non ſuccedunt fratres, ſed liberi: ita nec parẽtes: & quotquot liberi exiſtũt ex uno filio præmortuo, vnius loco habẽtur. hoc dicit uſque ad. §. illud etiam. addendo principium iſtius legis. ad fidem ſummarij. l. præcedentis. Item additur hîc quòd omnes nepotes ex vno filio ad unam partem uocantur, & patruus ad alteram. hoc dicit Bal.*

SI quis.] CASVS. Si pater vel mater conuolauerit ad ſecundum matrimoniũ, cogitur reſeruare filijs ex primo matrimonio. Et ſi non ſuperſint, reſtituet nepotibus, nõ fratribus. ¶ Illud.] Si pater vel mater non conuolet ad ſecũdũ matrimoniũ, poterit alienare, ſiue ſpecialiter concedat, puta legata faciendo, ſiue generaliter inſtituendo hæredẽ: & ſi non alienauit, filij poterũt vẽdicare, ẽt ſi nõ adiuerint hæreditatẽ patris aut matris poſt decedẽtes: ſatiſdare tamẽ debent hæreditatem patris vel matris qui poſterius decedit. ¶ Talẽ.] Hic. §. ſic cõtinuatur. In ſuperioribus dictum eſt, quòd filij primi matrimonij poſſunt vendicare ea, quæ pater vel mater habuit ex primo matrimonio, & ſi non adierint hæreditatem patris vel matris, ſed hæc licentia non conceditur filijs ſecundi matrimonij: quia non poſſunt vendicare in totum lucra, quæ habuit pater vel mater ex ſecundo matrimonio: ſed pro parte filij primi matrimonij vendicant. ¶ In illo.] Sicut omnia bona matris, ita omnia bona patris tacitè ſunt obligata filijs pro his, quæ pater lucratus eſt ex primo matrimonio, & pro alijs rebus quæ ad filios pertinent.

Imp. Iuſtinianus A. Mennæ præfe. præto.

LEX VIIII.

SI quis prioris matrimonij filiorum ante [p] ſecũdas nuptias patris, vel matris mortuus fuerit, filijs à ſe vel nepotibus vel pronepotibus relictis: partem eius non ad fratres, vel ſi nullus alius frater vel ſoror ſit, ad patrem vel matrem eius * peruenire, ſed ad filios vel nepotes, vel pronepotes eiuſdem mortuæ perſonæ ſancimus: vt ſiue vnus, ſiue plures ſint, eam tantummodò partem vendicare poſsint, quæ mortuo competijt [q].

p ¶ Ante.] idem ſi poſt: vt. ſ. l. proxi. in fi.

q ¶ Competit.] i. cõpetere poterat. ſic. ff. de ſta. li. l. Labeo. & hoc non facta electione à parente. & habes idem quod hîc. ſ. l. proxi.

* Non peruenire.

a ¶ Illud.] hæc eadem sunt.s̄.eo.l.generaliter.in fin.et.l.hac edictali.in fin.
a ¶ Ex priore coniugio.] quo ad differentiam secundi quod contrahi potuit, sed contractum non est.
c ¶ Paternam.] i.eius parentis qui primò decessit: adeant tñ hæreditatem eius qui posterior moriatur, etiam qui est lucratus: vt.s̄.eo.l.generaliter.§. in his.licet aut̃.hæ res.corrigat ibi posita.
d ¶ Sancimus.] id est sanciẽtes: aliâs scientes.
10 e ¶ Specialiter.] id est particulariter.
f ¶ Instituendo.] scilicet in totum.nam alienatio est &c.vt.j̄.de fun.do.l.j et est simile, quia instituendo hæredem videaẗ alienare: vt.ff.de leg.ij.l.peto.§.fratre.et de verb.ob.l.si ita quis promise-20 rit. §.ea lege. Sed argu.contrà.ff.de fun.do.l.j.& ff.de alie.iudi.l.ex hoc edicto. §. sed hæredem.

Hæredem instituens alienare videtur.

ADDITIO.

aut prohibitio alienationis est facta simpliciter, et non intelligitur prohibita transmissio ad hæredem testamẽtarium vel 30 legitimum.ita loquitur.d.l.j.ff.de fundo do. Aut est facta limitatiue: & tunc si limitatio est facta circa modum, puta quòd non fiat alienatio fraudulenta vel dolosa: et tunc etiam non videtur prohibita transmissio ad hæredem, quia in ea cessat 40 dolus ita loquitur lex ex hoc edicto.in.§.sed hę hæredem.s̄.alleg.Si autẽ prohibitio est facta limitatiuè respectu personæ in quam potest alienari, tunc vltra illam personã prohibitio est generalis. ita loquitur. l.peto .in. §. fratre .ff. de leg.ij.et hîc 50 cũ similibus. de qua distinctione vide lati⁹ per Bart.in.d. § .fratre.

† Cæterũ sancimus.

¶ SEQVITVR AVTHENTI. ¶ *Nunc autem.quæ est de nup.§.deinceps.& .§.soluto .colla.iiij.*

NVnc.] CASVS. Lex codi-60 cis dicit, qđ pater videtur alienare si aliquẽ instituat: et sic generaliter hæc aut̃.corrigit, qa nisi specialiter concedat alicui lucra, quæ habet ex primo matrimonio, pręsumitur conseruare talia lucra filijs primi matrimonij.

¶ Istum.§.habuimus etiam in superioribus: & dicit quòd lucrans qui non transit ad secunda uota, potest de ipsis lucris disponere & alienare.si uerò non disponit nec alienat: in defectum prouisionis hominis succedit prouisio legalis reseruans hæc lucra filijs et nepotibus.h.d. Bald.

¶ Illud [a] etiam certa sanctiõe definire censemus, vt siquis vel siqua ex alio matrimonio filijs procreatis, minimè ad secundas nuptias venerit: eodem modo liceat quidẽ genitori vel genitrici res ex priore cõiugio [b] sibi acqsitas quo modo voluerit, alienare vel administrare. si quæ verò earũ minimè sint alienatæ, posſint liberi etiam non adeũtes paternã [c] vel maternam hæreditatem eas vendicare.

¶ Iste.§.continuatur ad præcedentia sic: Dictũ est suprà, quod lucrans qui non transit ad secunda uota, potest liberè alienare res lucratas.modò posſet dubitari utrum hæredem instituendo siue filium siue extraneum, intelligatur alienare? Respond. quòd siue specialiter relinquat, siue hæredem instituat, alienasse videtur. Bal.

¶ Certũ esse sancimus [d] †, qđ etiã illa decætero videbitur earundẽ fuisse rerum alienatio, quę in testamẽto genitoris vel genitricis, vel specialiter [e] relinquẽdo, vel generaliter hæredẽ instituendo [f], facta sit.

In authen. de nup.§.deinceps.&.§.soluto.colla.iiij.consti.j.

¶ Hæc authen.corrigit quod suprà de institutione hæredis dixit.nam hodie siue hæredem instituẽdo, siue generaliter bona sua relinquendo: non dicitur hæc lucra nuptialia alienare.seu in alium uelle transferre: nisi expresſè de eis faciat mentionem: sed præsumitur liberis seruare hoc dicit.quod not.Sali.

NVnc autem [g] nisi expresſim transponat in alios, præsumitur ipsis cõseruare talia lucra.

FINIS AVTHEMTICAE.

¶ Sequitur textus Codicis.

¶ Iste.§.reputatur difficilis propter uarietatem lecturarum: & ut intelligas, uide Ba & Sal.

¶ Talem [h] verò licentiam datam filijs [i] vt etiam non adeuntes [k] paternã vel maternã [l] hæreditatem lucra vẽdicarent [m] quæ parẽs eorũ ex matrimonio quod secundo thoro [n] minimè mutauit, sibi [o] acquisita non alienauit, nullo modo eis concedimus si paternã vel maternam hæreditatem [p] ab intestato ex parte [q] (si fortè alij etiã ex anteriore matrimonio morienti parenti filij sunt) sibi acquisierint [r].

¶ Bona parentum ad secunda uota transeuntium sunt liberis quibus debent lucra reseruari, tacitè obligata: nec patria potestas impedit istam tacitam hypathecam: tamen pater filio ad reddendam rationem administrationis non cogitur.hoc dicit cum glo.Bald.Vel sic: Sicut bona matris, ita patris ad secunda uota transeũtis sunt obligata liberis primi matrimonij pro lucris conseruandis, ac etiam pro alijs bonis à matre uel à materna linea ad filium peruentis, in quibus pater habet usumfructum: non tamen filij ex causis prædictis posſunt perscrutari administrationem parentum. hoc dicit. Sali.

¶ In illo etiam veterem [s] sanctionem adimplentes, pręcipimus exẽplo matris cuius res post secũdas nuptias filijs ex priore matrimonio natis in hypotheca suppositæ sunt, ad conseruanda eis lucra quę ex priore matrimonio ad eam peruenerunt: patris quoque bona quę habet habiturusque est, filijs ex priore matrimonio natis post secundas eius nuptias ad ea conseruanda quæ ex eorum matre lucratus est, supposita esse.

¶ Illius [t] etiam patris qui in sua potestate talem liberum vel liberos habẽs, maternam eis substan-

g ¶ Nunc autem.] Sic ergo immutat authen.quod dicit lex ista: quia per authen.præsumitur parens talia lucra conseruare liberis, nisi expreſsè trã-70 sponat in alios, licet generaliter bona alicui dimittat: & sic speciale derogat generali.& est sic.ff.de leg.iij.l.vxorem.§.fœlicisſimo Sed in qbus rebus habeat locum hæc authen.dubium est.Nam authen.de nupt.§.soluto . parenti ad secundas nuptias non venienti permittit liberam facultatem alienandi dotem vel donationem propter nuptias: quam corrigit authen.neque virum quod ex dote est: vt suprà eo.aut̃.vxore.quæ etiam immutatur per aut̃. vt fra.fi.vt suprà eo.aut̃.si tamen . vnde potest dici quòd hæc aut̃. non loquitur in illa portione quam lucratur parens ex pacto non existentium liberorum, & in alijs lucris quæ non sunt dos vel donatio propter nuptias. Item est arg.contrà.huic aut̃.ff.de acqui.re.do.l.quædam.sed illud regulari-80 ter est verum, hoc casualiter.

Casum ponit.

h ¶ Talem.] Dic casum sic: Concessum est filijs primi matrimonij vendicare lucra primi matrimonij, etiam non adeuntibus patris vel matris hæreditatem: sed talem licentiam filij secundi matrimonij non pasſi iniuriam per tertium matrimonium non habent, scilicet vt soli ea lucra habeant, si filij prioris matrimonij extant ideoq̃ue pro parie sunt hæredes secundi matrimonij.sed secundum casum est contrà: &.s̄.eo.l.cum alijs.Solu.illa trahitur ad istam & secundũ istã intelligitur secundum M. vel hîc loquitur de simplici donatione quæ debet diuidi inter liberos primi matrimonij & secundi .s̄.verò de donatio.propter nuptias quam propriam habere debent.Vel melius.ibi adierunt filij secundi matrimonij hæreditatem: & sic habuerunt præcipuum . adierunt dico parentis à quo lucrum factum est, id est hæreditatem primò mortui parentis. i. secundi matrimonij. hîc repudiauerunt filij secundi matrimonij hæreditatem pręmortui parentis, sed adierunt lu-10 crantis.Vel ibi de sponsalitia largitate tantùm, hîc de alijs secũdum . H. Sed vt hoc contrarium euites, dic sic casum secundum Ioan.Berta habuit primum virum quo mortuo susceptis liberis lucrata ẽ ex primo.x.accepit secũdũ, & eo mor-20 tuo susceptis liberis lucrata est eodẽ modo. xx. filij primi matrimonij non adita patris hæreditate, sed matris tantùm posteà morientis habent præcipua dicta . x . quæ ex patre suo mater lucrata est.filij secundi matrimomij si non adeant 30 patris hæreditatem, à quo mater lucrata est, sed tantùm matris ad quam cum filijs primi matrimonij admittuntur, sortiuntur dicta . xx. cum supradictis filijs primi matrimonij. secus si adijsſent vtriusque parẽtis hæreditatem filij se-40 cũdi matrimonij: quia tunc insolidum lucrantur illa.xx . & sic loquitur illa dicta lex cum alijs, & ita ibi adierunt vtriusque.hic vnius scilicet lucrantis . Quod dictum est in matre, idem in patre . & idem dicunt in filijs primi matrimo-50 nij, si tantum posterius decedenti succedant vt pro parte vendicent lucra primi matrimonij p̄ qua sunt hæredes cum filijs secundi matrimonij.Sed Io.contra in hoc. sunt enim iniuriati primi per secundum matrimonium, & ideo vendi-60 cant insolidum ex quãtacunque parte sunt hæredes.filij autem secũdi matrimonij non patiuntur iniuriam.& hoc secũdum has leges: nam per auth.fecit, vel non fecit iniuriam, integram tamen seruat: vt per auth neque virũ quod ex dote est. coll.vij.quæ auth.in nuptialibus lucris tãtùm loquitur, vt ex rubrica apparet.alia enim lucra quomodo velit alienat, nisi ad secunda vota conuolet: vt 70 in aut.eo.§.si verò expectet.col.iiij.q̃ nõ alienata filijs deferũẗ secũdũ H.

Mulier binuba si ex vtroq; matrimonio lucretur, qualiter illud inter filios diuidetur.

i ¶ Filijs.] secundi matrimonij.
k ¶ Adeuntes.] & hoc in diuersis casibus secundum has leges, vt prox.diximus, sed hodie licet nullius: vt in auth.hæres.s̄.eo.
l ¶ Vel maternam.] scilicet primò morientis, sed secundi sic: vt.s̄.eo.l.generaliter. §.in his .
m ¶ Vendicarent.] ipsi soli.
n ¶ Secundo thoro.] i.tertio.omne enim matrimoniũ potest dici secundũ quod primũ sequitur fortè respectu secũdi quod est primũ post[a] secũdũ. & sic de alijs: vt in aut.de hære & fal.§.inordinatum.coll.j.
80 o ¶ Sibi.] id est parenti .
p ¶ Hæreditatem.] ad quam venit lucrum.
q ¶ Ex parte.] quod ita esse potest, si fortè &c .
r ¶ Acquisierint.] i.acquirere potuerint.quasi dicat non eius parentis à quo venit lucrum secundum casum Io.
s ¶ Veterem.] scilicet illam.s̄.eod.l.hac edictali §. omnibus. vbi dicitur quod hîc subijcit vsque ibi, patris.
t ¶ Illius.] etiam patris, non solùm superioris.& dic quod.s̄. pro conseruation

a Adde q̄ similiter omne potest dici primũ ante quod aliud non est: vt notat Old.cõ. ccccxxj. colũ.ij.tex. est in.c.Ioseph . de verb.signi. vnde dicit hîc Salic. q̄ non extantibus filijs primi matrimonij, filij secũdi matrimonij habebunt baroniã in pręiudicium filiorũ tertij matrimonij.

tione lucrorum: hîc pro conſeruatione rerũ maternarum.

a ¶Ius hypothecæ.] Cũ res obligatę trãſeant cũ ſua cã, vt.ĩ.de diſtrac. pignorũ.l.ſi debitor. qđ aũt hîc de pr̃e dicit, ſimpliciter verũ eſt, qđ filij 10 in ei⁹ ptãte cõſtituti non debẽt pſcrutari ei⁹ adminiſtrationẽ: vt in aut. de nuptijs. §.et ita circa taliũ.et.ĩ.de bonis quæ liber.l.ſi.niſi ipſe ſuſpect⁹ habeat̃ de fraude vel de alienãdo: vt.ff.ad trebellianũ.Imperator Hadrianus.ſed in mr̃e nõ eſt ita 20 ſimpliciter admittẽdũ. nã nil phibet eius adminiſtrationẽ pquiri in prę dictis lucris.et facit.ĩ. de bonis mater.l.j.et de bonis quæ lib.l.cũ oportet. §.non autem.&.§.fin.

Filij in poteſtate conſtituti. patris adminiſtrationem non debent perſcrutari.

QVoniam.] CASVS Mater nõ põt pl⁹ dare ſecũ- 30 do marito, quã dat vni ex filijs primi mr̃imonij. & ſi dat plus, nõ valet: qa reſeruabitur filijs primi trimonij.vt.ſ.e.l.hac edictali.hæc lex corrigit illã dicẽs, qđ id quod pl⁹ datũ eſt, ptinet tã ad filios primi matrimonij quàm ſecũdi. Siverò mater ſine 40 cã repudiauit patrẽ, lucrabit̃ pater dotẽ, & cõpellet̃ filio eã reſeruare.

b ¶Quoniam prætcritæ.] vt.ſ.eo.l.hac edictali.et đ donatio. añ nu. l.ſi conſtante.§.fina.

c ¶Liberis.] ablatiui abſoluti.

d ¶Mentio facta.] 50 Scilicet vt ipſi aliquid habeant.

e ¶Pertinere.] ſic ergo per hãc legẽ corrigit̃ illa lex, hac edictali. in prin. ſed hæc corrigit̃ per authenti. quam hîc habes, ad eos &c.

Ex priore.

f ¶Ad hæc.] i.iuxta hęc

g ¶Seruari.] ſubaudi 60 ſancimus.

h ¶Cauſam, requiri.] ſcilicet à qua parte vel quare ſit miſſum.

ADeos.] CASVS. Lex codicis dicit qđ lucra perueniũt filijs prioris matrimonij et ſecũdi. Hęc aut. addit, qđ ſi qs decedat re 70 licta ſobole, poterit ad eam quod ad eum peruenit, tranſmittere.

i ¶Ad eos.] Hæc aut. ſumitur in aut. de nupt. §.optimè.&. §.nec illud. colla.iiij.& ſic reditur ad legem iſtam veterẽ. Itẽ ſi nihil datum fuit filijs prioris matrimonij, et a- 80 liquid datũ fuerit ſecũdo marito vel vxori, totum reſtituitur filijs illis: ita qđ filij ſecundi matrimonij quarta debita non fraudant̃. Vel aliter, vt no.ſ.eo.l.hac edictali. circa principium. Vnde

tiam, vel ex materna linea ad eos deuolutam ſeruare compellitur: bona iiſdem liberis ſuppoſita eſſe ad conſeruandas eaſdem maternas res decernimus: ita tamen, vt occaſione talium hypothecarum neque patris, neque matris adminiſtrationem filij valeant pſcrutari: vel aliquam eis mouere ſuper hoc quæſtionẽ: cũ perſpicui ſit iuris, etiam ſi alienata fuerint eorũ bona quæ extra memorata lucra vel maternas res ſunt, ius hypothecę [a] integrum iiſdem manere filijs. D.iij.Id.Decembr.DN. Iuſtiniano A.ij.Conſ.

¶ *Iſta lex concernit.l.hac edictali. & hoc dicit: Totum quod vltra modum ſecundæ coniugi datur uel relinquitur, tanquam non datum liberis utriuſque matrimonij applicatur. in hoc corrigitur lex, hac edictali.§.ſi uerò. quæ dicebat quòd applicabatur ſolùm filijs offenſis per trãſitum ad ſecunda uota hodie corrigitur hæc lex & redit ad.l.hac edictali.per authẽti.de nup.§.optimè.uerſicu.& hoc decernẽs.& per authẽ. ad eos.hîc poſitam, unde corrigens corrigitur, & ad priſtinum ſtatum ius reducitur.Bal.*

Idem A. Mennæ præfecto prætorio.

LEX IX.

QVoniam præteritæ [b] leges omnia quæ liberis [c] ex priore matrimonio procreatis mulier quidem ſecundo marito, vir autẽ ſecundæ vxori dotis, vel ante nuptias donationis nomine, vel alio quocunque modo dederit vel reliquerit, iis ampliora, quæ vni filio vel filię ex anteriore matrimonio progenitis danda vel relinquenda ſunt, reuocata ad ſolos filios vel filias *ex anteriore matrimonio natos peruenire conſtituerũt, nullaq; in hac parte filiorum ex ſecũdo matrimonio natorum mentio [d] facta eſt: hoc quoque corrigẽtes, omnia quæ memorato modo reuocantur, non ſolùm ad filios prioris matrimonij, ſed etiam ad eos, qui ex ſecundis nuptijs nati fuerint, pertinere [e], & in capita inter omnes diuidenda ſancimus.

¶ *Statuta ĩ lucris nuptialibus matrimonio morte ſoluto, locum habent etiam ſi ſoluatur diuortio.h.d.Salicetus.*

¶Ad hæc, [f] lucra quæ marito vel vxori ex dote vel ante nuptias donatione occaſione repudij accedunt, indiſtinctè poſt ſecundas eorum nuptias liberis ex priore coniugio procreatis ad ſimilitudinẽ matrimonij morte diſſoluti ſeruari [g], nec decętero repudij cauſam [h] requiri, vel aliam in ea re exquiſitionem fieri. D. Idibus Aprilis Conſtantinopoli. Decio V. C. Conſ.

In authen. de nupt.§.j.&.§.nec illud.&.§.optime.collatio.iiij. cõſtitutio.j.

¶ *Iſta auth.corrigit.legem codicis, & redit ad l.hac edictali. & ratio eſt: quia ſoli iniuriam paſſi debent conſequi lucrum in recompenſationem iniuriæ.h.d.Sali.*

ADeos [i] ſolos etiam nũc pertinet, & ſi quis ex eis pręmorit̃ relicta ſobole, portio eius ad eam defertur.

¶ *Ne naturæ iniuriarentur leges, liberi qui ſunt uerè ingrati, non habent beneficium.l.hac edictali.hoc dicit.Bal. Vel ſic: Liberi ingrati nõ admittuntur ad partem lucri quod debetur filijs primi matrimonij: ex eo quia plus debito ſit datum uel relictum ſecundo coniugi.h.d.Sa.*

Idem A. Demoſtheni præfe. præto.

LEX X.

CVm apertiſsimè legibus [k] caueatur ingratos liberos à maiorum ſuorum hæreditate meritò eſſe repellendos: ſi hoc [l] idẽ [m] in ſuis elogijs [n] cõſcripſerint, & re uera hoc fuerit reuelatum [o], reclamare videtur huiuſmodi ſanctioni [p] diualis cõſtitutio [q] Leonis in clytæ recordationis, quam ſuper filijs ex priore matrimonio pcreatis cõſcripſit. Nã cũ neceſsitas [r] eſt patri vel matri: qui ad ſecũda vota migrauerit, tãtum præſtare per quancunque cauſam ſecundo marito vel noucrcæ, quantum [s] filio vel filiæ ex anterioribus nuptijs progenitis, qui partem minimã habiturus eſt, reliquerit: maxima iniquitas ex hac ſanctione cõtra genitorts efficiebatur. liberi etenim ſcientes, ꝙ omnimodo aliquid ſibi à genitoribus ſuis etiam nolentibus relinquedũ eſt, & tantum, quãtũ ſecundus maritus vel nouerca acceperit *omni licentia & laſciuia ſuos genitores iniurijs afficiebãt. Quopropter ſancimus ingratos reuera liberos: neque hoc beneficiũ quod diualis conſtitutio Leonis auguſtæ memoriæ eis pręſtitit, in poſterũ poſſe ſibi vẽdicare [t], ſed quaſi ingratos ab omni huiuſmodi lucro repelli. quã obſeruationem in perſonis etiã aui * & auiæ, proaui & proauiæ, nepotũ vel neptium, itẽ pronepotum vel proneptium, ſiue in poteſtate ſiue emancipati emancipatæ vẽ ſint, ex paterna vel materna linea venientibus, cuſtodiri cenſemus. ¶Sed queadmodũ genitoribus prouidemus, ita & innocuã poſteritatem nullis affici iuiurijs patimur, vt non genitores qui ſeſe ſecundis nuptijs deuouerint, irrationabile odium ad priores liberos forſitan habentes, ſine iuſta ratione eos ingratos vocare concedantur. ¶Eos etenim liberos hm̃oi beneficio defraudari volumus, qui re ipſa ingrati circa ſuã [u] antiquita-

Cum omni.

Vel auiæ

miror etiã quare quæſierunt hîc quidam vtrũ filij primi matrimonij habebant querelam ſi nil eſt eis datũ. cũ enim habeãt cõditionẽ ex hac authen. nõ habet locum querela: vt inſtit. de inofficio.teſtam.§.tã aũt &c.

10 CVm apertiſsime.] CASVS Si mater vel pater cõuolat ad ſecũdum matrimoniũ, non poteſt plus dare ſecũdo marito vel ſecundæ vxori, quã vni ex filijs primi matrimonij, vt dicit lex Leonis. hoc diſtinguit hæc 20 lex: quia aut filij ſunt ĩgrati, aut nõ. Primo caſu locum nõ habet hæc lex Leonis. Secũdo caſu ſic, quia nõ repellũtur Viui.

Filijs prioris thori quibus nihil relinquitur, querela non datur.

k ¶Legibus.] vt.ſ. de inofficio.teſtamen.l.liberi.&.l.omnino.

l ¶Si hoc.] id eſt cauſam ingratitudinis.

30 m ¶Idem.] ſcilicet parentes.

n ¶In ſuis elogijs.] ſi enim cauſa ingratitudinis nõ fuit expreſſa, nõ licet parentibus exhæredare: vt.ĩ.de libe.præter. auth non licet.

o ¶Reuelatum.] id eſt ab hæredibus pbatũ.

40 p ¶Sãctioni.] id eſt ſtatuto veterum legum.

q ¶Conſtitutio.] quã habes.ſ.eod.l. hac edicta li. in princi.

r ¶Neceſsitas.] ſcilicet ſi aliquid vult dare: quaſi diceret, non plus.

s ¶Quãtũ filio.] Hyſterõproterõ. ſic & inſtit. 50 de lege aquil.§.iniuria.

t ¶Vendicare.] imò & illa cõcedit exhæredare. ſed dic illud à cõpoſitoribus additũ: vel illud verũ in quarta, non autẽ in beneficio legis Leonis.

u ¶Suã antiquitatẽ.] id eſt maiores ſuos. Et poteſt hîc legi authenti- 60 ca q̃ dicit ſic: Mater tamen filio donãs ſi ad ſecundas nuptias venerit, non poterit occaſione ingratitudinis reuocare, niſi ex tribus cauſis: Si filius vitæ matris inſidietur. Aut manus impias inferat. Aut circa totius ſubſtantiæ ablationem 70 agere aliquid aduerſus eam declaretur: vt in authenti.eod.§.mater colla. iiij.

SI SECVNDO NVPSERIT MVLIER. *De pœnis secundò nubentium dixit. suprà. titu. j. generaliter: nunc specialiter in casu uno.*

SI vsumfructum.] CASVS Si vir vxori suæ vsumfructũ rerum suarum relinqueret in vltima voluntate, & illa ad secundas nuptias conuolauerit: an vsumfructũ retinere possit, quæritur? Dicitur quòd non: sed filijs restituet. quod si filius fuerit impubes, & propter ætatis imbecillitatẽ vsumfruc. nõ petierit, nec tutorem habuit, & mater vsumfruc. vsurpauerit: rem cũ fructibus quos percepit, restituet: vsufruc. rerum donatarũ ante nuptias suam obtinente firmitatem.

tem ab hæredibus genitorum liquidis & indubitatis probationibus conuicti fuerint, ex eiusmodi casibus qui anteà priscis legibus enumerati sunt. D. xv. Cal. Octo. Calcedone, & Decio V. C. Cons.

TITVLVS X.

Si secundo nnpserit mulier, cui maritus vsumfructum reliquit.

Mulier transiens ad secunda uota, usumfructum sibi relictum à primo marito perdit: & liberis prioris matrimonij restituitur: & si est in mora expressa vel tacita restituendi, condemnatur ad omnes fructus quos percepit indebitè: secus si fuerat lucrata plenum dominium: nam tunc usumfructum non perdit. Bald.

Imppp. Valentin. Theod. & Arcad. AAA. ad Tatianum præ. præ. LEX VNICA

SI vsumfructũ maritus rerũ suarum decedẽs vxori reliquerit, eaq; in secundas nuptias cõsortiũq; conuenerit: vsumfructum quẽ ex priore marito consecuta fuerit, amittat: atq; eum filijs [a] ex eo die quo nupserit, maturè restituat. ¶ Quòd si liberos ex priore matrimonio adhuc imbecillitas habebit infantiæ, nec muniat eos tutoris auxiliũ, ac per huiusmodi occasionẽ mater quę relicta fuerãt vsurpauerit: omnia legitimè repetantur †, & cũ competẽtibus [b] fructibus ad liqdũ deducta rõne restituat. Hæc de vsufructu quem vir extremam constituens voluntatẽ de rebus pprijs vxori reliquerit. ¶ De vsufructu verò rerũ ante nuptias donatarum ea obseruari [c] quę anteriores constitutiones decreuerunt, sancimus. D. Idib. Mart. Arcad. A. ij. & Rufino Cons.

In authen. de nupt. §. si verò sobolem. colla. iiij. consti. j.

Ista authen. secũdum vnam lectu. legis diuiditur in duas partes. Nam in prima loquitur in vsufructu relicto vxori. In secunda loquitur in usufructu, qui datur inter uiuos uel per se, uel cum proprietate. secunda ibi, sed usufructus. Bart.

HOc locum [d] habet, si datus vel relictus fuerit ea lege, vt ex secundis nuptijs interiret, alioquin perseuerat, siue relictus [e] esset, siue donatus [f], quibus casibus licuit [g]. ¶ Sed vsufructus in dote siue ante nuptias donatione lege permissus, non potest à testatore derogari [h].

a ¶ Filijs.] legitimę ætatis.

b ¶ Et cum competentibus.] i. perceptis tantùm. nõ percipiendis secundũ quosdã. & sic intelligunt quod dicitur. s. de vsufruct. l. si pater.

c ¶ Ea obseruari.] vt proprietas amittatur vsufructu retẽto, si secundò nupserit: vt &. s. ti. j. l. hac edictali. §. his illud. & l. fœminæ.

¶ SEQVITVR AVTHEN. Hoc locũ. *quæ legitur in prin. legis.*

HOc locum.] CASVS. Lex codicis dicit, quod si maritus reliquerit vxori vsumfructũ, perdit illum si ad secundas nuptias cõuolauerit. Hæc authẽ. distinguit: aut vir dixit expresè, quòd perdat, si ad secunda vota migrauerit, & perdet. aut nihil de hoc dixit: & non perdet, licet secundo nubat.

d ¶ Hoc locũ.] id est talis vsusfructus amissio.

e ¶ Relictus.] per legatũ vel fideicõmissũ.

f ¶ Donatus.] inter viuos.

g ¶ Licuit.] scilicet constante matrimonio: quod dic p exẽpla: vt. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. si spõsus. §. concessa. &. §. si marit⁹. &. §. si qs. & l. quod si vir. & l. qđ adipiscẽdæ.

h ¶ Derogari.] arg. in authẽ. cõstitutio quæ dignitati. §. pe. col. vj. Et est ratio in supiori casu: qa cõditio nõ nubẽdi secundo nõ est in vidua improbata, sed in virgine sic: vt. j. de indi. vidui. l. ij. & in auth. cui relictũ. Itẽ aliud est forte in vsufructu aliorũ lucrorũ, quibus poterit derogare testator. Sed quid si dicat vir, relinquo eam dominã & vsuariam: vel dominã & vsufructuariã. quid habebit mulier per talia legata? Videtur quod nil: vt. ff. de re iudi. l. vbi repugnãtia. Ecõtrà quod sic, vt sint duo legata scilicet plenæ proprietatis, & vsusfruct-: vt. ff. de vsufruc. lega. l. si Titio fundus. vnde cùm proprietatẽ nõ habeat, quia testator aliũ instituit, habebit vsumfructũ per legẽ illã. sicut & aliâs dicitur, lego vsumfructũ habitationis. nã vsum habitationis videtur legare: vt. s. de vsufruc. cùm antiquitas. Alij dicunt eo plus, quod hæredes iure fideicõmissi teneãtur restituere hæreditatẽ: sed secundũ cõsuetudinẽ [a] sic, & hîc cũ dicitur dominã & vsufructuariã debet habere alimenta. Sed an in extraneis institutis habeat locũ eadẽ consuetudo? Quidã quod non: alij quod sic. sed de iure videtur quod sic: vt. ff. de leg. & senatuscõ. l. de quibus. &. j. quę sit lõg. cõsuetu. l. j. Ecõtrà quod nõ: quia plenius filijs quã extraneis hæreditas debetur: vt. j. de codicil. l. fi. prædictus tamẽ vsusfructus nõ valet vltra dodrantẽ: vt. ff de vsufru. l. omniũ. & ęstimatur: vt. ff. ad. l. fal. l. hæreditatũ. Item ad hoc. j. de indic. vidu. l. si. & not. in auth. de tri. & se. §. prohibemus. colla. iij. & expresè. ff. de vsufru. leg. l. vxori. ij. Sed an idem in extraneis institutis? Dico idẽ. Vel dic quod nõ: quia alia ratio est ibi: vt. j. de codici. l. fi. Sed arg. cõtrà. ff. de leg. & sena. cõsul. l. de qbus. ij. respõ.

† Quędam exẽpl. hñt, omnia cum legitimè repetũtur, cũ cõpetentibus fructibus, ad liquidum deducta ratione restituat. Et hęc de vsufru. quẽ vir extrema constituens voluntate de reb. &c.

Conditio non nubendi an sit reprobata.

Mulier domina & vsuaria, vel vsufructuaria relicta quid habere debet.

a Aliâs, legit hîc: sed secundũ cõsuetudinẽ scriptam in curia Bulgari debet habere alimẽta.

¶ DE DOTIS PROMISSIONE. *Dictum est de nuptijs tam primis quàm secundis cumq; utrisque dos accedere soleat, ea ratione de eius promißione uel pollicitatione supponit. Et est pollicitatio solius offerentis promißio: quæ pars quidem pacti est, sed ponit partem pro toto: ut ff. de polli. l. ij.*

TITVLVS XI.

De dotis promisione & nuda pollicitatione.

Dos incerta re & genere, ex pacto nudo non potest peti, etiam si nudum sit pactum in scriptura redactum. hoc dicit Bald. uel sic: Duo specialia circa idem non possunt concurrere. hoc dicit. & ad hoc semper allegatur. Salicetus.

Imp. Alexand. A. Claudiæ. LEX I.

FRustra existimas actionem tibi cõpetere quasi promissa dos tibi, nec pręstita sit: cũ neque species vlla, neque quãtitas [i] promissa sit, sed hactenus nuptiali instrumento ascriptum, quòd ea quæ nubebat, dotem [k] dare promiserit. PP. Calen. August. Pompeiano & Peligno Cons.

Qui promittit usuras dotis, uidetur ipsam dotem promitere. hoc dicit Bal.

Imp. Sordianus A. Herodoto præ. prę.

LEX II.

SI pro dote promissa † vsuras dare socer tuus spopondit: id quod deberi ostenderis [l], competens iudex ♁ solui tibi pręcipiet [m]. PP. xij. Calend. Septemb. Pio & Pontiano Cons.

FRustra] CASVS. Si pater famil. pro familia sua in genere dotem promittat, nec reddit, nec de tali pmissione dotis generali conficitur instrumentum: an maritus eam petere posit quæritur? Dicitur q̃ nõ. & ita dos generaliter promissa. puta dicendo sic: promitto dotem, peti non potest.

i ¶ Nec quãtitas.] scilicet certa vt habeant locum cõtrarium. Vel dic q̃ nec certa, nec incerta: & sic nullũ est cõtrariũ.

k ¶ Dotẽ.] quę nisi certa sit, non potest peti, vt hîc, & arg. s. mãda. l. salarium. &. ff. de verbo. obl. l. ita stipulatus. in prin. & l. triticũ. Sed contrà. ff. de iure dot. l. cùm post §. gener. Solu. ibi in arbitriũ boni viri erat collata, hîc autẽ nullius secũdũ Azo. Vel hîc promisit se daturũ: ibi constituturũ. hæc non valet: vt. j. e. l. si cũ, vbi daturũ promisit, & tamen valet. Vel tertiò ibi pater promisit, cuius officium est dotare: hic extraneus. quæ nõ placet: nã & hîc ipsamet mulier promittebat. Tu autem dic, quòd ibi interuenit stipulatio, hîc non. nec etiam pactum, sed sola scriptura qua cõtinetur, quòd ea q̃ nupsit, dotem promisit. Sed huic obijcitur, quòd ex quo sic est scriptũ, præsumitur & factũ: vt insti. de fideiuss. §. fi. & argu. j. eo. l. iiij. sed in illa lege. j. eo. fuit scriptum voluntate nubentis, hîc sine voluntate. vel ibi certa quãtitas licet minor soluta fuit: vnde propter quantitatem certã pactum ibi intercesisse intelligitur: hîc autem tantũ dotem promissam contineri in instrumento. Ad aliã dic quòd hîc iam duo essent specialia: & quòd præsumerentur solennitates. & quòd incerta dos valeret: quod esse non potest. Vel hîc nudo pacto, ibi stipulatione fuit promissa. vnde iam oportet hîc esse duo specialia: scilicet quòd ex nudo pacto actio daretur: & quòd ad incertum: ibi autem ad vnum tantùm, scilicet ad incertum: & eisdem modis solue aliud contra. j. eo. si cum ea.

SI pro dote.] CASVS Pater pro filia. c. nomine dotis promisit, & vsuras si sua die non soluerentur. si aliquo tempore vsuras non soluerit, an posteà sit compellendus, quæritur? Respon. quòd sic.

l ¶ Ostenderit.] scilicet dotem & vsuram promissam: & idem si tantùm vsura esset pmissa: nã quod aliàs facit solutio vsurarum per longum tempus vt. ff de vsur. l. cùm de in rem verso. hoc debet stipulatio facere per vnã horam: vt. j. ad leg. fal. l. fina. & sic etiam hi quidam dicunt, quòd non fuit promissa sors nisi fictione iuris, per hoc scilicet quod vsura fuit promissa à socero dicente, & promittente vsuras pro centum in dotem datis. ex hoc enim & ad sortẽ dabitur ex tacito pacto actio. arg. j. eo. si voluntate. Et si hoc approbes, procedit arg. gl. & poterit tolerari. Iaco.

m ¶ Præcipiet.] proposita certi conditione ex stipulatu: si tamen tu vir subeas onera matrimonij. secus si pater mulieris: vt. ff. de iu. do. l. cùm post. §. in domum. &. ff. de excep. do. l. pater. An autem dicendum sit idem si sponsus

Pollicitatio quid sit.

Scriptura præsumitur solenniter facta.

† Si dote promissa.

♁ Dissolui

Specialia duo circa idem cõcurrere nõ possunt.

si sponsus sponsam exhibeat, quæritur. quod satis dici potest: vt tunc.s.habeat fructus & vsuras: aliàs non.

SI quum ea.] CASVS. Si pater pro filia marito non certam dotem, sed qualem ipse arbitratus esset promisit, nec stet placitis: condic. certi ex stipu. compellet eam declarare: alioquin recurretur ad arbitrium boni viri.

a ¶ Arbitratus.] scilicet is qui dotē promisit.
b ¶ Actionibus.] i. 10 actione, puta certi condictione ex stipulatu.
c ¶ Videtur.] fauore dotis etiam certa intelligitur quantitas: quæ scilicet colligitur ex facultatibus & secundum dignitatem viri: vt.ff.de iure dot.l.quæro.& l.cum post.§ gener.& sic est contrà.s.eo.l.j.sed ibi solui: quia hic est ad arbitriū. Item not.ad arbitrium boni viri recurri, & sic à persona recedi: vt.ff.de reg.iur.l.in personam.§. generaliter.&.j.pro socio l.si societatem.prima columna.&.ff.de contrahē. emptio. l. hæc venditio. 30 & sic faciūt ad quæstionem eius, qui se cum pignoribꝰ compromisit in offensum. Sed arg.contrà, vt à persona non recedatur.ff.de verbo.obl. l.si quis arbitratu.&.ff. pro socio.l.si ita coita.

Si pro dote.

Iure uel more iudiciorum. Arbitrio bo ni viri quin que requiri tur, & à per sona recedi tur.

¶ Qui committit se in arbitrium stipulatoris, uidetur se committere tanquam in arbitrium boni uiri.h.d.Bald. Etiam si promittens sit extraneus.Sali.

Idem A.Claudio præfect.præ.

LEX III.

SI quum ea quæ tibi matrimonio copulata est, nuberet, is, cuius meministi ☉ dotem tibi non addita quantitate, sed quodcunq; arbitratus [a] fuisset, pro ea daturū se ritè promisit, & interpositæ stipulationis fidem nō exhibet: competentibus actionibus [b] vsus, ad re promissi emolumētum ✱ iure iudiciorū peruenies. videtur [c] enim boni viri arbitrium stipulationi insertum esse. PP. Calend. Ian. Sabino & Venusto Cons.

¶ Ille qui confitetur ex causa dotis plus recepisse quàm recepit, potest agere ut id quod non recepit, recipiat.hoc dicit.Bal.& non est alibi.

Imp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Rufo.

LEX IIII.

SI voluntate dotantis in dotali instrumento plura tibi tradita scripsisti quàm suscepisti: intelligis de ijs, quæ desunt, petendis [d], pactum esse consecutum [e]. S.Non. April. AA. Cons.

SI voluntate.] CASVS. Pater 40 pro filia centum dedit nomine dotis: fecit confici instrumentum, quo continebatur maritum fuisse confessum se recepisse.cc.tacitè videtur pactum de dandis.cc.& ea maritus petere potest.

d ¶ Petendis.] i.petes tu vir: nisi animo simulandi hæc facta sunt, vt faciūt ignobiles cum nobiles accipiunt [a]. Et notamirabilem fictionem, cui est argumen. contrà in mutuo: vt.ff.si certum petat.l.qui pecuniā. & facit.s.de non nume. pecu.l.in contractibus.& sed quoniam.&.j.de rei 60 vxoriæ ac.l.vnica. circa princi.& est hoc speciale in dote.

e ¶ Consecutum.] agetur ex prima stipulatione: & si excipiatur de confessione, replicabitur de tacito pacto.

Si pro te pater.

a Adde tamen quòd nobilis præsumitur donare qa donare proce dit à nobilitate.c.j.de dona. Barba.in.c.fedes. derescrip.

¶ Ex promissione dotis agit maritus, non mulier.h.d.Bald.

Idem AA. et CC. Dasumianæ. LEX V.

SI pater ✱ marito tuo stipulanti promiserit dotem: non tibi, sed marito contra successores soceri [f] competit actio [g]. D. viij. Calend. Decemb. AA. Cons.

SI pater.] CASVS. Pater pro filia promisit dotem marito filiæ, & decessit: an hæredem patris filia pro dote conuenire possit, quæritur? Dicitur quòd non, sed maritus.

f ¶ Soceri.] scilicet sui: id est patris tui. sed si tu es hæres, æqualiter cum fratribus, de tuo est tota solueda: vt.ff.de col. do.l.j.§ pe.&.j.de col.l.ij.

g ¶ Actio.] secus in legato: vt.ff.de leg.iij.l.fideicommissa.§.interdum.secundum Io.& de leg.j.l. seruo legato.§.si testator. Accursius.

¶ Dos promissa nudo pacto cum scriptura uel sine scriptura, peti potest.h.d.uel sic: Ex nudo pacto dotis præstandæ oritur actio.h.d.Bald.

Imp. Theod. et Valentin. AA. Hierio. præ. præ.

LEX VI.

AD exactionem dotis quam semel præstari placuit, qualiacunque sufficere verba censemus: siue scripta fuerint, siue non, etiam si stipulatio [h] in pollicitatione rerum dotaliū minimè fuerit subsecuta. D. Calend. Mart. Felice & Tauro Cons.

AD exactionem.] CASVS. An dotis conuentio stipulatione non interueniente, & ita nudo pacto fieri possit, quæritur? Dicitur quod sic: & ita ex nudo pacto agi potest: quod est speciale in dote.

¶ Pater simpliciter dotando filiam, non exprimendo de quo patrimonio, uidetur dotasse de proprio patrimonio ipsius patris.si uerò expressit quod dotabat de proprio patrimonio et filiæ: tunc si est soluendo, intelligitur dotasse de proprio. si uerò non est soluendo, intelligitur dotasse de patrimonio filiæ.h.d ista lex singularis & unica, & una de quinquaginta decisionibus Iustiniani.Bald.

Imp. Iustinianus A. Ioanni præ. præ.

LEX VII.

h ¶ Si stipulatio.] Speciale vt ex nudo pacto oriatur actio: vt hic, &.j.de dona.l.si quis argentum. sed regulariter contrà, vt.s.locati.l.si tibi. sed hodie fingitur inesse stipulatio: vt.j.de rei vxo.acti.circa princ. Est & secundum speciale in dote.s.eo.l. ij. Item tertium.s.eo.l.si voluntate.& facit.j. de testamen.l.quoniam indignum.&.s.de non numera.pecunia. l.generaliter.& in titu.de verb.oblig.§.in hac.&.s ad Velleia.l.generaliter Accursius.

Pactum nudū quando que parit actionem.

SI pater dotem pro filia simpliciter [i] dederit [k], vel pro filio ante nuptias donationē fecerit [l], habeat autem filius vel in potestate cōstitutus, vel fortè emancipatus res maternas, vel ex alio modo tales quæ acquisitionem effugiūt [m], quarū vsusfructus solus apud patrē remanet, vel quocunque modo poterat quasdam actiones contra patrem habere [n]: dubitabatur apud veteres, vtrúmne videretur pater ex ipso debito, dotis vel ante nuptias donationis fecisse promissionē vel ✱ dationem, vt sese ab huiusmodi nexu liberaret: an debitum quidem remaneret in sua natura, liberalitas autem paterna dotem vel ante nuptias donationem dare suggesisset. ¶ Et in tali dubitatione multa pars legumlatorum sese diuisit: alio etiā incremento huiusmodi quæstioni addito, si fortè dixerit in instrumento dotali, ex rebus paternis & maternis dotē, vel ante nuptias donationem dare: vtrum pro dimidia parte videatur datio vel promissio facta esse, an pro rata [o] portione vtriusque substantiæ. ¶ Vtranque igitur dubitationem certo fini tradentes sancimus, si quidem nihil addendum existimauerit, sed simpliciter dotem vel ante nuptias donationem dederit vel promiserit, ex sua liberalitate [p] hoc fecisse intelligi [q], debito in sua figura remanente. Neque enim leges incognitæ sunt, quibus cautum est, omnino paternum [r] esse officium, dotem vel ante nuptias donationē pro sua dare pro genie. Liberalitas itaque talis remaneat vera [s] & irreuocabilis, vt puro nomine liberalitas & debitū suam sequatur fortunam. ¶ Vbi autem ex rebus tàm suis quàm maternis [t], vel alijs quæ nō acquiruntur, vel ex suis debitis dixerit se fecisse huiusmodi liberalitates: tūc si quidem penitus inopia tentus est: ex illis videri rebus dotē, vel ante nuptias donationem esse datam, quæ ad filios vel filias pertinēt [v]. Si verò & ipse substantiā

10 SI pater.] CASVS. Si pater pro filia dotem dedit, vel dare promisit, nec expressit ex cuius patrimonio, scilicet an filiæ, an patris: præsumitur de bonis patris, & non filiæ. Si verò expressit de bonis patris & filiæ: si pater sit soluendo, de proprijs bonis 20 ipsius videtur dos constituta: si non, de bonis filiæ. Viuianus.

i ¶ Simpliciter.] id est nō designato ex quo patrimonio.
k ¶ Dederit.] per destinationem.
l ¶ Fecerit.] destinatione.
30 m ¶ Effugiunt.] id est nō acqrūt patri, vt ad uentitia castrentia & quasi castrensia.
n ¶ Habere.] cū sit emancipatus. Vel dic in specto naturali iure. Vel dic de ipsis in quibus pater habet vsumfructum.
o ¶ Pro rata portio- 40 ne] vt plus de maiori substātia dare videatur.
p ¶ Ex sua liberalitate.] i.ex sua substantia.
q ¶ Intelligi] secus pręsumam in auo materno: arg.ff.de nego.gest.l.Nesennius. Nam ibi non cōpellitur auia dare alimē ta: quia nepotes sufficie- 50 tes erant: hic autem sic dotare licet filij sufficiāt sibi.
r ¶ Paternū esse officium.] vt &.ff. de ritu nup. l. qui liberos. non maternum: vt.j. titu. j. l. neque mater. nisi quando esset hæretica: vt.s.de hæret. l. cognouimus.
60 Quid autē si extraneus dotem pro muliere promisit: de cuius patrimonio videtur promittere: de suo vel mulieris siue patris mulieris? Respon. mulieris, vel patris: quasi eius gerat negotium: nisi aliud probetur. argumen.ff. de nego. ge- 70 stis. l. Nesennius, &.ff. de admini. tuto. l. cùm post mortem. §. j. & de leg. tertio. l. vxorem. §. pater.
s ¶ Vera.] non ficta, quòd pater iactet se dare de suo: & de substantia filiæ detur: vt.j.ea. l. in fine.
80 t ¶ Maternis.] filio delatis.
u ¶ Pertinent.] Sed hoc quid prodest patri: nam & si hoc non præsumeres, tamē nō condemnaretur pater, nisi in quantum facere potest: vt.ff.de re iudica.l.sed cum hoc? Respon. prodest: quia si perueniat hoc casu ad meliorem fortunam, non poterit conueniri, cùm iam solutum est marito. secus autem si de suo præsumeres eum promisisse.

Donatio nem.

Dos si per extraneum promittitur de cuius patrimonio pro missa præsumitur.

a ¶ Idoneam.] scilicet tantam vel talem, ex qua commodè poterat hanc dotem pro filia dare. & accipe commodè, id est secundum dignitatem & facultatem suam: vt. ff. de verb. signi. l. nepos Proculo. & ff. de iure do. l. quęro. Sed in casu superiori iudistinctè videtur teneri de suo dare, quando scilicet simpliciter promisit. sed & ibi puto quod secundum mensuram substantiæ suæ teneatur: superfluum verò de bonis filij vel filiæ intelligatur promissum. nec enim verisimile est, quod vltrà se obligauerit pater. argumen. ff. de vsur. l. si stipulat⁹. sed fortè fauore dotis potest hîc dici cõtrarium: quia hæc lex videtur velle notare differentiam inter primum et secundũ casum.

b ¶ Intelligatur.] scilicet totum.

c ¶ Poterat.] ratio vtriusque.

d ¶ Consentire.] repete & poterat &c.

e ¶ Liberalitati.] id est ei quod pater dedit.

f ¶ Periculum.] & sic qui se iactauit, se obligat. sic. ff. de seruit. vrb. pręd. l. si arborem. § penult. et. ff. de reg. iur. l. in ambiguis. argum. contrà. ff. de contrahen. emp. l. ea quę.

idoneā [a] possidet: in hoc casu quasi de suo patrimonio dotē vel ante nuptias donationem dedisse intelligatur [b]. Poterat [c] enī secūdum suas vires dotem pro filia, vel ante nuptias donationem pro filio dare, & consentire [d] filijs suis quando voluerint partem vel fortè totam suam substantiam quā habēt, paternæ liberalitati [e] pro dote vel ante nuptias donatione aggregare: vt reuera appareat quid ipse velit dare, & quid de substantia filiorum proficiscatur: ne dum effuso sermone sese iactat, in promptum incidat sui periculum [f]. D. Calēd. Nouembr. Lampadio & Oresta. Cons.

TITVLVS XII.

De iure dotium.

¶ Vbi constitutio dotis incipit à promissione, re euicta potest agi de euictione. sed ubi incipit à traditione: de euictione non agitur, nisi res æstimata sit data, uel dolus dantis dotem, uel tradentis intercesserit. h. d. Bal.

Impp. Seuerus et Antoninns A A. Nicephoro.

LEX I.

EVicta re quæ fuerat in dotem data, si pollicitatio [g] vel promissio [h] fuerit interposita: gener contra socerum vel mulierem, seu heredes eorum condictione [i] vel ex stipulatiõe [k] agere potest. ¶ Sin autem nulla pollicitatio vel promissio intercesserit [l]: potest euictionē eius, si quidem res ęstimata fuerit ex empto [m] cõpetit actio. † Si verò hoc non est factum: si quidem bona fide eadem res in dotem data est, nulla marito [n] competit actio †, dolo autem dantis interposito [o], de dolo actio aduersus [p] eum locū habebit: nisi à muliere dolus interpositus sit. tunc enim, ne famosa [q] actio aduersus eam detur, in factum [r] actio cõpetit. PP. Dat. Calen. August. Mutiano & Fabiano Cons.

Continuatio. ¶ DE IVRE DOTIVM. ¶ *De dotis promißione, & de priuilegijs circa promißionem dotis competentibus dictum est: sequitur uidere de iure dotium, id est de iure quod circa dotes promissas & præstitas est inductum. Azo.*

EVicta.] CASVS. Pater pro filia dedit fundum in dotem. posteà euictus est. an maritus possit agere de euictione, quæritur? distinguitur: an incipit dos à datione, aut à promissione. si à promissione, scilicet quod promittebatur de ea præstanda, aget ex stipulatu. si à datione, aut erat ęstimata, aut nõ. Primo casu aget actione ex empto vtili ad interesse. Secundo casu aut intercessit bona fides dātis, aut non. si sic, non aget. si non: aut intercessit mala fides, scilicet mulieris dantis, aut extranei dantis pro ea. Primo casu datur actio in factum. Secundo casu, actio de dolo.

† Hæc in vetust. codic. non habentur.

g ¶ Pollicitatio.] sine interrogatione præcedente: vt. ff. de pollici. l. iij.

h ¶ Vel promissio.] cum interrogatione: & dic de dote danda tàm hîc quàm in superiori casu. Vel quod est melius, de tradenda: quo casu potest ad interesse agi, quod nõ esset in superiori casu, sed ad æstimationē tantũ: vt. ff. de verbor. oblig. l. si fundũ tradi. Vel tertiò scilicet de euictione præstanda.

i ¶ Condictione.] s. certi. Vel dic condictione ex hac lege. Et nota quod ex nudo pacto datur hîc actio, prout ad pollicitationem respicit; & sic contra. argu. s. de pact. l. ex conuentione.

k ¶ Ex stipulatione.] id est certi condictione, quæ datur ex stipulatione, quasi nec sit datum, cùm sit euictum: vt. ff. de verbo. obli. l. vbi autem. §. fin. & ff. de re. permut. l. j.

l ¶ Intercesserit.] si à datione dos cœpit: sic ęt in donatione distinguitur, an teneatur de euictione donator vel non, per legem istam. ADDITIO. Vide glossam in verbo, venditionis. in fine. in. § perficiuntur. institu. de donationibus.

Donator an teneatur de euictione.

m ¶ Ex empto.] quia æstimatio facit emptionem: vt. ff. eo. l. plerunque. et l. quoties. et. s. de pact. l. ex conuentione.

n ¶ Marito.] iure veteri. et facit. ff. de ædili. edict. l. ad res. et de donat. l. Aristo. sed hodie secundum Azo. ex stipulatu competit: quia semper fingitur interuenisse: vt. j. de rei vxo. actio. §. j. Sed nos contrà. nec enim ibi dicitur, quòd detur ex stipulatu: sed quòd rebus euictis tacita est hypotheca constituta, vt ibi dices.

o ¶ Interposito.] vt pote quia res aliena data est.

p ¶ Aduersus eum.] scilicet extraneum dotem constituentem, non autē contra mulierem, vt subijcit.

q ¶ Famosa.] vt. j. re. amota. l. diuortij.

r ¶ In factum.] id est nomine doli datur in factum: & sic intellige quod est. ff. eo. l. cũ post. §. cum res. Sic ergo ex prędictis collige, cùm datur res in dotem: aut æstimata, aut non. Primo casu aut fit æstimatio vt pretiũ restituatur, & tũc est venditio: & re euicta ex empto cõpetit vtilis ad interesse: vt. j. eodē. l. quoties. aut iō vt appareat in quātũ res deterioretur: vt eo p̄tio quo æstimata est res, restituat̄: vt j. eo. si inter virũ. &. ff. eo. dicta. l. cùm post. §. cũ res. quo casu idē est ac si non esset æstimata. Itaque cùm non est ęstimata: aut initium capit dos à datione, aut à promissione. si à datiōe: aut promissum est de euictione, & agitur ex stipulatu re euicta, aut non est promissum, & tunc vel bona fides dantis interuenit, vel mala. si bona, re euicta non agitur. si mala, agitur de dolo aduersus extraneum dantem. sed si mulier vel pater eius dedit, agitur actione in factum in defectum famosę actionis de dolo. Vbi autem res siue dos incipit à promissione, re euicta agitur ex stipulatu ac si data non esset, vt modò diximus.

Dotem dās an teneatur de euictione.

¶ Filia agens ex proprio cõtractu nõ agit pro hæreditaria portione, sed secundum formam cõtractus: potest tamen exceptione repelli, si instituta sit animo compensandi: seu iussa est esse contenta portione institutionis & prælegatis, iussaq; non petere à marito. hoc dicit. Bald. vel sic: Filia quæ sibi fuit stipulata partem dotis maternæ de matris uoluntate, non prohibetur illam petere, etiam si à matre fuerit instituta in minori parte: nisi probetur quòd mater eam instituit, ne à uiro eius peteret. hoc dicit. Salicetus.

Imperator Antoninus A. Alluuiadi.

LEX II.

SI stipulatio * de restituenda portione dotis datæ subiecta [s] est, conditioque eius [t] extitit: habet ex ea actionem is in cuius personam vtiliter concepta commissaque est. secūdũ quod [v] si Polla [x] soror tua de restituenda sibi parte dotis habet actionem, eo quòd mater vestra donandi [y] animo passa est partem dimidiam dotis post obitum matris filiam stipulari [z]: metuere non debet doli exceptionem * quòd [a] matri suæ quæ pactũ interposuit, hæres ex minore [b] quàm dimidia portione: extitit: nisi liquidò probatum fuerit matrem eius mutasse dotis pacti voluntatem, contentamque esse [c] voluisse filiam suam pro portione hæreditatis prælegationibus, maritumque suum ex actione liberari voluisse. PP. Dat. iij. Calend. August. Antonino A. iiij. & Balbino Cons.

* Vtilis.

* Eo quòd

SI stipulatio.] CASVS. Materfami. duas habēs filias Seiam & Pollā: pro Seia dedit centum in dotem, & passa est Pollam stipulari mediam partem dotis sibi reddi animo donandi causa mortis in casu dissoluti matrimonij mortua matre. decessit mater Polla instituta hærede pro tertia. si dissoluatur matrimonium, vel diuortio, vel morte: an possit petere medietatem dotis sibi reddi aut tertiam, sicut fuit in tertia instituta? Respon. quòd poterit petere medietatem: nisi probetur matrem mutasse voluntatem.

s ¶ Subiecta est.] scilicet pacto præcedenti super eodem.

t ¶ Eius.] stipulationis quia solutum matrimonium est.

v ¶ Secundum quod.] dixit in genere: nunc in specie.

x ¶ Si Polla] pro qua mater dederat dotem.

y ¶ Donandi] causa mortis, vel verius mortis causa capionis: quod est ac si inter viuos.

z ¶ Stipulari.] & aliam lucraretur vir.

a ¶ Quod.] id est quia.

b ¶ Ex minore.] quàm dimidia, per quod videbatur intantum stipulationem etiam dotis diminutam.

c ¶ Contentamq; esse.] i. voluisse filiam contentam esse eiusdem partis dotis cuius & hæreditatis. Vel dic quòd voluit, quòd non haberet aliquid de dote propter hæreditatem: & secundum has duas expositiones impropriè ponitur prælegationibus, id est beneficijs dotis, cùm non esset in testamento relicta, sed inter viuos data, id est concessum ius petendæ dotis. sed ideo dicitur prælegatio, quia in tempus mortis fuit concessum ius petendi, & sic mortis causa donatio vel capio. sicque simile legato: vt. j. de donatio, causa mor. l. fina. Vel dic tertiò secundum Ioan. prælegationibus, id est quibusdam rebus, quas sibi prælegauit. prælegationibus

gationibus dico valentibus pro portione hæreditatis.nam non valet præle-gatio pro ea parte pro qua eſt hæres,ſed pro partib⁹ cohæredum:vt.ff.de lega.j.legatum.vlti.§ j.ethoc intellige ſalua falcidia ipſi filiæ.Collige ergo hîc quòd ita demum reuocat mater,ſi aliquid pro hoc reliquit quod accipit filia.ſic eſt contrà.ff.de leg.iij.l.cùm quis decedens.§.nuptura.vbi ſola pœnitentia reuocat. So.hîc valuerat filiæ donatio interviuos:ibi non,ſed pro ſe matre.vnde hîc nõ po10 teſt ſuum conſilium ſola pœnitentia in alterius mutare iniuriam.idem ſi eſſet mera donatio cauſa mortis:quia ſola pœnitẽtia poſſet reuocari, ſi ſolo nudo pacto eſſet inita, & ſic inualida iure veteri:vt.ff.de dona.l.fi. & facit.ff.de dote prelegat.l. 20 Seia.et de alimen.leg.l. penulti.et ſoluto matrimo.l.quæ dotis.et đ pac. dot.l.cùm maritus.§.fin. et.ſ̄ de hæredita.actio. ſi adulta et.j̄.de dona. quę ſub mo.l.quoties.

† Perueni-re.

Seruus dotalis poteſt per uirum in teſtamento & inter uiuos manumitti.hoc dicit. Baldus & Salicetus.

Imperator Alexander A. Euphemio.

LEX III.

ET ſi [a] dotis exactio, defuncta in matrimonio filia,potuiſſet ad patrem pertinere †:dotalibus [b] tamen ſeruis maritus teſtamento directam & fideicommiſſam libertatem iure dedit, & præſtita reuocari non debuit [c]:cùm et inter viuos manumittendi mancipia dotalia,cõſtante matrimonio, liberam habeat maritus facultatẽ. PP.vj.Id.Decemb. Antonino & Alexandro Conſ.

Breuis eſt,et per ſe patẽs.dicit enim quòd mulier marito ſuo poteſt dare in dotem omnia bona ſua : quod intelligo non ſolúm præſentia, ſed & futura,ſi de futuris cauetur expreſsè: aliàs in uniuerſali diſpoſitione translatiua dominij futura non ueniunt.h.d.Bal.

Idem A.Valenti.

LEX IIII.

NVlla lege prohibitum eſt [d] vniuerſa bona in dotem marito fœminam dare. PP.iiij. Id. Iul.Maximo.ij.& Aeliano Conſ.

Si res æſtimata eſt in dotem data:ſoluto matrimonio res retinetur per uirum,ſi æſtimatio offeratur.h.d.Bal.uel ſic: Aeſtimatio facit emptionem,ſed maritus habet electionem, reſtituat rem uel pretium.h.d.Sali.

Idem A.Statiæ.

LEX V.

QVoties res æſtimatæ in dotem dantur: maritus domi-

ET ſi dotis.] CASVS Pater pro filia mancipium de30 dit in dotem,& maritus in teſtamento ſuo reliqt fideicommiſ.libertatem: an pater ad quem dotis exactio pertinet,poſsit libertatem reuocare,quæritur?Dicitur quòd non, cùm maritus etiam inter viuos poterat eũ manumiſiſſe.

40 a Etſi.] id eſt quãuis.

b Dotalibus.] & ſic inæſtimatis:vt.j̄. titu.j.§. et cùm lex.

c Non debuit.] hoc ſi vir eſt ſoluendo:vt & j̄.de ſer.pigno.da.manumiſ.l.j.&.l.fi.et.ff.de manumiſ.l. ſeruum dotalẽ. 50 &.ff.ſolu.matrimo.l.dotalem.Item not.hîc maritum dominum rei dotalis.vt.ſ̄.de rei ven.l.doce. &dices infrà e.l. in reb⁹.

Maritus eſt rei dotalis dominus.

nec ob.ff.ſolu.matri.l.ſi conſtante.§.ſi maritus.vbi dicuntur dotales ſerui alieni,id eſt non viri.ſed illud propter ſpem, non rem.Inde eſt, quòd vir iubet ſeruo dotali hæreditatem adire vel repudiare.ſed M.et Pi.dicunt virum reddere vxori interim quæſita vſque dum adeat:per quod etiam probatur quòd vir eſt dominus:vt.ff.ſol.matri.l.ſeruus dotalis.in fin. nec mirandum 60 ſi quod ſeruus dotalis acquirit non ex re viri vel opera ſua,vxori vir reſtituat.vt.ff.de acquir.hære.l.aditio.Nam et idem eſt in ſeruo vendito qui redhibetur,de quo conſtat quòd fuit factus emptoris: vt.ff.de ędil.edic. lege & generaliter.

NVlla.] CASVS. Omnia quæ habet mulier, poteſt dare in dotem.et hoc nulla.l.prohibitum eſt Viuianus.

d Prohibitum eſt.] imò permiſſum eſt: vt.ff.eodem lege mulier bona. nec ob.ſuprà de inoffic. dotibus. quia non reuocatur ibi, quia omnia dedit: ſed quia inofficioſa erat pro filijs. Item eodem modo non ob. ſuprà de ſecun. nup. hac edictali. in princ. quia & ibi non ideo quia o70 mnia, ſed quia iniuriam facit filijs primi matrimonij. Item eodemmodo non ob.ſuprà ſi aduerſus dotem lege prima et.ff.de mino.ſi ex cauſa. §. in dotis.quia et ibi,non quia omnia ſed quia non erat vir dignus tam magnam dotem habere, et ſic læſa. Item nec obſtat quod dicitur quòd immobilia non poſſunt à minore alienari : et ſic nec in dotem dari, quia illud eſt falſum, quia poſſunt ex hac cauſa alienari : vt. ff. eodem l.Titia et infrà de adminiſtra.tuto.lex quæ tutores.et infrà de prædi.mi.lege prædia.et infrà ſi ma.fac.ra.ha.lege fina.§.fina.Sed argu. eſt contra. in eodem titulo de præ.mi.lege ob ęs.ſed & hoc poſito tamen non quia omnia, ſed quia huiuſmodi rei prohibita eſſet alienatio. et idem ſi datum eſt a80 liquid ea lege vt non alienet.Item nec ob.ff.eodem lege iure ſuccurſum.§. fina.quia ibi alia deceptio (non quia omnia,ſi modò maritus eſſet dignus,) reſciſsionem inducit.et eodem modo reſpondeo ad ea quæ dicuntur.ff eod ſi res §.i.

QVoties.] CASVS Pater pro filia dedit viro fundum æſtimatum in dotem:vir tamen non habet neceſſe ſoluere ipſi fundum, ſed æſtimationem.ſed an maritus ſi æſtimationem ſoluere voluerit, poſsit fundum retinere,quæritur?Dicitur qđ ſic:niſi conuenlſſet vt ipſe fundus ſol.mat.redderetur:quo caſu fieret quod conuenit.

e Dominium.] ex hoc colligitur,quòd quando inæſtimatæ ſunt, non tranſit dominium:quod eſt falſum:vt dices.j̄.eo.l.in rebus.

f Conuenit.] Not. ergo duplici modo fieri æſtimationem:vno,vt hîc. altero,vt.j̄.eo.l.ſi inter virum.

nium [e] conſecutus ſummæ velut pretij debitor efficitur. Si itaque non conuenit [f] vt ſoluto matrimonio * reſtituerentur, & iure æſtimatę ſunt:retinebit [g] eas,ſi pecuniam tibi offerat [h]. D. iij. Id April. Alexand.A.ij. & Marcello Conſ.

**Reſreſtituerẽtur dotales.*

Extraneus dotans, ex nudo pacto incontinenti appoſito ſibi actionem quærit:pater uerò communem actionem patris & filiæ ſibi nudo pacto conſolidare non poteſt. hoc dicit. Bal. uel ſic: Pater ex nudo pacto incontinenti appoſito ſuper dote profectitia ſibi reſtituenda,agere non poteſt: mater uerò & auia ſic. hoc dicit. uel ſic: Pater dotans filiam non poteſt ſibi quærere actionem niſi per ſtipulationem:cæteri etiam poſſunt ex nudo pacto. h. d. Salice.

Imperator Maximinus A.Sulpitio.

LEX VI.

AVia tua [i] † eorum quæ pro filia [k] tua in dotem dedit,& ſi verborum obligatio non interceſſit,actionem [l] ex fide conuentionis [m] ad te, ſi hæres extitiſti tranſmittere potuit. Nec enim eadem cauſa eſt patris & matris paciſcentium:quippe matris [n] pactum actionem præſcriptis verbis conſtituit,patris [o] dotis actionem profectitiæ [p] nomine competentem [q] conuentione ſimplici [r] minimè creditur innouare [s] D. iij. Id. Fe.Maximino A.& Aphricano Conſ.

g Retinebit.] ſubaudi maritus.

h Offerat.] vbi ergo eſt dictum cuius eo10 rum ſit electio, illius erit:vt.j̄.de fun.do.l.j.ſi nihil eſt dictũ, viri eſt electio: vt. ff. eo.l.plerumque. in fi. Item videtur contra.ff.eod.l. ſi res.§.j. vbi indiſtinctè videtur arbitrio viri, ſed hoc ſecundum illam.Item contra.ſ̄ de vſufr. l. intereſt 20. Solu. hoc eſt fauore mulieris. vel lege legẽ illam vt ibi notaui.

AVia.] CASVS Differentiam aſsignat inter patrem dantem dotem, & extraneum: quia etiã in continẽti non poteſt paciſci tantum ſibi reddi, 30 niſi interueniat ſtipulatio, nec actionem ſibi & filiæ quæſitam ſimplici pacto poterit innouare. extraneus verò vtiliter ſibi paciſcitur incontinẽti dotem reddi : & habet act.præſcrip.ver.

i Auia tua.] differẽtia eſt inter patrem dan40 tem dotem pro filia,& extraneum. nam pater etiam incontinenti non poteſt paciſci vt ſibi tantum reddatur ſine ſtipulatione:quia officium paternum eſt dotare filias. cùm enim ſibi & filiæ quæſierit actionem, non poteſt ſimplici pacto in50 nouare.& extraneus vtiliter paciſcitur ſibi reddi incontinenti, & oritur actio præſcriptis verbis: non autem informatur. vetus quæ nulla eſt.

† Concor. cum hac. l. inter delectos.cũ gl. ſuper verbo, quod meum.quæ ponit caſũ huius.l.extrà de fi. inſtrumen.

k Filia tua.] i.pronepte ſua,& ſic pro extranea:vt.j̄.ti.j.§.extraneum. nã idem in quolibet extraneo:vt.j̄.eo.l.ſi dotem.vt.j̄.de pac.con.l.j.

l Actionem.] ſcilicet præſcriptis verb.&.ſ̄.de rerum permu.l.rebus. & ff.de pac.l.in traditione.&.ſ̄.de pac.inter emp. & vend.l.ij.

60 m Conuentionis.] incontinenti adhibitæ,quæ valuit,vt dixi:ſed nõ eſt idem in pacto patris.verè non idem, quippe matris &c.

n Matris.] idem in auia,vt in noſtro caſu:& idem in quolibet qui non habet perſonam dotatam in poteſtate,qui omnes dicuntur extranei:vt.j̄.tit. j.§.extraneum.

o Patris.] ſubaudi ſed.

p Profectitiæ.] profectitiam dotem facit non ius poteſtatis,ſed patris nomen,ſi modò vt pater dederit: vt &.ff.eo.l.profectitia.§.fi.&.§.ſi pater.

q Competentem.] id eſt competituram.nam non videtur naſci niſi demum ſoluto matrimonio:vt.ff.de bo.dam ſed ſi alia.in fine.& facit.j̄. ſolu. 70 mat.l.dos.

r Simplici.] ſed ſtipulatione poſſet incontinenti,non ex interuallo poſt contractum matrimonium:vt.ff.ſolu.mat l.quoties.&.ff.de pac. dot. l. cùm dos.&.ff.eo.l.poſt nuptias.&.j̄.l.proxi.Sic ergo not.hîc ſpeciale,vbi ex pacto incontinenti appoſito non oritur actio.ſic &.ſ̄.de vſu.l. quamuis.j.&.ff.de religio. l.quòd ſi locus.&.ff.de ſer.expor. l. Si ſi ſeruus quæratur ratio quare diuerſum in patre & extraneo?Reſpon. quia patri prouiſum eſt per. l. ff. ſol.mat.l.ij.§.j.quod non eſt in extraneo.vnde facile eſt vt ſibi poſsit prouidere:vt.j̄.ti.j.§.accedit. Item ſecunda,quia patris officium eſt dotare,non extranei:vt.ſ̄.ti.j.l.fi.& de hæreti.l.cognouimus.& ideo pactum nudum faci80 lius operatur in extraneo,quàm in patre.Eſt & tertia:quia cùm iam eſſet actio cõmuniter quæſita,non poteſt filiæ auferri ſine eius voluntate: vt. ff. ſol.ma.l.quoties.Sed nonne & ſic eſt acquiſita filiæ ſtatim cùm auus maternus,vel mater dedit dotem:vt.j̄.ti.j.§.accedit.&.§.extraneum?Reſpõ.ſic,ſed fingitur nõ quæſita:vt arg.ff.de noua.l.cũ enim.Et quarta eſt ratio quæ redditur hîc:quia nõ poteſt ſimplex pactum nouare.& facit ad legem iſtam .ff. de condi.ob cauſam.l.ſi extraneus.

Pater dans dotem pro filia ſua, quare non poſſet actionem ſibi appropriare ſimplici pacto ſicut extraneis.

s Innouare.] id eſt ad nouum eſſe reducere. ſ. vbi eſt eſſentialiter pa-

tris et filię communis, vt sit solius patris. Bald.

CVm à socero.] CASVS. Pater pro filia dedit dotem, nec ipse stipulatus est eam sibi reddi: posteà pactus est cum marito eã sibi reddi. In secundo casu solu. ma. morte vel diuortio, an præiudicauit filię quo minus petere posit, quæritur? Rñ. quòd non: si sine voluntate filię pactum fuisset interpositum. Viuia.

¶ Ius filiæ quæsitum facto patris, non potest ex postfacto ea non consentiente mutari. h.d. Bal. uel sic: Pater stipulando dotem sibi restitui ex interuallo non præiudicat filiæ non consentiẽti. Salicetus.

Imperator Gordianus A. Marco.

LEX VII.

CVm à socero tuo pro vxore dos tibi daretur, si ea in stipulationem deducta nõ est sub tempore dationis, sed posteà: socer tuus tecum paciscendo [a] si id non ex voluntate filiæ suæ fecit, conditionem eius lædere non potuit [b]. quandoque enim sola [c] de dote experiens, id pactum non debere ad sui dispendium operari, de iure defenditur. PP. Dat. Cal. Octob. Pio & Pontiano Conf.

¶ Verba trahuntur ad intellectum. & dispositum in principali, in augmento intelligitur tacite repetitum, etiam in obligatione uerbali. hoc dicit. Bald. uel sic: Sensum magis spectamus quã uerba. Et pacta inita in aliquo subiecto, intelliguntur repetita in eius augmento. hoc dicit. Sali.

Idem A. Agripinæ.

LEX VIII.

ETiam si non dotem reddi sibi mater, sed ea quæ in dotẽ data sunt, vt eam sequerentur [d], vel ad se pertinerent, in matrimonio defuncta filia, stipulata sit: durante matrimonio filia decedẽte, actionem ex stipulatu videri quęsitam æquissimum esse iudicam⁹. cui [e] consequens est vt etiam id quod additamenti [f] causa in dotẽ datum est, eadem actione repetatur. PP. Cal. Feb. Sabiano & Venusto. Conf.

¶ Inter fiscum & mulierem prælatio sumitur ex tempore. h.d. Bal. uel sic: Mulier in dote præfertur fisco posterius contrahenti. h.d. Sali.

Imperator Decius A. et Cæsar. Vrbicanæ.

LEX IX.

DOtis tuæ potiorem causam magis esse [g] conuenit quàm rei publicæ, cui posteà idem maritus obnoxius factus est. PP. vj. Id. Iuñ. Decio. A. & Cratio Conf.

¶ Vbi res æstimata datur in dotem, tenetur mulier uiro actiõe ex empto: et cõmoda et incõmoda rei pertinẽt ad maritũ. Hoc dicit. Bal. Vel sic: Quando æstimatio facit emptionem, mulier tenetur ex empto ad rem: & maritus soluto matrimonio tenetur ad æstimationem, & interim periculum & augmentum spectant ad maritum. h.d. Sali.

a ¶ Paciscendo.] vt sibi soli reddatur.

b ¶ Non potuit.] vt 10 et. ff. eo. l. post nuptias. et de pactis dot. l. cum dos. secus si ante: vt. ff. solut. mat. l. quoties.

c ¶ Sola] veluti sui iuris facta emancipatione, vel morte patris: vt. j. titu. j. §. videamus. vel quia pater sit turpis persona, aut absens: vt ff. solut. matr. l. si 20 cum dotem. § eo tẽpore. et facit. ff. de mino. lege. iij. §. sed vtrũ. in fin. §. & sicut pater non facit filię conditionem deteriorem, vt hîc: sic nec filia patris: vt. ff. solu. matrimo. l. ij. §. item si voluntate. Econtra si fiat pactũ ab aliquo eorum, vt pro- 30 sit, dic vt diximus. ff. de pac. do. l. cum dos. in glo. imo nec &c. de pac. l. & heredi. §. filia. et facit ad l. istã in eo ꝙ quædam pacta super dote non valẽt vt quæ ad ius respiciunt. ff. de pac. dot. l. si pater. §. ex pactis. et. l. ij. et. j. titu. ij l. quamuis. et. s. l. proxi.

40 ETiam.] CASVS. Mater pro filia dedit dotem, nec eã stipulata est sibi reddi: sed vt eã sequeretur, vel ad eam pertineret in casu solut. matrimo. morte vel diuortio: licet illa nõ fuerit vsa verbis dotem sibi reddi, an ob hoc mi- 50 nus sibi sit ex stipu. pro dote acquisita actio? Dicitur qđ nõ. et eadem actione non solùm dotem repetet, sed dotis, augmẽtum. Viuianus.

d ¶ Sequerentur.] Sic suprà. de donat. ante nu. l. si cum ante.. et. ff. de pact. tale pactum. §. fina. Et not. argu. sensum non 60 verba spectari. sic et. ff. de adimen. lega. l. iij. § cõditio. et de cõtrahen. em. l. sed Celsus. et. j. de libe. præ. l. iij. et. ff. de pac. tale. j. respõ. Arg. cõtra. ff. đ pac l. iurisgentiũ. §. vtrũque,

e ¶ Cui.] scilicet ratiõi.

f ¶ Additamenti.] vt 70 sunt accessiões, vel etiã aliquod separatum augmentum: quod intelligit Io. si et super hoc incontinenti fuerit pactum aliàs non. sed certe. et idẽ videtur etiam si nullum pactum speciale fiat super augmẽto: vt. ff. de pa. do. l. inter. §. cum inter. et 80 s. de dona. ante nup. l. cõstante. § pactis.

DOtis.] CASVS. Pater pro filia dedit dotem. maritus posteà cõtraxit cum fisco, & factus est eius debitor. quis præferri debeat in bonis mariti, quæritur? Dicitur quòd mulier. Viuianus.

g ¶ Magis esse.] fiscus & fœmina paribus passibus ambulant: vnde qui prior est tempore, potior erit in iure: vt hîc, & infrà de priuileg. fis. lege. ij. & facit. ff. ex qui. cau. ma. lege fin. & infrà. qui po. in pig. ha. l. iiij. hoc autem nisi ex primipili causa. nã tunc etiam res dotales occupantur pro tali debito: vt j. in qui. cau. pig. ta. contra. l. satis. & de primipilo. l. vtilitas. li. xij. liberi etiam si non sint hæredes, conueniuntur: vt. j. de primipil. l. fi. li. xij.

CVm dotem.] CASVS. Pater pro filia dotis nomine fundũ dedit marito æstimatum. si euincatur, an vt talia præstantur que præstanda sunt, maritus habeat actionẽ ex empto, quæritur? Dicitur quòd sic. & commodum dotis ad 10 maritum pertinebit, & tantùm ad æstimationẽ tenebitur. Viuianus.

Impp. Dioclet. &, Maximian. AA. Ingenuo.

LEX X.

CVm dotem te æstimatam accepisse profitearis: apparet iure communi per pactum quod doti insertum est, formato contractu, ex empto [h] actionem esse. Quis [i] enim dubitet æstimationẽ à te mulieri deberi, cùm periculo tuo res deteriores fiant [k], vel augmenta lucro tuo recipiãtur? PP. xij. Calend. Maij, Maximo. ij. & Aquilino Conf.

¶ Si res dotalis ui aufertur, marito quæritur actio. h.d. Bal. Vel sic: Pro rebus dotalibus & abreptis: agit maritus, non uxor. hoc dicit. Salicetus.

Idem AA. &. CC. Seueræ.

LEX XI.

DE ijs quæ in dotem data ac direpta [l] commemoras, mariti [m] tui esse actionem [n], nulla est dubitatio. Dat. x. Calen. Maij, Heracliæ AA Conf.

¶ Res empta ex pecunia dotali non est dotalis: & ex tali emptione mulieri non acquiritur actio: & ideo si dos est in casu restitutionis mulier pecuniam repetit, non ad rem agit. hoc dicit. Bal. uel sic: Fundus emptus ex pecunia dotali, non efficitur uxoris ideo sola pecunia repetitur, uel eius residuum ubi pars restituta fuit. h.d. Sali.

Idem AA. &. CC. Rufinæ.

LEX XII.

EX pecunia dotali fundus à marito tuo comparatus [o], nõ tibi quæritur [p], cùm neque maritus vxori actionem empti possit acquirere [q], at dotis tantum actio tibi competit. Vnde aditus præses prouinciæ si non te transegisse repererit, sed ex maiore parte dotem consecutum, residuum restitui prouidebit [r]. D. viij. Calen. Maij, Herarcliæ AA. Conf.

¶ Mater non potest dare rem filiorum pro dote sua: & accipienti non competit actio nomine euictionis si fuit sciens, nisi pactum uel stipulatio intercesserit de euictione præstãda. h.d. Bal. uel sic: Mater non potest in præiudicium filiorum tradere pro sua dote res eorum. h.d. Salice.

Idem AA. & CC. Catulæ & Statiæ.

LEX XIII.

h ¶ Ex empto.] vt pręstentur quæ præstanda sunt etiã euicto: vt et. s. de pac. l. ex cõuentione. Sed an etiam ipsa habet ex vendito soluto matrimonio ad æstimationem do- 20 tis? Non puto. nec enim simplex venditio est: vt ff. eo. l. quoties. nec est absurdum ex altera tãtùm parte dari ex empto, & altera ex stipulatu pro dote: vt ar. ff. man. l. põt.

i ¶ Quis enim.] argumẽtatur à relatiuis, vel à communiter accidenti- 30 bus. nã si est emptio, ergo pretium: & econtra.

k ¶ Fiant.] hoc si post matrimonium, non autẽ ante: vt. ff. eo. plerũque. §. si ante.

DE ijs.] CASVS. Pater pro filia quasdam res dedit in dotem, & direptę sunt 40 id est ablatæ per vim vel raptæ, an maritus habeat, an vxor actionem contra rapientem quæritur? Dicitur quòd vir. Viuianus.

l ¶ Ac direpta] Id est vi ablata.

m ¶ Mariti. vt pote domini: vt. s. de rei vend. 50 l. doce.

n ¶ Actionem.] vi bonorũ raptorũ, vel furti.

EX pecunia.] CASVS. Si maritus ex pecunia dotali fundum emat, & suo nomine: cui acquiritur quæritur? Dicitur quòd non mulieri, sed viro: qa 60 actio ex empto acquiri mulieri non potuit: & pro parte residua dotis pro dote habet actionẽ, si partẽ recepit, dum tamen de ea parte non fuerit à muliere trãsactum. Viuianus.

o ¶ Comparatus.] nomine suo.

70 p ¶ Non tibi quæritur.] vt. j. de ser. pig. da. ma. l. fin. nisi hoc ageretur ab vxore et viro, vt dos fieret, et vtile esset mulieri: vt. ff. e. l. res quę ex dotali. et. l. ita cõstante. quę sunt cõtra. Sic econtra speciebus venditis. s. lapidib⁹ fit pecunia 80 dos, cũ hoc agit, & mulieri ẽ vtile: vt. ff. e. si ex lapidicinis. ex pecunia ãt mĩoris vel militis res emp. cõstat, ꝙ ẽ militis vel mĩoris: vt. s. đ rei vẽ. l. si vt ꝓponis et. ff. qñ ex fac. tu. l. ij.

Dotalis nõ est res ex pecunia dotali empta.

q ¶ Acquirere.] etiam si ei⁹ nomine emisset: vt et. s. si quis alte. vel sibi. l. multũ. et. j. eo. si genero. auus tamen acquirit nepti: vt. ff. sol. mat. l. Caius.

r ¶ Prouidebit.] sic et. j. de furtis. post decisionẽ. ADDITIO. Intelligas hãc legẽ verã, si aliũde mulieri cõsuli potest: alioquin in subsidium bene posset. ad rẽ agere: vt. l. vxor marito. in fine. ff. de do. ĩter virũ et vxorẽ.

Si à matr

Si à matre.] CASVS. De substantia filiorum dotem dedit mater viro,& non intercessit stipulatio vel pollicitatio.an rebus in dotem datis à filiis euictis agere possit maritus de euictione?R'n.quòd non. Viuianus.

a Nullam.] nec ad dominij translationem,nec ad hoc vt de euictione teneatur quæ dedit,cum accipiens fuerit sciens: vt.j.de euic.si fundum.

b Pollicitatio.] quæ sufficit in dote constituẽ da:vt.s.tit.j ad exactionẽ. & quã do sic incipit dos, 10 agitur de euictione:vt.s. cod.l.prima.

Dos potest constitui per pollicitationem.

c Stipulatio.] scilicet de euictione,etiam si incipit à traditione. & dic cũ resnõ fuitęstimata,nã tũc agitur vtili ex emp. vt s.e.l.i.j.&.l.cũ dotem.

Si à matre vestra superstite aliquid ad vos pertinens,in dotẽ scienti vitrico vestro datum est: intelligitis nullam [a] firmitatem iuris,dationem habere, si neque pollicitatio [b] neque stipulatio [c] intercessit. D.Prid. Cal. Maij, Heracliæ AA.Cons.

Mater non cogitur dotare filiam nisi ex rationabili causa,& nisi ex causis expressis in iure. Item pater ex bonis uxoris suæ non potest dare filiam communem non consentiente uxore hoc dicit.Bald.uel sic:Mater non cogitur dotare filiam nisi ex causa:pater sic:sed nõ potest de alieno,domino inuito.h.d.quod not. Salicet.

Idem AA.& CC.Basillissæ.

LEX XIIII.

Neque [*] mater pro filia dotem dare cogitur,nisi exmagna & probabili causa [d] , vel lege specialiter expressa :neque pater de bonis vxoris suæ inuitæ vllam dandi habet facultatem [e] .D. Noñ.Nouẽbr.Philippopol.AA. Cons.

Neque mater.] CASVS. An 20 mater compellenda sit dare dotẽ pro filia,quęritur?Dicitur quòd non, nisi ex magna & probabili causa :vel lege specialiter expressa . & hoc in prima.an verò maritus bona vxoris ea inuita possit dare in dotem pro filia,quæritur?Dici 30 tur quòd non .et hoc in secunda. Viuianus.

** Mater pro filia non cogitur &c.*

d Causa.] vt quia sit hæretica , filia verò orthodoxa : vt.s.de hæreti. l. cognouimus.

e Facultatem.] sed de suis proprijs habet necessitatem:vt.s.titul. proxi- l.finali.

Amissio instrumentorum non præiudicat doti:quia substantia dotis etiam sine instrumentis consistit,dummodo probetur per testes uel legitimas præsumptiones.Hoc dicit cum gloss. Bald.uel sic:Amissio.instrumẽtorum dotalium non nocet,si aliæ sunt probationes . hoc dicit. Salicetus.

Idem AA.& CC.Vlpiano.

LEX XV.

Cum citra fidem etiam instrumentorum datam dotem aliunde probanti [f] , post diuortiũ quõdam vxoris tuæ secundum bonam fidem restitui debere constet:amissis [g] etiam instrumentis, sine dubio cætera probationum indicia iure prodita, non habentur irrita.D.viij.Calend August. Sirmijs AA.Cons.

40 Cum citra.] CASVS. An citra confectionem instrumenti dotalis dos à muliere solu. matrimo. repeti. possit quæritur? Respond.quòd sic:nec si bi oberit licet instrumentum dotale non interuenisset vel interuenisset, 50 & amissum sit,non oberit quo minus repetat si aliashabeat probationes. Viuianus.

f Probanti.] per testes vel alias probationes vel præsumptiones.

g Amissis.] sic in vẽ ditioe:vt.s.de fid.instru. l.cum instrumentis.et in co.libertate data.j.d liber. cau.l.sicut. & facit.s. de rei vendi.l.indicia.&.l. cum super.& de probatio.l.ad probationem.j.et ff.de fide instru.l.in re.et s.de nup.l.neque fine.

Soror habens bona indiuisa cum fratre, potest partem suam in dotem dare,etiam fratre ignorante uel inuito.Hoc dicit.Bald.uel sic:Cõmunio non impedit partem pro indiuiso dari in dotem.hoc dicit.Sali.

Idem AA. & CC. Aemilio.

LEX XVI.

Ante diuisionem soror tua intestato patri etiam ipsa succedens,pro indiuiso portionẽ fundi communis in dotem dare non prohibetur [h] ,D.nonis Iul. Sirmij.CC.Cons.

Ante diuisionem.] CASVS. Duę sorores successerũtpatri ab itestato. an altera portionẽ quã habet in fundo quasi pro indiuiso ante factam diuisionem possit dare in dotem, quęritur. dicitur quòd sic:nec obstat quòd fund' nõ e diuisus. Viuia.

h Prohibetur.] vt et suprà communi diui. le- 80 ge prima & de contrahen.emp.l.dudum.& de cõmu.re.alię. falsò. Item hoc casu ẽt lite contestata.vt.j.de liti.l.fin.in fin.

Dans proprietatem in dotem retento usufructu,non potest in præiudicium proprietarij uẽdere uel alio modo disponere,hoc dicit.Bald.

Res.] CASVS. Si pater pro filia fundum in dotem dedit,deducto pro se vsufructu & cum vendat,an filiæ præiudicet,quæritur. Dicitur quòd non. Viuiaaus.

i Quarum.] id est quas.

k Vsufructu.] qui finitus cedit lucro dotis : vt.ff.eo.l.iij. Sed contra.ff. de pac.dota.l.iiij.Solu.hic deduxit vsumfructum,ibi fructum.Iac.

l Tibi.] marito pro filia tua.

Si socrus.] CASVS. Socrus dedit filiæ suæ vxori meæ fundum detracto vsufruct. vxor mea dedit mihi eum in dotem,& socr' vsumfructum,& fecit mihi pactũ 10 vxor mea & socrus de dote lucranda si vxor prædecederet.prędecessit vxor.an fundus pleno iure penes me remanere debeat , quæritur? Dicitur quòd sic.si verò socius filiæ suæ locasset vsumfructum, mortua filia ad socrum reuertitur 20 Viuianus.

Idem AA.& CC.Sabino.

LEX XVII.

Res [*] quas [i] vsufructu [k] sibi deducto,socrus in dotem dedit,vænundando auferre tibi [l] [*] non potest. D. Noñ.Iul. Sirmij, CC.Cons.

** Per quas.*

** Nihil potest.*

Si uir ab uxore recipit nudam proprietatem cum pacto de lucrando à socero usumfructum: soluto matrimonio morte mulieris,nihil restituit:secus si usumfructum non recipit in dotem: quia tunc ei non prodest pactum de lucrando. hoc dicit.Bal.uel sic: Proprietas potest dari in dotem ab uxore,& usufructus pro eadem à socru,& pactum tunc de lucrando initum cum uxore,nocet in utroque.morte autem coductus non extinguitur usufructus formalis.hoc dicit. Salicetus.

Idem AA.Mænestrato.

LEX XVIII.

Si socrus tua fundum deducto vsufructu vxori [m] tuæ donauit, tibique in dotem vxor quidem proprietatem,socrus autem vsumfructum dedit [n] vxore tua rebus humanis in matrimonio exempta , fundum [o] apud te remansisse secundum placiti [p] inter vos fidem, non ambigitur . Nam si acceptura certum quid annuum,filię suę vsumfructum locauit:mortua coductrice,vsufructus [q] extingui minimè potuit. D.xiiij. Cal. Ianuar. Sirmij.CC.Cons.

m Vxori tuæ.] scilicet filiæ suæ.& tenuit donatio.

n Dedit.] donando vel faciendo simile pactum de lucrando,sicut & vxor facit super proprietate. & dedit causalem,quamuis ipsa habe- 30 ret formalem.

o Fundũ.] id est plena proprietate.

p Placiti.] de lucrando.& hoc cum socrus dedit vsumfructum genero suo.secus autem si retinuit,& filiæ locauit. & hoc subijcit: & sic sunt duo casus:& huic secun- 40 do est contra.s.de vsufruc.lege si domina. Solu.vt ibi:

q Vsusfructus.] scilicet formalis.

Ex stipulatione dotantis non quæritur alteri actio:sed si illemet sibi stipuletur de uoluntate dotantis,actio quæritur:sed si in testamento eã exercere prohibeatur cum sit hæres institutus à dotante,salua Falcidia parendum est uoluntati.h.d.Bald.uel sic:Ex pacto uel stipulatione patris non quæritur actio filiæ emancipatæ.& testator potest grauare hæredem ne actiõe sua agat,salua tamen falcidia.hoc dicit secundum lec.gloss. Salicetus.

Idem AA.& CC. Achilli.

LEX XIX.

Cum patrem pro filia dotem tibi dantem , si post mortem suam [r] in matrimonio constituta rebus humanis eadem [s] eximatur, partem dimidiam dotis Amniæ [t] reddi, pactum [v] proponas : post vero testamento facto , cum alijs etiam Amniam hæredem scripsisse,nec Amniam [x] quicquam ex stipulatu petere velle sanxisse: si quidem hanc sibi reddi secundum fidem pacti stipulatam Amniam non probetur : ex alieno pacto non prorsus ei vlla

Cum patrem.] CASVS. Pater duas habens filias, Seiam quæ erat in potestate, & Titiam:pro Ti- 50 tia dedit centum in dote,et pactus est,vt matrimonio post mortẽ suam soluto qđ medietas dotis ad Seiã perueniret.pater fecit testamẽtũ, & Seiã cũ quibusdã alijs heredẽ instituit,et phibuit Seiã aliqđ petere pro dote .an Seia possit agere de dote,quęrit 60 Distinguit: Aut pater stipulatus est, et nõ aget filia:quia alteri &c.aut ipsa stipulata est,et aget eatenus quaten' est instituta, et nõ in pl':quia in eo qđ pl' est,obstaret exceptio: salua tamen retentione. l.Falcidiæ. verbi gratia, quadraginta habuit ex 70 institutiõe,& quadraginta ei debebanẽ ex stipulatione dotis.si agat,repellitur excepti.in. xxx. & x.sibi retinebit ex Falcidia. Viuianus.

r Suam.] Id est patris.

s Eadem.] filia nam si morte generi solueretur matrimonium , non no- 80 ceret filiæ pactum patris:vt.j.tit.ij. quamuis.

t Amniæ.] proprium nomen est filiæ emancipatæ.non nuptæ.

v Pactum.] ita quòd stipulatus, vt statim innuit.

x Nec Amniam.] repete,& proponas patrẽ sanxisse se nõ velle Amniã aliquid petere ex stipulatione patris .Accursius.

competit actio[a]. Si verò ex verborum cōceptione sibi Amnia quęsiuit obligationem, ac tibi[b] testatorem prospexisse probetur[c]: cōtra eam ex stipulatu post euētum conditionis petentem, quatenus accepit[d] ex defuncti volũtate, quę fuit stipulata, exceptiōe (salua Falcidia[e]) vti potes. Dat. xiij. Calēd. Febr. Sirmij. CC. Cons.

Fructus dotis pertinēt ad maritum onera matrimonij sustinentem: quos si uxori concedit, repetit ab uxore, quatenus uxor locupletior effecta est. h.d. Bal. Vel sic: Fructus dotis cedunt lucro mariti, nec possunt uxori donari. h.d. Sali.

Idem AA. & CC. Tyberio.

LEX XX.

PRo oneribus matrimonij[f], mariti lucro fructus totius[g] dotis esse quos ipse cepit: vel si vxori capere[h] donationis causa permisit, eum inquantum locupletior[i] facta est, posse agere, manifestissimi iuris est. Dat. v. Calē. Maij. Sirmij. CC. Cons.

Cùm res in dotem data æstimatur, ita ut res sub eadem æstimatione reddatur, ipsa res est in dotem, non æstimatio. si tamen res est deteriorata, debet restitui etiam æstimatione taxata. h.d. Bal. uel sic: Res dotalis æstimata, deteriorationis gratia repetitur soluto matrimonio, & nō æstimatio. h.d. Sali.

Idem AA. & CC. ad Geminium.

LEX XXI.

SI inter virum & vxorem pactum sit interpositum, vt si matrimonium intra quinquennij fortè tempora quoquo modo esset dissolutũ, species ęstimatæ[k] doti datę pretijs, quibus æstimatę sunt, redderentur: manifestum est non pretia specierum dari, sed ipsas species deberet restitui: cùm in placitis specierum reddendarum idcirco pretiorum nomen videatur annexum, ne si species aliqua diminuta[l] fuisset aut perdita, alio pretio quàm quo taxata fuerat, reposceretur. Dat. Noñ. August. Agrippinæ. CC. Cons.

Pater rem quam pro filia dedit in dotem, nec recepit, alienare non potest. h. d. Bal.

Idem AA. & CC. Lybianæ.

LEX XXII

REm, quam pater in dotem genero pro filia dedit, nec[m] recepit, alienare nō potest[n]. Dat. v. Calend. Decembr. ijsdem. CC. Cons.

Vxor non potest uendere prædium dotale, nec uendenti consentire marito nō consentiēte. h.d. Bal. Vel sic: Prædium dotale non potest mulier constante matrimonio alienare. h. d. Sali.

Idem AA. & CC. Diogeni.

LEX XXIII.

SI prædium vxor tua dotale[o] vænundedit: spontè necne contractum ratum habuit, nihil[p] interest: cùm rei tibi quæsitæ dominium[q] auferre nolenti minimè potuerit. D. v. Calend. Octob. Viminatij. CC. Cons.

Vbi mulier ex culpa perdit dotem, dos non reuertitur ad eum, qui eam dedit, nisi sibi fuerit pactus uel stipulatus. h. d. uel sic: Pœna semel commissa propter repudium non tollitur, licet mulier propter ingratitudinem sit reuocata in domini seruitutem. h. d. Bal. uel sic: Vbi mulier ex culpa perdit dotem, non reuertitur ad eum qui dedit, nisi ille sibi prouiderit. hoc dicit. Salicetus.

Idem AA. & CC. Aurelio & Lisymacho.

LEX XXIIII.

SI dotem† marito libertæ vestræ dedistis, nec eam reddi soluto matrimonio[r] vobis incontinenti pacto vel stipulatiōe prospexistis[s]: hanc, culpa vxoris dissoluto matrimonio penes maritum remansisse constitit, licet eã ingratam circa vos fuisse[t] ostenderitis. Dat. vj. Calend. Nouemb. Antiochiæ. CC. Cons.

a Actio.] scilicet directa. sic & .j. titu. ij. l. quamuis. & l. pactum. & .s. si quis alte. vel sibi. l. multùm vtilis. sic si non esset testamentum. sic & .j. titu. ij. l. pater pro filia. et .j. de do. quæ sub modo. l. quoties.

b Tibi.] genero.

c Probetur.] potuit enim dixisse gratia cohæredum: vt. ff. de lega. iij. l. fideicommissa. §. interdum. Item gratia tui qui eras gener, vt hîc dicitur.

d Accepit.] puta accepit quadraginta ex institutione, cũ totidem ei deberentur ex sua stipulatione in triginta patietur exceptiones quę concurrunt cum eo quod superest deducta quarta in qua non potuit grauari, vt hîc subijcit, & ff. ad legem falcid. l. quod d̄ bonis. §. finali. licet ipse hæres posset se in ea grauare: vt. ff. ad legem falcid. l. potest. Vel & hîc posset grauari si hoc expresse dixisset, quòd animo cōpensandi dimittitur: vt ff. ad legem falcidiam. l. si debitor. hodie autem constat, quòd potest: vt .j. ad legem falcidiam. authen. sed cùm testator. & facit .s. eod. l. si stipulatio. & contrarium ibi dictũ, & hîc dici posset ex. l. ff. de leg. iij. l. cũ quis. §. nuptura. et solue vt ibi.

e Falcidia.] iure institutionis.

PRo oneribus.] CASVS. Fructus dotis lucro cedunt marito propter on' matrimonij quod sustinet. Si verò constante matrimonio eos vxori dedit, reuocabit maritus eatenus quatenus locupletior facta ē, & vir pauperior. Viuianus.

Matrimonij onera sunt plura.

f Pro oneribus matrimonij.] quæ sunt plura, & sustinet ea vir: vt. ff. solu. matrimo. l. si cùm dotem. §. sin autē in sęuissimo. & ff. de donatio. inter virũ et vxo. l. si quis pro vxore, in prin. §. j. et. ff. eo. l. dotis fructus. & l. quamuis. in fin. et de dolo exceptio. l. fi. ĩ prin. & ff. fami. erciscun. l. si filia et. l. si maritus.

g Totius.] nisi fortè serui dotales quærant aliquid extra res mariti, vel operam suam: quod quæritur mulieri.

h Capere.] scilicet fructus.

i Locupletior.] & ipse pauperior: vt & suprà si quis alteri vel sibi. l. multùm. vbi ergo ipsa vxor & sui ex eius sustentata est, non repetet vir: vt infrà ti. ij. l. fructus. & de donatio. inter virum & vxorem si fructus. & . ff. de donatio. inter virum & vxo. l. si quis pro vxore. quæ sunt contrà. Sed videtur fructus posse donari nec repeti etiam in quo est locupletior: vt. ff. de dona. inter virum & vxorem. l. de fructibus. & ff. de vsu. l. fructus. quæ sunt contrà. sed ibi rem donando donat fructus, licet iure non teneat donatio: hîc autem principaliter fructus.

SI inter.] CASVS. Mulier dedit vineam marito in dotem: & pacta est vt in casu soluto matrimonio in eadem bonitate & eodem pretio quo tunc æstimabatur, sibi redderetur. an maritus soluto matrimonio vineam retinere posit & pretium reddere. quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

k Aestimatæ.] non tamen vt æstimatio faceret emptionem, sed vt sciretur an essent deteriores: vt. ff. eodem lege plerunque. §. penultimo. & lege cùm post. §. cum res. & ff. solu. matrimonio lege si æstimatis. & suprà de vsufruct. interest. & infrà soluto matrimonio lege dubium. & argu. ff. de æstima. acti. lege prima in fine. & vsumfruct. quemadmo. ca. lege. j. §. rectè. Quid autem si non appareat qua mente fiet æstimatio? Respon. præsumitur illa quæ facit emptionem: vt argu. ff. loca. cùm fundus. Itē q̄d si fuerit vilior in pretio, non in substantia? Vel quid si in pretio carior, non in substantia? Rñ. pretium consyderari.

Æstimatio in dubio facit emptionem.

l Diminuta.] id est vsucapta: quod esse potest: vt. ff. de fun. dot. lege si fundus. deperdita verò quæ in rem natura desinit esse, & hoc dolo vel culpa viri. argu. ad has expositiones. ff. de peti. hęredi. l. deperditum.

REm quam.] CASVS. Pater pro filia dedit rem inæstimatam in dotem, & posteà non fuit ei restituta: quia non fuit solutum matrimonium. gener constante matrimonio rem illam alienauit: nunquid valet talis alienatio, quæritur? Respon. quòd non. Viuianus.

m Nec recepit.] secus si recepit, quia tunc alienare potest, vt innuit sed hodie contrà: vt infrà titu. j. in authen. sed quãuis. Vel dic quòd non sumitur hîc argu. à contrario. q̄d in idē recidit

n Non potest.] cũ non sit suum, nec dotis potest conditionem facere deteriorem: vt. ff. eo. l. post nuptias. & .j. de dona. l. constante.

SI prædium.] CASVS. An vxor prædium dotale inæstimatum spontè vel coactè inuito viro alienare posit, quæritur? Dicitur q̄d non. Viuianus.

o Dotale.] inæstimatum, cuius alienationem inhibet lex Iulia fundi dotalis: vt .j. tit. j. §. et cùm lex. & instit. quibus alie. licet. in prin.

p Nihil interest.] & posset ipsa venire contra venditionem etiam iuratam: vt suprà de leg. & con. lege nō dubium. & infrà de agri. & cen. lege quemadmodum. lib. xj. Aliud dicunt quidam esse hodie per constitutionem Friderichi sacramenta puberum spōtè facta suprà si aduer. ve n. sed certè sacramentum faceret eam haberi maiorem: at maior contraueniret: ergo & post sacramentum cum erit minor, veniret contrà. & sic etiam sibi non præiudicat secundum Io. Vel dic etiam cùm non iurauit, distinguitur vtrum scienti vel ignoranti vendidit mulier. si scienti, nullatenus tenetur de euictione. si ignoranti, obligatur emptori de euictione, licet res eius non fiat, nec eã habere posit: sicut in re sacra vendita dicitur: vt. ff. de contrahen. empt. l. & liberi. & insti. de contrahen. emp. §. fi. ADDITIO Hæc quæstio est decissa de iure canonico in. c. cum contingat. extrà de iureiur. in ãnti. & in. c. licet. e. tit. lib. vj. vbi dicitur, q̄d mulier debet omnino suũ iuramētũ seruare.

† Concor. cũ hac. l. gl. super verbo omnibus viris bonis. in c. ex parte vestra. extrà de rescr.

q Dominium] not. vt .j. eo. l. in rebus.

SI dotem.] CASVS. Si patronus pro liberta centum dedit in dotem, nec pactus est eam sibi reddi in casu sol. mat. & propter culpam mulieris solutum est matrimonium. vnde vir debet dotem lucrari: an patronus eam petere posit, quæritur? Dicitur q̄d non, nec si post dissolu. mat. propter ingratitudinem eam in seruitutem reuocasset. Viuianus.

r Matrimonio.] pacto vero apposito culpa libertæ non nocet: vt in authen. de nup. §. est quoque quoddam. colla. iiij.

s Prospexistis.] sic ergo fit vxoris, vel reddi, vel in pœnam ei auferri posit per maritum.

t Fuisse.] postquã culpam diuortij commisit. Sed quid si ante? Rñ. idem. si modo

ſi modò in ſeruitutem tunc non ſit reuocata, cũ ſit diuortium factum ſua culpa. Sed an idem ſit in patre ſi non ſit ſtipulatus ſibi reddi? Reſpon. vtique: licet lex prouideat ei: quia & filiæ prouidet, & tamen amiſit, & ſibi imputet, quod non fuerat ſtipulatus ſecundum H. ar. dictæ aut. de nup. Et nota de amiſsione dotis: ſicut & ĵ de repu. & diuor. l. conſenſu. & ff. ſol. ma. l. Lucius. Item facit. ff. eo. l. cũ poſt. §. patrona.

Defectus cauſæ impulſiuæ non impedit ius agendi: nec habetur loco contractus formalis, nec loco conditionis, nec loco cauſæ finalis. hoc dicit. Bald. uel ſic: Stipulatio de dote reddenda mulieri teſtandi cauſa committitur illa mortua etiam inteſtata. h. d. Sali.

Idem AA. & CC. Eutychiano.

LEX XXV.

SI mulier [a] †dotem à viro dari [b] ſtipuletur, vt de ea teſtari [c] poſsit: cùm [d] ordinationis teſtamenti cogitatio, mortis [e] antecedens tempus ſignificat [f], nec conditionem, ſed cauſam [g] contineat: inteſtata quoque muliere defuncta, ſtipulationem committi proficiet [h]. Dat. iij. Id. Nouembr. Antiochiæ. CC. Conſ.

Pater non poteſt ſtipulari dotem extraneo reddi. Bald. uel ſic: Pater non poteſt ſtipulari filio emancipato. h. d. Sali. uel ſic: Stipulatio alteri interpoſita neutra eſt ualida. h. d. uel ſic: Præter intentionem agentis, & contra prohibitionem iuris non quæritur actio. h. d. Sali.

Idem AA. & CC. Demoſtheni.

LEX XXVI.

SI genero dotem dando pro filia pater communis eam reddi tibi extraneo [i] conſtituto ſtipulatus eſt: nec ſibi ceſſante voluntate [k], nec tibi prohibente iure, quærere potuit actionem [l]. D. vj. Cal. Ianuar. ipſis. CC. & Conſ.

Bona lex & ſingularis eſt iſta. Licet maritus ſit lucratus dotem, non tamen tenetur ad ſoluendum tributa aliarum rerum uxoris ſuæ: ſed tenentur poſſeſſores ſeu ſucceſſores. hoc dicit. Baldus: uel ſic: Onera hæreditaria ſpectant ad hæredes, non ad maritum dotem lucrantem. h. d. Sali.

Idem. AA. & CC. Pompeiano.

LEX XXVII.

LIcet dos [m] iure penes maritum remanſerit: pro rebus tamen hæreditarijs ſucceſſores [n], non maritus quõdam, ſolennibus penſitationibus [o] parere debent. S. vj.

SI mulier.] CASVS. Mulier quæ 10 dotẽ dederat, cùm vellet de ea teſtari, ſtipulata eſt à marito ſibi reddi, vt ex ea teſtaretur: licet decedat ab inteſtato, ſtipulatio tamen committitur quia non fuit cõditio appoſita, ſed cauſa efficiens vel impulſiua: vt in tali exemplo, dedi tibi decẽ 20 vt emeres ſcyphum. licet non emeris, non reddes mihi decẽ: quia cauſa hæc fuit impulſiua, quæ impellebat me ad dãdũ tibi decẽ: & ideo ſiue deceſsit teſtata ſiue inteſtata debet reddi dos. Viuia.

†Glo. in. c. quemadmodum. ſuper ver. conditio. de iure iu. inducit hanc l. ad hoc quod licet in iuramentis promiſſorijs inſint certæ conditiões: nullæ tamen inſunt in iuramentis aſſertoriis. & cõcor. xxij. q. vl. c. vlt.

a Mulier.] quæ dotem dederat, cùm vellet 30 de ea teſtari. ſtipulata eſt eam à viro ſibi reddi vt in ea teſtaret. licet inteſtata ſit mortua, tamen ſtipulatio committitur. non enim fuit hæc cõdictio, ſed cauſa ſcilicet impulſiua vel efficiens, non finalis. cũ enim ſcires eã velle teſtari ſuper dote, 40 promiſiſti ei: ſicut ſi dẽ tibi decem vt emas caligas. nam licet non emas, non reddes. x. quia hæc impulſiua cauſa fuit: vt ff. de dona. l. ij. §. fin. & . l. ſeq. Et ſunt hîc argu. ad quæſtiones huiuſmodi, concedã tibi duos pedes terræ vt ibi proijcias a-50 quam: an tibi eorũ proprietas vel vſus cõceſſus videtur? Et videtur quòd proprietas, eo quod nõ fuit conditio proijciendi, ſed cauſa dandi. Item ad hãc dedi prædium vt haberent in vſu aliq religioſi: vt proprietas data videatur, quaſi non conditio: 60 ſed cauſa ſit incerta.

Terræ duos pedes concedam vt ibi proijcias aquã. quid cõceditur.

b Dari.] id eſt reddi ſub hoc modo: vt hîc dicitur &c.

c Teſtari.] per quod dicit vir tacitum pactum interueniſſe, quod ipſe lucretur: niſi ipſa teſtetur.

d Cùm.] pro quia: vt ſit ratio ſequentis, non conditio &c. nam quia hæc ordinatio ſignificat tempus antecedens mortem. ſi dixeris eſſe conditio-70 nem nunquam implebitur ſtipulatio, cùm non poſsit ante mortem finiri matrimoniũ, & ſic nec dos reddi: vt. ĵ. ſi dos cõſtante ma. l. j. & ſic facit. ĵ. de teſta. l. præpoſteri. & de contrahen. ſtipu. l. ſecundum. Alij dicunt ideo non valere ſtipulationem, quia poſt mortem ſtipulari videbatur. hodie contrà: quia valet vt inſti. ſtip. §. poſt mortem. quod non placet.

e Mortis.] id eſt mortem.

f Significat.] vel dic. i. ſignificans. vel facias. §. ibi inteſtata &c.

g Cauſam.] id eſt modum. & dic impulſiuam non finalem.

h Proficiet.] hæredibus. ſ. mulieris ab inteſtato venientibus. videbatur enim ſub conditione facta ſtipulatio. ſ. ſi teſtata eſſet: & ideo inteſtata morte 80 tua condictione deficiente ſtipulatio euanuiſſe putabatur. ſed non eſt conditio quę ſi deficiat, obſit. ſed ideo fecit vt ſecurior eſſet. ſic & ſtipulatur mulier dotem reddi: & tamen ſine ſtipulatione habet actionem: et hîc etiam ſine ſtipulatione poterat de ea teſtari.

SI genero.] CASVS. Pater dans dotem pro filia. ſtipulatus eſt eã reddi in caſu diſſo. mat. extraneo: puta filio emancipato. vnde extraneus eam non repetet: quia non poteſt: quia ſtipulari alteri quis non poteſt: nec pater, quia noluit. Viuianus.

i Extraneo.] puta filio emancipato. ſecus ſi eſſet in poteſtate: quia eadem vox patris & filij intelligitur: vt inſtit. de inuti. ſtipu. §. ei verò. licet ſit argu. contrà. ff. de pac. do. lege cùm dos. vbi non eſt eadem vox.

k Voluntate.] ſicut et. ſ. ſi quis alte. vel ſibi. l. multum. & . ff. de rebus dubijs. l. in ambiguo.

Calend. Ianuar. Sirmij. CC. Cõſ.

Cum authoritate generalis uel ſpecialis curatoris poteſt dos conſtitui: licet curator uel fideiuſſor minus habeant in bonis quàm ſint res in dotem conſtitutæ. & idem in donatione propter nuptias. h. d. Bald. uel ſic: Authoritate curatoris generalis, uel ſpecialis dos & donatio propter nuptias poſſunt conſtitui & exigi. h. d. Sali.

Impera. Zeno A. Aeliano præfecto prætorio.

LEX XXVIII.

MVlier in minore ætate conſtituta, dotem marito, conſentiente generali vel ſpeciali curatore [p], rectè dare et exigere poteſt [q], licet ipſe [r] tempore creationis fideiuſſorem in minorẽ, quàm dos eſt quantitatem dicitur præſtitiſſe [s]. ¶Hoc idem obſeruatur & ſi minor ante [t] nuptias donationem conſentiente (vt dictum eſt) curatore fecerit. D. Calend. Ianuar. Baſilio. ij. & Armatio Conſ.

Lex eſt not. & utilis, & habet omnia bona ſecum. Viro uergente ad inopiam etiam conſtãte matrimonio mulier poteſt dotem exigere, et hypothecaria agere, ſicut poſſet matrimonio diſſoluto. debet tamen dos exacta pro oneribus matrimonij deſeruire: & alienari nõ poteſt pactis dotalibus in caſum ſoluti matrimonij reſeruatis. idem in donatione propter nuptias. hoc dicit, Bal. uel ſic: Mulier cùm maritus ad inopiã uergit, uel hodie inchoat malè uti ſubſtãtia ſua: pro dote & donatione propter nuptias agit et excipit, & à poſſeſſoribus non potioribus auocat hypothecas, ut ſe maritumq; ſuſtentet & filios, & eas reſeruat: non alienat: pacta quæ dotalia remanent firma, & creditorum iura in poſteà quæſitis integra. hoc dicit ſecundum dominum meum, cuius uerba formaliter ſunt hæc. Salicetus.

Impera. Iuſtinianus A. Mennæ præfecto prætorio.

LEX XXIX.

VBi adhuc †matrimonio cõſtituto marit⁹ ad inopiã [v] ſit deductus, & mulier ſibi proſpice-

l Actionem.] directam ſtricto iure. ſed ex æquitate habet vtilem: vt 10 ĵ. tit. ij. l. pactum. & . l. pater. & . ff. ſol. ma. l. cai⁹. Vel dic quod nullam habet hic extraneus, cùm eſſet ratio quæ redditur in fine illi⁹. l. Caius. ſcilicet dotis & cõuentionis ſed mulier habet ex. l. ſibi datã: vt. ĵ. titu. j. §. accedit. & . §. extraneum. quæ naſcitur 20 ex numeratione: vt et aliàs, vt. ff. ſi cer. pet. l. certi condictio. §. ſi nummos.

LIcet dos.] CASVS. Vir pactus cum muliere habẽte prædia tributaria. i. alia quã ipſa dotalia, de dote lucrãda: ſi decedat mulier: ad quem debeat pertine-30 re onus prædiorum tributariorum, quæritur? Rñd quòd hæredes mulieris. Viuianus.

m Licet dos iure.] vt. ĵ. vnde vir. authẽ præterea [a]. vel de iure, id eſt pacto.

a Dicit hîc Salice. poſt Cy. quod hoc probatur ibi argumentũ à contrario ſenſu, ſi enĩ præmoriatur vxor: & matrimonium fuerit cũ dote: vir pauper qui relinquit lucratur dotẽ quod dictũ ſequiter ibi Bar. & vide quę ibi notaui.

n Succeſſores.] ſcilicet mulieris.

400 Pẽſitationib⁹.] quæ non ex rebus dotalibus debentur. aliâs ſecus: vt. ſ. ſine cen. vel reli. l. omnes. & . ff. de pub. l. imperatores. in princ. ſed funerari tã ex dote quã ex alijs hæreditarijs reb⁹ debet: vt. ff. de reli. & ſump. fune. l. celſus. & fa-50 cit. ſ. de dona. ante nupt. de rebus.

MVlier.] CASVS. An mulier minor an. interueniẽte curatore generali vel ſpeciali ad hoc dato dotem cõſtituere poſsit, quęritur? Dicitur quod ſic. & licet in creatione faciẽ-60 da, id eſt cùm ipſe fuerit creatus curator, fideiuſſorem dederit in minorem quantitatẽ quàm dos ſit: non propter hoc minus valebit dotis conſtitutio. Idem obſeruandũ eſt in dona. propter nup. vbi ſcilicet curatore authore fieri debeat. Viuia.

† Concor. cum ł ac. l. gloſſ. ſuper verb. alienat. in. c. ex parte veſtra de reſcrip.

p Curatore.] ad hoc dato: vt. ff. e. l. ſiue generalis. & facit inſti. de cura. §. item inuiti. & . ĵ de admi. tu. l. ſi curatores.

70 q Poteſt.] ſcilicet à marito.

r Ipſe.] ſcilicet curator.

s Præſtitiſſe.] fortè quia tunc paruum erat minoris patrimonium. vel dic hîc minor: aliàs curator erat diues.

t Ante nuptias.] facit huic. ſ. ſi aduer. dotem. l. j.

VBi adhuc.] CASVS. An conſtante matrimo. ſi vir ad inopiam vergat, mulier dotem repetere poſsit, quæritur? Dicitur quòd ſic. & ſi tenet res mariti, aduerſus creditores mariti agentes habebit exceptionem. Si non tenet: aget aduerſum creditores qui tenent res viri, ſi ipſa ſit prior tempore, ſeu poſterior iure priuilegio legis. & hoc in 80 prima. Nullam verò habet licentiam alienandi res mariti: ſed ex fructibus eorum tàm ipſa quam vir quàm eorum communes filij debent ſuſtẽtari. & hoc in ſecunda. Creditores verò habebunt maritum obligatum perſonaliter: & aduerſus eum, ſi ad vberiorem fortunam perueniat, agere poterunt. & hoc in tertia. Si qua autem pacta inter virum & vxorem de dote lucranda interceſſerunt, ad illa obligentur. & hoc in quarta. Viuianus.

v Ad inopiam.] habet tamen vt ſibi poſsit mulier conſulere in dote &

d onatione propter nuptias & cæteris rebus vt subijcit: & sic est contrarium. ff.solut.matrimo.l.si constante.in princip.vbi dicit tunc demum agi quando euidentissimè apparet mariti facultates non sufficere: scilicet si creditoribus soluatur prius.verbi gratia,dedi centum in dotem viro.vir habet.ccc. debet fortè.cccc.ecce facultas non sufficit si solueret eis prius, præueniret ergo ipsa.& sic non est cōtrà.aliàs si demū cum nihil haberet, deberet agi,nullum esset legis con 10 silium:quia tunc inquātum facere potest, debet damnari: vt instit.de act. §.item si de dote. Item quomodo peteret donationem & alias res, vt hic subijcit: cum nec dotem possit cum effectu exigere. hodie autē constat prius, & pòst posse 20 agi: scilicet quando vir cepit malè vti sua substantia: vt auth.de æquali. dot.§.illud. colla. vij. quod inspiciam secundum opinionem vulgi. arg.ff.de fundo instruct. l.cùm de lanionis.§. asinam. Sed quid in socero qui recepit dotem, si ver 30 git ad inopiam ? Dico idem quod in viro.arg. ff.de verbor.obligat.l. à Titio.in fin.&.j.ad leg. fal.l.fi. Item quid si ambo teneantur, scilicet socer & vir, & alter vergit ad inopiam? Respon.iure isto nō potest,cùm alter sit soluendo: sed ho- 40 die per authen.contrà, cum malè vti iam inchoatum sit. Ex prædictis collige casum, quo exigitur dos inuito viro, etiam constante matrimonio. Est & alius casus.ff. eodem. l.quemadmodum.§.j. Sunt & alij vbi spontè potest solue- 50 re: non autem cogitur. vt.ff. eod. l.mutus.§.manente.&.ff.solut.matrimo.l.quamuis.&.l.sed & si. Regulariter contrà: vt.j. si dos constante matrimonio,per totum.Sed pone in nostro casu virum velle dare fideiussorem de dote restituenda vxori soluto matrimonio: nunquid euitabit exactionem dotis ad præsens? quod videtur: vt argu.ff.solut. matrimo.l.si constante.§.quoties.&.ff.qui satisdare cogan .l.si fideiussor.§. finali. Sed dico contrà: quia infrà dicit quod retinere debet ad sustentationem sui & vxoris. Item licet dotem non possit petere constante matrimonio, si non vergat ad inopiam, an tamen pignus petere potest? quod vide- 60 tur: vt.ff.de pigno.l.quæsitum. Sed dico contrà: vt.ff.de distract.pigno.l. cùm soluendo.& quibus modis pignus vel hypot.soluitur.l.soluitur.§.si paciscatur. Accursius.

Dos à mari to potest re peti si sua substantia male cœpit vti.

† Vtatur. Dos in quibus casibus exigitur matrimonio constante.

re velit[a] ,resq́; [b] sibi suppositas [c] pro dote & ante nuptias donatione rebusq́; extra dotem constitutis tenere:non tantùm mariti res ei tenenti,& super his ad iudiciū vocatæ [d] ,exceptionis prǽsidiū ad expellendum ab hypotheca secundum creditorem præstamus: sed etiam si ipsa contra detentatores rerum ad maritum suum pertinētium,super iisdem hypothecis aliquam actionem secundum [e] legum distinctionem moueat, non obesse ei matrimonium adhuc cōstitutum sancimus,sed ita eā posse easdem res vendicare [f] vel à creditoribus posterioribus, vel ab alijs qui [g] non potiora iura legibus habere noscuntur, vt potuisset, si matrimonium eo [h] modo dissolutum [i] esset,quo dotis & ante nuptias donationis exactio ei competere poterat:ita tamen, vt eadē mulier [k] nullam habeat licentiam eas [l] res alienandi viuente marito & matrimonio inter eos constituto [m]:sed fructibus earum ad sustētationem [n] tàm sui quàm mariti filiorumq́;, si quos habet, abutatur [o] †:creditoribus scilicet mariti cōtra eum eiusq́; res, si quas posteà fortè acquisierit, integra sua iura habentibus:ipsis etiam marito & vxore post matrimonij dissolutionem super dote & ante nuptias donatione pro dotalium instrumentorum tenore [p] integro suo iure potituris. D. iij. Id Decembr. DN. Iustiniano. A.ij.Cō.

In authen de æquali. dot.§.illud. col.vij.constit. viij.

Marito uergente ad inopiam, mulier donationem propter nuptias uendicat ut domina. hoc dicit Sali.

Donationē quoque propter nuptias in hoc casu [q] cōstante matrimonio vēdicare [r] potest.

Lex solemnis.In uendicatione & hypothecaria rerū dotalium uel quasi,mulier omnibus alijs creditoribus antefertur: quia uenit ad rem propriam uel quasi:& ei non currit præscriptio nisi ex tempore ex quo potuit actionē mouere.& quod potest per ueritatem introduci, facit fictionem cessare. h.d. Bal.uel sic:Mulieri etiam soluto matrimonio pro rebus dotalibus etiam æstimatis competit rei uendicatio & hypothecaria:in quibus præfertur creditoribus ex tempore anterioribus:nec ei ulla cūrrit præscriptio antequàm agere posit soluto vel constan. te matrimonio.h. d.Sali.

Idem A.Demostheni. præfe.præ.

LEX XXX.

IN rebus dotalibus [s] siue mobilibus siue immobilibus seu se mouentibus(si tñ extant)siue æstimatæ [t] siue inæstimatæ sint,mulie

a Velit.] agendo personali, item reali: vt.j.l.proxi.§.omnis. Item hypothecaria: vt subijcit.

b Resque.] scilicet mariti.

c Suppositas.] id est obligatas ex conuentione vel lege pro dote : vt hìc, &.j.de rei vxor.actio.§.j. Item pro donatione ante nuptias : vt subijcit.& suprà de don.ante nuptias.l.si constante.§.iura etiam.licet in alijs non sit priuilegiata donatio vt dos : vt.j.qui po.in pign.l.fi.§.fi. quæ est contra. 70 Item etiam pro alijs rebus extra dotem.i.paraphernis: vt subijcit.&.j.de pact.conuent.l.fin.

d Vocatæ.] scilicet mulieri.

e Secundum legum distinctionem.] hoc est contra alios in rem. contra virum hypothecaria secundum quosdam. quod non placet, sed dic eam esse distinctionem quæ sequitur, sed ita eam &c. vbi etiam triplex est opinio, vt plenè diximus.j.qui po.in pign.hab.l.fi.

f Vendicare.] per hypothecariam, secundum Azonem.

g Qui non potiora iura.] contra fiscum enim, vel cæteros priuilegiatos priores tempore, vel liberos prioris matrimonij non exercet 80 hoc priuilegium: vt.l.assiduis. & authen.ibi posita.j.qui pot.in pigno. hab.&.j.de priuileg.fisci.l.j. Item contra extraneos possessores rerum viri non agitur, nisi prius viro excusso : vt in authen.de fideiusso.§.sed neque.col.j.

h Eo modo.] non tamen per omnia idem, vt subijcit, ita tamen &c.

i Dissolutum.] non per culpam vxoris.aliàs non repeteret: vt.j.de repu.l.consensu.P.

k Mulier.] quid de viro si alienauit,& de euictione promisit?Certè tenetur de euictione. non tamen præiudicat mulieri alienatio, quia reuocabit : vt.j.de prædi.mi.l.& si is.

l Eas res.] idem dicas in re viri data ei in solutum pro dote, scilicet cùm egerit actione personali.

m Constituto.] quod posset si verè esset solutum.

n Ad sustentationem.] sic ergo fructus donationis sicut dotis seruiunt viro, non 10 sic in fructu paraphernalium. Item per hoc, quod alitur ab vxore, patet eum damnandum hoc casu insolidum, cum non possit egere.

o Abutatur.] i.in totum consummatur secundum Ioan. aliàs poni 20 tur in malo vsu: vt.ff.de vsu & hab.l.plenum.§.ij. Quid autem si maritus efficiatur diues an reaccipiet dotem? Respond. non, secundum H. cùm ex causa iusta est soluta.

p Tenore.] quia pacta facta erant de lucrando.

30 SEQVITVR AVTHEN.. donationē &c. quę est in auth.de æquali.dot.§.illud.coll.vij. & legitur super princip.l. Accursius.

DOnationem.] CASVS. Lex codicis dicit, quod mulier agere potest aduer- 40 sus eos,qui tenēt res mariti. Authen. ista addit, quod mulier potest vendicare res,quę datæ sunt mulieri in dona.propter nuptias. Viuianus.

q In hoc casu.] scilicet cùm deductus est ad inopiam maritus : ac in dote tantum immutatur, 50 scilicet cùm inchoauit malè vti substantia sua. Nam & in corpore auth.dicit dedimus ei , quasi nihil immutet in donatione propter nuptias de eo quod hac lege codicis statuitur. Vel potest dici idem in donatione propter nuptias,quod hodie dicitur in dote.

r Vendicare potest.] directò si ponas eam inductam fuisse in possessionem, alioquin vtili: vt in authentica. vt immol.ante nuptia.dol.§. j.col.v. Quod autem ipsa sit domina, probatur ex eo quod dicitur alienari : vt.infrà communia de lega.authen.res quæ. & ad Trebel.authen.contra cum rogatus. Item quod dicit eam vendicare, intellige cum pacta erat 60 de lucranda. & hoc innuit finis huius legis vbi adhuc sed & si non sit pacta, idem videtur propter spem quam habet lucrandi , si mariti culpa soluatur matrimonium: & ita eius interest. ne dissipetur. sic & in.d.auth.communia de legat.& ad Trebel.

IN rebus.] CASVS. Siue res mobilis,siue æstimata detur in dotem, morte viri solut.matri.poterit res vendicare mulier si extant.habet etiam hypothecam,& præfertur omnibus creditoribus mariti etiam anterioribus tempore, puta si vir fundum habens eum obligauit, deinde eundem vendiderit mulieri, & illa posteà eidem viro nuptura in dotem dedit: licet creditor anterior fit in eo fundo, non tamen est mulier potior.nec est miran 70 dum si detur mulieri rei vendicatio, quia illę res ab initio fuerunt mulieris,licet in distinctione iuris dicatur dominium rerum dotalium fuisse in virum translatum, & habebit vtpote quando dedit res æstimatas.& hoc in prima. Si verò res inueniantur ab aliquo possessę.an præscript.vel vsucap.excludatur mulier à rei vendicatione? Respon.sic,si non agit eo tempore quo agere potuit, scilicet sol.mat.& marito vergente ad inopiam.si verò agere non potuit,quia vir diues erat,nec adhuc solutum est mat.non currit ei vsucap.vel præscrip.& hoc in secunda.Cùm verò mulier repetit dotē constante matrimonio,non est necesse quod fingat se diuertere à marito. Viuianus.

s Dotalibus.] largissimè hic accipe, vt subijcit.propriè autem inæsti- 80 matæ dicuntur dotales: vt.j.titul.j.§.& licet.in quibus dolum vel culpam præstare debet maritus: vt.ff.eod.l.mulier bona.§.j.et.ff.solu.matri.l.etiam. §.licet. sed et talem diligentiam quam in suis: vt.ff.solu.matri.l.si constante.§.si maritus.

t Æstimatæ.] hic de æstimatis accipe secūdum quod est.§.e.si inter virum.aliàs nō vendicatio,sed hypothecaria competeret,cùm quasi emisse videatur vir:vt.§.eo.l.quoties.secundum M.Alij dicūt,quòd hic serua ta fuit electio mulieri rei vel æstimationis:vt et.ff.eo.l.plerúq;.§.fi.vnde si rem eligat, habet

Maritus qd præstare debeat in reb' dotalibus. Dos p quas actiones repeti potest.

rem in his vẽdicandis omnem habere post dissolutum matrimoniũ prærogatiuam [a] iubemus & neminem creditorem mariti qui anteriores [b] sunt, posse sibi potiorem causam in his per hypothecã vendicare, cùm eædem res & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanserint dominio. Nõ enim quòd legum subtilitate trãsitus earum in patrimonium mariti videatˢ fieri, ideo rei veritas [c] deleta, vel confusa est. ¶ Volum⁹ itaque eam in rem actionem [d] in huiusmodi rebus quasi proprijs habere, & hypothecariam omnibus anteriorem posidere [e]: vt siue ex naturali [f] iure eiusdem mulieris res esse intelligantur, siue secundum legum subtilitatẽ ad mariti substantiam peruenisse videãtur: per vtranque [g] viam * siue in rẽ, siue hypothecariam, ei plenissimè consulatur. Omnis [h] autem temporalis exceptio [i], siue per vsuscapionem [k] inducta, siue per decem, siue [l] per viginti annorum curricula, siue p triginta vel quadraginta annorum metas, siue ex alio quocunque tẽpore maiore [m] vel minore [n] sit introducta: ea mulieribus ex eo tempore opponatur, ex quo posint actiones mouere [o], id est opulẽtis quidem maritis constitutis, post dissolutũ matrimonium: min⁹ autem idoneis: ex quo hoc infortunium eis illatũ esse clarauerit [p]: cùm constante etiam matrimonio † posse mulieres contra maritorũ parum idoneorum bona hipothecas suas exercere, iam nostra lege humanitatis intuitu definitum est. ficti [q] diuortij falsa dissimulatione in huiusmodi causa quam nostra lex amplexa est, stirpitus eruenda †. Recitata septies in nouo consistorio palatij Iustiniani. Dat. iij. Calend. Nouembris, Decio V.C. Cons.

* Sine per in rẽ sine per hypothecariã.

† Concor. gloss. super verb. alienat in fi. in c. ex parte vestra de rescript.

† Et sic fictio nõ est licita. & cõ cor. xxvij. di. c. quod iuterrogasti.

¶ *Extraneo dotante, licet quo ad mulierem dos sit titulus lucratiuus, & quo ad uirum sit titulus onerosus: tamen sicut quo ad uirum insinuatione non eget: ita nec quo ad mulierem: licet excedat legitimam summam. hoc primo usq; ad uersic. simili quoque modo. hoc intellige nisi sit pactum de lucrãda dote. nam hoc tali pacto uir non gaudet nisi insinuetur: ut in auth. eo decursum. suprà. de dona. ante nupt. In donatione uerò propter nuptias, licet quo ad mulierem sit titulus onerosus, quia reciprocus respectu dotis: tamen quo ad uirum uel quo ad extraneum quando extraneus donat, est titulus lucratiuus. sufficit tamen insinuatio unius utriusque. hoc secundo usque ad. §. prætereà. Bald. uel sic: Quando extraneus. i. non habens in potestate, dat dotem pro muliere: talis datio respectu uiri, dicitur donatio ob causam: respectu mulieris donatio simplex: nec indiget insinutione: licet olim secus. Sali.*

Idem A. Iuliano præfe. præt.

LEX XXXI.

habet directam yendicationem. si æstimationem, tunc hypothecariam. Vel dic tertiò & verius, quod pro nõ æstimatis habet directam: pro his quæ sunt æstimata, habet vtilem, scilicet tunc quando vir aliàs non est soluendo: vt. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. vxor marito. in fi.

a ¶ Prærogatiuam.] scilicet volumus, quod est. j.

b ¶ Anteriores.] tẽpore. nõ priuilegio. nam ex hoc solo quòd ali⁹ sit anterior tempore, non prefert mulieri. nec distinguo vtrum alij creditores habeant expresã vel tacitam hypothecam, nõ obstante. l. superiori proxi. quia ibi loquitˢ de hypothecaria quam habet in alijs rebus viri, hîc de illa quam habet in rebus dotis in dotem. arg. j. qui po. in pig. hab. authen. si quid. Item non videtur, quòd alius creditor in re data in dotem posset esse prior tempore, nisi ponas, quod maritus hanc rem cùm sua esset, obligauit creditori, & posteà vendidit vel donauit alicui mulieri quam posteà duxit in vxorem, à qua eandem rem accepit in dotem, sed tunc ille præfertur. Dicas ergo quod mulier promisit viro dari in dotem fundum Cornelianum, non tamen dedit adhuc: vir obligauit istud prædium, quod facere potuit: vt. ff. de pigno. l. j. circa prin. posteà mulier tradidit. prefertur mulier creditori priori tempore.

c ¶ Rei veritas.] quæ est vt in eius dominio remansisse videatur de iure gentium secũdum M. Vel quæ est vt videatur esse domina quantum ad sustentationem. & sic iure primæuo similis est veritas, quæ aliorum respectu est falsitas: vt. ff. ad Velleia. l. aliquando. in princ.

d ¶ In rem actionem.] scilicet contra alios creditores, sed contra maritum non habet nisi ex stipulatu, secundum quosdam. vel rei vendicationem habet inspecto iure naturali, quo videtur domina. hypothecariam, inspecto iure ciuili in eisdem rebus. sic. j. ad trebellia. authenti. contrà rogatus. vel tertiò rei vendicationem in non æstimatis, hypothecariam in æstimatis, & dic veram æstimationem factam secundum. H.

e ¶ Posidere.] i. habere. & sic impropriè ponitur. ff. de acquir. re. domi. l. seruus. §. incorporales. & de acquir. poss. l. iij. in princ.

f ¶ Naturali iure.] scilicet iure primæuo, quo non distinguebantur dominia nisi quantum ad vsum. vnde quia promiscuè cum viro vtitur, cum eo domina eo iure videtur: vt. ff. re. amo. l. j. & j. de furt. l. quamuis. & j. de cri. expil. hæred. l. aduersus. sic eadem ratione filij dicuntur domini rerum paternarum: vt instit. de hæred. qua. & dif. §. sui. & ff. de lib. & posthu. l. in suis. Item & quia sua fuit res, & ad eum est reuersura, dicitur eius eodem iure: non autem iure gentium vel ciuili. imò sunt viri, scilicet per traditionem: vt instit. de rerum diui. §. per traditionem. Item habes expressum: vt instit. quibus alie. licet vel. in princip. Item quomodo obligatur ei, vt hîc dicit, si sua fuit, & semper duraret. Item inuenirentur esse duo domini insolidum si ipsa esset domina, cùm de viro constet, scilicet quod sit dominus, quod esse non potest: vt. ff. commod. si vt certo loco. §. si duobus. nec prodest, si dicas vnam vno iure, scilicet naturali: alium ciuili: quia pone vxorem dominium quæsiuisse prius per vsuscapionem, & sic de iure ciuili. Item pro hoc quia vir vendicat: vt. s. de rei vendic. l. doce ancillam. quod non faceret nisi dominus esset: vt. ff. de au. & arg. lega. l. quintus. ij. §. ij. Item manumittit seruum dotalem: vt. j. de ser. pign. dat. ma. l. j. quod si non esset dominus, non faceret: vt. j. de ijs qui à non do. ma. l. si non proprietatem. Item ipse iubet seruo dotali hæreditatem adire: vt. ff. solut. matri. l. seruus dotalis. Item pro hoc. ff. de acquirend. poss. l. Pomponius. §. in dotem. & ff. de fund. dot. l. si maritus. & de iure dot. l. dotis fructus. §. si res. & s. eod. si prædium. & hoc secundum Bartol. & Ioan. at M. dixit mulierem dominam de iure naturali, id est gentium, scilicet de re inæstimata. argumen. huius legis. & ff. de colla. bo. l. filium. & ff. qui satisda. cogan. l. sciendum. § si fundus. sed hoc primæuo iure, non naturali, id est gentium (vt dixi) intelligitur. Item pro eo. j. qui pot. in pigno. hab. l. asiduis. sed responde vt ibi. Item pro eo quia vir restituit thesaurum quasi in alieno inuentum: vt. ff. solut. matrimo. l. diuortio. §. si fundum. in fine. Item de partu ancillæ dotalis: vt. j. eod. titu. §. itaque. sed hoc facit emptor cùm redhibitoria agit, tamen interim dominus est: vt. ff. de ædili. edict. cum autem. §. fina. Item pro eo. ff. de minor. l. denique. §. sed vtrum. in fi. §. sed ibi est vel sub auditur, quasi. Item pro eo sunt argu. illa quæ inducimus, vt non posit pater in dotem eam instituere: vt dicto. §. sed vtrum. notauimus. De æstimatis autem constat secundum omnes, quod viri sunt de iure gẽtium & ciuili: vt. ff. eo. l. cum post. §. in dotem. & s. eo. l. quoties. licet etiam in his habeat vxor actionem in rem in subsidiũ: vt dixi. Accursius.

Dotaliũ rerum dominiũ cui⁹ est an viri, an mulieris.

Thesaurus an fũdo dotali inuẽtus cuius sit.

g ¶ Vtrãque viam.] scilicet, vt siue dicas vxorem dominam, præferatur in rei vendicatione: siue virum dicas dominum, dic eam preferri in hypothecaria in eisdem rebus: vt dixi.

h ¶ Omnis.] dixi habere eam in rem & hypothecariam. hoc verum nisi exceptione repellatur: quod fieri potest ex tempore quod potuit dos repeti. & hoc dicit. Accursius.

i ¶ Exceptio.] impropriè ponitur, quo ad vsuscapionem de qua sequitur, cùm per eam dominium quæratur directũ: vt. ff. de vsuscapioni. l. vsuscapio est.

k ¶ Vsuscapionem.] scilicet triennij in rebus mobilibus datis in dotem. Sed videtur etiam soluto matrimonio, qđ remaneant dotales: vt. ff. de fund. dot. l. etiam. & sic non vsucapiuntur: vt in eod. titul. l. si fundum. Sed dic illam. l. etiam. loqui tantùm in eo casu qui est in eod. titul. si maritus fuerit. vbi vir factus est seruus. & sic solutum matrimonium: non tamen dominus alienat. secus est si alio modo soluatur: quia desinunt esse dotales, & possunt vsucapi: vt hîc. vel hîc vnum est speciale pro muliere, vt etiam cõstãte matrimonio agat propter inopiam viri. sic & aliud est contra eam, vt vsucapiatur res dotalis soluto matrimonio. argumen. ff. de iureiurand. l. eum qui. in princip. Vel tertiò hic habet locum in re æstimata data, quæ non est dotalis propriè, & tamen vendicat eam vxor in subsidium: vt in princip. huius legis diximus: quæ vendicatio vsuscapione tollitur. Vel quartò loquitur hîc eo casu, quando scilicet alienatio permittitur: quod fit quandoque: vt. ff. de fund. dot. l. j. & vt eodem casu vsuscapio permittatur. Vel quintò, quod hîc est disiunctiua, cuius altera pars est vera: vt. ff. de verbor. significat. hæc verba, ille aut &c. quia sequens, non prima de vsuscapione. Vel sexto loquitur de mobilibus æstimatis: quæ etiam constante matrimonio possunt alienari, & sic vsucapi: vt. ff. solut. matri. l. res. De rebus autem viri vsucaptis, hîc non dicit, cùm in eis non habeat vxor nisi hypothecam, quæ vsuscapione triennij non tollitur: vt. j. de pign. l. vsuscapio.

l ¶ Siue per viginti.] da exemplum de rei vendicatione inter præsentes & absens: & hypothecaria contra extraneum habentem titulum, vel non habentem titulum: vt. j. de præscript. long. tempo. l. final. & s. si aduer. cred. l. j. & ij.

m ¶ Maiore.] vt hypotheca contra ipsum maritum que. xl. an. durat. & j. de præscript. xxx. an. l. cùm notisimi. circa princ.

n ¶ Vel minore.] xv. annis. quod dic vt. j. de præscript. long. tempor. authen. quod si quis quibusdam.

o ¶ Mouere.] vt & arg. j. de anna. except. l. j. §. fin. & d. l. cùm notisimi. §. illud. & de bo. quæ lib. l. quæcunque. & de bo. mat. authen. nisi.

p ¶ Clarauerit.] cùm extunc agere posit: vt. s. l. proxi.

q ¶ Ficti diuortij.] nam olim eo casu quando vergebat ad inopiam, fingebatur diuortium, vt sic ageretur ad dotem. quod hodie non est opus: vt hîc nunc dicitur.

CVm quidam. CASVS Si quis extraneus olim dabat dotē magnā.i.vltra quingentos aureos pro aliqua,& non fuit stipulatus dotem sibi reddi:sed adhibuit quādam mulierem vt stipularetur donare ei volens,maritus poterat eam accipere sine omni insinuatione.sed si illa mulier stipularetur dotem sibi reddi solu.mat.non poterat agere,quia non erat insinuatio,& sine insinuatione donatio non valet, cū excederet summā quingentorū solidorū secundū quosdam:licet litera dicat contrā. sed oportebat vt cederet mulieri act.ille qui pro ea dotem dederat, & ita remanebat aliquando mulier indotata. Dicit ergo, Imperator qđ hodie si mulier dedit,habet act.si nō dedit ipsa, sed alius habet act.nisi ille qui dedit dotem pro ea,stipulatus est eam sibi reddi:nec necesse est,qđ interueniat insinuatio. Idē ē in dōatio. ppter nup. & si qs dedit spōsę mee donationē,sol. ma.repetet dona.vel mulier si fecit pactū de lucrāda donatio neq; dedit,p me:poterit repetere,nisi in initio donationis stipulatus est eam sibi reddi. Item si mulier promisit dotem in rebus immobilibus:si non tradat intra biennium, postea tenebitur ad fructus, pensiones,& alias obuentiones.Si verō in pecunia,tenebit ad vsuras ex tertia centesimæ. Si verō aliæ res mobiles sint et æstimatæ,idem erit,et debetur æstimatio cuiuslibet rei dotalis, nec oēs adunari et æstimari debent. Si verō res mobiles non fuerint æstimatę,nō debentur vsuræ,nisi lite contesta.& potest agere maritus pro dote etiā ante biennium. Viuia.

a ¶ Cum quidam dotes.] dotis donatio fit & in virum qui accepit, & in vxorē pro qua dat. sic ergo not.cūm extraneus dat dotē alicui marito pro vxore eius,quātum ad mulierē dicitur donatio simplex:et ideo exigit insinuationem si fiat vltra quingentos solidos.quo ad virum est donatio ob causam.&ob dotem:& ideo non exigitur insinuatio quo ad eū.

b ¶ Extranei.] .i.alij.nā etiā pdicti extranei sunt: vt.j.e. l. §.j. Accursius.

c ¶ Eas.] scilicet dotes q̄ factæ sine vllis monumētis valent.

d ¶ Obseruatione.] i.sine insinuatione.

e ¶ Casus.] scilicet dotis reddendæ in casu si decedat vir.

f ¶ Fortuitus casus.] veluti post mortem mariti.

g ¶ Non facta.] id est non perfecta.nam quo ad eam non valebat cūm non erat insinuata.

h ¶ Monumenta.] à se facta.

i ¶ Per cessionem.] i.ipsa cogebatur cedere actionem donanti aduersus maritum,cūm ipsa agere non posset,vt non perdatur dos.quod est mirum. sic & aliās alius vtitur ex persona mea eo iure quo ego vti non possum: vt ff.rem ra. ha. l. procurator. §. si procurator. sic & fideiussor agit iure cesso, quo cedens agere non posset, cūm sit ei solutum:vt. ff.de fideius. l.cūm is qui.sic.ff.ad Velleia.l.quamuis.§.planè si mihi.&.ff.de pecul.quod debetur.&.ff.de vsufru.quod meum.Sed arg.contrā.ff.de pac.l.& hæredi.§.nos autem.

k ¶ Res.] scilicet exactas.

l ¶ Matrimonij.] scilicet finiti.

m ¶ Monumentis.] id est insinuationibus.

n ¶ Indigere.] cùm nō excedit legitimam summam.aliās secus:vt.j.eo.§. sin autem minor secūdum Azo.Vel dic secūdū Hu. hoc in dote etiā si excedit.sed in donatione propter nuptias est quod dicitur ibi.

o ¶ In omni persona.] s.vxoris & mariti.

p ¶ Stipulatus sit.] dotem sibi reddi:vt &.j.tit. j.§.accedit.& facit. §. de donatio.ante nuptias.authen.eo decursum est.

q ¶ Concurrit.] nil enim de liberis qui dedit dotem cogitauit.

r ¶ Tristitiæ suæ.] i. mortis mariti.quibusdā enim lætitia est.

s ¶ In potestate.] sic dicitur extraneus. j. ti. j. §.extraneū.aliās aliter:vt j.de impo.lu.descrip.l. j. li.x. Accursis.

t ¶ Vel nō minor.] vel pro &, id est & non minor:vt.s. de donatio. ante nup.l.minoribus.

v ¶ Ad eam.] vt ipsa ex pacto lucretur, si vir prędecesserit: sed hodie non est necessaria quātū ad mulierem:vt.s.de dona.ante nup.auth.eo decursum est.

x ¶ Accesserit.vt quia mulier prædecessit.

y ¶ Simile.] scilicet ꝙ post multa tēpora inueniatur maritus sine donatione.

z ¶ Vtilitas.] quia est fœmina minor: vt modò dixi.

a ¶ Valeat.] quod hodie etiā in maiore seruatur per authen.illam, eo decursum est. vt modò diximus.& concor.j. de dona. sancimus.§.aliās & ff.de dona. l.ij.§.j.

b ¶ Siquis.] scilicet extraneus.

c ¶ Spoponderit.] pollicendo.

d ¶ Vel promiserit.] scilicet per stipulationē.

e ¶ Ex tempore matrimonij.] s.cōtracti.

f ¶ Biennium.] elapsum post contractū matrimonij.ideo autem de biennio dicit, vt ex tunc in mora videatur.

g ¶ Quæstum.] id est quod lucrari posset is cui debebat:vt.ff. pro soc.l.quæstus. aliās contrà vt.ff.de actio.emp.l.si sterilis.§.cùm per venditorē.

h ¶ Principales.] scilicet prædia,Vel alia immobilia.

i ¶ Biennium.] & promissionē factam.sed alterum non sufficit. vt argu. ff.solu.matri.l.de diuisione.

k ¶ In argento.] si sint aliæ res.

l ¶ Quibuscunque.] repete,præter aurum.

m ¶ Aestimatæ.] speciale est ergo in auro vt eius prestetur vsura, sit æstimatum vel non.

n ¶ Biennium. mirabili modo inducitur hīc mora ex tēpore,cū aliās interpellatio sit necessaria.sic quādoq; purgatur tēpore:vt.ff.de leg.ij.l.titia.§.vsuras & non biennium seruari,in viro annus:vt.j.titu.j.§.exactio.

o ¶ Earum vsuras.] licet vsuras æstimationis rerū petatur, non tamen petitur æstimatio,imò res æstimatæ.

p ¶ Paret centesimæ.] vt

CVm quidam[a] dotes pro mulieribus dabant,siue matres, siue alij cognati,siue extranei[b]:rectè quidā eas[c] mariti sine monumentorū obseruatione[d] suscipiebāt. Cū autē mulier redhibitionē casus[e] stipulabatur,& hmōi fortuitus casus[f] euenisset, ipsa mulier,vt pote à se nō[g] facta donatione:propter hoc quòd monumenta[h] deerant necessitatem habebat actiōes in huiusmodi casu ad eū qui dotē dedit,per[i] cessionē transferre,vel ipsas res[k] reddere:& ita inueniebatur forsitā post prolixa matrimonij[l] annorū curricula & liberos forte editos, infelix mulier,indotata. ¶ Sācimus itaque in omnibus huiusmodi casibus nullis monumentis[m] rē indigere[n] sed in[o] omni psona† ratas esse hmōi donationes,& mulierē ipsam dotā suā habere(cū fortuitus casus hoc lucrū ei addiderit)& firmiter hoc apud eā permanere: nisi ipse qui ab initio dotem dedit,sibi dari in huiusmodi casū stipulat⁹ sit[p]. tūc etenim cū neque ab initio suspicio aliqua liberorū cōcurrit[q], sed sibi omnē rē ille qui dotē dedit,pepigerit,huiusmodi tractatus habere locū nō potest.atqui in alijs omnibus casibus,in quib⁹ ipse non est stipulatus, tristitiæ[r] suæ mulier hoc proprium habeat solatium per actionem dotis.

† Aliās,sed in omnes p sonas.

Vxores multæ gaudēt de morte mariti.

¶ Donatio propter nuptias excedens legitimā summam debet insinuari:& insinuatio facta cum principali prodest ei,cui in conficiendo esset donatum.hoc dicit. Sali.

¶ Simili quoque modo si quis extraneorū(id est qui eum pro quo dat,non in potestate[s] habeat)pro alio ante nuptias donationem nuptæ mulieri dederit,& necessaria monumenta adhibuerit:cū excedat summam legitimam donatio,vel nō[t] minor materfamiliās nuptura sit:nō solùm ad[v] eā, cui ante nuptias donatio datur, monumenta suam adhibeant firmitatem,sed etiam ad illū pro quo dedit, vt si lucrū ei ex dotalibus pactis accesserit[x],hoc non cedat donatori,sed in suum lucrū hoc maritus conuertat,firmumque & irreuocabile habeat, nisi donator & hoc sibi reddi huiusmodi casu fuerit stipulatus,ne & in prefato casu simile[y] anteriori vitiū oriatur. ¶ Sin autem minor quātitas sit,vel ita res gesta sit, vt monumentorū ex omni parte nulla sit vtilitas[z]:tunc & donatio ad vtrāque personam valeat[a],& maritus casum lucretur: nisi & hic donator eam sibi stipulatus sit †.

† Aliās,nisi & hic donator eum stipulatus sit.

¶ Singularis.§.est & cotidianus. Cursus biennij in præstatione dotis neglecta mori inducit, & decursum usurarū usque ad tertiā partā centesimæ.h.d.principaliter.Bald.uel sic:Extrane⁹ qui dotem promisit,per lapsum biennij à tempore contracti matrimonij,sine alia interpellatione constituitur in mora,ut teneatur ad fructus & usuras hac lege expressas:nec propter eā prohibetur maritus dotem ante biennium petere etiam si promissor sit paratus usuras et accessiones soluere.h.d.Sali.

¶ Preterea sancimus,si †quis[b] in dotem vel prędia,vel certum reditum,vel ædes, vel panes ciuiles spopōderit[c] vel[d] promiserit, si ex tempore matrimonij[e] biennium[f] trāsactum sit:illico redituum vel pensionum,necnon panis ciuilis quæstū[g] eum præstare,etiam si non fuerint adhuc res principales[h] traditæ.&si tota dos in auro sit:itidem post biennium[i] vsuras vsque ad tertiam partem centesimæ prestari. Sin autem aliæ res preter immobiles vel aurum fuerint in dotem datę,siue in argento[k],siue in muliebribus ornamentis,siue in veste,siue ī alijs quibuscunque[l]:si quidē ęstimatę[m] fuerint:simili modo post biennium[n] & earum[o] vsuras ex tertia parte centesimę[p] currere: ęstimatione † earum(quia & hoc apertius declarari oportet) ea intelligenda, quæ pro singulis speciebus facta

† Sal.hic dicit,ꝙ ista legalis mora ex lapsu biennij inducta in extraneo non habet locū in vxore cohabitante viro suo: qđ fuit de mente gl. hic in verbo,biennium. dū allegat l. de diuisione.

† Aliās,sed æstimationem earum, quia & hoc apertius declarare oportet,eam intelligendā quæ p &c.

ſime.vt ſuprà.

a ¶ Coadunationem.] vt vniuerſa quæ æſtimantur ſint tanti quanti æſtimata ſunt, an non. nam & pōt eſſe quod vna res iuſtè, alia iniuſtè æſtimata eſt: & ſic non fit æſtimatio omnium: vt.ff.de ædil. edic .l.ſi plura.&.l. pe. &.ff.de euic.l.j.ſed tunc demum: vt dicit.d.l.ſi plura. quando ſingulorum non erat pretium deſignatum. ſed hîc erat: & ideo non fit idem ratione prædicta. Item et quia poteſt eſſe qđ vna res alio tempore fuit promiſſa. quam alia.

b ¶ Conteſtatam.] ſcilicet vt veniaut fructus: vt.ff.de vſur.l.videamus ij.§.ſi actionem. & eſt ſimilis præſcriptio biennalis: vt ſ̄.de non nume. pecu.l.in contractibus.

Dos habet tria conſyderanda.

¶ DE REI VXO.

¶ *Sicut in quouis alio contractu tria conſyderantur principaliter, ſcilicet cōuentio, obligatio, & actio: ſic in dote. ideo que prius cōuentionem: ut in titulo de dotis promiſsione. ſecundo obligationem: vt. ſ̄. titu. j. nunc ponit actionē. Sic enim naturaliter debet diſponi. Et not. quod olim duæ dabantur actiones tā uiro pro petēda dote quā uxori pro repetenda dote: ſcilicet ex ſtipulatu et rei nxoriæ. ſed hanc tollit dando omne quod in ea utile erat actioni ex ſtipulatu quā reſeruat. & tacitè reſpondet obiectioni. in pr ī. quaſi obijciatur ei. quod uilia tractet, & armis non intendat. & ipſe ad excuſationem ſui reſpondet rem &c.*

eſt, vel pro vno quoque genere dotalium ſpecierum, id eſt pro argento, vol ornamentis, vel veſte, vel alijs ſpeciebus: & non eſſe expectādam poſt ſingulas æſtimationes vnam coadunationem [a] totius calculi: quod ſatis ſcrupuloſum & per nimiam ſubtilitatem pernicioſum eſt. ¶ Sin autem minimè res mobiles fuerint æſtimatæ: ea poſt biennium obſeruari, quæ leges poſt litem conteſtatam [b] pro omnibus huiuſmodi rebus definiunt. ¶ Sin verò res permiſtæ fuerint, & partim in auro, partim in alijs rebus mobilibus, vel immobilibus: pro iam facta diuiſione omnia procedere: licentia minimè deneganda marito, quando voluerit, dotem petere. Nec is qui debet, putet ſibi licentiam eſſe, reditus vel penſiones, vel vſuras, vel alias acceſsiones ſoluenti dotis ſolutionem protelare: ſed ſiue ante biennium ſiue poſteà voluerit dotem pars mariti petere, queat & ſecundum leges eam exigere. D. xij. Calen. April. Lampado. & Oreſte VV. CC. Conſ.

REm. CASVS. Crederet aliquis quod imperator non tractaret de arduis rebus, ſed minimis. ſed non eſt verum: quia in præſenti conſtitutione de arduis tractat: quia intendit oſtendere per quam actionem dos ſolu. mat. repetatur, & qua act maritus petat eam ſibi reddi, ex quo ſemel conſtituta eſt. olim duabus actionibus petebatur: vel rei vxo. actio. vel ex ſtipulatu. hodie ſublata eſt rei vxo. act. remanet act. ex ſtipu. & ſi quid vtilitatis habebat illa, hoc in act. ex ſtipu. translatum eſt: & omnes dotes petuntur act. ex ſtipu. ſiue intercesſit ſtipulatio, ſiue non: quia & ſi non interuenit, præſumitur interueniſſe: & ſi interuenit, ſed inutilis, puta inter abſentes, præſumetur vtilis: & ex ea agetur. nec mireris quod dico agi act. ex ſtipulatu, licet non interuenit ſtipulatio: quia hoc ideo eſt, ſcilicet quod ex nudo pacto non datur actio: vt quando conueni tecum de permutando codice: ſi interuenit rei traditio vel ſtipulatio, agetur iam ex pacto veſtito. vel da exemplum, & melius vt hîc notatur. Item mulier habet omnia bona mariti tacitè obligata pro dote: licet de hoc nihil dictum fuerit. ſicut pupillus habet omnia bona tutoris tacitè obligata, & tacitè hypothecata. Item non ſolùm mulieri datur pro dote, ſed viro in bonis mulieris: & hoc ſiue dos fuerit profectitia, ſeu aduentitia, ſiue data à muliere, ſiue data ab alio. Nec refert vtrum dos ſit promiſſa in ſcriptis, aut non. & hoc actio .ex ſtipul. transfuſa in eam rei vxo. act. & ſicut illa erat bo. fi. ita & iſtr ¶ Sciendmn.] Olim ſi maritus in teſtamento ſuo reliquerat vxori aliqua legata, mulier non poterat petere ſi volebat petere dotem: vel econuerſo. hodie vtrunque petere poteſt: niſi maritus dixit contrarium. Item maritus non poteſt retinere dotem propter malos mores mulieris: ne propter hoc inter eos fieret diuortium. Item nec vtetur retentione dotis propter res quas amouit mulier, ſed conueniet eam act. rerum amotarum. Item non vtetur retentione dotis ſi filios habeat ex vxore, quia pater filios ſuos alere debet, & filias dotare. Item nec vtetur retentione dotis propter impenſas in fundo dotali factas. ſed ſi accepi fundum in dotem. & partem dotis in re immobili & quantitate: puta centum & impendi decem in fundo: diminuetur dos data in decem. & hoc quando facit neceſſarias expenſas. ſi veró vtiles, ex mandato mulieris, conſequetur eas per act. mandati ſi mandauit, ſiue neg. geſt. ſi non mandauit, voluntariæ non repetuntur: ſed tollitur quod fecit ſine læſione prioris ſtatus rei, & ſi voluntate vxoris fecit eas. Si verò mulier decedat, hæredes eius repetent dotem: niſi maritus feciſſet pactum de dote lucanda. ¶ Cum autem.] Olim repetebatur dos ſoluto matri. annua bima trima die ſi vir conueniebatur rei vxo. act. & condamnabatur inquantum facere potuit per actionem ex ſtipulatu, ſtatim & inſolidum hodie inquantum facere poteſt, conuenietur deducto ne egeat: & ſi pauper eſt, nec dotem reddere poteſt, promittere de dote tota reſtituenda cùm ad pinguiorem fortunam peruenerit: & ſi eſt immobilis, ſtatim reſtituetur mobilis elapſo anno: & ſi non reſtituat, tenebitur ad vſuras vſque ad tertiam centeſimæ & fructus rerū immobilium debent mulieri reſtitui. & ſi mulier fuerit heres inſtituta, de iure detrahet Falcidiam, & primò deducet dotem ſuam. ¶ Cūque.] Dicta ſunt quæ ſunt propria tam rei vxoriæ actio. quàm ex ſtipula. hîc intendit dicere quod, quæ erant communia tunc, nunc ſunt accommodanda actioni ex ſtipula. tantùm dicit ergo, quod ſi mulier ancillas dedit in dotem, & pepererit: ſoluto matrimonio ſi inæſtimatæ ſunt, mulieri debent reſtitui cum partu per actionem ex ſtipulatu. Item quicquid ſerui acquiſierint extra res mariti, & operas ſuas. Fœtus verò animalium, & quicquid fructuum nomine continetur, ad maritum pertinebit pro tempore matrimonij: & fructus vltimi anni in quo matrimonium ſeparatum eſt, habebit maritus pro ea parte anni, pro qua ſtetit in matrimonio. De fructibus autem rerum æſtimatarum nihil mulieri reſtituetur: cum earum commodum & periculum ad virum ſpectat. Si verò pater viri dotem à muliere percepit, & virum cum alijs hæredem inſtituit: detrahet vir dotem de hereditate, & cauebit cæteris cohæredibus de ſeruando eos indennes, ſcilicet quod à muliere non conuenientur. Si verò mulier fuerit heres inſtituta ſiue exhæredata, ſiue emancipata à patre vel auo, habebit dotem præcipuam: & ſic excludit querelam inofficio. & conferetur ſi decedat inteſtatus, vel ex teſtamento: ſi pater voluerit. & hæc erant communia vtriuſque actionis ¶ Accedit.] Olim ſi extraneus dabat dotem pro muliere, actione rei vxoriæ poterat dotem repetere, ſcilicet mulier: niſi fuiſſet ſtipulatus dotem ſibi reddi, non ita erat in actio. ex ſtipulatu. ſed hoc habeat hodie rei vxo. act. ſcilicet quod mulier habeat ſemper dotis repetitionem: niſi ille extraneus fuerit ſtipulatus ſibi reddi. Extraneus autem omnis ille eſt intelligendus, qui non habet perſonam dotatam in ſua poteſtate: vt eſt pater. Item pater olim actio. rei vxoriæ non poterat ſolus dotem repetere non conſentiente filia. & ſi pater antequam conceſsiſſet in fata, actionem moueret de dote: vel licet lis fuiſſet conteſta. ad hæredes eam non tranſmittebat, ſed ad filium quaſi proprium patrimonium: quod non erat in actio. ex ſtipulatu: quia in ea ſolus pater agere poterat filiæ conſenſu non expectato: & tranſmittebatur actio ad hæredem: quod hodie locum non habet: ſed naturam rei vxo. actionis in hoc caſu ſibi vendicat actio ex ſtipulatu. ¶ Et cum.] In hoc. § lex Iulia prohibet fundum dotalem alienari à virô & hypothecari etiam conſentiente muliere: quod locum habet non ſolùm in Italia, ſed in omni terra: nec contradixit huic lex quæ dicit, quod mulieres poſſunt renunciare iuri hypothecarum ſuprà ad Velleia. iubemus. quia loquitur ibi quando mulier renunciauerat iuri, quod habet in bonis mariti tacitè ſibi obligatis. Item ſi aliqua pacta fiant in conſtitutione dotis: puta de dote lucranda, vel ſimilia: illa debent ſeruari: dum tamen legibus non ſint contraria. Et ſi bona gratia ſeparetur matrimonium, non amittitur. infrà de repud. l. conſenſu. & hæc lex habet locum in futuris negotijs, non in preteritis. Viuianus.

TITVLVS XIII.

De rei vxoriæ actione in ex ſtipulatu actionem transfuſa, & de natura dotibus præſtita.

¶ *Pro dote competit actio ex ſtipulatu, etiam ſi ſtipulatio non interceſſerit, uel intercesſit inutiliter. h. d. uſque ad. §. & ut plenius.* Bal.

Imp. Iuſtinianus A. ad populum vrbis Conſtantinopolitanæ, & ad vniuerſos prouinciales.

LEX I.

REm in præſenti nō minimam aggredimur, ſed in omni pene corpore [c] iuris effuſam, tàm ſuper rei vxoriæ actione: quàm ex ſtipulatu: earum communiones & differentias reſecantes †, & in vnum tramitem ex ſtipulatu actionis totum rei vxoriæ ius, quod dignū eſſe valere cenſemus cōcludentes. ¶ Rei vxoriæ itaque actione ſublata, ſancimus omnes dotes [d] per ex ſtipulatu actionem exigi [e], ſiue ſcripta fuerit ſtipulatio, ſiue non [f]: vt intelligatur re ipſa [g] ſtipulatio eſſe ſubſecuta [h].

† Reſerantes.

c ¶ Corpore.] Nota corpus iuris in quo articuli iuris continentur, ſicut corpus humanum vbi membra continentur.

Corpus iuris quid ſit.

d ¶ Omnes dotes.] ſiue a parte viri, ſiue à parte mulieris: licet de parte viri poſsit dubitari. Item ſiue certa eſt ſiue incerta. quod eſt notādum, cùm ad incerta tantum aliàs detur ex ſtipulatu actio: vt inſtitut. de verbo. ob. in prin. licet & hîc quidam dent condictionem incerti ſi certa eſt.

e ¶ Exigi.] id eſt peti vel repeti.

f ¶ Siuenon.] quia nec promiſſa.

g ¶ Reipſa.] id eſt eo quod eſt dos.

h ¶ Subſecuta.] ſcilicet conuentionem. Sic ergo nota fingi ſtipulationem vbi non eſt. ſic &.ff.de adop.legi his verbis.&.ff.de dan.infec.ſi finita.§.eleganter. & in authen.vt nulli iud.§.ſuper hoc autem iubemus. colona nona.&.ff.ſi cui plus quam per.l.falci.l.niſi.§.item.& de fideiuſ.tu.cùm oſtendimus.§.fina.

a Eodemque modo.] scilicet dos petatur ex stipulatu.
b Inutiliter.] inspecto iure communi:vt quia inter absentes vel ex interuallo vel inepta conceptione,non autem ex dissensu: puta dixit vir,promittis equum in dotem:mulier dixit,promitto asinum.
c Eam.] scilicet actionem.& sic.ff.de rebus dubijs.l.quoties.ij.
d Fortitudinem.] da exemplum:quia stipulor alteri.hoc non valet. adijcio pœnam: hoc valet:et dat robur inutili, non vt ex ea agatur,sed pœne metu ei pareatur: vt.ff.de verb.ob.l.stipulatio ista.§.alteri.et.s. de pac.l.si pacto.hic tn̄ dat robur ex hac lege huic, vt etiam ex ea agat:et sic fit vtilis.et est sic.s.si fer. exte.se emi.l.j.Sed ar.cōtra.ff.de ijs q.vt indig.l. cū quidam.nam vtilis nō firmat inutilem institutionē: sed inutilis vitiat vtilem.Item est ar.cōtra. ff.de adime.leg.l.j.nam ibi vtile legatum nō dat robur inutili ademptioni.Alij ponunt hic exemplum per.l.s.de pac.l.in bonæ fidei.et.l. petens. scilicet in pacto incontinenti apposito cui datur robur vicinitate contractus.sed illa non est stipulatio,sed pactū : vnde primum melius est.

Institutio inutilis nō firmatur p vtilem.

e Censemus.] hoc quod sequitur.
f Multò magis.] locus à maiori,q.si nullum facimus aliquod[a], magis inutile.sic.&.ff.de pac.l.iurisgentium.§.adeò.et.s. de donat. ante nup.l.fin.§.fin.

a Concor. gl.in.c.cum pridem.sup verbo duximus . post med. extra depac.

g Effici.] per hāc legē.
h Vt plenius.] non solū in personali, verum in reali:hoc est in hypothecaria.
i Rerum.] vbi tacita contrahitur hypotheca: vt.j. de admini.tu.l. pro officio.
k Articulis.] vt legatis:vt.j.cōia de leg.l.j. & in alijs casibus quos habes.j.in quibus cau. pig. ta.contra per totum.
l Ex vtroque latere.] sed nūqd sic vir & vxor præfertur cæteris creditoribus?Rn̄.credo qd̄ nō,cū nō inueniamus de hypotheca viri.
m Hypothecā.] i. tacitam.
n Euictis.] indistinctè ergo re dotali euicta agitur de euictione.et sic est contra.s.tit.j.l.j.Sol. hęc illā corrigit:vel secūdū lr.et bene et hæc secūdū illum.s.vbi stipulatio vel pactum præcedat donationem. Tertij dicunt hic dari hypothecariam indistinctè:non autē personalem.media placet.
o Nominationem.] remanet ēm nomē dotis pfectitię et aduētitiæ: vt.ff.de iur.dot.l.profectitia.i prin.&.§.si qs certā.

† Alias cessante actio ne.

p Prouidentiam.] dādo actionē ex stipulatu et tacitam hypothecam. Accursius.

Eodēq; modo[a] et si inutiliter[b] facta est stipulatio.adiuuari eā[c] magis quā euanescere oportet.Si ēm cùm vna in instrumento stipulatio valida inueniatur,alijs etiā inutilibus suā noscit pstare fortitudinem[d]:quare non ex nostra lege huiusmodi stipulationibus robur accedat legitimum?Est enim consentaneum nobis qui censemus[e] vbi stipulatio supposita nō est,intelligi eam fuisse adhibitam: multò magis[f] etiam si inutilis est, validam eam effici[g].

Pro dote bona sunt tacitè obligata. h. dicit. usque ad.§.sed etsi.Bal.

Et vt plenius[h] dotibus subueniatur:quemadmodū in administratione pupillarium rerum[i], & in alijs multis iuris articulis[k] tacitas hypothecas inesse accipimus : ita & in huiusmodi actione damus: ex vtroque[l] latere hypothecā[m], siue ex parte mariti pro restitutione dotis:siue ex parte mulieris p ipsa dote prēstāda,vel rebus dotalibus euictis[n]:siue ipsę principales personę dotes dederint,vel pro miseri int vel susceperint,siue aliæ pro his personæ,et dos siue aduentitia siue profectitia sit,secūdū veteris iuris nominationē[o] Ita enim imperitia hominū et rusticitas nihil eis poterit afferre pіudicij:cū nos illis ignorantibꝰ et nescientibus in hoc casu nostram induxerimus prouidentiam[p] .Sicut enim & stipulationes et hypothecę īesse dotibus intelligūtur[q] ,& inutiles stipulationes emendātur,sic & in posterum causa inuenietur valida & perfecta:quasi oībus dotalibus instrumentis à prudentissimis viris confectis.¶Et nemo putet nos hoc sancire in ijs tantùmodò dotibus quæ instrumentis recepte sunt.Nihil enim prohibet, & si sine scriptis[r] dos vel detur, vel promittatur,vel suscipiatur:similimodo intelligi factam stipulationem & hypothecam ex vtraq; parte,quasi fuerit scripta.Et natura quidem ex stipulatu actionis hæc intelligatur,rei vxoriæ in posterum cessante:†.

Actio ex stipulatu pro dote,est bonæ fidei: item actio rei uxoriæ est sublata : tamen quod erat utile in ea,transfusum est in actionem ex stipulatu.h.d.usque ad.§.primum itaque. Bald.

Sed etsi non ignoramus ex stipulatu actionem stricto iure esse vallatam[s] ,& nō ex bona fide[t] descendere : tamen quia nouam naturam de dote stipulatio sibi inuenit : accommodetur ei natura rei vxoriæ et bonę fidei bnficiū[v] : et omnes quidem euentus[x] quos dos ex stipulatu[y] habet,maneat[z] pro sua natura exercens . Si quid autem optimū ex rei vxori actione inuenimus,hoc in præsenti specialiter ei addimus:vt sit & noua ista ex stipulatu quam composuimus,& non propria tantùm : sed etiam veteris actionis[a] pulchritudine decorata.

Vir legans uxori in dubio non intelligitur legare pro dote:& ideo utrunque consequitur. h.d.usque ad.§.maneat.Bald. Vel sic:Relictum à uiro uxori,non intelligitur in dubium relictū animo compensandi cum dote:ideo utrunque potest peti.h.d.Vel sic:Actio ex stipulatu pro dote,non minuitur propter legatum factū uxori:nisi exprimatur.h.d.Sali.

¶Primum[b] itaque quid naturale sit ex stipulatu actionis, exponatur,& ita si quid ex actiōe rei vxorię superuenerit:addatur.¶Sciendum itaque est edictū[c] prętoris qd̄ de alterutro[d] introductum est ,in ex stipulatu actione cessare:ita vt vxor et à marito relicta recipiat, et dotem consequatur:nisi specialiter pro dote ei maritus ea dereliquit:cùm manifestissimum sit testatorem qui non hoc addidit[e] voluisse eam vtrunque consequi.

Actio ex stipulatu actiuè & passiuè transmittitur in hæredem.hoc dicit uel sic: Contractus factus transit in hæredem,sicut contractus uerus.hoc dicit usque ad.§.sed nec retentio. Bald.Vel sic:Actio ex stipulatu pro dote transit ad successores.Sali.

¶Maneat[f] ex stipulatu actionis ius[g] ad successores[h] et sine mora[i] transmissionis incorruptum.

Propter malos mores uxoris pudorem matrimonij non ludentes propter res donatas uel amotas,seu propter cōes liberos alendos:.nec propter impensas in rebus dotalibus factas fit dotis retentio:sed prædictis actionibus competentibus repetuntur.h.d.usque ad.§.illo.Sali. uel sic:Dos non potest retineri ob malos mores mulieris,nec ob res donatas,nec res amotas,nec propter liberos,nec propter impensas utiles uel uoluntarias:sed propter necessarias sic:quia dotem minuunt ipso iure .Item potest retineri per pactum de lucrando si mulier post decedit.h.d.usque ad.§.cum autem Bald

¶Taceat[k] in ea retentionū verbositas.¶Quid enim opus est inducere ob mores[l] retentionem,alio auxilio ex cōstitutionibus introducto[m] ?vel ex qua causa[n] ob

q Intelliguntur.] ipso iure:vt.j.qui pot.in pig.ha.l.si.§.ad hæc.& in auth.de ęqua.do.§.quia verò & huiusmodi.et arg.s.de iur.& fac.igno.l.fin. & de dotis promis.l.ad exactionem.
r Sine scriptis.] vt et.s.de iure do.l.cum citra.
s Vallatam.] nam non numerantur inter eas quæ bonæ fidei sunt: vt instru.d actio.§.actionē.
t Et non ex bona fide.] ad differētiam stricti iuris.
v Beneficiū.] erit ergo hoc casu bonę fidei:vt hic,et insti.de act. §.fuerat.
x Euentus.] i.effectꝰ.
y Ex stipulatu.] ab actionone ex stipulatu.
z Maneat.] i.retineat.
a Actionis.] rei vxoriæ.Ex pdictis ergo colligę qnque specialia.Primū qd intelligit stipulatio vbi nō est.Secūdū vbi ē inutilis,fit vtilis.Itē q̄ datęx stipulatu etiam de certa.Itē qd̄ est bonæ fidei.Quintum etiam de hypotheca tacita.

Actio ex sti pulatu pro dote quinque specia lia habet.

b Primum.] quia sua naturalia retinet:et alia sonācisciturːita quę sua naturalia exponamus.
c Edictū.] qd nō habem.sed cauebat in eo, vt si maritꝰ vxori aliqd ī vltīa reqrit volūtate ea sęt cōtēta alterutro.s. vel dote vel legato:ę ī actione ex stipulatu non erat.
d De alterutro.] assequendo tantùm.
e Addidit.] s.mulierē esse alterutro cōtentā.et facit.ff.fami.er.l. si filia.§.pe.& d dote prælegl.cū qs.§.j.et.j. de re pu.iubemꝰ.Sed ar.cōtra. ff.de adimē.leg.l.aliū ne aliās.l.titia.§.qslias.et.ff. sol. ma.l.si cū dotē.§.si sopꝰ.sed ibi redditratio.
f Maneat.] i.transeat.
g Ius.] iam competens mulieri.
h Ad successores.] vtriusque partis : mulieris scilicet vt repetere possint,et mariti vt restituere debeāt.sed primū fallit ī casuque habes.j.c.§. hoc ex rei vxorię vbi n repetit hꝛs pris mulieris.
i Mora.] in antiquis legibus inserta: vt.j.eo.§. exactio.
k Taceat.] Et not.hic qnque casus in quibus competebat retentio in actione rei vxoriæ sed hodie non competit ob mores,ob res donatas, ob res amotas,ob liberos ob impensas.

Do iure re tentio olim ppter quinque compe tebat.

l Mores.] & malos multos, quorum vnus non sufficeret:vt in venialibus,non criminalibus : vt si cotidie se inebriet,non tamen frangit matrimonialem pudorem .& facit.infra de repudijs . lege finali infi.
m Introducto.] s. diuortio:vt.j.de repud.l.consensu.
n Causa.] scilicet rationabili.

Donatas.

a ¶ Donatas.] ſcilicet vxori à viro.
b ¶ Directam.] cùm res donata extat, ſed vtilem cùm eſt mutata cõditio, ſiue cùm eſt extincta: vt & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ſi ſponſus. §. fin. & l. ſeq. & l. vxor marito. in fi. & l. vtilem. & l. mulier. & facit. ſ. de condi. ex lege. l. iij. & ff. de do. præleg. l. dote.
c ¶ Nec retentio.] ex ſpeciebus. l. ſi ſpecies extent. ſi quãtitas ſit, cõpenſatur: & ſic nõ eſt cõtra. j. re. amo. l. j. & ff. ſol. mat. l. diuortio. §. ob donationes. & eodẽ modo ſoluit aliud contra. ſ. de cõpen. l. neq;. Vel ſolue, vt ibi.
d ¶ Amotarum.] vt j. de bo. quæ libe. l. fin. §. ipſum autem filium.
e ¶ Sileat.] ſubaudiunt quidã. ſ. goſsiani, ſi diuortio ſoluat matrimoniũ. aliàs ſi morte mulieris, dicunt retineri dotẽ. Sed B. & Io. contra, cùm hæc lex dicat indeterminatè: vt. ff. de iu. do. l. iure ſucurſum eſt. & j. de bon. q̃ lib. l. ij. & j. ſol. mat. l. dos. vbi de hoc etiã dices. ſed prima opinio ſeruatur.
f ¶ Hortetur.] vt. j. de bo. quæ libe. l. fina. §. ipſum autem filium.
g ¶ Ne varium.] hoc refertur ad hoc quod dixit. ſ. de moribus.
h ¶ Conſtitutionibus.] quas habes. j. de repu. per totum.
i ¶ Idonea.] vt & ff. de dote præleg. l. dote.
k ¶ Minuant quantitatẽ.] vt. ff. de rit. nupt. l. dote. & ff. de impen. in re. do. fa. l. j. §. j. & l. peñ. & inſti. de act. §. ꝑpter retẽtionẽ. qđ intellige, cùm in quãtitate conſiſtit, qđ diminuitur: vt quia fundus & pecunia ſit in dotem: expẽſa quidẽ in fundo facta minuit pecuniam. ſi autẽ fundus tantùm, nec in parte deſinit eſſe dotalis, niſi tanta ſit expẽſa, quãti eſt fundus, tunc deſinit eſſe dotalis: niſi intra annũ impenſas marito obtulerit. interim autẽ an ſit dotalis, & ſic quaſi pign⁹: an deſijt eſſe dotalis, & reincipiat eſſe dos ſi mulier luat: qdã tenuerunt primã: ꝑ qbus eſt hoc exẽplũ, ſi habeo domũ, quæ valet cẽtũ, & debeo centũ, verũ eſt me habere domũ valẽtẽ centũ: nõ tñ habeo in bonis cẽtũ. Scæuola tenuit ſecũdã opinionẽ, vt habes hoc ff. de iure dot. l. ſi is qui. §. qđ dicit. & ff. de impẽ. in re. do. fa. l. quod dicit.
l ¶ Voluntate.] vt & ff. de impen. in re. do. fa. l. vtilium.
m ¶ Licet.] hoc ſpeciale in dote: vt. ff. de impẽ. in re. do. fa. l. ꝑ voluptarijs. aliàs etiã talia repetunt ex volũtate dñi facta: vt ff. de in rẽ ver. l. ꝙ ſi ſeruus. §. ſed ſi mutua. & §. necnon. & facit. ſ. de rei ven. l. domum.

† Præſumitur ergo aliquid ratiõe ſanguinis: vt in c. literas cũ glo. ſuper verb. in fratrem. extra de præſumpt.

† Aliâs nec.

Dos an minuatur propter impenſam.

res donatas [a] retentio introducatur, cùm ſit donatori facultas per actionẽ in rem directam [b], vel per vtilem, vel per cõdictionẽ ſuo iuri mederi? ¶ Sed nec retẽtio [c] ob res amotas neceſſaria eſt, cùm pateat omnibus maritis rerũ amotarũ [d] iudicium. ¶ Sileat [e] ob liberos retentio: cùm ipſe naturalis ſtimulus † parẽtes ad liberorum ſuorũ educationem hortetur [f]: ne † varium [g] genus culpę mariti contra vxores excogitẽt, vt poſsint eadẽ retentione cõtra eas vti: cùm iam imperialibus cõſtitutionibus [h] ſtatutum ſit, ſi culpa mulieris diſſolutum matrimoniũ fuerit, quid fieri oporteat. ¶ Sed nec ob impẽſas in res dotis factas retentio nobis ſatis videtur eſſe idonea [i]. Cùm enim neceſſariæ quidem expenſæ dotis minuant quantitatẽ [k], vtiles autem non aliter in rei vxoriæ actione detinebantur, niſi ex voluntate [l] mulieris: nõ abs re eſt, ſi quidem mulieris volũtas intercedat: mandati actionem à noſtra authoritate marito contra vxorem indulgeri, quatenus poſsit per hanc, quod vtiliter impenſum eſt, aſſeruari, vel ſi non intercedat mulieris voluntas, vtiliter tamen res geſta eſt: negotiorum geſtorũ aduerſus eam ſufficere actionẽ. ¶ Quòd ſi voluptariæ ſint, licet [m] ex volũtate eius expenſæ: deductio operis quod fecit, ſine læſione tamẽ prioris ſpeciei, marito relinquatur: vt ſit [n] omnium retentionũ expeditus tractatus, & ex ſtipulatu actio meritò ſecundum ſui naturã nullam accipiat retentionem.

¶ Muliere mortua in matrimonio, actio ex ſtipulatu ſecundum ſuam naturam tranſit ad hæredes. h. d. Sali.

¶ Illo proculdubio in ex ſtipulatu actione ſeruando, vt ſi deceſſerit mulier conſtãte matrimonio, dos non in lucrũ mariti cedat, niſi ex quibuſdam pactionibus [o], ſed ad mulieris hæredes ex ſtipulatu actio ſecundum ſui naturã tranſmittatur, ſiue expreſſa fuerit, ſiue ex hac lege ineſſe intelligatur.

¶ In actione de dote maritus condemnatur, inquantum facere poteſt. hoc primò. Mobilia, uel iuris quantitates & genera in dotem data, reſtituuntur poſt annum ſoluto matrimonio. immo bilia ſtatim. fructus dotis pro tẽpore matrimonij diſſoluti ueniunt in reſtitutione. h. d. uſque ad §. igitur. Bal. Vel ſic: Hæc actio contra uirũ datur, inquantum facere poteſt: & rerum mobilium & iurium reſtitutio debet fieri intra annum: rerum uerò immobilium incontinenti: & uſuræ debentur à tempore moræ: fructus uerò à tempore ſoluti matrimonij. hoc dicit uſque ad §. igitur.

n ¶ Vt ſit.] refert ſe ad omnia prædicta.
o ¶ Pactionibus.] i. pacto facto de dote lucranda, ſi prædecedat vxor. ſic plurale pro ſingulari ponitur: vt. ff. de ori. iur. l. ij. §. exactis. Itẽ eſt alius caſus, quo remanet apud virũ propter adulterium: vt. j. ad le. Iul. de adul. l. ſi.
p ¶ Cùm autem.] in ſupradictis qdẽ ſuã naturã exercet hæc actio ex ſtipulatu, ſed in exactiõe dat̃ ei ius rei vxoriæ actiõis, vt inquãtũ facere poſsit, dãnet̃ qđ intelligit̃, deducto ne egeat: vt. ff. de reg. iu. l. ĩ cõdẽnatiõe ꝑſonarũ.

¶ Cùm autem [p] in exactione dotis ex ſtipulatu quidẽ actio naturaliter reſtitutionem dotis à parte mariti vxori ilico [q] & inſolidũ fieri iubebat †, rei vxoriæ autem annua [r] bima trima die in ijs, quę põdere, numero, mẽſuráve cõſiſtũt, exactionẽ pollicebatur, & nõ inſolidum, ſed inquantũ maritus facere poteſt, ſi non dolo malo ſuã diminuerit ſubſtantiã: in hac parte rudem figuram [s] ex ſtipulatu damus actioni: vt ſi matrimonium fuerit diſſolutũ, nullo pacto [t] adhibito, in tãtum quidẽ maritus condẽnetur, in quãtum facere poteſt: quia hoc æquiſsimũ eſt, & reuerẽtiæ debitũ maritali [v], ſi non dolo malo verſatus eſt [x]: cautione [y] videlicet ab eo exponẽda, quòd ſi ad meliorẽ fortunã peruenerit, etiã quod min⁹ perſoluit, hoc reſtituere procuret. ¶ Exactio autẽ dotis celebretur non annua bima trima die, ſed omnimodo intra annũ [z] in rebus mobilibus, vel ſe mouentibus, vel incorporalibus [a]: cæteris videlicet rebus, quæ ſolo continẽtur, ilico reſtituendis: quod cõmune [b] vtriuſq; fuerat actionis. ¶ Sin autẽ ſuperſederit res mobiles, vel ſe mouẽtes, vel incorporales poſt annale tẽpus reſtituere, vel cæteras res ſtatim poſt diſſolutum matrimonium: etiã vſuras [c] æſtimationis omnium rerum, quæ extra immobiles ſunt, vſq; ad tertiã partem cẽteſimæ ex bona fide introducẽdas, maritus præſtet: fructibus videlicet immobilium rerum parti mulieris ex tẽpore diſſoluti matrimonij præſtandis, ſimiliq; modo pẽſionibus, vel vecturis nauium, ſiue iumẽtorum, vel operis ſeruorũ, vel quæſtu ciuilium annonarũ, & alijs, quæ ſunt eis ſimilia, parti mulieris reſtituendis [d].

¶ Vxor hæres inſtituta à marito & grauata legatis, ante omnia deducit dotem: de reſiduo uerò ſoluit legata, deducta Falcidia. h. d. uſque ad

q ¶ Ilico.] in vtroq; malẽ qđ ilico, & qđ ĩſolidũ.
r ¶ Annua bima.] i. primo anno tertia, ſecundo tertia, & in tertio tertia: vt. ff. de pact. do. l. aliud. & ff. de ann. leg. l. iij. in prin. & facit. ff. de iur. do. l. cùm in fundo. §. pe.
s ¶ Figuram.] ſumptã ab actione rei vxoriæ.
t ¶ Pacto.] de retẽtione dotis, vel de modo, vel de tẽpore reſtitutiõis do taliũ rerũ: vt. ff. de pact. dot. l. de die. & ſequẽtib⁹. Illud autẽ non valet, ꝙ teneatur marit⁹ inſolidũ: vt. ff. ſol. mat. l. alia. §. j.
v ¶ Maritali.] vt & ff. ſolu. matr. l. alia. §. fi. & l. maritũ. & ff. de re iudi. l. ſunt qui in id. & inſti. de act. §. item ſi de dote.
x ¶ Verſatus eſt.] in diminuẽdo ſubſtantiã ſuã vt dixit. idem ſi in re dotali diſsipãda dolũ cõmiſit: & aliàs nõ eſt ſoluendo, licet in eo ꝙ aliás nõ ſit ſoluẽdo, cõmiſerit dolũ: vt. ff. ſol. mat. l. etiã. §. j. & ij. & hos duos caſus cõprehẽdit hîc ſecũdum Io. qb⁹ tenet̃ inſolidũ.
y ¶ Cautione.] fortè cum fideiuſſore: vt ar. ff. ſol. ma. l. ſi cõſtãte. §. quoties. ſed tũc dic ſimplici: vt. ff. ꝓ ſocio. l. verũ. §. itẽ videndũ. ſecus in actione de peculio, vbi non fiet etiã cautio: vt. ff. de pecu. l. quoties. §. ſi ſemel.
z ¶ Annum.] poſt ſolutum matrimonium computandum.
a ¶ Incorporalibus.] vt in nominibus: qñq; tñ incorporalia æquiparantur immobilibus: vt. j. de præſcri. lon. tẽp. l. fi. in fi. & ff. de iu. deli. l. ait p̃tor. & de re iudi. l. à diuo. §. j.
b ¶ Commune.] ſ. de immobilibus.
c ¶ Vſuras æſtimationis.] ſic. & ſ. titu. j. l. fi. §. præterea. & ſubaudi hîc nõ ſolũ res principales.
d ¶ Reſtituendis.] vel ſi malit, petat vſuram æſtimatiõis: vt modò dixi. Vel fortè ſuperiora locũ habẽt, cùm res deficerãt eſſe culpa mariti. hîc qñ extabãt, ſecũdũ Azo. Sed qd erit hodie, vbi ſoluitur matrimoniũ ꝑ cõſanguinitatẽ? nũquid ſtatim reddet̃ dos, vel poſt annũ. nã non põt dici diuortium, cùm non fuerit matrimonium: nec ergo dos? Rñ. ſtatim. arg. ſ. de condi. ob cau. l. j. Itẽ quid ſi reb⁹ æſtimatis datis in dotẽ maritus ſeruauit ſibi electionem: quod põt? Rñ. eligat. quod ſi nõ faciat, trãsfertur electio in vxorẽ: vt. ff. de ſolu. l. j. & ff. de iur. do. l. plerunq;. §. fi. Itẽ quid ſi dos cõſiſtit in reb⁹ mobilib⁹ tantùm: vnde interim ſe alet mulier?

Pactum ꝙ maritus teneat̃ ad dotẽ reſtituẽdã inſolidũ nõ valet.

† Nã tãtũ durat dos, quantũ matrimonium durat. & ſimile habes in c. quod à te. in fi. cum gloſſ. ſuper verb. redire de cleri. cõiug. & in c. nup. de dot. poſt diuor. reſtitu.

Dos quãdo redditur, ſi matrimoniũ per conſanguinitatem ſoluit̃.

hæ- in te ur v- alere.

Respon.de alijs suis bonis.arg.ff.de ven.in pos.mit.l.extraneo.Sed quid si nil aliud habet?Si quidem sunt hæredes patris communes filij,ipsi alent matrẽ: vt.j.de bo.quæ libe.l.fi.§.ipsum autem.Sed quid si extranei sunt hæredes, vel diuortio est solutum matrimonium? Videtur quòd vir vel hæredes eius teneantur alere,ex quo habent dotem : vt.ff.de ven.in poss.mit.l.j.§.mulier. & l.curator.& ar.ff.ad Trebel.l. imperator. &.ff. vt in pos.leg.l.pe.&.s̃.tit.j.l. vbi adhuc. prætereà pro 10 dotis fructibus mulieri dabat alimenta . ergo & hodie alat eam , cùm penes se habeat. arg.in aut. quibus mo.na.effic.sui.§. penul.colla.vij. & in authen.de exhib.§.quoniã. colla. v.&.ff.de libe.agn. l.si quis à liberis.§.si vel parens.Item adhuc vide20 tur durare primũ, cùm nec posset nubere secundo : vt arg.pro hoc.ff. de repu.l.final. & in aut. de nupt.§.soluto . collat.iiij. Itẽ pro hoc.ff.solu.mat.l. si cùm dotem.§.sin autẽ. quasi sint dotis onus alimenta vxoris.econtra di latio legalis debet esse vti 30 lis viro:vt argu.ff.si cer. peta.l.lecta. &.ff.de iudi. l.ij.§.in omnibus. & aut. cõsti.quę de dign.§.pen. colla.vj.Sol.Distinguunt quidam,an habet alia bona vnde se alat, vel non: vt primo casu nõ alatur, secundo sic: vt.ff.de ven. in possess.mit.l.extraneo.

40 *ADDITIO.*

Hoc tenẽt cõmuniter doctores in.l.diuortio. in prin.ff.solu.mat. Ne aliâs tractarẽt de decore memoriæ mariti, ꝙ mulier cogeretur mendicare.Et subdit ibi Bart. ꝙ mulier tenetur intra ipsum annũ operari in domo hæ50 redũ, à quibus suscipit alimenta ad vtilitatem hæredum,per.l.sicut.iuncta glo.ff.de oper.lib. De quo dic latius vt per eundem Bar.vbi suprà.

§.cumq; ex stipulatu.Bal.Vel sic:Vxor instituta à uiro,in ratione Falcidiæ dotem ut æs alienũ potest deducere.h.d.Sali.

¶ Igitur[a] & in sequenti capitulo sua ex stipulatu actio vtatur natura: vt si mulier à marito fuerit hæres instituta, & legis Falcidiæ ratio emerserit[b] : etiã dotis debitum[c] liceat ei sicuti alia debita[d] ex substãtia mariti subtrahere, & sic[e] quartam partem deducere[f].

¶ Accessiones, quæ non sunt in fructu, augent dotem : ut partus ancillarum , & quæsita per seruum dotalem extra operam suam, & extra rem mariti.Accessiones uerò, quæ in fructu censentur,ut fœtus pecorum,& fructus agrorum, & similia,cedunt lucro uiri, quo ad matrimonium consistit,& fructus ultimi anni pro rata temporis diuiduntur. & prædicta sunt uera in rebus uerè dotalibus, id est in inæstimatis : sed quãdo sunt res æstimatæ,omnes accessiones integraliter sunt mariti tanquam emptoris . & istud sit pro casu summario, & pro casu in terminis.h.d.usque ad.§.cautione. Bal.Vel sic: Partus ancillarum dotalium , & etiam per seruos dotales quæsita extra operas eorum uel res mariti,pertinent ad mulierem:fœtus uerò, & fructus pertinent ad maritum:sed pro rata temporis ultimi anni ueniunt diuidendi, si dos fuit inæstimata:& si tempore diuisionis alter filiorũ dotem uxoris uel nurus detinuerit , præcipuam cautionem de defendendo præstare tenetur cohæredibus.h.d.Sali.

¶ Cumq; ex stipulatu actio in ijs[g] casib⁹, quos enumerauimus, propriam naturam habeat[h] : necessarium est in sequenti tractatu ea exponere, quæ vel communia[i] sunt vtriusque actionis , vel quæ in solam ex stipulatu[k] actionem colligi oportet : vel propria quidem rei vxoriæ actionis , exinde autem ex stipulatu actioni accommodanda. ¶ Itaque partus dotalium ancillarũ, id est, quæ æstimatæ[l] non sunt,vel quæ serui dotales ex quacunque causa (nisi ex re mariti vel operis suis) acquisierunt[m] : ad mulierem pertinere[n] vtraque actio similiter voluit. ¶ Fœtus autem iumentorum , & omnia quæ fructuũ nomine continentur,ad lucrum mariti pertineant pro tempore matrimonij[o], siue æstimata , siue non æstimata sint. ¶ Sed & nouissimi anni , in quo matrimonium soluitur, fructus pro rata temporis portione[p] vtriq; parti debere assignari, commune vtriusq; actionis est, in rebus scilicet nõ æstimatis. Æstimatarum enim rerum maritus quasi emptor & commodum sentiat , & dispendium subeat , & periculum expectet[q].

¶ Percipiens dotem tenetur cohæredem seruare indemnem.hoc dicit usque ad.§.uideamus igitur.Bald.

¶ Cautione videlicet defensionis in specie,in qua dotẽ suæ vxoris, vel nurus[r] in familiæ erciscundæ iudicio præcipuam filius defuncti detrahit , secundum propriam naturam[s] ex stipulatu actiõis cohæredibus suis præstanda.

¶ Actio ex stipulatu pro dote profectitia competens,per patris obitum consolidatur in filiam emancipatam etiam exhæredatam.h.d.usque ad §.quo à nobis.Bal. Vel sic:Si filia efficiatur sui iuris morte patris uel emancipatione, actio de dote consolidatur in eius persona,etiam si à patre fuerit exhæredata:& dos confertur,& in legitima portione computatur.h.d.Sali.

¶ Videamus[t] igitur quali incremento ei de rei vxorię actione accedente,formari decet ex stipulatu actionẽ. Cumq; iuris certi atq; indubitati sit,si parẽs per virilem sexum ascẽdens,dote pro filia vel nepte præstita,emãcipauerit eam, vel ipse decesserit[v] , in rei vxoriæ actione dotem omnimodo ad mulierem pertinere, etiã si fuerit exhęredata[x]:quod non erat in ex stipulatu actione: (ibi etenim, velut aliæ actiones[y] * in omnes cohæredes actio diuidebatur) æquissimũ[z] nobis visum[a] est,& in ex stipulatu actione mulierem dotem suam præcipuam accipere, etiã si emãcipata,vel exhæredata sit, vel cum alijs hæredibus scripta.

¶ Dos imputatur filiæ in legitimam.h.d. Vel sic:Dos,quæ ad filiam reuertitur,ei in legitima imputatur.h.d.usque ad.§.accedit.Bal.

¶ Quo à nobis recepto[b] , & aliæ multæ species promptũ accipiẽt

a ¶ Igitur.] qa in prioribus capitulis,sua vtitur natura actio ex stipulatu iure petitionis dotis : igi60 tur in sequẽti vtatur iure retentionis. Hug. Vel secundũ Azo. quia petere potest, vt modò dixi, petat. & hoc, casu scilicet deducendo.

b ¶ Emerserit.] inter eam & legatarios.

c ¶ Debitum.] vt & ff.ad leg. Falci.l.pater. in 70 prin.&.s̃.e.ti.§.sciendũ. licet aditione hæreditatis actio sit confusa: vt.ff. de hæred. ven.l.ij.§.fi.& j.ad legem Fal.l.licet.

d ¶ Debita.] vt &.j.ad legem Falcid.l.in imponenda.

e ¶ Et sic.] scilicet omni debito deducto.

f ¶ Deducere.] scilicet de legatis.

80 g ¶ In ijs casibus.] sed non in omnibus: vt.s̃.eo.§.exactio.

h ¶ Habeat.] id est retineat.

i ¶ Communia.] hoc vsque ad.§.videamus.

k ¶ Ex stipulatn.] hoc in.§.videamus.

l ¶ Aestimatæ.] quæ verè etiam dicuntur dotales: vt.j.ea.l.§. & cùm lex. & idem dicas,si sunt æstimatæ:sed cõuenit vt soluto matrimonio reddantur vxori non seruata electione viro: vt.j.sol.mat.l.j.aliâs secus : vt.ff.de iure do. l.si mancipia,& facit.ff.de iure dot.l.plerunq;.§.si serui.Azo.

m ¶ Acquisierunt.] assimilatur ergo maritus fructuario: vt.ff.de pecul.l. hinc quæritur.§.potest.&.§.quæ quæstio.

n ¶ Pertinere.] non quòd sint sua,sed facta viri restituũtur hac actione : vt hîc,&.ff.de acqui.hære.l.aditio.&.ff.de iu.do.l.si legato.sic largè dicitur pertinere: vt.ff.de verb.signi.l.verbum pertinere.

o ¶ Matrimonij.] vt &.s̃.ti.j.l.pro oneribus.

p ¶ Temporis portione.] fructus dotis mari10 ti sunt:sed ex quo & vsq; ad quod tẽpus, videndũ. Et tu dic, ꝙ duo sunt necessaria,vt incipiãt esse viri.s. matrimoniũ esse factũ,& dotẽ traditã.nã ante matrimonium fructus capti augent dotẽ, & non fiunt viri: vt.ff.sol. mat.l. si ante. & posteà dotis de20 mũ ex traditione: vt. ff. sol.ma.l.de diuisiõe. Sequitur vsque quo:et quidem toto tẽpore matrimonij vsque ad vltimum annũ, & vltimi anni fructus diuiduntur pro rata : vt si per octo menses vltimi anni durauit, habeat vir bessem fructuum , vxor 30 trientem. & incipit vltimus annus habita relatione ad primum, vt & primus incipiat, quando prædicta duo interueniũt, scilicet matrimoniũ & dos data : vt.d.l.de diuisione.sin autẽ talis sit fundus, qui bis ferat fructus in anno, eadem ra40 tio est habenda dimidij anni , quæ integri. vel si semel in triennio, eadem triẽnij,quę & anni.Quòd si maritus fundũ cũ fructibus pendentibus restituat , cauere debet vxor de fructibus restituendis pro rata:& si maritus locauit fundum colono,ca50 uebit vxori de restituenda parte mercedis pro rata: vt.ff.so.ma. l. diuortio &.l.si alienam.

Dotis fructus cuius sunt.

q ¶ Expectet.] vt &.s̃. ti.j.l.quoties.&.ff.de iure do.l.plerunque.in princ. §.j.&.ij.&.l.iij.

r ¶ Nurus.] quæ erat pronurus defuncti, vxor 60 scilicet nepotis:quæ oĩa præcipere.i.ante partem capere debet hic filius, ideq; pater, qui est filius ad auũ: vt hîc, &.ff.fa. ercis.l.si filia.§.j.&.ff.de iure do.l.si is.§.ibi. &. s̃. fami.erciscun.l.ij.

Pronurus

* Inter. omnes.

s ¶ Propriam naturam.] nõ ꝙ sub eo mo70 do sit inuẽta:sed cũ natura sui in singulos competat, ne sine causa onerentur,præstanda est cautio.& facit.ff de dote præleg.l.j.§.Celsus.

t ¶ Videamus igitur] quia propria ex stipulatu & communia vtriusque vidimus:igitur propria rei vxoriæ videamus.

v ¶ Decesserit.] lite etiam mota: vt.j.eo.§.& hoc ex rei vxorię actione.

80 x ¶ Exhæredata.] etiam bene: vt.ff.de coll.do.l.si pater pro filia.&.ff. pro socio.l.si socius.§.verum.

y ¶ Actiones.] vt &.s̃.fa.ercis.l.e.&.j.si vnus ex plu.hęr.de.vel cre.l.j.&.ij.

z ¶ Aequissimum.] assume.cunque iuris,æquissimum &c.

a ¶ Visum.] nunquid erit hoc verum etiam quando pater expressè fuit stipulatus,quod potest: vt &.ff.so.ma.l.quoties.in fi? Videtur quòd sic : arg.s̃.§. illo procul.in fi.& aut.sed quamuis.

b ¶ Recepto.] vt scilicet filia emancipata habeat dotem præcipuam.

Excludere.

a ¶Excludere.] vt.s̃.de inoffi.testa.l.quoniam nouella.
b ¶Maxime.] nã & ſi nõ ſufficit,non de inofficioſo teſtamẽto,ſed ad ſupplemẽtũ agitur cõdictiõe ex.l.vt.s̃.de inoff.teſt.l.oĩmodo.Sed hodie iure inſtitutiõis debẽt habere quartã,vt teſtamẽtũ valeat:vt in aut.vt cũ de app.cog.§.aliud.col.viij.Itẽ in alio corrigit:qa hodie ad triẽtẽ & ſemiſſem agit:vt ĩ aut.de triẽ.&ſemiſ.§.j.col.iij.

Inſtitutionis iure debet filijs quarta relinqui.

c ¶Hoc teſtator.] ſ. fieri collationẽ. hodie autẽ & ſi non dicat,dũmodò non dicat cõtrarium: vt.j.de colla.aut.ex teſtõ.
d ¶Volumus.] in primo caſu,quo ad actionẽ ex ſtipulatu.
e ¶Fecerit.] incõtinẽti in ipſa donatione:vt.s̃.de iure do.l.ſi dotem. &.l.ſi.§.j.&.ij.ff.de pac.do.l. ob res.§.j.&.ff.ſolu.mat.l.ſi cùm dotẽ.vnde fingitur nec nata mulieri:vt.ff. de noua.l.cũ enim. Sed qd ſi extraneus cũ promiſit dotem,nil eſt pactus : ſed poſteà cùm ex interuallo dat, vult incontinenti paciſci reſtitui ſibi:vir autẽ nolit? Videtur ſecundũ Hu. ꝙ extraneus poſsit, quaſi tẽpus donationis inſpiciatur per dictas.ll.et argu.ff.de pact.l.in traditionibus. & ſolu. matri.l. quoties. & hoc quidã dicunt.Sed Io.contra : quia ſibi imputet, ꝙ ab initio nõ pepigit.Itẽ lex videtur expreſſã.j.ti.j.l.ex morte. in fin.Itẽ ex promiſsione fit dos.vnde iã vir nouo pacto nõ eſt grauandus:vt.ff.de cõdi.cau. da. l.ſi donaturus.& ꝑ hoc. ff.ſolu.ma.l.ij.in prin.

Dotem promittens ſimpliciter extraneus,an poſsit tradẽdo paciſci eam ſibi reſtitui.

f ¶Præſumatur.] i. fingatur. ſuper id enim quod eſt certũ, fingitur: ſuper incerto præſumit:

Fingere & præſumere differunt.

g ¶Neque.] ſcilicet vt tacita ſit ſtipulatio.
h ¶Mulieres.] quod eſſet,ſi extraneo tacita ſtipulatio quæreret : quod eſſe nõ debet : vt hìc,&.s̃. de leg.& conſt.l.quod fauore.& de fide inſtr.l.plures.& de ꝑcura.l.non eo minus.& de ſecũdis nup. l.generaliter.&.ff.de mino.l.ſi iudex.& facit. ff. de pac.do.l.cùm dos.
i ¶In poteſtate.] vidẽtur ergo duo neceſſaria: ꝙ ſit de aſcẽdẽtibus, & ꝙ habeat in poteſtate.ſed videtur ſufficere primũ.ff. de iur. dot. l.profectitia. §.pe.&.ff.de repud.l.ſi filia. &.ff.de euict. l. pater filiam.& ſolu.matri.l.ſi ab hoſtibus.&.l.filię meę. quæ ſunt contra Solu. ſecundum Ioan. ibi pater fuit ſtipulatus dotem,quã pro emancipata dabat. Vel ſecundum alios lege hìc,& præter habentem do.&c. ſicut eſt pater adoptiuus. & prima pars capiat aſcendẽtem: ſiue habeat in poteſtate, ſiue non.

† Aliàs,dotatã perſonam nõ habentem.

k ¶Tacitam.] Sed qd ſi ſtipuletur? videt̃ nõ valere ꝑpter tacitã.Sed dic fingi tacitã nõ natã,licet ſit nata:vt.ff.de noua. cũ eñ Alij dicũt nec natã:quia nec omnis numeratio obligat:vt.ff.ſi cer.pe.l.nõ oĩs.

exitũ:cùm dos poſsit & de inofficioſo actionem excludere [a] (maximè [b] ſi ſufficit ad quartã) & ĩ collationem ferri,ſi inteſtatus paterfamiliâs deceſſerit,& teſtamento facto,quando hoc teſtator [c] dixerit. quę omnia ex ſtipulatu actio à rei vxoriæ actione accepit.

¶Extraneus dans dotem, niſi ſibi paciſcatur, donare cenſetur.& uidetur mulier tacitè ſtipulata.hoc dicit.uſque ad.§.cùm lex.Bald.Vel ſic: Extraneus dotem dans uel promittens pro muliere cenſetur ei donare:niſi ſtipulatus uel pactus fuerit ſibi reddi. & extraneus dicitur, qui non habet in poteſtate.h.d.Sali.

¶Accedit ei & alia ſpecies ab rei vxoriæ actione.ſi quando etenim extraneus dotem dabat, nulla ſtipulatione,vel pacto pro reſtitutione eius in ſuam perſonam facto: quiſquis is fuerat,mulier habebat rei vxoriæ actionem:quod anteà in ex ſtipulatu actione non erat. Stipulatione autem vel pacto interpoſito,ſtipulator, vel is,qui paciſcebatur,habebat vel ex ſtipulatu,vel præſcriptis verbis ciuilem actionem. In præſenti autem non ſic eſſe volumus [d], ſed ſi non ſpecialiter extraneus dotem dando in ſuam perſonam dotem ſtipulatus ſit,vel pactum fecerit [e] : tunc præſumatur [f] mulierem ipſam ſtipulationem feciſſe,vt ei dos ex huiuſmodi caſu accedat. Neque [g] enim in hac ſpecie volumus videri extraneum tacitam ſtipulationem feciſſe:ne quod pro mulieribus introduximus, hoc aduerſus mulieres [h] conuertatur.Imò magis in huiuſmodi dotibus,quæ ab extraneis dantur, vel promittuntur , ipſa mulier feciſſe videatur tacitam ſtipulationem:niſi expreſſim extraneus ſibi dotem reddi pactus fuerit, vel ſtipulatus:cùm donaſſe magis mulieri,quàm ſibi aliquod ius ſeruaſſe extraneus non ſtipulando videatur. ¶Extraneũ autem intelligimus omnem citra parentem per virilem ſexum aſcẽdentem,& in poteſtate [i] dotandã perſonam † habentem . Parenti enim tacitam [k] ex ſtipulatu actionem damus.

¶Actio ex ſtipulatu pro dote conſolidatur in perſona filiæ,ſicut actio rei uxoriæ mortuo patre.hoc dicit.Sali.

Lite etiam conteſtata non ſemper tráſit actio ad hæredes.

l ¶Lis conteſtata.] Nota ſpeciale etiam lite conteſtata non tranſire actionem ad hæredes:vt hìc,& infrà.ſolu.matrimo.l.ij.& ſuprà.eadem.l.§.videamus.Eſt ſecundus, vt.ff. de oper. liber. l. ſi operarum iudicio regulariter contra:vt inſtitu.de perpe.& tempo.act.l.penul.Item ad conſenſum dic, quòd pater filia demum conſentiente agit : vt hìc,&.ff.de ſolu.l. qui hominem.§.ſi gener.&.l.ſi cùm Cornelius.&.ff.ſolu.mat.l.ij.§.primo:&.ff. de iure dot.l.poſt nuptias.vbi tamen ſemper videtur conſentire , niſi cauſam habeat contradicendi, & contradicat : vt. ff. ſolu. mat. l. ſecunda. §. voluntate.&.l.dotem. ſed & ipſa filia ſine patre quandoque agit:vt.ff.ſol. mat. l.ſi cùm dotem.§ eo tempore.&.§. ſequen. ſed licet pater exigat , tenetur filiæ ſeruare pro alio viro : ideo ponitur hìc authen.ſed quamuis.

¶Et hoc ex rei vxoriæ actione ſimili modo ex ſtipulatu actioni accõmodandũ eſt. ſi quãdo etenim poſt diſſolutũ matrimoniũ dos à patre eius petebatur:ſi quidem rei vxoriæ fuerat actio,nõ poterat ſolus pater ſine cõſenſu filię ſuæ agere:& ſi necdũ actiõe mota ab hac luce fuerat ſubtractus,& lis cõteſtata [l] eſſet : ad filiã quaſi propriũ patrimoniũ [m] dos reuertebatur: quod nõ erat in ex ſtipulatu actione.ibi enim & ſolus actionẽ habebat,cõſenſu filiæ nõ expectato:& ſi decedebat,ad ſuos hæredes trãſmittebat.ſed rei vxoriæ ius & in ex ſtipulatu actionem transponere ſatis humanum,ſatis pium, ſatis vtile matrimonijs eſt.

m ¶Patrimonium.] ſic.ff. de minorib. l.iij.§. ſed vtrum.in fi.§.&.s̃.ti.j. l.in rebus.Accur.

¶SEQVITVR AVTHEN. ſed quãuis &c. quæ eſt in aut.de ęquali.do.§. quia verò.colla.vij.

In authen. de æqua. dot. §.quia verò iam.colla.vij.conſti.viij.

¶Patri dotem filiæ ad ſe reuerſam ea denuo nubente non licitum eſt minuere:niſi eius patrimonium fortuitò fuerit diminutum. hoc dicit. Bald.& Salicetus.

SEd quamuis dos poteſtatis ſiue pactionis iure ad patrem redeat:non tamen licet ei filia denuò nubente, diminuere [n] priorem dotis menſuram [o] , niſi fortè ſubſtãtia ſua decreſcat aliqua fortuita [p] clade : tunc enim amplius ſecundo marito in dotem præſtare non cogitur, niſi quantum facultates eius patiuntur.

Sed quamuis.] SCASVS. Lex codicis dicit, ꝙ pater põt pro dote agere. hæc aut. addit, ꝙ ſi agat, debet eã dare filiæ ſuæ,ſi vult denuum nubere.non poteſt eñ eã pater diminuere, niſi fortè ſubſtantia patris aliquo caſu diminuta fuiſſet : quia tunc pater filiam ſuam inquãtum pati poſſent facultates ſuę, dotare poſſet.
n ¶Diminuere.] promiſſam autẽ dotẽ primo viro , licet ei diminuere ſecũdo viro ante matrimonium,vel poſt incontinenti:vt. ff. ſolu. matri. l.quoties. ſi autem patre viuente filia nõ nubat:ſi quidem inſtituatur cum extraneis,percipiet dotẽ. ſi cum fratribus,conferet dotem:vt.s̃.cõmu.vtriuſque iu.l.ſi.
o ¶Menſuram.] niſi nubat contra velle patris: vt.s̃.de nupt.l.ſi vt proponis.ij.
p ¶Fortuita.] quã ipſe pater debet probare: vt in corpore aut.& arg. j.de teſta.l.publicati.ſi autem ipſa dedit priori, tantundem viro dare debet ſecundo:vt.ff.de iure do. l.dotem.j.ſi extraneus, q ſit pactus ſibi reddi, dedit primo viro , non eſt dos ſecũdo viro:vt.ff.de iur.do.l.ſtipulationem.& l. ſequen. niſi conſentiat denuo : vt argumen. ff. de pac. do. l. cũ maritus. §.Titius.

¶FINIT GLOS. AVTHEN.

¶FINIT AVTHEN.

Sequitur textus legis Codicis.

¶Res dotalis non poteſt obligari uel alienari etiam mulieris accedente conſenſu,licet in alijs rebus mariti mulier poßit renunciare iuri hypothecarum.h.d.Bal.Vel ſic:Fundus dotalis ubiq; poſitus non poteſt alienari uel obligari etiam conſentiente muliere.hoc dicit.Salicetus.

¶Et cùm lex [q] Iulia fundi dotalis Italici alienationem prohibebat fieri à marito, non conſentiente muliere, hypothecam autem,nec ſi mulier cõſentiebat:interrogati ſumus, ſi oporteat huiuſmodi ſanctionem non ſuper Italicis tantũmodò fundis,ſed pro omnibus locum habere. ¶Placet itaque nobis eandẽ obſeruationẽ non tantùm in Italicis fundis, ſed etiam in prouincialibus [r] extendi: ¶Cùm autem [s] hypothecã ei etiã ex hac lege donauimus [t] : ſuffi-

q ¶Et cùm lex.] duo dicta legis Iuliæ recitat.
r ¶In prouincialibus.] ex differẽtia enim locorum &c.vt.s̃.de tem. in integr.reſtitu. l. ſupernacuam.
s ¶Cùm autem.] in loco correxi,& alienatione non videtur corrigendũ. ſed & ibi corrigo.
t ¶Donauimus.] vt.s̃.ea.l.§.j.Accurſius.

a ¶ Voluerit.] quod potuit ea consentiente.
b ¶ Hypothecæ.] quas habet in rebus viri: quarum hypothecarum iuri potest renunciari, vt subijcit. & s. ad Velle. l. etiam. quia ergo sic minui potest ius mulieris, seruetur ei pro re dotali de facto alienata rei vendicatio secundũ Hu. Alij dicunt in hypothecis, quas habet in rebus dotalibus inæstimatis: quæ quia factæ sunt mariti, & obligatæ sunt mulieri pro dote: vt in his non teneat renunciatio. inæstimatis sec⁹: vt subijcit. Tertij sic, licet mulier cõsentiat marito alienãti fundũ dotalem: nõ tamẽ præiudicat ei. in hypothecis enĩ præiudicat: non in rebus dotalibus, cùm vir non est soluendo: vt s. tit. j. l. in rebus. prima placet.

Mulier an sibi præiudicet, si marito alienãti fundũ dotalem consentiat.

c ¶ Addito.] per hoc quod addatur, & l. Iuliã corrigimus, vt fundũ &c.
d ¶ Alienare.] Si cõtra fiat, ipse vir vendicat: vt s. de rei vẽdica. l. doce. nõ mulier, nisi soluto matrimonio. & hoc licet iurauerit vir vel vxor, vel vterque: vt s. de legi. & cõsti. l. non dubium. & j. de agri. & cen. l. quẽadmodũ libro. xj. Sed quid de mobilibus? Videtur quod permittat, eo quod de immobilibus vetat. arg. ff. de iud. l. cum prætor. Itẽ pro hoc quod seruũ dotalẽ manumittit. vt j. de ser. pi. da ma. l. j. Vel dic speciale libertatis fauore. concor. institu. qui. alie. li. in prin.
e ¶ Lex Anastasiana.] quam habemus. s. ad Vell. l. iubemus.
f ¶ Nuncupatur.] vt s. ea. l. §. itaque partus.
g ¶ Contra leges.] quod erit, si speciali pacto naturam dotis immutet. & quæ valent, & quæ nõ, habes. ff. de pac. dota. l. si pater dotem. per totã legem. & l. de die. & l. sequen. Accursius.
h ¶ Ex Theodosiana.] vt j. de repu. l. si consensu.
i ¶ Vel nostra lege.] vt j. de repud. l. fin.
k ¶ Anastasiana.] vt j. de repu. l. si constante.

Continuatio.

¶ DE PACTIS *conuentis tã super dote, quàm super &c.* ¶ *Dixit de constitutione, & obligatione. & actione dotiũ & donationum propter nuptias: super quibus, quia fiunt quædam pacta, de his dicit, & de paraphernis: quod dicitur à para, quod est iuxta, & pherna quod est, dos, quasi iuxta dotẽ s. quod uxor præter dotem secũ ducit: ut. ff. de iur. d. l. si ego. §. dotis. & s. de dona. ante nup. l. fina. in principio.*

Parapherna vnde dicũtur.

¶ Licet in rei uxoria actione tractatũ &c.

Legem.] CASVS. Dãs quis dotẽ pro alũna sua, pactus est eã sibi reddi ĩ casu solut. mat. an ex tali pacto agi possit, quærit? Rñ. quod sic videbat quod nõ: quia est nudũ

ciẽs habet remedium mulier, & si maritus fundum alienare voluerit.[a] Sed ne & consensu mulieris hypothecæ[b] ei⁹ minuãtur, necessarium est in hac patre mulieribus subuenire: hoc tãtummodò addito[c], vt fundum dotalem non solũ hypothecæ titulo dare, nec cõsentiente muliere maritus possit, sed nec alienare[d]: ne fragilitate naturæ suę ĩ repẽtinã deducat inopiã. Licet enim Anastasiana lex[e] de cõsentiẽtibus mulieribus, vel suo iuri renunciantibus loquatur: tamẽ eã intelligi oportet in reb⁹ mariti, vel dotis quidem æstimatis, in quibus dominiũ & periculũ mariti est. ¶ In fundo aũt nõ æstimato, qui & dotalis propriè nũcupat[f], maneat ius intactũ, ex lege quidẽ Iulia imperfectũ, ex nostra aũt authoritate plenũ, atq; in omnibus terris effusum. non tantùm Italicis, & sola hypotheca conclusum.

¶ Pacta dotalia, quæ dotis conditionẽ deteriorem non reddunt, sunt seruanda. h. d. usque ad fi. l. Bal. Vel sic: Pacta dotalia, quæ non sunt cõtra legem, sunt obseruãda. & hæc lex corrigit omnes alias sibi contrarias: & sibi locum uendicat in dotibus post hanc cõstitutionẽ datis uel promißis, non antè. h. d. Sali.

¶ Illud etiam generaliter præsenti addere sanctioni necessarium esse duximus, vt si qua pacta intercesserint, vel pro restitutione dotis, vel pro tempore, vel pro vsuris, vel pro alia quacunque causa, quę nec contra leges[g], nec contra cõstitutiones sunt: ea obseruentur. ¶ Sin autem repudio matrimoniũ fuerit dissolutũ: omnia iura, quæ ex Theodosiana,[h] vel nostra lege[i] descẽdũt, immutilata custodiãtur. ¶ Similiq; modo ea, quæ Anastasiana[k] lege pro ijs, quę bona gratia separãtur, enumerata sunt, firma illibataq; permaneant. Et generaliter quicquid sacratissimis constitutionibus, vel libris prudentium cautum est, quod nõ contrarium huic legi inueniatur: & hoc in sua maneat firmitate, & ex stipulatu actioni aggregetur * licet in re vxoria tractatum est. ¶ Quæ omnia in ijs tantũmodò dotibus locum habere censemus, quæ post hanc legem datæ fuerint, vel promissæ, vel etiam sine scriptis habitæ. instrumenta enim iam confecta viribus carere non patimur, sed suum expectare euẽtum. Dat. Calend. Nouembr. Lampadio & Oreste Cons.

pactũ: quod verũ nõ est, quia interuenit pecuniæ numeratio.
l ¶ Legem.] id est pactionem, vt ibi dos redderetur in casu dotis reddẽdæ.
m ¶ Pro alumna.] scilicet quam aluisti.
n ¶ Solet.] vt. ff. de pac. l. iurisgentium. §. quinimo.
o ¶ Ex pacto.] scilicet nudo.

TIT. XIIII.

De pactis conuentis tam super dote, quàm super donatione ante nuptias, & paraphernis.

¶ Ista lex est de uerbo ad uerbum. suprà de pac. & . h. d. Pacta nuda etiã super dote non sunt seruanda: & nõ dicitur nudũ, quòd cohærẽtis cõtractus seu traditionis est uestitum. h. d. Sali.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Nicæ.
LEX I.

LEgem[l], quã dixisti, cùm dotẽ pro alumna[m] dares, seruari oportet: nec obesse tibi debet, quod dici solet[n], ex pacto[o] actionem non nasci. tunc enim hoc[p] dicimus,[q] cùm actum nudum[r] est: alioquin cùm pecunia datur[s], & aliquid de reddenda ea conuenit, vtilis[t] est condictio[v]. PP. vij. Calend. Febr. Albino & Æmyliano Cons.

¶ Maritus aßignare debet fructus dotis uxori pro suis alimentis: nec potest eos condicere. h. d. Bal. Vel sic: Fructus dotis ex pacto uersi in alimentis mulieris non possunt repeti. h. d. Sali.

Imperator Antoninus A. Theodotæ.
LEX II.

FRuctus prædiorum in dotem datorum, si secũdũ pactũ sumptibus tuis[x] tuorumq; seruierunt: repeti non posse[y], ambigere non debes. D. xj. Cal. April. Antonino A. iiij. & Balbino Cons.

¶ Pactum de dote retinenda, prætextu liberorũ ipsi mulieri dotem repetenti non obest. h. d. Bal. Vel sic: Pactum cõtra fauorem dotis non ualet. Vel sic: Pater mulieris non potest pacisci, ut uiro præmortuo liberis existentibus pars dotis retineatur pro liberis. h. d. Sali.

Imperator Gordianus A. Torquatæ.
LEX III.

QVamuis pater tuus, cũ te nuptui collocaret[z], pactus sit, vt si maritus tuus superstitib⁹ filijs cõmunibus in matrimonio decessisset, pars dotis liberorũ nomine retineatur: eiusmodi tamen conuentio, quo minus actionem integræ dotis habeas, proficere nõ potest[a]. D. vj. Id. Ianuar. Gordiano A. & Auiola Cons.

¶ Ex pacto matris filio non quæritur actio. h. d. Bal. Vel sic: Pactum matris nõ prodest filio etiã in dote restituenda, ut contra patrẽ detur actio: sed propria filij stipulatio sic. h. d. Sali.

Idem A. Agatho. LEX IIII.

p ¶ Hoc.] i. hãc regulã.
q ¶ Dicimus.] scilicet habere locum.
r ¶ Nudum.] quod vestitur multis modis: vt no. s. de pac. l. legem. quorum vnus hîc sequitur.
s ¶ Datur] vt fuit in nostro casu.
t ¶ Vtilis.] i. efficax.
v ¶ Condictio.] s. certi generalis, quæ ad oĩa certa dat: vt. ff. si certũ pet. l. certi cõdictio. ĩ prin. Vel i. præscriptis verbis: vt. j. de dona. l. legẽ. quæ cùm sit personalis condictio dicitur: vt institu. de act. §. appellamus. hęc autem vera, nisi in casibus, quos not. s. de vsur. l. iij.

FRuctus.] CASVS. Fecit maritus pactũ cũ vxore de fructib⁹ fundi dotalis, vt se suosq; aleret. elapso triẽnio vult vir pœnitere. an fruct⁹ quos mulier medio tẽpe suscepit, repetere possit, quærit. Dicitur quod nõ. Vel dic secũdò, quod marit⁹ fructus percepit, & ex eis vxorẽ & eius familiã alebat. si dissoluat matrimoniũ, nũquid mulier poterit repetere fruct⁹? Dicit quod nõ. & hoc casu loquit viro primo, posteà mulieri.
x ¶ Tuis.] ô mulier. & sic vir nõ petet à te quasi donum: vt. ff. eo. l. iiij. in fi. & l. si pater. §. ex pactis. & ff. de dona. inter virũ & vxo. l. si quis pro vxore. §. fi. Sed contrà s. de iur. dot. l. pro oneribus. Solu. vt ibi. Vel dic, quod viro loquitur: & quod dicit secũdũ pactũ, scilicet tacitum. & quod subijcit, seruierunt: ideo dicit, quia secus si non seruierunt: vt ff. de except. do. l. fina. in prin. prima placet. & facit. ff. de pact. do. l. quæris.
y ¶ Posse.] per maritũ.

QVãuis.] CASVS. Pater dãs dotẽ pro filia, pactus est cum marito de danda medietate dotis filijs decedente marito in matrimonio. an valeat pactũ? Dicitur quod non: sed pater, vel filia (quod verius est) totam dotem repetere potest.
z ¶ Nuptui collocaret.] data prius dote, & sic ex interuallo, secus si in ipsa donatiõe: vt. ff. de pac. do. l. quæris. & s. de iure dotiũ. l. cùm à socero. Vel verius hîc de aduentitia dicit. Vel pactũ nõ stipulatio fuit: vt s. de iure do. l. auia. quia tenetur denuo dotare.
a ¶ Non potest.] s. hæredibus viri: vt. ff. eo. l. ij. & est ratio: vt. ff. solu. ma. l. j. & ff. de iure do. l. ij.

Pactum.

PActum.] CASVS Mulier pacta est cum marito de reddẽda dote filio communi emancipato à patre, si in matrimonio decesserit, an filius dotem petere posſit, quæritur? Distinguitur: aut filius stipulatus est eam sibi reddi, aut nõ. si sic, repetet, nec tamen ex pacto mulieris filio sit actio quæsita. si non, non repetet.

PActum dotale, quo matrẽ cõuenisse cum patre tuo [a] proponis, vt si in matrimonio decesſisset, tibi & fratribus tuis dos [b] restitueretur: si stipulatio ex persona vestra, cùm in potestate patris constituti non essetis [c], minus [d] legitima intercesſit: defuncta ea in matrimonio, actionẽ [e] vobis quærere non potuit. ¶ Sed si obligatione verborum ritè intercedente, dotis petitionem habere potuisti [f]: maximè [g] si adhuc vinculis potestatis patriæ non attingeris, petitionem exequi non prohiberis. PP. v. Idus Iuñ. Sabino & Venusto Conſ.

¶ Pactum inutile non habet uim pacti, nec uim ultimæ uoluntatis. hoc dicit. Bal. Vel sic: Pactum de futura succeßione non ualet etiam inter maritum & uxorem. h. d. secundum gloss. Vel sic: Pactum ut bona mulieris post eius mortẽ pertineant ad maritum, non ualet. h. d. Sali.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. Claudio.

LEX V.

HÆreditas extraneis [h] testamento datur. Cùm igitur affirmes dotali instrumẽto pactum interpositũ [i] esse vice testamẽti, vt post mortẽ mulieris bona eius ad te pertinerent, quę dotis titulo tibi [k] non sunt obligata: intelligis nulla [l] te actione posſe conuenire hæredes seu successores eius [m], vt tibi restituantur, quę nullo modo debentur. PP. Noñ. Februar. ipſis AA. & Conſ.

¶ Pater potest iuri suo præiudicare per pactũ in dote, quam dedit pro filia. hoc dicit. Bald. Vel sic: Pactum initum cum patre filiam dotante, ut ea mortua in matrimonio uiri cedat lucro, ualet. hoc dicit. Sali.

Idem AA. & CC. Rufo. LEX VI.

SI conuenit, [n] vt in matrimonio vxore defuncta, dos penes maritum remaneret: profectitiæ dotis repetitionem huiuſmodi pactum inhibuisse explorati iuris est: cùm deteriorem causam dotis, in quem casum soli patri repetitio competit, pacto posſe fieri, authoritate iuris sæpisſimè sit responsum [o]. D. v. Noñ. Maij, ipſis AA. Conſ.

¶ Ex stipulatione aui potest quæri nepotibus suis. hoc dicit. Bal. Vel sic: Auus paternus potest stipulari dotem restitui nepotibus mortua filia in matrimonio. hoc dicit. Salicetus.

Idem AA. & CC. Phileto. LEX VII

PAter pro filia dotem datam genero, ea prius in matrimonio defuncta, nepotibus [p] pactus restitui: licet his actionẽ [q] quęrere non potuit †: tamen vtilis eis ex æquitate accõmodabitur actio [r]. D. xiiij. Calend. Ianuar. Nicomediæ. CC. Conſ.

¶ Vir in paraphernalibus nullũ habet ius, nec exercitium uxore prohibente. Vel sic: Vir non habet administrationem rerum paraphernaliũ, si uxor contradicit. Bald. Vel sic: In rebus paraphernis muliere prohibente uir se non potest immiscere. h. d. Sali.

Impp. Theodo. & Valentin. AA. Hormiſdæ præfec. præto. LEX VIII.

HAc lege decernimus, vt vir in ijs rebus, quas extra dotem mulier habet, quas Græci parapherna [s] dicunt, nullam vxore prohibente habeat cõmunionem, nec aliquam ei necesſitatem imponat. Quamuis enim bonum [t] erat mulierẽ, quæ seipſam marito cõmittit, res etiam eiusdem pati arbitrio gubernari: attamen quoniã conditores legũ æquitatis conuenit esse fautores [v], nullo modo (vt dictum est) muliere prohibẽte, virum in paraphernis se volumus immiscere. D. Id. *.

---

a ¶ Cum patre tuo.] cui est data dos constãte matrimonio.

b ¶ Dos restitueretur.] nunc vel olim data.

c ¶ Non essetis.] & ideo à patre stipulari potuissetis.

d ¶ Minus legitima.] quia fortè nulla.

e ¶ Actionem.] directam, sed vtilẽ sic. vt. j. eo. l. pater. & ff. sol. mat. l. Caius. Alij dicunt speciale in auo & nepote propter rationem, quæ redditur in dicta. l. Caius.

f ¶ Potuisti.] ex vestra stipulatione. non dicas ex pacto mulieris: vt. j. de inuti. stip. l. si aquia.

g ¶ Maximè.] abundat, ne sit contra instit. de inuti. stipu. §. item inutilis. sic & . j. de ma. te. l. fi. §. ij. Alij quòd hîc erat dos aduentitia, super qua tenebat stipulatio inter patrem & filium. Vel secundum R. erat hîc dos ex peculio castrensi vel quasi: qui dixit, quòd etiã in potestate manẽs filius hãc posſet stipulari, si castrensi peculio eam cedere voluisset parens.

HAereditas] ¶ Casus istius legis ponitur in glo. magna: sed clarius dic quòd mulier pacta est cum marito, vt post mortẽ ipſius mulieris omnia bona sua ad eum peruenirent. decesſit mulier relictis hæredibus ex testamento, vel ab intestato: maritus vult vendicare illam hæreditatem ostendens instrumentum dotale, in quo continentur prædicta: nũquid potest? Dicitur quòd non: quia hæreditas testamento nõ pactis dari consueuit. Vel dic. Pactum fuit inter virum & vxorem, vt bona mulieris ad Titium post mortem suam peruenirent. iure testamenti petere hæreditatem non potest, quia nec mulier eum instituit: nec iure pacti, quia alteri pacisci &c.

h ¶ Extraneis.] extraneum appellat eum, qui ab intestato non succedit.

i ¶ Interpositum.] inter virum & vxorem. dic pactum factum, vt bona mulieris ad te tertium extraneum pertineant post mortem mulieris: & hoc quidem non valet iure testamenti, vt hîc: nec iure pacti: vt suprà. l. proxi. Vel dic secundo, vt ad te scilicet virum pertineant. & hoc idem non valet iure dotis, quasi in id tempus constitutæ, quo matrimonium deficit: sicut nec vsusfructus post mortem fructuarij constitutus: vt. ff. de vsufruct. l. Titio cùm morietur. nec etiam valet iure testamenti, cùm non interuenerit testamentum, sed pactum, vt hîc: quæ discrepant, cùm alterum, scilicet testamentum posſit mutari ex sola vnius voluntate. alterum non. Item alterum scilicet pactum dimittit hæredem obligatum: quod non eodem modo facit testamantum. Item alterum ex vnius, alterum ex duorum ad minus voluntate pendet. alterum sine traditione trãsfert dominiũ, alterum non. Accursius.

Casum ponit dupliciter.

Testamẽtũ & pactum multipliciter differũt.

k ¶ Tibi.] scilicet extraneo secundum primum casum. Vel dic tibi viro secundum alium.

l ¶ Nulla actione.] neque reali, neque personali. Item neque directo, neque iure fideicommisſi. Item nec vt tua, nec vt tibi debita, vt fiant tua. & facit. s. de pac. l. licet. Si autem à muliere: bona eius post mortem suam aliquis stipuletur, valet: vt. s. vt act. ab hære. l. j.

m ¶ Successores eius.] id est hæredes mulieris non agent contra virum ad obseruandum pactum. Accursius.

SI conuenit.] CASVS Pater ex suo dans dotem pro filia conuenit vt si filia in matrimonio decederet, quòd dos penes maritum remaneret: an valeat pactio? Dicitur quòd sic: quia potuit pater condictionẽ suam in hoc casu deteriorem facere per tale pactũ: cùm ei soli competebat dotis repetitio.

n ¶ Si conuenit.] scilicet inter socerum & maritum.

o ¶ Responsum.] vt ff. solu. ma. l. quoties. & . s. de iur. dot. l. cùm à socero. & . ff. eo. l. cum dos. & facit. s. eo. l. quamuis. & . ff. sol. mat. l. ij.

PAter.] CASVS Si pater pro filia nubente genero dotem dederit, & pactus est eam in casu solu. mat. morte filiæ filijs prioris matrimonij reddi: an eam petere posſint, quæritur? Dicitur quòd sic, non actione directa, sed vtili ex æquitate: quia directa per pactum aui eis non erat quæsita. Vel sic: Pactus est eam reddi nepotibus ex eodem matrimonio quod est difficile, vt filij habeant patrem suũ obligatum. Vel dic: Pactus est nepotibus ex filio: qui erant in eius potestate: quibus vtilem quærere potuit: vt. ff. de verbor. obligatio. l. cuicunque. Prior positio verior est.

† Quia alteri nemo vtiliter stipulatur, tamen nepotibus ex filio pater rectè stipulatꝰ: hoc operatꝰ existentia patriæ potestatis. Salice.

p ¶ Nepotibus.] ex canatis ex alio matrimonio. alij ex eodem matrimonio: quod est difficile: vt filij suum patrem sic habeant obligatum. Vel dic ex alio matrimonio habuerat eos. Vel dic de nepotibus filio, quos & in potestate habet, quibus quęrit vtilem: vt. ff. de verborum obligatio. l. quodcunque. §. secundo.

ADDITIO. Istã lecturam tenet hîc Bartol. dicens eam esse veram, superiorem verò falsum: quia per ascendentes ex linea materna non quæritur actio vtilis nec directa.

q ¶ Actionem.] scilicet directam.

r ¶ Actio.] vt dicta. l. quodcunque. & facit. s. ad exhiben. l. si res. & infrà de dona. quæ sub modo. l. quoties. & . ff. solu. matri. l. Caius. Sed cõtra. s. de iure dotium. l. si genero. Solu. vt ibi. Item sumunt hîc arg. quidam, quòd vtilis actio non nascitur, sed accommodatur, vel ex æquitate datur, & est pro eis. ff. rem pupil. saluam fore. l. non quasi. vbi nõ nascitur ipſo iure, sed datur: licet potest dici dari siue accommodari, & etiam nasci quandoque.

HAc lege.] CASVS. An maritus de rebus mulieris paraphernalibus, quas extra dotem habet, muliere contradicente pro suo arbitrio disponere posſit, quæritur? Dicitur quòd non: licet alias res arbitrio viri gubernandas committat: cùm & ipſa marito committitur gubernanda.

s ¶ Parapherna.] Gallici peculium appellant: vt. ff. de iure dot. l. si ego. §. dotis. Accursius.

t ¶ Bonum.] vt & . j. ne fideiuſ. do. den. l. ij. Et sic nota aliud bonum, & aliud æquum. & æquum præfertur: vt. s. de iudi. l. placuit. & quandoque bonũ præfertur: vt in vsucapione: vt. ff. de vsuca. l. j. quę plenè dixi. ff. de iusti. & iure. l. j. in prin. Item nota hîc non cogi quem ad bonum. sic & . ff. de in lit. iur. l. videamus. §. sed neque. Arg. contra. s. de Iudæis. l. cælicolarum. & . ff. de peri. & commo. rei ven. l. j. §. licet.

v ¶ Fautores.] vt. ff. de eo quod cer. lo. da. opor. l. quòd si Ephesi. §. fi.

Aequalitas est seruanda in pactis appositis de lucrando super dote & donatione propter nuptias secundum.l.C.quotitatiuè, secundum authē.etiā quātitatiuè, secūdū cōsuetudinē neutro modo.h.d.tex.C.& authen.cū gl.hic.Itē ille qui dat uel promittit dotē pro muliere tacitè donare:et ipsi mulieri prouidere uidetur, nisi sibi restitui paciscatur.h.d.Bal.Vel sic:Pacta de lucrādo super dote & donatione propter nuptias interposita debēt esse æqualia in quoto, nō in quāto, à quocūque dos uel donatio detur:hodie uerò in his authen.æqualitas seruatur.h.d. Salicet.

Impp.Leo & Anthemius AA.Nicostrato præfecto præto. LEX IX.

EX morte cuiuscūq; personæ: siue mariti, siue mulieris, eandem partē [a], non pecuniæ quantitatem, tā virū ex dote, [b] quàm mulierē ex ante nuptias donatione [c] lucrari decernimus: veluti si maritus mille solidorū ante nuptias donationē cōfecerit, licebit mulieri & minoris & amplioris quātitatis dotē offerre, & marito similiter [d] ante nuptias donationem. ¶Hoc tñ obseruandū [e] est, vt quātam [f] partē mulier stipuletur sibi lucro cedere ex ante nuptias donatione, si priorē maritū mori contigerit: tātā [g] et maritus ex dote partem, nō pecuniæ quātitatē stipuletur sibi, si constante matrimonio prior mulier in fata collapsa fuerit. & si pactū cōtra vetitū [h] fuerit subsecutū: infirmū atq; inualidū [i] hoc esse, vt nulla ex eo procedere possit exactio, præcipim⁹. ¶Eadē custodiri cēsemus, siue pater pro filio, siue mater, siue ipse ducturus vxorem sui iuris constitutus, siue quilibet alius pro eo ante nuptias donationem nupturæ dederit seu promiserit. ¶Similiq; modo siue pater pro filia, siue mater, siue ipsa pro se sui iuris videlicet cōstituta, siue quilibet alius pro ea vxorē ducturo [k] dotē dederit, seu promiserit: quoniā & alio pro ea offerēte dotē, ipsa eā pro se videt̄ offerre [l]. ¶Quod adeò verum est, vt et ipsa ab alio pro se oblatam dotē in lucrū suū reposcat: nisi fortè is q [m] eam obtulerit, statim.id est tēpore oblationis [n] seu promissionis stipulatus vel pactus sit, vt sibi dos prædicta reddatur. Dat. xv. Calend. Septemb. Anthemio A. ij. Cons.

In authen. de equa.do. §.j. coll. vij. consti.viij.

Hodie inter dotem & donationem propter nuptias debet esse æqualitas tam in constituēdo, quàm in eius augmento, quàm etiam in pactis de lucrando.h.d.hodie per consuetudinem derogatur: quia uel nulla datur donatio, uel minor. Salicetus.

AEqualitas omnimodo seruanda est in dote & in donatione * nuptiali, non tantùm in lucris [o] exinde prouenturis, sed etiam in præstatione [p] & constitutione [q] vtriusque. Augmentum quoque vel prorsus non fiat, vel ab vtraq; parte celebretur: pari [r] scilicet quantitate: ne vel eo modo subuertatur æqualitas.

In authen. de nō eli.secundò nubentes.§.fi.colla.j.consti.ij.

SEd quæ nihil ex dote conscripta præstitit, nihil omnino viro mortuo percipiet ex donatione. Item quæ minus, quàm professa est, dedit pro quātitate præstita & lucrum sentiat.

Pactū inæquale reducitur ad æquale per modū diminutionis, nō per modū augmētati: nō tamē reducitur per modū annihilationis secūdum gl. quia res debet interpretari ut ualeat, nō ut pereat.h.e.Bal.Vel sic: Maius pactū de lucrādo super dote uel donatione non inualidatur, sed ad paritatem cum minori reducitur.hoc dicit. Sali.

Impera.Iustinianus A.Mennæ præfecto prætorio. LEX X.

LEge Leonis [s] diuæ memoriæ pacta lucrorum dotis & ante nuptias donationis paria esse sanciente, nec adijciente [t] quid fieri oporteat, si hoc minimè obseruatum sit: nos omnia clara [v] esse cupientes, præcipimus disparibus eis factis, maiorem lucri partem ad minorem deduci [x], vt eo modo vterque minorem partem lucretur. Dat. viij. Id. Aprilis, Cōstantinop. Decio V.C.Con.

Maritus potest mouere actiones paraphernales, quarum sibi sunt tradita instrumenta, & exigere debita.pro quibus restituendis bona sua sunt tacitè obligata: licet usuras inde perceptas poßit in suam & uxoris utilitatem conuertere: nisi mulier aliter sibi prospexerit: quia prouisio hominis, legis prouisionem excludit.hoc dicit.et non habemus hunc casum alibi.Bal.Vel sic: Ex sola traditione paraphernalium dicitur maritus factus procurator ad exigendum: ideo agens nō cauet de rato, & usuras potest in communes usus conuertere: sortem uerò debet seruare. & ubi mulier sibi de hypotheca nō prouidet, lex ei tacitam hypothecam in bonis uiri concedit: & maritus in his eandem in diligentiam debet adhibere, quam in rebus suis.h.d.& no.Sali.

Idem A.Ioanni præ.præ. LEX XI.

SI mulier marito suo nomina, id est fœneratitias cau-

EX morte.] CASVS. Si maritus facit donationē in mulierē propter nuptias, & ipsa ei dotē dat: non refert, an dotis quantitas sit maior vel minor, quàm quantitas donationis, vel econuerso. & hoc in prima. Pacta tamen, quæ fiunt de dote lucranda vel donatione propter nuptias, debent æqualia esse in partibus: quia si maritus paciscatur de lucranda tertia parte dotis, mulier potest pacisci de lucranda tertia parte donationis propter nuptias. & hoc in secunda. Nec refert, quis dedit dotem, an pater vel mater, vel ipsamet mulier, vel extraneus: nec quis pro marito donationem propter nuptias fecerit &c. & hoc in tertia. Si verò extraneus pro muliere dotem dederit: ipsa eam repetere potest, nisi ille tempore donationis vel promissionis pactus sit, vel stipulatus eam sibi reddi. & hoc in quarta.

a ¶Eandem partē.] id est totā, hoc est in quotitate, non in quantitate: vt subijcit.

b ¶Ex dote.] si præmoritur mulier.

c ¶Donatione.] si vir præmoritur.

d ¶Similiter.] scilicet licebit offerre minorē quātitatem vel maiorē, cùm mulier mille obtulerit: quæ sunt vera ab initio. augmēta enim post contractū matrimoniū faciēda, æqualia debēt esse: vt s̄.de donat.ante nup.l.si constante. quæ est cōtra. & l.fina.§.sin autem. Alij dicūt, quòd hæc trahitur ad illam. Sed hodie etiā ab initio debet esse æqualitas. & sic sequitur aut. æqualitas.

Dotis & donationis propter nuptias debet esse æqualitas.

g ¶ Non possunt.] idē in minore: vt.j.de præd.mino.l.inter oēs:& ecclesia: vt no.s.de sacrosan.eccl.l.iubem⁹.& hoc ideo, qa ex necessitate fieret quędā alienatio: vt.s.de cōdi.fur.l.& ideo.&.l.elegāter.sic ergo inuitus in cōmunione detinetur regulariter cōtrà: vt no.s.cōmuni diui.l.ii.in casibus autem alienantur: vt.ff.e.l.j.&.ff.de iure dot.l.ita constante.&.ff.eo.l.si fundum.

¶ In arbitrio iudicis est, apud quem alantur liberi facto diuortio. hodie seruatur authen. hîc posita. h.d. Sali.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Celestinæ.

LEX VNICA.

L Icet neq; nostra, neq; diuorū parētū nostrorū vlla cōstitutione caueatur, vt per sexū liberorū inter parētes[h] diuisio celebretur: cōpetens tamen iudex æstimabit[i] vtrū apud patrē, an apud matrē, matrimonio separato, filij morari[k] ac nutriri[l] debeāt. S. viij. Calen. Iul. Veronæ. CC. Cons.

In authen. vt liceat matri & auiæ. §. illud. colla. viij. consti. fi.

¶ Mater potest petere quòd pater alimentet filium. h.d. Bal. & tene menti.

S I pater causam diuortij[m] præstiterit, apud matrē[n] ad secundas nuptias non venientem liberi nutriātur patris expensis. Si verò contrà: tunc apud patrem matris locupletis[o] expēsis: nisi pater minus idoneus sit. tunc enim apud matrē locupletē nutriātur. Nam queādmodum locupletes filij matrem alere coguntur egentem: ita iustū decernimus & à matre filios pasci. ¶ Quod de matre & filijs indigētibus dictum est, hoc quoq; in omnibus ascēdentibus & descēdentibus[p] personis vtriusque naturæ decernimus obseruari.

TITVLVS XXV.

De alendis liberis ac parentibus.

¶ Filij diuites tenentur alere parentes. h.d. cum lege seq. Sali.

Imperator Antoninus Pius A. Basso.

LEX I.

P Arētum † necessitatibus[q] liberos succurrere iustū est. Sine die & consule.

¶ DIVORTIO facto &c. ¶ Ex præcedētib⁹ patet continuatio.

L Icet.] CASVS. Si qua lege vel cōstitutione nō cauetur apud quē sol.matri.liberi vtriusq; sexus ali debebāt: tn̄ cōsyderabit cōpetēs iudex.s.vt masculi penes patrē, & fœminæ penes matrē alātur. Viuia.

h ¶ Inter parētes.] s.vt apud matrē filiæ: apud patrē filij sint: vt & alibi.j.de custo.re.l.quoniam vnum.

i ¶ Aestimabit.] taliter diuidēdo: vt hîc nisi ex aliqua causa in cōtrariū moueat̄: vt.ff.de libe. exhi.l.j.§.hoc interdicto. & differt hîc titu.ab illo j.vbi pupilli &c.qa hîc viuit pater: ibi decessit.

k ¶ Morari.] adulti.

l ¶ Nutriri.] pupilli, vel pōt esse, ꝙ alibi morētur, et alibi nutriant̄, et facit. xviij.q.ij.c. definim⁹. Per aut. aūt plenius dicetur quæ sequitur, si pater &c. quæ est, vt li.ma.et auiæ.§.illud.colla.viij.

S I pater.] CASVS. Hæc aut. clarificat.l.C.& dicit, ꝙ celebrato diuortio si marit⁹ dedit cām diuortio, & ad secūdas nuptias mater non cōuolauit: liberi debēt educari expēsis mariti apud matrē. Similiter ecōtra si mater pręstitit cām diuortij, liberi debēt educari expēsis matris apud patrē, si est locuples: sed si pr̄ nō est idoneus, nō tenet̄ filios alere: imò apud matrē locupletē debēt ali. nā & filij locupletes tenent̄ matrē indigētē alere. & qđ dictū est de mr̄e alēda, & filijs indigētib⁹: idē p oīa seruetur in omnib⁹ ascēdētib⁹ & descendentibus indigentibus alendis.

m ¶ Diuortij.] quæ multæ sunt, vt dixim⁹.s. de repu.l.consensu.§.j.

n ¶ Matrē.] imò vbi pr̄ vult.&.ff.de vē. inspi.l.j.§.apud eū.sed ibi decesserat, hîc non. Item hîc pręstitit causam diuortij.

† Concor. xxij.q.iiij. c.inter cætera.

o ¶ Matris locupletis expensis.] Hæc verba, matris locupletis &c.nō sunt in corpore, sed fr, adiecit. et si habeas ea, dic nisi pater &c. vt referat̄ ad primū dictū. s.qn̄ apud patrē expēsis patris debēt ali. si autē ea verba omittis: dic nisi &c. referri ad primū & proximū: vt sit sensus, si mater præstat causam subaudi tūc apud patrē, & à patre alūtur: nisi &c. quia tunc præstat mater. idē & quādo est minor triennio: vt.j.de pa.pote.l.pe.prima placet.

p ¶ Descendentibus.] vt.ff.de lib.agn.l.si quis à liberis.in prin.

¶ DE ALENDIS LIBERIS &c. ¶ Hic uiuebant parētes & non diuerterunt, uel alter erat mortuus. & dicit hincinde alimenta præstanda.

P Arentum.] CASVS. Filij patrem vergentē ad inopiam alere tenentur. & hoc prouidebit iudex, si facultates filij suppetant. & hoc dicit. l. seq.

q ¶ Parentum necessitatibus.] i. alimentis: vt &.j.de bo. quæ libe.l.fi.

lib.l.fi.§.ipsum autem.& de pa.pote.l.filia.&.l. nec filiũ non aũtin ære alieno:vt.ff.de li.ag.l.si quis à liberis.§.parẽs.An aũt fra ter fratrẽ? Videt̃ q̃ sic :vt argu.ff.de tu.& ra.dist.l.j.§.j.&.ff.vbi pu.ea.l.qui fi lium.& facit.j̃.l.proxi.

a Ompetens.] facit.s̃.l.proxi.

SI competenti.] CASVS. Si pater non vult filiũ suum alere,pbet mater filiũ esse: & vt p̃stet sibi alimẽta,cõpellet cõpetẽs iudex:& pẽdẽte lite filius cõis,quiadi cit pater eũ filiũ esse non suũ apud quẽ educari debeat.s.an apud patrem iudex æstimabit.

b Ex claudio.] marito:vt no.j̃.l.proxi.

c Ei.] s.maiori triẽnio. aliàs mater debet eũ alere vt.j̃.de pa.po. nec filiũ.& fa.s̃.de hæ.l.cognouimus.

SI patrem.] CASVS. Pater filium suũ si ei obsequiosus extiterit,alere tenetur .& hoc in prima.si noluerit, compelletur à iudice pro mõ facultatum suarum filio p̃stare alimenta.& hoc in secunda.Si pater dicat eum filium suũ non esse,in primis an sit filius inquiret.

d Promerueris.] ergo propter ingratitudinem possunt denegari alimenta.Vel si filius patrẽ detulerit:vt.ff.eo.l.si quis à liberis.§.si quis ex his.in fi.& onus probandi videt̃ imminere patri:vt ar.s̃.de inoffic.test.l.omnimodo. licet sit ar.contra.in eo.tit. l.liberi.

e Non denegabit.] præstando alimenta.

f Examinabit.] summatim:vt.ff.eo.l.si quis à liberis.§.si vel parens.interim tñ alit,& si non sit filius:vt.ff.eo.l.j.§.idẽ Iulianus.&.l.si neget.& si cõstiterit non esse legitimũ,nõ alit:vt.ff.eo.l.si quis à liberis.§.idẽ rescripserũt.sec⁹ p aut.vt.j̃.ti.ij.aut.licet.

DE CONCVBINIS.

NEmini.] CASVS. Vir constante matrimonio,cõcubinã habere non debet.

g Nemini.] facit.j̃. cõmunia de manu.l.fin. nec vltra vnã concubinam:vt in authen.de trien.& se.§. consyderauimus.circa fi. colla.iij.

DE NATVRALIBVS LIBERIS &c. ¶ Hi proueniunt ex cõcubinis.ideo bene supponitur titulus.

h SEnatores.] Sacerdotij.non loquitur de sacerdotio idest presbyterio

Diui fratres & AA.Celeri. LEX II.

COmpetens [a] iudex à filio te ali iubebit,si in ea facultate est,vt tibi alimẽta præstare possit D.Idib.April.ipsis & Cons.

Mater àgere põt contra maritum ut alat filium.h.d.Sali.

Idem AA.Titianæ. LEX III.

SI competenti iudici eũ quem te ex Claudio [b] enixã esse dicis filium eius esse probaueris:alimẽta ei [c] pro modo facultatũ † præstari iubebit. Idem an apud eum educari debeat ęstimabit.PP.xiij. Calen. Mart. Romæ. Rustico & Aquilino Cons.

Pater iudicis officio tenetur alere filium non ingratum: & ubi negatur filius,debet de filiatione prius constare.h.d.Sali.

Impp.Seuerus & Antoninus AA.Sabino.

LEX IIII.

SI patrẽ tuum officio debito p merueris [d] :paternam pietatẽ tibi non [e] denegabit.Quòd si spõtè non fecerit: aditus competens iudex alimenta pro modo facultatum præstari tibi iubebit.Quòd si patrem se negabit: quæstionẽ istá in primis idẽ iudex examinabit [f]. PP.Non. Februar. Laterano & Rufino Cons.

TITVLVS XXVI.

De concubinis.

Non licet marito concubinam habere. h. d. & in hoc Imperator fauet uxoribus.Sali.

Imperator Constantinus A.ad Populum.

LEX VNICA.

NEmini [g] licentia concedatur, constante matrimonio, concubinam penes se habere. D.xviij. Calend. Iul.Constantinis patre & fil. Cõ.

TITVLVS XXVII.

De naturalibus liberis & matribus eorum, & ex quibus causis iusti efficiantur.

Nati ex concubinis vilißimis, & patribus in dignitate positis: sunt spurij, & incapaces, tàm per viam vltimæ uoluntatis quàm contractus.Et quod eis aufertur,quibusdam personis applicatur:quibus renitentibus,negligentibus, uel non existentibus,fisco locus aperitur.Item nec ipsis concubinis aliquid potest relinqui, uel donari, uel ficto titulo uendi,uel concedi .h.d.Bald. Vel sic:In dignitate positi non possunt nuptias contrahære cum personis hic nominatis:aliàs notãtur infamia:nec ualet matrimonium: & collata liberis ex tali coniugio uel etiam talibus uxoribus, reuocantur per legitimas personas: negligentibus uenit fiscus.hodie uerò tenet matrimoniũ, & collata non reuocantur . h.d.Sali.

Imperator Cõstantinus A.ad Gregori. LEX I.

SEnatores seu præfectos, vel quos in ciuitatibus duumuirilitas, vel sacerdotij [h],id est Phœniciarchiæ vel Syriarchiæ ornamenta cõdecorant:placet maculam subire infamiæ,& alienos à Romanis legibus fieri,si ex ancilla,vel ancillæ filia,vel liberta,vel libertæ filia, vel scenica,vel scenicæ filia vel tabernaria,vel tabernariæ filia,vel humili vel abiecta persona, vel lenonis aut arenarij filia,vel quæ mercimonijs publicè præfuit, susceptos [i] filios in numero legitimorũ habere voluerint, aut proprio iudicio,aut nostri prerogatiua rescripti [k]:ita vt quicquid talibus liberis pater donauerit(seu illos legitimos,seu naturales dixerit)totum retractum legitimæ soboli reddatur,aut fratri,aut sorori,aut patri, aut matri. ¶Sed & si vxori tali quodcunque datum quolibet genere fuerit,vel emptione collatum : etiam hoc retractum reddi præcipimus. ¶Ipsas etiam quarũ venenis [l] inficiuntur † animi perditorum (si [m] quid quæritur , vel commendatum dicitur , quod ijs reddendũ est quibus iussimus, aut fisco nostro)tormentis subijci [n] iubemus. ¶Siue itaq; per ipsum donatũ est qui pater dicitur , vel per alium,siue per interpositam personam,siue ab eo emptum, vel ab alio,siue ipsorum nomine comparatum : statim retractũ reddatur, quibus iussimus : aut si non existant [o], fisci iuribus vendicetur. ¶Quòd si existant, & in præsentia rerum constituti agere noluerint:pacto [p] vel iureiurãdo exclusi,totum sine mora fiscus inuadat. ¶Quibus tacentibus & dissimulãtibus,ad defensionem [q] fiscalem duorum mensium tempora limitẽtur:intra quæ si nõ retraxerint, vel p̃pter retrahẽdũ rectorẽ prouinciæ § nõ interpellauerint:quicquid talib⁹ filijs vel vxoribus liberalitas impura cõtulerit,fiscus noster inuadat,donatas vel cõmẽdatas [r] res sub pœna [s] quadrupli seuera quęstiõe [t] perquirẽs.D.xij.Cal. Aug. Carthagine,Nepotiano & Facundo Cons.

In authen. vt liceat matri & auię.§.quia verò legem.colla.viij.consti.fi.

SEd nouo iure hmõi mulieres cum omnibus hominibus cõtrahere nuptias possunt,etiã cum prẹditis magnis dignitatibus,dũtamẽ dotalia instrumenta super hoc cõficiãtur ab illustribus. ¶Reliqui verò citra eos qui maioribus decorati sunt dignitatibus, solo affectu nuptias cõtrahere possunt, dũtamen liberæ sint cum quibus licet nuptias celebrare.

Iure isto,si quis habet matrem uel filios legitimos,non potest naturalibus

sed de quadam dignitate.sic exponit ignotũ per ignotius secundum Io.

i Susceptos.] vt ab vxore velut à cõcubina: nam nec naturales sunt. & facit.s̃.de incest.nup.l. humilem.

k Rescripti.] q̃d si dicit non obstãte lege aliqua? Rñ.tenet: vt arg.ff. de leg.iij.l.si q̃s. in princ.

l Venenis.] vt veneno occiditur corpus, sic animus istarum conuersatione.Accur.

m Si quid quæritur.] interpositio est.

n Subijci.] si dubitetur an apud eas sint tales res.

o Existant.] scilicet prædictæ personæ, quæ repetere possunt.

p Pacto.] quod fecerãt post mortẽ defuncti: nam antè non valet:vt.j̃. de capti.et postli.reuer.l. nec nos.&.ff.de acquirẽ. hære.l.qui sup̃stitis. Alij nõ distinguunt anteà vel posteà fecerunt.& idẽ de iuramẽto dicas quo iurauerunt se non petituros. Et not. noluerunt : quia nolle dicor,quod nõ possum, meo facto impeditus.valuit enim pactum: quia licet pater non possit pacisci, extranei possunt,sed fiscus aufert.

q Ad defensionem] id est ad defendẽdum se à fisco & ad fiscũ vincendum si intra duos mẽses agant:aliâs repellũtur vt subijcit.

r Commendatas.] alij vt dentur concubinæ vel filijs.Accur.

s Pœna.] talib⁹ filijs & concubinis inferenda, non fortè alij detinenti tales res:& facit.j̃.de iure fis.l.qui in contractibus. libro x.

t Quæstione.] torquentur enim concubinæ : vt.s̃.dixi. sed hodie hæc constitutio est abolita: vt in authen.quibus modis natu.effic.sui.§.fina. colla.vij. quia huiusmodi fœminæ cum omnibus possunt contrahere:vt suprà de nupt. authen.sed nouo iure.& authen.maximis.& hîc habent quidam authen.sed nouo iure huiusmodi mulieres.

† præberi.

Frater fratrem an teneatur alere.

Alimenta sunt ingratis deneganda.

Mulierum malarũ cõuersatione animus occiditur.

† Aliâs, interficiũtur. Nolle dicor quod nõ possum.

Concubinę cum omnibus possunt cõtrahære.

§ Vel propter retrahendũ rectorẽ prouinciæ interpellauerint.

MAtre.] CASVS. Si Titius habeat matrē & filios naturales & legitimos: qd naturalibus liberis ex cōcubina & cōcubinæ relinq̄re poſsit, q̄ritur? Rñ. q̄ vnciā, & ſoli cōcubinæ, ſi liberos naturales ex ea non 10 bet dimidiā: ſi vltra relinquat, reſtituetur legitimis vel matri.

a ¶ Matre.] alicuius q̄ habet filios naturales.

b ¶ Genitrici.] concubinæ. ſ.

c ¶ Semiunciam.] qd ſi ſoli filij? dic ſemiunciā. alij dicunt vnciā. ſed licet 20 directè non capiāt vltrà: iure tñ pupillaris ſubſtitutionis totū habere poterūt quod tñ ex bonis patris nō fuit vt. ff. de vul. ſubſtit. l. ſi is qui. ſed per aut. diminuitur hæc lex q̄ ſequitur, nunc ſoli &c. quę eſt in authē. quib. mo. natu. effi. ſui §. ne igitur. colla. vij.

30 NVnc.] CASVS. Lex codicis dicit, ſiue teſtator habeat matrē ſiue filios legitimos. poterit relinquere naturalibus tm̄ vnciā, cōcubinæ tm̄ ſemiunciā. Aut. iſta corrigit. l. C. in hoc qd dicit de matre teſtatoris: qa filij legitimi tm̄ impe 40 diunt naturales, non mater.

d ¶ Soli liberi naturales & legitimi.] quod accipe in infinitum: vt. ff. de verb. ſign. l. liberorum licet in corpore vnde ſumitur dicat filios.

e ¶ Naturales.] ſ. tātū.

f ¶ Mater.] defuncti.

50 SI quis.] CASVS. Leges iſta vſque ad. l. humanitatis, poteſtatis videre per vos. vnde. lex iſta pōit caſum qualiter filiū naturalē poſſum efficere legitimū vt mihi ſuccedat: nam ſi ſum liber homo, & non habeo legitimā ſobolē: ſi volo ipſum tradere curiæ, efficitur le- 60 gitim⁹: & ſuccedet mihi ſi ſum natus ex vico illo. Et idem ſi trado onerib⁹ curiæ, ex cuius territorio ſum. & idem ſi ſum ex regali ciuitate. Idem eſt ſi habeo filiā naturalē, & non habeo legitimā vxorē: ſi trado eā alicui in vxorē il- 70 li q eſt obnoxi⁹ curiæ: poterit mihi ſuccedere: qa non refert prouideamus oneribus curiæ, an per liberos an per generos.

g ¶ Seu liber.] à nexibus curiæ.

h ¶ Inſolidum.] nō tñ in plus quā naturales & legitimos, ſi eos habeat: vt 80 in aut. quib. mo. na. eff. ſui §. & om̄. colla. vij.

i ¶ Facultatem.] ſiue habeat legitimos ſiue nō: vt in aut. e. §. ſi qs igit̄ fuerit. niſi habuerit naturalē ex ancilla: qa tūc nō pōt ſi habet legitimos: & tūc qñ

& corū matri relinquere vltra unciā. Et ipſis naturalibus non extantibus ſolū ſemunciā cōcubinæ pōt relinquere, & ultra relictū redit ad ſucceſſores. h. d. Sali.

Impp. Arcad. & Honor AA. Antemonio præfe. præto. LEX II.

MAtre [a], vel legitimis filijs, vel nepotib⁹, aut ꝓnepotibus, cuiuſcūq; ſexus, vno pluribuſve exiſtētibus: bonorū ſuorū vnā tm̄ vnciā pater naturalibus filijs, ſeu filiabus, eorūq; genitrici [b]: vel ſi ſola ſit concubina, ſemunciam [c] largiendi vel relinquēdi habeāt poteſtatē. ¶ Quicquid verò vltra modum conceſſum relictum ſit: ♁ legitimis filijs vel matri vel cæteris ſucceſſorib⁹ iure reddatur. D. Id. Nouēbr. Stilichone ij. & Anthemio Conſ.

♁ *Legitimis liberis uel matri, uel cæteris ſucceſſoribus detur.*

In authen. qui. mo. natu. effi. ſui. §. ne igitur. Colla. vij. conſtitu. j.

NVnc ſoli liberi [d] naturales [e] & legitimi ad hūc modū coarctant, non etiam mater [f].

¶ *Filij naturales legitimantur, ſi per matrem principali curiæ offeruntur: & ſi pater in teſtō ordinat, quòd ſui filij naturales efficiantur curiales: & ipſi hoc non habent ratū: & poſteà inueniuntur paterna bona poſsidere ſeu alienare cōpelluntur curiæ deſeruire: quia ex poſteriori poſſeſsione præſumitur fraus. quod eſt notabile. Filia ſi eſt naturalis, efficitur capax ſi in uxorē uiro traditur. h. d. Bal. Vel ſic: Pater qui filios naturales tradidit curiæ propriæ ciuitatis, uel ei quæ ſit caput prouinciæ: quādo ortum habet ex regia urbe, pōt illos inſolidū hæredes inſtituere nec poterunt illi conditionem curialē recuſare ſi reperiuntur paterna bona poſsidere. & idem ſi filiam naturalem alicui curiali tradidit in matrimonium. Sali.*

Impp. Theod. & Valentin. AA. ad Apolloniū præfec. præto. LEX III.

SI quis naturalē dūtaxat fœcūditatē ſortiat̄, ſeu liber [g] ipſe, ſeu curiæ ſit nexibus obligatus: & tradendi filios naturales, vel oēs, vel quos quēve maluerit. eius ciuitatis curiæ vnde ipſe oritur, & inſolidum [h] heredes ſcribendi liberam ei concedimus facultatem [i]. ¶ Quòd ſi cui non ex vrbe, ſed ex vico vel poſſeſsione qualibet oriūdo, naturales liberi cōtigerint, eoſque velit ſub definitiōe ꝑdicta curiæ ſplēdore honeſtare & hæreditatis opibus adiuuare: eius ciuitatis aſcribēdi ſunt ordini, ſub qua vicus ille vel poſſeſsio cenſetur [k]. ¶ Quòd ſi alterutrā regaliū ciuitatū [l] patriā ſortiat̄: ſit ei liberū ſuſceptā ex inæquali [m] cōiugio ſobolē cuiuſcūq; ciuitatis decurionibus [n] immiſcere: dūmodò ciuitas q̄ eligitur, totius ꝓuinciæ teneat principatū [o]. Indignū em̄ eſt, vt q̄ ſacratiſsimæ vrbis ♃ vbere gloriatur, naturales ſuos nō illuſtris ordine ciuitatis illuminet. ¶ Et hoc, ſiue poſtrema definiat voluntate, ſiue donatione cuiuſlibet quātitatis in liberos naturales pater cōferat [p]. ¶ Et quod de ſubeūda ſorte curiali, ſeu teſtamento, ſeu actorū fide cōſtituit, ita ratū eſſe, ſtabiliterq; volumus obſeruari: vt ſiue abſtinēdo ab hæreditatibus, ſiue abdicādo donationes, naturales liberi curialē voluerint euitare fortunā, poſteaq; paternarū opū vel inſolidū vel ex parte reperti fuerint poſſeſſores: licet eas alienauerint [q]: omnimodo ad cōditionē in qua pater eos amplificatis opibus eſſe voluit, etiā inuiti cogātur accedere [r]. Sed & ſi filiā naturalem vel filias habuit, & eā vel eas curiali vel curialibus ciuitatis ex qua oriūdus eſt, vel ſub qua vicus vel poſſeſsio vnde oritur cōſiſtit, vel eius ciuitatis quæ principatum totius prouincię tenet, matrimonio collocauit: hæc eadē in pſona eius vel earum ad exemplū mariū obtinebunt. Quid [s] enim intereſt vtrū per filios, an per generos commoditatibus ciuitatum conſulatur? & vtrum nouos lex faciat curiales, an foueat, quos inuenit? D. xij. Calend. Ianuar. Eudoxio & Dioſcoro Conſ.

♃ *Romæ.*

¶ *Acceptans onus intelligitur acceptare emolumentum annexum. imò hoc caſu emolumentū eſt irrepudiabile. unde qui iuxta ordinationem patris acceptauit decurionatum: hæreditatem ea contemplatione relictam repudiare non poteſt. h. d. Bal. Vel ſic: Naturalis per patrem curiæ deputatus, ſi onus agnoſcit, hæreditatem patris non poteſt repudiare. h. d. Sali.*

Impp. Leo & Anthemius AA. Armaſio præfec prætorio. LEX IIII.

QVoniam deſyderia [t] morientiū ex arbitrio viuētiū nō ſine iuſta ratione colligimus: & is qui naturalē filiū habens, hortātibus legibus vltro ad inſtar legitimi filij municipalibus eum voluit aggregare muneribus, & donare patriæ principalē: manifeſtauit, notūq; fecit ſine dubio ꝓfeſsione certiſsima facultatū ſuarū omniū elegiſſe ſe affectiōe debita ſucceſſorē: cùm certè hmōi perſonis adeò ſacratiſsima cōſtitutione ſubuentū ſit, vt nec renūciādi eis, aut alienādi, vel repudiādi paternas hæreditates aut donationes in fraudē curiæ cōcedatur [v] facultas, ſed munerib⁹ patrię ſuſceptis, patrimonia ſubire cogant̄: nullā ē diuerſo calūniātiū vocē penitus patiemur admitti, ſed ipſum Philocalū [x] & paternorū bonorū omniū ab inteſtato hærerdē, & noſtræ ciuitatis curiæ principalem iniūcta vel iniūgēda ſibi munera ſubire, ex eoq; genitos ♀ vel naſcituros filios ſimiliter paternæ cōditioni ſubiacere præcipimus. ¶ Et hmōi formā in omnib⁹ cauſis quę ſimiliter in quocūq; ciuitatis [y] ordine curiaq; cōtigerit, in poſterum decernimus obſeruari. Dat. Cal. Iañ. Cōſtantinop. Iordane & Seuero Conſ.

♀ *Naſcendos.*

qs ſe offert, non poteſt ſi habeat fratres legitimos: vt in aut. e. §. & iſte. & dicto. §. ſi quis igitur fuerit.

k ¶ Cēſetur.] Sic. ff. ad municip. l. qui ex vico. & ſ. de epiſ. & cleri. l. nulli. et in aut. eo. §. ſi quis igitur ex qualibet.

10 l ¶ Ciuitatum] veteris vel nouæ Romæ.

m ¶ Inæquali coniugio.] id eſt cōcubinatu.

n ¶ Decurionibus.] id eſt curialibus.

o ¶ Principatū] vt metropolitana: vt in cor. §. ſi quis igitur ex qualibet.

p ¶ Pater cōferat] imò 20 & ſi ab īteſtato decedat hic pater, ſuccedunt ſicut legitimi: ſed non alijs cognatis patris: nec alij cognati iſtis: vt in aut. quib. mo. na. effi. ſui. §. filium verò. col. vij.

q ¶ Alienauerint] poſt quā cœperunt habere. & ſic ex poſſeſsiōe ꝑiudicat̄ 30 eis. ſic. ſ. de repu. hære. l. j. &. ff. qbus mo. pig. vel hypo. ſolui. ſicut. §. ſuperuacuum. & in aut. eo. §. ſi verò ab initio. colla. vij.

r ¶ Accedere.] & eorū filij: licet ſecus qñ quis ſe offert: vt. ſ. de ijs qui ſpō. mu. pub. ſub. l. ſi. lib. x.

s ¶ Quid enim inter- 40 eſt.] ſic & in aut. eo. §. ſed hoc ſimiliter ſancimus. & arg. ff. de iti. actuq́ue priua. l. j §. pe. & ff. de ver. obl. l. cùm ſeruos. Sed arg. contrà. ſ. de ope. pu. l. fi. Item ar. cōtrà. ſ. de decu. l. nullus qui. lib. x.

t QVoniam] deſyderia. hęc lex lo 50 quitur de ſuperiori materia, ſed in ſpecie.

v ¶ Cōcedatur facultas.] qa prius cōſenſerat ſe dari curiæ. alioqn permitteretur ei hæreditatē repudiare, & curialē conditionem: vt. ſ. l. proxi.

x ¶ Philocalum] proprium nomen eſt filij.

60 y ¶ Ciuitatis.] ſ. huſtronæ. vt in aut. e. §. primus itaque vbi hic caſus refertur.

Diui] C A-SVS. Hæc lex po nit aliũ modũ legitimãdi & dicit, Si ex cõcubina ha beo filiũ naturalẽ: si con- traho matrimonium cũ ea, illi efficiuntur sui, siue erant nati ante contractũ matrimoniũ, siue post. Et 10 ad istam legẽ concordat insti de nup. in fi.

Cõstãtinus fuit primus imperator christianus.

a ¶ Constantini.] hic fuit prim' Imperator christianus. Et non legitur hęc lex: & habet locũ secundũ sua tempora qñ facta fuit hodie autẽ aliter est: vt. j. eo. l. cũ quis.

b Iubemus.] Hæc 20 Anastasij, & superior Zenonis non valent: quia secundũ sua tempora loquuntur: vt in aut. eo. §. tribus. colla. vij. sed sequens sic quę est Iustini patris Iustiniani: vt in aut. e. §. adoptionis. cassatur ergo per hæc sequentem secundũ Ir. & nihil valet. & facit. ff. 30 de ritu nup. l. in libere.

Iustin' fuit pater iustiniani.

c ¶ Vxoris loco habentur.] puta concubinæ quæ tenentur ac si essent vxores secundũ qđ hæc lex loquitur secundũ sua tpa: dicit enim, in præsenti aliquæ &c. Vel aliter verè erat effecta vxor, & habebat loco vxoris. nec 40 obstat quod dicit, in posterum nihilominus quisquis huiusmodi mulierẽ dotalibus &c. nã posset esse ꝙ cũ copulauit eã sibi non fecit dotalia instrumenta: sed si modò faciat idem erit.

d ¶ In arrogationẽ.] hoc vt dixi corrigitur per 50 §. adoptionis. & . j. per. l. p xi. §. in posterum. & per aut. quib. mo. na. effi. legi. §. & nõ nos latuit. coll. vj.

Legem.] C A-SVS. Hęc lex cõfirmat. l. iubemus. & dicit ꝙ sicut nati ex libero matrimonio sunt naturales & legitimi: ita nati ex concubi 60 na, siue cõtraho matrimonium cum ea, siue impetro à principe vt legitimentur.

e ¶ Legem.] & hæc est inutilis: nisi abrogaret p̃cedentem. secundũ Ir.

f ¶ Vitio.] sic. j. ad legẽ Iuliam maie. quisquis.

g ¶ Ante lata san- 70 ctio.] subleuabit.

h ¶ Prætextus.] subleuabit.

i ¶ Quæ.] arrogatiões & adoptiones.

k ¶ Non astutiæ.] subleuabũt. & est. j. de priuile. scho. l. j. lib. xij.

l ¶ Machinationibus.] aliàs imaginatio- 80 nibus.

m ¶ Flagitijs.] id est flagitioso coitu.

¶ *Per subsequens matrimonium possunt legitimari liberi iam procreati. quod olim erat in contrarium statutum à Constantino corrigitur, & solum præteritis casibus reseruatur. h. d. Ista lex est correcta per. l. cũ quis. j. eo. Bald. Vel sic: Iure isto quis poterat concubinam ducere in uxorem si ex ea liberos habebat: nec ei ulla proles legitima extabat: & liberi efficiebantur legitimi & in potestate: & poterant succedere ex testamento uel ab intestato, etiam cum fratribus posteà natis. secus si prolem ex concubina non habeat. h. d. Sali.*

Imperator Zeno A. Sebastiano præfecto prætorio. LEX V.

Diui Constantini [a] qui veneranda Christianorum fide Romanum muniuit imperium, super ingenuis concubinis ducendis vxoribus, filijs quinetiã ex eisdem vel ante matrimoniũ vel post eà progenitis, suis ac legitimis habendis, sacratissimam constitutionem renouantes, iubemus eos qui ante hanc legem ingenuarum mulierum, nuptijs minimè intercedẽtibus, electo contubernio, cuiuslibet sexus filios procreauerint: quibus nulla videlicet vxor est, nulla ex iusto matrimonio legitima proles suscepta: si voluerint eas vxores ducere quæ anteà fuerant concubinæ: tam coniugium legitimũ cum huiusmodi mulieribus ingenuis (vt dictum est) posse contrahere, quàm filios vtriusq; sexus ex earũdẽ mulierum priore cõtubernio procreatos, mox postquã nuptiæ cũ matribus eorum fuerint celebratæ, suos patri, & in potestate fieri: & cum ijs qui posteà ex eodẽ matrimonio suscepti fuerint, vel solos, si nullus alius deinde nascat, tã ex testamento volentibus patribus etiam ex integro succedere, quàm ab intestato petere hæreditatem paternam: pactis quæ matrimonij tẽpore super dotibus, vel ante nuptias donatiõis rebus subsecuta fuerint, etiam ad ipsorum personas pertinentibus: vt vnà cũ fratribus suis posteà ex eisdem parentibus fortè progenitis, aut soli (si nullus alius sit procreatus) dotis & ante nuptias donatiõis pro tenore legum nec minus pactorũ emolumenta percipiant. ¶ Ii verò qui tempore hui' sacratissimæ iussionis, necdũ prolẽ aliquã ex ingenuarũ concubinarum cõsortio meruerint, minimè huius legis beneficio perfruantur: cũ liceat easdem mulieres sibi prius iure matrimonij copulare, nõ extantibus legitimis liberis aut vxoribus, & legitimos filios, vt pote nuptijs præcedẽtib' procreare nec audeãt, quos ex ingenua cõcubina dilato post hãc legẽ mattimonio nasci voluerint, vt iusti ac legitimi posteà videant magnopere postulare. Dat. x. Cal. Mar. Basilio. ij. & Armatio Cons.

¶ *Per arrogationẽ põt filius naturalis legitimari. hoc est correctum per legẽ sequẽtẽ: quia per hoc aperiretur uia libidini. h. d. cũ. l. seq. Bal. Vel sic: Anastasius imperator permittit per hanc legẽ naturalibus liberis quolibet titulo dari, & relinqui non existẽte legitima sobole: ac etiã dicit, quòd propter cõsequens matrimonium & per arrogationem legitimantur. h. d. Sali.*

Imp. Anastasius A. Sergio præfect. præto. LEX VI.

Iubemus [b] eos q̃bus nullis legitimis existẽtib' liberis in præsenti aliquæ mulieres vxoris [c] loco habentur, ex his sibi progenitos seu procreandos, suos & in potestate legitimosq; habere: propriasq; substantias ad eos vel per vltimas voluntates, vel per donationes: seu alios legi cognitos titulos (si voluerint) transferre ab intestato quoq; ad eorum hæreditatem vocandos, nec aliquas quæstiones seu altercationes exercẽdi sub qualibet astutia subtiliq; legũ vel cõstitutionũ occasione super his vel agnatis seu cognatis genitoris eorũ vel quibusdã alijs superesse facultatẽ in posterũ. nihilo minus, quisquis huiusmodi mulierẽ vxoris loco dotalibus instrumentis confectis habuerit, pro eius sobole similem eãdẽq; formam custodiri: ne adimat ei licẽtia sibi quodãmodo per liberos p̃priũ suũ patrimoniũ acquirẽdi. ¶ Filios insuper & filias iã per diuinos affatus à patrib' suis in arrogationẽ [d] susceptos vel susceptas huius prouidentissimæ nostræ legis beneficio & iuuamine potiri censemus. D. Cal. April. Anastasio A. iiij. & Agapito † Cons.

¶ *Lex quæ cassatur, intelligit̃ cassari quo ad futura, nõ quo ad p̃terita. Bald. Vel sic: Hæc lex primò declarat præcedẽtẽ: dicẽs quòd illa non uendicat sibi locũ in liberis ex dãnato coitu. Secundò cassat illam in eo, quod dixerat naturales effici legitimos per arrogationẽ: statuens quòd illud obtinebat usque ad diẽ præsentis legis non posteà. h. d. Sali.*

Imp. Iustinianus A. Marino præfect. præto. LEX VII.

Legẽ [e] Anastasij diuinæ recordatõis, q̃ super naturalibus filijs emissa est, in ijs valere tm̃ casibus cõcedimus, qui nunc vsq; subsecuti sunt, pro eiusdem legis tenore in matrimonijs tunc constantibus, vel posteà contractis: ita tñ, vt non aliũde progenitis subuenisse credat, quã non ex nefario nec incesto cõiugio. ¶ Natura lib' insup filijs vel filiab' ex cuiuslibet mulieris cupidine nõ incesta nõ nefaria p̃creatis, & in paterna p arrogationẽ seu p adoptionẽ sacra susceptis, ex diuinis iussionibus, siue antequã eadẽ lex irrepserit, siue post eãdẽ legẽ vsq; ad præsentẽ diẽ, nõ sine rõne duximus suffragandũ: vt adoptio seu arrogatio firma permaneat: nullis prorsus improbanda quæstionib', quasi qđ impetrarunt, lege quadã interdictũ sit: qm̃ & si qua prius talis emergebat dubitatio, remittẽda fuit mouẽte misericordia † q̃ indigni nõ sunt q alieno laborãt vitio [f]. ¶ Sint itaq; post eãdẽ arrogationẽ seu adoptionẽ sui, & in potestate patrũ, successiõesq; tã ab intestato quã ex testõ capiãt, prout in arrogatis seu adoptatis constitutũ est. ¶ In posterũ verò sciãt oẽs legitimis matrimonijs legitimã sibi posteritatẽ q̃rendã, ac si p̃dicta constitutio lata nõ esset. Iniusta nãq; libidinũ desyderia nulla decętero venia defendet nullũ subleuabit nouũ adminiculũ p̃ter anteriorũ dispositionũ ordinẽ: nõ antè lata sanctio [g], quã ex hoc die resecãdã pia * suggerit rõ: nõ arrogationũ vel adoptionũ p̃textus [h] q̃ [i] vlteri' minimè ferẽdæ sunt: nõ astutię [k] siue diuinis affectãdæ literis, siue q̃busdã illicitis ambiendæ machinationibus [l]: cũ nimis sit indignũ, nimis item impium, flagitijs [m] præsidia q̃rere, vt & petulantiæ seruire liceat, & ius nomẽq; patris, quod eis denegatũ est, id altero legis colore p̃sumãt. D. v. Id. Nouẽb. Iustino A. & Eutherico Cons.

† Venia dign' est qui alieno morbo laborat. concor. gl. in. c innostra. super verbo. inutilem. in fi. extrà de procu.

* Suggesserit.

¶ *Hæc lex tractat de successione naturalium, & dicit ad quem modum*

HVmanitatis.] CASVS. In lege ista dicit quod olim in quadam antiqua lege cōtinebatur quod naturales filij cū matre sua poterant succedere ex testamento vsq; ad tres vncias, hodie vsque ad sex vnicas quod corrigitur per aut. licet. si 10 tuatā. s. sup. l. matre. e. ti. quae authē à plurib9 hîc legitur.

a ¶ Humanitatis.] cō cor. j. de confirmā. tu. l. naturalib9, & in aut. de triē. & semis. §. cōsyderemus. colla. iij. & j. de institu. & substi. l. gnaliter. & in aut. eo. §. discretis. colla. vij.

LIcet.] CA- 20 SVS. Hæc aut. legitur sup hac lege consueuit tñ legi sup illa, Humanitatis. Dicit ergo, quod titi9 qui nō habet filios legitimos, nec parētes: pōt relinquere bastardis totā suā substātiā, siue in testō siue inter viuos si verò tm̃ habeat parētes, eis relinquat quartā 30 debitā iure naturæ: reliquū dare poterit filijs naturalibus. si decedat ab intestato nō habēs filios legitimos: nec vxorē quia in facta cōcessit: naturales filij succedūt in duas vncias hęreditatis paternæ, & mater succedat cū eis viriliter: & si legitimos filios 40 habeat, & vxor ei9 viuat filij naturales debēt ali de bonis paternis: quia & ipsi alere debent si contingeret ipsum vergere ad inopiam.

b ¶ Legitima.] quae est hodie tertia: vt in aut. de triē. & se. §. j. colla. iij.

c ¶ Abintestato.] fa- 50 cit in auth. de triē. & semis. §. consyderemus.

d ¶ Cōiūx legitima.] de ea quae ad rhombū cū cognatis extātibus nil ex successione vendicare possit. & j. vñ vir & vxor. l. j. Rñ. licet nō capiat, parat tñ naturalib9 impedimētū ne capiāt: & sic fallit hæc re- 60 gula: Si vinco vincentē &c. vt. ff. de diuer. & tpa. p script. l. de accessionibus. Nā naturales filij repellūt agnatos, quātum est in duabus vncijs: vt hîc subijcit, & agnati vincūt vxorem: vt. d. l. j. j. vnde vir & vxor. & tñ naturales non vincūt vxorē: imò vīcunt 70 ab ea: vt hîc: & eo. corpo. §. si quis igitur habens. & sic aliàs fallit dicta regul. ff. quae po. in pig. ha. l. Claudius. & in aut. de æquali do. §. his cōsequēs. coll. vij. & ff. ad tertul. l. ij. §. obicit. & l. æquissimū. & §. si ex filio & ff. de iniust. testa. l. pe.

e ¶ Beneficio.] etiā im 80 periali. nisi dicat nō obstāte hac. l. ar. ff. de leg. iij. l. si quis. in prin.

f COmmunium rerum.] aliàs omniū rerum.

g ¶ Licet illustrē.] & si naturales fiāt illustres,

*Vide hic exceptionem regulæ. Si uinco, uincentē te &c.

† Concor. gl in. c. nisi cum pridē. sup verbo, Manzeres. in fin. extrâ de renun.

possunt capere: amplians ius antiquum: sed etiā ampliatur per auth. licet hic positam. h. d. Bald. Vel sic: Iure isto non extante matre, neque liberis legitimis & naturalibus, permittitur patri inter uiuos uel in ultima uolūtate filijs naturalibus tantū dare, vsque ad sex uncias tantū, ab intestato verò in nihilum possunt succedere. h. d. Sali.

Impator Iustinianus A. Mēnæ præfecto prætorio. LEX VIII.

HVmanitatis[a] ītuitu naturalibus patribus hoc indulgemus, vt liceat eis nulla legitima sobole vel matre subsistente: naturalē vel naturales filios, matrēq; eorū nō tm̃ ex tribus vncijs (quod pterita leges pmittebāt) sed etiam ex duplici portionē, id est sex vncijs hæredes scribere: vt licet, ab intestato nullā cōmunionē ad patris naturalis successionē habēt, ex suprema tñ eius volūtate permittatur eis vsq; ad pdictas sex vnciasi hoc scilicet naturalis pater voluerit, hæreditatem eius capere: ita tñ, vt memoratā sex vnciarū quantitatē in omnibus naturalib9 filijs & matre eorum minimē testator excedat. quā & in legatis & in fideicōmissis eis reliquēdis, & dotibus & donationibus tā alijs quā ante nuptias, vsq; ad sex vnciarum æstimationē liberā si mulier naturalibus eorū patribus damus potestatē. ¶ Hæc aūt in futuris tm̃modò testamētis, vel vltimis volūtatib9, vel dotib9 vel donationib9 locū habebūt. D. Cal. Ianuar. Constantinop. DN. Iustiniano A. ij. Conf.

In authen. quibus modis nat. effi. sui. §. si verò filios. & §. fi. coll. vij. constitu. j.

LIcet patri sine legitima prole seu parente cui relinqui necesse est decedēti, naturalib9 totā substantiā suā vel inter viuos largiri, vel in testō trāsmittere. ¶ Quòd si parentes dūtaxat ei supsint: legitima[b] parte parentibus relicta, reliquū inter naturales distribui pmittitur. ¶ Ab intestato[c] verò cū desit soboles ciuilis, nec supsit cōiunx[d] legitima: si naturales ex cōcubina extant, quæ sola fuerit ei indubitato affectu cōiuncta: in duas paternæ substantiæ vncias † succedant vt matri inter eos virilis portio (si superest) detur. Huiusmodi eñ naturales filios pasci boni viri arbitrio est necesse: siue legitimi extāt, & succedant: siue cōiuge viua quilibet alij sunt hæredes. Hi ergo & parentibus parem præstent (si opus sit) pietatem. Sed qui ex dānato sunt coitu, omni prorsus beneficio[e] secludantur.

¶ *Legitimatus per oblationem curiæ consequitur iura legitimorum solū respectu legitimantis non respectu cæteræ cognationis. h. d. Ille autem qui legitimatur per matrimonium, efficitur legitimus quo ad omnes: quia ista legitimatio naturā imitatur. h. d. Bal. Vel sic: Filius legitimatus per oblationem curiæ soli patri efficitur legitimus successor: non alijs agnatis, uel cognatis nec ecōtra ipsi sibi. h. d. Sal.*

Idem A. Mennæ præ. præ. LEX IX.

COmmuniū rerum[f] esse vtilitatē rectè iudicātes, lucidis & omni ambiguitate segregatis legib9 vti nostro subiectos imperio ad præsentē sanctionē venimus: p quā omni dubitatione amputata, quæ vsq; adhuc obtinebat, certissimū facimus, vt quoties naturales filij curiali fortunæ patriæ sui genitoris assignātur, vel adhuc viuē te patre, vel post eius obitū, pro dispositione testamēti ab eo cōditi: & eo mō legitima iura ī paterna successione adipiscātur, vt (quod rectè fieri minimè dubiū est) licet[g] illustrē dignitatē, ex qua curialis fortunę liberatio competere non pōt, naturales filij antea meruerint ne permittatur eis contra substantiam ab eodem naturali patre descendētiū vel ascendentium, vel ex latere agnationis vel cognationis iure eidem patri coniunctorum (licet ipsi legitimi[h] successores eidē naturali patri per memoratā fortunā efficiantur) aliquod ius sibi vendicare †. ¶ Quòd & in ijs locum habebit, qui iam à naturali patre curiali cōditioni traditi, & adhuc superstites sunt: eodē scilicet modo nec illis cōtra substātiā eiusdem naturalis filij, vel ex eo descendētium vel ascēdentium, vel à latere cōiunctorum, aliquod sibi ius vēdicare valentibus.

¶ *Filio legitimato per oblationē curiæ, decedēti ab intestato succedūt eius liberi, portione quarta curiæ danda si dicti eius liberi non sint curiales: nati tamen postquā eorū pater fuit oblatus curiæ, efficiuntur curiales. Sali.*

¶ Sed si quidem iste naturalis fili9, siue postquā legitimus successor patri effectus sit, siue in antecedēte tpe filios ex legitimo matrimonio vel alios descendētes liberos habeat: eos modis oībus ad eius successionē sine testō morientis vocari, nec curiæ locū esse pterquā[i] si quarta portio bonorū eius eidē curiæ debeat, eo quod nullus fortè ex mortui liberis curialia munera pagere cogitur: illo videlicet obseruādo, vt ij quos iste naturalis filius posteà quā fortunæ curiali dat9 est, pcreauerit, & decuriones sine dubio sint, & curialia peragere munia compellantur[k].

¶ *Si legitimatus per oblationē curiæ, decedat sine liberis, succedit mater in tertia: in reliquū curia. Si uerò mater non superest, succedit in paternis curia cognati in reliquis: & si eius cognatus curiæ se offerat: omnia etiam paterna ad curiam deuoluenda habebit: etiam eo casu si mater supersit ad omnia bona extra substantiam patris quæsita cū cæteris succedit. h. d. Sali.*

¶ Si verò sine liberis cuiuscunq; grad9 intestatus decesserit: si quidem matre superstite: tertiam quidē partem bonorum eius matrem habere, duas verò alias partes * curiam, cui à patre datus est. ¶ Sin autem mater quidē defuncti nō superest, alij verò cognati ex materna linea descendentes vel ascendentes, vel ex latere venientes ad ei9 vocentur successionem: tunc ea quidem quæ à patre naturali ad eum peruenerunt, eidem curiæ cōpetere. ¶ Si quid verò filio posteà legitimo successori effecto, vel à matre sua, vel aliunde quocūq; legitimo modo acquisitum sit: hoc ad pximos maternos[l] ei9 cognatos puenire: ¶ Illo videlicet obseruā

Qui posteà

nō tñ desinūt esse curiales. hoc si de dignitate sola sine administratione fiant illustres: vt. j. de decur. l. fi. lib. x.

h ¶ Ipsi legitimi.] ad hoc ī aut. qbus mo. nat. effi. sui. §. filiū. colla. vij.

i ¶ Preterquā si quar- 10 ta.] j. qñ & qui. quarta pars de. l. j. li. x.

k ¶ Compellantur.] in aut. qb. mo. na. effi. sui. §. si qs aūt legitimos. coll. vij. contra ibi patet sol.

l ¶ Maternos eius.] imò videtur, quod nulla differentia facta bonorū. vnde ad eū peruenerūt, fisc9 ha 20 beat tres partes: & isti cognati quartā: vt in aut. eo. §. sciendū. Vel dic, quod illa p hanc distinguitur.

Illustres fiunt quandoque sola administratione.

† Aduertas tamē quòd hoc pacto legitimatus nō succedit patri in feudū, licet in alia bona succedat. tex. est no. in ca. naturales. in ti. si de feudo defuncti cōtentio sit inter dominū & agna. in versi. feu. col. x.

* Curiam ciuitatis &c.

do, vt ſiue matre eius ſuperſtite, ſiue ea ante filium mortua, aliquis ex eiꝰ genere eiuſdem curię fortunam ſubire paratus ſit: liceat ei offerenti ſe eidẽ curiæ bona mortui quę de ſubſtãtia patris ad eum peruenerunt, capere, muniaq́; peragere curialia. quo accidẽte, mater defuncti (ſi adhuc ſuperſit) non ſolũ tertiã partẽ eorũ quæ extra paternã ſubſtãtiã filius eius aliunde acquiſiuerit, ſed etiã omnia ea vel ipſa ſola, vel cũ cohæredibus ſuis capiet.

¶ Hac lege ſtatuta non habent locum in iã mortuis, ſed morituris. h. d. Sali.

¶ Ea verò quæ de ſucceſsione naturalis filij poſt curialẽ conditionem morientis conſtituimus, non tantũ in ijs locũ habere debẽt, qui poſteà [a] à patre ſuo naturali dati fuerint: ſed etiam in illis, qui iam dati ſunt, ſi tamen adhuc ſuperſunt? ¶ Quòd ſi an præſentẽ ♁ ſanctionem mortui ſunt: minimè ad eorum ſucceſſionem eandem noſtram ſanctionem extendimus.

¶ Etiam habens filios legitimos, põt naturalẽ curiæ tradere: ſed non poteſt ei plus relinquere uel donare, quã uni ex filijs legitimis & naturalibus cui minus dederit. h. d. Sali.

¶ Et quoniã omnimodo fauendũ eſt curijs ciuitatũ: illud etiã in hãc partẽ addẽdũ eſſe cenſemus, vt liceat patribꝰ naturales filios curiæ patriæ ſuę tradere, non ſolũ nulla eis legitima ſobole exiſtẽte, ſed ẽt ſi filios, vel alios liberos ex legitimis matrimonijs ꝓcreatos habeãt & eo mõ naturales quoque filios ſibi legitimos ſucceſſores efficere: ita tamen, vt minimè eiſdem patribus liceat per donationẽ vel vltimã volũtatẽ amplius eidẽ filio naturali dare vel relinquere, quã vni filio ex legitimo matrimonio procreato dederit vel reliq̃rit cui minima portio data vel relicta ſit. D. Cal. Iuñ. DN. Iuſtinian. A. ij. Cõſ.

¶ Per matrimonium legitimantur liberi naturales primogeniti, & ſuccedunt æqualiter cum liberis poſteà naſcituris. h. d. Bal. concor. Sali.

Idem A. Demoſtheni præ. præ. LEX X.

CVm q̃s à muliere libera, & cuius matrimoniũ nõ eſt legibus interdictũ, cuiuſque cõſuetudine gaudebat, aliquos liberos habuerit, minimè dotalibus inſtrumentis cõpoſitis, poſteà aũt ex eadẽ affectione etiã ad nuptialia peruenerit inſtrumẽta, & alios iterum ex eodẽ matrimonio liberos ꝓcreauerit: ne poſteriores liberi q̃ poſt dotẽ editi ſunt, ſibi omne paternũ patrimoniũ vẽdicare audeãt, quaſi iuſti & ĩ poteſtate effecti, fratres ſuos q̃ ante dotẽ fuerãt nati, ab hæreditate paterna repellẽtes ♁ hmõi iniquitatẽ amputãdã cenſemus. Cũ enĩ affectio prioris ſobolis & ad dotalia inſtrumẽta efficiẽda, & ad poſteriorũ filiorũ edẽdã ꝓgeniẽ p̃ſtiterit occaſionẽ: quõ nõ eſt iniq̃ſsimũ ipſam ſtirpẽ ſecũdæ poſterioritatis priorẽ quaſi ĩiuſtã excludere, cũ gratias agere fratribꝰ ſuis poſteriores debeãt, quorũ bñficio ipſi ſunt iuſti filij, & nomẽ et ordinẽ conſecuti? Neq; enĩ veriſimile eſt eũ, q̃ poſteà vel donationẽ vel dotẽ cõſcripſerit, ab initio talẽ affectionẽ circa mulierẽ nõ habuiſſe, q̃ eã dignã eſſe vxoris noĩe faciebat. ¶ Quapropter ſancimꝰ in hmõi caſibꝰ oẽs liberos, ſiue añ dotalia inſtrumẽta editi ſint ſiue poſteà: vna eadẽq́; lance trutinari, & oẽs filios ſuos in p̃tãte ſuis exiſtere genitoribꝰ vt nec prior nec iunior vllo habeat̃ diſcrimine: ſed q̃ ex ijſdẽ matrimonijs [b] † ꝓcreati ſunt ſimili ꝓfruant̃ fortuna. D. xv. Cal. Octob. Calcedone, Decio V. C. Cõ.

† Aliâs ex iſdem maioribus procreati &c.

¶ Iſta lex tollit dubiũ, quod inſurgit ex lege præcedenti. & hoc intẽdit: Per ſequẽs matrimoniũ filij nati ex cõcubina legitimãtur, etiã ſi ex eo matrimonio nullus poſteà naſcatur, vel natus viuens non reperiatur tp̃e mortis patris: et ſi anteà nati legitimãtur, multò magis qui erãt in utero tẽpore matrimonij: et tẽpus cõceptionis uel natiuitatis inſpicitur prout liberis eſt utilius. Salic.

Idem A. Iuliano præfect. præto. LEX XI.

NVper legẽ [c] cõſcripſimꝰ, qua iuſsimus ſi q̃s mulierẽ in ſuo cõtubernio collocauerit, nõ ab initio affectiõe maritali, eã tñ cũ qua poterat habere connubiũ, & ex ea liberos ſuſtulerit, poſteà verò affectiõe ꝓcedẽte, etiã nuptialia [d] inſtrumẽta cũ ea fecerit, filioſq́; vel filias habuerit nõ ſolũ ſecũdos liberos, q̃ poſt dotẽ editi ſunt, iuſtos & in p̃tãte eſſe patribꝰ: ſed ẽt anteriores, q̃ & ijs q̃ poſteà nati ſunt occaſionẽ legitimi noĩs p̃ſtiterũt. ¶ Quã legẽ q̃dã putauerũt ſic interp̃tari, ſiue nõ progeniti fuerint poſt dotẽ cõſcriptã liberi, ſiue iã ab hac luce ſubtracti: nõ anteriores filios iuſtos haberi, niſi vtroq; tp̃e viuẽtes & ſup̃ſtites liberi inueniãtur: quorũ ſuperuacuã ſubtilitatẽ penitꝰ inhibẽdã cẽſemꝰ. Sufficiat etenĩ talẽ affectionẽ habuiſſe vt poſt liberorũ editionẽ & dotalia efficiãt inſtrumẽta, & ſpẽ tollẽdæ [e] ſobolis habeant. licet enĩ hoc q̃d ſperatũ eſt, ad effectũ nõ ꝓuenerit: nihil anterioribꝰ liberis fortuitꝰ caſus derogare cõcedat̃. & multò magis ſi quis mulierẽ quã in cõtubernio ſuo habuerat, p̃gnãtẽ fecerit poſteà aũt adhuc grauida muliere cõſtituta dotalia fecerit inſtrumẽta, & puer vel puella editꝰ vel edita ſit: iuſta patri ſoboles naſcat̃, & ĩ p̃tãte efficiat̃, & hr̃s exiſtat moriẽti, ſiue ab ĩteſtato ſiue ex teſtõ. Satis enĩ abſurdũ eſt ſi filij poſt dotẽ ꝓgeniti ãterioribꝰ liberis adiutoriũ afferãt, & ipm puerũ vel puellã ſibi opitulari nõ poſſe. ¶ Et generaliter definimus, & quod ſuper hmõi caſibus variabat̃, definitiõe certa cõcludimus, vt ſemp in hmõi q̃ſtionibus in quibꝰ de ſtatu liberorum eſt dubitatio, nõ cõceptiõis ſed partus tẽpus inſpiciat̃, & hoc fauore facimus liberorũ, vt editiõis tp̃s ſtatuamꝰ eſſe inſpectãdũ: exceptis ijs tm̃modò caſibꝰ, in quibus cõceptionẽ magis approbari, infantium cõditionis vtilitas [f] expoſtulat. D. xv. Cal. April. Lãpadio & Oreſta VV. CC. Conſ.

In authen. de inceſtis nup. §. dubitatũ. coll. ij. conſtitu. vj.

¶ Filij legitimi nõ impediunt naturales legitimari per ſequens matrimoniũ. h. d. niſi illi naturales eſſent nati ex ancilla: vt in authẽti. ſed noua. quod tamẽ permittitur ſi dotalia cõficiantur inſtrumenta: vt in authẽ. noua alia. quæ corrigit authẽ. ſed noua. & authẽ. ſed noua. limitat authẽ. quod ius. Sal.

QVod ius [g] locũ habet, & ſi ante hoc conſortium legitimorum pater ſit ex alia coniuge, à qua ſeparatus ſit legitimè, vel ea mortua.

In authen. de trien. & ſemiſ. §. penul. colla. iij. conſtitu. v.

SEd noua cõſtitutio [h] non permittit hoc in ancilla: niſi ei qui ſine legitimis alijs reperitur.

In authen. vt liber. decæ. §. ſi quis autem. colla. vj. conſtitu. vj.

---

a ¶ Qui poſtea.] i. poſt hanc legẽ.

CVm quis.] CASVS. Habebas mulierem quãdã in cõcubinã & ex illa filios, poſt eã cum ea contraxiſti matrimonium & filios ſuccepiſti & dotalia cõfecta ſunt 10 inſtrumenta: an per ſubſequẽs matrimonium filij poſteà nati legitimentur? Dicitur ꝙ ſic. & filij nati poſt matrimonium debẽt gratias referre filijs primo natis: quia illi fuerunt cã quare iſti erunt futuri legitimi vel quare pater poſt eã concubinam accepit 20 in vxorem.

b ¶ Ex ijſdẽ matrimonijs.] ſ. parentibus. & facit inſti. de nup. §. ſi. & . j . l. proxi. & quod ibi no. & inſti. de hæredi. q̃ ab inteſtato. §. j. & not. ꝙ hæc lex nõ diſtinguit habeat legitimos. vel non.

c NVper legem.] 30 ſuperiorem proximam.

♁ Legem. d ¶ Nuptialia.] dic vt diximꝰ inſti. de nup. in. ſi.

e ¶ Tollendæ.] i. habẽdæ.

f ¶ Vtilitas.] vt inſtitu. de ingenuis. §. j. & ff. de ſena. emancipatũ. §. ſi quis poſt.

40 QVodius.] CASVS. Lex Codicis dicit, ꝙ filij nati ante matrimonium, fiant legitimi ꝑ ſubſequẽs matrimoniũ: quod verũ eſt, etiã ſi ex vxore ſua pręmortua vel quaà legitimè per diuortiũ diuerterat habeat Titius legitimos: q̃ a ſi 50 primò habuit vxorẽ & ex ea filios cũ his filij naturales poſſunt legitimari per principem.

g ¶ Quod ius.] hęc authẽ. eſt in aut. de inceſt. nu. §. dubitatum. colla. ij.

SEd noua.] CASVS. Iſta videtur diſtinguere primã aut. q̃a 60 ſi iſta concubina ancilla fuit, & filios habuit legitimos ante matrimonium: ꝑ ſubſequẽs matrimoniũ non poſſunt legitimari.

h ¶ Sed noua conſtõ.]

♁ Huiuſmodi iniquitatem non eſſe ferendam.

NOua alia constitutio [a] hoc generaliter inducere videtur & in ijs qui ex ancilla sunt, vt † ex ipsa dotis inscriptione simul & libertas tribuatur, & ius suorũ

In authen. quib. mo. na. effi. legi

§. si verò is qui. &. §. sed & aliud. coll. vj. consti. j.

Bastardi non possunt legitimari à comite existentibus legitimis. quod credo uerũ, nisi cõsentiẽtibus legitimis. h. d. Bal. Vel sic: Hæc anthẽ. addit, ideo dicit prætereà, qđ sui natura est repetitiuũ & ampliatiuũ: quasi dicat nedũ per sequẽs matrimoniũ: ut in authẽ. præcedentibus, sed etiã sine matrimonio per rescriptum principis naturales legitimantur. h. d. Sali.

PRętereà † qui legitimã nõ habet prolẽ, sed ex huiõi consuetudine dũtaxat naturalẽ: põt ab eo precibus principi datis, legitimos sibi constituere, & sine matrimonio, si mulier iam defuncta sit, vel deliqrit, vel occultet, vel aliàs venire prohibeatur, vel quoquo mõ mrĩmoniũ ĩpediat, vt sacerdotio.

In authen. quib. mod. natu. effi. legitimi.

§. illud aũt. colla. vj. cõsti. j.

Hic additur nouus modus per quem filij legitimantur. h. d. Bal. & Sali.

ITẽ sine legitimis [b] decedens, in testamento scribẽs velle se naturales filios fore legitimos successores, licẽtiã habeat vt post mortem ei⁹ filij principi supplicẽt testamẽtũ ostẽdẽtes, & principis & legis dono fiãt hæredes, si tñ filij [c] volũtatẽ patris amplectanĩ. qđ generaliter obseruatur. sed si alij quidem volũt legitimi fieri, alij nõ: volẽtes fiant, cęteri in iure naturali remaneant.

In authen. vt liceat matri & auiæ.

§. ad hoc autẽ. coll. viij. consti. fi.

Hic addiĩ alius mod⁹ legitimãdi naturales, q est in se mirabilis, & ideò bene notãdus. h. d. Sali.

SI qs [d] liberos habens naturales ex muliere libera, q̃ vxor ei poterat esse, dicat in instrumento siue publicè, siue ꝓpria manu conscripto, habẽte subscriptionẽ triũ testiũ fidedignorũ, siue in testõ, siue in gestis monimẽtorũ hos suos esse, nec adiecerit naturales: huiusmodi filij ei legitimi successores erũt. ¶ Et si vni ex multis filijs testimoniũ quodlibet ex ꝑdictis modis ꝑbuerit: cęteris [e] ex eadẽ muliere natis ad legitima iura sufficiet.

In odiosis appellatione filij non cõtinetur nepos, si ratio odij quæ erat in filio cessat in nepote. h. d. hæc lex no. Vel sic: Vbi fit mentio de filio respectu certæ qualitatis, non continetur nepos qui est alterius qualitatis. h. d. Bal. Vel sic: Licet iure isto pater prohibeatur totũ relinquere naturali filio, nõ tamẽ prohibetur nepoti naturali ex legitimo nato nec nepoti legitimo ex naturali nato: nec nepoti naturali, ex naturali nato, vbi nulla subest soboles legitima in successiõibus ab intestato, remanent iura antiqua in suo statu. Sa.

IDem A. Ioanni præ. præ. LEX XII.

ILlustribus [l] præfectus vrbi, adhibitis decē viris è numero senatus amplissimi, & p̄tore clarissimo viro, q tutelaribꝰ cognitionibꝰ præsidet, tutores curatorésve ex quolibet [m] ordine idoneos faciat retētari [n]. & sanè id libero iudicio expertesq; [o] dāni cōstituēt iudicātes. ¶ Et si ī regēdis pupillaribus substantijs singuli [p] creādorū pares [q] esse nō possunt: plures [r] ad hoc secūdū veteres leges cōueniet aduocari: vt quē cœtus ille administrādis negotijs pupillorū dignissimū iudicabit, sola sñia obtineat p̄fecturæ [s]: sup cuiꝰ nomine [t], solēnitate seruata posteà p p̄torē interponať decretū [v]. ¶ Itaque hoc modo remoti à metu [x], qui consilio affuerint, permanebūt: & paruulis adultisq; clarissimis iusta defensio sub hac prudētium [y] deliberatione perueniet. ¶ Quod tñ circa eorum personas cēsuisse nos palàm est, quibꝰ sanè neq; [z] testamētarij defensores, neq; legitimi, vita, ætate, facultatibꝰ suppetūt. Nā vbi fortè huiusmodi homines offeruntur [a]: si nihil ad defensionē suis priuilegijs cōparabūt, vt teneri possint, iure pręscribimus. ¶ Cæterùm alia quę in causis minorū antiquis legibꝰ cauta [b] sunt, manere intemerata decernimus. ¶ In ꝓuincijs autē curiales [c] in nominādis tutoribꝰ & curatoribus clarissimarū personarū exhibeāt debitam cautionē, & discriminis [d] sui memores cognoscāt indēnitati minorū obnoxias etiā suas deinceps esse facultates. D.iij.Cal.Ianuar. Mediolani, Timasio & Promoto Cons.

¶ *Occupati circa maiora, non uocātur ad minora.h.d.Bal.Vel sic: Curiales tutores dari illustribus pupillis tuto.dent cū periculo suarum facultatū...*

l ¶ Illustribus.] scilicet Romanis.

m ¶ Ex quolibet.] id est quouis ordine.

n ¶ Retentari.] id est creari.vel, id est retineri. aliâs, præsentari.

o ¶ Expertesq; damni.] qd aliâs magistratꝰ minores expectāt, ꝑ subsidiariā actionē in factū, qua isti nō tenētur: vt insti.de satisd.tut.§.fi. &.ff. de admi.tut.l.Aemyliꝰ.

p ¶ Singuli creandorum.] i.nullus solus.

q ¶ Pares.] i.sufficiētes. ff. de nego. gest.l.sed & an vltro.§.j.

r ¶ Plures.] vni tñ cōmittiť administratio qñq;: vt &.ff.de admi.tut.l.iij.§.pe.& insti.de satisd. tut.§.ij.&.iij.& ī autē de hære. ab intes.§.fi.col.ix.

s ¶ Præfecturæ.] illi enim eligunt, & hic solus confirmat.

t ¶ Nomine.] id est nominatione.

v ¶ Decretum.] s.forte de sumptibus in pupillum factis: vt.j.de admi. tuto.l.iiij.vel vt tradatur ei administratio: vt in authen. vt ij, qui ob.se ha.per.res mino.§.final. col.vj. & sic habes hîc ꝙ primò eligitur. Secundò confirmatur. Tertiò decretum de administratione interponitur. sic &.j. de magi.conue.l.fi.

x ¶ A metu.] quia non dabitur in eos actio subsidiaria.

y ¶ Prudentium.] pręfecti præfecti cum alijs.

z ¶ Neque testamentarij.] sic infrà qui da. tuto.vel cura.poss.l.si sororis.

a ¶ Offeruntur.] testamentarij vel legitimi: idonei tamen.

b ¶ Cauta sunt.] vt res eorum non posint alienari vel obligari: & res tutorum sint eis obligatæ tacitè, & similia.

c ¶ Curiales.] scilicet cuiuscunque prouinciæ. sicq; dicti, quia consilijs publicis semper intererant.

d ¶ Discriminis.] sic ergo ipsi tenentur: vt & infrâ de magist. conue. aduersus.

Generali.] CASVS. Adstrictus curiæ, illustri personæ tutor dari non est. Viuianus.

a Ne qui.] id est ne aliqui.

b Vocentur.] quia non prospiceretur pupillis illustribus, cùm eorum bona sint fisco obligata.

Continuatio.

QVI DARE TVTORES VEL CVRA. POS. &c.

10 Dixit qui possunt petere, & ubi dari: nunc qui dare, & qui dari. stribus prohibentur. h. d. Sali.

Imppp. Valentin. Theod. & Arcad. AAA. Aureliano præfecto vrbi. LEX II.

Generali lege prospectũ est, ne qui[a] ad illustriũ senatorũ tuelá curialibus occupati necessitatibus vocentur[b]. D. iij. Cal. Aug. Theodosio A. iij. & Habundantio Conss.

TIT. XXXIIII.

Qui dare tutores uel curatores possunt, & qui dari non possunt.

Ratione dubitationis etiã seruis potest dari curator ad litẽ. h. d. Bal. Vel sic: Ei cui mouetur quæstio status. dari potest tutor uel curator, nõ obstante litis pendentia. h. d. Sali.

Imp. Alex. A. Amphibulo. LEX I.

Cum tibi in ea ęta te[c] cõstituto, vt si de statu tuo cõstaret[d], per tutores siue curatores negotia tua administrari deberẽt, libertatis cõtrouersiá fieri alleges: non ideo oportuit impediri, quò magis[e] liberali cã ordinata, qa interim[f] ꝑ libero habebaris†, curator tibi dare tur, ꝑ quẽ defendi cã tua pōt. PP. Cal. Nouẽbr. Alexandro A. Cõs.

Hæc lex loquitur de curatore generali, qui in rebus uxoris dari nõ potest: sed curator ad li tes bene potest esse maritus. h. d. Bal. uel sic: Maritus non potest esse curator uxoris. h. d. Sali.

Idem A. Arthemisiæ. LEX II.

Marit[o], etsi rebus vxoris suę debet affectionẽ, tamen curator ei creari nõ pōt[g]. PP. Cal. Iul. Fusco. ij. & Dextro Conss.

Carens uisu non potest esse curator. Hoc dicit. Bal. Secus si unum oculum tantum amisisset: ut in glo. Sali.

Imp. Philippus A. Dolenti. LEX III.

Luminibus[h] captum curatorẽ haberi debere, falsò tibi psuasum est. PP. xiij. Cal. Aug. Peregrino & Æmyliano. Conss.

Cum tibi.] CASVS. Si minori. xxv. an. status moueatur quæstio: an ad defensionem suam dari sibi debeat tu-20 tor vel curator, quærit? Dicit ꝙ sic: cum pendente liberali causa pro libero sit habendus.

c Aetate.] quia minor es. xxv. an. & moue-tur tibi quæstio status.

d Constaret.] scilicet te esse liberum.

e Quo magis.] id 30 est quo minus. sic. s. de iudic. l. properandum. §. fin. & l. quoties.

f Quia interim.] i. postquam causa liberalis est ordinata vsq; ad sententiã. & hoc quo ad plu ra: quo ad quædã tamen nõ: vt no. j. de libe. causa. l. lite. sed cùm demũ ordi-40 nata causa liberali dat curator: per quẽ ordinatur causa liberalis? R̃n. fit ordinatio ante litis conte stationem, & corã iudice: deinde datur curator, & sic fit litis contestatio. Sed pone, ꝙ fertur sententia cõtra ipsum: an fuerit tutor vel curator ille, qui 50 fuit datus? Videt ꝙ non: quia ita demũ tenet datio, si liber inueniatur: vt ff. de tut. & cura. da. ab. l. ei qui. Sed Ioã. dicit, ꝙ sic ratione incertitudinis: sicut & aliás ratione dubij cognoscit iudex, vtrũ sit iudex vel non: vt. ff. de iu dic. l. si quis ex aliena. Et 60 causa liberalis similiter tenetur ratione dubij inter seruum & dominũ: aliás si non teneret datio tutoris, nec sententia teneret, quasi contra minorẽ indefensum lata: vel per non legitimam personã defensum. Nec obst. d. l. ei qui. quia non tenet: vt 70 ibi dicit, idest vsque ad pubertatem: vt aliás quilibet curator datus pupillo: tenet tamen vsque ad sententiam. Si autem pronuncietur liber, tenet vsque ad tempus adultæ ætatis si detur pupillo: vel vsque ad vigintiquinque annos si detur adulto: vt in eod. titul. l. curatorem. cùm verò pronunciatur seruus, tunc vsque ad sententiam: vt dixi. Item nonne debuit hæc quæstio status in tempus pubertatis differri: vt. ff. de car. edic. l. iij. §. j? Respond. hîc expediebat pupillo: vt in prædicta. l. §. duæ. Vel fortè hîc erat pubes. & facit. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. si impube ri. in principio.

† Hic vide da est tibi gl. ma. j. de libe. cau. l. lite. Sali. cui adde sing. Lo. rom. cccclxxvj. incipiens, Scis quòd docto.

Maritus.] CASVS. An maritus vxori suę minori annis curator creari possit, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

Marit⁹ quare non possit esse curator vxoris suæ.

80 g Non potest.] vt. ff. de cura. furi. l. virum. & idem in nuru. j. de excus. tuto. l. licet. & l. amplissimi. Sed videtur tenere datio, cùm ipse debeat se excusare: vt instit. de excu. tut. §. pen. & j. de excu. tu. l. licet. Sed dic impropriè dicitur excusari, cùm etsi vellet curator esse, non posset. & est ratio: quia si malè gerat vir, vxor propter affectionem remitteret.

Luminibus.] CASVS. An orbatus vtroque lumine curator dari debeat, quæritur? Dicitur ꝙ non.

h Luminibus.] cautè dicit in plurali: vt. j. qui morbo. l. j. secus si vnũ oculum tantùm amisisset: vt. j. de excu. tu. l. frater.

Militiæ] CASVS. An miles possit esse tutor? dicitur quòd nõ: nec legitimus: nec dari debet in testamento. quòd si credat se posse esse tutorem, & res pupilli administrauerit: non actio. tutelæ (quia non potest esse tutor) sed act. neg. gest. pupil lo tenebitur. Viuia.

Vbi est defectus personæ, ibi non potest quis sibi uendicare nomen tutelæ uel curæ, sed simplicis gestionis. h. d. Bald. Vel sic: Miles armatæ militiæ non potest esse tutor uel curator. hoc dicit. Salicetus.

Idem A. Emerito. LEX IIII.

Militiæ armatę[i] muneribus occupatus, neque si legitimus sit, neque si ex testamento datus fuerit, nec alio modo (& si voluerit[k]) tutor vel curator fieri potest. sed si errore ductus, res administrauerit: negotiorum gestorũ[l] actione conuenitur. PP. x. Calend. August. Peregrino & Æmyliano Conss.

Tutor non potest dari à iudice, qui non est suppositus iurisdictioni suæ. h. d. Sali.

Impp. Diocletianus & Maximian. AA. & CC. Aemylianæ. LEX V.

Neq; à præside alterius prouinciæ, neq; à magistratibus municipalibus[m] tutorem ortum ex alia[n] ciuitate, nec domicilium, vbi nominatur habentem, iure dari posse ab eo, cuius iurisdictioni subiectus non est, certissimi iuris est. Neque cessatio iniuncti perperam offici, ad periculum eius pertinet[o]. S. xij. Calend. Maij AA. Conss.

Matre negligente filijs tutorem petere, alij ad petendum admittuntur: & potest præses tam per se, quàm per magistratum eis tutorem dare. hoc dicit. Sali.

Idem AA. & CC. Leontio. LEX VI.

Quod dicis[p] matrem filijs tutores nolle petere, super hac re adi præsidem prouinciæ, qui si eam neglexisse perspexerit, etiam ipse[q] magistratus dare tutores, vel nomina[r] mittere[s], vt ab ipso[t] decreto[v] tribui possint, iubere non prohibetur. PP. ij. Calend. Maij AA. Conss.

Seruus non potest dari à iudice tutor uel curator. hoc dicit. Sali.

Idem AA. & CC. Rufo. LEX VII.

i Militiæ armatæ.] Ad differentiam inermis: 10 vt supra de epis. & cleri. aut. presbyteros. ij.

k Voluerit.] vt insti. de excu. tut. §. idem & in milite & j. de leg. l. ab administratione. & facit. s. loca. l. milites. & de procur. l. ita demum.

l Negotiorum gestorum] vt & s. de te-20 sta. tut. l. j. & de neg. gest. l. curatorẽ. & ff. de neg. gest. l. iij. §. hac actione. Item & pro tutelæ: vt. ff. de eo qui pro tut. l. j. §. si quis tamen. sed in hoc potest dici contra: vt in ea. l. §. si quis quasi.

Neque à præside.] CASVS. 30 Si præses & magistratus hominẽ non suæ iurisdictionis nominauerit ad tutelã: nõ tenet nominatio: nec tenebitur, si tutelam non administrauit.

m Municipalibus.] eiusdẽ prouinciæ. Hug.

n Ex alia.] s. alterius prouinciæ, qua dò à præ-40 side: vt. s. qui pe. tut. l. in locum, nisi quàdo nõ inueniuntur in ea prouincia idonei: vt. ff. de tu to. & curat. da. ab. l. diuus.

o Pertinet.] vt aliqua actione teneatur: vt argu. infra de appella. l. nominationes. si verò spon tẽ gesisit, tenetur negotio 50 rum gestorum: vt supra l. proxima. Item not. se cus in testamẽtario, quã hîc dicitur in datiuo: vt ff. de testa. tute. l. quæro. in princi.[a] sed tamen po terit excusari: vt infra de excusa. tuto. l. testamento. & facit. ff. de tut. & cu ra. da. ab his. l. secunda & 60 tertia. & supra titulo. ij. l. prima. Sed quæ est ratio diuersitatis? Dic quia in dando à iudice, cõcurrere debent quatuor: vt not. s. de confir. tut. l. si vt proponis.

a Et est ratio dicti sa. quia dati⁹ datur à iudice, imperata sui iurisdictione: qui testator nõ habet.

Quod dicis.] CASVS. Si mater filijs tutorem non 70 petit, creditor adire potest iudicem, & petere, vt iudex eis det tutorem.

p Quod dicis.] O tu creditor.

q Etiam ipse.] scilicet præses iubere non prohibetur &c. sic ergo magistratus dat tutores iussu præsidis. sic & institu. de Attil. tu. §. penulti. Sed contra. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. l. nec mandante. nam est mixti imperij datio tutoris: vt. ff. de tut. l. muto. §. tutoris. quæ est similiter contra. Solut. non potest delegari non habenti iurisdictionem: sed habenti sic. hodie verò potest dare magistratus municipalis sine iussu præsidis, cum episcopo tamen: vt instit. de Attil. tu. §. penultimo. Vel refert inter iubere & mandare, si-80 ue delegare.

Tutoris datio an possit delegari.

r Nomina.] quod melius est. & ita se corrigit. Vel dic secundum distinctionem facultatum: vt insti. de Attil. tu. §. nos autem.

s Mittere.] Mittere autem debet nomina tutorum præsidi alterius prouinciæ, cùm in sua idonei non reperiuntur: vt. ff. de tuto. & curat. da. ab his. l. ius dandi. & l. diuus.

t Ab ipso.] scilicet præside.

v Decreto.] scilicet suo præsidis, quo dabit eum tutorem: vel quo concedet

concedet ei administrationem.

IN seruili.] CASVS. Præses vel iudex seruum tutorem dare non potest. Viuianus.

a ❡ A præside.] à testatore sic: vt institut. qui testa. da. tut. pos. §. j.

CReditorem.] CASVS. Creditor pupilli potest tutor eius esse, nec petitionem debiti amittit, sed sibi soluere tenetur. Viuianus.

b ❡ Petitionem.] Eorum, quæ ei debebat pupillus, cui datus ipse tutor est.

c ❡ Non ambigitur.] vt &. ff. de contrah. emp. l. fistulas. §. j. & . j. de excu. tu. neq;. & . ff. de admi. tu. l. quoties. §. sicut. vbi etiã punitur si sibi non soluat, cùm possit: vt inst. de excu. tut. §. item propter litem. & . j. de in litẽ dã. tut. l. fi. & . ff. de admi. tu. l. ita autem. §. debitor. Sed hodie contra.

MInoris.] CASVS. Authen. corrigit. l. in eo quod dicit, quòd creditor pupilli potest esse tutor eius: & si tutor ab initio creditor pupilli nõ fuerat, sed posteà fiat: quia fortè pupillus successit ei, qui erat obligatus tutori: tunc alius debet adiungi illi tutori: ab initio autẽ debet tutor iurare se debitorem vel creditorem non esse pupillo: quia si tacet, amittit actio. si debitor est, licet soluat, non liberatur. etsi tutori cedatur actio aduersus pupillum, tutor eam exercere non poterit, nec ille qui cessit: quia fecit contra ius. Viuianus.

IN seruili conditione constitutum, tutorem vel curatorem à præside [a] dari non posse, nullam habet iuris dubitationem. S. ij. Nõ. Iul. Philippopol. AA. Cons.

❡ *Iure isto creditor potest esse tutor debitoris, & sibi soluere tutela durante. hoc dicit. Salicetus.*

Idem AA. & CC. Euelpisto. L. VIII.

CReditorem debitoribus tutorem datum, non tantùm petitionem [b] non amittere, sed etiam ipsum sibi posse soluere, non ambigitur [c]. PP. v. Nõ. Iunij. CC. Cons.

In authen. vt ij, qui obli. se ha. per. §. sed & si quis. colla. vj. consti. ij.

❡ *Creditor uel debitor minoris non debet eius curam suscipere: & si suscipiat & taceat, creditor actionem perdit. Si debitor taceat, solutione interim facta non iuuatur: & si post administrationem susceptam creditor uel debitor eius efficiatur, curator ei adiungitur: & si cessionem aliquam contra minorem receperit, illa uti non poterit: sed minoris lucro cedit. hoc dicit. Salicetus.*

MInoris debitor [d], vel is, cui minor tenetur, aut qui minoris res tenet, à curatione [e] prohibetur [f]. Nam & antè curator, si minoris creditor [g] efficiatur, non sine [h] adiũcto curatore administrabit. ❡ Hoc autẽ [i] ab initio vel probet, vel iuretse credere [k] minorem obligatum, vel res eius habere. Nã si taceat, actionis sustinebit iacturam [l]. ❡ Item si debitor taceat: nec redhibitione [m], nec alia [n] tẽpore curationis solutione [o] iuuabitur. ❡ Sed & si actionis cessionem aduersus minorẽ suscipiat [p]: nec post curam quidem depositam ea permittitur vti: nec verò is qui cessit, agere debet [q]: cùm in legẽ commiserit, licet cessio pro iustis caussis facta sit: sed minor lucrabitur: His valentibus in omni cura, prodigorum fortè, aut furiosorũ, aut dementium, & omnium, quas introducunt leges.

❡ *Habenti legitimum tutorem non potest dari datiuus. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Habenti tutorem legitimum non debet dari datiuus: nec datus tenetur administrare. hoc dicit. Salicetus.*

Idem AA. & CC. Maximiano.

LEX IX.

SI sororis tuæ filijs, tutore legitimo patruo constituto [r], nec vllo excusato priuilegio, tutor datus [s] es: cùm habenti tuto-

d ❡ Debitor.] Sed quid si est in modica quantitate debitor? Respõ. non per hoc prohibetur: arg. ff. de excu. tut. l. non tantùm. in principio. & de vent. in spi. l. prima in fine. & de pig. act. l. si quis. §. j. & de legi. tuto. l. legitimos. ibi, maximè si modica &c. excipitur mater & auia: vt infrà titulo primo authenti. ad hæc. Item quid si rem minoris possideat, vel econtra rem eius minor: vnde rei vendicatio competit inter eos? videtur non per hoc prohiberi: vt institut. de author. tuto. §. fina. & quia non est obligatio nec actio: vt institut. de actio. in principio. & infrà si vnus ex plu. l. ij. Quidam tamen contra: quia instrumenta pertinentia ad talia, posset subtrahere: vt in corpore. §. j. Item quid si habet res cõmunes secũ? Non videtur prohiberi: vt infrà de excu. tut. l. quod res. sed per authenti. hanc potest contradici. Item quid si est naturale tantùm debitum inter eos? Videtur prohiberi: quia deduci potest: vt. ff. de negotijs gestis. l. at qui natura. & impetit donationem: vt. ff. de donatione. l. hoc iure. §. si quis seruo. econtra quòd non: quia dicitur creditor: vt. ff. de verborum significa. l. creditor. & hoc placet: neque poterit deducere. vt argumen. ff. de petit. hæred. l. si quid possessor. in principio. ibi, sed & si ipsi &c. Item quid si est naturale debitum inter eos? Videtur prohiberi. Accursius.

e ❡ A curatione.] similiter & à tutela: vt in nouella, titu. qui tuto. vel curato. l. pupillo. & in authenti. eodem. §. sed & si quis. ibi, sed coniungi tutorem &c. & quia est eadem ratio prohibitionis. argumen. infrà. ad legem Falci. l. fi. & colligitur in authent. vt sine prohibitione matres debitri. & creditri. §. j. & in rubri. colla. vij. An ergo in omni tutela est hoc verum? Quidam quòd sic: quia generaliter dicit. Alij excipiunt testamentarium: quia fides &c. vt institu. de satisda. tut. §. j. & . ff. de cur. fur. l. si furioso. in fine. & . s. de epi. au. l. de creationibus. Sed certè eadem ratione datum ex inquisitione debent excipere: quia & eius fides est approbata: vt institut. de satisda. tut. §. ij. & sic in solis legitimis & datiuis sine inquisitione haberet locum hęc authen. quod M. concedit. sed prima placet, vt omnes etiam testamentarios comprehendat. nec obstat quasi videatur fides approbata &c. quia istud verum, quo ad satisdationem vitandam, non quo ad ea, quæ hac constitutione dicuntur, cùm nec tunc hæc constitutio fuerit cogitata. Item ex eo quòd excipitur mater tantùm & auia: vt infrà titu. j. authenti. ad hæc. relinquitur in omnibus alijs loqui. in authenti. de non alien. §. vt autem. collat. ij. & videtur expressum in corpore. §. & hoc dicimus. ADDITIO. Aduertas, ꝙ in testamentario tutore Ol. quem sequitur Barto. hîc sic distinguit, aut testator qui dedit talem tutorem sciebat ipsum esse debitorem vel creditorem: & tũc potest esse tutor: quia fides eius &c. aut ignorauit, & tunc vera est opinio istius glossę, quia non potest videri approbasse fidem eius, quem talem ignorabat. argu. l. mater. ff. de inofficio. testa. vide latius Barto. hîc in ver. quæro an ista. aut. habeat locum &c.

Tutor minoris esse non potest, qui est eius creditor vel debitor.

f ❡ Prohibetur.] Ergo si vellet, non admittitur: vt hîc. Sed infrà. dicitur, quòd admittatur: sed amittit debitum: vnde dicunt quidam, non prohibetur, quando dimittit debitum: & sic est magis excusatio, quàm prohibitio: imo reijcitur, si scitur ab initio, vel admissus perdit debitum.

g ❡ Creditor] Quid si male administrauit, & sic factus est debitor: vel econtra de suo impendit, & sic factus est creditor? Respond. in talibus non habet locum hæc authen. sed quando obuenit tutori hæreditas debitoris vel creditoris minoris, vel minori obuenit hæreditas debitoris vel creditoris tutoris: vt tunc curator adiungatur: vt in corpore. §. sed & si quis.

h ❡ Non sine adiuncto.] ergo cum adiuncto sic. & ita quod ab initio valet, non vitiatur: licet in eum casum perueniat, à quo incipere nõ potest: vt insti. de leg. §. econtrario. Sed arg. cõtra. ff. ad legem Aquiliã. l. qui in eum casum.

i ❡ Hoc autem.] ne sit licitum cuilibet euadere tutelam ab initio. Sed quid si paratus est soluere, quod debet minori? Adhuc videtur repelli quasi suspectus: qa se ingerit. argumen. ff. de procurato. l. quæ omnia. econtra quod non: vt. ff. de iure immunita. l. semper. §. conductores. & de vsufruct. l. cùm fructuarius. Potest distingui, an est idoneus, vel non. argumen. ff. ad legem Corneliam de fals. l. vxori. §. primo. & de testamen. tutel. l. ex sententia. Vel potest distingui, an se offerat etiam ad tutelam vel non. argumen. ff. de conditio. & demonstratio. l. hæc conditio. primo. Item quid si debitum erat ei singulis annis? videtur quòd pro annis, quibus fuit tutor, amittat debitum: prosequentibus reassumat: vt. ff. de condition. & demonstration. l. pater. §. finali. Alij distinguunt, debeat ex stipulatione vel legato, vt primo casu totum perdat, quasi vna stipulatio sit. secundo valeant prædicta: quia plura sunt legata. arg. ff. de dona. cau. mor. l. senatus. §. fi. Item quid si conditionale debitum est? Respon. idem quod in puro.

k ❡ Credere.] sic suprà de iuramento calumn. l. secunda. §. primo. secus aliâs: vt. ff. rerum amota. l. Marcellus. & in teste: vt suprà de testib. l. testium.

l ❡ Iacturam.] hoc si sciuit, aliâs secus. arg. j. de tab. l. generali. libro x. & . ff. si liber. inge. esse dic. l. ij. Item quid si posteà sciuit? Respond. tenetur denunciare: aliâs perdit. argumen. suprà de incest. nupt. l. qui contra. argumen. contra. ff. de bonis lib. l. qui cum maior. Vel potest dici, vt remoueatur ab administratione.

m ❡ Redhibitione.] id est solutione debiti.

n ❡ Alia.] vt quia aliud pro alio soluat.

o ❡ Solutione.] speciale. aliâs contra: vt institu. quibus modis tol. obliga. in principio.

p ❡ Suscipiat.] durante cura, vel ea finita: vt in corpor. §. quòd si quis. & in nouel. qui tutor. vel curat. pupil. capitu. nulli. & etiam fortè post redditam rationem: licet sit argumen. contra. suprà de interdic. ma. l. si patris. sed ibi cessat ratio prohibitionis. hîc non. Item an hæc authenti. habeat locum in administrante tantùm? quod videtur: quia tam in rubrica, quàm in eiusdem corpore de gubernatione in plurimis locis facit mentionem. Sed potest dici contra, cùm omnes teneantur: vt. ff. de solu. l. quòd si fortè. §. primo. Accursius.

q ❡ Agere debet.] sic. s. ne li. po. l. j. & . ij.

SI sororis.] CASVS. Filijs sororis tuæ datus erat tutor patruus eorum: posteà iudex volebat eis dare tutorem contra regulam iuris, qua dicitur, quòd habenti tutorem &c. an eo se non excusante teneberis ex datione, quæritur? dicitur quòd non.

r ❡ Constituto.] à lege.

s ❡ Datus.] tu qui es auunculus, & datus à iudice, vel in testamento minus solenni. Et not. hîc legitimam superare datiuam regulariter. sed fallit: vt. ff. de

Tutor legitimus superat datiuũ.

testa.tut.l.si quis sub conditione.
a ¶ Iura] vt &.§.qui.ex cau.tu.ha.l.licet.

Curatorem.] CASVS. Habenti tutorem vel datiuum vel legitimum, alius eo non remoto subrogari non potest. idem est in curatore. Si ergo in absentia curatoris alicuius adulti, te iudex curatorem dederit: non tu, sed primus tenebitur: quia actorem periculo suo debuit constituere. Viuianus.

10 b ¶ Curatorem.] aliâs tutorem.

c ¶ Neq; adiungi.] s. aliu. vel actoré, vel curatorem vel tuto. Azo licet regula iuris non sit impedimento, quod minus habenti curatorem curator datur: vt ff. de tuto. & cur. da. ab his. l. ven-20 tri. §.j.

d ¶ Te quoq;.] scilicet priorem curatorem.

e ¶ Medio.] postquàm cœpisti abesse, donec reuertaris.

f ¶ Debueras.] antequàm abesses. & hoc si necessitate impediebaris secundum quosdam. Tu 30 dic etiam ex voluntate, dummodo aliqua iusta sit: vt hîc, &. ff. de admi. tuto. l. decreto. in princi. & facit institut. de cur. §. fina. & infrà eodem. l. curator. & de tut. vel curat. qui satis non dedit. l. ij.

† Aliâs, te- que ad futu rũ damnũ, quod medio tempo- re neg. pup. cõtigit, esse succe. &c.

In vniuersis.] CASVS. Minor 40 non habet legitimam personam standi in iudicio, nisi generalem vel specialem habeat curatorem: vel venia obtenta ætatis. Viuianus.

g ¶ Litibus.] nisi in possessione momentaria: vt suprà qui legi. per l. momentaneæ.

50 h ¶ Iustam.] scilicet litigandi: vt. ff. de re iudi cata. l. acta. §. contra. & suprà si aduer. rem iudica. l. cum & minores. & suprà qui legi. per. l. ij.

i ¶ Gratia] puta data venia ætatis: vt & suprà de tempori. in integ. restitutio. l. ea quæ. §. j.

60 k ¶ Statuta.] hac lege.

Curator.] CASVS. An curator in litem datus minori, si litem fuerit contest. eam deferere posit, & sibi alium, qui litem peragat, posit curatorem subrogare, quæritur? Dicitur 70 quòd non.

l ¶ A se.] id est si quis curator datus adolescenti cœpit agere causas ipsius: & dicat posteà, quod quidam alius melius debet esse procurator: & sub tali prætextu velit deserere administratio - nem. concord. j. de admi. 80 tut. l. fin. in princ.

Ne magistratuum.] CASVS. An magistratus colonum principis patrimonialem compellere posit ad suscipiendum tutelam, quæritur? Dicitur quòd non: nec alium, qui habeat priuilegium, quo se posit excusare. Viuianus.

m ¶ Patrimonialem.] scilicet priuatæ rei Cæsaris. nam fiscalis non excusatur: vt. j. de excu. tu. l. coloni. quæ est contra. Vel hîc de perpetuo, ibi de temporali colono, qui potest se remouere à cultura.

---

rem alium dari iura [a] prohibeant: necessitatem administrationis ad eum pertinere, nec te datione teneri, non ambigitur. S. iij. Calend. Febr. Sirmij. CC. Conss.

¶ *In locum tutoris vel curatoris non potest alius, nisi causa cognita subrogari. hoc dicit. Bal. Vel sic: Propter absentiam curatoris alius non adiungitur nec substituitur, nisi illo remoto: & curator ante suam absentiam debet actorem cõstituere, ne damnum incurrat. hoc dicit. Sali.*

Idem AA. & CC. Florentino militi. L. X.

Curatorem [b] habenti neque adiungi [c], nisi causa cognita, neq; in locum eius alium substitui, nisi antè priore remoto, ambigui iuris non est. te quoq; [d] † absuturum damni, quod medio [e] tempore negotijs pupillaribus contigit, esse succedaneũ: cũ actoré periculo tuo constituere debueras [f]: nec iure magistratum in absentia tua alium creasse, certũ est. PP. iij. Cal. April. Cæsaribus Conss.

¶ *Iudicium debet legitimè inchoari ad hoc, ut posit iuridicè terminari. hoc dicit. Bald. Vel sic: Minor non habet legitimam personam standi in iudicio, ideo ei debet dari curator generalis vel ad litem. hoc dicit. Sali.*

Impp. Constant. A. & Constantin. Cæs. ad Bassum præfectum vrbi. LEX XI.

In vniuersis litibus [g] placet, nõ prius puberem iustam [h] habere personam, nisi interposito decreto, aut administrandi patrimonij gratia [i], aut in litem fuerit curator datus: vt iuxta præcedẽtia nostræ pietatis statuta [k] legitimè initiatæ litis agitata in iudicijs controuersia finiatur. D. iij. Id. Octobris Aquileiæ Constant. A. & Licinio Conss.

¶ *Curator generalis non potest in lite mota facere ordinari speciale tutorem. hoc dicit. Bal. Vel sic: Curator generalis non potest deserere litem inchoatam, nec administrationem generalem propter specialem. h. d. Sali.*

Imppp. Valenti. Grat. & Theod. AAA. Eutropio præfecto prætorio. LEX XII.

Curator adolescenti ordinatus, post inchoatã litem nõ potest sub prætextu specialis curatoris à se [l] nominati, aut litem cõtestatam deferere, aut ab administratione se subtrahere. D. iiij. Calen. Octob. Constantinop. Eucherio & Syagrio Conss.

¶ *Principis colonus nec alius priuilegiatus debet tutor dari. h. d. Sali.*

Impp. Honor. & Theodo. AA. Monaxio præfect. vrbi. LEX XIII.

Ne magistratuũ vlterius procedat licentia: plenius designamus, ne patrimonialem [m] colonũ, siue alium [n], qui priuilegio ab hac nũcupatione [o] defenditur, tutelę muneris adstringat officiũ. D. ⁎ Honorio. viij. & Theodosio iij. AA. Conss.

TITVLVS XXXV.

Quando mulier tutelæ officio fungi potest.

¶ *Mulier de iure communi non potest tutelæ officio fungi. h. d. Sali.*

Imp. Alexander A. Otaciliæ. LEX I.

Tutelam administrare, virile munus est, & vltra sexum fœmineæ infirmitatis tale officium [p] est. PP. x. Calend. Octobr. Iuliano. ij. & Crispino Conss.

¶ *Olim mater non poterat esse tutrix, nisi per priuilegium impetraret, & renunciaret secundis nuptijs, & Velleiano, & omni alio auxilio: & habet hoc locum in matribus tam legitimorum, quàm bastardorum. h. d. cum. l. seq. Bald. Vel sic: Mater ætate maior, ad tutelam filij iure isto non poterat peruenire existente testamentario vel legitimo: & eis deficientibus si volebat hoc impetrare, debebat iurare, quòd ad secundas non transeat nuptias: & si posteà secundas ineat nuptias, bona huius secũdi mariti obligantur filijs, pro administratione tutelari. & quãdo mater secũdas prælegit nuptias, de alio tutore per iudicẽ filijs debet prouideri. h. d. Sali.*

Imppp. Valẽtin. Theod. & Arcad. AAA. Tatiano præfect. præto. LEX II.

Matres, † quæ amissis viris tutelã administrãdorũ negotiorũ in liberos postulant [q]: priusquã cõfirmatio [r] officij talis in eas iure eueniat, fateant actis [s] sacramẽto pstito, ad alias se nuptias nõ venire. ¶ Sanè in optione huiuscemodi nulla cogatur: sed libera in cõditiones, quas pstituimus, volũtate descẽdat. nã si malunt alia optare matrimonia, tutelã ⁎ administrare nõ debẽt. ¶ Sed † ne sit facilis in eas [t] post tutelã iure susceptã irruptio: bona eius primitus, qui tutelã gerẽtis [v] affectauerit nuptias, in obligationem venire, & teneri obnoxia rationibus [x] paruulorum

---

n ¶ Alium.] vt militem, vt. s. eo. l. militiæ armatæ. Et nota, quòd his casibus ipso iure non tenet datio: sed quando potest datus se excusare, tenet decretũ: nisi se excusset. hîc, & si vellet, non potest. & facit. ff. de iure immu. l. semper. §. coloni. &. §. conductores. Item no. hîc, quòd quidem nõ possunt esse tutores, nisi testamẽtarij, vt ecce serui: vt. s. eod. l. in seruili. Item nõ municipes: vt. ff. de tut. & cur. da. ab his. l. 10 iij. & de testa. tut. l. quæro. in prin.

Seruus tu. tor esse nõ potest nisi testamenta rius.

o ¶ Nuncupatione.] id est nominatione.

¶ QVANDO MVLIER TVTELAE OFFICIO FVNGI POTEST.

¶ Quod quãdoque per 20 mittitur: ut. j. eo. l. ij. & iij. regulariter contra: ut infrà eo. l. j.

Tutelam.] CASVS. Ad administrandam pupillorũ masculus non fœmina vocabitur: quia tale munus ex-30 cedit infirmitatem eius sexus. Viuianus.

p ¶ Officium est.] vt &. ff. de test. tut. l. iure nostro. nisi à principe impetret: vt. ff. de tute. l. fi. & facit ad. l. istã. ff. de reg. iur. l. ij. & de postu. l. j. §. sexũ. & de edẽ. l. pe. & ad Velleia. l. j. &. s. de arbi. l. fi. & 40 ff. de stat. ho. l. in multis. Sed contra. ff. de neg. gest. l. qui aliena. §. quanquam. sed ibi non fuit tutrix, licet pater eam rogauerit de filijs.

Matres.] CASVS. Mulier si vult administrare tutelã filiorũ, potest, si hoc impetrauerit à principe, et ei cõfirmetur. antequàm tamẽ fiat cõfirmatio, iurare debet se non venturã ad secũdas nup. quo subsecuto, si nubat, omnia bona mariti secũdi erunt obligata pupillo. ab initio autẽ electionẽ habeat vel nubere & nõ admini 60 strare, an econtra, tunc demũ autẽ mulier ad tutelã admittitur: cũm nullus tutor testamẽtarius, neq; legitimus superest, vel remouetur vt suspectus, vel se excusauit propter animi vel corporis impedimentũ: & tunc si mulier magis velit nubere quàm esse tutrix, au-70 dienda est: & præfectus cum prætore tutorẽ dabit: in prouincijs rectores eorum seu iudices ex inquisitione tutores dabunt. Viuianus.

† Probat. l. fact. ca. ex parte. cũ gl. extra de ap pella.

q ¶ Postulant.] à principe vel præside prouinciæ: vt &. ff. de tu. l. fi.

80 r ¶ Confirmatio.] id est antequàm firmiter posit gerere per decretum: vt in authen. vt hi qui obli. §. fi. col. vj.

s ¶ Actis.] in sua prouincia. & est sic. s. de his, qui ve. æta. l. ij.

t ¶ In eas.] scilicet nuptias.

v ¶ Gerentis.] scilicet mulieris.

x ¶ Rationibus.] scilicet præteritis.

† Filiorũ. † Intellige istã verificari, nisi ipse tutis tutoribus & red dita ratione secũdũ matrimonium fit contractum. in au thẽ de nup. §. si autem tutelam. s. de secũ. nu ptijs. auth. eisdẽ in. l.

Præcipimus.

præcipimus [a]: ne quid incuria [b], ne quid fraude depereat. ¶ His illud adiungimus, vt mulier si ætate maior [c] est, tunc demum petendæ tutelæ ius habeat, cùm tutor vel testamentarius vel legitimus defuerit, vel priuilegio à tutela excusetur, vel suspecti genere submoueatur, vel ne suis quidem pro animi aut corporis valetudine ad ministrandis facultatibus idoneus [d] inueniatur. ¶ Quod si fœminæ tutelas refugerint, & præoptauerint nuptias: nunc demum vir illustris præfectus vrbi, accito prætore, qui impertiendis tutoribus p̃sidet, siue iudices, qui in prouincijs iura restituũt, de alio ordine per inquisitionẽ dari minoribus defensores iubebunt. Datum xij. Cal. Febr. Mediolani. Valentiniano A. iiij. & Neoterio Cons.

In authen de hæred. ab intesta. §. ex his. col. ix. consti. j.

Mater & auia renunciatus inter acta nuptijs & Velleiano (non extantibus testamentarijs) præfertur legitimis & datiuis, fœminis alijs interdictis. h. d. Salic.

MAtri [e] & auiæ [f] secundũ ordinem [g] tutelam [h] etiam ante agnatos subire permittimus [i], si inter gesta [k] nuptijs alijs & senatusconsulti Velleiani [l] auxilio renunciauerit: solis testamentarijs [m] tutoribus eas præcedentibus, legitimis & datiuis postpositis. Defuncti nanque volũtatem præponi volumus. præter has autem alijs mulieribus interdicimus officium tutelæ subire.

In authen. vt sine prohi. mat. debi. & credi. §. ꝓpterea igitur. col. vij. constitu. iiij.

Primò prohibet, secundò iubet, tertiò conseruat. Secunda ibi, sed contractis. Tertia ibi, salua. & breuius summari non potest.

SAcramentum quidẽ non exigitur [n], sed contractis [o] secundis nuptijs expelli eam à tutela [p] conuenit: salua minoribus omni alia (prout iuris est) * cautela [q].

In authen. col. & constit. quibus suprà.

Matris debitum non impedit eius tutelam, etiam si sit naturalis tantùm: agere tamen debet omnia, quæ in legitimis sunt definita. hoc dicit. Salicetus.

AD hæc, & si debitum inter ipsam & filios quoquo modo vertitur: tutela materna non ideo minus [r] admittitur, debito in sua natura durante [s]. Potest etiam mater naturalium filiorum tutelam agere, omnia agens, quæcunque in legitimis definita sunt filijs.

Etiam filijs naturalibus tantùm matres possunt esse tutrices omnia faciendo quæ in legitimis sunt cauta. hoc dicit. Salicetus.

Imp. Iustinianus A. Iuliano præfecto prætorio.

LEX III.

---

a Præcipimus.] vt &. j. in quibus cau. pig. ta. contra. l. si mater. & in authen. de nup. §. si autem tutelam. colla. iiij.

b Incuria.] id est per negligentiam.

c Maior est.] vt. s. de legi. tu. l. fina.

d Idoneus.] cùm non est idoneus, non videtur esse: vt. ff. quod cuiusque vniuersitatis. l. j. §. & quidem. Et no. ꝙ per authẽ. hîc positas hæc lex in multis corrigitur. Primò quia hodie est necesse principem adiri. Secũdò quia non oportet eas iurare. Tertiò quia maiores pœnas patiuntur: vt habes. s. de secũ. nup. l. ijsdem pœnis. Quartò quia hodie legitimi non præcedunt eas.

MAtri.] CASVS. Dicitur in lege codicis ꝙ mulier tunc demum admittitur ad tutelam: cùm nullus alius legitimus eam præcedit. hîc dicit, quòd mater & auia præcedunt tutores legitimos, & mater prius quã auia admittitur. hoc tamen ita, si coram iudice renuncient secundis nup. & senatusconsulto Velleiano. & soli testamentarij eas præcedunt: datiui autẽ & legitimi eas sequuntur.

e Matri.] legitimæ vel naturali: vt in authẽ. vt sine prohi. §. j. in fin. §. colla. vij. & j. eod. l. fin. in fi. Sed quid si est mater & pater? Dicunt præferri patrem quasi legitimum: vt in l. ij. & l. fin. in fin. Item quid si est auus & auia? Dicunt quidam ambos admittẽdos, cùm non sit cautũ, ꝙ auia per legitimos repellatur. secundùm hoc si erit mater & auus, præponitur auus paternus, cùm sit legitimus: sed si erit pater & auia, æqualiter admittuntur: cùm ille vt legitimus, illa per authent. admittatur. Nec obst. quod dicit in fin. hîc, solis testamentarijs eas præcedentibus: quia est sensus, id est non legitimi transuersales. superiores autẽ admittantur vt olim: vt in cor. huius authen. ibi, hoc enim seruantes &c. & bene probatur in nouel. eo. titu.

f Auiæ.] hoc est nouũ de auia: mater enĩ etiã per legẽ Codicis admittebat̃.

g Secundum ordinem.] cùm primò mater, secundò auia admittatur.

h Tutelam.] an idem in cura? Quod videtur. vt in aut. vt sine prohi. ma. §. quia verò matribus. &. §. quia verò multam. col. vij. Item eadẽ est æquitas. ar. j. ad. l. fi. Item aut. illa, vt sine prohib. ma. generaliter prohibet à tutela & à cura creditorem minoris. sic ergo & illa, vt sine prohibitione &c. generaliter videtur excipere, vt ex illius contextu euidenter appareat. s. vt sine prohibitione &c. & probatur in aut. de filijs ante dota. in. na. §. cum omnibus. collat. iij. Sed contra. j. de cur. fur. l. cum repudiante. Sed potest dici correcta per illã authen. vt sine prohibitione. vel in curatore furiosi speciale esse: vel aliter esse non poterat, quia & fortè minor erat: & sic prima placet opinio.

i Permittimus.] ergo nõ cogitur: vt hîc, & in. l. ij. vbi sanè in optione &c. & in. l. fi. circa princ. & in aut. vt li. ma. & auiæ. in prin. col. viij. licet quidam dixerunt contra. Item nunquid est legitima vel datiua? Videtur legitima: vt. j. ad Tertul. l. omnem. econtra datiua, cùm legitimi per. l. codicis eam præcedebant: vt. l. ij. & fi. in fi. præterea. l. non dat, nisi se offerat, vt hîc colligitur. quod non fit in legitimis: vt. ff. de leg. tut. l. legitimos. in prin. præterea non cõpellitur, nec periculum patitur, si non susceperit: vt hîc colligitur. quare potest dici non esse datiuam nec legitimam, sed extraordinariam: nisi dicas legitimam, id est secundum legem à iudice datam, sed videtur legitima: vt in aut. de hære. ab inte. §. ex his. col. ix. & aut. presbyteros ij. s. de epi. & cle.

k Inter gesta.] id est coram iudice, scriptura inde facta.

l Velleiani.] & omni alio auxilio: vt in authenti. vt sine prohibitione ma. §. quia verò. col. vij. quæ renunciatio quo ad matrimonium non valet; vt in prædicto. §. sed quo ad Velleianum sic: vt. ff. ad Velle. l. fina. §. penulti. Sed quibus hæc prodest renunciatio, cùm pro nemine fideiubeat: sed pro se. suprà. ad Velle. l. si mater. in princip? Respon. cùm creditoribus pupilli promittat, pro pupillo intercedere videtur. Sed quomodo eis absentibus facta iudici proderit? Respon. si actio quæritur ex stipulatione iudicis, absenti, multò magis replicatio: vt si proponat Velleianum, replicet aduersarius, id est creditor de renunciatione: vt. ff. rem pu. sal. fo. l. non quasi. Itẽ contra huic aut. s. de procurat. l. alienam. Solu. hîc speciale.

m Testamẽtarijs.] Quid ergo si ipsa cum alio data fuit in testamento? Videtur quòd ipsa nõ debeat confirmari vel dari tutrix, quia testamentarius eam præcedat: cũ dicas eam datiuam non testamentariam. Et cùm dicas confirmatum tutorem datiuum, non testamentarium: vt nota. institu. de tute. §. fina. & suprà. de confir. tu. l. ij. & per. l. ff. de verbo. signi. l. lege. & in authen. de defen. ciui. §. interim. col. iij. Sol. quidam de plano concedunt eam repelli hoc casu. sed H. dicit eam admitti. & quod hîc dicit, quòd testamentarij eam repellunt, loquitur quando ipsa non est data in testamento. Pro prima opi. est. ff. de testa. tu. l. iure nostro. Pro secunda est in corpore ibi, defuncti nanque &c. & hoc placet. Item quid si sola est data? Respon. non est tutrix, nisi à iudice confirmetur: vt. ff. de negot. gest. l. qui aliena. §. quamquam. secundum Azo. Alij dicunt corrigi per legem huius titu. & sic dicunt tutricem datam in testamento. Vel quòd ibi non fuit data tutrix, licet pater eam de filijs rogauerit: sed & si daretur, non confirmaretur, vt ex illa datione: sed quasi non esset data, dabitur per hanc aut. secũdũ quosdã. Prima placet: vt si est data, cõfirmetur. arg. in corpore ibi, defuncti nãq; volũtas &c. nec ob. ff. de testa. tu. l. iure nostro. qa in hoc sit correcta. Itẽ qd si datus est à iudice tutor matre ignorãte? Videt̃ nõ tenere datio, quasi ꝑperã sit decretũ interpositũ: vt arg. ff. de re. eo. qui. l. magis. §. si æs alienum. & de tuto. & cur. da. ab his. l. scire oportet. &. s. qui da. tu. pos. l. si sororis. Sed contra est: vt. s. de confir. tut. l. si vt proponis. Et quod dicit de testamentarijs, dic etiam de legitimis ascendentibus: vt modò notaui in glos. legitimæ vel naturali.

SAcramẽtũ.] CASVS. Lex Codicis dicit, ꝙ mulier debet iurare. Aut. dicit ꝙ nõ: sed si cõuolet ad secũdas nuptias, expellit̃ à tutela. Aut. ad hæc. addit ei, qd lex Codicis dicit dicẽs, ꝙ si aliquod debitũ cõtrahat̃ inter matrẽ & pupillũ tñ potest remanere tutrix. hoc dicit authen. hæc & sequens.

n Non exigitur.] De non nubendo. & sic corriguntur iura, quę dicunt id exigi: vt in. l. ij. C. & j. l. fina. & in authen. de nupt. §. si autem tutelam. colla. iiij. & alia plura.

o Contractis nuptijs.] Quid si aliâs luxuriata est? Respon. est idem. arg. in authen. de resti. & ea quæ. §. fina. colla. iiij. & in authen. de nupt. §. si autem tutelam. colla. iij.

p A tutela.] Sed ad quos redibit hoc casu? Dic ad datiuam instar eius, qui in locum suspecti vel remoti datur: vt. ff. de testa. tut. l. si quis sub conditione. Item & dicitur, quòd ipsamet petat. j. in qui. cau. pign. ta. con. l. penul. & in authen. de nup. §. si autem tutelam.

q Cautela.] aliâs tutela. nam res mariti sui & suæ, sunt obligatæ filijs: vt. s. in. l. ij. & in. d. authen. de nup. §. si autem tutelam.

r AD hæc.] Nõ ideo minus. Idẽ intelligo in auia & auo: quia affectionis ratio suspicionem remouet: vt. ff. de rit. nup. l. non solùm. §. denuo.

s Durante] secus in alio tutore: vt. s. titu. j. authen. minoris &c.

Auus & auia si sint, quis præferetur in tutela.

Mater potest esse tutrix & curatrix filiorũ.

Mater non cogit suscipere tutelã filiorũ suorum.

Tutor confirmatus est datiuus, & nõ testamẽtarius.

* Tutela.

SI pater.] CASVS. Pater filio suo naturali unam unciam de bonis suis relinquere potest, & si non det tutorem: an mater eius possit esse tutrix? Dicitur quòd sic: præstito ab ea sacramento, quòd ad secundas nuptias non conuolabit, & debet renunciare omni auxilio legitimo, & beneficio senatusconsulti Velleiani: his quæ in superiori lege, sacramentum dicta sunt, obseruandis. si enim mater nullo existente tutore filiorũ legitimã nancisci potest tutelam: multo magis poterit esse tutrix filij sui naturalis, cũ in hoc casu deficiat legitima. Viuia.

a ¶ Secundum nostrã constitutionẽ.] quæ est. s. de confirmando tutore. l. fi.

b ¶ Profectæ sunt.] quę possunt proficisci: vt s. de natu. liber. l. humanitatis. An autem & spurij mater, tutelam possit petere? quod videtur: quia quantum ad eam non id inspicitur: vt insti. de succes. co. §. vulgo. & ad Orfi. §. nouissime. Item an alij cognati, qui vocantur ad successionẽ, iure prætorio vocẽtur & ad tutelam? dic vt. s. de leg. tu. l. j. Hodie autem cõstat eos vocari iure nouo: vt in authen. de hære. ab intes. §. ex his. colla. ix.

Cognati iure nouo vocãtur ad tutelam.

c ¶ Auxilio.] vt in authẽ. de nup. §. si verò mater. colla. iiij. & in aut. vt fine prohi. matres deb. & cre. §. quia verò multa. coll. vij. & facit hoc ad generalem renunciationem: vt no. ff. si quis cau. l. sed & si. §. quæsitum.

d ¶ Conceditur.] vt supra. l. proxima.

¶ IN QVIBVS CASIBVS TVTOREM VEL CV- ratorem &c. ¶ Dic uel, pro id est. nam nullũ casum sub hac rub. ponit quo habenti tutorẽ detur tutor secundum quosdã: sed certè ponitur. ff. de excu. tut. l. propter litem. & datur intelligi. s. eo. l. propter. Itẽ not. hic secundũ Ir. quòd nouo iure ubicũq; his legibus tutorẽ habẽti tutor dabatur, nõ tutor datur: sed curator ei adiũgitur: ut insti. de autho. tu. §. fi. Hug.

SI in locum.] CASVS. Tutor erat reipublicæ causa absens, interim datus est tutor, eo reuerso suscipiet tutelam: consultè tamen faciet curator, si faciat eũ compelli per iudicem vt administra. tute. pup. suscipiat.

SI pater secundum nostrã constitutionem[a] naturalibus liberis in ijs rebus, quæ ab eo in eos profectæ[b] sunt, tutorem non reliquerit, mater autẽ voluerit eorũ (siue masculi sint, siue fœminæ) subire tutelam: ad exemplum legitimæ sobolis liceat ei hoc facere, quatenus actis sub cõpetente iudice interuenientibus, iuramentum antea præstet, quòd ad nuptias non perueniat, sed pudicitiam suã intactam conseruet: & renunciet senatuscõsulti Velleiani præsidio, omniq; alio legitimo auxilio[c], suáq; substãtiam supponat: & ita filiorum suorum vel filiarum naturalium tutricem eam existere sancimus. ¶ Omnibus, quæ pro matribus & liberis earũ ex legitimo matrimonio progenitis, dualibus cõstitutionibus cauta sunt, in huiusmodi matribus obseruandis. Si enim in filijs iustis, in quibus & testamentariæ & legitimæ sunt tutelæ, & tamen matribus, his deficientibus, ad prouidentiam filiorum suorum venire conceditur[d]: multò magis in his casibus, vbi legitima tutela euanescit ỏ saltẽ aliás eis dare humanissimũ est. D. xv. Cal. Apr. Cõstantinop. Lãpadio & Oreste VV. CC. Conss.

ỏ Saltim.

TITVLVS XXXVI.

In quibus casibus tutorẽ vel curatorem habenti, tutor vel curator dari potest.

¶ *Curator datus in locum absentis, eo reuerso deponit officium. h. d. Bal. Vel sic: Tutor uel curator datus loco absentis reipublicæ causa, desinit illo reuerso. h. d. Sali.*

Imp. Antoninus A. Tyberiano & Ruso.

LEX I.

SI in locũ eius tutoris ad tempus[e] dati estis[f], qui reipublicę causa aberat, isq; iam finito munere, quod ei iniunctũ est, abesse desijt:

e ¶ Ad tempus.] hoc non expressò. alioquin contra: vt. ff. de regulis iuris. l. actus.

f ¶ Estis.] curatores: vt insti. de cur. §. item in locum. sed & tutores possunt dari, si hoc iudici sedeat: vt. ff. de tut. l. quæsitum. & de suspec. tut. l. iij. §. si quis absuturus. licet quidam exponant in. l. illa tutor, id est curator.

g ¶ Pertineant.] nec enim vacationem aliquam anni habet: vt institu. de excusa. tut. §. item ij, qui reipublicæ. nec etiam finita tutela propter absentiam, & sic modò est eadem. nec interim quæsiti liberi eum excusant: nec potest conueniri interim directa actione tutelæ: vt. ff. de suspect. tut. l. iij. §. quod si quis. & de excusa. tuto. l. Titius. sed vtili sic: vt. ff. de tute. & ra. distrac. l. si tutor reipublicæ. in princi. & ff. de suspect. tuto. l. iij. §. si quis absuturus. secus autem si in locum eius, qui adhuc non est tutor, quia in diem vel sub conditione datus sit, alius detur: quia ille desinit adueniente cõditione[a]. Vel dic vt in sti. de Atil. tu. §. j.

h ¶ Consultius.] id est consultè. ne quasi de culpa. quia si deserat, redargui possit: vt arg. ff. de admi. tuto. l. tutores. §. qui se. vel certiorabit necessarios impuberis. vt. ff. de eo, qui pro tut. nego. gesto. l. j. in fi. Alij dicunt, quòd ex vrbanitate. argu. s. de interdi. ma. l. iij.

quin ad eius officium curãq; pertineant[g] negotia pupillæ, ambigere non debetis. Sed consultius[h] feceritis: si præsidem prouinciæ virum clarissimũ adieritis, vt is ad administrationem tutelæ compellatur[i]. PP. viij. Cal. August. Antonino A. iiij. & Balbino Conss.

¶ *Curator datus in locum tutoris eatenus durat curator, quatenus duraret tutor. hoc dicit. Vel sic: Curator datus impuberi, non durat post pubertatem. hoc dicit. Bal sic: In locum tutoris excusati potest curator dari: cuius officium finitur pubertate pupilli. h. d. Sali.*

Imp. Alexander A. Valentiniano. L. II.

POtuit quidem & debuit competens iudex in locum excusati tutoris, licet pupillus alios quoscunque haberet tutores, curatorem dare[k]. ¶ Quanuis autem curator cum alijs in locum excusati tutoris substitutus sic: tamen periculo administratiõis vltra pubertatis tempora non adstringeris[l]. PP. v. Id. Iun. Modesto & Probo Conss.

¶ *Curator adiungitur causa cognita. hoc dicit. Bal. Vel sic: Propter latitudinem seu diffusionem patrimonij, curator potest adiungi curatori. h. d. Salic.*

Idem A. Hylæ. LEX III.

PRopter latè diffusum, id est in diuersis locis constitutum[m] patrimonium, vel quòd solus administrationi nõ sufficias, an tibi tutelam administranti adiungi aliquos curatores[n] oporteat: præses prouinciæ (si te non sufficientem deprehenderit) æstimabit. PP. viij. Id. Decembr. Pompeiano & Peligno Conss.

¶ *Loco tutoris remoti, defuncti: uel relegati, alius debet substitui. h. d. Sa.*

Impp. Valerian. & Gallien. AA. Euploio.

LEX IIII.

LIcet tutorem habenti tutor dari non potest[o]: tamẽ certis ex causis alius idoneus substitui sententia competentis iudicis solet in locum suspecti, qui conuictus ac remotus est, & in locum

i ¶ Compellatur.] capti pignoribus: vt instit. de satisda. tut. §. pe. & facit. s. de peri. tut. l. fin.

POtuit.] CASVS. Si pupillus plures habeat tutores, & vnus se excusauit: in locum eius subrogabitur alius, qui vltra tempora pubertatis administrare non cogetur: licet curator detur, non tutor.

k ¶ Dare.] scilicet curatorem vel tutorem: vt. ff. de testa. tuto. l. si quis sub condi. §. si.

l ¶ Non adstringeris.] vt infra quando tu to. vel curato. esse desi. l. j. & ff. de tuto. vel cur. da. ab his. l. curatorem.

PRopter.] CASVS. Si pupillus tutorẽ habens diffusum habeat patrimonium, & in pluribus locis constitutum: si solus non sufficiat, adiungi poterit ei curator.

m ¶ Constitutum.] in eadem tamen prouincia: aliás etiam tutor ei adiungitur: vt. ff. de excu sa. tuto. l. propter litem. §. fina.

n ¶ Curatores.] Not. curatores, vt & s. j. de excu. tuto. l. testamento. & ff. de admini. tuto. l. tutores qui post §. rerum. Et est ratio quare non tutor: vt no. s. l. proxi. quandoque tamen etiam tutores dantur: vt si in alia prouincia res sint remotæ vltra centesimum lapidẽ. vt dicta. l. propter. & sic etiam potest intelligi dictus. §. rerum. Item & quando testamẽto datus erat sub conditione: vel ex die, & similibus: vt. ff. de testa. tut. l. si quis sub conditione. & infra eodem. l. licet. Item & quando transfuga est primus tutor. Item quando furiosus factus fuerit. ff. de tut. l. si quis tutor. & l. cùm plura. Item in alio. s. eodem. l. fina. Item in alio. s. ad Tertul. l. omnẽ. & in authen. de nup. §. si autem tutelam. col. iiij.

LIcet.] CASVS. Quanuis regula sit, quòd habenti cur. tu. dari non potest, fallit tamen in casu, cùm in locum suspecti, conuicti, & remoti, vel defuncti, vel relegati alius subrogatur.

o ¶ Non potest.] vt supra qui pe. tu. l. cum iure. & qui da. tu. vel cu. pos. l. si sororis. & in tit. de cura. §. interdum. & hoc regulariter, tamen &c. vt subijcit in exemplis: vt ff. de test. tu. l. si quis sub conditione. Itẽ fallit in alijs: vt not. supra. l. proxi. Sed quæ est ratio, quòd habenti tutorem curator adiungitur, sed non tutor: vt hac. l. Respon. datus tutor plenitudinem potestatis habet in pupillum, & eius res. vnde alius superueniens non posset habere eandem plenitudinem, quam curator non appetit: & sic potest adiungi, vt patet: quia tutor datus authorizat in aditione hæreditatis, & non curator: vt. ff. de appellat. cùm in vna. §. tutor. Item quia tutor personę, & per consequens rebus omnibus: vt institut. qui testa. da. tuto. possunt. §. certè. & de excu. tu. §. datus. Sed curator rebus tantùm: vt. s. de nupt. l. in copulandis. Item quæ est ratio, quòd habenti

a Nõ tamẽ cessabit sua administratio, nisi per hic satisde. dict. arg. l. si impuberi ff. de tut. & cura. da. ab his. & arg. hic notato rũ in gl. di. cit Sali. co. adiutorem datum eo eo mortuo cessare: qa iã superueniis adiministrator legitimus sol. cet capitu. l. videca. j. de de. z gro. li. vj.

Tutor ab. quando datur habenti tutorem.

Tutor qua re dari non potest tuto rẽ habenti.

benti curatorem potest alius curator adiungi: vt. ff. de tuto. & cur. da. ab his. l. ventri. §. fina. & non habenti tutorem tutor? Respon. ex prædictis ratio colligitur.

a ¶ Excusati.] ad tempus secundum quosdam: quod non placet.

b ¶ Defuncti.] ciuiliter vt deportatus: & sic remanet tutor: & sic non fallit regula.

Cvm ob.] CASVS. Cum pupillo habenti tu. obuenit aliquod augmẽtum, puta hæreditas: ratione cuius datus erat curator vel adiunctus: nunquid ideo prius definit esse tutor, quia alius sibi adiunctus est? dicitur quod non. & si adiunctus tempore finitæ tutelæ sit soluẽdo: licet post eã factus sit nõ idoneus: periculum ad primum tutorem non pertinebit. Viuianus.

c ¶ Nõ prius] scilicet & quãdo adiungendi dentur. hæc est falsa. Dic ergo non prius, scilicet per hoc, quod si non adiungerentur: vt ff. de admi. tut. l. quoties. §. fina. & non curatores: sed & tutores dari possunt: vt dixi. s. e. l. propter.

d ¶ Dati.] prius.

e ¶ Siis.] scilicet curator vel tutor adiunctus tibi tutori.

f ¶ Finitæ tutelæ.] vnde non poterat fieri suspectus a te, cùm soluendo esset: vt. j. de diui. tut.

g ¶ Periculum tẽporis.] quo factus est non soluendo. & facit. s. de probat. l. ex persona.

h ¶ Ad te.] tutorem. prius est enim conueniẽdus, qui administrauit augmentum, quàm primò dati, qui nõ gesserũt augmentum, etiam si an tẽ desijt esse soluendo: vt hic, & j. si tut. nõ gess. l. fin. de diui. tu. l. j. & l. fi. Sed contra ff. de admini. tu. l. Lucius. l. ij. §. Sempronij. in fin. §. vbi & non gerentem dicit ab initio cõueniri: sed ibi nullo modo erat diuisa, vel erat à lege: nã adiũctus post-ea, prima bona administrare non solet: vt. d. l. quoties. §. constat.

† Alias, & curatoris: & de pecunia fœnerãda, & deponenda.

excusati [a], vel defuncti [b], vel relegati tutoris. PP. Idib. Mart. Seculari ij. & Donato Conf.

¶ *Licet alius adiungatur, primus non liberatur. hoc dicit. Bald. Vel sic: Propter augmentum facultatum, tutori curator solet adiungi: tu tor tamen non tenetur de gestis à curatore existente soluendo tempore finitæ tutelæ. hoc dicit. Sali.*

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Zenoni. LEX V.

Cvm ob augmentum facultatum curatores adiungi soleant, non prius [c] dati [d] tutores ab administratione eorum liberãtur. ¶ Sanè si is [e], qui administrauit, tẽpore finitæ tutelæ [f] fuit soluendo: secuti tẽporis periculũ [g] ad te [h] pertinere non potuisse, manifestũ est. D. iij. Cal. April. Cæs. Conf.

TITVLVS XXXVII.

De administratione tutorum vel curatorũ†, & pecunia pupillari fœneranda, vel deponenda.

In authen. vt ij q obli. se ha. §. quo niam. colla. vj. constitu. ij.

¶ *Hæc authen. non facit ad legem Codicis, sed ad secundam partem rubricæ, melius tamen stetisset post l. tutores. infrà eod. & ibi eam legit Cy. & hoc intendit: Vbi reditus prædiorum sufficiunt pupillo uel adulto, administrator eius non tenetur pecuniam fœnerare, sed cautè recondere. h. d. Salic.*

Nouissimè [i] cautum est, à curatore [k] pecuniã pupillarẽ nõ esse fœnerandã. quod si fecerit, mutui sub iacebit periculo [l]: nisi mobilis sit eius substantia, cuius cura administratur. tunc enim curator illud solum mutuare cogatur, quod ad dispensationem sufficiet adolescentis, eiusque rebus. quod verò plus est, cautè recondatur: vel nisi ex necessitate hoc fecerit, vel uti propter expensas in pupillum faciendas.

¶ *Vnus officialis non tenetur de eo, quod fecit alius in alio officio, & non eodem. hoc dicit. Bald. Vel sic: Curator adulti non tenetur pro tu toribus præcedentibus, nisi negligentia in exigendo possit ei imputari. h. d. Sali.*

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Modesto. LEX I.

Frustra times administrare res adolescẽtis, cuius curator es: nẽ ex hoc aliquis existimet cõmune periculum prioris temporis [m] te recepisse: sed ea, quæ agenda putas, age: & (quod magis interest omnium partiũ [n]) iusta, vt iudex inter te & tutores datus, quàprimùm partibus suis fungatur. PP. xij. Cal. Octobr. Albino & Æmyliano Conf.

¶ *Pro uniuersali curatione non potest agi, nisi finito officio. hoc dicit. Bal. Vel sic: Durante officio curæ nõ agitur ut administrationis uniuersalis ratio reddatur. h. d. Sali.*

Idem AA. Timoni & Elpidophoro. LEX II.

Aduersus curatorem adolescẽtis, cui collegæ dati estis, quamdiu administratio communis durat, exerceri iudiciũ non potest [o]. PP. ij. Calen. Maij, Apro & Maximo Conf.

¶ *Expensæ legitimæ in pupillum factæ ueniunt in rationibus computandæ, licet per iudicem tũc non fuerint decretæ. hoc dicit. Salicetus.*

Imp. Antoninus A. Eumyso. LEX III.

intersit istorum, non aperit lex. tu dic pupilli interest, ne lapsu temporis fiat debitor non soluendo: tutoris interest, vt conueniatur & liberetur ab vsurarum cursu, ne per negligentiam incidat in neg. gest. act. Viuianus.

m ¶ Prioris temporis.] quo pupillus fuit, quod videbatur: quia succes serat in administratione. sic & in periculo: sed non est verum. & facit infrà. quando ex facto tu to. l. j. & s. de proba. l. ex persona.

n ¶ Omniũ partiũ.] scilicet tutorum adolescentis & vestra. nam tutorum interest, ne processu temporis fiat immemor. Vel melius vt liberetur, & in vsuris non grauetur: vt suprà. si aduer. sol. l. j. Adolescentis interest, ne processu temporis fiat tutor non soluendo: vel verius vt suum habeat: vt infrà. de vsur. pu. l. j. & ij. & iij. Interest & vestra, ne incidatis in actionem nego tiorum gestorum quasi ex negligentia: vt. j. eod. l. debitoribus.

Aduersus] CASVS. Si ex duabus curationibus alicuius adulti alter alterum nondum finita curationis administrationis, iure velit conuenire: an possit, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

o ¶ Non potest.] vt reddat rationem totius administrationis: vt infrà. eodem. l. rationes. & ff. de admini. tut. l. actus. Sed contra. ff. de tute. & rat. dist. l. nisi. §. cùm furiosi, sed ibi furiosi non adolescentis erat curator. & est ratio: vt ibi notatur. Item contra in eodem titu. l. si cùm adhuc. aliàs si cùm tutore. §. cum curatore. ff. rem pu. sal. fo. l. non quasi. §. hanc stipulationem. sed ibi non vtratio totius ad ministrationis reddatur, agitur per actionem negotiorum gestorũ, sed ex stipulatione rem pupil. sal. fo. Item contra. ff. de administratione tutorum. l. cum curatore. Item contra in eodem titulo. l. si cùm adhuc. sed nec ibi agitur negotiorum gestorum, vt ratio reddatur totius administrationis, sed furti vel damni iniuriarum. Item contra. ff. de contra. act. tut. l. prima. §. finito. sed ibi de contraria, non directa dicit: sed & non de tota administrationis ratione ibi tractatur: sed tantum de quodam impenso ab ipso curatore. sed certè imo de directa ibi dicit. Sed dic vt in. l. cum curatore. modò no. vel ibi in protutelæ contraria. Sed distingue latius, aut cœpit quid debere tutor vel curator ante tutelam vel curam, vt ex mutuo & furto: & conuenitur etiam durante officio: vt insti. de aut. tut. §. fina. & ff. de test. tut. l. si plures. & infrà. de excu. tuto. neque à tutela. & l. quòd res. aut post, & tunc in tutela. aut de his, quæ ad eum nõ pertinent, & sic nascitur, sed non intẽtatur: vt in rapina, vel mutuo, vel furto: licet dicant quidam non intentari per se: sed per datum curatorem liti. aut pertinent: & sic nec etiam nascitur actio tutelæ: vt. ff. de tu. & ratio. distrac. l. si tutor. in fine. & l. fin. & l. si cum adhuc. aliàs si cum tutore. in princip. & l. cùm tutor. & l. nisi. in princip. & de admini. tut. l. cum plures. licet quidam dicant actionem tutelæ nasci, sed non intentari. quibus obstat. dicta. l. si tutor. Sed videtur nasci, & etiam intentari: vt. ff. de admi. tut. l. iij. §. ij. in fine. Sed ibi extra iudicium inquirit rationem vnus ab alio. Sed si postea nascitur vt dixi: vnde nascitur? Respond. ex tutela præcedenti: sic aliàs ex contractu dudum inito postea nascitur, vt not. suprà. de re. permu. l. ex placito. In curatore verò dic quòd omnes nascuntur & intentantur, nisi actio vtilis negotiorum gestorum, pro generali ratione reddenda, vt apparet ex solutione contrariorum prædictorum. & facit ad. l. istam. ff. de procu. l. qui proprio. §. fina. & l. qui duos.

Tutor an possit pupillo conueniri durante officio.

Actio quãdoque nascitur ex cõtractu dudũ inito.

§ DE ADMINISTRATIONE TVTORVM VEL CVRA. &c. ¶ *Lege authen. nouissimè. hic super rubrica: quia dicit de pecunia pupilli fœneranda: sed alij legunt. infrà eod. l. lex. uel infrà de usur. pu. l. oan. legit. infrà eo. in fi. alij infrà eo. l. tutores.*

Nouissimè.] CASVS. Lex. C. dicit quod tu. debet fœnerare pecu. pup. quod si fœneret, tenebit pupillo de mutuo, nisi in mobilibus esset substãtia: quia tũc esset fœnerandũ, quantũ sufficeret ad expensas pupil. & familiæ eius: illa pecunia quæ non fœnerat, diligenter custodienda est: si tota non sufficit ad expensas pupill. tota fœnerabitur.

i ¶ Nouissimè.] sumitur ex corpore, vt ij qui ob. se ha. per. res mi. §. quoniam autem. col. vj. & distinguitur ibi plenius, vtrum pupillus habeat sufficiẽtem reditum prædiorum: vt tunc non fœneret, aliàs sic.

k ¶ A curatore.] largè ponitur, etiam vt comprehendat tutores.

l ¶ Periculo.] etiam fortuiti casus: quia culpa præcessit casum, aliàs periculum, id est culpa tantùm præstatur: vt. j. ar. tu. l. ij. & j. e. l. debitoribus. Sed nũquid vsura ad eum pertinet? Videtur quod sic: vt. ff. de reg. iur. l. secundum naturam. Sed argu. contra. ff. de neg. gest. l. si negotia.

Frustra.] CASVS. Tutor pupilli male administrauit res pupillares, factò eo adulto datus est ei curator, qui timet administrare curam adulti, ne succedat in periculũ administrationis temporis præcedẽtis: dicit imperator, quod frustra timet, sed curam administret: & faciat quod intersit tutoris, pupilli & sua: & tutorẽ ex malè administratis conueniet: & qualiter

Sumptus.] Casus. Si pupillus finita tutela fructus, quos tutor percepit petat, & dicat se in eo multa impendisse: an expensæ veniant in computationem, quæritur? Dicitur ꝙ sic, licet de his refundendis decretum iudicis non interuenerit: quod iustitia, non authoritate iudicantis: quod bona fide erogatum est, debetur. Viuia.

p ❡ Eorum.] pupillorum vel adultorum.
q ❡ Simultates.] i. calumniosas intentationes: vel .i. propter latens odium.
r ❡ Suas.] scilicet tutorum vel curatorum. & idem in prælatis ecclesiarum. & tacit ff. eo. l. quoties. §. sicut. & ff. mandati. l. quintus. & ꝭ. de his qui. vt indig. l. Polla. & ꝭ. qui accu. non pos. l. ij.

a ❡ Necessario.] puta in alendo.
b ❡ Iudici.] no. iudici, sic. ꝭ. de cond. ob tur. cau. l. ij.
c ❡ Probabuntur.] à te tutore.
d ❡ Accepto ferentur.] id est cōputabuntur, siue re habebunt, nisi certū salariū pro hoc erat ei cōstitutum: vt. ff. de admi. tu. l. à tutorib⁹. §. si.
e ❡ Interpositum.] Nam expedit quandoque non interponi: vt. ꝭ. de ali. pu. præst. l. ij.
f ❡ Authoritate.] sic ꝭ. si mi. ab hære. se ab. l. j. Accursius.

Nisi.] Casus. Libertus si pecuniam pupilli sui nō deposuerit, vel in emptione prædiorū collocauerit: sed in vsus suos cōuerterit: ad præfectū vrbis remittet puniendus. Vel dic, ꝙ mulier proponit talē quæstionē decuratore filij sui, ꝙ curator filij sui, qui patris erat libertus, debebat pro filio suo pecuniam, nec eam deposuit, nec in prædiorum comparationem cōuertit: an sit puniendus, quæritur? Dicitur ꝙ sic.

[margin: Ratiociniis eiusdē]

g ❡ Filiæ tuæ.] O mulier, quæ es mater.
h ❡ Prædiorum comparationem.] Nisi sit modica summa: vt. ff. e. l. ita autē. & ad hoc. ff. eo. l. tutor qui. §. si post. & §. si deponi. & ꝭ. l. proxima.
i ❡ Puniendus.] vt. ꝭ. e. si liberti. & ff. de suspect. tu. l. ij. & iij. §. tutor. & §. tutores. & insti. de suspe. tut. §. libertus.

[margin: Caussa.]

Frustra.] Casus. Si tutor factus fuerit debitor pupil. ex mala administratione: & curator ei datus tutorem cōuenerit, & condemnari fecerit, nec ille parere vult iudicatis: quia timet, si soluat & adultus perdat, ꝙ possit restitui aduersus solutionem. & propter hoc soluere con demnationē cōtradicit: an sit audiēdus, quæritur? Dicitur ꝙ non: cùm exacta pecunia authoritate iudicis possit depōi. Acc.

[margin: Concor. eum hac. l. gl. in c. placuit super verb. causæ. xvj. q. vj.]

k ❡ Iudicatum.] i. satisfacere pro iudicato. timebant enim tutores, ꝙ si soluerint minori, & pecunia nō verteretur in vtilitatē pupilli, ꝙ ipsi non essent liberati, & ꝙ minor restitueretur in integrū? Respon. ad hoc peritus ꝙ tutores possunt deponere eam in sacra æde.
l ❡ Detrectant.] Timentes restitutionem: vt. ꝭ. si aduer. sol. l. exemplo.
m ❡ Præsidis.] & sic nō restituet: vt. ff. de mino. l. ait prętor. §. quid tamē.
n ❡ In depositi.] donecinde ematur prædium, vel aliàs expendatur in necessarios vsus adolescentis.

Non est ignotum.] Casus. Tutor vel curator pupilli vel adulti calumniose nomine pupilli aduersus aliquem actionem instituere non debet: quod si fecerit, condemnandus est aduersę parti in expēsis: quia prętextu pu. l. calumniosa actio instituenda non est. Viuia.

o ❡ Condemnari.] in expensis. sic. ꝭ. vnde vi. l. meminerint. in fi. legis.

Sumptus in pupillum tuum necessariò[a] & ex iustis honestisq́; causis iudici,[b] qui super ea re cogniturus est, si probabuntur[c] facti: accepto ferentur[d], etiā si prætoris decretum de dandis eis non sit interpositum[e]. id namq́;, quod à tutoribus siue curatoribus bona fide erogatur, potius iustitia, quàm aliena authoritate[f] firmatur. PP. xiiij. Cal. Septemb. Duobus & Aspris Conss.

❡ Libertus tutor debet à se exigere, quod debuit: alias remouetur ut suspectus, & uenit puniendus. h. d. Salicetus.

Idem A. Proculæ. LEX IIII.

Nisi eam pecuniam, quam cōstiterit libertum paternum tutorē filiæ tuæ[g] ✠ rationi eius debere, vel deposuerit, vel in prędiorum cōparationē[h] cōuerterit: remittitur ad præfectū vrbi, secundum ea, quæ constituta sunt, arbitrio eius puniendus[i]. PP. xij. Calen. Octobr. Antonino A. iiij. & Balbino.

❡ Tutores quondam non iuste recusant soluere adulto, cùm possint authoritate præsidis uel eius præcepto. Vel sic: Non debet retractari solutio debiti, quæ potest tutè fieri, hoc dicit. Salicetus.

Idem A. Rufino. LEX V.

Frustra tutores quondam adolescentium, quorum curā administras, iudicatū[k] facere detrectant[l], cùm exacta pecunia possit authoritate præsidis[m] in depositi[n] ✠ causam haberi. PP. Calend. Iun. Læto. ij. & Cereali Conss.

❡ Sub prætextu uel uelamine officij, non debet calumnia committi. Bald. Vel sic: Tutores uel curatores, qui iustam causam litigandi non habuerint, licet alieno nomine egerint: proprio tamen nomine debent in expensis condemnari. h. d. Sali.

Imp. Alexander A. Paconio. LEX VI.

Non est ✝ ignotū tutores vel curatores adolescētiū, si nomine pupillorū vel adultorū sciētes calumniosas instituant actiones, eo nomine condēnari[o] oportere: ne sub prætextu nominis eorum[p] propter suas simultates[q] securè lites suas[r] exercere posse existiment. PP. vj. Id. Maij, Maximo ij. & Æliano Conss.

❡ Contra formam datam à testatore non debet tutor rem pupilli uendere. Hoc dicit. Salicetus.

Idem A. Valerio. LEX VII.

Tutelam pupillorū tuorū sic administrare debes, ne ædificium, quod his relictum est, cōtra formam alienandi testamento datam vendas[s]. PP. vj. Id. Iul. Maximo ij. & Æliano Conss.

❡ Ignorans se tutorem datum non tenetur sciēs uerò sic: & de neglectis conueniri potest cum alijs. de gestis uerò ab alijs conueniri potest gerentibus prius excussis. Hoc dicit cum glossa. Salicetus.

Idem A. Aprili. LEX VIII.

Etsi scisses[t] te curatorem datum, nec administrasses: cæteris curatoribus & administrationem peragentibus, & sufficientibus damno præstando[v], contra te actio dari nō pōt. ❡ Sin autem nescisses te curatorem datum: etiam si soluendo cæteri non sint: damni periculum ad te non redundat. PP. vij. Cal. Decembr. Alexādro A. iij. & Dione Conss.

❡ Adulta agit contra curatores, ut constituant sibi dotem. hoc dicit. Bal. Vel sic: Adulta potest petere, ut dotetur, curatoribus cessantibus. hoc dicit. Salicetus.

Idem A. Inclytæ. LEX IX.

Si curatores habes[x], hique dotare te bonis tuis cessant: adito præside prouinciæ impetrabis, vt quod moderatum[y] est honestæ personæ, præstare cogātur[z]. PP. xvij. Calen. Maij, Agricola & Clementino Conss.

❡ Libertus fraudulenter administrans, remouetur & punitur. Sali.

Idem A. Rufinæ. LEX X.

Si liberti eiusdemque curatoris culpa vel fraude ratio vestra læsa sit[a]: sarciri damnum ab eo, qui dedit[b], præses prouinciæ curabit: nō dubitaturus etiam grauiorem executionē adhibere, si quid

Tutelam.] Casus. Testator ꝑ hibens ne ædificiū, quod extruxerat, alienaret, tutorem filio suo dedit. an tutor alienare possit, quæritur? Dicit ꝙ non. Viuia.
s ❡ Vendas.] vt. & ꝭ. de re. alie. l. fin. licet aliàs poterant vendere ædificiū olim: vt. ꝭ. eo. l. lex quæ.

Et si scisses.] Casus. Si quis sciens se cū alijs datū curatorē, nō administrat: si administrantes soluendo sunt, nō tenebitur. si autē ignorabat se curatorem datum: licet allj soluendo non fuerint, non ideo hic tenebitur.
t ❡ Et si scisses.] Quod pupillus probare debet: vt. ff. e. l. quidā decedēs. §. si. & . l. hoc autē. Sed arg. cōtra. ꝭ. de peri. tu. l. si tutor. §. fin. Sed expone vt hîc. vbi ergo nullā habet excusationē, statim tenet, ex quo scit: vt hîc, & . d. l. quidā. in fi. & ꝭ. de suspec. tu. l. ij. & si habet excusatione, aut eā nō prosequitur, & ab initio cogitur administrare: vt. ff. e. l. j. si verò prosequitur, tenet tūc demū reprobata excusatione, & administrare iussus: vt. ff. e. l. qui iussus. & ff. de excu. tu. l. si is qui tres. §. illa quoque.

[margin: Tutor quādo incipit teneri pupillo.]

v ❡ Damno præstando.] hoc enim in administratis: vt hîc. at in neglectis omnes tenent: & in his. s. administratis in subsidium: vt. ff. eo. l. tres tutores. §. non solum. & §. item in eo. & de exc. tutorum. l. quid autem. & ꝭ. si tutor non gess. l. fi. & ꝭ. de transact. l. ij. & de proba. l. ex persona.
x ❡ Si curatores habes.] ô adulta.
y ❡ Moderatū.] Secūdum facultatem & dignitatem. vt. ff. de iur. dot. l. quæro. & l. cū post. §. gener. Et si vltra quā valeat mulieris facultas constituatur, non valet ipso iure. si autem vltra vires, valet: sed restitutio locū habet: vt. ff. de mino. l. si ex causa. §. in dotis.
z ❡ Cogantur.] scilicet pro dote. & impendia etiam faciet nuptiarum: vt. ff. eo. l. curator.

[margin: Dos an possit per curatores constitui adultæ vltra vires.]

Si liberti.] Casus. Si libertus adulti eiusdem curator: si seruum adulti manumiserit sine eius cōsensu, vel ab alio per fraudem manumitti passus fuerit, resarciet ei damnum: vel pro modo admissi delicti punietur in corpore. Viuianus.

a ❡ Læsa sit.] Quia manumisisti seruum aliquem eo consulente: vt. ꝭ. si aduer. liber. l. quos retrahi. Vel aliàs malè gessit aliquid: de culpa quidem teneatur vtili negotiorum gestorum iure communi, de dolo etiam criminaliter extraordinariè: vt hîc subijcit, & dicta. l. quos retrahi. & instit. de suspec. tut. §. libertus. & ꝭ. e. l. nisi. Item nota secundum quosdam ex hac lege, & ꝭ. e. l. fi. tutores. quòd aliud est dolus siue fraus: & aliud culpa. sed veritas est quod in dolo inest culpa: sed non conuertitur.
b ❡ Dedit.] Et curator tenetur in defectum.

a ¶ Si bonam.] CASVS. Si tutor in causa pupilli (si bona fuerit) nō appellauerit: sententia lata contra pupillum, vel appellatione interposita, eam prosequi non curauit: iudicio tutelæ pupillo tenebitur pro indemnitate pupilli conseruanda. Viuianus.

¶ Si bonam.] in mala secus: vt. s. eod. l. non est. & ff. eo. l. quoties. §. plane. & etiam facit. ff. de euic. Herennius Modestinus. & ff. man. l. si procurato rem. §. si ignorantes. sed in dubio præsumitur mala, vt in dicta l. Herennius.

b ¶ Iudicio.] vt & s. si tut. vel cura. l. fin.

De ijs.] CASVS. Tutor ex mala administratione factus est debitor pupilli in causa decessit pup. successit ei mulier: vult conuenire tutorem, an possit? distinguit: aut est minor annis, & non potest sine tutore, nec numerus liberorū in hoc casu ætatem supplebit: vt si habeat. xxij. ann. & tres liberos: si maior, potest. Viuianus.

c ¶ Eorum.] scilicet pupillorum.

d ¶ Successisti.] scilicet pupillis, qui habent tutores vel curatores. Et dic de his, scilicet agere debes: & hoc si es maior vere non fictè, propter liberos. Vel dic successisti pupilli, qui habent tutorem: & adulto, qui habet curatorem: quod in idem recidit. Tertij dicunt, quòd agis contra tuum curatorem, qui nō conuenit tutorem vel curatorem eius, cui successisti: quæ vltima non consonat literæ.

e ¶ Impleſti.] verè: vt hîc, vel etiam fictè: vt. s. qui da. tu. pos. l. in vniuersis.

f ¶ Fœminis.] nec maribus, nisi ad honores: vt s. de in integr. restit. mi. l. eo tempore. & ff. de mi. l. iij. & ff. de mu. & ho. l. ad rem publicam.

Tutores.] CASVS. Tutor si conueniat debitorem pupilli: an debeat satisdare pupil. rem ratam habiturum, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

g ¶ Ad satisdatio-nem.] rem ratam haberi, secundum Io. nisi dubitaretur, an sit vel, durret tutor, vel gestus illi commissus sit: vt. ff. eod. l. vulgo Hu. sed certè illa non est cautio rati: sed quòd actor non patietur damnum ob id, quòd tutor non sit iudicio sisti: pupillus tamen cauet, & eos defendet: vt infrà eo dem. l. fina. §. defensionem. & §. omnem autem. & facit. ff. quod cuiusque vniuersitatis. l. item. §. actor.

† Hoc nō præsumitur cùm fuerit condemnatus l. Herennius. ff. de euic. l. inuitus. §. de p eu. doc. in c. innotuit. de arbi. c. cùm inter de re iudi.

tam aperta fraude commiſſum eſt, vt puniendum in liberto crimen deprehendatur. PP. xj. Calē. Augu. Agricola & Clementino Conſ.

¶ *Tutor in bona causa tenetur appellare & prosequi. h. d. Bal. concor. Salice.*

Imp. Gordianus A. Cæcilio. LEX XI.

Si bonam [a] cauſam † ea, cuius tutor es, habuit, & aduerſus latam ſententiam non appellaſti, ſeu poſt appellationem prouocationis ſolennia implere ceſſaueris: tutelæ iudicio [b] indemnitatem pupillæ præſtare debes. PP. Idib. Auguſt. Gordiano A. & Auiola Conſ.

¶ *Defectus legitimæ ætatis in iudicijs & rerū suarum administratione non suppletur ex numero liberorum. h. d. Sali.*

Idem A. Octauianæ. LEX XII.

De ijs, quæ in fraudem adminiſtrationis à tutore geſta, vel negligenter acta à curatoribus eorum [c], quibus ſucceſsiſti [d], allegas, agere debes: ſi modò annos legitimæ ætatis impleſti [e]. neq; enim ignoras non multùm patrocinari fœcunditatem liberorū fœminis [f] ad rerum ſuarum adminiſtrationem, ſi intra ætatem legitimā ſint conſtitutę. PP. iij. Non. Octobr. Gordiano A. ij. & Pompeiano Conſ.

¶ *Tutor agens pro pupillo non tenetur cauere de rato. hoc dicit cum glo. Sali.*

Idem A. Longino. LEX XIII.

Tutores debita pupillaria ſeu depoſita repoſcentes, ad ſatisdationem [g] compelli non poſſe, manifeſtum eſt. PP. viij. Calen. Maij, Ariano & Pappo Conſ.

¶ *Durante administratione curator non cogitur rationes reddere. h. d. Sali.*

Imp. Philippus A. & Philippus Cæſ. Clementi. LEX XIIII.

Rationes curæ adminiſtratæ ante impletum quintum, & vigeſimum annum, durante officio, poſci iure non poſſe [h], manifeſtum eſt. PP. prid. Nō. Augu. Philippo A. ij. & Titiano Conſ.

¶ *Subscribens se tanquam curator, proprio nomine non tenetur. hoc dicit. Bal. Vel sic: De eo quod quis fecit ut tutor uel ut curator, non potest conueniri: nisi proprio nomine se obligauerit. h. d. per not. Sali.*

h Rationes.] Non poſſe. subaudi, à concuratore. Item nec ab adulto, & hoc ſi poſcatur ratio totius adminiſtrationis, ſed alicuius capituli poteſt: non tamen à curatore, qui adminiſtret: alioquin contra: vt. ff. eod. l. iij. §. j. ſed ab alio: vt dixi. s. eodem. l. aduerſus. ſed certè lex illa. ff. eod. l. iij. §. j. extra iudicium poteſt intelligi conueniri adminiſtrantem à non adminiſtrante.

Curator an poſsit cogi rationē reddere officio durante.

Item & actio hîc perſonalis, à reali diſtinguēda eſt: vt inſti. de autho. tut. §. ſi.

Si non ſubſcripſiſti.] CASVS. Adultus in aliquo contractu pro me fideiuſsit, & curator authoritatem præſtando non fideiubendo contractus ſubſcripſit. nunquid conuentus nego. geſto. ab adulto & libera tus ſuper fideiuſsione ab eo facta conueniri poſsit à creditore tanquàm fideiuſſor, quæritur? Dicitur quòd non.

Impp. Diocle. & Maximian. AA. Licinio. LEX XV.

Si non ſubſcripſiſti quaſi fideiuſſor: fruſtra vereris, ne ex ea interceſsione [i], qua † ſignaſti vt curator [k], olim liberatus (vt affirmas) ſententia prēſidis, ex officio curatoris conueniri poſsis [l]. PP. prid. Nō. Mart. Diocletiano. iij. & Maximiano. AA. Conſ.

¶ *Tutor non habet potestatem donandi, nisi ex causis à iure permissis: aliàs non præbet iustam causam possidendi. h. d. Sali.*

idē AA. & CC. Proculo. LEX XVI.

Non omni titulo res † pupilli poteſtatem alienandi tutores habent: ſed adminiſtrationis tantùm cauſa diſtrahentes, quæ eis vænundare licet, iuſtam cauſam poſsidendi [m] comparantibus præſtant. Cùm itaque donandi nulla ratione [n] res eorum, quorum adminiſtrant negotia, poteſtatem habeant, vendicare dominium à poſsidentibus non pro hiberis. Dat. x. Cal. Maij, Heracliæ AA. Conſ.

¶ *Tutelæ officium non prohibet tutorem testari, nec sua donare. h. d. Sali.*

idem AA. & CC. Martiali. L. XVII.

De ſuceſsione ſua [o] tutores fruſtra timent: cùm ijs, qui tutelam adminiſtrauerunt, teſtamenti factio non denegetur, nec de bonis ſuis donare aliquid prohibeantur [p]. S. xvj Calē. Nouemb. Sirmij. AA. Conſ.

¶ *Periculum nominum spectat ad tutorem: ideo debet esse solicitus ut soluant, & eis denunciare, & posteà secundum iura pignora uendere. h. d. Sali.*

idē AA. & CC. Soterico. L. XVIII.

Debitoribus pupillæ pro officij ratione tutorem te conſtitutum aſſeuerans, ad te nominum periculo pertinente [q], parere ſolutioni denuncia. Qui ſi ſatis non fecerint: in venditione pignorum vti communi iure [r] potes. S. prid. Calen. Ianuar. Sirmij AA. Conſ.

¶ *Tutor potest dari in absentia. hoc dicit. Bal. Vel sic: Tutor datus sciens & se non excusans, tenetur. Sali.*

idē AA. & CC. Vindiciano. L. XIX.

Tutor, licet abſens, decreto datus, ſi ſciens ſolenniter ſe

i ¶ Ea interceſsione.] intercedebat enim minor, cui authorabat curator: & quia malè fecit, conuentus fuit à minore: ſed abſolutus à præſide. Vel dic, liberatus à cura generaliter. Alij dicūt, quòd poſt curam finitā ſubſcripſit.

† Aliàs quā

k ¶ Curator.] Dū curator eras. & ſic concor. huic. l. infrà quando ex facto tut. l. j.

l ¶ Cōueniri poſsis.] à creditore. ſic & c. ſi cer. pet. l. mutuæ. & §. de fideiuſſoribus. l. ſi pater.

† Aliàs, rerum.

Non omni.] CASVS. Tutor res pupilli detrahere non poteſt: quaſdā tamē diſtrahere poteſt, nō autem donare: ſed ſi donauerit, eas pupillus poterit vendicare. Viuianus.

m ¶ Cauſam poſsidē di.] Vt aīalia ſupuacua, & veſtes detritas: vt. j. e. l. lex quæ. & facit qđ dicitur, dñs eſt tutor, cùm bene adminiſtret, nō cùm ſpoliat: vt. ff. p emp. l. q fundum. §. ſi tutor.

Tutor dominus eſt cū bene adminiſtrat.

n ¶ Nulla ratione.] vt & ff. e. l. tutor ad vilitatē. & l. cùm plures. §. ij. & j. ſi ma. ſa. ra. ha. l. fin. & ff. de offic. procur. Cæ. l. j. §. ſi rem. Sed fallit in caſibus, vt mercedes doctoribus, & alimēta ſeruis & libertis, ſolēnia munera parentibus, dotem ſorori ex eodem patre natæ: vt ff. e. l. cùm plures. §. cùm tutor. & ff. de tute. & ra. diſtra. l. j. in princip. Accurſius.

Tutor de rebus pupilli aliquādo dare poteſt.

De ſucceſsione.] CASVS. An tutor pupil. teſtamentum facere poſsit, quæritur? Dicitur quòd ſic: & de bonis ſuis in alium donationis titulo transferre. Videbatur quòd nō: quia omnia bona ſua tacitè ſunt obligata pupillo: cōtrariū tamen eſt verum.

o ¶ De ſucceſsione ſua.] ſ. tutorum.

p ¶ Prohibeātur.] cum ſuo onere: vt & ſuprà rem ali. ge. l. vnica. & ff. de contrahen. emp. l. alienatio.

Debitoribus.] CASVS. An tutor pupilli poſsit diſtrahere pignora eius debitoris? dicitur quòd ſic: ſi primò denunciauerit debitori quòd ſoluat. Viuianus.

q ¶ Pertinente.] ſi diſtuleris exigere dum ſunt ſoluendo: vt. j. eod. l. tutores. in fi. & j. arb. tute. l. j.

r ¶ Communi iure.] quod eſt. j. de diſtrac. pi. l. ſi in hoc.

Tutor.] CASVS. Si quis ſciat ſe tutorē datum, nec ſe excuſet: abinde periculum ad eum pertinebit. Viuia.

non excusauerit[a], administrationi constituitur obnoxius[b]. S. iij. Id. Febr. Sirmij. CC. Conf.

Bona tutoris & curatoris sunt tacitè obligata, etiam si non suscepisset tutelam necessariam, nec unquàm aliquid promisisset. hoc dicit. Bald. *Vel sic: Bona tutoris uel curatoris pro gestis & non gestis sunt tacitè obligata pupillo, uel adulto. h. d. Sali.*

Imp. Constantinus A. Euphemianæ.

LEX XX.

PRo officio administrationis tutoris vel curatoris bona, si debitores[c] existant, tanquàm pignoris titulo obligata[d], minores sibimet vendicare minimè prohibentur. ¶ Idem est, & si tutor[e] vel curator quis constitutus, res minorum non administrauerit. Dat. vij. Cal. April. Treueris, Volusiano & Anniano Conf.

Tutor non implens conditionem utilem pupillo, tenetur ad interesse. h. d. Sali.

Idem A. Maximo præ. præ. LEX XXI.

PVpillorum seu minorum defensores, si per eos donationum conditio[f] neglecta est, rei amissæ[g] periculum præstent. Dat. iij. Cal. Febr. Romæ, Sabino & Rufino Conf.

Bona pupillorum, quæ possunt seruando seruari, non debent alienari: nisi causa necessitatis, præcedente inquisitione, & causæ probatione, & subsecuta decreti interpositione. h. d. Bal. *Vel sic: Immobilia & mobilia, quæ seruãdo seruantur (præter animalia superuacua) nõ possunt tutores uel curatores alienare, etiam in causam dotis sine decreto iudicis. hoc dicit. Salic.*

Idem A. ad populum. LEX XXII.

LEx, quæ tutores curatoresq; necessitate adstrixit, vt aurũ, argentũ, gemmas, vestes, cæteraq; mobilia pretiosa vrbana etiã ♁ prædia & mancipia, domos, balnea, horrea, atq; omnia, quæ intra ciuitatem sunt, venderent, omniaq; ad nũmos redigerent, præter prædia & mancipia rustica, multùm minorum vtilitati aduersa est. ¶ Præcipimus itaque, vt hæc omnia nulli tutorũ curatorumve liceat vendere: nisi hac fortè necessitate & lege[h], qua rusticum prædium atque mancipium vendere[i], vel pignorare vel in donationem propter nuptias, vel in dotem[k] dare in præteritum licebat: scilicet per inquisitionem[l] iudicis, & probationem causæ[m], interpositionemq; decreti, vt fraudi locus non sit. ¶ Ante omnia[n] igitur vrbana mancipia, quæ totius supellectilis notitiam gerunt †, semper[o] in hæreditate & in domo retineantur. nam boni serui fraudem fieri prohibebũt: mali, si res exegerit, sub quæstione positi, poterunt prodere veritatem: atq; ita omnia obseruabunt, vt nec inuentarium minuere, nec mutare, vel subtrahere aliquid tutor valeat. quod[p] in veste, margaritis, gẽmis, & vasculis ♁ cæteraq; supellectili[q] necessarium est. ¶ Et tolerabilius est (si ita[r] contigerit) seruos mori suis dominis, quàm seruire extraneis, quorum fuga potius tutori ascribitur, siue negligentia dissolutam esse patiatur disciplinam, siue duritia, vel inedia, atque verberibus eos afficiat. Nec enim dominos execrantur[s], sed magis diligunt: ita vt hæc lex per hoc[t] quoque melior antiqua sit. Tunc enim[v] remota[x] seruorum custodia, etiam vita minorum sæpius prodebatur. ¶ Nec verò domum

---

a ¶ Excusauerit.] s. intra tempus ad hoc cõstitutum. s. quinquaginta dierũ.
b ¶ Obnoxius.] vt. ff. eod. l. quidam. §. fin. & l. hoc autem. & dixi. s. eodem. l. & si scisses.

PRo officio.] CASVS. Si tutor vel curator ex mala administratione factus fuit debitor pu. vel adulti: res tu. vel curatoris per hypothecã sibi obligatas potest vendicare pupillus vel adultus à quolibet possidente. Viuianus.

10 c ¶ Si debitores.] tutores vel curatores ratione administrationis.

d ¶ Obligata.] vt & s. de rei vxo. actione. §. j. & hoc ex eo tempore, ex quo cœpit esse tutor. ar. j. de bonis quæ lib. l. cùm oportet. §. fi. vel quo cœpit male administrare. ar 20 gu. s. de secun. nup. l. hac edictali. §. penul.

e ¶ Et si tutor.] qui tutor non administrans tenetur vtili tutelę: curator vtili negotiorum gestorum: vt. ff. de rit. nup. l. si quis tutor. §. j. & ff. rem pupil. sal. fo. l. non quasi. §. illum. & ff. eod. l. tuto- 30 res qui. §. in eum. Sed nũquid bona eius, qui gerit pro tutore, sunt tacitè obligata pupillis? Respõ. sic. argu. ff. de priuileg. cre. l. dabimus. & j. qui po. in pign. ha. l. assiduis. circa princi. ibi, & hoc cùm in psonalib' &c. et. §. ad hęc. ibi, cùm enim in persona 40 libus. & est pro hoc. ff. de tute. & ra. dist. l. vlti.

Pupillo an sint tacitè obligata bona eius, qui gerit pro tutore.

PVpillorũ.] CASVS. Dedi. x. pupillo si tutor vellet. voluit. an rei non acquisitæ periculum ad tutorem pertineat, cùm potuit acquisiuisse, nec fecit, quæritur? Dicitur quòd sic. 50 Viuianus.

f ¶ Conditio.] Quia non impleuit conditionem, sub qua donatum erat minori.

g ¶ Rei amissæ.] id est nõ quæsitæ, & sic impropriè: vt. ff. de regu. iuris. l. non videtur. sic impropriè ponitur: vt instit. 60 ad leg. Aquil. §. illud. ibi, nam hæreditatis quoque amissæ &c. Item no. quòd facit tutor vt actio non quæratur: & per hoc tenetur pupillo: vt & infrà arbit. tute. l. quicquid. & argumen. infrà eodem. l. si tutoris. & ff. de iniur. l. sed & si vnius. §. j. vt argumen. infrà de ser. fugi. l. quinta. §. fina. & infrà de cur. fu. l. fina. §. j. sed non facit, vt quæsita pereat: vt. ff. eodem. l. Lucius. ij. §. fin. & sic infrà de acquiren- 70 da possessione. l. fina. Et facit hæc lex ad quæstionem. si tutor induxit testatorem vt sibi relinqueret, quod pupillo relinquebat. Item an & hoc casu petit restitui? Respond. sic. habet enim electionem, vtrum contra tutorem velit agere: vt hîc, vel petat restitui: vt. s. si tutor vel curator. l. etiam.

Tutor pupillo tenet, qui facit quod eiactio nõ quæratur.

♁ In nõnullis deest uerbũ prædia.

LEx quæ.] CASVS. Lex quædam præcipiebat, vt omnia bona pupil. per tutorem distraherentur & redigerentur in pecuniam, & illa fœnori daretur præter prædia rustica: quæ lex erat aduersa vtilitati pupil. præcipit imperator, vt bona pupil. immobilia siue mobilia non distrahantur: nisi hoc daretur in dotem vel donationem propter nuptias & in huiusmodi alienatione necesse est, vt interponatur iudicis decretum. Item prohi- 80 bet, ne seruum alienet. & causam subiungit: quia scilicet si boni sunt, custodient domum, & res pupilli: ne in his fraudem tutor committat: si sint mali, poterunt torqueri, vt dicant veritatem de ijs, quæ in domo pupil. continentur. & melius est, si serui apud pupil. morentur, quàm extraneo seruiant & fugiant: quorum fuga tutoris negligentiæ adscribetur. domus pupil. vendi non debet: quia pater pupil. ibi decessit, & ibi imagines suas habuit, quas conuelli pupillis esset lugubre. sed si ruinam patiantur, tutor eas reficere debet: vt ex conductionibus earum possit pupil. omni anno pensionem percipere. ¶ Serui.] Serui qui aliqua arte præditi sunt, pupillo seruiant: & de bonis pupil. alantur. Alij qui arte præditi non sunt, partim ex labore suo, partim ex substantia pupil. alantur. Quod autem serui alienari non debeant, duplex est pupilli commodum: scilicet ne tutores in rebus pupil. fraudem committant: vel mater pupilli res pupil. surripiat, & ad secundum maritum perferat. Nec debent res pupilli in pecuniam redigi, ne amittantur: & fortè debitore facto non 10 soluendo: nec semper posset fœnerari. Nullo ergo modo distrahat has tutor sine interpositione decreti: nisi sint res, quæ seruando seruari non possunt: veluti vestes attritæ, & fructus, & animalia superflua.

h ¶ Lege.] scilicet per 20 iudiciariam authoritatem.

i ¶ Vendere vel pignorare.] puta ob æs alienum. Item pro iudicio sisti potest obligari minoris substantia: vt infrà eodem. l. fina. §. defensionem.

♁ Cæterisque supellectilibus.

Minoris substantia pro iudicio sisti potest obligari.

k ¶ Vel in dotem.] 30 nota dotem constitui à minore in immobili re, cum decreto. sic est & in donatione propter nuptias: vt infrà si mater familiâs. l. fi. §. fi. Sed e contra in vtroque infrà de præ. mi. l. ob æs. vbi propter æs alienum tantùm permittit. Item 40 ad donationem tantùm est contra. in eodem l. prædia. Solut. prædicta intellige pro dote & donatione à patre minoris promissa: & sic est æs alienum. de nouo autem constituere non potest minor, vt in contrarijs. hoc non placet: quia 50 si pater promisit dari, poterit iure communi etiam sine decreto: vt. ff. de re. eo. l. magis. §. sed si pater. Item non placet: quia expressè dicitur. ff. de iur. do. l. Titia. quòd minor dedit prædia in dotem. sed illam intelligebat Ioann. 60 quòd maior erat tempore donationis. Tu ergo dic speciale in dote, & in donationibus propter nuptias. & in dicta l. ob æs alienum. tantùm subaudi, vel aliam similem causam: vt ob dotem & donationem propter nuptias & dictam l. prædia. intellige de donatione sponsalitia, non propter nuptias.

Minor an possit rem suã immobilẽ dare in dotẽ vel donationẽ propter nuptias.

† Not. Sal. quod p domesticos & familiares probantur res quæ sunt in domo. facit j. de iu. delibe. l. fi. §. licentiam, de quo punto optimè Lãfrã. in c. quoniã contra falsã. §. testium depositiones. de probat.

l ¶ Per inquisitionem.] quæ in multis consistit: vt. ff. de reb. eo. l. ma- 70 gis. §. non passim.

m ¶ Probationem causæ.] quare vendat.

n ¶ Ante omnia.] generaliter prohibuit: nunc rationem de singulis reddit.

o ¶ Semper.] referas ad hoc, quod suprà dictum est. nisi hac fortè &c.

p ¶ Quod.] scilicet, quòd in inuentario scribantur. Vel dic, quòd in domo retineantur, & non vendantur: quod est verum, si non sunt vsu detritæ: vt j. ea. l. in fine.

q ¶ Supellectili.] impropriè dicit, in cætera supellectili: quia supellex est 80 domesticum patrisfamiliâs instrumentum, quod neque argento, aurove facto vel vesti connumeratur: vt. ff. de supel. le. l. j.

Supellex quid est.

r ¶ Si ita.] scilicet seruiendo eis.

s ¶ Execrantur.] id est odiunt serui.

t ¶ Per hoc.] id est per conseruationem seruorum.

v ¶ Tunc enim.] id est secundum antiquam legem.

x ¶ Remota.] quando multoties contingebat, quòd pupilli occidebantur à seruis.

Defecit.

a ¶ Defecit.] id eſt mortuus fuit.
b ¶ Pater.] idem ſi aliũde habuit, vt ſubijcit, ergo & domus &c.
c ¶ Ergo & domus.] quia aduerſa erat illa lex vtilitati minorũ, ergo &c.
d ¶ Collapſum.] qđ prius refici debet q̃ nouũ fabricari: vt. j. de ope. pu. l. fi.
e ¶ Vel cuiuſcunq;.] vel dic, vel alius cuiuſque &c.
f ¶ Teſtificatione.] ipſum enim opus in præſentia pluriũ à iudice viſum, probat quod eſt reficiendũ, & quod egeat ſumptibus. Et ſic no. ꝙ ſecundum conſcientiam iudex iudicat: quia hoc videt vt iudex: ſic. ff. fi. regun. l. ſi irruptione. §. fin. & de fer. l. ij. §. fin. & . j. de a li. pu. præſt. l. fi.

Iudex inter dũ iudicat ſecũdũ conſcientiam.

vendere liceat, in qua defecit [a] pater [b], minor creuit, in qua maiorũ imagines aut non videre fixas, aut reuulſas videre, ſatis eſt lugubre. ¶ Ergo & domus [c] & cætera omnia immobilia in patrimonio minorum permaneant: nullumq; ædificij genus, quod integrum hęreditas dabat, collapſum [d] tutoris fraude depereat. ¶ Sed & ſi parens, vel ille cuiuſcunq; [e] hęres eſt minor: reliquerit deformatũ ædificiũ: tutor teſtificatione [f] operis ipſius, & multorum fide, id reficere cogatur. ita enim annui reditus plus minoribus conferent, quàm per fraudes pretia [g] diminuta [h]. ¶ Serui etiam, qui aliqua ſunt arte præditi, operas ſuas commodo minoris inferant [i]: & reliqui, qui in vſu minoris domini eſſe nõ poterunt, quibuſq; ars nulla eſt, partim labore [k] ſuo, partim alimoniarum taxatione [l] paſcãtur. ¶ Lex enim [m] non ſolũ cõtra tutores [n], ſed etiam cõtra fœminas [o] immoderatas atq; intemperãtes proſpexit minoribus, quæ plerunq; nouis maritis nõ ſolũ res filiorũ, ſed etiam vitam [p] addicunt. ¶ Huic † accedit, [q] ꝙ ipſius pecuniæ (in qua robur oẽ patrimoniorũ veteres poſuerunt) fœnerandi vſus vix diuturnus, vix cõtinuus & ſtabilis eſt: quo ſubſecuto interciden te ſæpe pecunia †, ad nihilũ minorum patrimõia deducunt. ¶ Iam [r] ergo venditio tutoris nulla ſit ſine interpoſitione decreti: exceptis [s] ijs dũtaxat veſtibus, quæ detritæ vſu, ſeu corruptæ ſeruando,

g ¶ Pretia.] accepta ex venditione domus.
h ¶ Diminuta.] poſtea.
i ¶ Inferant.] ſeruiẽdo minori, vel locando alij.
k ¶ Labore ſuo.] faciendo herbam vęnalẽ [a], deferendo lapides: nec enim hæ artes ſunt.

a Vt faciũt Pariſijs: & eſt ſing. gl. ad deſtruẽdam mendicitatem.

l ¶ Taxatione.] facta à defuncto: aliâs à iudice. vel ipſe minor ſiue tutor taxabit aliquid pro alimentis.
m ¶ Lex enim.] diximus ne alienentur ſerui: & hoc propter duplex cõmodum minorũ. & hoc ſubijcit, lex enim &c.
n ¶ Tutores.] minoribus inſidiantes.
o ¶ Fœminas.] matres.
p ¶ Vitam.] id eſt res, de quibus debent viuere liberi.
q ¶ Huic accedit.] ſ. admiſsioni antiquæ legis, id eſt, ſi admittatur. Vel huic rationi, ꝙ ſeruã tur ſerui vt minori pręcaueant: maximè in pecunia, quæ clam facilè poteſt eis auferri.

† Aliâs, Huc.

r ¶ Iam.] id eſt prædictis rationibus.
s ¶ Exceptis.] & excipe fructus & reditus: vt . j. eo. l. ſancimus. ij. §. fi. & pro his non datur reſtitutio: vt. ff. de mino. l. & ſi ſine. §. idem faciunt. & facit. ff. de iure delibe. l. ait prætor. & . j. quando decre. opus non eſt. l. & ſine. & . ff. e. l. tutor qui repertoriũ. §. j. & . ff. de proc. l. pcurator totorũ bonorũ.

† Aliâs quo ſæpe intercidente pecunia.

Si tutoris.] CASVS. Si pupillus habeat prædium in emphyteoſim pro quo ſoluere tenetur fiſco annuum cenſum, & in ſolutione per biennium vel triennium ceſſauerit: per culpam tutoris, & prædium à pupillo auferatur. damnum quod ſenſit pu. tutor reſarciet.

t ¶ Vel dolo.] quæ differunt: vt dixi. s. eo. l. ſi liberti.
v ¶ Voluiſſent.] ſcilicet fiſco. ſcilicet per triennium: vt. s. de iure emphyt. l. ij. ſed ſi intra triginta dies offerant poſt amiſsionem, recuperant pro minoribus: vt. ff. de publica. l. imperatores. extunc ergo ſic amittitur: ſed poteſt reſtitui in integrum: vt. ff. de mino. l. ſi ex cauſa. §. penul. Hodie verò ipſo iure ſeruatur illæſus: vt. s. ex quib. cau. in integ. reſtit. non eſt neceſ. l. fina. Item contra. j. de fun. pa. l. ij. lib. xj. ſed ibi loquitur de prædio, ex quo vectigal pręſtabatur Cæſari: hîc fiſco.
x ¶ Amiſſum.] ſcilicet prædium, quod exactor tributorum alij vendidit cum ſolennitate. quam habes. s. ſi propter pu. pen. l. ij.
y ¶ Damnum.] ſ. amiſsi prædij: ſed hodie cùm ſeruetur illæſus ipſo iure: de alio damno oportet dici, ſi velis eam tueri: quod poteſt eſſe in expenſis factis pro repetendo pręդio, vel deterioratione ipſius. Alij tamen dixerunt, ꝙ non reſtituitur hoc caſu, nec ſeruatur ipſo iure illæſus: vt. j. de fide inſtru. & iure ha. fiſ. l. j. lib. x. quod non placet.
z ¶ Reſarciri neceſſe eſt.] vt & argu. j. vnde vi. l. meminerint. & . j. arbit. tu. quicquid. Sed aliud in damno amiſſæ cautionis vectigalis ſoluti: quia non tenetur tutor: vt. ff. eod. l. ſi ne hærede. §. j. Vel dic idem: ſi tamen culpa poſsit tutori imputari.

Tutores.] Diuiditur in tres partes. Primò prouidet circa inuentarij confectionem. Secundò circa rerum locationem. Tertiò circa prediorum emptionem. ſecunda ibi, Aurum. tertia ibi, Ita tamen. Salicetus. CASVS. Tutor vel curator ſtatim ex quo dati ſunt, debent facere inuentarium in præſentia tabellionis: in quo debent ſcribere omnes res, & omnia inſtrumenta, quæ inueniũtur in hæreditate pupilli: & aurum & argentum debet in ſecuro loco reponi, & de mobilibus rebus debent comparare prædia: & ſi idonea prædia non inueniantur, pecunia dabitur ad vſuras. Viuianus.

Diuiſio.

ſeruari non poterũt. ¶ Animalia quoq; ſupuacua quãuis minorũ, quin væneant non vetamus. Da. Idib. Mart. Conſtantinop. A. vij. & Conſtantino Cæſ. Conſ.

¶ Tempus ſoluendi canonẽ, ipſo iure non currit minoribus. h. d. ſecundum glo. quod eſt menti tenendum. Bal. Vel ſic: Imputatur tutori, ſi res emphyteutica propter canonem non ſolutum redit ad dominum. h. d. Sali.

Idem A. Felici. LEX XXIII.

Si tutoris vel curatoris culpa vel dolo [t], eo ꝙ vectigal prædio emphyteutico impoſitum minimè defendere voluiſſent [v], minoris prædium fuerit amiſſum [x]: dãnum [y], quod ei contigit, ex ſubſtãtia eorũ reſarciri [z] neceſſe eſt. Da. xiij. Cal. Maij, Conſtantinop. Dalmatio & Xenophilo Conſ.

¶ Tutor & curator quamprimum poſſunt, debent inuentarium facere de rebus & inſtrumẽtis ſeu iuribus pupillorum: & mobilia, quæ ſeruantur, in tuto collocare: & ex pecunijs prædia idonea (ſi poſſunt) emere: aliàs ſub uſuris eas collocare. h. d. Sali.

Impp. Arcad. & Honor. AA. Eutychiano præfec. præto. LEX XXIIII.

ij Tutores vel curatores mox [a] quum fuerint ordinati [b], ſub præſentia publicarũ perſonarũ [c] inuẽtariũ rerũ omniũ & inſtrumentorũ [d] ſolẽniter facere curabunt [e]. Aurũ, argentũq;, & quicquid vetuſtate tẽporis nõ mutatur [f], ſi in pupilli ſubſtãtia reperiatur, in tutiſsima cuſtodia collocẽt: ita tñ, vt ex mobilibus aut p̃dia idonea cõparẽtur, aut ſi fortè (vt aſſolet) idõea nõ potuerint inueniri: iuxta antiq iuris formã [g] vſurarum creſcat acceſsio, quarũ

a ¶ Mox.] vt ſtatuitur: vt in aditione hæreditatis: vt infrà de iure deli. l. fina. §. j. quod non placet. Sed dic, id eſt quam primùm poteſt: id eſt ſtatim: niſi iuſtiſsima cauſa differat: vt. ff. eodem. l. tutor qui repertorium. in principio. & ad hoc. ff. de ſolu. l. ratum. & . ff. ad Tertul. l. ij. §. confeſtim. & dicta. l. tutor. Item de quatuor menſibus poteſt induci ſuprà de epiſco. & cleri. aut. presbyteros. ij. Ante illud confectum adminiſtrare non debet, niſi quid ſit, quod nec modicam ſuſtineat dilationem: vt dicta. l. ff. eod. tutor qui repertorium. in princ.

Tutor an adminiſtrare poſsit inuẽtario nõ dũ cõfecto.

b ¶ Ordinati.] adita tamen hæreditate intra tempus ſtatutum: vt. j. de iure delib. l. fi. §. j.
c ¶ Publicarum perſonarum.] id eſt tabulariorum. & ita exponitur ſuprà de epiſco. & cleri. l. orphanotrophos. ſufficit tamen vnus tabellio. ſed quia pluraliter dixerat tutores vel curatores, ſubiungit pluraliter perſonarum publicarũ. vel plurale pro ſingulari ponitur. ſic ſuprà de his, qui in eccle. ma. l. j. & dicta. l. orphanotrophos. Vel appellat publicas perſonas, id eſt tabelliones & magiſtratum, id eſt ordinarium iudicem, qui debet intereſſe, quod patet: quia lex dicit ex inuentario poſſe conueniri debitores. ergo patet quòd apud iudicem facta fuit inſinuatio: aliâs enim ei non crederetur: vt. ff. eodem. l. chirographis. & in authentica: vt ſpon. larg. §. & inſuper. collat. ix. Item & per hoc quod dicitur decreto ei concedi curam, & acta inde fieri, & iuramentum præſtari: vt infrà de curat. furi. l. final. §. ſed cùm. & in authenti. vt ij, qui ob. ſe ha. per. res mi. §. fina. collat. vj. & infrà arbit. tuto. l. fina. & hoc in omni tutore teſtamentario legitimo & datiuo intellige: niſi ei teſtator remiſit confectionem inuentarij: vt infrà arbi. tuto. l. finali.

Inuentariũ an poſsit fieri cũ vnico tabellione.

d ¶ Inſtrumentorum.] nec eſt neceſſe vocari creditores. ſecus verò in hærede: quia ipſe habet beneficia duo propter inuentarium, ſcilicet Falcidiæ: & quia creditoribus pro viribus hæreditarijs tantùm tenetur: ac tutori imminet tantum onus. ſecundum Ioann. Item poteſt compelli vna vice, & inter plures vices fieri, ſecundum quòd inueniet res: vt infrà de curat. furi. l. fin. §. tali.

Inuentariũ faciẽs tutor an debeat vocare creditores pupilli.

e ¶ Curabunt.] alioquin vt ſuſpecti remouerentur. Idem ſi pecuniam ad emptionem prædiorum non depoſuerunt: vt. ff. de ſuſpec. tut. l. iij. §. tutores qui repertorium.
f ¶ Non mutatur.] facile: vt metalla marmorea: vere enim omnia mutantur: vt in authenti. de non alie. §. vt autem. col. ij. quæ ergo facilè mutantur vt fructus, vendere licet: vt ſuprà eodem titu. l. lex quæ. in fin. & infrà eodem. l. finali. & ad hoc in authenti. vt ij, qui ob. ſe ha. per. §. quoniam. columna. vj.
g ¶ Formam.] vt ipſe pupillus ſtipuletur, vel eius ſeruus vel curator in ſubſidium: vt. ff. eodem. l. quoties. in principio. & det electionem pupillo,

postea eligat nomina vel pecuniam:vt in eo.titu.cùm quæritur.

SAncimus.] CASVS. Debitor pup.si velit soluere tutori: necessaria est iudicis authoritas ad hoc, vt plenissimam consequatur securitatem.& hoc in prima.hoc quod dictum est in solutione facienda,sit necessaria iudicis authoritas.fallit in solutione redituum & pensionum.Viuianus.

a ¶ Procedente.] sine dispendio.

b ¶ Sententia.] præceptiua vel præcepto.

c ¶ Damno.] i.sine omni dispendio.

d ¶ Pronunciauerit] vt soluatur.

e ¶ Plenissima.] siue interuenerit tutor & iudex,siue iudex tantũ, vt hîc.&.ff.de mino.l.ait.prætor.§.permittitur.

f ¶ Resuscitari.] sic.j.ad leg.Iuliã.de adulte.l.Gracchus.&.xxvj.dist.c.deinde.in fin.&.j.li.xj.de expen.lut.l.vnica.&.s.de confir.tu.l.iij.

g ¶ Extendimus.] vt semper oporteat fieri cũ iudice,quia fallit in reditibus & pensionibus vt hîc, & in vsuris:vt.j.eo.l.cõstitutionẽ.Itẽ in Trebellianica restitutione: vt.j.ad Trebel.Sancimus.

h ¶ Pensionibus.] in pecunia,sed supiorin alijs.

i ¶ Alijs huiusmodi] vt in vsuris:vt.d.l.cõstitutionẽ.&partiario colono.

k ¶ Alijs similibus.] vt ex vẽditione.& distingue vt diximus.s.si aduer.solu.l.j.& facit.ff.eo.l.Lucius.ij.§.tutelæ.

CVm quædam] CASVS. Si mater filiũ suũ præterierit,& pu.extraneũ, cuius tutor est filius,instituerat hæredẽ:qualiter filio succurratur,quæritur: quia nisi hære.pupil.acquirat, & nomine pu.adeat,præiudicat sibi in actione inoffi.querelæ? rñ.quod adire.i.pupillo adeunti authoritatem præstare debet:& finita tutela aget de inoffi.Viuianus.

l ¶ Præterisset.] quod pro exhæredatione habetur:vt institut.de exhære.li.§.mater.

m ¶ Tutelæ.] cùm tutor est.

n ¶ Negotiorũ gestorũ.] l.cũ est curator: vt s.de neg.gest.l. curatoris.

o ¶ Perdit.] no.sic&.ff.de inof.test.l.nihil.&.l.fi.

p ¶ Hypothecis.] quia pro hac mala administratione,eorũ bona tenebuntur minori: vt.s.eo.l.pro officio.Vel dic, quod in bonis matris habebat hypothecam:vt.s.de secun.nupt.l.hac edictali.§.omnibus.in qua videbatur sibi præiudicari,cũ alij bona materna adiudicari volebat. Vel dic tertiò,quòd quidam rem suam minori obligauerat, eandem & curatori pro alio facto:vnde timebat,ne si pro se peteret, teneatur minori:& si pro minore peteret,ne præiudicet sibi saltem in præscriptione.

exactio ad periculum tutorũ pertinet.D.vij.Cal.Mart. Constantinop.Arcadio iiij. & Honorio iij. AA.Cons.

¶ Soluens pupillo cũ authoritate tutoris, uel ipsi tutori uel curatori:decreto iudicis consequitur liberationẽ plenissimã.Item laboratores & coloni etiam sine hac solẽnitate soluentes,liberantur.h.d.Bal.Vel sic:Debitor pupilli soluens tutori ex præcepto iudicis,plenissimam consequitur liberationẽ.idem si sine iudice soluat annuũ reditum,uel alicuius rei pensionẽ.h.d.Salic.

Imper.Iustinianus A. Ioanni præfecto prætorio. LEX XXV.

SAncimus,creatione tutorum & curatorũ cum omni procedente[a] cautela,licere: debitoribus pupillorum vel adultorum ad eos solutionem facere: ita tamen, vt prius sentẽtia[b] iudicialis sine omi dãno[c] celebrata hoc permiserit. quo subsecuto,si & iudex hoc pronunciauerit[d],& debitor persoluerit:sequitur huiusmodi causam plenissima[e] securitas,vt nemo in posterũ inquietetur.Nõ enim debet quod rite & secundũ leges ab initio actũ est,ex alio euẽtu resuscitari[f].Non autem hanc legẽ extẽdimus[g] etiã in ijs solutionibus,quæ vel ex reditibus,vel ex pensionibus[h],vel alijs huiusmodi[i] causis pupillo vel adulto accedunt:sed si extraneus debitor ex fœneratitia forsitan cautione,vel alijs similibus[k] causis solutionem facere, & se liberare desyderat. tunc enim eam subtilitatem obseruari cẽsemus.Dat.x.Calen.Mart.Constantinop,post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC.

¶ Licet tutor interponat authoritatẽ uel curator adulto:ius tamen suum curator non perdit.h.d.Bal.Vel sic:Si tutor uel curator authoritatem præstat pupillo uel adulto adeundi hæreditatẽ ex testamẽto,in quo tutor ipse uel curator est præteritus uel exhæredatus:sibi non præiudicat,quo minus testamentũ expugnare possit.h.d.Salicetus.

Idẽ A.Ioãni p.p. LEX XXVI.

CVm quædã mulier testamẽto condito filiũ suum præterisset[l],idẽ aũt filius,qui præteritus erat,vel fratris vel extranei esset tutor vel curator: qui scriptus à matre tutoris fuerat hæres:in præsenti specie manifestissimum erat stare tutorẽ vel curatorẽ in præcipiti loco siue enim authoritatem suã vel cõsensum de adeunda hæreditate præstare pupillo aut adulto minimè voluerit,ne ex hac cã sua iura aliquod patiãtur præiudiciũ(satis enim imminet periculũ tutelæ[m] vel vtilis negotiorũ gestorũ[n] actionis,ne pupillus vel adultus,vtpote ex illius tarditate læsus,litem ei ingerat)siue huiusmodi timore perterritus, author fuerit pupillo vel adulto:periculũ emergebat.dum enim alij cõsentit, ipse sua iura perdit[o].videbatur etenim confirmare matris suæ iudiciũ,quod oppugnandũ esse existimabat.& multæ aliæ insuper species oriuntur,ex quibus verẽdũ est, tutori vel curatori circa suas res præiudiciũ parari,puta in hypothecis[p],& alijs varijs[q] causis.¶ Inuenimus autẽ generaliter definitum,post officiũ depositũ omnes actiões,quas tutor vel curator ex necessitate officij subierit,in quõdam pupillũ vel adultũ transferri[r].quare tam optimo exẽplo argumẽtati[s] †,necnõ & in alijs oĩbus casibus, † in quibus veretur tutor vel curator ne prẹiudiciũ ei aliquod fiat,timorẽ eius remouemus.¶ Damus igitur eis cũ summa fiducia res pupillorũ vel adultorũ gubernare[t]:scituri,quod lex nostra sua eis iura immutilata reseruat[v],nihil ex huiusmodi authoritate vel consensu præiudicij subituris.Dat.x.Calen.Septẽb. Cõstãtinop.post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC.

¶ Hæc lex glossat.l.sancimus.s.e.& hoc intendit.l.sancimus.s.e.in fi.quæ loquitur de fœneratitia cautione,habet locum in principali debito, non in usuris:quia illæ possunt solui sine iudice, sicut pensiones & annui reditus: dummodo etiam in unum collectæ non excedant summã. c. solidorum,nec biennij metas.h.d.Sali.

Idẽ A.Ioãni p.p. LEX XXVII.

COnstitutionẽ[x],quã nuper fecimus,disponẽtes,quẽadmodum debẽt solutiones in cõtractibus minorũ * fieri,siue ex reditibus,siue ex pẽsionibus,siue ex alijs similibus causis,etiam[y] in vsuras extendimus:quæ tamen non summatim,neq; ex multis annis collectæ iam debentur, biennales metas,& centum[z] solidorũ quãtitatem minimè excedentes.D.x.Cal. Nouẽbr.Cõstãtinop.post cõsulatum Lãpadij & Orestis VV. CC.

q ¶ Varijs causis.] videlicet circa vsuras & alias accessiones.Vel dic,quòd vendidit minor rem tutoris vel curatoris,quam timet non reuocare:& ecõtra timet reuocare.Vel dic quòd tutor vel curator vendidit rem minoris, cõtra quam venditionem timet petere restitutionẽ. Vel dic,quòd minor emit, vel alio modo acquisiuit ab alio rem tutoris vel curatoris:quam si non reuocet tutor vel curator, timet sibi præiudicari.& alia possunt poni exempla plura,in quibus omnibus habet locum hæc lex.

r ¶ Transferri.] vt & j.quãdo ex fac.tut.vel cura.l.j.&.ff.de re iu.l.si se.§.tutor.&.ff.si quis cau.l.fin.secus in procuratore:vt.ff.de procura.l.procurator qui pro euictione.&.ff.manda.l.seruum Titij.

s ¶ Argumentati.] prima facie videtur bonum ar.sed si mediũ subaudias,optimũ est: secundum Io.sic.s.ideo cũ finita est tutela,transeunt actiones in pupillum, ne officiũ sit ei damnosum: vt arg.ff.quemadmodũ test.ape.l.si quis ex.ergo & cùm hîc eadem sit ratio,idem ius dicẽdũ est.

Officium suum nemini debet esse dãnosũ.

t ¶ Gubernare.] & sic authorare prædictæ aditioni:sed quantũ ad curatorem est cõtra.ff.de ap.l.cùm in vna.§.tutor.Sol. ibi erat specialis curator ad aliud:hîc generalis ad omnia.Vel hîc in adulto,ibi in pupillo,cui potest prouideri per tutorem.

† Iste text. semper allegatur ad hoc quòd in iure propter identitatẽ rationis procedit de similibus ad similia.

† Aliâs,nec non & alijs omnibus causis.

v ¶ Reseruat.] cùm ex necessitate officij faciant: vt.ff.de inoffi.testa.l.aduersus.§.tutores.&.l.filius.&.ff.de his,qui vt indig.l.tutorem.&.l.post legatum.§.aduocatum.& institu.de inoffici.testa.§.si tutor.sed aliud in eo, qui ex voluntate:vt.ff.de inoffi.testa.l.fi.

COnstitutionẽ.] CASVS. Suprà.e.l.sancimus.cautum est,qualiter debitor soluendo plenissimam consequitur securitatem de solutione redituum & pensionum:hic addit, quod in solutione vsurarum sine interpositione decreti iudicis fieri potest: & plenè consequitur debitor securitatem,quæ non excedat summam.c.solidorum. neq; tempus biẽnale,quo casu decretum iudicis in securitate taliũ vsurarum esset interponendum ad hoc, vt plenè debeat consequi securitatem.Viuianus.

* Causa.

x ¶ Constitutionẽ.] quæ est.s.e.l.sancimus.

y ¶ Etiam in vsuras.] vt & ipse possint solui sine iudice,& sequitur plenissima securitas.

z ¶ Et centum solidorum.] hanc adiectionem intellige secundum Io.etiam in pẽsionibus & reditibus.alij contra.Item an vtrũq; est necesse,scilicet vt excedant.c.solidos & biennium.quod satis videtur:vt argumen.ff.de verbor.obligat.l.si quis

ſi quis ita ſtipulatus fuerit.x.aureos.&.ff.de condi.inſti.l.ſi hæredi plures.Itẽ ꝙ dicit ſummatim,dic ꝙ tot ſunt,quot faciunt ſummam. ſic &.ff. de pac.l.ſi plures.Sed arg.contra.s̃.de vſur.l.vſuræ.

Sancimus.] CASVS. Si tutor vel curator pupil.controuerſiam, quam quis habet contra eos,non defendat,vel eorum cauſam non agat: remouebitur à tutela cũ infamia:& tenebitur pupillo ad omne damnum. Si verò inceperunt agere vel defendere:procedente lite,qui litem inchoauerat, factus fuerit furioſus:debet præſtari à matre,vel à propinquis curator,& ordinandus eſt à iudice:& à matre,& à propinqs ſollicitãd' eſt,vt oĩ diligentia cauſam agat. Si verò curator ſe excuſat,tunc alius & incontinenti petendus eſt ab his,ad quos pertinet periculum petendi tutores. & ſic admittetur ad defenſionem pupilli, quòd non ſatisdabit de rato, nec iudicatum ſolui:vt ſuprà eodem.l.tutores. ſed iudicio ſiſti: & per hanc ſatisda. poterunt res pupilli obligari ſine decreto iudicis.Cùm verò cõtrahatur,tutor promittet coram iudice & in ſcriptis,quòd pupillum diligenter & ſine dilatione defendet. Licebit autem tut.vel cur.fructus diſtrahere ſine decreto:vt vinum,frumentum,& ſimilia.& pecunia ex venditione fructuum redacta: vnà cum alijs rebus per eos adminiſtrabitur.

Tutor litem cœptam non poteſt deſerere. hoc primo.Si pendẽte lite tutor uel curator efficitur furioſus,alius ſubrogatur,qui litem exequitur.hoc ſecundò. Bal.Vel ſic:Tutores & curatores ſuos minores à litibus eis motis non defendentes ut ſuſpecti ueniunt remouendi, & etiam de proprio damnum reſarcire tenentur. hoc dicit.Salicetus.

I dẽ A.Ioãni præ.p. L. XXVIII.

Sancimus neminem tutorum vel curatorum pupilli vel adulti,vel furioſi,aliarumq́; perſonarum [a] quibus tam ex veteribus quàm ex noſtris legibus vel conſtitutionibus creantur curatores, defenſionem quam pro lite ſuſceperint [b],recuſare:ſed ab initio litis modis omnibus memoratas perſonas defendere,& litem præparatã ſecundum leges inſtruere: ſciẽtes ꝙ hoc munus [c] neceſſariũ eſt tam tutelæ quã curationi. Et ſi hoc recuſauerint,vel ſubire diſtulerint:nõ ſolũ vtpote ſuſpecti amoueãtur [d],amiſſa eorũ exiſtimatione [e]:ſed etiã ex ſubſtãtia ſua omne detrimentum,quod antelatæ perſonæ,ex recuſatione defenſionis ſuſtinẽt,reſarcire cogãtur.

Siue lite conteſtata,ſiue antè (ſatisdatione tamen præſtita) conuẽtus factus ſit demens uel furioſus,ita quòd indiget curatore: debet ei curator ad litem dari per iudicem,coram quo lis uertitur.hoc dicit.&c.no.Salicetus.

Sed & ſi quis [f] ex quadam interpellatione admonitus [g],pro litis inſtructione conſuetã cautelam [h] expoſuerit,vel poſt litem cõteſtatam,quam per ſe,nõ per procuratorem [i] ſuſceperit,vel demẽs, vel furioſus factus fuerit: ſancimus continuò curatorem ei in cõpetenti iudicio ordinari, cura & prouiſione tam iudicis, ſub quo lis vertitur †,quã cognatorũ & ꝓpinquorũ,& actoris [k],ſi voluerit: vt non ab eo inſtituta lis diutius protrahatur:neceſſitatem habente creato curatore defenſionem ſubire,& cætera litis adimplere.

Ad curam eius,qui tenetur petere tutorem ordinari pupillo,ſpectat etiã facere petitos & ordinatos compelli,ut pupillum defendant in lite.Et ſi contingat illum remoueri, debet facere alium idoneum ſubſtitui.h.d.Sali.

Perſonis etiam, quæ periculo [l] proprio,vel ſuæ ſubſtantiæ [m] tutores vel curatores petierunt(ſiue matres fortè fuerint,ſiue quidam alij) compellendis eos, quos ordinauerint [n] tutores vel curatores,præparare [o] talem ſubire defenſionẽ.vel ſi illi noluerint hoc facere,& propter huiuſmodi defenſionis recuſationẽ à tutela vel curatione remoueantur: neceſſitatẽ imponimus memoratis perſonis, alios tutores vel curatores ordinare, [p] in ipſis [q] geſtis, in quibus tutores vel curatores creãtur,ex ſua confeſsione declarantes [r] talẽ ſubire [s] defenſionẽ. Ne autem [t] tales perſonæ ſine prouiſione debita relinquantur,vel contra eos agentium iura diutius protelentur:ſancimus cõtinuò, id eſt poſt recuſationem [v] defenſionis,in caſibus videlicet,in quibus (ſicut dictum eſt [x])hoc fieri poſsit:creationem aliorum tutorum vel curatorũ celebrari: cognatis, alijsq́; propinquis & affinibus vel creditoribus,vel alijs [y] quorum intereſt,adeuntibus,vel admonentibus eos, [z] qui ſecundũ leges ius habẽt, tutores vel curatores cõſtituere.

Tutores uel curatores non tenentur de iudicato ſoluendo ſatisdare, ſed tantùm de iudicio ſiſti,& in eam cauſam bona minorum poſſunt ſine decreto obligare.h.d.Sali.

Defenſionem autem & nomen eius in hoc caſu [a] apertius declarantes,ne fortè putauerint tutores vel curatores grauamen ſibimet imponi:illam decernimus defenſionem eos ſubire,quæ non ſatisdatione pro euentu litis conſtituitur [b],ſed vt tantummodò litẽ ſecũdum legum ordinem pro pupillo vel adulto alijsq́; perſonis [c] inſtruant [d]:licentiam ex hac noſtra authoritate habentes,ſine decreto res quarum gubernationẽ gerunt, pro cautela [e] litis ſubſignare [f].

Tutores & curatores tempore ſuæ decretionis debent ſpecialiter & expreßim promittere quòd defenſionem minorum ſuſcipient ſine ulla dilatione.h.d.Sali.

a Perſonarum.] vt prodigorum, & amentium, & aliarum ſimilium:vt inſtitut.de cura. §.iij.

b Suſceperint.] ſatiſdãdo iudicio ſiſti.& ſic iam inchoauerant: vt. s̃. qui dari tuto.vel curat.l. curator.idem ſi nil incœpiſſent:quia incipere tenentur:vt ſubijcit. & infrà eodem.l.§.perſonis.& ſuprà de procurat.l.neq;.&.l.iij.

c Hoc munus.] ſcilicet defendendi. Sed contra ff. de autho. tuto. l.ij.§.ſi tutor.ſed aliud in contractibus, vbi nõ cogitur auctorare:hîc in iudicijs.

d Amoueantur.] vt.ff.eodem.l. ita autem. §.geſsiſſe.Idem ſi inuentarium facere differant: vt infrà arbit. tu.l. fina. j. reſpon. Idem ſi non ſatiſdent: vt infrà de tuto. vel curato. qui non ſatiſde.l.j.Idem ſi mentiendo dicant alimenta non poſſe dari, vel pecuniam detractant ad emptionẽ prædiorum:vt.ff. de ſuſpe.tutore.l.iij.§.tutor qui.&.§.tutores.

† Iſtud ſecũdũ Sali. eſt bene notã. quia de curatore generali & tutore dubitatur:vt no.l.j.s̃.vbi pet. tuto. vel cura. & ꝑ do. i.c.petitio. de procura.

Tutores multis ex cauſis remoueri poſſunt.

e Exiſtimatione.] id eſt fama.

f Sed & ſi quis.] hic.§.loquit̃ de maiore effecto furioſo,cui debet dari cu.

g Admonitus.] id eſt in iudicio vocatus ab aliquo.

h Cautelam.] iudicio ſiſti.

i Per procuratorem.] tunc enim procurator proficeret, etiam eo facto furioſo,vt innuitur.

k Actoris.] id eſt eius,qui agebat contra eum, quem veriſsimile eſt velle proſequi,ſed & idem ſi actor eſſet furioſus factus,& reus vellet procedi.

l Periculo.] vt liberti, qui niſi petant tutores, accuſantur vt ingrati: vt ſuprà qui petunt tuto.l.ij.&.ff.de iurepat.l.ingratus.&.ff.qui pet.tut. l.ij.§. liberti.

m Suæ ſubſtantiæ.] vt mater,quæ repellitur à ſucceſsione filij:vt.ff.qui pe.tu.l.ij.§.ſunt autẽ. ſed certè imo nõ ſuſtinet periculũ ſuæ ſubſtãtiæ: niſi ponas,ꝙ petijt minus idoneũ,& decreto fuit comprehẽſum eius periculo dari:vt.j̃. ſi mater indẽ. pro.l. fina. ſed tutor non rectè datus cũ ſe negotijs immiſcuiſſet,ſi errore cõperto ea deſerat: tenetur eo nomine, niſi à prætore tutores conſtitu. petat:vt.ff.eod.l.tutores.§.qui ſe.&. ff. de eo qui pro tu.neg.l.j.§.fi.Itẽ & creditores habẽt & dãnum ex retardationẽ: vt j̃.e.l.§.ne aũt.Itẽ & duũuiri ſi hoc malè procurant:vt inſt.de ſatiſa. tut. §.penul. Item tutor finita tutela debet admonere de petendo curatore: vt.ff.eo.l. ita autem.§.ſi tutor pupillum.

Tutor finita tutela debet admonere pupillum de petendo curatore.

n Ordinauerint.] id eſt ordinari fecerint. ſic ff. de his, qui not. infa.l. furti.§.mandati.

o Præparare.] i. inſtare vt dentur,quos petierint:& ꝙ inuẽtariũ faciant, & ꝙ iurent, & ſic præparant.nõ autẽ cõpellitur mater accuſare vt ſuſpectũ:vt.ff.qui pet. tut.vel cura.l.fi.§.fi.

Mater non cogitur accuſare tutorem vt ſuſpectum.

p Ordinare.] i. ordinandos poſtulare.

q In ipſis geſtis.] i. in quibus dantur,debeãt declarare ſe ſubire &c.vt j̃.eo.l.§. omnem autem.

r Declarantes.] hi qui de nouo creantur.

s Subire.] i.ſubituros.

t Ne autẽ tales perſonæ.] minorum,furioſorum,dementium,& ſimilium.

v Recuſationem.] & remotionẽ ꝓpter crimen vt ſuſpecti:antè eñ non ordinatur alius cũ habẽti tutorẽ &c.vt.s̃. in quib.cau.ha.tu.l.licet.

x Dictum eſt.] s̃.e.l. in princ.&.§.proxi.ſ. quãdo non defendunt.

y Vel alijs.] puta matre & liberto:vt.ff.qui petũt tut.l.ij.§.ſunt aũt quidam.& no.s̃.proxi.§.

z Eos.] ſ.iudices.

a In hoc caſu.] quãdo remotis prioribus alij dantur.

b Conſtituitur.] ſ. iudicatum ſolui [a], & de rato:vt &.s̃.eo.l. tutores. j.ſecus in patre defendẽte filium qui ſatiſdat de his:vt.ff.qui ſatisda.cogã. filiusfa.quæ eſt contra.cùm hic ſuum officium non debeat eſſe damnoſum ſibi:vt arg.ff.ex quibus cau.ma.l.videlicet.vel defendebat ibi conferendo in ſe iudicium:hîc non ſic.Vel dic vt ibi.

a Concor. gl.j.in ſi in ca.mandato.extrà de procura.

c Alijsq; perſonis.] vt furioſis vel dementibus.

d Inſtruant.] iudicio ſiſti ergo cauent:ſed aliud in orphanotrophis, qui nec de hoc cauent:vt.s̃.de epi.& cle .l.orphanotrophos.

e Pro cautela.] id eſt iudicio ſiſti:vt dixi.

f Subſignare.] i.obligare.ſic ponitur.ff.de iure immu.l.ſemper.§.cõda

Minoris res immobilis quãdoq; si ne decreto alienatur.

ctores. Et sic nota speciale, rem minoris immobilem, sine decreto obligari vel alienari: nam de mobilibus, quæ aliâs possunt obligari vel alienari, non debet intelligi.

a ¶ Cum alijs.] quæ non sunt in vsu.

b ¶ In gestis.] id est apud iudicem inter acta.

c ¶ In cautionibus.] id est chartulis.

d ¶ Conscribuntur.] vt rem pupilli vel adulti saluam fore. & ad hoc. s. de episco. audi. l. de creationibus.

e ¶ Alijsq;.] furosis vel mente captis.

f ¶ Licere.] imo & cogitur. alioquin spectat ad eum periculum: vt. ff. eo. l. si res.

g ¶ Sine decreto.] vt 20 j. quãdo decre. opus nõ est. l. fina. &. s. e. l. lex quę. in fin.

h ¶ Pretio.] quid si iniusto? Respon. non rescinditur venditio: nisi fordes, vel gratia interuenerit: vt. ff. de mino. l. & si si ne. §. idem faciunt.

i ¶ Aliarum persona- 30 rum.] vt furiosorũ & mente captorum.

¶ Omnem autem dubitationem pro defensione pupillorum & adultorum, aliarumq; personarum penitus amputantes: sancimus, omnes tutores vel curatores non aliâs creari, nisi prius cũ alijs [a] solennibus verbis, quæ pro gubernatione rerũ tam in gestis, [b] quã in cautionibus [c] ab his conscribũtur [d], & hoc specialiter expresserint, ꝙ omnimodo siue vlla dilatione defensionem pro pupillis & adultis alijsq; [e] suprà memoratis personis subire eos necesse est.

¶ *Tutores & curatores possunt uendere fructus rerum minorum sine decreto pro pretio tunc currenti in loco, in quo distrahuntur. hoc dicit. Sali.*

¶ Hisq; adijcimus, nullam neq; in hoc capitulo ambiguitatem relinquẽtes, tutoribus & omnibus curatoribus licere [f] fructus, siue qui ex reditibus prædiorum colliguntur, siue qui ex substantia personarum, quarum gubernationem habent, inuẽti fuerint, id est vinum, & oleum, & frumentum, vel cuiuscũq; speciei sunt, sine decreto [g] distrahere, iusto pretio [h], quod in locis, in quibus venditio celebratur, tunc temporis noscitur obtinere, & quæ ex venditione eorũdem fructuũ colligũtur pecuniæ, cùm alia pupillorum vel adultorũ aliarũq; personarũ [i] substantia administrentur. D. xij. Cal. Nouẽb. Constantinop. post consulatũ Lãpadij & Orestis. VV. CC.

¶ DE PERICVLO TVTORVM ET CVRATORVM.

Casum ponit.

k Et qui notitiæ.] Pater testamẽ- 40 to duos viros prudentes & locupletes filio tutores dedit: & quia ipsi nõ nouerant facultates eius, adiunxit eis contutores duos libertos suos, qui res suas nouerãt: nõ vt administrarẽt: vel nõ vt insolidum: sed vt alios in administratio 50 ne instruerent: & quod ab eis gereretur, inspicerent. tenentur itaq; isti, sicut & illi: siue dissimulauerint scire, siue fraudem adhibuerint per se tantũ, vel participauerint cum alijs, vel suspectos facere omiserint. licet enim non administrent, debent ta- 60 men inspicere qualiter alij administrant.

l ¶ Tutores.] supple vel curatores vt subijcit, qui dati in testamento cõfirmantur: vt institut. de cura. §. dantur.

m ¶ Patrimonij.] sic in situ. de excusa. tut. §. sed & propter. alij autem o- 70 mnes accipiuntur insolidum: vt. j. de auc. præstã. l. fi. & facit. ff. de solu. l. ꝙ si fortè. §. j. & ff. de admi. tu. l. ij. §. j. & instit. de satisda. tut. vel cura. §. j.

n ¶ Tutores.] prædicti liberti.

o ¶ Adhibuerint.] sine dissimulatiõe & soli.

80 ¶ Ad eos.] CASVS. Paterfamilias tum habens patrimonium in duabus prouincijs: vnum in vna dedit tutorem, & alium in alia degẽs in vna prouincia, non tenebitur pro his

TIT. XXXVIII. De periculo tutorum & curatorum.

¶ *Etiam ad tutorem datum causa notitiæ, pertinet periculum, si alios administratores non instruxit, uel suspectos gerere permisit. Hoc dicit. Bal. Vel sic: Tutores instructionis uel notitiæ causa dati, licet non administrent, tenetur de dolo & culpa: ac etiam tenentur alio modo suspectos facere. h. d. Sali.*

Imp. Alexander A. Quanto. LEX I.

Et qui notitiæ [k] causa liberti tutores [l] dantur, quã uis soli administrandorũ negotiorũ pupillorũ siue adultorũ facultatẽ interdum nõ accipiãt propter tenuitatẽ sui patrimonij [m]: periculo tamen oẽs sunt obligati: siue ea, quæ scire debent, ex vtilitate eorũ tutores [n] siue curatores dissimulauerint, siue fraudẽ aliquã adhibuerint [o], vel cũ alijs participauerint, aut cùm suspectos facere deberent, vel in officio muneris, vel debito obsequio cessauerint. PP. ix. Calend. Feb. Alexandro A. ij. & Marcello Cons.

quæ geruntur in alia prouincia. nec econuerso.

p ¶ Non porrigitur.] diuisa administratione à testatore, vel à iudice: vt j. de diuiden. tu. l. ij.

¶ *Tutor unius prouinciæ non tenetur de facto tutoris alterius prouinciæ. Hoc dicit. Bal. Vel sic Si administratio est diuisa à testatore, uel à iudice, periculum unius non spectat ad alium. Hoc dicit cum gl. Sali.*

Idem A. Saturo. LEX II.

Ad eos, qui in alia prouincia tutelam administrãt, periculũ administrationis ex persona tutorũ, qui in alia prouincia res pupilli gerunt, non porrigitur [p]. PP. Non. Iul. Alexandro A. ij. & Marcello Cons.

¶ *Tutor qui seruat non seruanda, tenetur de periculo casus fortuiti. h. d. Bal. Vel sic: Periculum casus fortuiti spectat ad tutorem, si culpa præcedat casum. non aliàs. h. d. cum seq. Salicet.*

Imp. Philippus A. & Philippus Cæs. Gratiano LEX III.

Si res pupillares, quas in horreo cõditas habere, aut etiam vænundare [q] debuisti, in hospitio tuo [r] (vt asseueras) vi ignis [ô] absumptę [s] sunt: culpam seu segnitiẽ tuam, non ad tuum damnum, sed ad pupilli tui spectare dispẽdium, minus probabili [t] ratione deposcis. PP. iij. Calen. April. Philippo A. & Titiano Cons.

¶ *Tutor seu curator non tenetur de casu fortuito. h. d. Bald.*

Idem A. & C. Floro. LEX IIII.

Tutoribus vel curatoribus fortuitos casus, aduersus quos caueri non potuit, imputari non oportere, sępe rescriptũ est [v]. PP. xij. Calend. Septemb. Philippo A. & Titiano Cons.

¶ *Probationes iuris & de iure sunt liquidæ. h. d. Bal. Vel sic: Negligentia non adscribitur ignoranti, nec periculum temporis ignoti. h. d. Salic.*

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. Seuero. LEX V.

Si tutor petitus [x], vel testamento datus, tutorem te constitutum esse non ex remissioris [y] † negligentiæ vitio, sed iustæ ignorationis ratione non didicisti, idq; liquidis probationibus ostẽderis [z]: periculo eius temporis, quod ignorante te transmissum est, non teneberis. PP. iij. Id. Septembr. ipsis iiij. & iij. AA. Cons.

¶ *Tutela finita, finitur periculum administrationis. h. d. Bal.*

Idem AA. & CC. Epicteto. LEX VI.

¶ SIres.] CASVS. Si tutor res pupil. in loco non tuto posuerit: & per incendium perierint: tenebitur: quòd suo damno non pupilli perierunt. Viuianus.

q ¶ Venundare.] & his duobus modis damnum fortuiti casus euitari potuit. Azo. vt. s. de pi- 10 gno. act. l. pignus. & ff. de dam. infec. l. vtiq;.

r ¶ Tuo.] subiacenti faci le corruptioni.

s ¶ Absumptæ.] & sic fortuito casu: vnde videbatur te non teneri: vt. j. eo. l. proxim. teneris tamen, quia præuidere potuisti.

20 t ¶ Probabili.] i. nimis improbabili. talia enim per contrarium resoluuntur: vt. s. de transactio. l. fratris.

¶ Tutoribus.] CASVS. An tutor de fortuito casu teneatur, quæritur? Dicitur ꝙ nõ: quia præuideri nõ 30 poterat. Viuianus.

v ¶ Rescriptum est.] vt. ff. e. l. si res. &. s. de dig. act. l. quæ fortuitis. & ff. pro socio. l. cum duobus. §. dãna. & s. de nego. ge. l. negotium.

¶ Si tutor.] CASVS. Siue tutor à matre petatur, siue in te- 40 stamẽto detur, & ignoret se datũ, res quæ perierũt, antequã sciret se datum, ad periculũ suũ nõ pertinebũt, si probauerit se nesciuisse: quod probat eo ipso ꝙ nõ probat contrariũ. vel nõ probabit si vult: quia nec præsumet scire: quia fortè non inter 50 fuit in testamẽto: vel ad domum suam fuerat denunciatum. Viuia.

x ¶ Petitus.] à matre vel ab alijs personis, quæ petere debent tutores pupillis.

y ¶ Remissioris.] cilicet magnæ.

z ¶ Ostenderis.] admis 60 sus, non iussus, secundũ P. Vel dic probas, quãdo præsumptio scieti ę est cõtra te, vt quia interfuisti testamento: vel publicè sciebatur: & ad domum tuam fuerat denunciatũ. arg. ff. de iur. & fac. igno. l. nec supina. Vel dic, probas, eo ipso ꝙ contrarium 70 non probatur: & hoc ideo, vt tollas cõtrarium. ff. eo. l. quidam decedens. §. fina. & c. l. sequen. vbi dicit pupillum probarę: & vt tollas aliud, quod dicit præsumi ignorantiam: vt ff. de proba. l. verius. & aliud quod dicit negantem non probare: vt su- 80 prà de probat. l. actor. nec obstat quod dicit hic liquidis: quia probationes legum liquidissimę [a] sunt. & concor. suprà de administrat. tuto. l. & si sciss. & infrà de suspec. tut. l. ij.

ô Consumptæ.

Tutor qui dicit se ignorasse, quod fuerit datus an probare debeat.

† Aliâs, remissæ.

a Ista glo. reputat singu. per eo rones doc. hic est, qui transferant onus probandi in aduersarium.

Temporis

Temporis.] CASVS. Tutor finita tutela de antè gestis tenetur: non de his, quæ postea sunt gerenda. in curatore econtrario: quia non de gestis, sed de gerendis tenetur. Viuianus.

a Tẽporis quod insequitur.] nec præcedentis temporis periculum spectat ad curarores: vt. s̃. de admi. tu. l. j.

b Translationem.] quando enim quis desinit esse tutor: transfert ad pupillum & actionem & omnia, quæ contracta erant in administratione.

c Non pertinere.] vt & ff. de admi. tuto. l. à tutoribus. §. j. & l. cũ post. in princi. & ff. si quis cau. l. fi. & j̃. tit. j. l. j. & s̃. in quibus cau. ha. tuto. l. j. & hoc nisi connexa sit administratio: vt. j̃. vt causæ post pu. l. j. & ff. de hære. tu. l. j. & ff. de tute. & ra. distra. l. si tutor. & j̃. arbi. tute. tutor. & ff. de ad. tu. l. ita aũt post completum. Accur.

Temporis[a], qđ insequit̃ post tutelæ trãslationẽ[b], administratiõis officio finito, ad eos, qui fuerũt tutores, gerẽdæ rei nõ pertinere[c] periculũ, rationis est. S. v. Calẽ. Decembr. Cæsaribus Cons.

TITVLVS XXXIX.

Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conueniri possunt.

Sententia lata contra tutorem uel curatorẽ finito officio non mãdatur executioni in eos, sed in dominum principalem. h. d. Bal. Nisi dolũ cõmiserint, uel nouauerint: ut in glo. Sali.

Imp. Antoninus A. Septimio. LEX I.

Iuliana, cuius tibi curatores condemnati sunt, si vicesimũquintũ annũ ætatis * egressa est: actio iudicati vtilis aduersus ipsam bonaq́; eius tibi exercẽda est[d]. Nam tutores curatoresq́; finito officio non esse conueniendos[e] ex administratione pupillorum vel adolescentiũ, sæpe decretum est. PP. viij. Cal. Iul. Romę, Antonino A. iiij. & Balbino Cons.

Ex stipulatione tutoris super re pupilli pupillo quæritur utilis actio. h. d. Sal.

Imp. Alexander A. Sorarcho. LEX II.

Etsi tutores tui cùm pecuniá pupillarem crederent, ipsi stipulati[f] sunt: vtilis[g] actio tibi dabitur.

Lex præcedens dixit de acquirendo: hæc dicit de obligãdo. Bal. Vel sic: Si pecunia mutuò sumpta per tutorem in utilitatem pupilli est cõuersa: in pupillum competit actio. h. d. Salic.

Imp. Gordia. A. Prudẽtiano. LEX III.

Si in rem minoris pecunia ꝓfecta sit, quæ curatori vel tutori eius nomine minoris mutuò data est, meritò personalis[h] in eundem minorẽ actio danda est. PP. Noñ. Septembr. Gordiano A. & Auiola Cons.

QVANDO EX FACTO TVTORIS VEL CVRAT. &c.

Iuliana.] CASVS. Mulier quædam tenebatur mihi, & conueni tutorem suum: & obtinui: antequàm sententia mãdaret̃ executiõi facta est maior: in cuius bonis facienda sit executio. s. an tutoris vel mulieris, quæritur? Rñ. ꝙ in bonis mulieris: quia finita tutela & cura & rationibus redditis, amplius tutor vel curator nõ côueniet̃.

* Sui.

d Exercenda est.] idem si non est maior: vt ff. de re iud. l. iiij. §. tutor quoq;. & ff. de ad. tut. l. ij.

e Conueniendos.] vt & probatur dictis. ll. & ff. si quis cau. l. fi. hoc tamen fallit quando ex dolo vel culpa tutoris ageretur: vt. ff. de act. emp. l. Iulianus. §. sed & cùm in facto. & ff. eod. l. iij. in prin. & l. iiij. Item & quãdo transtulit in se nouando: vt. ff. eod. l. v. Item secus in procuratore. vt. ff. de procu. l. procurator qui pro euictione.

Etsi tutores.] CASVS. Tutor si pecuniam pupilli mutuet, & stipuletur sibi reddi: cui acquisita sit actio? Respon. ꝙ vtilis pupillo acquiritur.

f Ipsi stipulati sunt.] scilicet sibi.

g Vtilis actio.] scilicet certi condictio. Et distingue, aut mutuat nomine pupilli & non stipulatur: & iure communi quæritur pupillo certi condictio & hypothecaria: vt. ff. si certum petatur. l. certi condictio. §. si nummos. & suprà per quas personas. l. cùm per liberam. aut suo: & fortè etiam sibi similiter stipulatur: & tunc iure speciali acquiritur vtilis pupillo, & adulto, & furioso, & prodigo: vt hîc. & ff. e. l. ij. & ff. de adm. tu. l. quoties. in prin. & ff. rẽ pupil. sal. fo. l. iij. & iiij. & ff. de consti. pecu. l. eum qui. §. Iulianus. & §. item tutori. & si certum petatur. l. si pecuniam. aut etiam pupillo stipulatur, vel sibi noĩe pupilli: & tũc specialissimo iure quęrit̃ sibi vtilis: vt. d. l. eũ qui. §. si actori. & d. l. de admi. tut. l. quoties. §. j. & eisdem casibus, vbi dico quærere vtilem personalem, dicam quæri vtilem hypothecariam. arg. s̃. per quas personas. l. cùm per liberam. Sed contra. ff. de pigno. acti. l. solutum. §. per liberam. Sol. ibi directam pupillo hypothecam acquiri. hîc concedit vtilem. vel solue vt ibi. ADDITIO. Dicas, quòd ibi tutor contraxit in his, quæ non pertinebant ad eius administrationem: ideo nullo modo quærit actionem pupillo. ita vult in effectu glo. ibi. & tenent ibi doct. quod limitat Bar. ibi, nisi in subsidium. sicut quolibet extraneo contrahente. l. filiæ. ff. de solutionibus.

Tutor an quærat pupillo per stipulationẽ.

Si in rem.] CASVS. Mutuaui tutori nomine pu. x. quæ in rem pupilli conuersa sunt: nunquid pupillus tenebitur? Rñ. ꝙ sic actione personali: puta condictione certi ex mutuo. Viuia.

h Personalis.] vt. ff. de pecu. l. ex facto. §. planè. & arg. ff. de euic. l. illud. §. j. & eodem casu poterit res minoris pignori obligari: vt. ff. de pign. act. l. tutor. in princip. secundũ Hug. sed & illa intelligitur cũ decreto: vt ibi not. & dicitur. j̃. de curat. furi. l. ij. Item quod dicit hîc in minore, idem dic in ecclesia: vt. s̃. de sacrosanct. eccle. aut. hoc ius porrectũ. & in ciuitate: vt. ff. si cer. pet. l. ciuitas. & facit. s̃. si tutor vel curator. l. si creditor. & quod ibi notatur. & ff. de in rem verso. l. pater. §. seruus. & de mino. l. tutor. §. fina.

Si finito officio tutor perseuerat in administratione, ipse tenetur: & ex eius contractu utilis actio domino quæritur. h. d. Sali.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Maximianæ. LEX IIII.

Si ij, qui te in pupillari ætate cõstituta tutores fuerint, posteà in administratione perseuerãtes, vel curatores constituti, tua prædia locauerunt: eos competenter conueni[i]: sed & ex eorũ contractu vtilis tibi quæri potuit[k] contra successores conductoris actio. S. iij. Noñ. Mart. AA. Cons.

Idem AA. & CC. Onesimæ. LEX V.

Per tutorem pupillo actio, nisi certis ex causis[l] quæri † non potest. D. Idib. Decembr. Cæsaribus Cons.

† Aliâs, dari.

TITVLVS XL.

Si ex pluribus tutoribus vel curatoribus omnes, vel vnus agere † pro minore vel conueniri possint.

† In quibusdam exem. legitur, vel vnus per agere rẽ minoris, vel conueniri possint.

Vnus ex tutoribus potest causam defendere alijs negligentibus. h. d. Sali. Vel sic: Quilibet tutorum habet officium insolidum. h. d. nisi sit diuisum quò ad ius, uel administrationem. Hoc dicit cum. l. sequen. Bal.

Imp. Antoninus A. Cassio militi. LEX I.

Ab vno[m] ex tutoribus vel curatoribus causam posse minorũ defendi, cùm alij tutores vel curatores eam defendere noluerint[n], ignorare nõ debes. PP. Noñ. Nouẽbr. Messala & Sabino Cons.

Quando administratio est diuisa à testatore uel à iudice, nõ debet unus pro rebus ad administrationẽ alterius spectãtibus cõueniri. h. d. Sa.

Imper. Constantinus A. & Licinius C. ad Symmachum. LEX II.

Si diuisum[o] administrationis periculum per prouincias

Si ij.] CASVS. Si tutor finita tutela in administratione perseuerauerit: puta locando prædia pu. an actione vtili tutor tenebitur? Respõ. quòd sic: & ex eius contractu adulto acquisita est actio. Viuianus.

i Conueni.] vtili tutelæ: vt. j̃. arbi. tute. l. tutor. Sed quomodo cùm nõ sit tutor? Rñ. propter præcedentem tutelam. argu. ff. de solu. l. cùm quis. §. j. & facit. ff. de regulis iur. l. semper. secundum quod B. ponit ibi casum.

k Quæri potuit.] vt & ar. j̃. de cur. fur. l. ij.

l Per tutorem.] Ex causis. s. cùm in rem pupilli contrahit: non si in suam.

SI EX PLVRIBVS TVTORIBVS VEL CVRATORIBVS &c.

Quid si vnus confiteatur: alter neget? Dic vt dicere consueuit. ff. de procuratori. l. pluribus. ADDITIO. Continua hanc rubricam secundum Salicetum sic. Quia tutores vel curatores de quibus dictum est, contingit quãdoque esse plures vnius pupilli vel adulti: & dubitatur, si vnus ex pluribus agere vel conueniri possit: ideo sequitur hæc rubri. Et materiã huius rubric. per Bald. in. l. cùm magistratus. infrà quando prouoca. non est necesse.

Continuatio.

Ab vno.] CASVS. Si pupillus plures habeat tutores: an vnus causam pupilli, si alij defendere noluerint, possit defendere, quæritur? Respondetur quòd sic. Viuianus.

m Ab vno.] loquit̃ hîc qñ nõ diuisa est administratio. vel est diuisa à seipsis, qđ est idẽ: vt j̃. de diui. tu. l. ij. ar. j̃. l. ꝓx. loquit̃ qñ est diuisa à testatore vel iudice. primo ergo casu vnius authoritas sufficit quisquis ille sit: nisi tale sit factũ quod ipsam tutelam dissoluat. vt hîc, & j̃. de aut. præstã. l. fin.

n Noluerint.] vel etiam non potuerint. & ad hoc. ff. de admi. tut. l. decreto. §. fin. & l. iij. §. j. & j̃. de aut. præstan. l. fin. sed si omnes vellent agere vel cõueniri, possunt. Sed an idem in pluribus consulibus, vt vnus solus agat: quod videtur vt hîc. Econtra quòd non: cùm omnes de calumnia iurent: vt. s̃. de iuramen. calum. l. ij. §. hoc etiam. sed prima placet. nec est absonũ, quòd omnes iurent, sed vnus agat. quia & agit procurator, & iurat dominus: vt. s̃. de iuramen, calum. l. ij. §. si autem.

Si diuisum.] CASVS. Si in duabus prouincijs tutores testator filio suo dederit: vnus in vna, alius in alia causam agat. Viuia.

o Si diuisum.] à testatore vel iudice.

a ¶ Is tantum omnibus.] vel alicui eorum:vt.s.l.proxima.vel ideo tantùm,quasi dicat non alijs,qui in alia prouincia administrãt.vel ideo dicit omnibus:quia vno citato & non respondente,conuenitur:alius:qui si nec ipse defendat,citatur tertius:& sic de singulis,si plures sint:quia & agnati vocantur:vt & .ff.quibus ex causis in possessio.ea.l.hæc autẽ. non quin vnus bene possit agere & couenire, etiã solus: vt.supra.l.pxi.

b ¶ Insinuari.] s.libellus petitionis vel conuentionis.

c ¶ Ad iudicia.] alterius prouinciæ, vt & .j.de diui.tut.l.ij.&.j.de authen. præstan. l.fi.in princi.&.ff.de admi.tutor.l.iij.§.fi.

¶ NE TVTOR VEL CVRAT. &c.

COmpetẽs.] CASVS. Tutor tenebatũ pupillo ex mala administratione in.c.vult coducere vectigal: an sit admittẽdus, quærit? Dicitur q̃ non. & hoc in prima. Si verò dixerit se nõ teneri pupillo,cùm teneat,et sic ad cõductionẽ accesserit: si pupillo satisfecerit, & fisco:ĩ crimine nõ fuit. & hoc in secunda. Si verò primo fisco teneaẽ, deinde tutelam suscipiat: à periculo falsi excusabitur.

d ¶ Reddiderũt.] nisi decesserit ille,cuius tutela vel cura est administrata. Itẽ secꝰ si hereditario iure successit in contractũ fiscalẽ:licet viuat is,cuius tutela vel cura administrata est: vt.ff.ad le.Cor.de fal.l.j.§.idem princi- pes. &.§.sed & si in rem.

e ¶ Falsi crimine.] in qd̃ incidis.nã cõducẽdo videris te dicere nõ esse tutorẽ,vel ex ea câ non teneri, & sic crimine falsi teneris:vt hîc,&.ff. ad l.Cor.de fal.l.j.§.tutores. Sed videt vtraq; via agi: vt.j.qñ ci. act. præ.cri.l.j. Sol.ibi fuit actũ:hic vltra satisfactũ est.& est sic in crimine stellionatus:vt.j. de crimi.stel.l.j.& in falsa moneta:vt.ff.de fal. l. falsam.& in crimine incestꝰ,à quo liberaẽ,si ante sñiam illicitã cõuetionẽ diremerit:vt.ff.ad leg. Iu liã.de adulte.l.si adulterium cum incestu.§.fratres. Alij vt Azo,M.&.P.dicunt, q̃ publica accusatio & ciuilis actio cõcurrũt:vt in l.cõtraria.sed priuata accusatio, & ciuilis actio nõ:vt hîc. Et exponũt hîc falsi.i.criminis stellionatus,qd̃ hîc locum habere dicunt, quasi obliget res obligatas: quod nõ placet:tũ qa hic est titulꝰ criminis.f.falsi: vt hîc dicit, &.ff.ad leg.Cor.de fal. l. j.§.tutores.vñ cessat stellionatus.& facit.ff.de cri. stel.l.iij.tum quia etiã expresse dicit lex de accusatione priuati delicti,quod concurrit cum actione ciuili,vt furti: vt in. l. contraria.quanquam ipsi dicunt ibi de furto, ex quo nascitur publica accusatio scilicet si quis surripiat filium vel seruum alterius.prima ergo placet, licet si priuato obligat, bene habet locum crimenꝰ stellionatus:vt.ff. de pig. act.l. tutor.§.fi.& dic.l.de cri.stel.

δ Vltrà de disti. Tutor vectigal cõducẽdo se magno supponit periculo.

sit:ijs tantũ omnibus[a] insinuari[b] conuenit,& ab ipsis inferri litem, qui in ea prouincia tutelę vel curę officiũ sustinẽt:ne de alijs puĩcijs defensores minorũ ad iudicia[c] pducãtur.D.prid.Non.Feb. Cõstãtino.A.& Licinio Cæs.Cons.

TITVLVS XLI.

Ne tutor vel curator vectigalia conducat.

¶ Tutor uel curator prohibetur uectigalia cõducere,tutela non finita,uel ratione non reddita,sub pœna falsi:quam euitat si sponte satisfecerit utrique ante tutelam uerò conducens excusatur à periculo.hoc dicit.Sal.Vel sic:Periculosa est ista lex contra tutores & curatores, qui emunt gabellam communis,& est fortè ratio legis:quia uidentur bona sua pluribus insolidum obligare,quod in hoc casu est crimen falsi:in alio est crimen stellionatus:ut infrà de crimi.stel. l.j.in fi.Bald.

Imp.Antonin.A.Sexto. LEX VNICA.

COmpetens iudex non ignorat non esse admittendos ad vectigalia conducenda eos, qui pupillorum vel adolescentium tutelam seu curam administrant, vel qui eius administrationis rationem nondum reddiderunt[d]. ¶ Sed quamuis contra interdictum ad vectigal conducẽdum accesseris:tamẽ quoniã δ vltro me adijsti,si tã vectigali,quàm pupillis satisfeceris,falsi crimine[e] carebis. Cùm autem fisco te iam obstrictum,posteà tutorem esse factũ dicas:periculo[f] te excusare poteris.PP.viij.Calen. Aug.Romæ, Antonino A.iiij.et Balbino Cõs.

TITVLVS XLII.

De tutore vel curatore qui satis non dedit.

¶ Tutor non admittitur, nisi legitimè satisdederit:& qui non uult satisdare, remouetur.Itẽ non recepit tutor administrationem antequã satisdet,nisi sit testamentarius, uel confirmatus, uel datus ex inquisitione.h.d.Bal. Vel sic:Tutor uel curator qui non satisdedit cùm debet:administrare prohibetur, & ad satisdandum compellitur.h.d.Sali.

Impp.Valerian.& Gallien.AA.Tito & Flauiano. LEX I.

SI nondũ vobis ætas legitima completa est : satisdationem ab ijs[g] quos minus idoneos[h] curatores vobis ab aduersario[i] cum magistratu fungeretur,datos dicitis, postulare. Prohibentur enim ab administratione, nisi securitati vestræ satisdatione prospexerint. PP.Non.Iul. Aemyliano & Basso Cons.

¶ Tutor non satisdans inopia,remouetur à tutela sine infamiæ nota:secus si fraude:& in locum defuncti idoneus debet subrogari:qui à defuncti hæredibus tenetur rationem exigere.hoc dicit.Sali.

Idem AA.& Valerian.C.Euploio. L. II.

EVm tutorem, qui superest[k], si secundum præsidis præceptum & iuris formã satis nõ dat: remoueri à tutela, si inopia[l] hoc faciat, sine infamia: si fraude, etiã cũ nota, aditus rector puinciæ iubebit,& in locum defunctorum[m] alios idoneos substitui præcipiet: præsertim cùm patrimoniũ pupilli noua hæreditate auctũ esse ppo nas. ¶ Tutores autẽ dati[n] ab herebus eorũ,quos decessisse dicis,rationem tutelæ deposcent. PP. Idib. Maij, Seculare & Donato Cons.

¶ Sententia lata contra tutorem legitimũ uel datiuum,qui non satisdedit:ipso iure est nulla: ideo restitutio non est necessaria.h.d.Vel generalius.Gesta à tutore,qui non satisdedit, sunt ipso iure nulla in præiudicium minoris.hoc dicit. Salicetus.

Impp.Dioclet.& Maximian.AA.Stratonicæ. LEX III.

IN dubium non venit, tutores qui testamento[o] dati non sunt, administrandi potestatem,nisi satisdatione emissa saluam tutelam fore,non habere. Si igitur[p] tutor, qui pro tutelari officio non cauerat, iudicio expertus est : aduersus eum lata sentẽtia iuri tuo officere non potuit[q]; nec ea, quæ ab eo gesta sunt, vllam firmitatem obtinent. Frustra igitur in integrum restitutionis auxilium desyderas,quãdo ea,quę ab eo gesta sunt, ipso iure irrita[r] sunt. PP. xviij. Calend. Ianuar. Nicomediæ:Dioclet.iij.& Maxi.AA.Cons.

¶ De pluribus tutoribus,quorum nullus satisdare tenetur:si unus satisdet,ille in administratione præfertur.h.d.Sali.

Idẽ AA.&CC.Tertullo. LEX IIII.

f ¶ Periculo.] scilicet falsi.sed quidam dicũt,id est tutelæ,vt,eam subire nõ teneatur,quod non placet:vt.j.de excu.tut.l.coloni. Item contra huic legi ad j.partem.s.rem alienam ge.l.j.sed speciale est fortè in contractu vectigalis. Vel ibi non dicit,q̃ hoc crimine non tenetur.

¶ DE TVTORE VEL CVRATORE, QVI SATIS NON DEDIT.

SI nondũ] CASVS. Annis minor à curatore minus idoneo facultatibus nõ moribus, antequã officiũ curæ cõpleuerit, possit exigere satisdationẽ,quęritur?Dicitur q̃ sic.& antequã agat cum iudice,q̃ nõ idoneum dedit tutorẽ: alioquin nisi satisdederit, nõ remouebitur.

g ¶ Ab ijs.] s.curatoribꝰ

h ¶ Idoneos.] facultatibus.nã si moribꝰ, remouẽdi essent,vt & suspecti: vt i.s.ti.de suspe.tut.§.pen. &.§.fi.Et no. testamẽtariũ tutorẽ non satisdare: vt inst.de satisda.tu.§.j.etiã nõ rectè datꝰ,q̃ cõfirmat:vt.ff.de cõfir.tut.l.j. Idẽ in datiuo tutore vel curatore dato ex inqsitione,vt ibidẽ:sed in dato sine inqsitione,secꝰ:vt hîc. sed hodie ex cõstitutiõe Græca,q̃ refertũ.de Attil.tut.§.pe.oĩs datiuꝰ tenẽ satisdare:in testamẽtarijs nihil immutatur.

Tutores aliqui satisda. renon tenẽtur.

i ¶ Aduersario.] aduersabatẽ enim magistratus vnà cũ curatoribꝰ, vt non satisdaretur.

EVm.] CASVS. Si ex pluribus tutoribꝰ vnꝰ tñ supstes fuerit:an debeat satisdare.qrit?Rñ.q̃ sic:& si nolit:qa nobilis est,remouebit sine infamia:si aũt per fraudẽ,remouebĩt cũ nota infamiæ,& in locũ defunctorũ alij subrogabunt.maximè tamẽ si patrimoniũ pu.fit auctũ,& illi tutores conueniẽt hæredes defunctorum.

k ¶ Superest.] alijs defunctis.

l ¶ Si inopia.] sola paupertas nõ remouet eũ, si aliàs est diligẽs:sed cessatio satisdatiõis propter inopiã:vt.ff.de suspe. tut. l.suspectũ.&.inst.de suspec.tut.§.fi.& hîc dicit.

Tutor propter paupertatem solã non remouetur à tutela.

m ¶ Defunctorum.] aliàs est in litera desertorum.aliàs defectorum.

n ¶ Dati.] de nouo in locum defunctorum.

IN dubium] CASVS. Tutor neq; ex testã,neq; ex inquisitiõe datꝰ satisdabit:si priꝰ egerit tutor alterꝰ generis noĩe pupilli,& succubuerit,q̃ satisdederit:nõ preiudicabit pupillo talis sñia: neq; habet necesse petere bñficiũ cõnstõis.

o ¶ Testamento.] vel ex inquisitiõne:vt.s.l.pxi.& facit institut.de satisda.tu.vel cu.§.j.&.s.de episc.audi.l.de creationibus.

p ¶ Si igitur tutor.] scilicet legitimus,vel simpliciter datus.

q ¶ Non potuit.] istud habes de verbo ad verbum.s.in quibus cau.in integ.rest.non est necess.l.si tutor.

r ¶ Irrita sunt.] vt.ff.de mino.l.in causæ.ij.in princ.

Non

NOn omnium.] CASVS Non omnium tutorum par conditio est: qui enim dati in testamento sunt vel inquisitione, non satisdãt: alij satisdare debent rem pu. saluam fore.

a ❡Non omnium.] quasi dicat quorundam sic, quorundam non.

b ❡Quapropter.] id est quare hoc? Respon. cum &c.

c ❡Cum.] id est quia.

d ❡Testamentarij.] quem cõstat non satisdare: vt instit. de satisda. tu- 10 to. §. j.

e ❡Confirmatum.] vt habes exemplũ instit. de tute. §. fin.

f ❡Inquisitione.] vt d. l. insti. de satisda. tuto. vel cu. §. j. et ar. ff. de cura. fu. l. bonorum. et facit. j. de cura. fur. l. fi. §. j.

g ❡Non onerari.] si 20 vnus est: secus si plures: vt subijcit, vbi satisdant inter se: sed ibi vnus ex pluribus debet administrare.

h ❡Dedit.] hãc satisdationem præstat tutor cõtutori, quando ipse solus debet administrare.

i ❡Iamdudum obtinuit.] 30 vt. ff. de test. tu. l. testamẽto datos ij. & inst. de satis. tu. §. ij. & ff. d adm. tut. l. iij. & de iniu. l. q iniuriæ. §. qui in alienis.

TVtor.] CASVS. An tutor neque in testamẽto, nec inquisitiõe datus, possit rẽ pupilli alienare, ante- 40 quã satisdederit: quærit? Dicit qd nõ. sed nondũ prçstita satisdatione, petere põt bono. posses. pu. delatam, postquàm electus est.

k ❡Nihil omnino.] aliâs, nihilominus.

l ❡Potest.] vt. s. eo. l. in dubium. & ff. de reb⁹ eo. 50 q sub tute. l. q neque. et decu. fu. l. cõsilio. §. j. et. ij.

m ❡Aperte claret.] etiã si nõ satisdedit, quia quçrit, nõ diminuit: vt. & j. qui admit. ad bon. poss. l. bonorum. imò et ibi dãnũ esse põt: et ideo dic elect⁹ post satisdationẽ. s. vt. s. eo. l. in dubium.

NOn omnium [a] tutorum par similisq; causa est. Quapropter [b] cùm [c] exemplo testamentarij [d] confirmatum [e] à præside, vel datum ex inquisitione [f], non onerari [g] satisdatione rem pupillorũ saluam fore manifestum sit: pluribus tamẽ datis ex inquisitione tutoribus, illum qui satis secũdũ formã edicti rẽ pupilli saluam fore dedit [h], in administratione preferri iandudũ [i] obtinuit. S. Idib. Decembr. Nicomediæ. CC. Cons.

❡*Tutor antequàm satisdet, officium nõ exercet, nisi circa tẽpore peritura, uel ea, quæ præiudiciũ afferre nõ possũt. h. d. hæc lex ualde. n. B.*

Impp. Cõstant. et Maximian AA. Seuero et Maximo CC. LEX V.

TVtor qui satisdationẽ, cùm satisdare debuit, minimè interposuit: nihil omnino [k] ex bonis pupilli alienare potest [l]. ❡Posteà quàm autem ad tutelę administrationẽ elect⁹ est & bonorũ possessionem pupilli nomine agnoscere eũ potuisse, & cętera eius quę tempore arctarent, persequi debuisse, apertè [m] claret. Dix. xj. Cal. Iañ. Cõstãtio et Maximian. AA. Cõs.

TITVLVS XLIII. De suspectis tutoribus vel curatoribus.

❡*Finito officio nõ põt peti remotio. h. d. Bald. Vel sic: Tutor durãte tutela, accusatur de suspecto: & ea finita, cõuenitur tutelæ iudicio. h. d. S.*

Imp. Antoninus A. Domitiæ. LEX I.

LIbertum tuum [n] & tutorem filij tui, si fraudulenter res ei⁹ administrare existimas, suspectũ facete potes, modò si officiũ ei⁹ pubertate [o] pupilli finitũ [p] nõ est. Nã si eo iure tutor eẽ desijt, is iudicio tutelæ cõueniẽd⁹ est. PP. Idib. Aug. Romæ, Duobus & Aspris Cons.

❡*Periculum curæ neglectæ spectat ad curatores: & cessantes gerere fraude uel dolo, possunt remoueri ut suspecti. Hoc dicit. Sali.*

Idem A. Longino. LEX II.

CVratores quidẽ suo periculo, quanto tardius ad eos tutela [q] trãsfert, cessant [r]. Quòd si in fraudem id [s] esse factum existimas suspectos eos postula [t]. qui si submoueri meruerint, in locũ eorũ alios accipies. PP. Idib. Ian. Læto. & Cereali Cons.

❡*Tutores possunt compelli ad administrandum: & in contumacia perseuerantes remouentur ut suspecti. Hoc dicit. Sali.*

Imp. Alexan. A. Fortunatæ. LEX III.

PRæses prouincię tutores filiorum tuorum, strictioribus [v] remedijs adhibitis, omnimodo ad ministrationis officium compellet agnoscere. Quòd si in eadẽ cõtumacia perseuerauerint [x]: suspectos postulare [y], vt alij in locum eorum petantur, non prohiberis. PP. Idib. Ianuar. Alexandro. A. iij. & Dione Cons.

Idem A. Thalidæ. LEX IIII.

ETiam testamento [z] patris tutorem datum, suspectum postulare potes, si fraudem tutoris argueris. PP. viij. Ca. Ianua. Maximo. ij. & Paterno Cons.

❡*In tutore principaliter attenditur persona, secundariò patrimonium. Hoc dicit. Bald. Vel sic: Non inopia sola, sed fraus & segnities tutorem reddunt suspectum. hoc dicit. Salice*

Idem A. Asclepiadi. LEX V.

IN postulandis suspectis tutoribus seu curatoribus non vires patrimoniorũ principaliter [a], sed an nihil segniter, nihil fraudulenter geratur, perpendi oportet. PP. vj. Cal. Iauuar. Maximo. ij. & Paterno Cons.

❡*Accusatio de suspecto est publica. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Quilibet (maximè si sit de necessarijs) potest accusarę tutorem de suspecto. paupertas tamen non est iusta causa ut remoueatur: sed ut alius (si iudici uidebitur) adiungatur. h. d. Sali.*

Impera. Gordianus A. Felici. LEX VI

PIetatis fungeris munere, qui fratris tui filios (vt necessitudo sanguinis suadet) protegere conaris. Si igitur tutores vel curatores eorum non rectè administrant: suspectis eis postulatis atque ostensis, vt alij in locum eorũ constituantur, facilè impetrabis [b]. Quòd si nihil in fraudẽ egerũt, verũ ita egeni sunt, vt in eo-

60 ❡DE SVSPECTIS TVTORIBVS VEL CVRATORIBVS. ❡*Vnde oritur accusatio de suspecto. & qui remoueãt, & qui accusent, habes insti. e. in prin. et. §. j. et. ij. et in scribit accusator, ut puto: sed & sine accusatore 70 potest procedi: ut. ff. e. l. iij. §. præterea.*

LIbertum.] CASVS. Tutorẽ filij sui, an accusare possit de suspecto pater, quæritur? Dicitur quòd sic, nondum finita tutela: qua finita, conueniet eũ actione tutelæ pro male administratis.

Tutelæ actio & accusatio non se cõpatiũtur.

n ❡Tuum.] ô mater.

o ❡Pubertate.] vel alio modo.

80 p ❡Finitum non est.] tũc ergo locus est accusationi, cũ nõ est locus tutelę actioni. & ecõtra: vbi est locus actioni tutelę nõ est locus accusationi: vt hîc, & ff. e. l. iij. §. quæri põt. & §. si quis absfuturus. Itẽ in casu etiã finita tutela locus est accusationi: vt si datus fuit ad tẽpus: & ea finita à iudice est iterum datus: & non habet contutorem: qui prioris tutelæ nomine eum conueniat. nam accusabitur de suspecto pro prima administratione: vt etiam in hac male præsumatur eum acturum, & infametur: vt. ff. eo. l. iij. §. idem erit quærendum. & §. si autem. & §. quòd si quis.

CVratores.] CASVS. Quãdo curator sciẽs se curatorẽ datũ, tardius administrat suo periculo cessat, & tenetur: si verò fraudulenter cessat, remouendus est vt suspectus: & alius in locum eius substituendus.

q ❡Tutela.] id est cura.

r ❡Cessant.] si sciuerunt, vel scire potuerunt se curatores datos: vt. s. de peri. tu. l. si tutor. & de admini. tu. l. & si scisses.

s ❡Siid.] scilicet curatores cessasse.

10 t ❡Postula.] sic ergo qñ nõ gerit, accusatur: vt institu. eo. §. sed antequã. & ff. eo. l. impuberibus. §. fi. Sed contra. ff. e. l. hæ enĩ. §. fi. vbi dicit, q qui nihil gessit, non potest postulari suspectus. Solu. remouetur vt hîc: non accusatur vt ibi, qd 20 non placet: cũ hîc dicat postulari. Alij dicunt, si dolo cessat, obtinet quod hîc, aliàs qd ibi: vt nõ remoueatur, sed administrare iterũ compellatur & hoc antequã administret. posteà verò (etiam ob culpã) remouetur: sed semper certè videtur in 30 dolo eo quòd nõ gerit. Dic ergo, quòd non potest directò ex verbis legis. xij. tabu. vt ibi. sed ex interpretatione sicut: vt hîc. Alij dicũt, quòd hîc iam cœperat gerere.

Tutor non gerens, an possit suspectus postulari.

PRæses.] CASVS Si tutor dat⁹ ad administrationẽ non 40 accedit, cõpelletur captis pignoribus: & si in contumacia perseuerauerit, remouebitur vt suspectus, & alius in locũ eius subrogabitur. Viuianus.

v ❡Strictioribus.] id est pignorib⁹ captis: vt insti. de satisda. tut. §. pe. 50 & ff. de mu. & ho. l. si qs. Vel præcipiet sub banno aliquo: vt. ff. de vẽ. inspi. l. j § quid ergo.

x ❡Perseuerauerint.] quia etiã captis pignoribus nõ administrant.

y ❡Postulare.] ff. e. hę enim. § fi. Cõtra solu. vt s. l. proxi. diximus.

60 ETiam.] CASVS. An tutor testamentarius possit accusari de suspecto, quærit? Dicitur q sic. Viuianus.

z ❡Etiã testamẽto.] vt insti. eo. §. ij. & ff. eo l. j. §. ostendimus.

IN postulandis.] 70 CASVS. Nemo qa pauper est tutor, argued⁹ est vt suspectus: sed si fraudẽ committat. Viuianus.

a ❡Principaliter.] vt institu. e. §. fi. aliquid tamen operat argu. ff. de testi. l. testium. in prin. & j. eo. l. pietatis. Itẽ & facilius cõmittitur administratio diuiti: vt. s. de peri. tut. l. j. et aliàs quãdoque: multũ operatur paupertas: vt. ff. de priui. credi. l. si creditores.

80 PIetatis.] CASVS An frater filiorũ fratris, tutores arguere põt de suspecto, quæritur? Dicitur quòd sic. et hoc est officium pietatis. et hoc in prima. Si verò fraudem non commiserit, sed inops factus fuerit: adiungetur ei alius. et hoc in secũda. Non solùm frater et mater, sed cognati et extranei possunt petere, vt tutor suspectus remoueatur. Viuianus.

b ❡Impetrabis.] nec illis prodest satisdare: vt insti. eo. §. pe. et. ff. eo. l. suspectus. et. l. quia.

a ¶ Aestimabit.] quod facere debet: vt & ſuprà de pericu.tut.l.ibi. propter tenuitatem &c.

b ¶ Remouendi.] id eſt petere vt remoueantur: vt.ff.de ijs, qui notan. infa.l.furti.§.mandati.

c ¶ Parentibus.] vt auo paterno & materno.

d ¶ Conceditur.] vt inſtitu.eo.§. conſequens. &.ff.eo.l.j.§.conſequens. &.l.impuberib⁹.in prin.

habeat cauſam cũ pupillo: alij tutores eum defendunt.ſi verò vnũ habeat tantum,& ille habeat cauſam cũ pupillo, petat ordinari curatorem.

i ¶ Habes.] vt quia rei vendicationem contra eum habes.ſecus in perſonali hodie:vt.s.qui da.tu poſ.aut.minoris.

k ¶ Litis.] quæ eſt inter tutorem & pupillum:vt inſti.de autho.tu.§.ſi.

10 CASVS. Vm,quē] Tutor pendente actione de ſuſpecto nō debet adminiſtrare: ſed alius interim, qui rem pupilli adminiſtrabit, ſubrogabitur. Viuia.

e ¶ Iubebit.] vt &. ff. de ſolu.l.quod ſi fortè.§.j.& argu.ſ.de ordi.cog.l. 20 fin. & ſ.de ſenten.paſſ.l. fi.&.ff.de re mi.l.qui ſtatus.& inſt.eo.§.ſi quis autem.& die qđ ibi notaẽ.

f ¶ Ordinandus eſt.] ſcilicet curator: quia habenti &c.vt ſuprà.in qui bus cauſ.l.licet.

SI non.] CASVS An tutor cō- 30 tutorem ſuum poſſit accuſare de ſuſpecto ,et remouere ab adminiſtratione,quæritur? Dicit qđ ſic:ſed ſi petat,vt ſibi cōcedatur adminiſtratio tutelæ antequàm accuſauerit,non eſt audiendus. vel dic caſum vt no ī gl.

g ¶ Tutelam.] i.ratio- 40 nem tutelæ.petebat enim à contutore rationē tutelæ:hoc fieri non poteſt durāte tutela: vt hic &.s.de admini.tu.ij.&.ff. de do. admini.tut.l.cùm plures.ipſi.accuſet igitur de ſuſpecto,et remoueat.

SVſpectos.] CASVS. An tutor 50 remotus ſit infamis,quæritur? Diſtinguitur,aut remotus eſt ob dolum, & eſt infamis:aut ob culpā, et tunc non eſt infamis.

h ¶ Ob negligentiā.] quæ eſt leuis culpa. Sed quid ſi ob latam culpam eſt remotus? Dicunt quidam,qđ eſt infamis:vt.ff. 60 eo.l.ſpuberib⁹.§.ſi fraus. Tu dic contra: vt inſtit.e. §.ſuſpectus autem remotus.debet ergo iudex dicere an propter dolum, vel non remoueat eũ.qđ ſi non dicit,nō erit infamis ,facta interpretatione benigniori: vt. ff. eo.l. hæ enim.in prin.&.§.j.et 70 ar.ff.d pœnis.l.ſi præſes. Poſſet tamen diſtingui. an de dolo tantùm incul pabatur,vt tunc etiā nō expreſſa cauſa videatur ob dolum remotus, et ſic infamis intelligatur: vt arg.ff.de excep.rei iudi.l.ſi ex teſtamento.et.d.l.hæ enim.quæ videtur cōtrain eo quòd dicit.quòd ſimpliciter remotus non eſt infamis:intelligatur quando ex officio remouebatur non accuſatus: vel obijciebatur dolus et culpa,non dolus tantùm.et facit ſ.tit.j.l.et eum.

Tutor ob latā culpā remotus an ſit infamis.

rum adminiſtratiōe fratris tui filiorum ſubſtantia periclitetur: an eis adiungendus ſit curator, qui idone⁹ facultatib⁹ ſit,rector puinciæ æſtimabit [a]. ¶ Remouēdi [b] autem licentia non ſolùm parentibus [c] vtriuſq; ſexus,ſed etiam cognatis, & extraneis, & affinibus, & ipſi, cuius res adminiſtrantur, ſi nō impubes ſit,arbitrio cognatorum bonę opinionis conſtitutorum conceditur [d].PP.v.Id. Nouembr. Pio & Pontiano Conſ.

¶ Pendente cauſa ſuſpecti, debet tutori adminiſtratio interdici.hoc dicit.Bald.Vel ſic: Non ſolùm remotio, ſed litis pendentia impedit interim adminiſtrationem tutoris.hoc dicit. Bald. Vel ſic: Pendente cauſa ſuſpecti,tutor non poteſt adminiſtrare: ſed datur curator, qui interim adminiſtrat.h.d.Sali.

Idem A.Gorgoniæ. LEX VII.

CVm, quem vt ſuſpectum tutorem vel curatorem accuſas, pendente cauſa cognitionis abſtinere ab adminiſtratione rerum tuarũ, donec cauſa finiatur, præſes prouinciæ iubebit [e]. Alius tamē intereà in locum eius in adminiſtratione rerum ordinādus [f] eſt.PP.vij.Calend. Mart. Sabino ij.& Venuſto Conſ.

¶ Vnus tutor non poteſt petere ab altero adminiſtrationis rationem durante tutela.hoc dicit.Bald.Vel ſic: Durante adminiſtratione, tutor non poteſt petere à contutore, ut reddat ſibi rationem adminiſtrationis uniuerſæ.Sali.

Impp.Philippus A.& Philippus C.Proculo. LEX VIII.

SI non ſuſpectum contutorem tuum poſtulare, ac remouere ab adminiſtratione bonorum pupilli curaueris: admitti nequaquā poteſt ratio deſyderij tui,iam nunc poſtulantis tutelā [g] tibi nomine eiuſdem pupilli reſtitui.PP.xiiij.Calēd.Nouemb. Peregrino & Aemyliano Conſ.

¶ Remotus ob dolum eſt infamis, non ob culpam.h.d.Salic.

Impp.Dioclet.& Maximian.AA. Ammiano. LEX IX.

SVſpectos tutores ex dolo, non etiam eos, qui ob negli-

gentiam [h] remoti ſunt infames fieri manifeſtum eſt. S. viij.Calend.Maij.CC.Conſ.

TITVLVS XLIIII.

De in litem dando tutore vel curatore.

¶ Tutor poteſt agere contra pupillum alio cō tutore authore: & ſi nullum contutorem habet,dabitur ei curator ad litem illam defendendam.Hoc dicit.Salic.

Imp.Antoninus A.Miltiadi. LEX I.

SIquas petitiones aduerſus pupillos tuos habes [i]: dirigere eas potes, aſsiſtentibus cauſamque defendētibus contutoribus tuis:cùm & ſi alios tutores nō haberent, ad hoc genus litis [k] defendendæ curatores accipere deberent.PP.xiij. Calen.Aug. Antonino A.iiij. & Balbino Conſ.

¶ Tutor pupilli,cuius pater uendidit fundum ſecum communem,conſultius faciet, ſi tutela durante partem ſuam non uendicet. ſi tamen uult uendicare: debet petere curatorem dari, qui emptorem pupilli nomine defendat aduerſus ipſum tutorem fundum uendicantem. Hoc dicit.Sali.

Imperator Alex.A.Euareſte. LEX II.

AN tibi [l] partis fundi pater ni vendicatio competat: is cuius,de ea re notio eſt, æſtimabit. Reſpicere autem debes officiũ, [m] in quo te eſſe tutorem dicis, ne ob eiuſmodi petitionem euictione ſecuta: vltra pretij quantitatem [n] authoris hæredem pupillum tuum oneres,qui laudatus [o] per te defendi debeat: cùm aut [p] compenſatio nis [q] rationem habere: aut [r] cōtrario tutelæ iudicio experiri poſsis. ¶ Sed ne tuum ius (ſi quod habes) impediatur [s]: ad eam rem defendendam,quæ aduerſus te vendicā tem [t] agenda erit, curatores pupillo petantur. PP. xij. Calendas Maij, Iuliano ij. & Criſpino Conſ.

¶ Curator datus certæ rei uel liti, non tenetur de alia geſtione. Bald. Vel ſic: Curator datus ad litem, non ſubijcitur

AN tibi.] ¶ Caſus iſtius legis ponitur in glo.ſed clarius dic ſic: Duo erant fratres Seius 10 & Mæuius habētes fundum communem. Seius fundum vendidit inſoli dũ,& decedēs Mæuium dedit tutorem filio ſuo: an Mæuius fundum vendicare poſsit pro parte ſua,quæritur? Videtur q non poſsit. Prima ratio eſt: quia ſi agat Mæuius 20 emptor, conueniet pu. de euictione ad duplum & Mæuius habet neceſſe defendere pupillum ſuum. alioquin faceret contra officium ſuum. Alia ratio eſt:quòd ſi vĕderet,poterit obijcere cōpenſationem pu. quia pone quòd pars fundi 30 valeat.x.& debeat.x.tutor ex adminiſtratione: fiet cōpenſatio. Si verò Mæuius nihil debeat, cōueniat pupil.finita tutela act. tutelæ contraria, ſi pōt capere pro parte fundi:conſtituto tamen curatore.Viuianus.

l ¶ An tibi] Tu & fra 40 ter tuus habebatis fundum paternum communem inſolidum:eum frater vendidit Titio, & de dupla promiſit: qui frater deceſſit:& tu es tutor filij ſui pupilli:ſi vis vendicare partem tuam fundi, teneberis pupillum in cauſam euictionis de 50 fendere:& cùm damnū dupli habeat per te,ei teneberis.vnde melius eſt quòd vel conpenſando, vel agendo aliàs tibi conſulas: ſed & vendicare poteſt petito curatore pupillo,qui in cauſa euictionis defendat empto rem:dic ergo an tibi,ſci- 60 licet tutori.

Caſum ponit literaẽ.

m ¶ Officium.] ar.ff. ſi ſer.vē.l.altius. et ff. de condi.inde.l. frater à fratre.& de admi.tu.l.quoties.§.item ſi temporali.

n ¶ Quantitatem.] in duplum, vel intereſſe fortè nomine euictio- 70 nis.

o ¶ Laudatus.] ab emptore vt defendat eum.

p ¶ Cùm aut.] ne timeas damnũ,cum &c.

q ¶ Compenſationis.] cùm & tu aliquid pupillo debebas.

r ¶ At contrario.] i.quando nihil debes pupillo,et hoc finita tutela:vt.ff. de cōtra.et vti.ac.tu.l.j §.finito.&.§.quid tamen ſi ideo.et ſic partem pretij tantùm conſequeris. et ita eſt contra. ff. re. amo. l. non enim. ſed hic fortè habebat rem venalem: vel hi ſic non præciſè: ſed ſi vult maius ma- 80 lum euitare.

s ¶ Impediatur.] Fortè quia lapſu tanti temporis reuocaretur ius tuum in dubium: vt ſic officium tuum non ſit tibi damnoſum:vt.ff. qui. ex cau. ma.l.videlicet.&.c.ex officij.de præſcrip.

t ¶ Vēdicantem.] ab emptore:et ſic defendat hic curator ēptorē cōtra tutorem vendicantem:vt inſtu.de autho.tut.§.ſi.et ar.ff.de neg.geſt.l.at qui. §. cum me. Alij dicūt dandum curatorem,qui ſtatim agat contra tutorem ratione damni illati,pro eo quòd tutor vendicat.

80 ¶ DE IN LITEM DANDO TVTORE &c. ¶ *Olim tutor dabatur,hodie curatoriut inſti.de auth.§.ſi.& ideo de utroque dicit.Vel dic correctiuè legi:ut curator datur,qui & tutor à tuendo dicitur:non autē ſit uerè tutor,cùm certæ rei nō datur:ut inſti.qui teſt,da.tu.poſ.§.certe.niſi in caſu:ut.ff.de tut.& cu.da.ab his.l.impuberi.Quādo aūt inuito,& quādo poſtulāti detur,diximus.ſ.q pe.tu.l.ij.*

Infamiā nō incurrit qui ex officio iudicis damnatur.

SIquas] CASVS. Si pupill⁹ plures habet tutores,et vn⁹

Ad protegendum

periculo administrationis.h.d.Sali.

Imp.Gallienus A.Valerio.

LEX III.

AD protegendam causam tutor siue curator [a] datus, conueniri non potest administrationis [b] periculo, cùm sola suscepti negotij [c] tutela mandata est. ¶ Si nihil igitur (vt allegas) prȩter negotium [d] gessisti, frustra conueniris. PP. Cal. April. Valeriano & Luciano Cons.

¶ *Si curator ad litem expendit aliquid pro utilitate pupilli: debet illud recuperare.hoc dicit. Bald.Vel sic: Curator ad litem, sumptus repetit quos bona fide fecit.Sali.*

Idem A.Ireneo.

LEX IIII.

AD litem datus tutor [e], si qd bona fide erogasti, à contutoribus [f] more solito exigere potes [g].PP.Cal.Nouembr.Paterno & Arcesilao Cons.

¶ *Vbi tutor testamentarius uel legitimus est cũ pupillo litigaturus, debet ei de curatore ad litẽ facere prouideri: uel potest pupillus illius authoritate procuratorem constituere, qui cum sit defensurus: et si res exegerit, alius tutor ordinabitur.h.d.Sali.*

Impp.Dioclet.& Maximian AA.& CC.Tigra.

LEX V.

SIue ex testamento, siue ex iure legitimo: fratris tui filiorũ tutelæ onus ad te perueniat†: vereri non debes de ijs quæstionibus, quas aduersus fratrem tuum quondam tibi fuisse dicis [h]: cum si qua emerserit lis, procuratore [i] dato, et illis curatore ad litem cõstituto, & solẽnitati iuris [k] (vbi [l] tutor exigitur) et indẽnitati vtriusque prospici posit. S. iiij. Cal. Maij.CC. Cons.

TITVLVS XLV.

De eo, qui pro tutore negotia gessit.

¶ *Mulier quæ tutrix esse non potest, si se gerat ut tutrix: actione protutelæ tenetur. hoc dicit. Salicetus,*

Impp.Valerian.& Gallien AA.Marcello.

LEX I.

AD protegendam.] CASVS. Tutor vel curator datus ad vnum negotium vel rationem, illius tantùm tenebitur.

a ¶ Siue curator.] subaudi disiunctiuè: vt ibi, Alexander siue Paris &c.nã tutor certæ rei non potest dari: vt no.s.in rubrica.

b ¶ Administrationis.] alterius quàm illius, quam gessit.

c ¶ Negotij.] i.causæ.

d ¶ Negotium.] ad quod fuisti datus: et sic in specie loquitur. sed .s. in genere. et facit .ff. de admini. tut. l. quoties .§. constat.

AD litem.] CASVS. Si curator detur ad litem, et impensam faciat: à contutoribus suis exigere potest.

e ¶ Tutor.] secundariò, non principaliter: vt insti. q test.tut.da. poss. §.certȩ.& de excus.tu.§. datus. sed in casu etiam principaliter: vt no.s rub. Vel dic tutot, id est curator.sic ponitur .s. de suspec.tuto.l.curatores. & de condi.et demon .l.pater.§.cõditionũ. ADDITIO. Vel dicas qđ litera stat propriè, & referas illa verba ad litẽ, ad verbum erogasti: vt sit sensus, si tutor datus, scilicet quomodocũque, quid bona fide erogasti ad litẽ &c.ita dicit Christopho.Porcus in.§.certȩ autem rei.insti.qui testa. tuto.dari possunt.

f ¶ A contutoribus.] vel propriè: vel id est, à concuratoribus.

g ¶ Potes.] per vtilem nego. gesto.vt .ff. de nego.gest.l.ex facto.et.j.de contra.iu. tu.l.ij.

SIue ex testamento]. CASVS. Eras tutor fratris tui filijs: noluisti administrare, sciens multas esse controuersias inter te et fratrẽ tuum. Dicitur quòd non est tibi timendum, quòd poteris pup. conuenire: et dabitur sibi curator ad litem, et pendente lite si hæreditas aliqua ei obueniat, poteris præstare authoritatem adeundi eam. Viuianus.

† Alias, permeat.

h ¶ Dicis.] ne ius quod habes, perdas.

i ¶ Procuratore.] scilicet ex voluntate.

k ¶ Iuris.] scilicet vt satisdet rem pupilli saluã fore.

l ¶ Vbi tutor exigit.] id est reconuenitur à pupillo, quo casu exactũ saluum fore promittit. Vel dic tutor.i.curator: vt ferè per totum hunc titu. & secundum hoc exigitur.i.necessarius est, quod est semper in tali causa. Vel dic tertiò exigitur tutor: vt quia dicebat pupillus hæreditatem quãdam ad se pertinere, quã et adire volebat: quod cum curatore facere nõ potest: sed ecõtra tutor ad se pertinere dicit, quare datur tutor, cuius authoritate adeat: vt.ff.de ap.l.cùm in vna.§.tutor.&.ff.de autho.tuto.l.curatorẽ.& tunc etiam in hoc satisfit solennitati iuris, vt detur tutor. & facit.ff. de tute.l. qui habet. §.si pupillus.& facit insti.de cura §.fi.&.s.qui dari tu.pos.l. creditorem. sed hodie contra.vt in aut.ibi posita.

Tutor pro curatore ponitur quandoque.

¶ DE EO QVI PRO TVTORE NEGOTIA GESSIT.

¶ *Cum tutore non sit: ut.ff.eo.l.j.circa princ.*

ETiam.] CASVS. Mulier credens se tutricem filij sui, administrauit res pup.& malè cùm tutrix non esset: an cõueniri posit, quæritur? Dicitur q sic.

m ¶ Etiam mulieres.] matres vel aliæ.

Actione p.

n ¶ Pro tutore.] i.quasi tutrices, cùm non sint: & sic not. q qui nec est, nec esse potest tutor, tenetur protutelæ vt mulier: vt hîc. & seruus: vt.ff.eo.l.j.§. proinde.sed secus si ille, in cuius bonis geritur, nõ potest habere, vt quia sit pubes: vt.ff.eo.l.j.§.siquis quasi. Et potest quæri quȩ sit ratio diuersitatis, vel potest dici, idem si talis gerit pro tutore, qui nudo modo posset esse tutor, vt non habeat locum protutelæ: vt.s.qui da.tuto. poss.l.militiæ.at mulier & seruus quandoque possunt secũdũ Azo.& H.quod non placet, quia non est verũ in seruo remanente seruo.

tutelæ tenetur, qui nec est nec esse põt tutor.

ETiã mulieres [m] si res pupillares pro tutore [n] administrauerint, ad prȩstandam rationẽ tenentur [o]. PP. * Aemyliano & basso Cons.

¶ *Exceptio quòd mandatum non sit sufficiens, uel non sit legitimum, potest opponi in quacunque parte iudicij, sicut & exceptio falsi procuratoris.h.d.cũ gl.Bal.Vel sic: Exceptio tutoris illegitimi potest opponi in quacunque parte iudicij.Sali.*

Impp.Dioclet.& Maximiã.AA.&CC.Marco.

LEX II.

NOn vtiliter [p] nominatus tutor pupillorũ nomine [q] agdo, licet ex eorum persona iniunctas [r] impleat intentiones [s], exceptione [t], si tutor non est, submouet.D.No.Decẽbr.CC.Cons.

TITVLVS XLVI.

Si mater indemnitatem promisit.

¶ *Licet mater petierit tutorem dari filio eius periculo: non propterea tenetur ex illo facto, nisi hoc expressum fuerit iudicis decreto. h. d. cum.l.fi.Sali.*

Imp.Alexander.A Brutiæ.

LEX I.

SVo potius [v] periculo magistratus tutores, quos [x] petisti, dederũt, quã tu cõtra sexus cõditionem alicui [y] ex ea obligatione obstricta es, q tuo periculo tutores filijs tuis dari postulasti [z].PP.iij.Id.Mart. Maximo iij.& Vrbano Cons.

¶ *Tutor matri pupilli uel auo administrationem committens, ab eis indemnitatis promissionem recipiens. officio finito conuenitur: & ipse ab eis conseruabitur indemnis.hoc dicit Sa.*

Imp.Philippus A.& Philippus C.Asclepiadi,& Menandro.

LEX II.

QVædam [a] pupillorũ vestrorum [b] à matre, itemque auo materno † administrata, eorumque nomine indemnitatem vobis promissam [c] asseueratis. ¶ Quæ si ita sunt, & ijdem pupilli

† Paterno.

---

o ¶ Tenentur.] actione protutelȩ, quæ est priuilegiata vt tutelæ: vt.ff. de priuile.credi. l. dabimus.§.j.& ante etiam pubertatem intenditur: vt ff.e.l.j.§.cũ eo.nec potest res minoris distrahere: vt. ff. de re. eo.l.qui neque.

NOn vtiliter.] CASVS. Bonon. non habebat tutorem: mater eius petijt tutorem Mutinẽ. inutiliter fuit petitus: verũtamẽ si administret & cõueniat debitores pupillares: an posit sic obijci, q nõ sit de iure tutor, quȩritur? Dicitur quòd sic, si mater indemnitatem promisit.

p ¶ Vtiliter.] & de aliena prouincia.

q ¶ Nomine.] Aduersus debitores.

r ¶ Iniũctas.] à iudice.

s ¶ Intentiones.] non habita cõtradictione.

t ¶ Exceptione.] etiã post litem contestatam. quia similis est exceptioni falsi procuratoris: vt s. de procur. l. licet. & idem in prælato vt posit repelli, si quoquo modo posit vitiari eius electio, vt exceptione repellatur. Item facit.ff.de admini.tut.l.vulgo.

Prȩlatus repelli potest si eius electio aliqualiter vitiari posit.

¶ SI MATER INDEMNITATEM PROMISIT.

SVo.] CASVS. Mulier petijt tutorẽ dari filio suo. & periculo suo: iudex malum dedit tutorem. nunquid pupillus matrem suam conuenire poterit, quȩritur? Dicitur quòd non, sed iudicem, qui non idoneum dedit.

v ¶ Suo potius.] electiuè.

x ¶ Quos petisti.] O mater.Accursius.

y ¶ Alicui.] vel pupillo pro tutoris debito: vel tutori pro eo quod pupillus debebit: & hoc propter Velleianũ.secus si tutori promisisti, quod debebit pupillo, vel econtra pupillo, quod debebit tutori: quia tunc cessat: vel vt.j.l.proxi.&.s.ad Velleia.l.si mater dixi.& hoc nisi dolosè petijt non idoneũ: vt.ff.ad Tertul.l.ij.§.non solùm.

z ¶ Postulasti.] nisi decreto hoc esset deprehensum: vt &.j.eo.l.fi.item facit.s.de admini.tut.l.fi.§.personis.contra.solu.vt ibi.

QVædam.] CASVS. Mater vel auus maternus petijt à tutoribus filiorum suorum, vt quædam posit administrare, & promisit de præstando eos indemnes: administrauit & malè, si plus volunt pupilli conuenire te, quàm matrem vel auum: bene possunt, sed à matre vel auo, quæ suscepit administrationẽ tutelæ, tutoribus omnimoda præstabitur indemnitas.

a ¶ Quædam.] scilicet negotia.

b ¶ Vestrorum.] ò tutores.

c ¶ Promissam.] his verbis.promittimus vobis quòd pupillis debebitis, occasione vestræ administrationis.vt d.xi.s.l.proxi.

a ¶ Matrem.] neque auum, qui nil promiserunt pupillis: vt. ſ. arbi. tutelę. l. tutorem.

OB tutorem.] CASVS Marer petijt tutorem dari filio ſuo minus idoneum, & ſuo periculo &c. puta dicendo ſic: do tutorem periculo matris, non poterit conueniri, nec ea obligatione obſtricta eſt.

b ¶ Decreto.] iudicis, et ipſa conſentiente. et facit. ſ. l. prima. et. ſ. ad Velleia. l. ſi mater. in fin.

¶ SI TVTOR CONTRA MATRIS VOLVNTATEM DATVS SIT.

SI cōtra.] CASVS. Mater decedens prohibuit, ne Titi⁹ filio ſuo tutor daretur: nihilominus eum pater dedit: nūquid poterit remoueri, quæritur? Dicitur qđ ſic, ſed nō erit infamis. Viuia

o ¶ Cōtra matris.] pręcedentis.

d ¶ Voluntatem.] ꝓhibentē, ne aliquo tpe fieret tutor filij ſui. Acc.

e ¶ Filio communi.] Sed cùm patri loquatur, qualiter tutorem habeat Reſpō. de filio naturali dicit, ſecundum Azo, vel poteſt etiam de legitimo dici, ſcilicet emancipato, cùm pater non poſſit eē tutor aliqua ex cā: et ſic iudex det. Vel tertiò etiam ſi non eſt emācipatus, et pater det prohibitum à matre, nō erit quidem tutor: vnde de alio pater prouideat. & ſecundum hoc dic, quòd alij non patri dirigit ſermonem. et quod dicit communi, ſcilicet. Titij ſodantis et Bertę prohibētis. ſicq; erit melior conditio prohibētis: vt et. ff. communi diui. l. Sabin⁹.

f ¶ Reſcriptio.] ſcilicet quæ dicit eum remoueri ſine infamia.

g ¶ Si in fraude.] vt et ſ. de ſuſpec. tu. l. fi.

h ¶ Non ſuffragabitur.] ſic et monachus licet in minoribus ordinibus conſtitutus, in quibus aliàs ſi non eſſet monachus, poteſt habere vxorem: monachus nō habet: vt in aut. de mona. §. ſi verò relinquēs. verſic. qđ ſi facti. col. j. & facit ad. l. ff. de confirma. tu. l. vtilitatem.

¶ VT CAVSAE POST PV. &c.

TVtores.] CASVS Pendente tutela cām pupilli tutor egit, & ſuccubuit, et appellauit: oīa acta penes eū habet, & factus eſt pup. adult⁹. nūquid cām appellatiōis ꝓſequi debet? Dicitur ꝙ ſic.

legitimę ętatis effecti, non aduerſus matrē [a] ſuam, neque auū, ſed contra vos congredi malunt: non immeritò indemnitatē ab ijs pręſtari deſyderabitis, quos adminiſtrationem ſuo periculo pridem ſuſcepiſſe proponitis. PP. iiij. Id. Iul. Præſente et Albino Conſ.

Impp. Diocl et. et Maximian. AA. Caiano. LEX III.

OB tutorem non idoneum à matre petitum, fruſtra vobis eam teneri contenditis, cū nō niſi ſpecialiter eius periculo dari decreto [b] fuerit comprehenſum, ex ea obligatione obſtricta ſit. S. Cal. Decembr AA. Conſ.

TITVLVS XLVII.

Si contra matris [c] voluntatem tutor datus ſit.

¶ *Contra matris uoluntatē tutor filio dari nō poteſt. h. d. Bald. Vel ſic: Tutor datus à iudice, uel à patre contra uoluntatem matris præmortuæ, ab officio remouebitur: nec infamia notabitur, niſi de fraude conueniatur. h. d. Sali.*

Impp. Seuer⁹ et Anto. AA. Tertio. L. VNICA.

SI cōtra matris vltimā voluntatē [d] Fuſcinium filio [e] communi tutorē datū probauers: eum ſine dāno exiſtimationis à tutela remouendū prętor decernet. q̄ reſcriptio [f], ſi in fraude [g] conuictus fuerit, nō ſuffragabitur [h]. PP. xiij. Cal. Mar. Lateranos & Rufino Conſ.

TITVLVS. XLVIII.

Vt cauſæ poſt pubertatē adſit tutor.

¶ *Tutor cauſam pupilli inchoatam proſequi tenetur, etiam poſt pupillarem ætatem, ſi inſtrumenta curatori non reddiderit. Sali.*

Imperator Philippus A. Dextro. L. VNICA.

TVtores [i] qui necdū adminiſtrationem ad curatores trāſtulerunt [k], defenſiōi cauſarū [l] pupillarium aſsiſtere oportere, ſæpe reſcriptum eſt. ¶ Et ideo ſi (vt ꝓponis) inſtrumenta quibus aſſeri [m] poſſunt cau

i ¶ Tutores.] vel eorū hæredes: vt. ff. de hære. tu. l. j. & de app. l. tutor.

k ¶ Tranſtulerunt.] ſecus ſi tranſtulerint: vt. ff. de appel. l. tutor. &. ff. ſi pen. appel. mors inter. l. j. in fi.

l ¶ Cauſarū.] cœptarū antequā finiret tutela pubertate: vt hîc erat, &. ff. de admi. tut. l. ita autē. §. ſi tutor. & argu. ff. de nego. geſt. l. nam & ſeruius. §. ſi viuo. &. Argu. tut. l. tutor poſt puberem. ſecus videtur in curatore poſt. xxv. ann. vt. ff. de app. l. negotiorum. §. fi. ſed magis dic idem: vt. ff. de admi. tut. l. ita autem. §. fi. & illa de app. loquitur, quādo nō habebat curator quondam inſtrumenta: ſed minor factus maior. & facit ad hanc l. ſ. de peri. tut. l. fi. &. ff.

rē pu. ſal. fo. l. ſi poſteà. ff. de admi. tu. l. à tutoribus. §. j. Itē no. hîc ar. ꝙ procurator & aduocatus ſine nouo ſalario cauſam appellationis agere debent. quod Io. non placet.

m ¶ Aſſeri.] Sic ergo qui appellat. probat quod eſt falſum: vt no. ĩ. de app. l. ij. qui vide glo. in. c. in præſentia, ſuper verbo, ſtandum. extrà de renuncia.

n ¶ Ii.] tutores quondā.

ſæ prouocationis, etiamnum ij [n], quorum meminiſti, apud ſe detinent: aditus præſes prouinciæ periculi ſui eos admoneri pręcipiet. PP. xij. Calend. Nouemb. Philippo. A. & Titiano Conſ.

TITVLVS XLIX.

Vbi pupilli † educari debeant.

¶ *Pupilli educari debent apud matrem: niſi ad ſecunda uota tranſiuerit. h. d. Bal. Vel ſic: Quādo de tranſitu matris ad ſecunda vota eſt contentio, iudicis committitur arbitrio. & onus alimentandi pupillum eſt neceſſarium. Sali.*

Imp. Alex. A. Dionyſodoro. LEX I.

EDucatio pupillorū tuorū nulli [o] magis quā matri eorum ſi non vitricum [p] eis induxerit, committenda eſt. Quādo autē [q] inter eam & cognatos, & tutores ſuper hoc orta fuerit dubitatio: aditus ꝓſes ꝓuincię, inſpecta perſonarū qualitate [r] & cōiunctione [s], perpēdet vbi puer educari debeat. Sin autē æſtimauerit apud quē educari debeat: is neceſsitatē [t] habebit hoc facere, qđ ꝓſes iuſſerit. PP. vij. Id. Feb. Maximo. ij. & Aeliano Cōſ.

¶ *Vbi pupillus educetur, eſt in iudicis arbitrio: de cotamem, qui ei ſuccedere debet, eſt iuſta ſuſpicio. Sali.*

Impp. Dioclet & Maximian. AA. & CC. Gratę. LEX II.

VTrum nepos tuus † ex filia apud te, an apud patruū ſuū morari debeat, ex ſingulorum affectione, & qui magis ad ſuſpicionē ex ſpe [v] ſucceſsionis propior ſit æſtimabitur. S. xviij. Cal. Nouembr. Nicomediæ. CC. Con.

TITVLVS L.

De alimētis pupillo ꝑſtādis.

¶ *Tutor iudicis officio cogitur alimenta præſtare pupillo: licet pendeat quæſtio de ſtatu ſuo. h. d. Sali.*

Imp. Antoninus A. Fauſtino. LEX I.

PVpillus, ſi ei alimenta à tutore ſuo non præſtantur, præſidem

¶ VBI PVPILLI edu. &c. ¶ *Plana eſt differentia inter hunc titu. & illum. ſ. de diuor. fa. quia ibi diuortio ſolutum erat matrimonium, hic morte patris.*

EDucatio.] CASVS Si inter matrem & pupillū & tutorē, & alios conſanguineos ſit cōtrouerſia, apud quem educari debeat pupillus. Si mater ad ſecūdas nup. nō cōuolauerit, præferēda eſt. Si autē ad ſecūdas nupt. cōuolauerit, & orta fuerit q̄ſtio inter matrem & tutores ſeu cōſanguineos ſup tutela pupillorū: debet adiri ꝓſes prouincię, q inſpecta qualitate ꝑſonarū, & cōiūctione perpendet. & ſi iudex decreuerit apud quem educari debeat, ille neceſſe habebit hoc facere.

o ¶ Nulli magis.] quia in illis eſt affectus &c. vt ĩ. de cu. fu. l. fi. j. reſpon.

p ¶ Si non vitricum &c.] quia tunc etiam filiorum vitam ei adijceret. vt. ſ. de admi. tut. l. lex quæ. §. lex enim. Sed nōne poteſt eſſe tutor vitricus? Rñ. ſic: vt. ĩ. de cōtra. iu. tu. l. fi. Sed rñ. nō. per hoc apud eum, vel eam debēt educari. Alij dicūt quòd à patre poteſt dari tutor non à iudice.

q ¶ Quando autē.] retēto eodem caſu quādo ſecūdo nupſit. aliàs nulla ſuper hoc fieret deliberatio: ſed indiſtinctè matri cōmitteretur: vt. ſ. ead. l. Vel hîc quādo mater nō appetit: ſed alij dicit committendam & tutor alij vel tertio ſuprà nō fiebat q̄ſtio inter tutorē et matrē et cognatos, hîc ſic. prima placet: vt in authen. de nup. §. eiuſdem quoque. col. iiij.

r ¶ Qualitate.] vt tñ non ſit apud eos, qui pudicitiæ eius inſidientur: vt. ff. e. l. ſi diſceptetur.

s ¶ Cōiunctione.] vt ff. e. l. j. et facit. ff. de lega. j. l. ſi ſeru⁹ pluriū. §. fi.

t ¶ Neceſsitatem.] ſec⁹ in curatore bonorum: vt ff. de cur. bo. dan. l. j. §. quæritur.

VTrum.] CASVS Auus maternus et paternus cōtēdebāt inter ſe apud quē educari debeat pupillus. iudex æſtimabit, quis eorū maiorē effectionem erga pupillū habeat: et quis magis inſidiaretur vitæ pupilli, propter ſpem ſuccedendi: vt non ille ſed alius admittatur.

v ¶ Ex ſpe ſucceſsionis.] vt illi non concedatur: vt. ſ. de nup. l. viduæ. §. ſed ne. et. ff. e. l. j. et. l. pe. Sed hodie contra ſecūdū quoſdā vt in authē. de hę. ab inteſt. §. ex. his. col. ix. quod non placet quia licet qui prior ſit in ſucceſsione, debeat eſſe tutor, non tamen educator.

¶ DE ALIMENTIS PVPILLO præſtandis.

PVpillus.] CASVS In hac lege dicit Imperator quòd ſi tutor non vult præſtare pupillo alimenta, compellitur per iudicem, etiam

Aduocatus an teneatur appellationis cauſam ſine nouo ſalario agere.

† Educaretur.

Vitricus an poſsit eſſe tutor priuigni.

† Aliàs, incipit hæc lex, Vtrúmne poſthumus ex filia &c.

cem.etiam ſi de ſtatu pupilli moueatur quæſtio,puta quia ſit ſeruus vel de bonis ſit controuerſia.

a ¶ Fungetur.] vt inſti.de ſuſpec.tu.§.ſi qs tutor.&.§.ſeq.&.ff.de ſuſpec. tu.l.iij.§.tutor qui ad alimenta.et hoc etiam feriato die:vt.ff.de fer.l.ij.et etiã ante quadrimeſtre tempus exequitur ſententiam:vt.ff.de re iudi.l.ij.

Alimentorum petitio aliqua habet ſingula

prouinciæ adeat:qui ne in alimẽtorũ præſtatione mora fiat, ptibus ſuis fungetur [a]. ¶ Idẽ eſt [b]. & ſi de ſtatu pupilli ſeu adulti,& de bonis eius cõtrouerſia pẽdeat. PP.vj.id. Iul. Romæ.Læto.ij.& Cereali Conſ.

¶ *Pupillus præſumitur alimentatus à tutore, & non præſumitur de nihilo uixiſſe, uel ſine ſumptibus ſtuduiſſe .h.d.Bald. Vel ſic:Tutori conſulitur,ut alimenta pupillo præſtãda faciat taxari à prætore:ſi tamen non fecerit, ea quæ legitimè in eius alimentis impẽdit,poterit ei imputare,& in dubio præſumitur alitus à tutore.hoc dicit.Sali.*

Imp.Alex A. Euphido.

LEX II.

QVod plerunq; [c] poſtulatur: vt arbitrio prætoris [d] alimẽta pro modo facultatum pupillis vel iuuenibus conſtituantur:pro officio ſuo,qui aliena negotia gerunt,ne apud iudicem controuerſiã habeãt [e],faciũt. Cæterũ ſi bonus vir & innocẽs tutor arbitrio ſuo aluit pupillos: quod interdũ etiã neceſſe eſt fieri,ne ſecreta [f] † patrimonij [g] & ſuſpectum æs alienum pãdatur,quod melius eſt interim taceri,q̃ cũ de modo bonorũ quęrit̃,vltro proferri:& apud acta ius dicẽtis cõtra vtilitatẽ pupillorũ deſignari [h] †:nõ dubiè accepto ferre debebũt ea quę vir bonus arbitrat̃ * [i] ,meritò ad exhibitionem educationis,& ad miniſteria [k] , ſtudiaq; erogata eſſe. Nec ferẽdus eſt iuuenis:qui cùm præſens eſſet : ſtudijſq; eruditus , atq; alitus eſſet:ſi ea per alium ſe con. ſecutũ non probet [l] :ſumptus recuſet, quaſi vento [m] vixerit,aut nullo liberi hoĩs ſtudio imbui meruerit.PP.Noñ.Decẽb.Maximo.ij.& Aeliano Conſ.

TIT. LI.

Arbitrium tutelæ [n]

¶ *In præiudicium tutoris non ſtatur æſtimationi bonorum,quam teſtator in ſuo teſtamento fecit,uel dixit ſe habere.hoc dicit.Vel ſic:Verba enunciatiua teſtatoris non inducunt diſpoſitionem in præiudicium tutorum.hoc dicit.Bal. Vel ſic : Non ſecundum teſtatoris æſtimationem,ſed ſecundum ueritatẽ,tenetur tutor reddere rationem . Sali.*

Imperator Antoninus A.Leoni. LEX I.

CVm tutelæ adminiſtratæ ratio [o] à te peti cœperit: neque veritati, neque iuſtis probationibus officit,quòd(vt dicis) teſtator modũ patrimonij ſui verbis teſtamenti ampliauit vel minuit [p].PP.v. Calen. Octobr. Duobus & Aſpris Conſ.

¶ *In exigendis nominibus debitorum tutor tenetur tantùm de lata culpa.Hoc dicit.Sali.*

Idem A.Preſentino. LEX II.

NOmina paternorum debitorum ſi idonea fuerint initio ſuſceptæ [q] tutelæ,& per latam culpam [r] tutoris minus idonea tẽpore tutelæ eſſe cœperunt:iudex, qui ſuper ea re datus fuerit,diſpiciet:& ſi palàm dolo tutoris , vel manifeſta negligentia [s] ceſſatum eſt,tutelæ iudicio damnum,quod ex ceſſatione accidiſſet, pupillo præſtãdum eſſe,ſtatuere curabit. PP Non.Iul.Antonino A.iiij. & Balbino Conſ.

¶ *Minoris eſt electio,vtrum petat rem emptã ex pecunia ſua,licet non nomine ſuo:an pecuniã ipſam cum uſuris centeſimis.hoc dicit Sal.*

Idem A.Vitalio. LEX III.

SI curator [t] † poſt decretũ præſidis, ſublata pecunia quę ad comparationem poſſeſsionis fuerat depoſita,ſibi prædium comparauit:elige [v] vtrũ malis in emptione negotiũ tibi eum geſsiſſe [x] , an quia in vſus ſuos pecuniæ cõuerſæ ſunt,legitimas [y] vſuras ab eo accipere:ſecũdum quæ iudex tutelæ iudicio redditus partem religionis implebit [z] PP.iij.Calẽ.Iul. Læto.ij.& Cereali Conſ.

¶ *Filius abſtentus per tutores ab hæreditate creditoribus patris non tenetur,licet à tutoribus conſequatur intereſſe:quia eum abſtinuerunt ab hæreditate locuplete. idem ſi cum eis tranſegerit. hoc dicit.Bal.Vel ſic:Licet minor conſequi poſſet uel conſecutus fuerit damnum ſibi illatum à tutore, eo à paterna hæreditate abſtinente:non propterea poteſt ipſe à creditoribus hæreditarijs conueniri.hoc dicit Sali.*

Imp.Alex.A.Aglao. LEX IIII.

EVm [a] ,qui bonis paternis ſecũdum edicti formam [b] abſtentus eſt , hæreditarijs actionibus conueniri nulla ratio ſuadet [c] .

b ¶ Idem eſt.] vt debeant ei præſtari alimẽta:vt.j̃.de car. edi.l.ij .& ff.de car.edi.l.iij.

QVod plerunque.] CASVS. Aliquando petitur à iudice,vt conſtituãtur alimenta pupil. vel adulto: aliquando tutores ſubminiſtrant alimẽta, & impenſas faciunt ſine authoritate iudicis: quia nolunt declarare facultates pu.ne inde poſſint ſuſtinere damnum: an tales ſumptus repetere poſsint,quæritur? Dicitur qđ ſic.quia repetunt ſumptus factos in alimẽtis,et in magiſtris inſtruẽtibus pupillum : nec em̃ dicat ſe vixiſſe de vento.

c ¶ Quod plerũque] q.d.quandoque non petunt decerni.

d ¶ Prætoris.] qui arbitretur ſecũdum quod legitur.ff.eo.l.iij.

e ¶ Habeant.] q̃a poſteà pupillus diceret quòd minus eſſet expenſum.

† Omnino vidẽdus eſt text. hic in glo.allegatus, & ibi Io. de Pla. quia eſt moralis text.

f ¶ Secreta.] ſic.j̃. qñ & qui.quar.pars.l.ij.li x.

g ¶ Patrimonij.] ſcilicet diuulgentur.

h ¶ Deſignari.] i.ſcripturam redigi.

† Aliás aſsignari.

i ¶ Arbitratur.] ſic s̃.de admi tu.lex quæ.

k ¶ Miniſteria.] id eſt miniſtros.

* Dignæ de merito.

l ¶ Non probet.] ſic s̃.de nego.geſt.l.ij. & facit.ff.de neg . geſt l. neſennius.et de admini.tuto.l.cum plures.§.j.

Lupus ex vẽto viuit.

m ¶ Vento.] vt lupus.

n ¶ ARBITRIVM TVTELAE. ¶ Id *eſt actio:qualis ſit ſubaudi quæ arbitraria dicitur: quia arbitrium iudicis habet locum cum bonæ fidei ſit.*

CVm.] CASVS. Si paterfa. in teſtamento ſuo tutorẽ dederit filio ſuo ,& dixerit ſe.c.habere in bonis, cũ non habeat niſi. l. an in ratione reddẽda pu.præiudicetur tutori quo magis petatur,quæritur? Dicitur qđ non.Idem eſt ſi dixerit teſtator ſe non habere niſi.x.cùm habeat. l.quia non præiudicabitur pupillo.

o ¶ Ratio.] quæ ſcribi debet:vt. ff. de tu. & ra. diſ.l.j.§. officio.

Voluntates enũciatiuæ nõ ſunt ſeruandę.

p ¶ Minuit.] nam non enunciatiuę voluntates,ſed diſpoſitiuę ſeruant̃: hîc,et.ff.de leg.ij.titia.§.caius.&.s̃.cõia vtri.iudi.l.ſcriptura.&.j̃.de teſta.verba.niſi in caſu quando iurat:vt.s̃.de proba.l.rationes.& in aut̃.qđ obtinet.

NOmina.] CASVS. Quando tuto.acceſsit ad gerenda negotia pupilli .omnes debitores patris erant ſoluendo:ſi ergo tutor dolo vel culpa non exegerit,& facti fuerint non ſoluendo:an periculum ſpectet tutori,quæritur?Dicitur quòd ſic.

q ¶ Suſceptæ tutelæ.] quòd probari debet à pupillo:vt.ff.de condi.& de mon.l antepe.& de ma.cõue.l.j.§.ſi magiſtratus.

r ¶ Culpam.] not.dolum & latam culpam tantùm hoc caſu venire ſecũdum H.ſic & in alio caſu:vt.ff.de admi.tut.l.tutor qui re.§.competit.ſed regulariter etiam leuis:vt.j̃.e.l.quicquid.

s ¶ Negligentia.] quę eſt lata culpa.& facit.ff.ſi cer.pe.l.periculũ.&.ff.de admi.re.ad ciui. per.l.ij. §.ſi eo.& de ma.cõ.l.j.§. ſi magiſtratus. & . ff . de ſo.l.ſtich.§.pe.&.ff.de ne. geſt.l.litis.§.j.&.s̃.de ad mini.tu.l.debitoribus. & ff.de vſur.l. ſi bene.

Tutor aliquando de dolo & lata culpa ſolũ tenetur.

SI curator.] CASVS Iudex pręcepit tutori, vt de pecunia pu.cõparet pręa:& ille ſibi,non pu.comparauit in electione pupilli eſt, vel petere pręia empta de pecunia ſua , vel pecuniam cum vſuris centeſimis.

t ¶ Curator] .ſcilicet tenetur tibi,ſecundũ Azo. aliàs curatorem.ſic.j̃. de fideicõmiſ.l.eam quam frater.

† Aliás,incipit, Curator,qui.

v ¶ Elige.] ſubaudi ergo.

x ¶ Geſsiſſe.] & ſic prędium petere:vt &.ff. quando ex fa.tu.l.ij.et facit.s̃.de rei vẽ.l.ſi vt proponis.

y ¶ Legitimas.] id eſt maximas , ſiue centeſimas vt.ff.de nego . geſt. l.qui ſine.et . ff . de vſur. pu.l. j ,et pro hac pecunia et vſuris, erat eadẽ res obligata:vt j̃ . de ſer. pig.da.ma.l.ſi tutor.

z ¶ Implebit.] data tibi electione.

EVm qui.] CASVS. Filium tuũ impuberem hæredem inſtituiſti, et tutor abſtinuit ab hæreditate pupilli , et dãnificatus eſt tantùm in. c. puta hæreditas valebat mille, et in nongentis tenebatur creditoribus : pup. egit aduerſus tutorem ad intereſſe quod erat in.c.et ei condemnatus eſt tutor quòd per culpam ſuam fecit eũ abſtinere : nunquid creditores poterunt cõuenire pupillum act.hæreditatis,quęritur? Dicitur quòd non : quia hoc quod conſecutus eſt nomine tranſactionis, non videtur conſecutus nomine hæreditatis.Vel pone caſũ aliter vt in gl.

a ¶ Eum qui.] Tutores abſtinuerũt pupillũ ab hæreditate paterna minus cõſultè: tenentur ergo hoc nomine. vnde videt̃ ꝙ ſi pupillus quid conſequi poteſt à tutoribus,propter hoc ꝙ creditores hæreditarij valeãt eũ conuenire . Sed dicit̃ hîc contra : quia conſequitur quod intereſt eum non eſſe abſtentum: & illud eſt deducto ęre alieno.

Caſum ponit.

b ¶ Formam] .quę eſt vt antequã de hæreditate quid amoueat,abſtineat: non poſt:vt.ff.de acquir.hære.l.ſi ſeruum.§.prætor ait.

c ¶ Suadet.] vt &.s̃.quod cũ eo.l.ſi ex contractu.&.j̃.de reuocan.ijs quę in frau . cred . l.ij . Sed hoc fallit in caſibus: vt. j̃. de primipilo.l. fina.lib.xij & quando inſtitutus abſtinens accepit pecuniam à ſtatu libero : vt .ff. de acquiren . hære. l. pro hærede. § . Papinianus ſcribit.Item ſi aliquid

Minor qui ſe ab hæreditate paterna abſtinuit, an à creditorib. hæreditarijs conueniri poſsit.

ex hæredate amouit:vt.ff.d.l.si seruum.Item si per suppositam personam,bona patris mercetur:vt.ff.de acquir.hære.l.si is qui bonis.
a ¶ Facit.] vt magis teneatur actionibus hæreditarijs.
b ¶ Nihil.] eorum.
c ¶ In ea actione.] tutelæ.q.d.hoc venit in actione tutelæ, quod interest ratione abstentionis:q̃d est ære alieno deducto: non quod malè gessit vel administrauit res hæreditarias:q̃d fecit fortè non adeũdo, vel in adeũdo: sed per restitutionem eã dimisit, vel etiã nil administrauit:quia tũc ipsam hæreditatem habere videtur.

† Aliàs in ea quæ ex &c.

d ¶ Transegisti.] & aliquid ex ea transactione habes quod occasiõe hæreditatis habes.

OMnes.] CASVS. Tam tutores, si plures habet pup. quàm eorũ hæredes, coram eodem iudice cõueniendi sunt.Si igitur pater tuus cum alio tutore administrauerit,& vterque decessit:idem iudex pu.dabitur aduersus te & hæredem tutoris.
e ¶ Tutelam.] scilicet eandem.
f ¶ Cõstitutum est.] ne diuidatur continentia causæ: vt.ff.de qui.re. ad eun.in.ea.l.j.&.ij.&.§. de iud.l.licet.&.l nulli.& ff.de li.cau.l.si pariter.& de edi.l.si qs.§.j.in fi.

Causæ continentia nõ est diuidenda.

CVm interdi-ctæ] CASVS. Tutor in duobus peccauit: tum quia vẽdidit rẽ publicam:tum quia paruo pretio:& de pretio aliquid subtraxit: si minor vult habere ratam vẽditionem, potest repetere pretium,quod recepit tutor:& si tutor vnã partẽ pretij pupillo restituerit, vel pretio minus iusto vẽdiderit:residui pretij necessaria est restitutio, quia iure cõmuni tutus est:& illos qui gesserunt. poterit conuenire, cùm plures habuit tutores: & si omnes gesserũt, poterit eligere vnum ex tutoribus,& conuenire eum: pupillus tamẽ cedit act. quam habet aduersus alios.Viuianus.
g ¶ Interdictæ.] à lege: vt.ff.de re.eorum.l.j.
h ¶ Vitium.] vel quia sibi retineat:vel qa gratiosè vendit minus quã valet.
i ¶ Voluistis.] nã & infirmare poteritis:vt.ff. de admi. tut.l.cùm plures.§.j.& facit.ff.de neg. gest.l Pomponius.j.
k ¶ Residuum pretiũ.] habebat enim pupillus partem pretij, & aliam petere vult à tutore,quam apud se tutor retinuerat.Vel dic,residuum iustæ æstimationis. & confirmauerat pupillus, quòd fuerat alienata: non autem pro tali pretio.
l ¶ Restitui.] à tutore vel ab emptore,si non soluit.
m ¶ Ab hæredibus eius.] scilicet tutoris.

Nec ad rem facit [a], q̃ aduersus curatores vel tutores, si non consultè abstentus sit, actio ei competat. Nihil [b] quippe in ea actiõe [c],† quę ex officio gesta sunt vel geri debebunt, veniet: sed culpa solummodo, quãtiq; interfuit eius nõ fuisse abstentum, æstimabitur. Cui consequẽs est, vt si propter eã causam trãsegisti [d] cum tutoribus vel curatoribus, nulla aduersus te creditoribus patris tui petitio competat. PP.iij. Calend. Maij, Alexandro. A. Con.

¶ Quando plures tenentur eodem iure, & ratione eiusdem officij: omnes sunt ad eundem iudicem remittendi. h.d.Bal. Vel sic: Tutores omnes & eorũ hæredes, coram eodem iudice debent conueniri ex eadem tutela: & idem iudex debet delegari. h.d. Sali.

Imperator Gordianus A.Victorino.

LEX V.

OMnes tutores, seu hæredes eorũ, qui administrauerunt tutelam [e], ad eundem iudicem ire debere iampridem constitutum [f] est. Cùm igitur patrem tuum cũ alio tutelã administrasse alleges: præses prouinciæ eundem iudicẽ aduersus te atque hæredes contutorũ patris tui dare debebit, quatenus quisque condemnari debeat examinari. PP.x. Calend. Augu. Pio & Pontiano Conss.

¶ Minor potest approbare contractum qui nõ tenet, si uult, & ad reliquum precium agere cõtra administratorem. h.d.Bal. Vel sic: In electione minoris est ratificare uenditionem inualidã à tutore factam, & pretium iustum: (licet uiliori sit venditum:) iuri communi petere ab ipso uendente, & postea ad alios peruenire. & si omnes tutores pariter uendiderint, unus insolidum cõueniri potest, sed eo conuento, sunt contra alios cedendæ actiones. h.d. Sali.

Impp. Dioclet. et Maximian. AA. et CC. Canoni et alijs.

LEX VI.

CVm interdictæ [g] venditiõis vitium [h] etiam pretij fraude tutor vester cumulasse proponatur: non dubitabit præses prouinciæ, quando venditionem confirmare voluistis [i], residuum [k] pretium cum vsuris venditæ à tutore possessionis celeriter vobis restitui [l] iubere. ¶ Quod autem petitis ab hæredibus [m] eius qui vendidit, pretium vobis exolui, superfluò à nobis [n] desyderatis: quia nec pręsidis experiẽtiam possit latere, tutores qui gesserunt, siue eorũ hæredes, ob ea negotia, quæ per eos administrata sunt, principali loco cõueniri debere: cęteris ob culpæ rationem non seruati detrimenti periculo substitutis [o]. vel si pariter administrasse doceatur: etiã aduersus vnũ, liberũ experiũdi arbitriũ cõpetere: ita vt actiones quas aduersus alios habetis, ad electũ trãsferantur [p]. PP.iiij. Calẽ. Septebr. ipsis.iiij.&.iij. AA. Conss.

¶ Tutor uel curator necdum tenetur de damno illato, sed etiam de lucro omisso: & in actione tutelæ, uel utili actiõe negotiorum gestorum uenit etiam leuis culpa. h.d.Sali.

Idem AA.& CC.Alex.

LEX VII.

QVicquid tutoris dolo, vel lata culpa: aut leui [q], seu curatoris, minores amiserint, vel cũ possent, non acquisierint [r]: hoc in tutelę, seu negotiorum gestorum vtile [s] iudicium venire, non est incerti iuris. S. pridie Idus Aprilis AA. Conss.

¶ Actioni tutelæ non præscribitur longo tempore. h.d.Sali.

Idẽ AA.& CC.Dalmatio.

L. VIII.

TVtores tutelæ conueniri, lõgi temporis præscriptio nõ prohibet [t]. vnde si his transactione, vel nouatione, aut acceptilatione, liberationẽ nõ pręstitisti: apud rectorem prouinciæ quęcunque tibi debentur, repetere non prohiberis. S.xiiij. Calendas Maij. AA. Conss.

¶ Contra tutorem debet pupillus agere, nõ cõtra eum, qui indemnitatem promisit. h.d.Sal.

Idem AA.& CC.Iuliano.

LEX IX.

TVtorẽ quondam, vt tã rationem [u], quàm si quid reliquorũ [x] nomine debet, reddat, apud prætorem conuenire potes. quãuis enim matrem tuam susceptis bonis vestris indemnitatem pro hac administratione tutori se præstiturã promisisse [y] proponatur: tamen aduersus tutorem tibi tutelæ, non aduersus matris successores ex stipulatu [z] competit actio S.pri.Calen. Ianuar. AA. Conss.

¶ Licet tempore, quo tutor accessit ad gerendam tutelam esset pauper, & finita gestione reperiatur diues: tamen præsumi-

n ¶ A nobis.] cùm superfluum sit &c. vt.j.de thesau.l.j.in.fi.lib.x.&.ff. ad munici.l.j.
o ¶ Substitutis.] si non est soluendo, qui administrauit: vt plenè dices.j. de diui.tu.l.ij.
p ¶ Trãsferantur.] vt &.ff.de tu.& ra.dis.l.cũ pupillus.&.j.de fideiu.l.ij. &.s.loca.l.si diuisa.

QVicquid.] Hęc lex plana ẽ: ideo pone casum per te ipsũ.
q ¶ Leui.] non leuissima.& da exẽplum.ff. si cer.pet.l.periculũ. Itẽ rationes debet cõficere, & confectas exhibere: vt ff.de tu.& ra. distra.l.j.§. officio. quandoque lata culpa tãtũm venit: vt di xi.s.eo.l.nomina.

Tutor de leuissima culpa nõ tenetur.

r ¶ Nõ aquisierint.] cùm cõditio quærendi existeret: vt &.s. de admi.tu.l. pupillorũ. &. ff. ad le.Aquil. l. inde Neratius. §. idem Iulianus.& l.si seruum meũ. vel vsuras ex re pupillari, vel si milia: vt.ff. de admi. tu.to.l.fine hærede.§ Modestinus.&.§.idẽ responde tur.Sed quid si aliquis velit relinquere aliquid pupillo,& tutor fecit sibi relinqui? non videtur teneri.ar.ff.de iniur.l. iniuriarum.§.si quid autem. non enim contra suam vtilitatẽ tenetur ei prouidere: vt.ff. de in litem iuram.l.videamus.§.sed nec tutorem. & arg.ff. de admini.tut. l. Lucius. ij.§.sempronius.Sed arg. contra.ff.de admini.tu.l. tutor.secũdũ distin.§ nõ est.& et quęstio sabbatina.

Tutor si fecit sibi relinqui qd pupillo volebat aliquis relinquere, an tenetur.

s ¶ Vtile.] vt.s. de nego.gest.l.curatoris.

TVtores] CASVS. Actio tutelæ, personalis est: si ergo steterimper.x.vel.xx. ann.quòd non egi: an repellar præscriptione? Dicitur quòd non.
t ¶ Prohibet.] vt &.j. qui.non obstat lõgi tẽp. præscriptio.l.neque &.s. de consti.pecu.l.ij.

TVtorẽ] CASVS. Tutor finita tutela cõueniendus est, vt rationẽ reddat, & reliqua deferat, id est, quæ remanserũt pœnes eũ ex administratione. Si verò dicat se non esse conueniẽdum: quia cessit matri administrationẽ, & illa indemnitatẽ sibi promisit: & ita mater debet cõueniri: an sit audiendus, quæritur? Dicitur quòd non. sed tutorem conueniet, & tutor matrem ex stipulatu.
u ¶ Ratione] gestorũ.
x ¶ Reliquorum] .f. nõ gestorũ secũdũ Hu. qd nõ placet, imo ratione cõputãdo: reliquorũ reddẽdo: vt.ff.de cõdi.et demon.l.cùm seruus.
y ¶ Promisisse.] tenetur enim cessante Velleiano, cùm suum gerat negotium: vt et.s.si mater indem.promi.l.quadam.
z ¶ Ex stipulatu.] directa. vtilis tamen datur secũdũ quosdã, quod nõ placet: nisi qñ prius cõdẽnaretur tutor: vt.ff.de re iudi.l.à diuo.§.sic.quoque.

Si defunctu

SI defunctus.] CASVS. Tutor in initio quando erat tutor datus, erat pauper: pendente tutela factus est diues: vult pupillus vẽdicare prædia quæ comparauit sibi tutor tanquàm empta de bonis pupilli: nunquid potest, quæritur? Dicitur quòd non: quia non sufficit ad probationem, ꝙ ex bonis suis factus fuerit diues, quia ab initio gestionis pauper erat. cat sibi: q creditur publico instrumẽto. & hoc in secũda. Nõ autẽ accedit tutor ad administrãdas res pupillares, nisi prius facto inuẽtario: nisi testator prę ceperit inuentariũ non fieri. & hoc in tertia. Si verò inuentarium non fecerit, remouebitur vt suspectus, & erit infamis: nec beneficio principali erit absolutus, & alijs pœnis legitimis subiugabitur.

a ¶ Nam quòd.] verè alijs nam &c.

b ¶ Quæritur.] vt & s. de vsufru. l. fi. in pri. Et est arg. ꝙ ea, q̃ acquirit filius, nõ acquirit patri. Sed arg. cõtra. s. de episc. & cleri. aut. licentiam. & de dona. [a] inter virũ & vxo. l. etiam.

Filius acquirens, an acquirat patri. *[a] Adde gl. fi in fi. in. l. defensionis de iur. fisci. q̃ est sing. secũdũ Bar. in. l. cũ. oportet. j. de bo. quæ li. licet eã hic reprobet. vide tamen Alex. in ad di. ad Bart. in. l. diuus ff. de bo. dam.*

TVtor.] CASVS. Durãte tutela, tutor inchoauit ædificare domũ: finita tutela connexis cõpletis, ad alia gerenda nõ accessit: de nõ gestis nõ tenebit.

c ¶ Administratione cõnexa]. vt quia tẽpore pupillaris ętatis cœpit facere domũ, post eãdẽ ætatẽ cõpletã pfecit domũ, nõ tenet ad alia. vel dic post finitã [a] administrationẽ. s. ante subaudi trãslationẽ factã ad curatorẽ: nã & in connexa administratione nõ tenetur: vt ff. de admi. tut. l. à tutoribus. §. j. & sic diuersimodè punctabis: sed si consumeret, negotiorum gestorũ nõ tutelæ teneretur, cũ non teneatur administrare: & facit. ff. de neg. gest. l. cũ actum.

Idem AA.et CC.Caio. LEX III.

EVm, qui à pupillo sine tutoris authoritate distrahēte cōparauit, longi temporis spatium non defendit[s]. S.iij. Calend. Decembr.CC.Cons.

¶ *Minor non potest esse in iudicio criminali sine tutoris uel curatoris authoritate. hoc dicit. Salicetus.*

Imp.Iustinianus A.Ioanni præfecto prætorio. LEX IIII.

CLarum posteritati faciētes, sancimus omnino debere et agentibus et pulsatis in criminalibus causis minoribus vigintiquinque annis adesse tutores vel curatores, in quibus casibus adultos et pupillos leges accusari cōcedūt[t]: cū cautius et melius sit cū suasione perfectissima et responsa[v] facere minores, litemq; inferre[x], ne ex sua imperitia, vel iuuenili calore aliqd vel dicāt, vel taceāt, quod si fuisset prolatū, vel nō expressum, p̄desse eis poterat, et à deteriore calculo[y] eos eripere. D.x. Cale. Mart.Costātino.post cōsulatum Lampadij et Orestis VV.CC.

¶ *In omnibus actibus sufficit authoritas unius tutoris, nisi administratio sit diuisa: & nisi authoretur super eo, quod finit officium.* Bal. *Vel sic: In gerendis à minoribus, sufficit unius tutoris uel curatoris authoritas interposita super ijs, quæ spectant ad eius administrationem: nisi sit actus, per quem tutela finiatur: quia tunc omnium consensus exigitur.h.d.Sali.*

Idem A. Ioanni præfec. præt. LEX V.

NEque tutoris.] CASVS. pupillo sine tutoris authoritate stipuletur aliquid sibi dari vel fieri an valeat stipulatio, quęritur? Dicitur quòd sic. Viuianus.

p ¶ Pro pupillo.] nisi sit infans: vt.ff.de verborum obliga.l.mulier. Excepto vno casu: vt.ff.rem pup.saluam fo.l.seruum. & facit institu.de autho.tut.in princi.&.ī.de contrahen.stipu.l. neque.

NEque actiones.] CASVS. Si pupillus aduersus aliquem act. habeat: an sine tutoris authoritate eam remittere possit, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

q ¶ Tutoris.] non solùm dominici.

r ¶ Poteris.] quādoque nec p̄desse sibi pōt: vt insti.de autho.tut.§.neque.

EVm qui.] CASVS. Si à pupillo sine tutoris authoritate distractum fundum cōparasti: eum præscribere non potuisti. Viuia.

s ¶ Non defendit.] vt ī.de vsucap.pro empt.l. eum qui.et.ff. si certum pet.l.non omnis.§. si pupillus. sed certè imò videtur qđ sic: vt.ff.pro emp. l.ij.§.si à pupillo. quę est contra Solu. Distingue, cū quis emit aliquid à pupillo sine tutore, sciēs eum impuberē: siue credat eam rem tenere, siue non: cū errat in iure, non vsucapit: vt. ff. đ vsusca. l.nunquā. Si verò putat puberem: aut est mobilis res, quæ emitur, & aliena: & vsucapitur: & sic loquitur contrariū. aut immobilis: & tunc non vsucapitur: cùm nō possit alienari: vt hîc, si autē est pupilli etiam mobilis non vsucapitur: vt. ff. de vsuscap.l.vbi.ff.de acqr. re.do.l. bonæ fidei.

Pupillus vēdēs rem aliquam sine tutore, an præstet vsucapiendi cōditionem.

CLarum.] CASVS. In hac.l.dicit Imperator. quòd tā in ciuili causa quā in criminali, si pupillus vel adultus conueniatur vel conueniat, interuenire debet tutor vel curator ad hoc, quòd teneat quòd actum est: ne dicat pupillus quod sibi noceat, vel taceat quod sibi prodest. Viuianus.

t ¶ Concedunt.] quod est in omni crimine, excepto crimine carnis: vt.ff. de reg.iur.l.pupillum.et de tribu.l iij.§.fin.et insti.de obli.ex delic.§.fi.et.ff. de fur.l impuberem.et.ff.de adulte.l.si minor.

v ¶ Responsa.] quando conueniuntur.

x ¶ Inferre.] cùm pulsant quòd faciunt in accusando, prosequendo suam vel suorum iniuriam: vt.ff.de accusa.l.ij.et.l.hi tamen.et infrà de adulte.lege propter.

Sentētia in pupillum lata sine tutoris authoritate nō valet.

y ¶ Calculo.] id est sententia. non ergo valet sententia ipso iure sine tutoris authoritate in iudicio: vt hîc, et.s.si aduer.rem iudi.l.cùm minores.et qui le.per.l.ij. sed contractus valet, licet restituatur. primum fallit in iudicio momentaneę possessionis: vt.s.qui le.per.l.fi.

Veterem.

Veterē.] CASVS. Olim si pluresĕrāt tutores dati in testamēto,vel à iudice,vel à lege,vel ex inquisitiōe: vni⁹ dati in testamēto authoritas sufficiebat.si plures erāt legitimi,non vnius,sed oīm sufficiebat authoritas.hodie verò nulla erit differētia cuiuscūque generis sint tutores: dū tamē administratio nō sit diuisa.tūc enim quilibet pro sua regione seu parte pręstabit authoritatē:nisi ta le factū fuerit,per quod soluitur tutela.verbi gratia.Pupillus vult se dare 10 alicui in arrogationem: finit tutela.vnde in hoc casu oēs tutores debent prēstare authoritatē.nec vnus sufficit:quia quod omnes tangit &c.Viuia.

a ¶ Et.] pro etiam.

b ¶ Cōpellebātur.] cuius distinctionis erat. arg.ş.de tut.vel cura.qui 10 la.nō de.l.nō omnium.

c ¶ Sufficere.] vt &.ş.si vnus ex plu.l.j.&.ff. de cur.fur.l. cōsilio.§.fi.arg. ff.de offi.pconsul.l.j.§ j.

d ¶ Ab similes.] sed similes.

e ¶ Prægrauatur.] vt &.ff. iudica. sol.l.iij.§. si tutor.& de curato. bon. 30 dan.l.ij.§.j.

f ¶ Speratur.] in ipsos magistratus:vt instit. de satisd.tut §.penul.

g ¶ Absurdum est.] vt &.ff.de adop.quod nec. &.l.nam ita.& de aqua plu.arcen.l.in cōcedēdo. &.l.si aūt plures.&.ff.de re iudi.l.duo ex tribus.& 40 j.de app.nominatiōes. &.j.de omni agro deserto.l.quicūque desertum in fi.lib.xj.& extra de tēpo. ordi.l. si archieps.& de offic.archidi.c.ad hęc. Sed fallit hoc,vbicūque consensus tacitus sufficit. &facit.j.de cura.fu.l.fi.

h ¶ Similiter.] i.equa-50 liter.

Omnes tangēs, ab omnibus approbetur. Concor.ex trā de reg. iur.c.quod omnes &. c.si archiepiscop⁹.cū gl.sup ver. cū omnib⁹. de tēp.or.

VEterem dubitationē amputantes,per quā testamentarij quidem,vel per inquisitionem dati tutoris [a] vnius authoritas sufficiebat,licet plures fuerant,nō tñ diuersis regionibus destinati,legitimi autē vel simpliciter dati oēs cōsentire cōpellebant [b]:sancim⁹, si plures tutores fuerint ordinati, siue in testamēto paterno,siue ex lege vocati,siue à iudice.vel ex inquisitiōe,vel simpliciter dati,vni⁹ tutoris authoritatē ꝑ oībus tutorib⁹ sufficere [c],vbi nōdū diuisa est administratio vel ꝑ regiōib⁹, vel pro substantiæ partibus.ibi etem necesse est singulos ꝑ suis ꝑtibus, vel regionib⁹ authoritatē pupillo ꝑstare:qa in hoc casu nō absimiles [d] esse testamentarijs et ꝑ inqsitionē datis legitimos & simpliciter datos iubem⁹,eò qđ fideiussionis onere ꝑgrauant [e],et subsidiariæ actiōis adminiculū speratur [f].

¶ Sed hęc oīa ita accipienda sunt, si nō res quę agit,solutionē faciat ipsi⁹ tutelę:vt puta si pupill⁹ in arrogationē se dare desyderat. Etenim absurdū [g] est solui tutelā non cōsentiēte,sed forsitā ignorante eo,qui tutor fuerat ordinat⁹. Tūc etenim siue testamētarij, siue per inqsitionē dati,siue legitimi, siue simpliciter creati sunt:necesse est oēs suā authoritatē ꝑstare:vt qđ oēs similiter [h] tāgit,ab omnib⁹ cōprobetur. ¶ Quę oīa simili modo et in curatoribus obseruari oportet. D.Calend. Septembr.Constantinop.post consulatum Lampadij & Orestis. VV.CC.

¶ QVANDO TVTORES VEL CVRATORES ESSE DESINANT.

¶ Quia actio tutelæ demum finita tutela nascitur & intentatur:ut diximus.§.arbitrium tut. uideamus quando tuto-60 res uel curatores desinant esse Azo.

Continuatio.

SI curatores.] CASVS. Si tutori sufficiat adadministrationē tutelę pupillus potest petere,vt sibi adiungatur curator, qui eotēpore,quo tutela 70 finiatur,ab officio curę eximitur:hoc est cū tempus pubertatis aduenerit.quo peruento, dādus est sibi alius curator propter ætatis infirmitatem.Viuianus.

TITVLVS LX.
Quando tutores vel curatores esse desinant.

¶ Finitur officiū adiūcti,simul cū officio eius, cui adiūgit.Bal.Vel sic:Finito officio ei⁹.cui qs adiūgit:finit et eius qui adiungitur. h.d.Sali.

Imperator Antoninus A.Hernulæ. LEX I.

SI curatores tutotib⁹ adiuncti sunt [i]:pubertate pupilli tam tutorū quā curatorū adiūctorū officiū finiri [k],ideoque alios ꝑpter ętatis infirmitatem curatores esse dandos [l], manifestissimum est. PP. iiij.Calend. August.Romæ,Antonino A.iiij.et Balbino Cons.

i ¶ Adiuncti sunt.] quod quandoque fit: vt insti.de cur.§.interdum.

80 k ¶ Finiri.] vt.§.in quibus cau.tu.ha.l.potuit.&.ff.de tut.et cura.da. ab his l.curatorem.& de tu.et ra.dis.l.nisi.in prin.

l ¶ Esse dandos.] vt.ff.de mino.l.j.in fi.

TVtoris.] CASVS. Si pupillus tu.sibi datum non plus habere voluerit:an sola voluntas eius sufficiat ad hoc,quòd finiatur officium tutelę quæritur?Dicitur quòd non.Viuianus.

m ¶ Certissimum est.] sic.ff.de offic.præsi.l.legatus.certi enim sunt modi,quibus finitur:vt insti.qui mo.tu.fi.per totum.

¶ Pupillus non potest cassare tutorē.h.d.Sali.

Impp.Diocle.et Maximi. AA. & CC. Menipp. LEX II.

TVtoris officium ex sola voluntate pupilli non finiri,certissimum est [m]. S.xiij. Calēd.Feb. Cæsaribus Cons.

Imp.Iustinianus A.Mennæ præfecto prætorio. LEX III.

IN decorā obseruationē * ī examināda mariū pubertate resecātes,iubem⁹ quēadmodū fœminę post impletos duodecim annos omnimodo pubescere † iudicant, ita & mares post excessū quatuor decim annorū puberes existiment indagatione corporis inhonesta cessante [n]. D.viij.Idus April. Cōstantinop.Decio.V.C. Cons.

IN decoram.] CASVS. Adueniente tempore pubertatis an finitur officium tutelæ?Dicitur quòd sic.qualiter autem hoc sciebatur, olim fiebat corporis indagatio,sed hodie fœmina cùm peruenit ad duodecim annos iudicatur pubes.masculus cùm peruenerit ad.xiiij.annos.Viuianus.

n ¶ Cessante.] vt insti.quibus mod.tu.fi.in princi.

ADDITIO. Hanc legē intellige quātum ad tutelam vel similia,sec⁹ verò quò ad matrimonium contrahen-10 dum:quia tūc bene debet fieri corporis indagatio,si dubiū sit an sint puberes,hoc est an generare iam possint necne: vt in ca.puberes [a] extra de despon. impube.

a Ibi est gl. alia ꝙ existentia annorū si non adsit,potestas coeundi non indu cit matrimoniū etiā cū cōsensu. Continuatio.

* Ad examinandam pubertatē resecantes &c.

† Aliás.omnimodo puberes ind. &c.

¶ DE ACTORE A TVTORE SEV CVRATORE 20 DANDO. ¶ Quoniā sæpe contingit tutorem uel curatorem impediri gerere minorum negotia, & æquum est interim prouidere minoribus,ponit de actore ordinando à tutore seu curatore. Azo.

TITVLVS LXI.
De actore à tutore seu curatore dando.

¶ Etiam pater tutor filij non constituit procuratorem,sed actorē ante litē contestatā.Bal.Vel sic: Tutor pro rebus pupilli petendis non constituit procuratorem.sed actorem.Salicetus.

Impp.Dioclte.& Maximian AA.& CC.Alphogrationi. LEX VNICA.

SI sui iuris [o] cōstituti filij tui, mrī successerūt: licet te tutorē eorū eē probet,tamē non per ꝑcuratorē [p], sed per actorē decreto cōstitutū à te [q],res eorum te absente peti conuenit [r]. S.nonas Ianuar. Sirmij, CC.Cons.

SI sui iuris.] CASVS. Pater filij sui emancipati erat tutor legitim⁹:obuenit pupillo hæreditas materna: quā pater administrare non poterat,quia oportebat eum abesse causa reip.an possit petere actorē.quę-40 ritur? Dicitur quòd sic. sed procuratorem constituere non potest: quia dominus non est Viuia.

o ¶ Si sui iuris.] quia emancipati à te,per qđ es legitimus eorum tutor:vt hīc,et insti.de legi. pater.tu.

p ¶ Non per procu-50 ratorem.] quia nō es dominus rerum filij: vt ff.de procu.l.j.sed per actorem:vt subijcit.et.j.de app.l.si actor.et.§.de procura.l.neque.ipse tamen pupillus cum authoritate tutoris,vel ipse tutor lite contestata ordinat: vt d..l.neque.& hoc in indi 60 cijs,ad negotia verò etiā procurator ordinat procuratorem:vt.ff.mādati. l.si procuratorem.§.si qs Similem actorem ordinat episcopus:non sindicum,cū non sit vniuersitas.& hīc actor de calūnia iurat, cū legitimam personam habeat, Vt di-70 xi §.de iuramen.calū.l. ij.§.j.et.§.fin aūt vel dignitas.et nō cōstituit hīc actor nisi ex cā.vt instit. de cur.§.fi.et.ff.d admi. tu.l.decreto.et hoc subijcit nā absens erat à pupillo.

q ¶ A te.] id est petitū cōstitui per iudicē: vt.d.l. insti.de cura.§.fi.

80 r ¶ Peti conuenit.] à possidentibus.& facit.§.qui da.tut.pos.l.curatorē. & ff.de tutelis.l.solet.

TIT. LXII.
De excusationibus tuttorum & curatorum,& de tēporibus earum.

¶ Spado non excusatur à tutela. hoc dicit.Sali.

Impp.Seuerus,et Antoninus AA.Auiolæ. LEX I.

FAlsa suasi oē credis te ꝑpterea ꝙ spado [s] sis,īmunitatē à tutelis habere.PP. Cal.

¶ DE EXCVSATIONIBVS TVTORVM ET CVRATORVM, ET DE TEMPORIBVS EARVM. ¶ Qualiter tutores & curatores ordinent,itē remoueant ut suspecti & rep bi,dictū est.Nūc uideamus qliter excusent quasi min⁹ idonei.Azo.

Continuatio.

FAlsa suasione.] Spado.idem in castrato,secundum Io.vt,ff.e' spadonem.in princip. licet in adoptionibus,et matrimonio ,&

substitutione posthumi sit differentia inter spadonem & castratum: vt insti. de adop. §. sed & illud. & ff. de iure dot. l. si serua. §. spadoni. & ff. de libe. & posthu. l. sed est quæsitum. §. j.

SI curatores.] CASVS Alicui erat datus tutor, aliàs curator generaliter: minor habet patrimoniũ suũ tam in Italia quã in prouincia: an curator Italicus posit se excusare ne sit curator in prouincia? Dicitur quòd sic. quo facto 10 dandus est sibi curator in prouincia. Viuianus.

Maij, Chilone & Libone Conf.

Curator generaliter & simpliciter datus, intelligitur etiam datus ad bona extra prouinciã situata: sed de facili ab illis obtinebit liberationem. h. d. Sali.

Idem AA. Habentiano & Cosconio.

LEX II.

SI curatores† dati estis[a] generaliter[b], nec decreto significatũ est Italicarum tantũ rerum vobis munus iniunctum: adire debetis competentem iudicem, vt vos à prouinciali administratione liberet[c] *. quod si factum fuerit[d], petent sibi in prouincia curatores adolescẽtes. P.P. viij. Cal. Septẽb. Chilone et libone Conf.

Ingenuus excusatur à tutela libertini: & si excusatio reijciatur, debet appellare: aliâs tenetur. h. d. Sali.

Idem AA. Crispino.

LEX III.

EXcusationis quidem tuæ, si ingenuus[e] libertino tutor datus es, certa causa est. ¶ Sed cùm te præses prouinciæ audiendum nõ putauerit propter præscriptionem, quasi tardius[f] adires, nec à decreto prouocaueris[g]: intelligis parẽdum esse sententiæ. PP. Idib. Mart. Albino & Aeliano Conf.

Si maritus ignorans curator detur uxori: excusatur à pœna senatusconsulti: dum tamen alium petat substitui. h. d. Sali.

Imperator Antoninus A. Agatho Demoni.

LEX IIII.

AMplissimi ordinis consulto, qui pupillam suam vxorem ducit nuptias contrahere non intelligitur[h], & tamen infamis constituitur[i]. ¶ Sed si tu Demetriæ, cùm eam in matrimonio haberes, absens & ignorans curator cõstitutus es: potes esse securus[k], dum tamen alius substituatur. Nõ enĩ debet ignorãtia maritorum, amplissimi ordinis consulto fraus quæri. PP. xj. Calend. Iul. Sabino et Aemyliano Conf.

Curatores à quibus dari possunt.

a ¶ Dati estis.] à principe, vel ab alio eo mandante. vel à testatore: vt j. eodem. l. testamento. aliâs non possetis ab eodem iudice tam in Italia quàm in prouincia dari: cùm in Italia prætor, in 20 prouincia præses debet dare: vt. ff. de tuto. & cura. da. ab. l. pupillo.

† Glo. in. c. super quæstionum, super verbo, vices suas extrà de off. dele. in ducit hanc l. in argu. ꝙ simpliciter committẽs vices suas, totum commisisse videtur.

b ¶ Generaliter.] vt in instit. de excusa. tuto. & cura. §. datus. & ff. de auro & argen. lega. l. Plautius.

* Quod si actum.

c ¶ Liberet.] quod facere debet, cùm sit is de Ita 30 lia: vt. j. eo. l. testamento. & ff. eo. illud vsitatũ. & l. propter. §. licet.

d ¶ Fuerit.] id est fueritis liberati à prouinciali administratione. Vel id est si tantùm Italicarum decreto munus est iniunctum.

EXcusationis.] 40 CASVS. Ingenuus excusationẽ habet, ne liberto detur tutor: sed cùm aliquis prætendat hanc exceptionẽ, & iudex eum repellat quasi tardè prætẽdisset, nisi appellet habet necesse parere sententiæ. Viuianus.

Liberti libertorũ tutores erũt.

50 e ¶ Ingenuus.] idẽ si libertus, si modò impetrauit ius aureorum annulorum: vt. ff. eo. l. cùm ex oratione. liberti ergo erunt tutores aliorum libertorum: vt. ff. de tu. & cu. da. ab. l. pupillo. §. liberti. sed econtra, libertus non se excusat à tute 60 la patroni: vt. j. eo. l. nec senatorum. & l. libertos.

f ¶ Quasi tardius.] nõ vsque ad quinquaginta dies.

g ¶ Prouocaueris.] Quod potuisti: vt. ff. quando appel. sit. l. j. §. si quis tutor.

AMplissimi.] CASVS. Si tutor contrahit cũ pupilla nuptias, non est matrimonium: & erit infamis. si verò aliquis vxorem habens 70 minorẽ, & cùm absens datus erat ei curator: an impediatur matrimonium quæritur? Dicitur quòd non, sed debet ei alius substitui. non enim debet ipsemet maritus remanere in cura: per hoc quod dicit se ignorasse curatorem datum. Viuianus.

h ¶ Non intelligitur.] Tum quia contra legem: tum quia pupilla est adhuc: vt hîc, & ff. de adulte. l. qui pupillam.

i ¶ Constituitur.] vt suprà de interdic. matrimo. l. si tutor. & not. factum infamare, licet de iure non teneat: vt. j. de adulter. l. eum qui. & ff. de ijs qui not. infamia. l. quid ergo. §. cùm autem. & arg. ff. ad legem Corneliã. de falsis. l. si quis legatum. in princip. & argu. ff. de ritu nup. l. palàm. §. penultimo. 80 in fine.

k ¶ Securus.] vt non vitietur matrimonium, nec infameris. dum tamen &c. & hoc ex voluntate: vt suprà de interdic. matrimo. l. cùm proponis. secundùm quosdam, sed illud quo ad matrimonium: quia nihilominus durat: vt dicit. l. cùm proponis. & ff. de ritu nupt. l. penulti. §. sed videamus. sed infamiam non euitat, nisi curatorem petat: vt hîc, & j. eo. l. licet. & ad hoc ꝙ alterum petat, facit. ff. de administratione tuto. l. tutores. §. qui se. & de eo qui pro tutore. l. j. §. fina. & suprà de admini. tuto. l. fina. §. personis. Item sunt argu. hæc. ff. de mor. infe. l. j. §. fi. & ff. de sepul. vio. l. sepulchri.

LIbertos.] Spontè manumissos. sed ex necessitate manumissi possunt excusare: vt. ff. eo. l. libertum. §. penul. & l. quanq̃.

Libertus nullam habet excusationem à tutela uel cura filiorum patroni: & ideo licet fuerit eorum tutor, non prohibetur eis esse curator. Sali.

Imperator Alexander A. Basilio. LEX V.

LIbertos[l] à tutela vel cura liberorum patroni seu patronę nullam excusationem[m] impetrare posse, amplissimus ordo authore diuo Marco cẽsuit. Et ideo nec illud eis prodesse debet, quo minᵘˢ curatores etiã inuiti, patroni seu patronæ liberis dentur, quòd eorũdem tutelã administrauerũt[n].

Terminus ad excusandum se non labitur ignoranti. hoc dicit. Pal. Vel sic: Tutores uel curatores dati habent quinquaginta dies ad se excusandum: qui incipiunt currere à tempore sciẽtiæ. Et si excusatio reijcitur, debet appellari. Hoc dicit. Sali.

Idem A. Maximiano.

LEX VI.

QVinquaginta dies, q̃ præfiniti sunt ad professionem[o] excusationis, ijs, qui tutores seu curatores dati sunt, ex eo die cedere, ex quo decretum prætoris aut testamentum parentis notũ factum fuerit[p] ei, qui ad munus vocatus fuerit, ipsa constitutio[q], quę hoc ĩduxit, sanxit. ¶ Sed si quis in eius temporis computatione ab eo, cuius de ea re notio fuerit, iniuriam passus[r], non prouocauit[s]: acquiescere[t] rebus iudicatis debet. PP. iij. Nõ. Maij, Iuliano. ij. & Crispino Conf.

Iure isto debitum uel creditum non excusat à tutela, sed alium facit adiungi. Sali.

Idem A. Antonio.

LEX VII.

NEque à tutela, neque à cura ideo quis excusatur qđ creditor siue debitor eiᵘˢ est, cui tutor

68 m ¶ Nullam excusationem.] nec ꝑpter numerũ liberorũ, vel aliã.

n ¶ Administrauerunt.] propter hoc alius excusaretur: vt. j. eo. l. curator. libertus non: vt hîc. Item no. argu. ꝙ clericus qui beneficiũ habet ab ecclesia, ab onere sibi in 10 iuncto se excusare non debeat, cùm & ipsa loco pupillæ sit: vt arg. suprà de aduo. diuer. iudiciorum. l. ij.

Ecclesia est loco pupillæ.

QVinquaginta. CASVS Certum est ꝙ quinquaginta dies dantur volenti se excusare à cura vel tutela. 20 sed à quo tempore incipiant currere, quæritur? Dicitur ꝙ ab eo tempore, à quo quis se datum tutorem vel curatorẽ, si iudex nõ admisit eius excusationem: quia si intra quinquagĩta dies nõ venit, nec appellauit, videtur acquieuisse iudi- 30 cis sententiæ. Vi.

o ¶ Professionem.] id est protestationem apud tribunal: vt. ff. eo. l. scire. §. scire autem oportet. & habet locũ hoc, si est intra centum miliaria. si verò vltra: pro viginti miliaribus habet vnum diem, & amplius. xxx. 40 dies dum nõ minus sint quã quinquaginta: vt instit. eo. §. qui autem excusare. & ff. eod. l. scire. §. aliud dictum.

p ¶ Factum fuerit.] quia in facie, vel ad domum ei per prætorẽ sit dictum: vt. ff. eo. l. scire. §. quinquaginta. & sic præ 50 sumit ignorare, nisi probetur per talia scire, nisi vt & diximus suprà de periculo tutoris. l. penultima.

q ¶ Constitutio.] Marci: vt. d. l. scire §. aliud. in prin. §. & j. eo. l. tutores. Ad peragendum negotiũ quatuor menses dan 60 tur ex die nominatiõis: vt. ff. eo. l. quinquaginta. sed opponitur si prædicta currunt à tẽpore sciẽtiæ, & ista à tempore nominationis: ergo priᵘˢ debebit q̃nque negotium terminari q̃ inchoari, si ponas post quatuor menses sciuisse. Quare dic quatuor menses currere à die nominationis, scilicet & scientię. sic & tempus sex mensium, qđ datur agenti redhibitoria, datur ex tempore vẽditionis: vt. ff. 70 de ædil. edic. l. sciendũ. §. si. subaudiendũ est, & sciẽtiæ vitij vel morbi: vt ff. illo tit. l. cũ sex. Vel si diceres statim currere mẽses quatuor ante sciẽtiam restituam eum ex generali clausula: vt. ff. ex qui cau. ma. l. j. in fi. & argu. ff. quod vi aut clàm. l. semper. §. hoc interdictum. prima verior.

Tempus excusationis datum tutoribus quando incipit currere.

r ¶ Passus.] quia iudex eius excusationem non admisit: quia intra quinquaginta dies non venerat: non dicas quòd in calculo errauerit, & error sit in sententia expressus: quia tunc sententia non valeret ipso iure: vt. ff. quæ sen. sine ap. l. j. in prin.

Ponit casũ.

s ¶ Non prouocauit.] quod fieri potest, sed non à nominatione: vt. ff. qñ app. sit. l. j. § si quis tutor. & j. eo. tutores. sed aliud in alijs nominationibᵘˢ 80 munerum, quæ sunt publica authoritate & vtilitate: vt. j. de ap. ij. qui nisi in casu: vt. j. quando prouo. non est ne. l. iij.

t ¶ Acquiescere.] Not. argu. de tacito consensu. sic. s. de postu. l. j. & de ero. aduo. l. fi. & distingue vt dixi. s. si tu. non gest. l. ij.

NEque à tutela.] CASVS. Eo prætextu quòd quis sit debitor vel creditor pupilli vel adulti, à tutela vel cura se excusare nõ potest sed alius debet sibi adiungi: vt si creditor est, & velit pupillum conuenire, defendat eum adiunctus. Viuianus.

Datus est.

a ¶ Datus est.] vt. j. eo. l. qđ res. & . ī. qui da. tu. pos. l. creditorem. etiam si lis mota sit, nisi de maiori parte bonorum sit: vt insti. eo. §. item propter. sed hodie contra: vt in aut. vt. ij. qui oblig. §. j. colla. vj.

b ¶ Defendatur.] vt insti. de auth. tu. §. fi. & . ī. de in lit. dã. tu. l. j.

c Coloni.] Ciuilibus. i. tutelis, quæ ciuiles sunt. i. à iure ciuili inductæ: vt. ff. de tut. l. j. Sed & contra. ī. qui da. tuto. pos. l. fina. sed ibi in colono Cæsaris. Vel dic. vt ibi ro dixi. Item contra. ff. de iure immu. l. semper. §. conductores. Solu. ibi ab alijs muneribus, non tutelis excusantur. Vel ibi de conductore vectigalis, hîc alicuius prędij. qđ est verius, secundũ Azo.

d Frater.] Amisit vnum. secus si ambos: vt. j. qui mor. l. j. & ī. qui da. tu. l. luminibus. et. ff. eo. l. post susceptam.

e ¶ Non posse.] sic. ff. de mino. l. verum. §. ex facto.

f Exactores.] Tãto tempore. etiam postquã desijt, habeat tã tundem: quod non placet. sed dic tanto, id est interim dum tractant. Et idẽ in omni eo, cui princeps curam alicuius rei mandauit: vt. ff. eo. l. geometri. & . l. mensores. & institu. e. §. itẽ diuus Marcus. sed secus in absente reipublicæ causa, q quãdoque ad annum, quandoque ad plus, quãdoque in perpetuum excusantur: vt. ff. eo. sed & milites. & isti. e. §. itẽ ij q rei.

g ¶ Oneribus.] alijs.

Testamento. CASVS Si pupill' habeat patrimoniũ in Italia & in prouincia: tutor ei datus simpliciter intra. l. diem excusationem habebit, scilicet qđ vtrobique domiciliũ nõ habet, proponere debet. qđ si tempus fluxit, videtur dationi consensisse: et vtriusque patrimonij erit tutor: sed propter latum patrimonium poterit adiũgi curator. Viuia.

h ¶ Postulare debuisti.] & habuisses: vt. ff. e. l. illud. & . ī. eod. c. l. ij. & . ī. qui da. tut. poss. l. neque à præside.

i ¶ Diffusum patrimonium.] in eadẽ prouincia vnde es.

k ¶ Aestimabit.] vt & ī. in q. cau. habẽti. l. iij. ī fi.

Voluntariæ.] CASVS Si quis habebat excusationem, & voluntariæ seu spontè suscepit tutelam: non propter hoc cõpellitur aliam suscipere: vt. ī. de episco. & cleri. authẽ. plures. Vel sic: Licet vn' excusationem habẽs spõte suscipiat, non pręiudicat alij. qui similem excusationem habet: vt. ff. de priui. vetera lege. ij. Vel dic, non præiudicat priuile. pu. quo minus tutoris bona sint pupillo obligata. Viuianus.

l ¶ Voluntariæ.] si cum haberes excusationem, sponte vnam suscepisti tutelam, non per hoc compelleris aliam accipere: vt hîc, & suprà de episco. & cleri. authen. presbyteros. ij. & . j. de ijs qui spon. mu. l. ij. lib. x. Vel secundo, licet vnus spontè suscipiat, non præiudicat alij, qui habet similem excusationem: vt. ff. de priuileg. vetera. lege. ij. illam tamen adimplere tenetur: vt ff. de var. & excu. mu. l. prætor. §. si post causam. & infrà de ijs qui spon. pu. mu. l. j. lib. x.

m ¶ Priuilegijs.] scilicet suis, vel alterius, vt dixi. Vel dic tertiò, id est pupilli quo minus eius bona teneantur pupillo. & facit. ff. de operis. lib. l. operis non impositis. & . ī. ne filius pro patre. l. fi.

Tutor habẽs excusationem à tutela, si vnã sponte recipit, non propter hoc cogitur aliam accipere.

siue curator datus est [a]: sed participem in munere habere debet: vt si res exegerit, is cui alieno auxilio eget, defendatur [b]. PP. iij. Id. Iul. Iuliano. ij. & Crispino. Cons.

¶ Colonus fisci non excusatur à tutela. hoc dicit. Salicetus.

Idem A. Maximo.

LEX VIII.

Coloni, id est cõductores prædiorum ad fiscum pertinentium, hoc nomine excusationem à muneribus ciuilibus [c] non habent: ideoq́; iniunctę tutelę munere fungi debent. PP. iiij. Calend. Febr. Fusco. & Dextro. Cons.

¶ Monoculus non excusatur à tutela uel cura. hoc dicit. Salicetus.

Idem A. Romano.

LEX IX.

Frater tuus non ideo à tutela vel cura excusari debet, quòd oculũ amisit [d]. proinde intelligis munus suscepum eum deserere non posse [e]. PP. Cal. Feb. Modesto et Probo. Cons.

¶ Exactor tributorum durante tẽpore exactionis excusatur à tutela uel cura. Salicetus.

Idem A. Crispino.

LEX X.

Exactores tributorum tanto tempore [f], quanto rationem tributariam tractauerint, non solùm ab oneribus [g], sed etiam à tutelis vacationem habere, dubitare non debuisti. D. Idib. Aug. Alexãdro A. iij. & Dione. Conss.

¶ Tutor testamentarius tenetur bona administrare, etiam extra prouinciam constituta, nisi ab hoc se excusauerit: propter tamen insufficiẽtiam curator adiungitur. h. d. Salicetus.

Idem A. Hylæ.

LEX XI.

Testamento tutor datus, vt à bonis ijs excusareris, quę pupilli tui in alia ꝓuincia, quá vndees, vbique moraris, posidẽt: intra quinquagesimum diem postulare debuisti [h]. Quòd si facere cessasti, excusatio quidem temporis præscriptione submouetur: sed propter latè diffusum patrimonium [i] an tibi adiungi aliquos curatores oporteat, præses prouinciæ, si te insufficientem deprehenderit, estimabit [k]. PP. viij. Id. Decemb. Põpeiano & Peligno. Cons.

¶ Habens priuilegium circa plura, per actum contrarium in vno actu specialiter factum, non perdit in alijs. h. d. Baldus. Vel sic: Per unum actum contrarium quis non perdit in alijs priuilegium habens effectum reiterabilem & successiuum. h. d. Sali.

Imperator Gordianus A. Valentino.

LEX XII.

Voluntariæ [l] † tutelę munera priuilegijs [m] nihil derogant. PP. xj. Cal. Nouembr. Pio et Pontiano. Cons.

¶ Liberti non excusantur à tutela, quia gerunt patronorum negotia: nisi patronus sit senator: & tunc unus tantùm excusatur, Salicetus.

Idem A. Apollinari.

LEX XIII.

Ne senatorũ quidẽ liberti, nedũ † cęterorũ, ꝓpterea quia patronorũ negotia gerũt [n]: à munerib' ciuilib' habẽt immunitatẽ. tantummodò etenim vnus senatoris libertus qui patroni negotia gerit à tutala siue cura * vacationẽ habet [o]. PP. x. Cal. Febr. Gordiano A. & Auiola. Cons.

¶ Qui nominat aliquem ad munera ut eum redimere faciat, criminaliter punitur. qui uerò nominat ut lite fatigetur. ad expensas ei reficiendas ciuiliter tenetur. h. d. Salicetus.

Idem A. Herarclidæ.

LEX XIIII.

Seueriter [p] pręses ꝓuincię exequetur, si animaduerterit auũculum tuum propterea noĩari [q] tutorẽ, vt metu hmõi creationis à magistratibus iniuriam redimat. ¶ Quinetiam si aliqua ei excusatio competit, & non alia causa noĩatus est, quàm vt lite fatigetur †: qđ in eá rem absumptũ fuerit, is, qui eum nominauit, iuxta formam constitutionũ ei reddere cogetur [r]. PP. Idib. Septemb. Gordiano A. et Auiola. Cons.

¶ Finita tutela durat quæstio ĩchoata propter periculum medij temporis. hoc dicit. Bald. Vel sic: Licet pupilli efficiantur adulti, lite super excusatione pendente: tamen causa propter periculum medij temporis debet terminari. hoc dicit. Salicetus.

Idem A. Tauro.

LEX XV.

Quanquá in tutela detẽtus [s], eo qđ excusatio, quam obijciebas, nõ est admissa, ꝓuocationis auxiliũ flagitaueris [t], et in medio tempore ij, quorũ meministi, in adulta ętate agere cœperint: tamen nõ eo min' causa interpositę uocationis propter periculum administrationis eius temporis

Ne senatorum.] CASVS Nõ solum liberti aliorum, sed nec senatorum si gerant tutelam vel curam patroni à muneribus ciuilibus se excusare possunt: si verò senator tantum habeat vnum libertum, qui datus sit tutor patrono: ille à tutela vel cura habet excusationẽ. Viuianus.

n ¶ Gerunt.] vt tutores vel curatores.

o ¶ Vacationem habet.] vt & . ff. eo. l. spadonem. §. liberti. & . l. cũ ex oratione. in fin. Sed cõtra. in eo. ti. l. libertũ in fi. Sol. ibi præteritas nõ reijcit, sed à nouis excusatur: vt hîc. Item contra. in e. ti. l. libertus. sed ibi intellige quòd non erat solus. Item contra primo casui huius. l. ff. ad muni. l. libertus. Sol. licet in plurali numero loquatur illa. l. libertus. quòd liberti gerentes patronorũ negotia, excusantur: diuisim intellige, id est ille illius solus, & iste istius. sic ff. de ver. sig. l. litt'. §. fi.

Seueriter.] CASVS Iudex nominauit aliquem ad tutelã vel curam, non vt ille fieret tutor, sed vt redimeret & dare pecuniam iudici, ne assumeretur tutor: si excusationem habet, quicquid impendit, recuperabit à iudice q eum nominauit. Viuia.

p ¶ Seueriter.] qa lex Iulia repetundarum eũ damnabit: vt. ff. ad leg. Iul. repe. l. iij. & . iiij. Item condictione ob turpem causam: quando accepisset pecuniam ob hoc. & concussionis crimine: vt ī. de condi. ob. tur. cau. l. quod euitandi. actio verò in factũ de calũnia non videtur habere locũ quia non nominauit per pecuniam, licet quidam dicunt contra.

q ¶ Nominari.] à Titio puta.

r ¶ Cogetur.] ex officio iudicis, vel actione in factum generali: vt. ff. de vaca. mu. l. j. §. j. & . j. de curio. l. ij. ĩ fi. & de sump. recu. l. j. lib. x.

Quamquam.] CASVS Nominatus ad tutelam volebat se excusare: iudex non admisit excusationem suam, & ideo appellauit. pendente appellatione fectus est pubes: an causa appellationis agitari debeat, quæritur? Dicitur quòd sic. propter periculũ medij temporis quod effluxit post appellationem: vt si appare at quòd malitiosè cessauit, teneatur. alioquin nõ. Viuianus.

s ¶ Detentus.] per sententiam iudicis.

t ¶ Flagitaueris.] quod potes facere: vt & . ff. quæ sen. sine appel. l. j. §. item cùm contra sacras.

† Aliàs, voluntaria.

† Aliàs, neque.

* Excusationem habeat.

† Aliàs quã vt litigetur.

a ¶ Examinanda est.] ratione præteriti temporis, vt si appareat, qđ per malitiam cessauerit, teneatur: aliàs non: vt.ff.e.l.qui testõ.et ar.ĩ.tit.j.l.j .et.ff. de vsur.l.tutor.sic.ff.de vsufruc.l.quæsitũ.et.ff.de vsufruc.leg.l.si mihi vsusfrucctus.&.ff.de ritu.nup.l.si quis tutor.§.fi.&.ĩ.si pen.app.l.si pater. &.ff. si tu.vel cura.app.l.j.&.ij.&.ff.de admini.tut.l.tutores.§.tutor datus. Sed argu. cõtra in.d.l.de ri.nup.l.si quis tutor.§.quid ergo.

Curator.] CASVS. Si pupilli alicuius tutelã administrasti: deinde eo facto adulto, curator nominatus fuisti: an possis te excusare per hoc quòd eras eius tutor? Dicitur quòd sic: & eam oppones ab eo tempore quo sciuisti te curatorem nominatum. Viuianus.

m ¶ Dies.] qui currit à die confirmationis: vt.ff.e.l.Caius.

iudiciorum more examinanda est[a] .PP.viij.Cal.Nouemb.Ariano & Pappo.Cons.

¶ *Propter litem maioris partis bonorum quis excusatur à tutela.h.d.de hoc dic hodie ut in authen.minoris.ĩ.qui tuto. da.pos.Sali.*

Imp.Philippus A.Theodoto.

LEX XVI.

SI (vt allegas) tutor his datus es, cum quibus disceptationẽ hæreditatis tibi esse proponis, & tempora antiquitus excusationibus præstituta etiam nunc opitulátur: adire præsidem prouinciæ potes, formæ super ea re statutorũ principalium obtẽperari pro sua grauitate iussurum[b] .PP.x.Cal.Aug. Peregrino & Aemyliano Cons.

¶ *Datus curator nurui suæ debet se excusare: aliàs incidit in infamiam.h.d.Sali.*

Impp.Gallien.& Valerian.AA.Epagatho.

LEX XVII.

LIcet orationis[c] sub diuo Marco habitę verba deficiãt: is tamen, qui post contractas nuptias nurui suę curator datur, excusare[d] se debet, ne manifestam† sententiam[e] eius offendat, & labem pudoris[f] cõtrahat.D. vj.Id.Ianuar. Valeriano.ij.& Luciano.Cons.

¶ *A creatione tutoris non appellatur, sed excusatio proponitur: & inopia pupilli non excusat à tutela.h.d.Sali.*

Impp.Dioclet.& Maximian.AA.& CC.Sabino & alijs.

LEX XVIII.

TVtores nominatos appellationẽ interponere necesse nõ habere, certissimi iuris est[g]. Quapropter licet nõ appellasti: si quã te excusationem habere confidis, intra tempus, quod diui Marci cõstitutione præscriptum est[h], hac apud præsidem prouinciæ vti nõ prohiberis. Nam qđ omnium bonorum patrem pupilli vsumfructum reliquisse quondam vxori suæ proponis: ad excusandos vos à tutela non est idoneum[i] .D. Non.April.CC.Cons.

¶ *Debitum matris non excusat à tutela filij. Bald. & Sali.*

Idem AA.et CC.Dionysio.

LEX XIX.

INusitatam rem desyderas, de tutela filiæ[k] † te dimitti postulans, quod te posse contrario[l] tutelæ iudicio matrem eius cõuenire contendis. Sine die & Cons.

¶ *A cura eius, cuius tutor fuit iustè se quis excusat.h.d.Sali.*

Idem AA.et CC. Cratino. LEX XX.

CVrator adultis nominatus, quorum tutor anteà fueras, inuitus in administratione teneri non potest. Proinde si dies[m] excusationibus præfinitus nondum excessit: vti competẽti defensione potes[n] .S.x.Calend.Decemb.Nicomediæ.CC Cons.

¶ *Communio non excusat à tutela .h.d. Salice.*

Idem AA.& CC.Parammoni.

LEX XXI.

QVòd res cum vterinis fratribus tibi communes esse profitearis, ad excusationem tutelæ nõ est idoneum: cùm harum diuisio curatore dato fieri possit[o]. S.xviij. Calend.Ianua. Nicomediæ.CC.Cons.

¶ *Periculum tutelæ non spectat ad eum cuius excusatio fuit approbata.h.d.sali.*

Idem AA.& CC.Hermodoro.

LEX XXII.

SI tutor nominatus decreto præsidis, habẽs excusationem absolutus es[p]: ad te non pertinere periculũ administrationis: manifestum est.D.xiij. Calen.Ianua. Nicomediæ.CC.Cons.

¶ *Non cogitur quis suscipere tutelam uel patrocinium contra fratres uel filios fratris: nec etiã diceretur cõfidatus ĩ causa.h.d.Bal. Vel sic: Propter magnã litẽ, quã habet soror creati tutoris cũ pupillo, põt ipse à tutela excusari.h.d.Sa.*

Idẽ AA.& CC.Neophyto. LEX XXIII.

HVmanitatis ac religionis ratio non permittit, vt aduersus sororem vel filios sororis actionũ[q] necessitates[r] tutelę[s] occasiõe suscipias[t]: cũ et ipsi° ẽt pupilli, cui tutor dat° es, aliud exigere. videat vtilitas: scilicet vt eũ tutorẽ[v] poti° habeat, q ad defensionẽ ei° nõ ĩhibeat affectu[x]. ¶ Iuxta formã igit, quã cõsulti dedimus,

SI vt allegas.] CASVS. Nominatus ad tutelã, dicebat se cõtrouersiã habere cũ pupillo super omnibus bonis: aut econuerso. & per hoc volebat se excusare: an hoc sufficiat, quęritur? Dicitur qđ sic. si habet excusationem intra quinquaginta dies, & opponat: vt insti.eo.itẽ propter litem.ff.eo.l. propter.in fi.Viuianus.

b ¶ Iussurum.] qa admittet excusationẽ tuam vt insti.eo.§.item ꝑpter. &.ff.eo.l.propter.

Licet.] CASVS. Cum minore annis si matrimoniũ contraxisti, & ei patertu° datus fuerit curator, si se non excusat, non solũ offenderet orationẽ diui Marci, qua cauetur, qđ gener non debet esse curator vxoris filij, sed infamis efficitur. Viuianus.

c ¶ Licet orationis.] quæ prohibuit tutorem dare suam pupillam filio suo in vxorem.

† Aliàs manifestè.

d ¶ Excusare.] vt administret. à decreto eni non se excusat, cũ nõ teneat ipsum: vt.ĩ.qui dare tu.pos.l. maritus.

e ¶ Sententiam.] quæ est vt etiam si prius est vxor, non possis postea esse curator, licet verba de ea, quæ erat prius pupilla dicant. Et sic no. vbi eadẽ æquitas, ibi idẽ ius. sic.ĩ.ad l.fal.l fi.

Ius idem sit vbi est eadẽ æquitas.

f ¶ Labe pudoris.] i. efficiatur infamis.& facit.ĩ.de interdicto matrimonio.l.iij.&.ĩ.eo.l. amplissimi.

TVtores] CASVS. Nominatus ad tutelam vel curã, si excusationẽ suã habet, appellare non habet necesse, sed eam proponat intra quinquaginta dies an autẽ sufficiat, qđ testator relinquit vxori suę vsumfruc. oĩm bonorum suorũ, et pupill° nihil habet, quæritur? Dicit qđ nõ: quia personæ nõ rei pricipaliter datur tutor: vt institu.qui da.tu . pos. Viuianus.

n ¶ Potes.] vt instit.eo. §.qui tutelam.ff.eo.l.Caius. sed fallit in liberto: vt ĩ.eo.l.libertos.

† Filij.

QVod res.] CASVS. Tres habebas fratres vterinos: si datus fueris eis tutor, non poteris te excusare per hoc qđ habeas cũ eis aliquas res, cũ dato curatore possit diuisio fieri. Viuianus.

o ¶ Possit.] vt institu.de aut.tu.§.fi.&.ĩ.de in lit. dã.tu.l.j.&.ij.& facit. ĩ. e. l.neque à tutela. Et potest dici, qđ nec per authen.illã minoris. quę est.ĩ.qui da.tut.pos.corrigatur hæc, cùm de personali obligatione loquatur. ADDITIO. Contrarium tenet glos.j. in versic. item quid si habet res communes secum & c. in.d.auth.minoris.quam glo.in hoc communiter doc.approbant, vt ibi testatur Bart.quia in communione oritur quidam quasi cõtractus producens obligationem & actionem comuni diuidundo. & sic potest dici debitor & creditor. & per consequens non potest hodie esse tutor vel curator per.d.auth.minoris. vbi latius vide de hoc per eundem Bart.in ver. quęrit gl.qđ si habet & c.

Tutor vel curator an possit esse habens rem cõmunẽ cũ pupillo seu adulto.

SI tutor.] CASVS. Si nominatus ad tutelam se excuset, & cum excusatione sua fuerit absolutus: an periculum administrationis ad eum spectare debeat, quæritur? Dicitur quòd non. Viuia.

p ¶ Absolutus es.] etiã iniustè, dummodò nõ per malitiã: & sic sententia quodãmodo facit ius.

HVmanitatis.] CASVS. Nominatus ad tutelã vel curã, si velit se excusare ꝑ hoc, ꝙ pupillus litem habeat cum sorore sua, qđ præsumi posset, ꝑ ratione affectionis pati se superari, an sit audiẽdus, quęritur? Dicitur quòd sic. & ei donandus est alius tutor, qui ꝑpter affectionem defendere pu.non impediatur. Viuianus.

g ¶ Certissimi iuris est.] vt instit.eod.§.qui autem excusare.&.ff.eo.l. quinquaginta.

h ¶ Præscriptum est.] vt &.ĩ.eo.l.quinquaginta.

i ¶ Idoneum.] cùm principaliter personæ tutor detur: vt instit. qui testa.da tu.pos §.certe.& ff.de admi.tut.l.cum plures.§.j.Item de hoc vsufructu non possunt hodie fraudari: vt ĩ.de inoffi.testa.aut. nouissima.

Tutor principaliter personę datur.

INusitatam.] CASVS Nominatus ad tutelã volebat se excusare per hoc, quòd habebat matrem pu.obligatam contrario iudicio tutelę: qa aliquando fuerat tutor, & in eam impenderat. nunquid sufficit talis excusatio, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

k ¶ Filiæ.] scilicet Bertæ.

l ¶ Contrario tutelæ iudicio.] vt quia eius tutor fueris, vel successisti ei, qui eius fuerit tutor. Accursius.

q ¶ Actionum.] scilicet suscipiendarum.

r ¶ Necessitates.] cùm ipse pupillus sit debitor sororis tuæ, vel filiorum sororis.

s ¶ Tutelæ] quam habes, à qua non excusas te: vt.suprà eo.l.neque.

t ¶ Suscipias.] ex hac litera videtur solui quod quæritur: an quis possit compelli postulare contra fratres, vel sorores, vel eorum filios? Item an vasallus sit excusatus si domino suo non pareat contra fratrem, vel sororem, vel eorum filios?

v ¶ Tutorem.] & sic dat̃ alius tutor.i.alium habeat tutorẽ, vel det̃ curator.

x ¶ Affectu.] Hìc consanguinitas inducit suspicionem: sic &.ff.de iniur.l.lex Cornelia.&.ff.de iurisdic.omn.iudic.l.qui iurisdictioni.& arg.ff.de procurat.l.aut affinitate. quandoque econtra remouet: vt.ff.de rit.nuptia.l. non solùm.§.de illo,

Consanguinitas suspitionẽ quãdoq; inducit, quandoque remouet.

Prætorem.

a Prætorem.] quo authore hæc fiant: ipso enim iure datio tenet. & facit. j. de libe. cau. l. si filium.

b Excusatione.] Obligent. sic & j. de excu. vete. l. ij. & ff. e. l. nõ tãtùm. §. eos. & §. fi. Et sunt nauicularij qui publicas naues faciũt vel cõducũt. ff. de iure immu. l. semper. §. negotiatores. & §. immunitates. & §. diuus.

Nauicularij qui sunt.

prætorẽ [a] adiri oportet: vt et iusto tuo desyderio, & pupilli ipsius cõmodo consulatur. S. vj. Calend. Februar. Sirmij, Tusco & Anulino Conf.

Nauicularij excusantur à tutela extraneorũ: non eorum, qui sunt de corpore suo. h. d. Salice.

Impp. Arcad. & Honor. AA. Flauiano præfec. præto. LEX XXIIII.

Excusationẽ nauicularijs tutelæ siue curæ hactenus ipsis tribuimus, vt in huiusmodi officijs minoribus sui tantùm corporis obligentur [b]. Dat. iij. Nõ. Mart. Mediolani AA. Conf.

Consiliarij principis excusantur à tutela. hoc dicit. Salicetus.

Imp. Anastasius A. Antiocho præposito sacri cubiculi. LEX XXV.

Viros clarissimos sacri nostri palatij silẽtiarios circa latus nostrum militantes, de tutelis & curationibus excusari † sancim⁹ [c]. D. Cal. Ianuar. Ioanne & Asclepione Conf.

† Sic excusatur clericus à residẽtia beneficij sui quãdo est in seruitio episcopi: vt ca. de cætero. de cleri. nõ resi.

TIT. LXIII.

Si tutor vel curator falsis allegationibus excusatus sit.

Excusatio cõcessa ob falsas allegationes, ipso iure non tenet. h. d. Bar. Vel sic: Approbatio excusationis ex falsis allegationibus interposita, non prodest tutori: & ideo periculum tutelæ spectat ad eum. Sali.

Imp. Alexander A. Symmacho & Diotimo. LEX I.

Si absentibus [d] necessarijs [e] personis, vel ijs qui sua sponte [f] vos defendere volebant, nõ competentibus [g] allegationibus, qui vobis tutores aut curatores dati erant, liberati esse à munere visi sunt: ne eis circũuenisse iudicis religionẽ prosit [h], præses prouinciæ audiet vos: & si iniustũ [i] decretũ extorsisse eos apparuerit, exinde ad eos periculum administrationis pertinere pronũciabit, ex quo dati sunt [k]. PP. xij. Calend. Maij, Maximo. ij. & Æliano Conf.

Post sumptã administrationem frustra quis se excusat. hoc dicit. Sali.

Imp. Philippus A. & Philippus C. Aulizano. LEX II.

Tutores quos posteà quã bona pupillorum administrauerunt, à præside prouinciæ quasi re integra excusari se impetrasse asseueras, periculũ administrationis euitare minimè posse, manifestum est [l]. PP. xiiij. Cal. Iuñ. Philippo A. & Titiano Conf.

Excusatio per ambitionem obtenta, non prodest. h. d. Sali.

Idem A. & C. Octauio. LEX III.

Si (vt proponis) pars diuersa ab administratione tutelæ seu curæ tuæ, itemq; fratris tui, ambitione [m] potius quàm iuris ratione se excusauit: periculo iniuncti muneris minimè liberata est. Sine die & consule.

c Viros.] Sancim⁹. etiã si incœperũt iã administrare: vt. ff. e. l. iurisperitos. ĩ prĩ. & ff. de mino. l. verũ. §. ex facto. & j. de silen. l. fina. lib. xij.

SI TVTOR VEL curator falsis &c.

Si absentib⁹] CASVS Nominatus ad tutelã, absentibus parẽtib⁹ pu. q eũ debebat defendere falsam excusationẽ prẹtẽdebat, fortè dicendo ꝙ habebat tres liberos, cùm esset Romanus. & nõ habebat nisi duos, & absolutus est. si posteà appareat eum falsò se excusasse, & iudicẽ circunuenisse: periculum administrationis ad eum pertinebit ab eo tpe quo datus erat tutor. Viuia.

d Si absentibus.] maximè: vt. ff. de re iudi. l. acta. §. contra.

e Necessarijs.] i. consanguineis: vt. ff. de insti. & iure. l. fin. vel curatoribus qui in talem causam dantur: vt institu. de autho. tuto. §. fi.

f Spõte.] quicunque sint. argu. ff. quib. ex cau. in pos. ea. l. hæc autẽ. in princip.

g Nõ cõpetẽtibus] id est falsis vel iniustis.

h Prosit] sic. s. de trãsactio. l. trãsactione. ij. & s. si contra ius vel vti. pub. l. & si non cognitio.

i Etsi iniustũ] i. iniustè vel iniustũ. sic. ff. de re iud. l. iiij. §. condẽnatũ.

k Exquo.] dati sunt. vt insti. de excusa. tu. §. fi. & j. de pdi. mi. l. & si prẹses. & arg. s. ti. j. l. quãquã. & ff. de admini. tu. l. j. ij. respon. & l. quidã. §. fi. & facit. ff. de mi. l. verum. §. ex facto. & ff. de rit. nupt. l. si quis tutor. in prin.

Tutores.] CASVS Si tutor vel curator postquã incœpit administrare se excusauerit, nõ valet excusatio, licet legitima fuisset. Viuia.

Tutelã sumpta etiã administratione quando que desere re licet.

l Manifestũ est.] licet enim legitimã habeat excusationẽ, amittit eã si cœperit administrare: vt hîc, & ff. de excusa. tuto. l. non tm̃. §. vacare. nisi in casibus. Prim⁹ insti. e. §. pe. Secũdus. ff. de mino. l. verũ. §. ex facto. Terti⁹. s. ti. j. l. fi. Quartus. ff. e. l. iurisperitos. Alius in. l. post susceptã. Itẽ not. ꝙ etiã si vera sit excusatio, & nõ iusta, nõ pdest: & est spãle fauore minoris: vt sententia cõtra ius ei⁹ lata, nõ præiudicet ei: vt hîc, & s. l. proxi. secus in maiore: vt. s. ti. j. quinquaginta. Itẽ not. ꝙ prætextu falsæ allegationis indistinctè retractatur sententia, siue fuit de falso quæsitum, siue non: vt hîc, quod secus est: aliâs si prius fuit de falso quæsitum: vt. s. de fide instru. l. fi. in fi.

Sentẽtia cõtra ius minoris lata ei non præiudicat.

Si vt proponis.] CASVS Si tutor vel curator de facto se excusset, & iudex gratia vel amore cùm admisit, & à tute. absoluerit, nihilominus adhuc tutor permanebit, habita absolutione pro nulla. Viuia.

m Ambitione.] quia iudici dignitatem promisit, vt gratiosam daret sententia, & sic est contrà. ff. ad trebel. l. seruo inuito. §. cũ prætor. Sol. hoc speciale hîc fauore pupillorũ. Si verò per pecuniã, tũc nullius sententia teneret: vt. j. quando prouo. non est neces. l. vænales.

Sentẽtia vęnalis non tenet.

TIT. LXIIII.

Si tutor vel curator reipublicæ causa aberit.

A tutela suscepta debet tutor petere se excusari si sit absuturus reipublicæ causa: aliàs periculum spectat ad ipsum. & reuersi, à noua tutela suscipienda habent uacationem per annum. hoc dicit totus titulus Salicetus.

Imp. Gordianus A. Guttio. LEX I.

Qui tutores vel curatores dati, reipublicæ causa absuturi sunt, ad tempus [n] se excusare debent à tutela [o], ne etiam medij temporis periculo obstringãtur. Quod quidẽ si tu fecisti: eius interualli quo abfuisti, periculum non debes pertimescere. Quòd si id prætermisisti [p]: vt priore loco is cũueniatur qui administrauit, de iure postulabis [q]. PP. Idib. Mart. Gordiano A. & Auiola Conf.

Idem A. Reginio. LEX II.

Certum est [r] eos qui reipublicæ causa abesse desierunt, ab omni noua tutela anno ♁ vacare debere. PP. v. Calend. Mart. Cordiano A. ij. & Pompeiano Conf.

♁ Carere.

TIT. LXV.

De excusationibus veteranorum.

Veterani excusantur à tutelis præterquã filiorum ueteranorũ uel cõmilitonum suorũ & unã tantùm tũc suscipere compelluntur. h. d. Sali.

Imperator Antoninus A. Saturnino. L. I.

Qui causaria missione [s] sacramẽto post viginti [t] annorũ stipẽdia soluuntur, & integram famã retinent: ad publica priuilegia vete-

SI TVTOR VEL curator reipublicæ &c.

Qui tutores.] CASVS. Si tutor datus pendẽte tutela reipubli. causa abesse cœpit, tantùm se excusare debet, ne medij tẽporis periculo adstringatur: quòd si nõ fecerit, cõuenietur: sed postulabit ille, qui interim administrauit, vt prius conueniatur. Viuia.

n Ad tẽpus.] sed reuersi statim reassumũt. secus in ijs qui absentes vocantur: vt insti. eo. §. itẽ ij qui reipublicæ. & j. l. proxima.

o A tutela.] & petere curatorem: vt. d. §. & facit. s. de excu. tu. l. amplissimi.

p Prætermisisti.] i. ad tps non te excusasti.

q Postulabis] hîc dic vt. s. si tu. non ges. l. j. nec est cõtrà. insti. de cu. §. fi. quia ibi de actore dicit cõstituto periculo absentis: hîc de curatore.

Certum.] CASVS Ei q abfuit reipubli. causa, & reuersus est: datur annus vt à tutela se excuset. Vel habet excusationem à noua tutela à tẽpore reuersionis. Viuianus.

r Certũ est.] vt insti. eo. §. itẽ ij qui reipublicæ.

DE EXCVSAtionibus ueteranorum.

Qui causaria] CASVS Miles q viginti annis stetit cũ principe, si ex honesta cã remittatr, puta causa infirmitatis, idẽ priuilegiũ habet qđ veteranus: quia sicut à tutela non sui corporis excusatur, ita à tutela missus aliorũ excusationem habet, ne sit tutor: quam opponet: & intra dies ab eo tempore quo scit se datum tutorem. & hoc in. l. seq. Viuianus.

s Missione.] triplex est missio: vt. ff. de ijs qui not. infa. l. ij. §. ignominę. sed qui ignominia mittitur. ab vrbicis excusatur tutelis: vt. ff. de excusa. tu. sed & milites. §. sed & ignominia. aliâs scribit autem Vlpianus.

t Post viginti.] quid si ante? Non idem: vt. j. de ijs qui non imple. stip. l. fina. lib. x.

[a] Pertinent.] quæ multa sunt: vt. j. quando prouo. non est neces. l. veteranis. & ff. de priuileg. vete. per totum.

[b] Quod placuit.] Compelli. facit. s. de excusa. tuto. l. pe. & ff. e. l. administrantes. §. fi. & l. fi. j. quando prouoca. non est neces. l. veteranis. & ff. de procura. l. filiusfami. §. veterani. Item facit. ff. de test. l. ex eo.

QVI NVMERO liberorum se excusant.

Qui ad tutelam.] CASVS. Aliquis habens liberos tres incolumes, & quatuor in Italia, & quinque in prouincia: an liberat ab onere tutelæ? Et dicitur quod sic. Viuia.

[c] Qui ad tutelam.] idem habes insti. eo. in prin. & j. de ijs qui nume. lib. l. fina. lib. x. secus in patrimonialibus: vt in. e. ti. l. ij.

Neque filia] CASVS. Liberi prosunt patri vt superiori. l. proxi. sed si quis habet filiam, & ex ea nepotes: si illa decedat, an nepotes prosint auo materno, quærit. Dicitur quòd non, sed patri. Viuianus.

[d] Nepotes.] ex filia. & est plana. Vel dic ex filio. sed tunc mortuo patre proficeret auo: vt vnius loco numeretur: vt insti. eo. in princ. & ff. eo. l. excusantur. §. ij.

QVI MORBO se excusant.

[e] Luminib'] Excusationem. vt. j. qui morbo. l. j. li. x. & s. qui da. tu. pos. l. luminibus. & ff. e. l. post susceptam. & impropriè potest dici excusatio, cum & si vellet, nō possent: vt dictis legibus continetur. sic insti. eo. §. minores. Item secus in patrimonialibus muneribus: vt. ff. de decu. l. honores. §. j. sed ex postfacto cæcus non desinit: vt. ff. de autho. tuto. l. & si tutor. Item secus si vnum tantùm oculum amisit: vt. s. de excusa. tuto. l. frater.

QVI AETATE se excusant.

[f] Pater.] Septuaginta. vt & ff. e. excusant. in prin. sic in teste: vt. ff. de testibus. l. inuiti. secus in alio publico personali munere: vt à. lv. annis suprà excusentur: vt. j. qui ætate. l. fi. lib. x.

QVI NVMERO tutelarum se excusant.

Si tres.] CASVS. Habeas tres tutelas vel curas, à quarta vacationem habet. si verò finitę sunt: alia poterit subrogari. Si verò quis habēs duos filios, & duas tutelas: cum iste tutelæ sint imperfectæ, an faciant vnam perfectam? Dicitur quòd non. Viuianus.

ranis concessa pertinent [a]. PP. vij. Id. August. Antonino A. iiij. & Balbino Cons.

Licet lex uel statutum dicat, quòd aliquis non poßit compelli: debet intelligi cùm utitur suis defensionibus: aliàs potest cogi. h. d. Bal.

Imperator Gordianus A. Celeri veterano.

LEX II.

Quod placuit veteranos tantūmodò cōueterani filiorum seu militum, & quidē vnam tutelam seu curam eodem tempore administrare compelli [b]: eo pertinet, vt si alijs dati fuerint, intra solennia tempora causas excusationis ad competentem iudicem deferant. PP. iij. Cal. Iul. Gordiano A. & Auiola Cons.

TIT. LXVI.

Qui numero liberorum se excusant.

Tres liberi in Roma, quatuor in Italia, quinque in prouincia, excusant parentes à tutela: & mortui nō computantur, neque nepotes ex filio superstite. h. d. totus titu. quod not. Sali.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Herodiano.

LEX I.

Qui ad tutelā [c] vel curā vocant, Romæ quidē triū liberorū incolumiū numero, de quorū etiā statu non ambigitur: in Italia verò quatuor, in prouincijs autem quinq;, habēt excusationem. PP. Non. April. Geta & Plautiano Cons.

Imperator Antoninus A. Marcello. L. II.

Neque filia amissa numero prodest ad declināda municipalia munera, neq; nepotes [d] numerātur, quorū pater superest: cū suo noīe patri prosint. D. Idib. Iun. Antonino A. iiij. & Balbino Cōs.

TIT. LXVII.

Qui morbo se excusant.

Propter morbos hic scriptos, quis excusatur à tutela uel cura. Sali.

Imp. Philippus A. & Philippus C. Sabino.

LEX VNICA.

Luminibus captus, aut surdus, aut mutus, aut furiosus: aut perpetua valetudine tentus, tutelę seu curæ excusationē [e] habet. PP. xiij. Calend. April. Præsente & Albino Cons.

TIT. LXVIII.

Qui ætate se excusant.

Septuagenarius excusatur à tutela & cura hoc dicit. Sali.

Impp. Seuerns & Antoninus AA. Seuero.

LEX VNICA.

Pater tuus, si maior est annis septuaginta [f], ad tutelā seu curā euocatus: excusare se soléniter potest. PP. v. Id. Septemb. Chilone & Libone Cons.

TIT. LXIX.

Qui numero tutelarum se excusant.

Plura imperfecta non faciunt unum perfectum. ad hoc allegatur. h. d. Bal. Vel sic: Tria onera tutelarum non affectata: excusationē præbent à quocunque quādiu durant, & duæ imperfectæ excusationes diuersi generis non faciunt unam perfectam. h. d. Sali.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Pompeiano.

LEX VNICA.

Si tres [g] tutelas vel curas eodē tēpore nō defunctoriè [h] susceptas, administras: onere quartę tutelę seu curationis pupillorū seu adolescentiū nō grauaberis. Finito aūt officio pubertate pupillorum, vel ætate adolescentiū, aliæ substitui possunt, licet nōdum ratio tutelæ seu curę administratæ reddita sit. Sed imperfectæ diuersæ species vacationis, licet permistæ, ad excusationē nō proficiūt [i]. Scire igitur debes eū qui duos filios habet, & duas tutelas administrat, excusationem nō mereri. PP. iiij. Id. Octobr. Antonino A. ij. & Gæta. ij. Cons.

TIT. LXX.

De curatore furiosi vel prodigi.

Finita causa naturali, inspicitur causa accidētalis. h. d. Bal. Vel sic: Post. xxv. annum datur curator furioso uel prodigo. h. d. Sali.

Imperator Antoninus A. Marinianæ. L. I.

Curatores impleta [k] legitima ætate prodigis [l] vel furiosis [m] solēt [n] tribui. PP. iiij. Cal. August. Messala & Sabino Cons.

Iura loquentia de minoribus, extenduntur ad furiosos et prodigos. hoc dicit. Bal. Vel sic: Res furiosi non alienantur sine decreto, sicut nec res pupilli. h. d. Sali.

[g] Si tres.] quandoque non sufficiunt, & quandoque vna sufficit: & sic arbitrio iudicis relinquitur: vt. ff. eo. l. si is qui. §. penul.

[h] Non defunctoriè.] id est transitoriè: quia secus si trāsitoriè, quia debent finiri citò: vt & ff. eo. l. non tantùm. in prin. Vel dic, id est nō affectatæ: vt & ff. eo. l. tria. & institu. eo. §. item tria.

[i] Non proficiunt.] nisi sint eiusdem generis, vt duæ tutelæ & duæ curæ: vt. ff. e. l. excusantur. §. amplius. Et nota hîc: quæ non prosunt singula, nec multa iuuāt. sic. ff. de iurisdic. om. iudi. l. si idē. & s. de vsur. l. vsuræ. & j. de donatio. l. sancim'. §. si quis autē. Sed arg. contrà. s. de proba. l. instrumēta. et. ff. de vsur. l. stipulat', & in aut. de fide instrumen. & §. si verò administrator. & §. si verò nullus. coll. vj. & j. de instit. & substi. l. si pater. nā nec institutio sub cōditione per se sine exhæredatione. nec ecōtrà valēt: sed simul sic. Et facit ad testes diuersa probantes. ADDITIO. Videas pulchrā glossam. iij. q. ix. in. c. nihilominus. & glossam fi. in. l. ob carmen. in fine. ff. de testib. et tex. in. c. dilectus. extrà de electio.

Testes singulares nō probant.

DE CVRATORE furiosi uel prodigi.

Continuatio.

Dictū est suprà de curatoribus minorū: sequitur uidere de curatore earum personarū, quæ propter furorē uel propter prodigalitatē rebus suis superesse non possunt. Azo.

[k] Curatores] Impleta. verè non fictè: vt. s. de ijs qui ve æta. impe. l. fin. Quid ergo si fuerit minor. xxv. annis? Respon. vt minori detur tutor vel curator, non vt furioso: vt. ff. de tute. l. qui habet. in prin.

[l] Prodigis.] quia neque tempus, neq; finē habent expēsarum: vt. ff. e. l. j. §. j.

[m] Furiosis.] quia loco absentiū sunt: vt. ff. de regu. iur. l. vbi nō. §. fi. sic ergo & absenti datur: vt. ff. quib. ex cau. ma. l. ab hostibus. in prin. & j. de capi. l. iij. Itē & datur luxuriosè viuenti: vt. ff. eo. l. mulieri. & similibus: vt insti. de curato. §. ij.

[n] Solēt.] An ante dationem curatoris potest contrahi cū prodigo post interdictionem bonorū? Certè non puto: licet sit arg. contrà. s. de in integrum resti, mino. l. si curatorem. in eo, quòd ibi assimilat minorem habentem curatorem prodigo. Vel dic, quod non potest extunc cum eo contrahi: quia facta interdictione est prodigus in curatione agnatorum: vt no. dominus Azo in summa huius titu. §. in prodigis autem. Item an teneat datio si detur vt furioso: cùm furiosus nō sit? Arg. quòd non. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. seie. Quidam contrà: quia ibi propter ætatem dabatur.

Prodigus post īterdictioné bonorum antequàm sibi detur curator, posit cōtrahere.

ORationis.] CASVS. Tutor vel curator prędiũ minoris sine decreto alienare vel obligare nõ potest: & hoc oratione diui Seueri cauetur. sed an huiusmodi oratio extẽdat ad cura. furiosi & pdigi vt ille sine decreto alienare nõ possit, quęrit? Dicit 9 sic. vnde si obliget nõ tenet pignoris obligatio: creditor tñ habet principale actionẽ aduersus furiosum vel prodigum, si pecunia in vtilita tem suam fuerit cõuersa.

a Orationis.] q est. ff. de reb. eo. l. j. circa prin.

b Adolescẽtiũ.] videt ergo ex eo qd est hic & ff. de reb. e. l. j. circa prin. 9 oratio pertineat quo ad verba, & quo ad sniam ad tutorẽ & curatorẽ: sed ad curatorẽ furiosi sola snia. & hoc dicũt quidã. Sed tu dic quo ad sententiã intelligi hæc prædicta: vt. d. l. ff. de re. eo. l. j. & intellige de curatore non quo ad verba: vt: ff. de re. eo. l. qui neq;.

c Ad agnatũ.] eũdẽ que curatorẽ, et idẽ i alijs reb9 q phibent alienari: vt. s. de admi. tu. l. lex quę. secũdũ H. & fortè idẽ in præscriptione & alijs beneficijs quæ minoribus dãtur: vt. s. in quib. cau. re stu. integ. nõ est ne. l. fi.

d Nõ cõsistit.] Sed cõtrà. ff. e. l. pignus. vbi dicit posse obligari. sed ibi cum decreto intellige.

e Personalẽ.] vt. s. qñ ex fac. tut. l. si in rem. & . j. de vsufca. pro emp. l. cũ. sed & retẽtionẽ pignoris habet: vt. ff. de rebus eo. l. si pupillorum. §. pe. & l. si fundum. §. fina. & j. titu. j. l. vtere.

SI pater.] CASVS. In hac lege dicit 9 filius patri mente capto curatorẽ petere debet: per quẽ si qd alienatum est, reuocari possit.

f Peteci.] sed & tu potes esse curator: vt. ff. eo. l. j. in fi. & l. j. & l. iiij.

g Possit.] per iudicẽ.

CVm repudiante.] CASVS. Si marit9 vxorẽ suã à patre emancipatũ, furiosam repudiauerit: & mater vi ro pactũ fecerit de non reddẽda dote vel alijs rebus filiæ: an præiudicet, quęritur? Dicitur quòd non. Vel pone casum aliter, vt in glossa.

h Cũ repudiante.] Delata fuit hereditas viro & vxori furiosę: mater eius repudiauit. non potest, sed vir sic. Io. quòd non placet, sed de repudio matrimonij dicit.

i Constituta.] idem multò magis de ea q est ĩ ptãte, sed de hac dubitat: qa plus iuris mater in ea habere videtur, quàm in ea quæ est in potestate.

k Maritũ.] aliàs marito, secũdum Io. & tũc vnũ marito, abundat: vel nõ abũdat: Et tũc dic repudiauit hęreditatẽ mari to secũ instituto, vt eã hęreditatem sibi haberet.

l Repudiare potuit.] hæreditatẽ secũdũ Io. Tu dic. i. vxorem. s. non furiosam. Vel dic etiam furiosam, si modo furor tantus est, vt tolerare non possit: vt. ff. solu. matri. l. si cum dotem. §. si maritus. & . ff. de repud. l. Iulianus.

m Defensio.] sic. ff. de neg. gest. l. qui aliena. §. quã quã. & . ff. de reg. iu. l. fœmine. nisi sit tutrix: vt. s. quando mu. tu. of. fun. po. aut. matri & auiæ.

NE lucrũ.] CASVS. Olim si pater duos habẽs filios vnũ emãciparet: ille fratri suo succedere non poterat. hodie secus est: qa emancipatus succedere potest. vnde cũ emolumẽtũ sentit, onus debet sentire, qd vocabitur ad tutelã fratris sui.

n Anteà.] i. ante nostra tpa. s. per. l. xij. tab. sed per Iustinia. succedit: vt j. de legi. hære. l. fin. in fi.

o Tutelæ.] imò & de tutela diximus in. d. l. de legi. hære. l. fin. in fi. vnde dic tutelæ. i. curę furiosorũ: vt subijcit. vel nihil videmur: dixisse, nisi plenè dicamus: arg. j. e. ad sylla. l. penul. in fi. & facit. s. de leg. l. tu. frater. & . j. de legi. hære. l. de emancipatis.

p Eos.] s. emancipatos.

q Duodecim.] id est ac si lege. xij. tabu. vocarentur.

CVm alijs.] Primo disputatio antiqua. Secundo decisio noua distinguendo. Secunda ibi, Nos itaque. Sali. CASVS. Cũ quis furiosus est, aut perpetuò aut ad tempus. primo casu cura. administrare debet cõtinuè. nec eius cura finitur. Si dilucida habeat interualla, an interim debeat cessare cura? Dicitur quòd certum est constitutum. sed in dilucido interuallo hæreditatem adire vel contrahere potest sine authoritate cura toris.

r Impossibile.] i. difficile. sic. ff. de ijs qui deiec. vel effu. l. ij.

s Remotus] sed non est.

t Viuit.] cõtrà. ff. e. l. j. §. j. vbi dicit durare & finiri cum furore. sed hoc corrigit. vel ibi quo ad effectum: & sic secundum istã. vel ibi nõ habebat interualla.

v Cõpetunt.] vt testamentum: vt. j. qui testa. face. pos. l. furiosum.

x Stimulis.] id est cũ stimulis.

y In cõtractu.] quẽ habuit tempore sanæ mẽtis: vt per traditionẽ, vel qd simile impleat à curatore: nõ autẽ intelligas de eo quem habet tẽpore furoris. quia ibi solus curator sufficit: vt. ff. de regu. iur. l. in negotijs. Vel loquitur secũdũ quorũdam opinionem quæ tangitur. j. l. proxi. §. sin autẽ ex alia. prope finẽ. §. Vel dic contractus à se curatore faciendos.

z Crebra.] Nota aliquid constitui nimiæ frequentiæ vitandæ causa. sic. j. de bonis quæ libe. l. fina. §. penul. & sic infinitas euitetur. sic. s. de sacrosan. eccle. l. vt inter.

Imp. Gordianus A. Auitio. LEX II.

ORationis [a] diui Seueri beneficiũ, quo possessiones rusticas sine decreto præsidis pupillorũ seu adolescẽtiũ [b] distrahi vel obligari prohibitũ est, nõ iniuria etiã ad agnatum [c] furiosi porrigitur. ¶ Si igitur citra decretũ præsidis fundus mẽte capti, etiam ab agnato eius tibi pignori nexus est, vinculũ pignoris in eo nõ consistit [d]: vtilem tamẽ aduersus eum personalem [e] actionem, si ob eius vtilitatem pecunia mutua accepta est, poteris habere. PP. Calen. Ianua. Pio & Pontiano Cons.

¶ *Ad petitionem filij datur curator patri mente capto. h. d. Bal. Vel sic: Per procuratorẽ furiosi vel mẽte capti potest restitutio peti. h. d. Salic.*

Idem A. Aureliæ. LEX III.

SI pater tuus mentis compos non est, pete ei [f] curatores, per quos si quid gestũ est, quod reuocari oporteat, causa cognita in pristinum statum restitui possit [g]. PP. vij. Id. April. Gordiano A. & Auiola Cons.

¶ *Mater nõ potest administrare res filij furiosi uel mẽte capti, nec filiũ obligare. Bal. Vel sic: Furiosi nulla est repudiatio matrimonij: nec mater præiudicat filio si nõ sit eius administratrix. Sal.*

Impp. Diocle. & Maximian. AA. Asclepiodoto. LEX IIII.

CVm repudiãte [h] † furiosa sui iuris constituta [i] maritum [k] qui solus repudiare potuit [l], quędam matrẽ furiosæ marito quondam eius instrumenta confecisse significes: intelligis nihil eam contra furiosam disponere potuisse, cùm eius ad eam iure non pertinuerit defensio [m]. S. Idib. April. Byzantij AA. Cons.

¶ *Frater est legitimus curator fratris furiosi uel mente capti. h. d. Bal. Vel sic: Fratres emancipati qui hodie uocãtur ad successionẽ sororũ, eis furentibus sunt curatores legitimi. h. d. Sali.*

Imperator Anastasius A. ad populum. L. V.

NE lucrũ quidẽ anteà [n] inde bitæ successionis emãcipato vel emãcipatis deputasse, nihil verò de oneribus tutelæ [o] prospexisse videamur: curatores nihilominus eos [p] pro duodecim [q] tabularũ lege furiosis fratribus et sororibus, vt pote legitimos existere † hac legis sanctione decernimus.

¶ *Curator furiosi habentis dilucida interualla, dicitur curator etiam dũ iste habet dilucida interualla: tamen administrare non potest. una est ergo cura continua, sed administratio est discontinua. h. d. Bal. Vel sic: Curator datus furioso habenti dilucida interualla, non desinit curator esse tẽpore quo ille sanæ mẽtis efficitur: sed exercitium administrationis sibi non competit, & potest tunc ille cui curator est datus, omnia per se agere: sed furore superueniente exercitium restituitur curatori. h. d. Sali.*

Imp. Iustinianus A. Iuliano præfecto prætorio. LEX VI.

CVm alijs quidem hominibus continuũ furoris infortunium accidat, alios autem morbus non sine laxamento aggrediatur, sed in quibusdam temporibus quædã eis intermissio perueniat, & in hoc ipso multa sit differẽtia, vt quibusdã breues induciæ, alijs maiores ab huiusmodi vitio inducant: antiqtas disputabat vtrùmne in medijs furoris interuallis permaneret eis curatoris intercessio, an cum furore quiescente finita, iterum morbo adueniente redintegraretur. ¶ Nos itaq; eius ambiguitatem decidentes, sancimus (cùm incertum est in huiusmodi furiosis hominibus, quando resipuerint, siue ex longo, siue ex propinquo spatio, & impossibile [r] est, et in cõfinio furoris et sanitatis eũ sæpius cõstitui, & post longũ tempus sub eadẽ esse varietate, vt in quibusdã videatur etiam penè furor esse remotus [s]) curatoris creationem nõ esse finiendam, sed manere quidẽ eum donec talis furiosus viuit [t]: quia nõ est penè tẽpus in quo huiusmodi morbus desperatur: sed per interualla quæ perfectissima sunt, nihil curatorẽ agere, sed ipsum posse furiosum, dum sapit, et hæreditatẽ adire, et omnia alia facere, quæ sanis hominibus competunt [v]. ¶ Sin autem furor stimulis [x] suis iterum eum accẽderit: curatorem in contractu [y] suo coniungi, vt nomen quidem curatoris in omne tẽpus habeat, effectum autẽ quoties morbus redierit: ne crebra [z] vel quasi ludibriosa fiat curatoris creatio, et frequẽter tã nascat, quàm desinere videatur. D. Calẽ. Septembr. Lampadio & Oreste VV. CC. Cons.

¶ *Hanc legem legan per partes: & ex huiusmodi lectura apparebit legis diuisio. casus huius primæ partis. Furioso, in potestate patris constituto non datur curator, sed eius pater est legitimus administrator. ei uerò existenti sui iuris pater curator dabitur. hoc dicit usque ad. §. Sin autem parentes. Baldus.*

Marginal notes:

hodie in suis, quibus à iure ciuili datum est beneficium abstinendi.

Diuisio.

Impossibile quandoque pro difficili ponit.

† Inscriptis nostris exẽ. legitur, cũ repudiante furiosã sui iuris constitutam mari tũ qui &c.

Casum ponit.

† Sali. dicit hanc l. multum bene probare 9 de mente lege. xij. tabularũ etiã cessiorũ suc. beat locum

CVm furiosus.] ¶ Casus in hac lege vsque ad finẽ talis est: Si furiosus est in patris potestate, administrabit bona filij castrensia vel quasi: nec dabitur furioso curator. Si verò pater moriatur, furiosum potest instituere hæredem, & ei substituere: vt.j̃. de impub. & alijs substitu. l. vnam. & si furiosus moriatur, transmittit hæreditatẽ ad eos qui ei succedunt ab intestato. & si furioso deferatur aliqua hæreditas, curator eius poterit agnoscere bonorum posses. & hæreditatẽ adire. Et si datus fuerit curator in testamento patris: nõ satisdabit de bene administrando, si non sit datus in testamento, sed à iudice vel à lege: qa est ꝓximus agnatus: tunc non cogitur satisdare, si idoneam habeat substantiam: iurabit tamen coram episcopo, & tribus primatibus quòd bene administrabit bona furiosi, & faciet inuentarium. Si verò non habeat idoneam substantiam: dabit fideiussores, & constituetur apud præsidem prouinciæ. Et omnia quæ acquiruntur furioso ex causa legati vel ex quacunque causa, debet administrare. & si compos mentis factus fuerit: retinebit eum, si vult: vel repudiabit. Si verò moriatur in furore: peruenient bona ad eos ad quos essent peruentura, si nunquam furiosus fuisset. Si verò curator discedat, alius in locũ eius subrogabitur. habeat autẽ hæc lex locum in futuris negotijs, non præteritis.

Idem A. Iuliano præfec. præ. LEX VII.

CVm furiosus quem morbus detinet perpetuus, in sacris[a] parentis sui constitutus est: indubitatè curatorem[b] habere non potest: quia sufficit ei ad gubernationem rerum, quæ ex castrensi peculio, vel aliter[c] ad eum peruenerũt, & vel ante furorem ei acquisitæ sunt, vel in furore obueniunt[d], vel in ijs quorũ proprietas ei tantummodò competit[e], paterna verecundia. Quis enim talis affectus extraneus inueniatur, vt vincat paternum[f]? vel cui alij credẽdum est res liberorum gubernandas, parentibus derelictis? ¶ Licet Tertullianus iuris antiqui interpres libro singulari, quem de castrensi peculio condidit, tali tractatu proposito videatur obscurè eandem attingere sententiam, nos tamen hoc apertissimè introduximus.

Pater potest furioso substituere exemplariè, & relinquere curatorem. & si filius est in potestate, quæritur ei paterna hæreditas ipso iure. hoc dicit. Bald. Vel sic: Pater potest filium furiosum hæredem instituere, & ei secundum formã iuris substituere: & si decedat ab intestato, hæreditas deuoluitur ad filium furiosum. etiam sui iuris constitutum. hoc dicit usque ad. §. sin autem ex alia. Sali.

Sin autẽ parẽtes ab hac luce decedere contigerit: nostra constitutio[g] quam promulgauimus de ijs quæ in testamento furioso relinquenda sunt, vel substitutione eorum, in suo robore permaneat. ¶ Sin verò perpetuò furiosus sui iuris[h] sit: tunc in paterna quidem hæreditate, quæ quasi debita[i] ad posteritatem suã deuoluitur, nulla est iuris veterũ dubitatio: cùm ilico appareat, & suus hæres[k] existat suis parentibus.

Curator furiosi cui est delata hæreditas extranei, potest agnoscere bonorum possessionem nomine furiosi. hoc dicit. Bald. Vel sic: Si hæreditas extranei deuoluitur ad furiosum, non petit ipse bonorum possessionem: sed eius curator sic. hoc dicit usque ad §. sed cùm antiquitas. Sali.

Sin autem ex alia quacunq; causa hæreditas ad eum vel successio perueniat: tunc magno & inextricabilis vetustissimo iuri dubitatio exorta est: siue adire hæreditatem, vel bonorum possessionẽ petere furiosus possit * siue non: & si curator eius ad bonorum possessionem petendam admitti[l] debeat. & iuris authores ex vtroque latere magnũ habuere certamen. ¶ Nos itaque vtrãque authorum aciem certo fœdere compescẽtes, sancimus furiosum quidem nullo modo posse vel hæreditatem adire, vel bonorũ possessionem agnoscere: curatori autẽ eius licentiam damus (imò magis necessitatẽ imponimus) si vtilẽ ei esse successionem existimauerit, eã bonorũ possessionem agnoscere quę antea ex decreto[m] dabatur, & ad similitudinem bonorũ possessionis habere: cùm petitio[n] bonorũ possessionis Constãtiniana[o] lege sublata sit, & ab ea introducta obseruatio quæ pro antiqua[p] sufficit petitione.

Curator potest dari furioso in patris testamento, & non tenetur satisdare: debet tamen antequam administret, obseruare & iurare hic scripta. & si nullus ei à patre sit datus, peruenitur ad legitimum idoneum: aliàs ad datiuum: qui forma hic scripta debet creari. hoc dicit usque ad. §. tali itaque. Sali.

Sed cùm antiquitas in curatore furiosi mulras ambages cõstituit, quemadmodum[q] ab eo cautio vel satisdatio detur, vel pro quibus rebus[r], & quibus † personis, & si omnis curator[s] talem præstet cautelam: necessarium nobis visum est vt humano generi consulentes, omnem quidem obscuritatem, & inextricabilem circuitũ tollamus, compendioso autem & dilucido remedio totum complectamur. ¶ Et prius de creatione curatoris, qui furiosis vtriusq; sexus datur, sanciẽtes: tunc[t] & alijs certum finem imponemus. ¶ Et si quidem parens curatorem fu-

a In sacris.] scilicet vinculis.

b Curatorem.] aliũ s. à patre. sed nec pater est curator, sed legitimus administrator. quãdoq; tamen rebus principaliter quas non vult agnoscere pater, datur curator. sic. j̃. de bo. quæ libe. l. fi. §. j. & in aut. vt li. ma. & auiæ. in prin. colla. viij. vel ibi sanę mentis erat.

c Vel aliter.] vt ex quasi castrensi peculio.

d Obueniũt.] per seruos vel per legata: quę cùm acquirũtur ignorantibus, ergo & furiosis.

e Competit.] vt in aduentitijs.

f Paternum[a].] sic. s̃. de episco. audiẽ. l. de creationib⁹. & ff. de ritu nup. l. fi. §. denuo. & j̃. de impu. & alijs substitu. l. humanitatis.

a Ex ista glo. iuncto text. habes ꝙ nullus affectus vincit paternũ. de quo. l. i. sti qnidem. ff. quod met. cau.

g Constitutio.] quã habes. j̃. de impu. & alijs substi. l. humanitatis.

h Sui iuris.] sit scilicet nunc, non tunc, cùm moriebatur pater: alioquin suus hæres ei esse non potest.

i Quasi.] debita. vt & infrà. de codi. l. fi. §. penulti. & j̃. de impo. lucra. descrip. l. j. lib. x.

k Suus hæres.] vt sic statim curator possit administrare. non autem dicas, quòd sic sit hæres ipso iure, vt statim teneatur creditoribus, & non possit abstinere. & sic quod eius fauore esset inductum, in eius lęsionem redundaret. Est ergo nomine, sed non re: vt dicimus in eo qui est sanæ mentis: vt suprà. si vt se ab hæred absti. l. j. vnde interim decedens non transmittit sicut nec infans: vt infrà. de iure deliberan. l. si infanti. § sin verò vel non sit. Sed argu. contra prædicta insti. de hæred. quæ ab intest. §. posthumi. & infrà. de suis & legi. l. apud hostes. & ff. de acquiren. hæredi. l. necessarijs.

Furiosi curator an pos sit bonorũ possessionẽ repudiare.

l Admitti.] debeat. scilicet vel non. nam. ff. de suc. edi. l. j. §. furiosi. dicitur quòd curator furiosi non potest repudiare bonorum possessionem: quia nec delata est. sed si non est delata, ergo curator eam petere non potest. sed econtra dicitur quòd potest petere. ff. de bonorum possessio. fu. l. j. in princip. sed prima intelligitur, non videtur delata, vt possit repudiari: quia non potest, sed peti sic. Vel potest peti vt sit bonorum possessor de facto, non autem de iure: sicut de facto videtur intelligi. ff. de bono. pos. non est ambigendum. Nam cùm dicit ventrem et furiosum contra fiscum admitti in bonorum possessionem, de possessione facti est intelligendum. nam si de bonorum possessione iuris intelligeres, multi alij fisco præteruntur: vt infrà. vnde vir & vxor. l. j. Vel gratia exempli de his ibi dicit. quicquid ergo olim fuerit, hodie potest petere curator nomine furiosi bonorum possessionem iuris & facti: & facit eum bonorum possessorem per legem istam: licet quidam dicant de facto ei quæri tantùm: vt dices. infrà eodem. l. §. tali itaque. sed cùm factus sit bonorum possessor, & posteà resipiscat & nolit habere, an remaneat hæres? quod videtur: quia si semel est hæres &c. vt. ff. de minori. l. & si sine. §. sed quod Papinianus. nisi per querelam inofficiosi testamenti. vel seruus factus sit. vel memoria defuncti damnata: vt. ff. de vulga. substitutio. l. in substitutione. & l. ex facto. in fin. & institu. de hæred. quæ ab intesta. §. per contrarium. Sed dic, quòd dimittere potest: & perinde erit ac si non fuisset agnita: vt infrà eodem. §. sin autem ipse. sicut & qui appellat, si non prosequatur.

* Per se &c.

m Ex decreto.] qa opus erat petenti adire prętorẽ, & solẽnibus verbis petere: & ipsum prętorẽ decernere: & dicitur decretalis: sed ꝙ sic ei liceat, cõceditur edicto prętoris mortui: & sic dicit edictalis: vt. ff. de bonorum posses. l. iij. §. proinde. & ff. de succes. edicto. l. j. § decretalis. & ff. si tab. testa. exta. l. j. hodie vero per Constantinum vtraque solennitas est sublata: & sine petitione hæreditatis: dummodo coram iudice dicebat se velle bonorum possessorem esse: nec est opus eam decerni: vt hic subijcit, & j̃. qui admit. ad bonorum posses. l. fina. quidam tamen dicunt per Constantinum solam solenuitatem petendi sublatam, non decretum.

Bonorum possessio ẽ duplex.

† Aliàs, vel pro quibus personis.

n Cùm petitio.] scilicet solennis.

o Constantiniana.] d. l. s̃. qui admit. ad bono. pos. l. fi.

p Antiqua.] scilicet solenni. Sed nunquid secundum Hug. hodie irritantur testamenta per solam agnitionem, cùm dicam irritandum per contra tabu. non irritum ipso iure? Respon. idem: vt hîc innuit.

q Quemadmodum.] cum fideiussore, vel sine, vel hypotheca, vel coram quo.

r Rebus.] mobilibus vel immobilibus: vel pro quibus.

s Omnis.] curator. sine testamento vel aliter datus.

t Tunc.] id est simul curatoris creatione.

a ¶ **Vel furiosæ.**] vel pdigo: vt.ff.eo.l.pe.ij.rñ.
b ¶ **Perueniat.**] post confirmationē iudicis & decretū: vt subijcit. non enim testamēto perfectè dari potest: vt subijcit. & s̃.de confir. tuto.l.j. &.ff. eo.l.penul.in prin.
10 c ¶ **Primatibus.**] hoc expone: vt.s̃.de epis. audiē.l. de creationibus. vbi sunt hæc de verbo ad verbum.
d ¶ **Sacrosanctis scri pturis.**] idē faciūt hodie omnes curatores & tutores. & sic lege hîc authē. qđ nūc generale &c.
20 quæ est in aut. vt ij qui obli.res.§.pe.colla.vj.

† Scripturis.

Q Vod nunc.] CASVS Dicit lex. C. ꝙ curator furiosi debet iurare corā episcopo & primatibꝰ, ꝙ bene administrabit. hæc aut. ampliat hoc esse verum in omnibus curato-
30 ribus, quòd. s. iurēt se rectè administraturos: non tamen propter hoc iuramentum excusabūtur à rationibus reddendis.
e ¶ **Tutorum.**] quorū res hypothecatæ sunt: vt s̃.de admini.tu.l.pro officio. & facit ad inuētariū: vt.s̃.de admini.tu.l.tuto-
40 res.ij.&.s̃.arbi. tu.l.fi.§. fi. Itē facit ad testimoniū paternū.s̃.de tut. vel cur. qui satis nō dedit.l.in dubiū.& insti.de satis.tut.§. j.&.ff.de testa.tut.l.testamēto dato.ij.in prin.
f ¶ **Agnatum vocauerit.**] vt insti. de cura. §.itē furiosi. & arg.ff. de
50 legi.tut.l.legitimos. sed & senatusconsultū quandoq; vocat, vt per eū soluatur creditoribus: vt.ff. eo.l.curator.
g ¶ **Idoneo.**] quod pro eodē est ac si cessasset: vt ff.quod cuiusq; vni.no.l. j.§.& quidem.
h ¶ **Nobilis sit furio-**
60 **si.**] sic.s̃.de tuto.& cura.illu.perso.l.j.
i ¶ **Propositis.**] & tactis. Accursius.
k ¶ **Eadem obseruatione.**] quę est dicta in ciuitate Romana.
l ¶ **Accedat.**] sic ergo curator adit hæreditatē. & sic est cōtrà.ff.de ap.l.
70 cùm in vna.§.fi.Sol. ibi in curatore pupilli dicit. Vel sol. vt ibi plenè diximus. Sed an sic adeat, vt furiosus fiat hæres? Dixi ꝙ sic.s̃.e.§.sin autē ex alia. in glossa. s. vel nō &c. Alij dicunt, ꝙ non sit hæres. s. vt dominiū rerum habeat: sed quātū ad ad-
80 ministrationē, vt furioso accedat per hūc.§. nā his demū causis quęritur furioso, ex quibus sanæ mētis homini acquiritur ignorāti: vt insti.de hęre. quæ ab intesta.§.sui. Pro prima opinione est.ff.de

Furiosi curator adiēs hæreditatē nomine ipsius furiosi an faciat eū hæredē.

rioso vel furiosæ [a] in vltimo elogio hæredibus institutis vel exhæredatis dederit, vbi & fideiussionē cessare necesse est, paterno testimonio pro eius satisdatione sufficiente: ipse q datus est, ad curationē pueniat [b]: ita tñ, vt in hac florētissima ciuitate apud vrbicariā pfecturā deducat: in puincia autē apud psidē eius, psente etiā tā viro religiosissimo locorū antistite, quàm tribus primatibus [c]: et actis interuenientibus, tactis sacrosanctis [d] † euāgelijs, edicat omnia se rectè & cum vtilitate furiosi agere, & neq; ptermittere ea quę vtilia furioso esse putauerit, neq; admittere q̄ inutilia existimauerit.

In authen. vt ij q obli. §.penul.col la.vj.consti.ij.

Q Vod nunc generale est circa omnes curatores, vt iurēt quidem, non tamen à ratiocinijs sint exempti. Idem est in tutore.

¶ SEQVITVR TEXTVS Codicis.

¶ Et inuētario cum omni subtilitate publicè scripto, res suscipiat, & eas secūdum sui opinionē disponat sub hypotheca rerū ad eū pertinētium, ad similitudinē tutorum [e] & curatorum adulti. ¶ Sin autem testamentum quidem parens eius non cōfecerit, lex autem curatorem vtpote agnatū [f] vocauerit, vel eo cessante, aut non idoneo [g] forsitan existēte, ex iudiciali electione curatorem ei dare necesse fuerit: tūc secūdum præfatā diuisionē in hac quidē florētissima ciuitate apud gloriosissimā vrbicariam præfecturā creatio procedat. ¶ Sed si quidem nobilis [h] sit furiosi persona: etiam florentissimo senatu cōuocādo, vt ex inquisitione curator optimæ atq; integræ opinionis nominetur. ¶ Sin verò non talis persona sit, etiā solo viro gloriosissimo præfecto vrbi præsidēte, hoc procedat. ¶ Et si quidem curator substantiam idoneam possideat: eo sufficiente ad fidē gubernationis, & sine aliqua satisdatione nominationem eius procedere. ¶ Sin autem non talis eius census inueniatur: & tunc fideiussio, inquantum possibile est, ab eo exploretur, creatiōe omnimodo sacris scripturis ppositis [i] in omni causa celebrāda. ipso aūt curatore cuiuscūq; vel substantiæ vel dignitatis est, præfatum sacramentum pro vtiliter rebus gerendis præstāte, & inuentariū publicè conscribente, quatenus possint vndiq; res furiosi vtiliter guberna ri. ¶ In prouincijs etiam his omnibus obseruandis, vt apud præsidē cuiuscunque prouincię, & virum religiosissimum episcopum ciuitatis, necnon tres primates, memorata creatio procedat: eadē obseruatione [k] & pro iureiurando, & pro inuentario, & satisdatione, & hypotheca rerum curatoris, modis omnibus adhibenda.

¶ *Curator furiosi postquàm iurauit, & satisdedit & promisit promittenda, & recepit administrationē per decretum. potest agnoscere bonorum possessionem delatam furioso, & bona ea occasione peruenta tenetur in inuentario addere, saluo iure repudiandi & acceptandi furioso si resipuerit. sed si in furore decedit, ex acceptatione curatoris, non fit transmissio bonorum possessionis. legatum autem bene transmitteretur ad hæredem furiosi. hoc dicit. Bald. Vel sic: Hæreditas furioso delata potest per eius curatorem adiri: ita ut si furiosus efficiatur sanæ mentis, possit eam sibi retinere uel respuere. & si respuerit, uel in furore decesserit, ad substitutum deuoluitur. & si nullus sit substitutus, deuoluitur ad eos qui succederent si furiosus in medio non fuisset. legata uerò ad eius hæredes transmittit cum potestate repudiandi. h.d. usque ad.§. sin autem curator. Sali.*

¶ Tali itaq; ordinatione in curatore furiosi disposita, si quid posteà ad furiosum peruenerit, siue ex hæreditate, vel successione, vel legato, vel fideicommisso, vel alio quocūq; modo. hoc furioso accedat [l], & cū alia eius substātia manibus curatoris tradatur †, inuentario etiā super his omnibus rebus scilicet faciēdo: & sub eius cura custodiatur, quatenus si quidē resipuerit furiosus, & acquisitionem admiserit, ipsi restituatur.

¶ Sin autē in furore diem suum finierit, vel ad suā sanitatē perueniens eam repudiauerit: si quidē successio est, ad eos referatur (volētes tamē [m]) id est vel ad substitutum, vel ab intestato [n] hæredes, vel ad nostrum ærarium: eo scilicet obseruādo, vt ij qui veniant ad successionem, qui mortis tēpore furiosi propinquiores existant ei ad cuius bona vocabūtur. si nō in medio esset furiosus: omni satisdatione vel cautione [o] quā per inextricabilem circuitum veteris iuris authores induxerunt, radicitus excisa: legatis autem proculdubio & fideicōmisis, cæterisq; acquisitionibus furioso acquirēdis [p], & substantiæ eius aggregandis. Sin autem ipse resipuerit, & ea [q] admittere noluerit, & apertè hæc respuerit, vel hæres eius hoc fecerit: à substantia eius ilico separandis, quasi nec fuerint ab initio ad eum deuoluta: & per legitimum tramitem ambulantibus, substantiam furiosi neque prægrauantibus neque adiuuantibus.

¶ *Quod est dictum in creatione curatoris à principio, idem intelligitur in subrogatione loco creati. hoc dicit. Bal. Vel sic: Mortuo curatore furiosi, uel eo ut suspecto remoto debet alius subrogari. h.d. usque ad.§. hæc autē. Sali.*

¶ Sin autem curator furiosi secūdum nostram legem nominatus decesserit: sub eodem modo eadēq; obser-

legat.ij. Licinius locusta. Sed secūdi respōdent, ꝙ de facto tantùm ibi habuit. Itē pro prima.ff.ad Treb.l.cùm hæres institutus. Sed secūdi dicunt, ꝙ verè nō fuit hæres: licet actiones hęreditarias cedat: qa & creditor hoc
10 facit: vt instit. qui.ali.licet.§.j. vel speciale vt fiat ibi hæres: eo ꝙ tenetur transferre actiones. sic in eo.tit.l.cogi.§.hi qui solidum. Pro secūda opinione est.ff.de acqui.hære.l. si quis alicui.§.fi. Itē videtur, quòd nec cōmodū quærat: vt.ff.de acqui.hę-
20 redi.l.Antistius.§.in libro. Sed de cōmodo dominij ibi intellige. quod nō placet. Vel recitat ibi quorundam opinionem, quæ hîc reprobatur.
m ¶ **Volentes tamē.**] sic.j.de iure delibe.l.nec emere.
n ¶ **Ab intestato hæ-**
30 **redes.**] qui defuncto successissent, nisi furiosus fuisset in medio, et cū fructibꝰ medij tēporis: vt hîc subijcit. &.ff.de peti. hære.l.hæres.in prin.
o ¶ **Vel cautione.**] qualis fuerit ignoramꝰ.
p ¶ **Acquirendis.**] p hoc ꝙ aduersatur dicen-
40 do, legatis autē. patet ꝙ aliter in hæreditate est. Et est ratio, quia recta via dominiū quæritur in legato: vt.ff.de furt.l.à Titio. non sic in hæreditate, nisi adeatur, quod fit animo: vt insti.de hære. qua.& diffe.§.fi. Itē legatum sine onere, sed hære-
50 ditas nō: vt.ff.mand.l.si hæreditatem: & ideo ad suum hæredē transmittit legata, licet in furore decedat: vt hîc dicit. Acc.
q ¶ **Ea.**] legata.

Legati dominium recta via quæritur, nō autē hæreditas.

† Per text. secūdū Sal. videtur dicendum ꝙ per aditionē curatoris quærat furioso dominiū: & iō legata à furioso petūtur, & actiones trāsferūtur in eum: tamē inquit Sal. non est incommutabiliter dominus nisi resipuerit.

a ¶ Remoueantur.] sic. s. de legi. & consti. l. leges. ij.
b ¶ Introducta.] quam ignoramus.

¶ DE PRAEDIIS ET ALIIS REBUS MINOR. &c.

Continuatio.

¶ *Dictū est suprà qualiter prouideatur minoribus circa tutorē uel curatorem, nunc autē ponit qualiter prouideatur eis circa conseruationem rerum ipsorum: sicq; imprimitur rubrica, De prædijs uel alijs rebus minorum 10 sine decreto non alienādis. Azo.*

Venditio.] CASVS. Pater obligauit prædium minoris vel suum, hoc pacto vt si sua die pecunia non solueretur, liceret ei vendere, & 20 decessit: & successit ei minor: non satisfaciente sua die minore, creditor prędium distraxit, vult minor reuocare prædium quasi alienatū contra senatuscōsul. quo cauetur, ꝙ prædium minoris sine decreto alienari non debet: an sit audiendus, quęritur? Dicitur quòd nō. 30 Si tamē creditor viliori pretio vēdidit, quàm prędium valeret: potest iudex eum restituere, vt si hi iustum pretium restituatur. Et quod dicitur in senatuscōsul. tunc locū habet, cùm minor ipse prædium vendidit sine 40 decreto. vel ꝙ minor non soluit, missus est in pos. alicuius prædij ex causa iudicati distracti.

c ¶ Pignoris.] s. conuentionalis. vel cū decreto, ob æs alienum obligatum. Vel dic, ꝙ vocatus noluit venire ad causam: vel cauere de dāno infe- 50 cto, vel pro legato: vt. ff. eo. l. iij. §. j. Et quod subijcit ex causa iudicati, dic nec restitui nisi ex causa: vt quia graue damnum habet: vt. ff. de mino. l. si ex causa. & sic ex necessitate permittitur, quod aliàs nō permitteretur: vt ar. ff. de fund. dot. l. j. Vel 60 pone econtra exemplū: quia alterius prædium, pupillo est obligatum: quod vendit: vt. ff. eod. l. magis. §. j.

d ¶ Distractum est.] à creditore.

e ¶ Senatusconsultum.] i. ad oratione imperatoris Seueri in sena- 70 tu recitatam: vt. ff. e. l. j.

f ¶ Solet.] scilicet intra quadriennium.

g ¶ Diuersa parte.] vt. ff. de mino. l. in causæ. j. §. causa. & l. verum. §. sciendum.

h ¶ Dispiciet.] & hæc cognitio potest delegari: vt suprà vbi & apud quē 80 l. fi. secus in decreto super alienatione interponendo: vt ar. ff. de transact. l. cum hi. §. si prætor. & facit. l. j. proxi.

uatione alius creabitur: quemadmodū & si suspectus reperiatur, alter surrogetur. quod & veteribus legibus placuit.

¶ *Dispositio legis huius habet locum in curatoribus post hanc legem creandis: non in prius creatis. hoc dicit usque ad finem. Sali.*

¶ Hæc autem omnia quæ de creationibus curatorum per nouam definitionem introducta sunt, futuris casibus imponantur: & neq; anteà facti curatores remoueantur [a], neq; aliquid eis nouum accedat, sed antiquo ordine statuti in antiquos (quātum ad creationē) permaneant terminos, cautione videlicet vel satisdatione quæ antiquitus fuerat introducta [b], super posteà veniētibus ad furiosos successionibus minimè præstanda. D. Calend. Septemb. Constantinop. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss.

TITVLVS LXXI.

De prædiis, & aliis rebus minorum sine decreto nō alienandis vel obligandis.

¶ *Per uiam secundi decreti possunt adulti res alienari. hoc dicit. Vel sic: Prohibitio alienationis rerum minoris sine decreto non extenditur ad alienationes necessarias: sed ex causa dabitur restitutio. hoc dicit. Sali.*

Imperator Antoninus A. Minutiano.

LEX I.

Venditio quidem prædij quod iure pignoris [c] vel in causa iudicati captum & distractum est [d], ad senatusconsultum [e] quod de non alienandis prædijs pupillorum vel adolescentium nisi authore prętore vel præside prouinciæ factum est, non pertinet. sed si etiamnum in ea ętate es cui subueniri solet [f]: aditus competens iudex, an te in integrū restituere debeat, præsente diuersa parte causa [g] cognita dispiciet [h]. PP. xiij. Calen. Decemb. Duobus & Aspris Conss.

¶ *Quando contractus non tenet ipso iure, non debet peti in integrum restitutio. hoc dicit. Qui habent uiam explicatā, non debent petere uiam implicatam. h. d. Bald. Vel sic: Vbi uenditio pignoris est ipso iure nulla, restitutio ratione ætatis nō est ipso iure necessaria secus si sit aliqua:*

ditione commisit, restituetur minor. & hoc in secunda.

& si interuenit læsio non modica: uel fraus cū emptore sit participata. h. d. Sali.

Imper. Gordianus A. Clearcho & alijs †.

LEX II.

Non est vobis necessaria † in integrum restitutio, si tutores vel curatores vestri possessionem, licet pignori nexam, vendiderunt [i] sine decreto. ¶ Quòd si creditores [k] id fecerūt: ita demum iuxta formā edicti beneficiū [l] tibi impartietur, si fraudulēta vēditione, participante cōsilio emptoris, damnum tibi inflictum esse docea tur [m]. PP. iij. Calen. Februar. Gordiano A. & Auiola Conss.

¶ *Pater non potest alienare rem filij sine decreto. hoc dicit. Bald. Vel sic: Pater curator filij non potest prædia alienare sine decreto. hoc dicit. Salice.*

Impp. Valerianus & Gallien. AA. Theodosiano & alijs.

LEX III.

Cvm emācipatis vobis prædium acquisitū foret [n], alienari à patre eodéq; curatore [o] sine præsidis authoritate non potuit: maximè si tanquam [p] suum esset, non tanquam pupillare, vendiderit. itaq; illibata vobis persecutio eius manet. PP. iij. Non. Ianuar. Tusco & Basso Conss.

¶ *Minor frater non potest alienare in fratrem maiorem sine decreto rem prohibitam alienari. h. d. Bal. Vel sic: Immobilia minorum nullo titulo alienantur sine decreto, ideo tradita uendicantur, redditis tamen quæ acceperunt. h. d. Sali.*

Idem AA. Mitridati.

LEX IIII.

Non solùm per venditionem rustica prædia vel suburbana pupilli vel adolescētes alienare prohibētur [q]: sed neq; † trāsactionis ratione, neq; permutatione, & multò magis donatione vel alio quoquo modo ea transferre sine decreto à dominio suo possunt [r]. ¶ Igitur & tu si fratribus tuis per transactionem fundum dedisti [s], vendicare eum potes: sed si quid inuicem ab eis ex eodē pacto consecutus es, id mutuò [t] restituere debes. PP. xv. Calē. Maij, Seculari ij. & Donato Conss.

¶ *Decretum ex falsa causa alienationi interpositum, non tenet. h. d. Bald. Vel sic: Decretum ex falsa causa interpositum, est ipso iure nullum: ideo illo non obstante non tenet alienatio. hoc dicit. Salice.*

i ¶ Vendiderunt.] credentes sibi licere quod creditori licebat. cùm ergo ipso iure non teneat sine decreto: vt. ff. e. l. j. ergo cessat restitutio: vt. ff. de mi. l. in causæ. ij. in prin.

k ¶ Quòd si creditores.] qui iure facere possūnt sine decreto, licet tutius cum decreto: vt. ff. e. l. j. §. si communis. & l. si pupillorum. §. j.

l ¶ Beneficium.] scilicet restitutionis, cōtra 10 emptorem.

m ¶ Doceatur.] idem si enorme damnum fuerit passus, licet non interuenerit fraus: vt suprà si aduersus vendi. pign. l. j. quæ est contra. pro mini mo autem non daretur restitutio: vt. ff. de in in- 20 teg. restit. l. scio. Et potes hic referre quæ diximus suprà si aduer. vendi. pigno. l. j.

Cvm emancipatis] CASVS. An pater filij sui emancipati minoris prædiū minori acquisitum sine decreto alienare possit, quę 30 ritur? Dicitur quòd nō, etiam si tanquam suum esset vendidisset, non vt pupillare.

n ¶ Foret.] vel directò vel vtiliter: sive ius in eo habeat, vel bona fide possideat: vt. ff. eo. l. iij. §. penul. & antepenult. & l. magis. §. j.

o ¶ Curatore.] id 40 est tutore: cùm hic pater, & ille impubes ab eo emancipatus esset: vt insti. de legi. parē. tu. & hic subijcit. sic & alias vnum ponitur pro alio s. de in litem dan. tut. l. tutorem. Vel dic hos adultos & patrem & curatorem. & 50 quod dicit pupillare. sci licet quondam.

p ¶ Tāquam suum.] vbi etiam hæc ratio impedit. vt ar. ff. de cur. fur. l. Iulianus. in fi.

Non solùm.] CASVS. Certum est, quòd oratione diui Seueri cauetur, 60 vt prædium minoris sine decreto alienari nō possit titulo venditionis. an idem sit in alijs titulis alienationis, puta donationis vel transactionis, quæritur? Dicitur ꝙ sic. Si ergo minor ex causa falsa vēdidit fratri fundum sine decreto, reuo- 70 cari poterit: restituto fratri si quid minor ab eo percepit.

q ¶ Prohibentur.] vt & suprà de ijs qui veni. ætat. impera. l. finali. & dic quòd eadem appellat rustica & suburbana hoc titulo.

r ¶ Possunt.] nisi in 80 casibus: vt. j. titu. proxi. per totum.

s ¶ Dedisti.] secus si fundum de quo litigabat, minor diuisit: aliquo sibi dato nomine transactionis. argu. suprà de transact. l. præses. imò idem: vt. ff. de transact. l. cum hi. §. si cùm lis.

t ¶ Mutuo.] sic suprà de reputationibus. l. j. & suprà si aduer. transact. l. prima & secunda.

† Aliâs & Aphrodisio.

† Concor. c. constitutus circa fi. in gl. super verbo, solēnitas. extrà de resti. in integ.

† Neque trāsactione neque permutatione &c.

Non est.] CASVS. Si tuto. pup. licet alij obligatā distrahat possessio. sine decreto, ipso iure non tenebit alienatio: nec restitutio in integrum est necessaria. & hoc in prima. Si verò creditor, minore non soluente iure creditoris sine decreto distrahat: valet venditio: sed si fraudem in ven

Et si præses.

ET si præses.] CASVS. Iudex circũuentus falsis allegationibus, puta quia dicebatur, quòd æs alienum vrgebat, cùm non immineret: de prædio minoris alienando, decretum interposuit: non valet decretum, nec alienatio: vnde prædium alienatum minor vendicare poterit.

a ¶ Actionem.] in rem & in personam, contra tutorem vel curatorẽ: vt.ff. eo.l.magis.§.penul.

n ¶ Rescissa est.] quatenus de facto processit, cùm de iure non teneat. sic s̄. de rescinden.ven.l.si dolo.&.ff.de act. emp.l.ex empto.§.is qui vina.& sic de sacrosan.eccle.l.iubemus.ij.§.post statutum.

o ¶ Pignora.] quid si simplum de euictione promisit? Respon. tenetur: vt.ff. de euic.l.minor.xxv.an.

Idem AA. Sereno. LEX V.

ETsi præses prouinciæ decreuerit alienandũ vel obligandũ pupilli suburbanum vel rusticum prædium, tamen actionem [a] pupillo, si falsis allegationibus circunuentam religionem eius probare posit, senatus reseruauit [b]: quã [c] exercere tu [d] quoq; nõ vetaberis. PP.iij. Calend. Maij, Seculari.ij. & Donato Cons.

¶ *Non sufficit causas allegare, sed oportet probare. h.d. Vel sic: Ad petendum interponi decretum super alienatione rei minoris, non potest cõstitui procurator. h.d. secundum alium intellectum singularem. Bald. Vel sic. Non sufficit causam alienationis proponi coram iudice: sed est necesse ut apud acta probetur, & ut decretum interponatur. hoc dicit. Sali.*

Imppp. Carus, Carinus & Numerian. AAA. Varo. LEX VI.

MInorum possessionis venditio, per procuratorẽ delato ad prætorem vel præsidẽ prouinciæ libello [e], fieri non potuit: cùm ea res cõfici rectè aliter non possit, nisi apud acta causis probatis quæ venditionis necessitatem inferant, decretum solenniter interponatur. S. Noñ. Maij, Caro et Carino AA. Cons.

¶ *Sicut minor non potest alienare rem non alienabilem: ita nec eam potest refutare uel finire. h.d. Bald. Vel sic: Sicut minor non potest alienare immobilia sine decreto: ita nec ad alienandum se obligare. h.d. Sali.*

Idem AAA. Isidoro. LEX VII.

SI ad resoluẽdam donationem quam in emancipatũ te pater contulerat [f], minor vigintiquinq; annis cautionẽ [g] ei emisisti [h]: cùm huiusmodi scriptura contra senatuscõsulti [i] authoritatẽ data sit, ñ oberit iuri tuo. PP. vj. Id. Decẽbr. Caro & Carino AA. Cons.

¶ *Etiam propter nuptias non potest minor alienare sua authoritate rem non alienandam. hoc dicit. Bald. Vel sic: Ex causa sponsalitiæ largitatis immobilia non alienantur sine decreto. hoc dicit. Salicetus.*

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. Theodotæ. LEX VIII.

PRædia rustica quæ contra senatusconsultum data esse ante nuptias sponsaliorum nomine precum tuarum confessio ostẽdit, cùm proprietas ad te [k] propter iuris interdictum transire nõ potuerit [l], in dominio mariti pmansisse palàm est. PP. iij. Noñ. Nouemb. Diocletiano & Aristobolo Cons.

¶ *Licet ex priuilegio non obligetur fideiussor, cui priuilegium non competit obligatur. hoc dicit. Bal. Vel sic: Licet alienatio sit prohibita minorum fauore, tamen alij non prohibentur se & res suas obligare. h.d. Vel sic: Prohibitio extra personam & causam prohibitionis non egreditur. h.d. Salicetus.*

Idem AA. Mutiano. LEX IX.

ETsi is quem prædium rusticũ minoris distraxisse affirmas, curatoris officio functus id fecit: venditio tamen contra diui Seueri orationem [m] facta, præsidis sententia nõ immerito rescissa est [n]. ¶ Pignora [o] sanè [p] quæ ob euictionis periculũ idẽ curator ex rebus proprijs tibi obligauit, nõ prohiberis persequi [q]. PP. Noñ. Nouẽbr. Dioclet. & Aristobolo Cons.

¶ *Minor rem non ritè alienatam uendicat, nec restituit pretium nisi quatenus recepisse probatur. hoc dicit. Bal. Vel sic: Minor uendicans eius prædia non iure alienata, tenetur restituere pretium quatenus probatur in eius utilitatem uersum. hoc dicit. Sali.*

Idem AA. Grato. LEX X.

PRædiorum, quæ sine decreto alienata sunt, dominium tibi persequenti præses opem feret: apud quem si illuxerit non vniuersa pretia quæ curatori tuo data sunt, in patrimonium tuũ processisse, pro ea duntaxat pecuniæ parte te cõueniri permittet, quam in facultates tuas erogatam esse constiterit [r]. S. vj. Id. Augu. ipsis AA. & Cons.

¶ *Vbi contractus peccat in solennitate, non est tractandum de pretij paruitate: secus ubi omnia sunt solenniter acta. h.d. Bal. Vel sic: Vbi alienatio est nulla, minori restitutio nõ est necessaria: secus si sit aliqua, & læsio in pretio sit secuta. hoc dicit. Salicetus.*

Idem AA. Trophimo. LEX XI.

SI quidem sine decreto minor annis patronus tuus [s] rusticum prædiũ væñdedit: superua-

b ¶ Reseruauit.] nullũ enim fuit decretũ: & sic nulla alienatio. sic. s̄. si ex fal.alleg.l.j.& arg. ff. q̄b. ex cau.in pos. ea. l. Fulcinius.§.siq̄s bona possederit.et.ff e.l.quãuis. Sed ar. contra.insti.q̄ manu. non possunt. §. semel. sed ibi impropriè ponitur falsa.

c ¶ Quam.] s̄. in genere, nunc in specie.

d ¶ Tu quoque.] scilicet minor.

MInorũ.] CASVS. Si minor vel eius pcurator presidi de interponẽdo decretũ libellũ porrexit: non statim decernere debet vt res minoris vẽdatur, sed causam examinabit.

e ¶ Libello.] quo petit decretũ, & causa inseritur, non ergo assertioni libello factæ creditur, sed necesse est pbari causam. Vel dic, q̄ procurator ad hãc causam nõ põt cõstitui, sicut in excusatione tutelæ: vt.ff. de excu.tu.l. excusare.& arg.s̄. si ipropter pu.pen.l.fi.& arg.ff. de offic.eius cui mã. est iur.l.ij.§.j. Sed cõtrà.ff.de mino.l.illud.§. si talis. sed ibi ad fauorẽ: hîc ad damnũ. & tñ non põt ibi fieri sine speciali mandato.

Procurator non semper cõstitui potest.

SI ad resoluendã] CASVS. Pater filio suo minori et emãcipato p̄diũ donauit: posteà filius sine decreto de reddẽdo patri cautionẽ emisit: tamẽ cõtra senatuscõ. huiuscautio sic emissa filio non præiudicabit.

f ¶ Contulerat.] tradendo.

g ¶ Cautionẽ.] de reddẽdo p̄dio dato à patre.

h ¶ Emisisti.] ex interuallo.

i ¶ Consulti.] quo colligitur. sicut tradendo nõ potest dominiũ in alium transferre: sic nec stipulãti potest id promittere, cũ iam habere videtur stipulator: vt.ff. de reg. iur. l. qui actionem.& facit.s̄. si aduer.dona.l.ij.


m ¶ Reuertatur.] scilicet verè vel interpretatiuè:vere vt puta,si res in potestate domini sciētis fuerit reuersa:ita vt ab eo auelli non possit: vt.ff. de vsucapi.sequitur.§. tunc in potestate.&.j.de vsucap.pro emptore.l.si partem.Interpretatiuè sic:vt si litis æstimationem pro ea dominus accepit, vel alij fuerit tradita voluntate eius,vel fur à domino emit:vt.ff.de vsuca.l. sequitur.§. sed & si vendicauero.& l.si fur.j.respō. Item quod dicit ad dominum,idem dic & si in quasi domini' potestate peruenerit:vt tutoris : vt ff.de fur.l.interdum.ij.§. qui tutelam. Item si est res peculiaris, sufficit si in potestate serui redierit:vt.ff.de vsuca.l.sequitur.§.Labeo.

† Aliàs, quāuis reb⁹ huma. &c. * Domino.

n ¶ Successisse.] de successore sic dicas:quia aut vniuersalis est:& tūc datur ei actio furti:vt instit.de perpet.& tempo. ac.in princi. videlicet ex contrectatione,quæ fuit facta prius in vita defuncti,& non ex ea,quę post eā:cùm eadem sit persona censenda : vt in authen.de iureiuran.à mo. præsti.§.j.collat.v.& ipsi defuncto ex prima & nō ex assidua contrectatione dabatur actio furti:vt ff.de furt.l.ei qui.ergo et idem in hęrede dicendū est. Aut est singularis,& tunc ex sequenti contrectatione, non ex prima agitur:vt quia sit legatarius,vel similis: vt.ff.eo. l.si dominium.&.l.si is qui rem.§. primo. Sed quomodo aget furti, qui nunquàm possedit? Respon. non mireris: quia hoc propter factum furis contingit:conditio verò furtiua domino soli competit:vt dictis legibus continetur.Item nota,quòd supradicta locum habent, quando bona adhuc dominum habebant:secus si iacente hæreditate fiat furtum:quia iacente hæreditate non potest fieri furtum, nisi in tribus casibus: puta pro hæreditaria deposita siue commodata subtracta, vel obligata, vel in qua vsusfructus alienus sit:vt.ff.de vsucap.l.si homo.&.ff.eodem.l.hæreditarie.&.l.sequenti.

Furti actio an & vnde cōpetat successori eius cui furtum factum est.

Iacente hæreditate fur tū fieri non potest nisi in tribus casibus.

De ijs.] C A S V S. Si instituto filio impubere hærede testator decessit,& post apprehensa bona à pupillo nouerca eius aliqua subtraxit: an eam furti conuenire posit,quæritur? Respon.quòd sic:& furti manifesti, si fuerit manifestum,vel non manifestum.nec obstat.j.e.l.quamuis. quia pòst bona habuit ibi:hîc antè.

o ¶ Pupilli.] ex hæreditate ad pupillum deuoluta.

p ¶ Si eam.] scilicet nouercam.

q ¶ Dominus.] & possessor subaudi:vt.ff.de cri.expil.hæredi.l.secunda.& de vsucap.l.si homo.prius enim quàm sit hæres possessor,non dicitur fieri furtum:vt dictis legibus.&.ff.eodem.l.hæreditarie.&.ff.de cri.expil. hæredi. l.fina.Vel dic dominus,id est possessor.nam dominium pro possessione quandoque accipitur,& econuerso:vt supra de rei vendi.l.quoties. &.ff.de verborum significat.l.interdum.ratione autem prius facti furti. non tenetur tam famosa actione:vt.j.de cri.expil.hære.l.aduersus.Et sic tribus temporibus potest surripere in vita viri.Item post mortem ante apprehensa bona,& istis casibus non conuenitur actione famosa:vt infra eodē.l.quamuis.quæ est contra. Aut post apprehensa bona: & tunc furti: vt hîc. Sed quid si prius surripuit,& post apprehensionem contrectat? Respond. tenetur furti. nam nascitur actio ex vltima contrectatione,si non ex prima fuit nata : vt & in seruo: vt supra de noxa.l.j.

Vxor res mariti trib⁹ temporibus surripit.

r ¶ Is.] scilicet pupillus.

s ¶ Furatam.] scilicet nouercam.

t ¶ Non ignorat.] scilicet præses prouinciæ.

Ancillæ.] CASVS. Si ancillam prægnantem mihi surripuisti, & apud te peperit: nomine partus, & furti, & condictione fur. mihi teneberis: & à quolibet possidente potero vendicare: nec vsucapietur, nisi demū purgato vitio. sed an actio furti per condic. vel econtra tollatur? Respon. q; nō quia extra pœnam &c. nec solùm furti tu mihi teneris, sed emptor sciens partum esse in causa furtiua: vel qui rem alienam emit quācunque.

a Nequeunt.] rō imò vt. j. de vsucap. pro emptore. l. si matrem, quæ est contra. Solu. ibi apud bonæfidei emptorem conceptus fuit & editus: hîc editus tantùm scilicet apud furem.

b Horum.] scilicet partuum non solùm matris.

c Altera.] scilicet actio furti. Et nota alterū de tribus dici. sic. s. de hære. l. quicunque. Item nota quòd non tollitur per secutoria per pœnalem, nec econtra: sed vna per secutoria per aliam sic: vt hîc, & ff. de condictio. furti. l. si pro fure. §. j. & ff. de fur. l. si pignore. §. j. Item pœnalis per pœnalem, in id in quod cōcurrunt, vt. ff. vi. bono. rapto. l. j.

d Alterius.] actionis.

e Quæstio.] scilicet dubitabilis: quia est casus legis: vt. s. eo. l. si pignore §. cum furti.

f Cùm etiam.] bene dico fures alienorum mancipiorum teneri: cū etiam &c. Et distingue hîc, quòd partus ancillæ furtiuæ quandoque est furtiuus, & eius nomine competit actio furti: vt si conceperit ancilla, & peperit apud furem vel saltem peperit: vt hîc in princip. l. & ff. de fur. l. qui vas. §. si ancilla. in princip. §. aut concepit apud furem, & peperit apud bonæfidei possessorem: & tunc est furtiuus: sed eius nomine non datur actio furti. & idem in vacca: vt ea. l. §. si ancilla. nec ob. ff. de vsucap. l. si aliena. in fin. vbi dicit posse vsucapi partum editum apud bonæfidei possessore: quia corrigitur per. d. §. si ancilla. Vel loquitur quando non apud furē, sed apud hæredem cōcepit: & peperit penes bonæfidei possessorē: aut cōcepit & peperit apud bonæfidei possessorem: tunc non est furtiu⁹, nec eius nomine datur actio furti: vt. j. pro empt. l. si matrem. Et si quæras, an possit vsucapi partus à bonæfidei possessore furtiuæ ancillæ, vel nō: attende si sciuerit bonæfidei possessor matrē alienā antequā cōciperet: & tūc nō vsucaperet vt. ff. de vsucap. sequitur. §. de illo. &. §. sed & si vt seruum. &. §. si antequā an postquā cōcepit: & tunc si sciat simpliciter alienā nō furtiuā, nō impeditur vsucapio: vt. ff. de vsucap. l. iusto. §. & si possessionis. Si verò antequā pariat, sciat furtiuam, impeditur vsucapio. Sed si postquām peperit, sciat furtiuam an interpellatur vsuscapio, nisi denunciauerit domino se habere ancillā & partum eius si potest: aliàs si non potest denunciare, excusatur: & procedit vsuscapio: vt. ff. pro suo. l. si ancillā. Et no. hîc q; superueniēs scientia in partu, īpedit vsuc. & est ratio: q a in eo nō habet titul⁹: vt. ff. de le. ij. l. si qd ex Paphil. licet habeat in matre. aliàs contra: vt. j. de vsuc. trāsfor. l. j. §. hoc, pculdubio.

g Comparauerint.] à fure.

Alterū aliquādo de tribus dicitur. Tu dicas q; hæc dictio altera stat propriè hîc. nā hoc importat q; actio furti pœnalis p vno condictio furtiua & rei vendicatio pro altero ponūtur. vnde recte stat hîc hæc dictio altera. quasi dicat textus, persecutoria nō tollitur per pœnalem.

† Hic rex. super allegaf ad hoc, vbi est casus, in iure expressus, nulla est dubitatio.

dupli actione furti constituta, condemnationem formare. Dat. vij. Calend. Septemb. Viminatij. CC. Conss.

Partus ancillæ furtiuæ editus penes furem est furtiuus, & non potest vsucapi: & pro eo competit condictio furtiua, & rei uendicatio, et furti actio, et persecutoria non tollitur per pœnalem, nec econtra: et dicitur etiam fur qui à fure scienter mercatur. hoc dicit. Bald. concor. Sali.

Idem AA. & CC. Quintæ.

LEX XII.

Ancillæ subtractæ partus apud furem editi, priusquā à domino possideantur, vsucapi nequeant[a]. matris furem etiam horum[b] causa furti actione teneri conuenit. quapropter furti actione & condictione, vel aduersus possidentem rei vendicatione, de mācipijs vti non prohiberis: cùm altera[c] pœnam continens, alterius[d] electione minimè tolli possit. Nam extra pœnam, rei persecutionem esse, nulla iuris quæstio[e] est †: cùm etiam[f] ij qui aliena mācipia comparauerint[g], si hanc causam non ignorent, furti actione teneantur. Dat. Idib. Octob. Sirmij, Cæsarib. Conss.

Transactio, non partis perceptio impedit petitionem residui. hoc dicit. Bal. concordat Salicetus.

Idem AA. & CC. Domno.

LEX XIII.

Post decisionem[h] furti[i] leges agi prohibent. Quod si nō transegisti, sed de sublatis partem tātùm accepisti[k]: residuum vendicare vel condicere, & actione furti apud præsidem prouinciæ agere potes. D. Calend. Decembr. Sirmij. CC. Conss.

Post.] CASVS. Furtum mihi fecisti, & transegisti, nec soluisti quod conuenit te dare nunquid habeo regressum ad actioni. furti? Responde. quòd non: si autem mihi plura furripuisti: nunquid pro residuis agam furti? Respond. quòd sic. & condict. furti. & rei vendi. contra possidentem.

h Post decisionem.] id est transactionem super furto factam.

i Furti.] furti nomen potest determinare verbum, decisionem: vel verbum, agi. Sed si est transactum super furti actione, nunquid condictio tollitur? Respon. non: vt. ff. de condi. fur. l. si pro fure. §. furti. secus si iurauerit se furtum non fecisse: quia videtur de toto iurasse: vt. ff. de iureiuran. l. si duo. §. idem Iulianus. & facit. ff. de pac. l. si tibi decem. §. j.

k Partem accepisti.] quod nomine transactionis fieri non potuit, cùm transactio sit de re dubia: vt. ff. de transact. l. j. Item non fit nisi aliquo dato vel retēto, quòd hîc non est: vt supra de trāsact. l. transactio. & facit. j. de donatio. l. si donationis. & s. de condi. ob turpē causam. l. eum qui. & j. de solu. l. interest.

Recipiens in custodia res furtiuas, furti tenetur. h. d. Bal. Vel sic: Receptator furtorum, tenetur furti. Salice.

Idem AA. & CC. Dionysio.

LEX XIIII.

Eos, qui à seruo[l] furtim ablata sciētes susceperint, nō tantùm de susceptis cōuenire, sed etiā pœnali furti actiōe potes. D. viij. Cal. Ianuar. Sirmij. CC. Conss.

Actio pœnalis non transit contra successores: secus in persecutoria. h. d. Bald. concordat Salicetus.

Idem AA. & CC. Socratæ.

LEX XV.

Furti actione minimè teneri successores[m], ignorare nō debueras. de instrumētis autem ablatis in rem[n] actione tenentes conuenire potest. D. iij. Cal. Ianu. Sirmij. CC. Conss.

Si pastor efficitur lupus, tenetur furti. h. d. Bal. Vel sic: Rem alienam contrectans, uerè uel fictè: tenetur furti. h. d. cum gl. Sali.

Idem AA. & CC. Artemidoro & alijs.

LEX XVI.

Si† seruum vestrum nutriendum qui susceperat, vænundedit[o]: furtum commisit. Dat. Calend. Octobr. Viminatij. CC. Conss.

Crimen expilatæ hæreditatis non potest contra uxorem defuncti intētari: sed rei uendicatio intentabitur. h. d. Bal. & Sali.

Idem AA. & CC. Cononi.

LEX XVII.

Quamuis etiam expilatæ hæreditatis criminis promiscuus[p] vsus exemplo[q] actionis furti ream vxorem fieri non patiatur[r]: tamen hæredes, itemque filij super ijs, quæ de patris bonis possidet[s], aduersus eam in rem actione experiri non prohibētur. Dat. Idib. Decembr. CC. Conss.

Eos.] CASVS. Si seru⁹ mihi surripuit aliqd, & alicui sciēti tradidit, quæritur qualiter mihi teneatur? Dicit q; ipse tenebit mihi nō solùm de susceptis, sed etiā actiōe furti.

l Eos, qui à seruo.] idē si à filio, vel vxore, vel ab alio q; seruiat: cùm eadē sit ratio: vt hîc, & j. ad leg. Fla. de pla. l. si qs. & s. quod cum eo. l. si libera. in fi. & ff. cōmo. l. si seruus. & de seruo corru. l. Neratius. §. fin. & ff. ad leg. Iul. pecu. l. sacrilegij. §. fi. Sed ipsi serui vel filij furti non tenētur: vt ff. eo. l. serui & filij. & insti. de obl. quæ ex delic. §. hi. & s. de noxa. l. j. et. ff. de iudi. l. lis nulla.

Vrti.] CASVS. Si Titius surripuit rem meam, qua actione agā aduersus hæredes ipsius Titij, quæritur? & respondetur q; rei vendica.

m Successores.] vt insti. de ppe. & tēp. act. §. j. nisi in id, qd ad eos peruenit secūdum quosdam. quod nihil est: q a nec ad id tenētur ex persona defuncti, sed ex sua. sed con dictione furtiua tenētur, etiā ex psona defuncti: qd patet: q a ea tenentur, etiā si nihil ad eos peruenit: vt insti. de obl. quę ex delicto nas. §. si.

n In rem.] & furti ex sua cōtrectatione: & quid in eam veniat, doce tur. ff. eod l. qui tabulas. & l. quidam tabularum.

† Ar. istius text. dicit Sal. q; vendēre alienam absente, cuius ti habet possessionem, & consti ensseno ne cupto. ris possidē. rec commit tit furtū. he nefacit. j. e. l. alienum. in fi.

o Si seruum.] Vænūdedit. & tradidit, vel accipere passus fuerit, vel apud emptorem esse reliquerit, vel præsentem existentem vendidit: vt. ff. eo. l. falsus. §. sed & si is qui. aliàs non esset furtum, cùm sola venditione non contrectetur: vt. ff. eo. l. si quis vxori. §. neque verbo.

Quamuis.] CASVS. Si vxor marito vel econuerso aliquid surripiat, non dabitur inter eos actio furti, cùm sit famosa: quia inter coniunctas personas dari non debet. si ergo mortuo marito vxor res hæreditarias subtraxit: ob apprehensa bona ab hærede, cùm iam promiscuus sit vsus rerum mariti & vxoris (quia indifferenter vtitur maritus rebus vxoris, & econuerso) non conuenietur crimine expilatæ hæreditatis, cùm sit famosa: sed conuenietur actio. in rem pro rebus subtractis. Viuianus.

p Promiscuus.] est enim socia diuinæ & humanæ vitæ: vt. j. de cri. expil. hæredi. l. aduersus. & ff. rerum amo. l. j. & ff. de ritu nupt. l. j. & ideo quod habet vnus, & alius: vt. ff. de vsu & habi. l. cæterum.

q Exemplo.] qua enim ratione furti denegatur, scilicet quia est famosa, eadem & hæc: vt. ff. de crimi. expil. hæredita. l. penulti. & ff. rerum amota. l. ij. & ff. de nego. gest. l. hæres. & suprà rerum amota. l. ij. Alia autem ratio quandoque facit cessare actionem furti, vbi datur crimen expilatæ hæredit. vt quia res est hæreditaria: vt. ff. de crimi. expil. hæred. l. ij. & ff. de furt. l. hæreditariæ. Accursius.

r Patiatur.] suprà eo. de his. contra. Solu. vt ibi.

s Possidet.] scilicet vxor.

In eum.

¶ *Qui ex naufragio vel incendio surripit, intra annum ad quadruplum: post annum tenetur ad simplum: & poterit criminaliter conueniri. h.d. Bal. & Sali.*

Idem AA. & CC. Dionysiodoro. L. XVIII.

IN eum, qui ex naufragio vel incendio cepisse [a], vel in his rebus dãni quid dedisse dicitur: intra annum vtilem ei: cui res abest, quadrupli: post annum in simplum actionem [b] proditam [c], præter pœnam olim statutam [d], edicti forma perpetui [e] declarat. Dat. Cal. Ianuar. Nicomediæ CC. Conf.

Noua constitutio Friderichi imperatoris de statutis & consuetudinibus contra ecclesiæ libertatem editis, tollendis coll. x.

¶ *Res naufragorũ nõ auferri possunt prætextu alicuius cõsuetudinis uel statuti, nisi essent res piratarum, uel hostium Christiani nominis, uel imperij: & puniuntur transgressores. h.d. Bald. Vel sic: hodie ontra surripientem de naufragio pœna est aucta: quia publicantur bona, & omnis contraria consuetudo uel statutum cassatur nisi essent nauigia piratica, uel hæretica uel imperij inimica: pro quibus nulla imponitur pœna. h.d. Sali.*

NAuigia quocunque locorũ peruenerint, si quo casu contingente rupta fuerint, vel aliàs ad terram peruenerint: tam ipsa nauigia, quã nauigãtiũ bona illis integra reseruẽtur, [f] ad quos spectabant antequàm nauigia huiusmodi periculum incurrissent [g]: sublata penitus omnium locorum consuetudine [h] quæ huic aduersatur sanctioni: nisi talia sint nauigia, quæ piraticam exerceant prauitatem, aut sint nobis siue Christiano nomini inimica [i]. ¶ Trãsgressores aũt huius nostræ cõstitutionis, bonorum suorum publicatione mulctentur: & si res exegerit, eorum audacia iuxta mandatum nostrum modis alijs cõpescatur.

¶ *Quod falso procuratori soluitur, tanquam à fure condicitur, & ad pœnam dupli tenetur. h.d. Bal. & Sali.*

Idem AA. & CC. Nestiæo. LEX XIX.

FAlsus [k] procurator depositũ [l] recipiendo, vel æs alienũ exigendo [m] citra [n] domini voluntatem, furtum facit, ac præter rei restitutionem actione dupli nec manifesti furti conuenitur [o]. Sine die & consule.

¶ *In delictis, quæ possunt trahi in exemplum, punitur factum, licet non sit perfectum. h.d. Bal. Vel sic: Punitur delictum consummatum facto & animo delinquentis, licet secũdum uerã definitionem delicti non sit perpetratum. h.d. Sali.*

Imper. Iustinianus A. Iuliano præfecto prætorio. LEX XX.

SI quis seruo alieno sũaserit, vt aliquam rem domini sui surriperet, & ad se deferret, seruus autem hoc domino manifestauerit, & domino concedente res eius ad iniquum huiusmodi suasionis authorem pertulerit, & ipse inuentus fuerit rem detinens: quali [p] teneatur actione is, qui res suscepit, vtrúmne pro occasiõe furti, an pro seruo corrupto, quia eum corrumpere voluerit: an non solùm furti [q], sed etiam serui corrupti is obligetur: veteres dubitauerunt. Nobis itaque eorum altercationes decidentibus, placuit non solùm furti actionem, sed etiam serui corrupti contra eum dari [r]. licet enim seruus minimè deterior factus est, tamen consilium corruptoris ad perniciem probitatis serui introductum est: & quemadmodum secundum iuris regulas [s]: furtum quidem non est cõmissum, quia is videtur fur-

IN eum.] CASVS. Naui submersa, aliquis surripuit bona quæ ex naui ceciderunt: quæritur qualiter teneatur? R̃ñdetur q̃ intra annũ tenetur in quadruplum: post annũ verò tenetur in simplum, præter aliam pœnã quæ olim statuta est veluti furti, vi bonorum raptorum, vel lege Aquillia. Viuianus.

a ¶ Cepisse.] siue rapiat, siue recipiat: vt. ff. de incẽ. rui. nau. l. iij. §. non solũ. Accursius.

b ¶ Actionem.] in factum.

c ¶ Proditam.] i. datã ex edicti forma, q̃ est. ff. de incẽ. rui. nau. l. j. in prin.

d ¶ Olim statutam.] vt forti, vel vi bonorũ raptorũ, vel ex lege Aqui. et exacta vna pœna. tollitur alia: nisi in eo quod excedit: vt. ff. vi bo. rap. l. j. Vel pœnã intellige criminalẽ de qua dicit: vt. ff. de incẽ. rui. nau. l. pedius. põt etiã ex. l. iul. de vi accusari: vt ff. ad legẽ Iul. de vi pri. l. j. Itẽ hodie imponitur pœna maior in naufragio, p authen. hîc positam.

e ¶ Perpetui.] id est generalis, quod tñ habet locum tunc solũ, qñ in ipso tempore naufragij sit: vt ff. de incẽ. rui. nau. l. j §. fi. & l. ij. & iij. in prin. Sed hodie gñalius prouidetur p auteh. nauigia. quam hîc lege.

NAuigia.] CASVS. Hæc aut. nõ corrigit. l. codicis: sed addit, dicens q̃ oĩa debẽt nautis vel dominis rerum restitui, si nauis periculũ passa fuerit. & tollit Imperator omnẽ consuetudinem contrariã huic constitutioni. Excipit Imperator naues piratarũ, vel paganorũ inimicas Christiano nomini. Vltimò imponit pœnã trãsgressoribus.

f ¶ Reseruentur.] vt. ff. de incẽ. rui. nau. l. penu. in prin. & j. de nau. l. penult. in prin. & l. j. in prin. li. xj. & insti. de rerũ diui. §. fin. & ff. ad le. Rho. de iac. l. q leuandæ. in prin.

Affiicto non debet addi afflictio.

g ¶ Incurrissent.] nec debet addi afflictio afflicto: vt. j. de nau. l. j. in fi. lib. xj. & ff. de offi. præto l. diuus. Et no. quòd hæc cã de repetendis huiusmodi bonis, debet incipi intra annũ: vt. j. de nau. l. ij. li. xj. & perfici post inchoationẽ vsque ad bienniũ: vt. j. de nau. l. pe. lib. xj. quod est speciale, aliàs vsq; ad triẽnium: vt. s. de iudi. l. properandum.

h ¶ Consuetudine.] hîc ergo tollitur eorum opinio, q dicebant cõsuetudinem circa talia præualere legi: vt diximus. ff. ad legem Rhod. de iac. l. domine imperator. aliàs, deprecatio.

i ¶ Inimica.] nã cũ faciũt contra legẽ, nõ debẽt eius vti auxilio: vt. ff. de mino. l. auxilium. in fi.

Diuisio.

FAlsus.] diuiditur in duas partes. Nã primò dicit in quod crimen labatur. Secũdò qua pœna & q̃bus actionib9 cõue niat. Sali. CASVS. Si rẽ quã penes te deposui ali9 noĩe meo mãdatũ nõ habẽs recepit, vel à debitore debitũ meũ exegit: an furti teneat, quærit? R̃ñ. q̃ sic: & cõdic. fur.

k ¶ Falsus.] qui est siue non habuit vnquã mandatum: siue habuit quidẽ sed reuocatum est.

l ¶ Depositum] quo ad depositũ dic q̃ depositarius non agit: sed deponẽs. Nã aut fuit in dolo, & tunc nõ debet cõsequi depositarius de improbitate sua actionẽ: vt. ff. de fur. l. itaque fullo. aut non. & tunc non interest sua: & ideo non agit, vt insti. de oblig. quæ ex delic. §. furti. & insti. vi bo. rap. §. fi. & ff. de fur. l. cũ qui. §. is autẽ. aliàs incipit, is cuius interest. in casu tñ agit depositarius furti: vt insti. vi bo. rap. §. sanè.

m ¶ Exigendo] hoc verbum quandam imponit necessitatẽ. ff. de leg. iij. l. fideicommissa. §. si rem. idem tamen erit & si sponte dedit.

n ¶ Citra.] aliàs contra. sed ponitur tunc pro citra. sufficit enim si non consentit dominus: vt. ff. eo. l. qui vas. §. vetare.

o ¶ Conuenitur.] à soluente: vt. ff. eo. l. falsus. §. j. quæ actio euanescit domino habente ratam solutionem: vt. ff. eo. l. si vendidero. §. si Titius. & ff. de condic. inde. l. si procurator. in fi. Huic autem legi est contra. suprà de condict. indeb. l. creditoris. vbi dicit dari condictionẽ indebiti. Item contra. ff. de condic. causa da. l. si procuratori. vbi dicit dari condictionẽ ob causam: hîc autem dicit dari actionem furti. Distingue ergo, cùm falsus procurator accipit debitum, aut nunquam habuit mandatum, aut habuit: sed fuit reuocatum. Primo casu aut debitor credidit se liberatum, & transtulit dominium pecuniæ in accipientem: quia credebat eũ procuratorem in rem suam, & tunc datur condictio indebiti: vt d. l. creditoris. aut tradit vt ferat domino. & ipse animo intercipiendi accipit, & tunc datur soluenti actio furti & condictio furtiua: vt hîc, & ff. eod. l. falsus. §. j. aut dedit: vt faciat eum liberari, & facit accipientis pecuniam. & tunc condictione ob causam: vt. d. l. si procuratori. Illud etiam not. quòd qui accipit, non tenetur debitori furti, si debitor transtulit in eum dominium pecuniæ: vt. ff. de condi. causa data. l. penulti. & ff. eodem. l. falsus. §. j. licet. M. contra per. l. antepenulti. eiusdem titu. de condictio. causa data. si autem habuerit procurator mãdatum, sed fuerit reuocatum, liberatur debitor ipso iure, si bonum animum habuit procurator cùm accepit: aliàs si malum, tunc per exceptionem: vt. ff. de solu. l. cùm quis. §. primo. & institu. manda. §. recte creditori autem in secundo casu condictio furtiua ceditur à debitore, sed primo datur sibi condictio ex sua persona & furti actio: vt in dicta. l. dicitur, & ff. de solu. l. si quis seruo. in fi. cùm enim pecuniam bono animo accepit procurator, possessionem dño quæsiuit, & per cõsequens dominium: & sic cõdictio furtiua dño datur: vt. ff. de cõdic. fur. l. j. Bene dico liberari debitorem ipso iure vel ope exceptionis: nam licet sit reuocatũ mãdatum, tamen cõtingunt prædicta propter præcedens mãdatum. arg. ff. pro emp. l. ij. §. si à furioso. & de regu. iur. semper qui. ADDITIO. De ista materia, an procurator falsus posit repetere depositum, & æs alienum: vide hîc plenè per Io. Fabri in suo Breuiario.

Procurator falsus accipiẽs debitũ an liberet soluentem. & qua actio ne conueniri possit.

SI quis.] CASVS. Si seruum solicitasti vt aliquas res mihi surriperet, & ad te perferret: si hoc mihi significauerit seruus, & me sciẽte & volente res meas ad te pertulit: an furti & serui corrupti act. mihi tenearis, quæritur? Respon. quòd licet furtum non fiat, nisi domino inuito: quod hîc non est. Item nec serui corrupti datur act. nisi seruus verè fuerit corruptus: quod hîc non est. cùm tamen per te non stetit, teneberis furti & serui corrupti tanquam fuisset corruptus in veritate: ne impunitate concessa, talia in seruis alienis committas.

p ¶ Quali.] id est qua.

q ¶ Non solùm furti] de qua constabat ante legem istam.

r ¶ Dari.] imò dominus debet perdere seruum: vt suprà tit. j. l. iiij. in fi. quæ est contra. Solu. vt ibi.

s ¶ Regulas.] quas habes hîc, & ff. e. l. inter omnes. §. recte. & de dona. interẽ

tum committere, qui contra domini volūtatē res eius cōtrectat [a] ipse autem furti actione propter dolū suū tenetur: ita & serui corrupti contra eū actio propter suū vitiū nō ab re extēdatur [b], vt sit ei pœnalis actio imposita, tanquā re ipsa fuisset seruus corruptus: ne ex huiusmodi impunitate & in aliū seruū qui ♁ facilè posit corrūpi [c], hoc facere pertentet. Dat. Cal. Aug. Lāpadio & Oreste VV. CC. Conf.

Pro seruo bona fide possesso conuenitur bonæfidei possessor furti noxali dum eum posidet h. d. usque ad ver. sin autem. ipso uerò desinente posidere, potest agi furti contra verum dominū. h. d. usque ad. §. de eo. Vltimò dicit quòd pro libero homine non habet locū actio noxalis. h. d. Bal. & concordat Sali.

Idem A. Iuliano pfecto prætorio. L. XXI.

APud antiquos querebatur, si seruus quem aliquis bona fide posidecat, furtū cōmiserit alienarum rerū vel ipsius apud quem cōstitutus est: an ipse, qui eū bona fide detinet, noxalem furti actionem aduersus verum dominū habeat: vel ipse [d] ab eo, qui furtum passus est, prædicta cōueniat actione. Cumq; generalis regula [e] ab antiqua prudentia exposita est, huius [f] hominis gratia, pro quo noxalem furti actionem suscipere qs compellitur, aduersus aliū furti actionem habere non cōcedens: quidam ita eam per coniecturam [g] interpretati sunt aduersus bonæ fidei quidē possessorem nullo modo furti actionē extendi: ipsi aūtsi furtum fuerit passus aduersus verum † dominum furti actionē noxalē rectè decerni. Tunc [h] autē bonæ fidei possessorem [i] furti nomine, quod passus est, noxalē actionem contra dominū habere posse quando seruus sub domini sui fuerit constitutus possessione: & pro ijs rebus posse eū aduersus dominū habere actionem, non solū * quas seruus subtraxit iā apud eū [k] cōstitutus, sed & * quas † furatus est, qū fugit quidē à bonæ fidei possessore, adhuc autem nōdū sub manibus domini sui fuerit cōstitutus. Quā interpretationē prisca quidē iura per coniecturam introducebant: nos autem altius & verius ad eam respicientes, generalem regulam sic ab initio esse prolatam accipimus. Cùm igitur bonæ fidei possessor domini cogitatione [l] furem posidet: meritò, donec apud eum constitutus est, & alijs [m] tenetur noxali actione, si extranei furtum à seruo fuerint passi, & ipse aduersus verum dominum non habet actionem secundum regulā dicentē: Qui habet aduersus alios furti actionē, ipse ea teneri non potest. Sin autem desinat in serui retentione, & ille apud verum dominum fuerit inuentus: tunc ipse quidem noxali furti actione minimè potest teneri, aduersus autem verum dominum habet ipse furti noxalem actionem [n] pro rebus, quas vel tunc furatus est, cùm est apud verū dn̄m, vel anteà, postquàm bonæ fidei possessoris retentionem excesit, necdum apud verum dn̄m factus est [o]. Sic iterū regulæ generali casus euenit cōsentaneus: Qui enim habet tunc furti actionē aduersus dn̄m, ipse alijs teneri furti actione non potest, & sic ex tēpore omnibus discretis [p], vetustissima dubitatio nostro fœdere cōquiescat, et bonæ fidei possessor in parte certa tēporis habeat actionē, & non teneatur actione: & ipse dn̄s in alio tēpore nō teneatur actione, & in alio [q] sub actiōe cōstituatur. De eo aūt qui liber cōstitutus, ab alio bona fide tenetur [r], si furtum commiserit: rectè & sine aliqua dubitatione dicitur posse eum, qui liber est cognitus, & ab ipso, qui bona fide eum detinet, pro furto cōueniri: & bonæ fidei possessorem, si extraneo furtum liber commiserit, nō posse cōueniri, sed ipsum pro suo furto respondere [s]: quia generalis regula [t] de seruo prolata est: & pro eo, qui non seruus, sed liber & suæ potestatis est, noxalem moueri actionem, impossibile nostrisq; legibus incognitum est [v]. Dat. Calend. Octob. Lampadio & Oreste VV. CC. Conf.

Prætendentibus interesse ex iusta causa & probabili, competit actio furti: & re commodata subtracta, domino datur electio agendi contra furem, uel commodatarium: quorum uno scienter electo, uel à commodatario domino satisfacto, ei non competit amplius ius uariandi. hoc dicit usque ad. §. sed cùm in secundam. Sa licetus: Vel sic: Actio furti ei, cuius interest, datur: & si res commodata subtrahatur, est in electione domini utrum agat contra furem, an commodatarium, & uno electo, contra alium non poterit agere, si fuerit sciens: secus si nesciens uel dubitans, nisi sibi à commodatario fuerit satisfactum. hoc dicit usque ad. §. sed cùm in secundam. Et diuiditur usque ibi in tres partes principales: quia primò ponit regulam. Secundò mouet quædam dubia, & auget dubitationes ex opinionibus ueterum. Tertiò terminat ea. partes patent in litera. h. d. Sali.

Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

LEX XXII.

MAnifestissimi quidem iuris est, perpetrato furto ei cōpetere furti actionem, cuius interest ne furtum committatur [x].

---

virū et vxo. de eo ī fi. et īst. de ob. q̄ ex del. §. j. &. §. vn̄.

a Contrectat.] qd̄ hic non fecit, imò voluntate domini posidet res à seruo portatas.

b Extendatur.] punitur ergo affect⁹, & si nō sequit̄ effect⁹: vt. s̄. de epi. 10 & cle. l. si quis nō dicam. Sed cū solū interesse veniat in hac actione. quō intentetur hîc, cū nihil intersit: vt. ff. de ser. cor. l. si quis §. fi. & l. præterite? R̄n̄. æstimabitur hîc quod æstimaretur si verè corruptus esset: vt hîc dicit.

c Corrumpi facile.] 20 Et no. q̄ idē dico in filio cū eadē sit equitas: vt. s̄. de indi. l. placuit. & dixi. ff. de ser. corrup. l. vt tm̄. §. j.

APud antiquos.]

d Vel ipse.] posse.

e Regula.] quam habes hîc, &. ff. de noxa. l. antep. & de iniur. l. sed & si vnius. §. si seruus. & argu. 30 ff. de edē. l. si qs. §. prohibetur. Sed arg. cōtra. ff. de exerci. l. si eum. in prin. & nau. cau. sta. l. iiij. §. pe.

f Huius.] aliàs cuius & hæc est regula.

g Coniecturam.] i. à contrario sensu. melius diceret ecōtrario. Est em̄ coniectura qn̄ sensus taci- 40 tè ex litera elicitur, & nō est in litera expressum. & sic est ar. quod elicitur tacitè. Regula ita dicit: eius serui noīe cui⁹ quis tenet̄ noxali ei⁹ noīe nō agit cōuertit p̄ cōiecturam: ergo cui⁹ noīe agit, ei⁹ noīe nō tenet̄ cū ergo bo. fi. pos. agat cōtra dn̄ si sibi fiat furtū, ergo ei⁹ noīe nō tenet̄.

50 h Tunc.] dixit q̄ habet actionē furti bonæfidei possessor: nunc dicit qn̄.

i Possessorem.] t̄pe facti furti.

k Eum.] s. verū dn̄m.

l Cogitatione.] id est credens se dominū.

m Alijs tenetur no- 60 xali.] Not. bonæfidei possessorem teneri noxali magis autē & si malæfidei: vt. ff. de noxa. l. bona fide. & l. non solū. Sed contra. ff. ad legē aquil. l. si seruus seruum. §. serui. vbi dicit non teneri bonæfidei possessorem noxali Aqui. Sol. speciale in. l. Aquil. vt 70 & alia multa. Vel dic, q̄ ibi nō posidebat tunc sicut & hîc distinguitur.

n Noxalem actionem.] Sed & ipsam possessionem serui posset cōdicere si credat suū: vt. j. de agri. & censi. l. si coloni. lib. xj.

o Factus est.] sed pro eo qd̄ fecerit apud bo. fi. pos. cōstitutus, non agit, etiam posteà: vt instit. de noxa. §. omnes. &. ff. eo. l. serui & filij. in prin. nisi tūc cùm seru⁹ erit penes dn̄m, & sic res penes eū seruū: vt. ff. de furt. l. si ser- 10 uus cōis. post princip.

p Omnibus discretis.] distingue tēpora, & concordabis scripturam. sic & in decret. ij. q. j. ca. si peccauerit.

q Et in alio.] scilicet tempore.

r De eo tenetur.] tanquam seruus.

20 s Respondere.] vt. ff. ad leg. Aquil. l. liber homo. §. si liber homo. et de interrog. act. l. confessionibus. in fi.

t Regula] posita hac l. s̄. circa principium.

v Incognitum est.] vt insti. de noxa. §. fi. Sed in eo quod dicit possessum teneri 30 posidēti, est contra. ff. eo. l. si libertus patrono. vbi dicit, non agi. Solu. illud intelligendum est, cùm modicę rei fit furtum: hîc cùm magnæ. arg. ff. de acquir. re. do. l. homo liber. §. j. &. ff. de pœ. l. respiciendum. §. furta. Prætereà hîc loqui 40 tur de eo liberto, quem puto seruū meum esse, & bona fide posideo. at ibi non posideo eum: quia bene scio eum esse liberum. Sed quid si bonæ fidei possessor soluerit: nonne repetet ab ipso libero? Respon. sic: quia ipso gestu fecit suum ne- 50 gotium: vt. ff. de nego. gest. l. soluendo. & quia sæpe extra id quod agitur, tacita nascitur obligatio: vt &. ff. commo. l. si is qui. & argu. ff. de peti. hære. l. si quid possessor. in prin. Sed argu. contra. ff. commu. diui. l. in hoc iudicium. §. diuersum.

60 MAnifestissimi.]

x Committatur.] vt instit. de oblig. quæ ex delic. §. furti. &. ff. e. l. cuius interfuit. & l. is cuius. Est autē hoc sic exaudiēdum, vt ei detur actio furti cuius interest ex honesta & probabili causa ra- 70 tiōe iuris. i. dominij qd̄ habet in re, vel quasi iuris, vt vsusfructus: vt. ff. e. l. creditoris. §. j. aut possessionis, vt in creditore: vt. d. l. creditoris. &. ff. e. l. itaque. §. sed & si res. nō ex lucratiua causa, vel ratione custodiæ, quā debet prestare ex voluntate 80 domini. Probabilē causam, sed non honestam habet fur. vnde non agit, nisi in casu: vt. ff. e. l. itaq;. § sed furti. & l. qui vas. §. si ego. econtra honestam habet non probabilē, cui res ex contractu aliquo debetur

---

Affectus sine effectu punitur. cō cor. c. nup. cū gl. super verbo, in i. psis. extrà de biga.

* Verbū facile in alijs multis exēplaribus deest.

Cōiectura quid est.

† Aliâs, veterem.

Bonæfidei possessor tenetur noxali.

* Pro iis.

* Pro iis.

† Est seru⁹, ergo ē fur. glo. in. l. Iulianus. §. qui furē. ff. de acti. em. Virgil. in bucolicis. Quid domini facient, audent cū talia fures.

Obligatio sæpe nascit extra id qd̄ agitur.

Furti actio cui cōpetat

debetur. vnde non agit furti: vt. ff. eo. l. si is cui. & l. cum qui emit in prin. & l. is cuius interest. in fi. Item non ex lucratiua: ideo dixi, quia pro lucro: vt quia poterat vsucapere, non agitur furti: vt. ff. eo. l. si is cui. §. eius. Item ratione custodiæ propter commodatarium vel similes: vt. j. e. l. §. tales.

ff. cōmo. l. si vt certo §. fi. & l. seq. quandoq; alter est dominus, & alter habet ius in re: & si quidem ius illud habet similitudinem cum dominio, vtriq; cōpetit: vt est cū vnus habet vsumfructum, alter habet proprietatem: vt. ff. eo. l. inter omnes. §. si seruus. si autem non habet illud ius similitudinem cum dominio: vt quia est ius pignoris: & tunc quandoq; creditori tantùm datur, quandoque debitori tantū, quādoque vtrique. datur tantùm creditori, quādo culpa eius interuenit in surripiendo quia est obligatus ad eius restitutionem. Accursius.

¶ Sed querebatur[a] apud antiquos legum interpretes, si quis commodauit alij rem ad se pertinētem, & ipsa subtracta est: an furti actio aduersus furē institui possit ab eo, qui rem vtendā suscepit, idoneo[b] scilicet cōstituto: quia & à domino & ipse cōmodati actione pro ea re cōueniri possit? & hoc quidem penè iam fuerat cōcessum[c], vt habeat ipse actionem, nisi inopia dinoscatur laborare. tūc enim furti actionem dño cōpetere dicebant. ¶ Sed ea satis increbuit † dubitatio, si tempore, quo furtū cōmittebatur, idoneus erat is, qui rem cōmodatam acceperat, posteà autē ad inopiā peruenit, antequàm moueatur actio, quæ ei anteà cōpetebat: an debeat actio, quæ semel ei acquisita est, firmiter apud eū manere, vel ad dominū reuerti. tum & hoc quærebatur, an in casu furti actio ambulatoria[d] sit, necne. Sed omnem[e] talem tractatū alia sequitur subdiuisio, si ex parte soluēdo sit is, qui rem vtendam accepit, vt possit nō in totum, sed particularem solutionē ei facere: an habeat furti actionem, vel non? ¶ Tales itaq; ambiguitates veterum, imò magis (quod melius dicendum est) ambages nobis decidentibus, in tanta rerum difficultate simplicior[f] sententia placuit: vt in domini sit volūtate[g], siue cōmodati actionē aduersus res accipientē mouere desyderat, siue furti aduersus eū, qui rem surripuit: & alterutra earū electa, dominū non posse ex pœnitētia[h] ad alteram venire actionē. sed si quidem furem elegerit: illū, qui rem vtendam accepit, penitus liberari. Sin autem quasi[i] cōmodator veniat aduersus eū[k], qui rem * cōmodatam accepit: ipsi quidē[l] nullo modo cōpetere posse aduersus furem furti actionē: eum autem, qui pro re commodata conuenitur, posse aduersus furem quidem furti actionem habere: ita tamen, si dominus sciens[m] rem esse surreptā, aduersus eum cui res commodata fuit perueniat. ¶ Sin autem nescius & dubitans rē non esse apud eum, commodati actionem instituit, posteà autem re comperta voluit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem peruenire: tunc licentia ei concedatur et aduersus furem venire: nullo obstaculo ei opponēdo, quoniam iā incertus constitutus mouit aduersus eum, qui rem vtendam accepit[n], cōmodati actionem: nisi domino[o] ab eo[p] satisfactum est. tunc etenim omnimodo[q] furem à domino quidem furti actione liberari, suppositum[r] autē esse ei qui pro re sibi commodata domino satisfecit: cùm manifestissimum[s] sit, etiam si ab initio dominus actionem instituit cōmodati, ignorans rem esse surreptam, post eà autem hoc ei cognito aduersus furem transiuit: omnimodo liberari eum, qui rem cōmodatam succeperit, quēcunque causæ exitū aduersus furē dominus habuerit: eadem definitione obtinente, siue in partem siue insolidum soluēdo sit is, qui rem commodatam accepit.

¶ *Si commodatarius à fure rem & pœnam exigit, non tenetur domino pœnam reddere: quia suo periculo est expertus. h. d. usque ad. §. cùm autem. Bal. concordat Salicetus.*

¶ Sed cū in secundam dubitationem incidebant[t], quid statuendum sit, si quis rem commodatam habuerit, quā aliquis[v] furto subtraxerit, & lite pulsatus[x] condēnationē passus fuerit, nō tantùm in rem furtiuam[y], sed etiā in pœnam furti: & posteà dominus rei venerit omnem condemnationē accipere desyderans[z], vt pote ex suæ rei occasione ortam[a]: alia dubitatio incidit veteribus vtrùmne rem tātùm suam, vel eius æstimationem consequatur, an etiā summam pœnalem. Et licet ab antiquis variatum est, & ab ipso Papiniano in contrarias declinante sententias: tamen nobis hoc deci-

a ¶ Sed quærebatur.] prima quæstio.

b ¶ Idoneo.] scilicet soluendo.

c ¶ Concessum.] vt ff. eo. l. itaq;. & institu. de oblig. quæ ex delic. §. itē si fullo. & §. quæ de fullone. Accursius.

d ¶ Ambulatoria.] Vt si primò non erat soluendo, posteà factus est soluendo, vel econtra. & est simile verbum. ff. de fund. do. l. erit. & de adi. lega. l. iiij. Accur.

e ¶ Sed omnem.] hîc incipit tertia quęstio.

f ¶ Simplicior.] Not. simplicitatē placere legi: vt insti. de fideicommiss. hære. §. sed quia. & de legi. ag. suc. §. sed quia.

Simplicitas legi placet. † Aliàs increpuit.

g ¶ Voluntate.] hoc regulariter: sed in casu fallit: vt. j. e. l. §. fi.

h ¶ Ex pœnitentia.] vt & arg. j. de codi. l. fi. in prin. & sic nota varietatem nō admitti. Sed arg. cōtra. ff. de colla. bo. l. nonnunquam.

i ¶ Quasi.] Istud quasi, abūdat: vel est expressiuum veritatis.

k ¶ Eum.] scilicet commodatarium.

l ¶ Ipsi quidem.] scilicet commodanti.

m ¶ Sciens.] sic. ff. de inoffic. testamen. l. nihil. §. si cùm filius.

n ¶ Accepit.] ex commodato.

o ¶ Domino.] s. rei.

p ¶ Ab eo.] commodatario.

q ¶ Tunc & enim omnimodo.] argu. est ad hoc. s. de iur. & fac. ig. l. error. Et no. differentiā inter cōmodatarium & vsufructuarium, creditorem & fullonē. Nam primo casu datur dño electio, vt hîc: etiā in sequentibus duobus agit dominus, & ipsi actio furti datur: vt. ff. e. l. inter omnes. §. si seruus. & l. itaq; fullo. §. fin. in vltimo datur fulloni tātùm, nisi sit nō soluendo: vt. ff. eo. l. itaq;. in prin. & insti. de oblig. quæ ex delic. §. fulloni. & intellige non soluēdo etiam si pro parte sit soluendo: vt. ff. de verb. sig. l. soluēdo. Sed quæritur, quæ sit ratio diuersitatis ꝙ aliud statuitur in commodatario, & aliud in fullone & sarcinatore? Respon. quia contractus, qui cū fullone initur, fit gratia vtriusque. Vnde fauemus ei magis quàm cōmodatario: cū quo nō initur cōtractus, nisi gratia ipsius tantùm, & plus cōcedit cōmodāti qui liberalitatē exercuit. Et nota ꝙ leges vidētur circa hāc materiā variare. Nā qñ pluriū interest, vidētur quędā leges dicere ꝙ vni tātùm detur: aliæ ꝙ pluribꝰ. Et ideo dic ꝙ qñ rei subtractæ plures sunt dñi, vel pluriū interest ratione dominij, quilibet agit in partē: vt eo. l. fullo. §. frugibꝰ. & l. si quis vxori. § si sulphurariæ. quādoq; pluriū interest rōne custodię: & tūc quilibet agit insolidum. Sed si vnus sit consecutus, alter amplius non agit: vt

* Vtendā.

Commodatario minus fauet quā fulloni.

r ¶ Suppositum.] id est furtum.

s ¶ Cummanifestissimum.] bene dico impediri variationē post satisfactionem: cū manifestū sit, ꝙ qñque etiam ante satisfactionē impeditur: vt in casu contrario & hîc dicit.

t ¶ Incidebant.] s. quęrentes.

v ¶ Aliquis.] s. fur.

x ¶ Pulsatus.] s. fur.

y ¶ Remfurtiuam.] sed qua actione? Respon. condictio. incerti. secundū H. vt. ff. de cōdictio. furti l. & ideo. §. fin. non cōdic. fur. quæ soli domino dat: vt. ff. de condi. furti. l. j. Sed Azo dicit actione in factū, vel officio iudicis: vt ibi not. in. l. & ideo. & glo. ista quæ dicit dari condictionē incerti, malè dicit: quia illud est verū in eo, qui habet ius in re: quare dicit referre, si domino subtrahāt: quia tunc ei datur cōdictio furtiua: vt. ff. de condictio. furti. l. j. si subtrahatur ei, qui habet ius in re datur condictio incerti, vt in creditore: vt. ff. de cōdi. furtiua. & ideo. in fine. si subtrahatur bonęfidei possessori, datur triticaria. ff. de tritic. l. j. si habenti sciētiam rei alienæ voluntate tamen domini, vt hîc subtrahatur: ad rem recuperādam datur officium iudicis, vel condictio. ex lege: vt. j. de agricol. & censi. l. si coloni. lib. xj. ADDITIO. Hæc gloss. teste Barto. hîc bene dicit præterquàm in fine, vbi vult commodatarium habere cōdictionē ex. l. si coloni j. de agric. & censi. lib. xj. quia hoc falsum est. Nā illa condictio competit tātùm ei, qui possidebat: vt latius in eadem. l. notatur per eundem Bar.

Cōmodatarius qua actione recuperat rē sibi cōmodatā à fure.

z ¶ Desyderās.] Hoc cùm dominus ratam habet exactionem, petendo quod est exactum. Sed qd si velit furem conuenire? Respond. potest: vt. s. proxi. §. sed nunquid tūc fur. afficietur duplici damno? ADDITIO. Aduertas quòd Dynus in lege licet. §. finali. ff. nau. cau. sta. tenens contra glos. istam dicit quòd postquàm fur exactus est ab vno, non potest iterum conueniri. nec obstat. §. præcedens, quia loquitur ante furem exactum. quod etiam sequitur Barto. hîc.

a ¶ Ortam.] s. condēnationē. Nota occasione rei meæ quæsitū mihi deberi vt. ff. de rei vendi. l. solum. §. j. & ff. commo. l. si is qui. §. si quem quæstum. & ff ad Trebel. l. quia poterat.

a ¶ Peruenire.] idē in conductore: vt ff. loca. l. is qui. Secus in creditore. vt ff. de pigno. act. l. si pignore. Sed quare secus? Respon. quia creditor nullum vsum amittit, nec enim debebat vti, aliàs committeret furtū: vt institu. de obligati. quæ ex delict. §. placuit, at commodatarius & conductor amittūt vsum quare habent lucrū. Itē & aliud est in creditore: quia creditor non ad tantam diligentiam tenetur, sicut cōmodatarius tenetur: vt ff. cōmo. l. si vt certo. §. j. & de reg. iur. l. cōtractus.

10 b ¶ Collocetur.] vt &. §. de cadu. tollē. §. pro secundo. & ff. de regu. iur. l. secundū naturā. Arg. contra ff. de procu. l. qui proprio. §. procurator vt in eç teris.

Commodatari⁹ ad maiorem diligentiam tenetur, quā creditor.

c ¶ Vxorem habere.] vt ff. de fur. l. si quis vxori. in prin.

20 d ¶ Erubuit.] vt & §. de iure do. l. j. in fi. & . §. rerū amo. l. ij. sed ibi rem viri surripuit.

e ¶ Maritus.] si ipse eligitur. Acc.

f ¶ Domino dedimus.] vt. §. ea. l. §. tales.

g ¶ Sed rerum amotarū.] f. soluto matrimonio 30 sed eodem constante in factum. Et sic non obstat contrariū signatum. §. rerū amo. l. ij. Vel dic constāte matrimonio dari rerū amotarū: sed in simplū fauore matrimōij, ad exéplū actiōis serui corrupti vt ff. de ser. corrup. l. fi. & l. a. gl. vt. ff. ad. l. aql. l. si seruus 40 seruū. §. si cū marit⁹. Vel tertiò regulare est qd. §. dicitur. hic autē speciale propter necessitatē: vt. §. pxi. Vel quarto datur actio re rerum amotarū, id est in factū nomine rerū amo. sic expone. ff. de fur. l. si qs vxori. circa prin.

Rerū amotarū an possit dari constante matrimonio.

h ¶ Furti actionem.] 50 l. in factū nomine furti.

i ¶ Soluendo.] hic est contra. ff. rerū amo. l. ante pe. sed ibi rem viri surripuit extraneo: quare extraneus contra eam agit furti: hic ecōtra surripuit rē extranei viro. Sed quare aliud hic? R̄n. quia hic fuit furtū factum viro: il- 60 cet extraneus agat, vnde tardi⁹ permittit extraneo agere cōtra mulierē, ibi āt extraneo fuit factū furtū.

k ¶ Extrahatur.] ad iudicium. & est sic. ff. de libe. exhi. l. j. in fi.

¶ DE OPERIS LIBERTORVM. ¶ *Quia occasione operarum liber-* 70 *ti fugiunt à nobis: iō sub ijcit de operis libertorū.*

S I tempore.] CASVS. Si seruum meum manumisero, & ei operas imposuero: an ad præstationem teneatur, quæritur? Respond. quòd sic: sed si operas nolo, sed pecuniam pro operis inuito liberto: an sim audiendus? Respondeo quòd non. si autem conuenit vt aliquid mihi pro operis, puta capionem præstet: ad hoc mihi tenetur. tamen casus est in quo cogi posset, vt pretium 80 præstaret, si vergam ad inopiam: quia & si non tenetur ad operas, defectis tamen facultatibus meis, tenetur me alere.

l ¶ Si tempore manumissionis.] idest statim post manumissionem. nam ante seruus non obligaretur: vt. ff. eodem. l. vt iurisiurandi & de lib. cau. l. fina. Sed puto quòd etiam prius obligetur, si statim tamen post eā sequatur manumissio: vt. ff. si cer. peta. l. lecta. & . §. de pac. l. petens. Item si postea ex interuallo si modò actum fuit tunc, vt postea imponerentur: vt. ff. de solu. l. modestinus.

dentibus Papinianus, licet variauerit, eligendus est, non in prima, sed in secunda eius definitione, in qua lucrum statuit minimè ad dominum rei peruenire[a]. vbi enim periculum, ibi & lucrum collocetur[b]: ne sit damno tantū deditus, qui rem cōmodatam accepit, sed liceat ei etiā lucrum sperare.

¶ *Si marito res commodata, ab vxore subtrahatur: si, vxor à domino eligatur, conuenitur furti. si eligatur maritus, tenetur ei uxor actione in factum propter res amotas, nec potest uxor eligi à domino rei si maritus extiterit soluēdo etiā si hoc affectauerit maritus. h. d. Et nota singularem casum de isto furto domestico, quod fit per uxorem uiro de re aliena, cuius periculum per tinebat ad maritum, quòd nō agitur furti nisi in subsidium. h. d. Bal.*

¶ Cùm autem in confinio earum dubitationū tertia exorta est quæstio: quare non & eam decidimus. Cùm enim apertissimi iuris sit, non posse maritum constante matrimonio furti actionem contra suā vxorē habere[c], quia lex ita atrocē actionem dare in personam ita sibi coniunctam erubuit[d]: eiusmodi incidit veterū sensibus quæstio. ¶ Quidam etenim re sibi cōmodata, huiusmodi rei furtum à sua muliere passus est. & dubitabatur vtrumne domino rei furti actio contra mulierem præstaretur an propter necessitatem causæ & maritus[c] eius vt pote actioni cōmodati suppositus, possit habere furti actionē: & authores quidem iuris satis & in hac specie contra se iurgiū exercuerūt, ex præsenti autē lege & anterioribus nostris decisiōib⁹, quæ in ista positæ sunt cōstitutiōe, pōt & hæc species aptius dirimi. Si em̄ domīo dedim⁹[e][f] electionem, ad quē voluerit pueni re: siue ad eum, qui rem commodatam accepit, siue contra eum, qui furtum commisit: & in hac specie marit⁹ quidem propter matrimonij pudorem, non furti, sed rerum amotarum[g] actionem habeat, si ipsum dominus elegerit. Domin⁹ autem omnē licentiam possideat, siue aduersus maritum commodati, siue aduersus mulierem furti actionem[h] extendere: ita tamē, vt si ipse, qui rem cōmodatam accepit, soluendo[i] sit, nullo modo aduersus mulierē furti actio extēdatur: ne ex huiusmodi occasione inter maritum & vxorem, qui non bene secum viuunt, aliqua machinatio oriatur, & forsitan marito volente vxor eius extrahatur[k], & furti patiatur pœnalem condemnationem. Dat. xv. Calend. Septemb. Lampadio & Oreste VV. CC. Cons.

TIT. III.

De operis libertorum.

¶ *Operæ promissæ debent præstari, non earum pretium, nisi ex causa necessitatis. h. d. Primò loquitur quando operæ sunt impositæ, an peti possint usque ibi, Solet. Secundò an possit peti pretium operarum usque ibi, Cùm & si operæ. Tertiò loquitur quando operæ non sunt impositæ usque ad finem. Bal. Vel sic: Operas tempore manumissionis impositas libertus debet præstare. Sed pro futuris pretiū nō potest exigi, nisi cōuētum uel ob necessitatem alimentorum. h. d. Salic.*

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Romano.

LEX I.

Si tempore manumissionis[l] operæ tibi[m] impositæ[n] sunt, scis te eas præstare debere[o]. ¶ Solet autem inter patronos & libertos conueni re, vt pro operis[p] aliquid præstetur[q]: licet pretiū peti non possit, nisi quando propter inopiam pro alimentis id[r] extra ordinem peti necessitas suaserit: cùm etsi operæ non erāt impositæ, defectis tamē facultatibus patroni, eum alere cogebaris[s]. PP. iij. Calen. Ianua. Chilone & Libone Cons.

¶ *Non præstat beneficium, qui impēdit debitū: & ideo præmium nō meretur: & erronea promissio operarum nō ualet. Hoc dicit. Bal. & Sali. Vel sic, Ex necessitate manumittens, in serui-*

m ¶ Tibi.] liberto.

n ¶ Impositæ sunt.] per stipulationem vel iusiurandū, & sic speciale est hic, vt pactum vestiatur iureiurando: vt. ff. eo. l. vt iurisiurandi. & de libe. cau. fa. l. fi. & agitur condictione certi, si certa est opera, ad instar pecuniæ creditæ: vt. ff. eo. l. à duobus. aliàs actione ex stipulatu: vt insti. de verb. obli in prin. Sed videtur q̄ semper sit agē dum ex stipulatu. na opera est diurnum officium: vt. ff. eo. d. l. j. Et ita factum 10 quod incertum est quo ad substantiam, & ita petetur actione ex stipulatu. ad quod facit. ff. de verbo. obli. l. vbi autem non apparet. §. qui id quod in faciendo. nec obst. l. illa à duobus. vl. dicitur quòd petitur opera, sicut pecunia credita. quia illud est 20 verum quando petitur æstimatio. Sed nōne operarum aliæ certæ, aliæ incertæ? Respond. illud verum quantum ad quantitatem: secus quo ad substantiam. sicut in omni facto leges notant. prædicta verò sunt in impositione facta per stipulatio 30 nem. si autem per iusiurandum, tunc actio in factum datur.

Pacti uestitur iureiurando.

Opera est diurnum officium.

Operæ sunt duplices.

o ¶ Debere.] scilicet si non ex necessitate: sed ex liberalitate propria manumisit: vt. j. eo. l. ij.

p ¶ Pro operis.] olim impositis.

q ¶ Aliquid præste- 40 tur.] puta equus, vel bos, vel alia species: licet pretium non possit peti operarum futurarum: id est cogi ab initio præstari etiam conuentum. quod non placet: vt. j. l. si quā. Vel dic licet pretium nō possit peti. f. sic vt remaneat integrum ius patro- 50 natus: vt. j. eo. l. si quam. Vel dic secundò. quò ad primū articulū solet con ueniri, vt puta in casibus, si libert⁹ vltro obtulit. Itē propter inopiā patroni. Itē si tale genus est operarum, quod nō cōpetat patrono: vt si libert⁹ sit medicus vel panthomimus, 60 cuius si velit patronus operis vti: semper oporte bit eū ęgrotare, vel ludos celebrare: vt hic, & ff. e. l. patronus. et. l. si libertus. j. his cessantibus, nō potest peti pecunia, nisi propter inopiam. Vel dic tertiò secūdū Azo. cōueniri pro operis. f. præteritis: licet pro 70 futuris nō, vt remaneat ius patroni integrum: vt. j. eo. l. si quā. nisi in casu: vt. j. eo. l. nec patronis. ad omnes autem prædictas

Operarū futurarum an possit peti pretium.

expositiones bene adaptatur, nisi quando & c. Sed videtur quod etiam inopē eum non tenetur alere: vt. ff. de lib. ag. l. si quis à li. §. si quis à liberti. sed hic nō dicitur libertum soluentem pretium operarum, teneri ad alimēta: sed tātum ad præstationē operarū futurarū. dicitur tamen. ff. eo. l. libertus qui operarū. vbi dicit patronum perdere ius succedendi propter operas futuras. Secundò 80 dicit quod non reuerentiam. Tertiò dicit diuersum in alimentis. Sed dic diuersum à reuerentia. Vel illud. ff. de lib. agn. verum est, cùm petijt & exegit, & conuenit eum dare pretium: secus si tantum petijt, & non exigit: vt. ff. de lire pat. sicut. & . ff. e. l. libertus qui operarum. Vel aliter hic non dicit quòd ipse cogatur eum alere, cùm exegit ab eo operarum pretiū: sed dicit q̄ patronus potest eum cogere soluere pretium operarum, propter inopiā alimentorum.

r ¶ Id.] scilicet pretium futurarum operarum.

s ¶ Cogebaris.] sicut econtra te alere cogitur: alioquin ius patronatus amitteret.

tus amitteret: vt. ff. de iure pat. l. diuus. §. fi. Nota etiã ex hac lege ꝙ necessitas habet legẽ in eo quod dicit, nisi quando &c. & facit. ff. de offi. procon. l. j. Item nota quod plus subuenitur pauperi, quàm diuiti: vt &. s. de epis. & cle. l. si quis ad declinandam. §. penul.

Manumissionis.] CASVS Seruum tuum mihi tradidisti, vt eum manumitterem. manumisi. an eum possim in seruitutem reuocare, quæritur? Respõ. quòd non. & licet ei operas imposuerim: petere operas non possum ex necessitate manumissionis.

a **Traditus.**] vt eum alius manumittat.

b **In seruitutem.**] licet sit ingratus: vt. j. de li. & co. li. l. j. & ff. e. l. si quis hac. in prin.

c **Nec impositas.**] scilicet de facto. de iure enim imponi non poterunt, cùm nõ sponte, sed ex necessitate est manumissus: nisi sciens nõ posse imponi passus est: vt ff. eodem. l. Campanus. Item & in alio casu: vt. ff. de bo. lib. qui ex causa fideicommissi. Item & in alio casu: vt infrà eodem. l. mater. Item videtur huic legi contra. ff. de do. inter vi. & vxo. l. si eum seruum. §. si pecunia. Sol. ibi loquitur in eo casu cùm sciens non posse imponi, passus est: vel cùm non manumittit ex necessitate. non enim cogi poterat mulier: nec venire poterat ad libertatem, si ipsa non manumisisset. Vnde si manumisit, gratis manumittere videtur, quare operas imponere potest. No. etiam ex hac lege regulam, quòd ille solus imponit operas, qui ex voluntate manumittit: nisi in casibus vt modò notaui. Item aliam, quòd ille solus reuocat in seruitutem, qui spontè manumittit: vt & infrà. de lib. & eorum lib. l. prima. Sed in contra tabulas seruatur alia regula, quòd quilibet qui gratis vel non gratis manumittit, habet ius succedendi: nisi in casibus, vt quando alienum seruum redimo suis nummis: vel ab extraneo accipio pecuniam pro manumittendo: vt. ff. de bo. lib. l. etiam. §. si quis nummos. &. §. sed si hac. Sed forte isti duo casus non excipiuntur in beneficio, quod habet patronus ne vocetur in ius sine venia: vt. ff. de in ius vocan. l. adoptiuum. §. fin. & l. is quoque. & l. sed si hac lege[a].

Operas imponit, qui ex voluntate manumittit.

a Adde l. ij. §. de in ius vocan.

tutem non reuocat, nec imponit operas. hoc dicit Iaco. Butr.

Idem AA. Eutycheti. LEX II.

Manumissionis causa traditus [a], neque in seruitutem [b] reduci à manumissore potest, neque impositas [c] operas præstare cogitur. PP. vj. Calend. Maij, Antonino A. ij. & Geta. ij. Cons.

Operarum indebita præstatio condicitur. hoc dicit. Vel sic: Ei qui manumittit, acceptis ab extraneo nummis, operæ non debentur. hoc dicit. Bald.

Idem AA. Quintiano. LEX III.

Qui nummis acceptis ab extraneo [d], seruum suum manumisit, & pro operis pecuniam ab eo accepit: siue fuerant operæ impositæ, siue non, vt indebitam solutã reddere cogitur [e]. PP. Calend. Nouembr. Albino et Æmyliano Cons.

Pretium operarum promissum potest peti: tamen exigens perdit ius patronatus: & non tenet promissio facta causa libertatis onerandæ. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Exactio pretij futurarum operarum priuat patronum à iu‑ re patronatus: & promissio facta causa onerandæ libertatis non valet. hoc dicit. Salicetus.

Imperator Antoninus A. Valeriano. LEX IIII.

Si quam [f] tibi pecuniam à liberto tuo ex venditione [g] operarum [h] deberi probaueris, restitui tibi à liberto tuo præses iubebit. Ex hoc enim [i] liberam [k] testamenti factionem libertus habet [l]: modò [m] si non onerandæ libertatis gratia emissam esse cautionem probabitur. PP. xiiij. Calend. Maij, Duobus & Aspris Cons.

Manumittens ex necessitate, operas non imponit: sed manumittens ante tempus, sicut facit gratiam temporis, ita interim imponere potest operas: in seruitutem tamen reuocare non potest. hoc dicit. tex. & glos. Bald. Vel sic: Manumittens ante tempus quo tenetur manumittere, pro tempore anticipato potest operas imponere & non ultra. h. d. Sali.

Idem A. Terentio. LEX V.

Mater tua ab eo quẽ ex causa fideicõmissi manumisit, operas impositas petere nõ põt [n]:

Qui nummis.] CASVS. Si tibi decem dedi vt seruum meum manumitteres, & pro operis pecuniam exegisti: eam vt indebitam reddere compelleris: siue fuerint operæ impositæ, siue non.

d **Ab extraneo.**] à quo etiam inuito libertas potest extorqueri: vt. ff. de manu. si quis ab alio. secus si à seruo: vt. j. de obse. l. etiã qui. Vel ab extraneo, si pactum factum fuerit cum seruo: vt. ff. de obse. l. Titius puerum. & . j. tit. j. l. j. & arg. j. de lib. cau. l. cùm affirmes.

e **Cogitur.**] scilicet si credens se debere soluit, vel tantum condicit, quantum conducturus erat patronus: vt. ff. de condic. inde. l. si non sortem. §. libertus. alioquin donare videtur: vt. ff. e. l. campanus. Sed videtur contra: vt. ff. de do. inter virum & vxo. l. si eum. §. si pecunia. vbi accepit pretium, & potest imponere operas: & non cogitur manumittere. nam quidam huic legi nõ superiori eã signãt contrariã, & soluunt ꝙ ibi accepit pecuniam ab ipso seruo, hic ab alio. sed fortè ibi nihil refert à seruo vel ab alio accipiat: nam & ibi in fine loquit, & cùm ab alio accepit: sed tamẽ dabat pro seruo, & sic est bona solutio. Vel ibi non dicit operas impositas eodem casu quo accepit pecuniam. sed duo casus sunt. nam vtrique isti & superiori est contraria. Solue ergo & signa contrarium vt dixi in superiori. l. quia speciale ibi, quia non cogitur manumittere: quia nec erat seruus, nisi cùm manumittit.

Si quam.] CASVS. Si te manumisero, & operas imposuero, & eas tibi vendidero, puta pro centum: an ad pretium mihi tenearis, quæritur? Respon. quòd sic: nisi boñ. & c. q. d. patronus, promittis mihi decem, si me offendis & c. vt. ff. qua. re. ac. non da. l. j. §. quilibet. sed tu manumissus liberam habebis testamenti factionem.

f **Si quam.**] primus actus est impositio operarum, & in isto perdit cõtra tabulas, secundum H sed Azo quòd non. Secundus actus est operarum exactio. Tertius de pretio seu mercede futurarum operarum conuentio. operarum exactio tollit contra tabulas pretij. conuentio (sequatur exactio vel non) tollit omnia iura patronatus: nisi spontè libertus offerat, vel nisi inopia sit patroni.

g **Ex venditione.**] consensu vtriusque partis inita.

h **Operarum.**] prius impositarum. Vel dic præteritarum & futurarum.

i **Ex hoc enim.**] id est ex venditione, vel exactione operarum, vel mercedis, non ex sola impositione operarum: vt. ff. de libe. agn. l. si quis à liberis. §. si quis à liberti. Alij vt Hugo de porta Rauennata ex sola impositione: vt. argu. infrà de bono. poss. contra tabu. liber. l. ij. Argu. contra H. ff. de iure patro. sicut pro vtrisque est. ff. de ope. lib. l. libertus qui operarũ. Item pro Azo. quia operas vel mercedẽ pro operis, siue pretium operarum accipere à liberto non est prohibitũ: vtpote cùm lex ei permittat soluere si velit: vt ff. eo. l. patronus. in fin. & ff. qui & à quib. ma. l. fin. §. j. sed exigere, id est ab eo inuito operas extorquere, vel obligare inuitum ad mercedem, est prohibitum. Vnde dico quòd ex sola exactione operarum, amittit patronus contra tabulas: sed cętera iura patronatus retinet: vt. ff. qui & à quib. l. fi. §. fi. sed si exigat mercedem siue pretium operarum, vel obligationem mercedis, tunc incidit in l. Aeliam Sentiam. & sic amittit omnia iura patronatus: vt prædicta. l. continetur. Distingue ergo, quia aut facit hoc patronus ad postulationem & rogatũ liberti: forte quia libertus vult magis mercedem dare, quàm operas soluere. Vel petit libertus gratia sui amici à patrono, quatenus locet ei operas suas, & tunc non delinquit patronus. aut exigit patronus mercedem vel obligationem mercedis extorquendo ab inuito liberto: & tunc siquidem pro præterita opera, id est pro ea, quam non præstitit suo tempore, non amittit ius patronatus: quia pretium operæ præteritæ accepit. si verò pro futura: si quidem patronus facit ex necessitate, puta alimentorum: non amittit ius patronatus. secus si ex voluntate. & probantur hæc omnia. ff. de oper. libert. l. patronus. per totam legem. & l. si libertus artem. & de liberis agnoscen. l. si quis à liberis. §. si quis. & hic, & infrà eodẽ. l. nec patronis. & suprà. l. prima. Si verò quis exigit operas, non desinit esse patronus quantum ad alia, sed quantum ad contra tabulas sicut, & infrà de bono. posseß. contra tabu. liber. l. secunda. & ff. de iure patrona. l. sicut. exhibebit ergo ei reuerentiam & cætera iura patronatus: aliàs enim non esset differentia, exigat operas vel mercedem operarum, quod lex voluit: vt. ff. eodem. l. patronus. & ff. qui & à quib. l. fina. §. j.

Operarum pretium an liceat exigere.

k **Liberam.**] huius verbi expositio est. j. de bono. posseß. contra tabu. liber. l. ij. secundum Azo.

l **Habet.**] quantum ad eum, qui vendidit non fratrem: vt. ff. de bo. liber. l. Iulianus ait. secundum M.

m **Modò.**] dixit dandam pecuniam ex venditione operarum debitam, modò si non onerãdæ & c. & sic potest referri hæc determinatio ad id quod primò dixit, non ad proximè dictum. Vel potest determinare, & referri ad proximum dictum. id est dicere, habet liberam testamenti factionem, ex venditione facta iusto pretio, animo petendi sine exactione & c. modò si non & c. Quia tunc non ideo consequitur liberam testamenti factionem libertus, quando iniusto pretio: quia lex non præsumit quòd exigat, nisi exactio fiat: vt. ff. eodem. l. quæ onerandæ. Quando autem onerandæ libertatis causa cautio emissa dicetur, habes. ff. quarum rerum actio non datur. l. prima. §. quæ onerandæ. & l. final. §. si ferus. puta si dicat sic patronus: promittis mihi viginti si me offenderis. Item bene dicit eum consequi liberam testamenti factionem: quia non est æquum vt vtrunque scilicet & viuentis operas, & mortui successionem consequatur: vt infrà de lati. liber. tol. l. vna. §. illud.

Libertatis onerandæ causa quomodo fiat cautio.

Mater.] CASVS. Rogaui in testamento meo matrem meã vt Stichum manumitteret post quinquennium. manumisit post annum ex causa aliqua, & operas imposuit. Dicitur quòd illa impositio operarum tenet, & ante quinquenniũ finitur. & eas petere posset, sed non vltra. sed si non exhibeat reuerentiam, puta de assurgendo ei, castigabitur.

n **Non potest.**] excipitur in filio testatoris rogato per fideicommissum manumittere: vt. ff. de bon. liber. l. quæ ex causa. & bene dicit, non potest: non enim voluntate sua, sed necessitate manumisit. Item licet testator iusserit vt hæredi promitteret operas: tamen non cogitur promittere: & si promiserit, actio in eum non datur: vt. ff. eodem l. cerdonem. sicut nec is cui bona adiecta sunt causa conseruandarum libertatum. petere potest ab is, qui directò vel per fideicommissum libertatem ab eo acceperunt: vt. ff. eo. l. si quis hac. §. j. Accursius.

nisi [a] eius tantum temporis, quo eum antè manumisit, quàm dies fideicommissæ libertatis existeret sed nisi ei honorem patronis debitum exhibuerit: adeat competentem iudicem pro modo admissi * vindicaturum [b] .PP.iij.Idus Maij, duobus & Aspris Cons.

¶ Pro operis futuris non licet mercedem accipere, pro præteritis sic. & duo filij ab operarũ præstatione liberant. Hoc dicit .Bald. & Sali.

Imperator Alexander A. Minitio.

LEX VI.

NEc patronis pro operis [c] mercedem accipere licet, quamuis si indictæ [d] operæ præstitæ non sint ad pecuniæ exactionem [e] obsequij non præstiti æstimatio conuertatur. ¶ Qui autem duos [f] filios in potestate, vel [g] diuersis tẽporibus habuit: lege Iulia de maritandis ordinibus obligatione operarũ liberatur. Dat. xij. Calẽ. Iuñ. Iuliano. ij. & Crispino Cons.

¶ Emptus suis nummis & manumissus, non debet operas: nec reuocatur in seruitutem vt ingratus: licet uerè sit libertus. h.d. Bal. & Sal.

Idem A. Augustino.

LEX VII.

SI tuis nummis [h] emptus es ab eo, à quo manumissus es: nec operas ei debes nec puniri ab eo * vt ingratus potes: patronum tamen tuum esse eum negari non oportet [i] †.D.iij.Id.Septemb. Iuliano. ij. & Crispino Cons.

¶ Vxor non debet operas marito: sed eo inuito non potest diuertere. h.d. Bald. Vel sic: Liberta uxor patroni facta non tenetur ad operas. Sali.

Idem A. Lictorio.

LEX VIII.

LIbertæ tuæ, ducendo eam vxorem [k], dignitatem * auxisti [l] & ideo non est cogenda operas tibi præstare: cùm possis legis beneficio contentus esse, quòd inuito te alij non possit [m] iustè nubere. D.x.Cale Mart. fusco & Dextro Cons.

¶ Lex ista legitur duobus modis secundum primam lec. h.d. Qui honoratur commodo non pecuniario, non potest onere fideicommissi grauari. Legitur secundo modo sic: Tempus adiectum libertati, uidetur repetitum ad limitandum præstationẽ in conditiõe libertatis adiectam. Vel sic Tempus appositum principali deposito, intelligitur repetitum in qualibet eius cohærentia vel appendice. h.d. Bal. Vel sic: tempus adiectum libertati præstationi intelligitur onus seruo impositum limitare. Sali.

Idem A. Herculiano.

LEX IX.

TItius si cùm testamẽtum faceret, seruo suo Caio libertatem cum condictione hac dedit, Caium seruum meum à die mortis meæ annis tribus peractis, manumitti volo: ita tamen * vt præstet hæredibus meis sicut me viuo præstabat. & cùm idem seruus testatori diurnum quiddam præstaret, & post mortem eius vsque ad diem præstandæ libertatis etiam hęredibus præstiterit: manifestum est quòd adeptus libertatem, ad eãdem præstationem compelli [n] nõ possit [o] .D.vij. Id. August. Fusco & Dextro Cons.

¶ Operæ personam principaliter concernentes, ad hæredem non transmittuntur extraneũ: nec marito debentur ex persona vxoris. h.d. Bal. concor. Sali.

Imp. Alexand. A. Cæcilio.

LEX X.

LIberti † libertęque defunctorum, operas neque extraneis [p] hæredibus patronorum, neq; maritis patronarum debent [q]. PP. Calend. Nouemb. Alexandro A. Cons.

¶ Filij libertorum sunt ingenui. Et potẽtius est matrimonium quàm ius patronatus. h.d. Bald. Vel sic: Natus ex liberta, est ingenuus: & consentiens ei ut nubat, operas non exigit: iura tamen patronatus retinet. h.d. Sali.

Imp. Gordianus A. Aphricano.

LEX XI.

QVod ex liberta muliere nascitur, ingenuum est [r]. ¶ Is autem qui libertæ [s] suæ nùbendi commodauit assensum: quãuis

---

a ¶ Nisi ipsius tantum.] & ad hoc est. ff. de hæred. insti. l. iij. §. qui fideicommissariam. in fin.

b ¶ Vendicaturum.] nõ vt reuocetur in seruitutem, sed vt castigetur: vt s. eo. l. manumissionis. & j. de liber. & eo. lib. l. j. & ff. de offic. præfect. vr. l. j. §. cum patronatus. habet tamen contra tabulas: vt. j. de bo. pos. contra tabu. liber. l. j. & facit ad legẽ istã. ff. de bo. liber. l. etiam. & ff. eo. l. cãpanus. & ff. de ritu nup. proximè. & ff. de in ius vo. l. is quoque. Acc.

NEc patronis.] CASVS. Dicit Imperator in hac l. quod futuræ operæ pretium patronus à liberto extorquere non debet: sed bene liceat accipere, si consentiat libertus: & hoc si certa opera sit imposita. præteritæ autem potest. Libertus autem duos habens filios siue semel, siue diuersis tpibus, obligatione operarũ liberatur.

c ¶ Pro operis.] futuris: quod verum est, nisi in casibus: vt. ff. e. l. patronus. & l. si libertus artem. & dixi. s. eo. l. si quam.

d ¶ Si indictæ.] de incertis dicit, quæ non cedũt nisi indicantur. aliud autem de certis: vt. ff. eo. si quis hac. §. j. & l. quoties.

e ¶ Exactionem [a].] Nota arg. quod qui tenetur ad factum, possit se liberare præstãdo pecuniam pro æstimatione: nec præcisè condẽnandus est ad factum: vt est argu. ff. de re iudi. l. si quis ab alio. §. fi. & dic vt ibi.

f ¶ Qui autẽ duos.] vel vnum quinquennalẽ. excipitur autem ille, qui artem ludicram exercuit: & per operas locauit suas vt pugnet cum bestijs: vt ff. eo. qui libertinos. Item soluitur obligatio operarum ratione infirmitatis liberti, vel dignitatis ei superuenientis: vt. ff. eod. l. libertus qui post. & l. nec audiẽdus. & l. interdum. Item ratione ætatis quinquaginta annorum: vt. ff. eo. l. liberta maior. Item propter præsumptam voluntatẽ patroni. quod habes. j. e. l. libertæ. & ff e. l. liberta si in concubinatu. Item ratione vitandæ sinistræ suspicionis: vt. j. eo. l. quod ex liberta. §. is aũt.

g ¶ Vel.] expone pro etiã.

SI tuis.] CASVS. Si seruum tuum pecunia sua redemero, & eum manumisero: an ei operas imponere possim, vel vt ingratum in seruitutẽ reuocare? Respon. quod non quo ad alia: tamen habeo iura patronatus. Viuianus.

h ¶ Si tuis nummis.] quod impropriè dicitur: vt. ff. de manumis. l. iiij.

i ¶ Non oportet.] quo ad alia iura patronatus. & cõcor. ff. de in ius voc. l. sed si hac lege. Sed contra j. de lati. liber. tol. l. vna. §. illud. Sol. ibi accepit ab extraneo, hîc à seruo: vt. j. tit. j. l. j.

LIbertæ.] CASVS Si libertam tuam in vxorẽ duxeris, tibi præstare operas cogenda nõ est, etiam diuortio facto, cùm alij inuito te nubere non possit: & hoc contentus esse debes.

k ¶ Vxorem.] idem si habuit eam concubinam: vt. ff. eo. l. liberta si in cõcubinatu.

l ¶ Auxisti.] vt & argu. vt. j. de cap. & postli. reuer. l. si is qui te. & impropriè ponitur hîc dignitatem.

m ¶ Non possit.] vt. ff. de ritu nupt. l. in eo iure. & de repud. l. patrono. & l. finali. Sed nunquid idem erit post diuortium? Respondetur idem: licet sit argu. contra. ff. eo. l. planè. Sed ibi in alio casu dicit: scilicet quando concessit alij nubere. Item quod dicit hîc non est cogenda præstare, verùm est ex obligatione, qua tenebat vt liberta: sed tenetur præstare operas vxor viro, sicut aliàs habetur vxorẽ in viri seruitio debere: esse vt. ff. de donatio. inter virũ & vxo. l. sed si vir ex lana. & ff. eo. l. sicut patronus.

TItius.] CASVS. Decessit paterfamiliâs, & seruo suo in testamẽto reliquit libertatem post lapsum triennij sub hac conditione, vt quod sibi in vita præstiterit, puta diurnum obsequiũ, hæredibus pręstaret. mortuo testatore præstitit vsq; ad diẽ præstitæ libertatis, & eam assecutus est: an vlterius ad illud teneatur, quæritur? Respondetur quod non: quia nil pecuniarum ipsi fuerat relictum.

n ¶ Compelli.] duabus rationibus, scilicet quia iste manumisit ex necessitate: vt. s. eo. l. ij. & quia liber homo non tenetur ad operas, nec etiam libertus, ex quo non sunt impositæ: vt. ff. de libera. causa. l. fina. Odofre.

o ¶ Non possit.] quia non potest ab eo relinqui fideicommissum, cui non est relicta pecunia: vt. ff. de legat. j. planè. ij. §. fina. & l. videndum. Vel est hoc ex vi repetitiõis: quia cùm iusserit eum seruire vsq; ad triennium, idem & in præstatione dixisse videtur: vt argu. ff. de cõdi. instit. l. cùm seruus. & ff. de condi. & demonstr. l. auia. & facit. ff. de manu. l. causam. § fina.

LIberti.] CASVS. Si seruum meũ manumisero, & operas imposuero, & decessero: extraneo hæredi ad præstationem operarum non tenebitur. neq; liberta marito patronæ suæ.

p ¶ Neque extraneis.] sed filijs sic: vt. j. l. pe. & j. de obse. l. etiã. filijs dico etiam exhæredatis, non tamen mala mente: vt. ff. de bo. lib. l. si patronus. ij. §. si quis non.

q ¶ Debent.] primo dicto est contra. s. de in ius voc. l. ij. secundo est cõtra in eo. tit. l. j. Solu. primi cõtrarij. hîc loquitur de obsequialibus, quæ sunt in faciẽdo ibi de obsequialibus, quæ sunt in nõ faciẽdo: vt argu. ff. eo. l. fabriles secundũ cõtrariũ solue vt ibi. Sed videtur quod etiã illa, quæ est in non faciendo non transeat ad hæredem extraneum. nam datur in eum de dolo actio: vt. ff. de dolo. l. hæredibus. Sed respon. ibi de calculo non de infamia agitur: vt. j. eo. ti. l. Sabinus. Posset etiam secundò intelligi quòd hæc lex dicit in operis incertis: vt. ff. eod. l. si operarum iudicio. Distinctionem autem de operis dic vt dixi. ff. de condic. inde. l. si non sortem. §. libertus.

QVod ex liberta.] CASVS. Si libertæ tuæ nubendi præstitisti assensum, ad operas tibi non tenebitur propter turpem suspicionẽ vitandam. tamen ius patronatus retines: puta quod consistit in assurgendo & in succedendo. Viuianus.

r ¶ Ingenuum est.] vt instit. de inge. in prin.

s ¶ Libertæ.] secus in liberto accipiente vxorem: quia ibi non est suspicio, si ipse operas præstet: vt. ff. eod l. si quis hac. §. etiam. Item secus si est patrona fœmina: quia & ei possunt præstari operæ & filiæ, & nepti patroni,

---

* Indicaturum.

a De materia istius gl. vidẽdi sunt scribẽtes in l. stipulationes nõ diuiduntur.

* Vt pote.

† Aliâs, potest.

Operarum obligatio quãdoque soluitur.

* Eius.

Vxor debet esse in viri seruitio

* Si præstet.

Fideicommissum ab eo relinqui non potest cui non est relicta pecunia.

† In nõnullis exẽ. hæc l. liberti. pręcedit. l. nec patronis.

Operæ obsequiales sunt duplices.

patroni,cũ nec ibi ſit ſuſpicio:vt.ff.eo.l.ſicut patronus.§.ſi.

a ❡ Operas.] futuri non præteriti temporis:vt.ff.eo.l.ſi libertus ita.§.ſi.

b ❡ Non Poſsit.] cauſa turpis vitandæ ſuſpicionis:quæ quia q̃nq; ceſſat, ceſſat & lex:vt modò dixi.& facit huic.l.j.de lati.liber.tol.aut.ad hæc.&.ff.eo. ſicut patronus.in prin.&.s̃.eo.l.libertæ.Sed contra.j̃.tit.iij.l.ij.Solu.vt ibi.Item habent locũ hæc durante matrimonio:ſecus ſi finitum ſit:vt.ff.eod.l. planè. Accur.

operas[a] ab ea exigere nõ poſsit[b], iura tamen patronatus non amittit.PP.iij.Noñ. Auguſti. Pio & Pontiano Conſ.

❡ *Liberti poſſunt morari vbi uolunt.& eſt ar. quòd poſtquàm monachus eſt licentiatus ut trãſeat ad aliam religionem,non pertinet deinceps ad abbatem primi monaſterij inquirere ubi moretur,nec eum ad monaſterium reuocare:manumißus enim eſt.Bal.Vel ſic:Libertus poteſt morari ubique,dum tamen operas præſtet quas debet:nec per filios patroni poteſt in ſeruitutem reuocari, niſi probetur ingratus. hoc dicit. Sali.*

Impp.Dioclet.& Maximan.AA.Veneriæ.

LEX XII.

QVi manumittuntur, liberũ vbi voluerint commorandi arbitrium[c] habent:nec à patronorum filijs,quibus ſolam reuerẽtiam[d] debent,ad ſeruiendi neceſſitatem redigi poſſunt,niſi ingrati probentur[e]:cùm neq; cum patrono habitare libertos iura compellant[f].S.ix.Calend. Iuñ. ipſis AA.& Conſ.

❡ *Qui alienum libertum occulta,tenetur loco ipſius ad operarum præſtationem.h.d.Bald.concor.Sali.*

Impp.Valens,Valentin.& Grat.AAA.ad Probum præfe.præ.

LEX XIII.

IN redhibitione[g] operarũ maneat pœna[h] in eum qui libertũ alienum recipiẽdum eſſe duxerit D.iij.Id.Iu.Gratiano A.ij.& Probo Conſ.

TITVLVS IIII.

De bonis libertorum, & iure patronatus.

❡ *Datio pecuniæ,& pactum de manumittendo cum futuro domino impedit contra tabulas ſecus ſi cum præſenti. Item fiſcus ſuccedit in iure patronatus.Bal.Vel ſic:Pactum cum domino præſenti de libertate præſtanda nõ arctat etiã ſi dominus pecuniam recipiat.cum domino uero futuro ſecus:& iura libertorum tranſeũt in fiſcum bonis patroni confiſcatis.Sali.*

Impp.Seuerus & Antoninus AA.Secundæ.

LEX I.

MVltùm intereſt vtrum quis ſuis nummis[i] emptus ac manumiſſus ſit ab emptore,an à domino[k] ſuo data pecunia mereatur libertatem.Priore enim caſu ad bona eius contra tabulas admitti patronum non placet,poſteriore verò omnia iura patronatus retinet[l].¶ Et ideo[m] cùm Sabiniani patroni filij[n],qui plenum ius[o] habuit,vt hoſtis[p] publici bona fiſco vendicata ſint:ſecundum ea, quæ diuo Pertinaci placuerunt,& nos ſecuti ſumus, in iura libertorum eius fiſcus noſter ſucceſsit.PP. v. Noñ. Iul. Fauſtino & Rufino Conſ.

❡ *Dißimulans pro cõſentiẽte habetur : & ius ſuum perdit.h.d.Bal.& Sali.*

Impp.Valens & Valentin.AA.ad Florianum comitem rerum priuatarum.

LEX II.

SI liberti conniuẽtibus[q] patronis conſortium cum ancillis colonisue noſtris[r] elegerint: ſciant illi[s] ſe deinceps commoda patronatus amiſſuros.Dat.iij. Id. Octobr. Treueri.Lupicino & Iouino VV.CC.Conſ.

❡ *Qui remittit ius patronatus, omne ius ꝑdit præter reuerentiam,& ius reuocandi in ſeruitutem ob ingratitudinem.ſed reſtitutus natalibus, quaſi meram ingenuitatem conſequitur: & in ſeruitutem reuocari non poteſt.h.d.Bald. Et perdenti ius patronatus propter eius delictum nullus honor debetur.h.d.Sali.*

Imp.Iuſtinianus A.Demoſtheni præfect. prætorio.

LEX III.

SI quis patronorum in poſterum[t] huiuſmodi narrationẽ

QVi manumittuntur.] CASVS. Serui tui manumiſsi vbi morari voluerint,poſſunt:ita tamen, vt operas præſtare tibi poſſint.nec ab hæredib⁹ tuis in ſeruitutem reuocabuntur,niſi ingrati.Nec enim iura compellunt libertũ ſtare cũ patrono.

c ❡ Arbitrium.] ita tamen morari debent,vt operas poſsint exhibere patronis:vt.ff.eo.l.quod niſi §.ex prouincia.&.l.hæ demũ.in fi.quæ ſunt contra. Accurſius.

d ❡ Reuerentiam.] Quid ſi operas?Reſpond. idem:licet ſi velint recedere,poſsint agere ad cautionem:vt.ff. de iudi.l. in omnibus.& arg.ff.de condi.cau.da.l.ſi pecuniam.§. item ſi quis.ibi plenè dicitur.

e ❡ Probentur.] tunc ſic,vt hîc,&.j̃.de lib.& eo. li.l.iij.

f ❡ Compellant.] niſi manumiſiſſet eos hac conditione:vt ar.ff.de cõdi.& demõ.l.Titio centũ. §.Titio.ij in fi.&.ff.de ali. lega.l.libertis.ij in fi.

IN redhibitione.] CASVS Si libertum meũ,qui ad operas mihi tenebatur, occultaſti:eas operas,ad quas ꝓſtandas mihi obligatus eſt reddere compelleris.

g ❡ In redhibitione.] id eſt redditione.

h ❡ Pœna.] quia pro eis tenetur tantũ pro quibus occultatus erat obligatus. aliud in liberto ciuitatis: vt.s̃.de ſer.fugiti.l. mancipia §.libertis. addunt tamen hîc quidã, & omnis damni cum pœna quadrupli præter redditionẽ operarum:vt arg.j̃.de colonis Illy.l.j.§.j.lib.xj.Sed ibi in ſeruo,hîc in liberto.vnde contra in eadem.l.in fine.Sed de his omnibus dic vt diximus.s̃.de ſeruis fugi.l.quicunque.Accurſius.

Continuatio.

❡ DE BONIS LIBERTORVM, ET IVRE PATRONATVS. ¶ *De bonis &c.nõ ſolum operas:ſed & ſucceßionem & multa alia iura uendicamus in libertos:ideo de bonis libertorum & iure patronatus ponit &c.*

Diuiſio.

MVltum.] Iſta lex diuiditur in duas parres. Nam primò ponit quoddã dictũ cũ diſtinctione.ſecundò infert ex ſecundo membro diſtinctionis.Secunda ibi,Et ideo.Bal. CASVS.Si ſeruũ meum ſua pecunia redemeris,& manumiſeris:an tibi ius ſuccedẽdi in bonis liberti ex teſtamento vel ab inteſtato per cõtratabu.cõpetat, quæritur?Rñ.ꝙ nõ Si autẽ pecuniã mihi dedit, & cũ manumiſero : ſuccedam ſi ergo ob debitũ aliquod condemnatus fuero,& mihi fiſcus ſuccedit:an in iura liberti ſuccedere debeat,quæritur?Dicitut ꝙ ſic.

i ❡ Nummis.] quod impropriè dicitur:vt.ff.de manu.l.iiij.in prin.

k ❡ A domino.] hic cõiuge,libertatẽ mereatur:& dic data pecunia ſcilicet à ſeruo ipſo,vt.j̃.tit.ij.l.etiam.j.ſecus ſi ab extraneo dominus pecuniam accepit:quia ſi tunc paciſcitur cũ ſeruo tantùm, eſt idem quod in ſuperiori caſu q̃n accepit à ſeruo.& ſic intellige.ff.de obſ.l.Titius puerũ.ſi cũ extraneo: nec imponit operas,nec ſuccedit:vt.s̃.ti.j.l.qui nummis.&.j̃.de lati.liber.tol.l.j §. illud.quæ ſunt contra.

l ❡ Retinet.] Opponitur,iſte compellitur manumittere:vt.j̃.de libe. cau. l.cùm affirmes.&.ff.ſi li.inge.eſſe di.l.ij.in prin.&.ff.de acqui.hæred.l.ſi ſeruum.§.ſi quis.ergo operas imponere non poteſt:vt.s̃.ti.j.l.ij.ergo non retinet omnia iura patronatus,quod hîc dicitur?Rñd.in prima dicit hortabitur.In ſecunda ſponte recepit.& eſt fauor præteritæ libertatis.In tertia non præſenti, ſed futuro domino dabat. Vel ſuccurritur non vt ſit liber,ſed vt non ſit neceſſarius hæres.ſic ergo dices eum non cõpelli: vt s̃.de,tranſact.l.interpoſitas Alij dicunt eum cogi. & quod hîc dicit omnia, reſtringunt,ad id de quo dicitur hîc,ſcilicet de ſucceſſione tam per cõtra tabulas,quàm ab inteſtato: vt ff.eodem.l.qui ex cauſa.& j̃.de bo poſſ.cõtratab.liber l.j.Accur.

Manumittere coact⁹, operas imponere nõ poteſt.

m ❡ Et ideo.] concludit ad ſecundum caſum:ideo ſic conſtrue,ideo cùm bona filij Sabiniani patrõi. i. gerat patron⁹.q.ſ.Sabinianus plenũ ius habuit:bona dico ſint vendicata fiſco, vt hoſtis publicis.ſ.filij.ſecundum ea quæ &c.

n ❡ Filij.] ſ.Sabiniani,filij dicti patroni.

o ❡ Plenum ius.] Poſt mortẽ patris,ſi eos habeat ex ſucceſsione patris. Vel dic ꝙ ſuo iure habebat: & ſemper referas te ad ſecundum caſum, quãdo accepta pecunia à ſeruo manumiſit.

p ❡ Hoſtis.] etſi crimine læſæ maieſtatis. Et dic hîc bona venire ad fiſcũ:& ſic eſt contra.ff. ad leg.Iul.maie.l.eorum.,vbi dicit venire ad filios. Sol. hîc non habebat filios liberos:ſecũdum R.ſed hoc non valet : quia etiam ſi habeat filios,non tranſeũt ad eos hæc iura:vt.ff. de interdi.& relega.l.iij. Dic ergo ꝙ ſi ideo hoc crimine damnatur, ꝙ aliquid in principẽ cõmiſit : tunc non tranſeunt ad filios:vt hîc,&.d.l.de interdic.& relega.l.iij aut in alio capitulo eiuſdem.l.quæ multa ſunt:vt.ff.ad legem Iul. maie.l.j.ij.&.iij. & tunc veniunt ad filios vt in.l. contraria.Si autem opponatur ex eo quod eſt.ff.de iure patro.l.iura.vbi indiſtinctè vidẽtur dari filijs? Dic quòd ibi ſpecialiter fuit cuidam conceſſum loco priuilegii. Vel dic quòd in alijs capitulis fuit ibi damnatus,non quòd commiſerit in principem.Vel ſolue tertiò dictã legem eorum ꝙ quædam iura reſeruantur extraneis hæredibus:vt.s̃.de inius vocan.l.ij.& hæc ad fiſcum poſſunt tranſire:vt.s̃.de inius vocan.l.ij.& hæc ad fiſcum poſſunt tranſire,vt hîc.iura verò ſuccedendi reſeruantur liberis:vt.j̃.de lati liber.tol.l.j.§.ſed & ſi ſub conditione.& in.l.contraria.ſed media ſolutio verior eſt,

SI liberti.] CASVS.Si te conſentiente libertus tuus ancillæ principis ſe coniunxit:in eo commodum patronatus amittitur.Viuia.

q ❡ Conniuentibus.] i.cõſentientibus.& facit.s̃.de ſer.fugi.l.fi.&.j̃.delati. liber.tol.aut.ad hæc.&.s̃.ti.j.quod ex liberta.§.j.Accur.

r ❡ Noſtris.] id eſt imperatoris.

s ❡ Illi.] patroni.

SI quis.] CASVS.Seruum tuum inter viuos vel vltima voluntate manumiſiſti:& ei dixiſti remitto tibi iura patronatus:quærĩt quid conſecutus fuerit iſta remiſsione ? Rñ.ꝙ tantum conſequitur quantum conſequeretur per reſtitutionem natalium ferè:& ferè dicit:quia ſi eſſet reſtitutus natalibus,reuerentiam tibi non deberet:nec in ſeruitutem reuocari poſſet propter ingratitudinem.ſed ſecus eſt in tali remiſsione:quia poteſt reuocari.& hoc ita,ſaluis tamen vt olim natalium reſtitutione,& alijs caſibus,quibus iura patronatus amittuntur.

t ❡ In poſterum.] id eſt poſt legem hanc.

conceperit,vel in libertatibus quę inter viuos actitantur[a],vel in ijs quæ ex teſtamento vel codicillis ſcriptis,vel ſine[b] ſcriptis habitis proficiſcuntur,vt liberti eorum à iure patronatus liberẽt: antiqua interpretatione ſemota[c],non dubitet patronat⁹ ius ex ſola tali verborum conceptione libertis eſſe remittendum[d]:nec eorũ[e] ſucceſſionibus,quæ[f] ab inteſtato deſcẽdunt:quas veteres etiã poſt hmõi act⁹ ſeruari in libertorũ bonis decreuerũt,à nobis[g] patronis integris reſeruandis[h]. ¶ Sed quemadmodum in natalium reſtitutione omne[i] ius tollitur patronatus, ita & in huiuſmodi verbis eandem vim[k] eſſe obſeruandam omnes non ignorant. ¶ Idemq; iuris eſt,ſi inter viuos manumiſſione impoſita,in vltimis voluntatibus cõceſſio[l] data fuerit patronat⁹: ita tamen,vt in omnibus natalium reſtitutiones,ex quibus penè[m] ſolis ingenuitas mera libertis competit tã obtineant quã in noſtra republica polleãt:cũ nobis cordi eſt ingenuis magis hominibus,quàm libertis eam frequentari. Reuerentia[n] tamen quæ à libertis patronis debetur & iure quod aduerſus ingratos libertos patronis competit[o], integris reſeruandis,&ſi[p] ꝑ verborum conceptionem ſecundum à nobis inductum modum ius patronatus fuerit amiſſum:cũ etiam hæc[q] ingenuitatis prẽmio tollantur,quam[r] penè ſola natalium reſtitutio inducit: ijs videlicet caſibus,per quos pœnalib⁹ modis ius patronat⁹[s] quaſi ab indignis patrõis eripitur,in ſuo robore duraturis. Recitata ſepties in nouo conſiſtorio palatij Iuſtiniani.D.iij.Calend.Nouemb,Decio.V.C.Con.

a ¶ Actitantur.] id eſt dantur.
b ¶ Sine ſcriptis.] Nota codicillos poſſe fieri ſine ſcriptis:vt.&.ſ.de ſacro ſan.eccle.l.generali.&.j.de codicil.l.fi.in fi.
c ¶ Semota.] id eſt remota.
d ¶ Remittendum.] id eſt eſſe remiſſum.
e ¶ Eorum.] ſ.libertorum.
f ¶ Quæ.] ſ. ſucceſſiones.
g ¶ A nobis.] huius legis authoritate.
h ¶ Reſeruandis.] vt in auth.vt liber.decæ.§.illud.col.vj.Sed certè imò videtur reſeruari:vt.ff.e.l.Paulus.§.patroni,quę eſt contra.Solu. aliud eſt remittere iura patronatus, quod facere poteſt vt hîc: quia in vita liberti competit.aliud eſt cõcedere liberã teſtamenti factionẽ: quæ conceſſio aut vi pacti valet,quod eſt falſum: qa eſt de futura ſucceſſione: vt.ſ.de inoffi.teſtamen.l.ſi quando.§.j.aut vi repudiationis:quod eſt falſum ff.de acquiren.hære.l.qui ſuperſtitis. Secus tamen eſſet,ſi à principe liberam teſtamenti factionem conſequeretur:vt.ff.eo.l.etiam.§.j. Vel dic ꝙ ibi filius patroni patre ſuo viuẽte miſit epiſtolam in qua conceſſit liberã teſtamenti factionem.Vel tertiò hîc corrigitur.
i ¶ Omne ius tollitur.] vt.ff.eo.l.etiã.§.planè.
k ¶ Eandem vim.] ferè:non enim eadem vis eſt:vt habes.j.ſtatim.
l ¶ Conceſſio.] i.remiſſio.
m ¶ Pene ſolis.] ſ.reſtitutionibus natalium, penè autem dicit:quia & qdã alij ſunt modi,ꝑ quos inducitur ingenuitas:vt.j.de lati.lib.tol.§.ſed ſcimus &.§.ſimilique modo ſi qs &.§.illud etiam.& aut.ibi poſita.&.j.qui mili.non poſſunt.ſuper ſeruis.lib.xij.&.j.de infan.ex.l.fina.&.ff.de ſtatu ho.l.ingenuum.& in autheu.de mona.§.j.in fi.col.j.
n ¶ Reuerentia.] redit ad primũ caſũ.Sed ſi omnis reuerentia durat:ergo nihil eſt amiſſum præter contra tabulas.qđ.ſ.negaſſe videt.Vnde dic ꝙ & in ius vocari põt ſine venia vt & aliâs qñ patronus adegit ad iuſiurandum ne vxorẽ accipiat:vt.ff.de in ius voc.l.adoptiuum.§.fi.

Patron⁹ aliquando ſine venia in ius vocari poteſt à liberto.

o ¶ Competit.] de quo dicit.j.de liber.&.eo.lib.l.ij.
p ¶ Etſi.] id eſt quamuis.
q ¶ Hæc.] ſ.reuerentia & ius reuocandi in ſeruitutem.
r ¶ Quam.] ſ.ingenuitatem.& plenè expone.vt.ſ.proxi.Accur.
s ¶ Ius patronatus.] hîc duo ſcias,& quæ ſunt patronat⁹ iura,& qui ſunt hi caſus de quibus hîc dicit.ſunt autem ſex principalia.Primum quòd turpis actio etiam de facto non proponatur aduerſus eum:vt.ff.de obſeq.l.honori.&.l.parens.Secundum quòd turpis exceptio:vt.ff.de exce.do.l.apud.§.aduerſus.Tertium de reuerentia ſiue in deficiendo,ſiue in non faciendo, quæ debetur etiam ſine impoſitione:vt.ff.de condic.inde.l.ſi non ſortem.§.libertus.in prin.Quartum de præſtatione alimentorum:vt.ff.de libe.ag.l.ſi quis à liberis.§.ſolent.Quintum de reuocatione in ſeruitutem:vt hîc,&.j.de lib.&.eo.li.l.ij.& hæc non datur niſi ſpontè manumittenti:vt.ſ.titu.j.l.ij.Sextum ius ſuccedendi,de quo dicit hæc lex,&.j.tit.j.l.j.plenius dicam.Circa autem operas eſt ius, ſed ex impoſitione eſt illud:vt.ſ.tit.j.l.j.Econtra hæc iura amittuntur in quibuſdam caſibus:& quandoque propter culpam patroni vt hîc dicit: vt ecce propter denegationem alimentorum:vt.ff.de iure patro.l.diuus.§.fin. Item propter exactionem iuriſiurandi:vt.ff.de iure pat.l.qui contra legem. Item ſi eum crimine capitis accuſauit:vt.ff.de iure patronatus.l.eum. Item ſi exegit mercedem pro operis futuris:vt ſuprà titu.primo.l.ſi quam.&.j.de bono.poſſeſ.contra tabu.liber.l.j.&.l.fin.Sunt & alij caſus,qui non in pœnam patroni faciunt amittere patronum vt propter præmium liberti:vt.ff.de iure patro.l.penultima.in princip.Item propter natalium reſtitutionem, vt hac l.Item propter deportationem liberti vel patroni:vt.ff.de iure patrona.l.eum patronum.Itẽ ſi efficitur minor centenario non in fraudem vt inſtit.de ſuc.libe.§.ſed noſtra.Secus in fraudẽ:vt.ff.de iure pat.ſi libertus.Itẽ ꝑpter conceſſionẽ debitæ partis:vt inſti.de ſuc.liber.§.ſed noſtra.ſed iſti vltimi duo modi,tñ à contra tabulas repellunt.

Patronat⁹ iura ſunt ſex.

Ius patronatus in certis caſibus amittitur.

¶ SI IN FRAVDEM &c. ¶ *Quia quondoque libertus alienat,vt debita portione patronũ fraudet:iõ de hoc ponit.*

Continuatio.

TITVLVS V.

Si in fraudem patroni à libertis alienatio facta ſit.

¶ *Alienata in fraudem patroni,reuocantur uſque ad legitimam portionem.hoc dicit.Bald.& Sali.*

Impp.Dioclet.& Maximian.AA. & CC. Claudio. LEX I.

SI in fraudem patroni libert⁹ aliqd alienauerit[t]: quatenus legitima[v] pars diminuta eſt,reuocãdi tributam conuenit[x] eſſe poteſtatem.D.Cal.Nouembr. Sirmij Cæſarib.Conſ.

¶ *Patronus hæres liberti poteſt per Caluiſianã reuocare alienata in fraudem eius:niſi alienationẽ habuit ratam.h.d.Bal.quia tunc non poteſt nec eius hæres.Salicetus.*

Idem AA.& CC.Iuliæ. LEX II.

DEfuncto quidem liberto patronus inteſtato ſuccedẽs[y], per actionem Caluiſianam in eius fraudem alienata reuocare[z]

SI in fraudẽ.] CASVS. Certum eſt ꝙ patronus in bonis liberti in tertiam ſuccedere debet ſi ergo libertus in fraudem patroni bona ſua alienauit vſque ad legitimam: quæ alienata ſunt reuocari poſſunt. Viuianus.
t ¶ Alienauerit.] inter viuos,vbi duo ſunt neceſſaria.ſ.fraus & euentus:vt ff.eo.l.j.§.j.& hîc dicã ſtatim.Item dic ꝙ alienauit gratis:ſecus ſi non gratis: vt.ff. eodem.l.j.§. ſi quis in fraudem.&.§. ſi mutuam.
v ¶ Legitima.] q̃ eſt tertia:vt inſtit.de ſuc.liber.§.ſed noſtra.
x ¶ Conuenit.] non ꝑ petitionem hęreditatis:qa patroni eſt debitor non hęreditari⁹:vt.ff. de petitio.hæredi.l.ꝙ ſi in diẽ.§. pe. Sed per Caluiſianã: vt.j.l.proxi. Et diſtingue hîc: qa aut alienat libert⁹ in vltima voluntate, & tunc ſolus ſufficit euẽtus: vt.ff.eo.ti.l.j.§.j. quia pars patroni cenſetur:vt ęs alienũ vt.ff.de dona.l.ſi patron⁹. quod ęs alienum,ante relicta eſt detrahendũ:vt.ff.ad trebellia.l.j.§.penulti. Aut inter viuos, & tũc ſiñ dolo malo valet:vt.ff.de probatio.l.patronus.Si dolo, aut in fraudẽ legis.ſ.vt ſit minor centenario, & tunc ipſo iure non valet, & totum reuocatur. Aut in fraudem patroni tantùm: & tunc valet. Sed reuocatur quatenus eſt legitima tantùm:vt.ff.de iure patrona.l.ſi libertus.Accurſius.

Patronus an reuocet per liberti alienata.

DEfuncto.] CASVS. Alienata à liberto in fraudem patroni reuocari poſſunt per act.Caluiſianam,quatenus eſt legitima. Si autem fundum patroni,alicui dedit,& poſt mortem liberti,patron⁹ donationem ratam habuerit:an ſucceſſores patroni eam reuocare poſſint,quæritur? Reſpõ. quòd non.
y ¶ Succedens.] ſcilicet in totum,quando non ſunt liberi:vt inſtitu.de ſuc.lib.§.ſed noſtra.Sed nunquid frater liberti præponitur patrono? Reſpon. ſic ſecundum quoſdam:vt inſtitu.de ſeruili cog.circa princi.Sed Ioan.contra:vt ff.de ſuis & legi.l.inteſtato.in prin.de bo.libe.l.liberto.Sed patron⁹ qui manumiſit,ſi crimine capitis accuſauerit:ius patronatus amittit:vt.ff.de iure pa.l.eum.& de bo.lib.l.qui cũ maior.Sed ar.contra.ff.de fideicom.li.l.ſi filius.§.erit.Quod dixi de liberto accuſato:intellige de paterno: qui & ſuus dicitur: vt.ff.de verborum ſignifi.l.licet.§. paternos. Sed ſuum accuſando, non perdit:vt dicto.§.erit.Item nota.quòd ſi relinquo nepotem ex filio præmortuo, & filium, filius præfertur:vt.ff.de bon. liber. lege ſi libertus præteritus.§.ſi libertus. Item ſi duo ſunt patroni,& vnus decedat,& filium relinquat, & alter ſit ſuperſtes,ſolus ſuperſtes admittitur:vt.ff. de operis liberto.lege à duobus. Item ſi vnus patronus relinquat filium, alter nepotem, ſolus filius admittitur:vt.ff.de legitima tutela.§.ſi duo.ſecus in ſucceſsione ingenuorum:vt inſtitutio. de hæredi. quæ ab inteſtato.§.cùm filius.

Patrono an præferatur frater liberti in ſucceſſione.

Patronus in ſucceſſione liberti præfertur filio alterius patroni.

z ¶ Reuocare.] plus ergo poteſt hæres quàm defunctus.& ſic eſt argu.contra.ff.de regu.iur.l.hæredẽ.& hoc ideo, quia eſt æs alienum.Item quomodo hæres reuocat factum defuncti:vt infrà de libe.cauſa.l. ſi ab eo? Reſpon.hîc ſpeciale.Vel vt dixi:quia magis dicitur debitum accipere,quàm hæres eſſe titulo lucratiuo.Item not.quatuor eſſe reuocatorias actiones ſcilicet Caluiſianam,Fauianam,Paulianam,& in factum reuocatoriam. Caluiſiana datur patrono & creditori. Fauiana ſoli patrono: vt.ff.eodem.l.prima.§.ſi.Pauliana

Hæres quandoque factũ defuncti reuocat. Actiones reuocatoriæ ſunt quatuor.

fina. Pauliana creditori tantùm. In factum ad incorporalia: vt. ff. quæ in frau. cre. l. hac in factum. Alij dicunt econtra in primis duabus. & pro eis. ff. de vsu ris. l. videamus. ij. §. in Fauiana. Sed ibi non est per quas, imò per quam, item in vltimis duabus dico aliter, scilicet quòd vna sit in factum Pauliana, quasi à Paulo inducta. & competit ad incorporalia, & sic communis: vt. d. l. hac. in factum.

¶ Præstare.] adhuc tñ ei debet reuerentiam. ff. de iniur. l. non solum. §. quaquã. & §. de operis lib. quod ex liberta. in si. quæ sunt contra. adeò vt pos sit in seruitutem reuocari & sic definit matrimonium: vt in authen. de nup. §. si verò decretum. collat. iiij. etiam si sibi ett nupta: vt. ff. de ritu nup. l. in eo. in fi. l. dic ergo officium. id est operas. sic enim dicitur. ff. de oper. lib. l. j.

potest. ¶ Verùm cùm patronum post liberti [a] sui mortem ab eo [b] fundi collatam donationẽ habuisse ratam [c] asseueras: manumissoris factum [d] infirmare successores eius [e] minimè possunt. Dat. viij. Cal. Ianuar. Sirmij Cæsarib. Coss.

TITVLVS VI.

De obsequiis patrono præstandis.

Imp. Alexander A. Zotico.

LEX I.

Contra patronũ [f] tuũ [g] famosam [h] actionẽ instituere nõ potes. PP. ij. Idus Maij, Maximo. ij. & Æliano Cons.

¶ *Liberta patroni uoluntate nupta uel de iure, non tenetur ei obsequia præstare. h. d. cũ. l. se. Sa.*

Idem A. Leontogono. LEX II.

Libertæ, quæ voluntate [i] patroni aut [k] iure nuptæ sunt, non coguntur officium patronis suis præstare [l]. Dat. xiii. Cal. Aug. Maximo. ij. & Æliano Cons.

Idem A. Xantho. LEX III.

Etiam qui pactione data à dominis manumittuntur, mero iure omne eis obsequiũ debent [m].

¶ *Libertus non debet cõtra patronum uim uel audaciam exercere: sed sine atrocitate uerborũ æquitatem suæ petitionis exponere ius dicenti. Bal. Vel sic: Libertus patronum non' uocat ad iudicium sine uenia: & reuerentiam ei uocato tenetur præstare sine atrocitate uerborum: aliàs pro motu iudicis puniendus. Hoc dicit. Salice.*

Idem A. Victorino. LEX IIII.

Si manumissori [n] tuo vim [o] & audaciam obiecisti, ei qui te beneficio suo ex seruitute liberando vt aduersarium te haberet [p], fecit: præses prouinciæ quatenus coercere eiusmodi temerariam licentiam debeat, æstimabit [q]. ¶ Nam si qua tibi pecunia debebatur [r], siue de reb' aduersus patronum disceptatio fuerat: non protinus [s] ad litigandum currere debueras: maximè autem si hoc facere auderes [t], sine atrocitate certè verborum æquitatem petitiõis tuæ commendare iudici potuisti [v] omni honore patrõo debito reseruato. PP. ij. Calend. Octobr. Iuliano ij. & Crispino Cons.

¶ *Patrono damnato, tenetur libertus præstare reuerentiam liberis eius. Hoc dicit. Sali.*

Imperator Gordianus A. Sulpitiæ.

LEX V.

Etiam liberis damnatorum [x] consuetum obsequium [y] libertos paternos præstare debere, in dubium non venit. ¶ Proinde si non agnoscunt reuerentiæ debitæ munus: non immeritò videntur ipsi aduersus se prouocare seueritatem [z]. PP. Non. Septemb. Sabino. ij. & Venusto Cons.

¶ *Libertus tenetur ad obsequiũ, non ad operas non impositas: nec potest per patronum inuincularì. h. d. Sali.*

Idem A. Cornelio.

LEX VI.

Libertos siue libertas, maximè quibus impositæ operæ non sunt, consuetum potius obsequium [a], quàm seruile ministerium manumissoribus exhibere debere, neque vincula perpeti [b], nõ est opinionis incertæ. D. iij. Calend. April. Attico & Prætextato Cons.

¶ *Priuignis & filijs patroni debetur reuerentia: aliàs punitur libertus. Hoc dicit. Bald. concord. Sal.*

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. Metrodoro.

LEX VII.

---

a ¶ Post liberti.] quid si ante? R̃n. idẽ: vt arg. j. de fideicõ. l. quoties. j. & §. tit. 10 j. l. si quis. ar. cõtra. ff. quorum leg. l. j. §. quod ait. ij. & ff. de acquire. hæredi. l. qui superstitis, & de bo. li. l. Paulus. ij. §. patroni. Sed certè expressa est lex. ff. eo de. l. non videtur. quæ dicit esse idem. Acc.

b ¶ Ab eo.] s. liberto.

c ¶ Ratam.] & hoc si 20 nõ bene merentibus donat, aliàs non est necesse habere ratam: vt. ff. eodem. l. viuus. Sed nunquid hic titulus habet locum si lio emancipato alienante in fraudem patris? Respõ. non: vt. ff. si quis à pa. l. nõ vsque. Sed arg. contra in sti. qui. modis ius pat. pote 30 sol. §. preterea. sed filio arrogato, cui debetur quarta, datur vtilis: vt. ff. eo. l. si. Accur.

d ¶ Factum.] id est ratihabitionem.

e ¶ Eius.] s. patroni.

Continuatio. ¶ DE OBSEQVIIS patrono præstãdis.] Dixit. §. de iure patrona. 40 *circa pecuniarum commodum: nunc de gratiabo noris & reuerentiæ. Et nota quòd semper debet sancta uideri persona patroni liberto: ut. ff. de obseq. l. ante pe.*

f ¶ Contra patronũ.] et nomine alieno, secũdum 50 quosdã vt. §. si tut. non ge. l. j. Sed cõtra est: quia ibi in accusatione loquitur. s. suspecti tutoris. & sic aliud erit in actione, & aliud in accusatione: vt. ff. de in ius vocã. quæsitũ. nisi in casu vbi et nec alieno noĩe 60 põt agere: vt. ff. de iureiurã. nõ solũ. §. quaquã. ibi si autẽ cũ liberto. ADDITIO. Tu dicas ꝙ agere alieno noĩe põt dupliciter intelligi. Vno modo noĩe alieno, hoc est ex facto, quod ex alterius persona dependet: licet quis in iudicio agat suo nomine: & isto modo libertus nõ potest intentare famosam actionem contra patronum: vt. §. si tut. non gest. l. 70 prima. & ff. de iniur. l. non solùm. §. quamquam alio modo alieno nomine intelligitur: quia alieno nomine est in iudicio vt procurator vel vt curator: & tunc potest alieno nomine, vt. l. quæsitum. ff. de in ius vocan.

g ¶ Tuum.] puta surripuit terminos.

h ¶ Famosam.] vt furti. sed nec etiam turpem vt condictionem furtiuam: vt. ff. eodem. l. honori. & l. parens. & l. licet. & de dolo. l. non debet nisi in causa: vt. ff. de in ius voc. l. sed si hac. §. prætor. & questionẽ ibi in fi. l. factam hîc repete. Item nec honestã, nisi cũ venia: vt. §. de in ius vocã. l. venia. & cũ honesta te verborum: vt. j. eo. l. iiij.

80 ¶ Libertæ.] CASVS. Si liberta tua volente te alicui nupsit: tibi ad operas non tenebitur propter suspicionem finistram.

i ¶ Voluntate.] aliter non præiudicat liberta patrono: vt. ff. de oper. lib. l. sicut. Accur.

Disiunctiua ponitur quandoque pro copulatiua. k ¶ Aut.] pro &: vt & ff. de ver. sig. l. sæpe. aliter sibi non piudicat patron': vt. ff. de oper. lib. l. sicut. Vel potest legi disiunctiuè, vt ponas casum quando cõpulit eam iurare non nubere: vt. ff. de iure patro. l. qui contra legem. & tunc iure, id est iure permittente eam nubere.

Etiam.] CASVS. Cùm seruus tuus dedit tibi pecuniã vt ipsum manumitteres, ma 10 numisisti: omne obsequiũ tibi præstitit, quod consueuit libertus præstare patrono: quia ipso iure videris manumisisse. Viuian'.

m ¶ Debent.] vt. §. de bo. lib. l. j. & de ope. lib. l. quæ nummis. hæc enim pactio dominũ non adstringit: vt. j. de libera. cau. l. cùm 20 affirmes. & l. post certi. et si non manumittit, nõ iõ repetitur qd de peculio dedit seruus: vt. §. de condictio. ob causam da. l. si liber. & facit. §. de transact. l. interpositas. Acc.

Si manumissori.] CASVS. Seruũ tuum si manumisisti, & 30 debitor eius fact' fueris: sed quia ei non soluis, tibi conuitia dixerit, vel contumelia te affecerit: à præside coercebitur. Non enim statim ad litigandum currere debuerat. & si hoc tibi facere vellet, non conuitia dicere: sed honore debito reseruato coram iudi 40 ce pecuniam petere debuit.

n ¶ Si manumissori.] id est patrono: loquit enĩ liberto.

o ¶ Vim & audaciã.] scilicet quòd violẽtus erat vel econtra quòd tu faceres eum verberari.

p ¶ Haberet.] consecu 50 tiuè, non causatiuè: vt. §. de iud. l. properandum. §. & si quidẽ. & institu. de actio. §. tripli. Vel dic haberet, id est habere possẽt.

q ¶ Aestimabit.] quod qualiter fiat, plenè dices. j. titu. j. l. ij.

r ¶ Debebatur.] s. à patrono.

60 s ¶ Non protinus.] vt & j. ad leg. Cornel. de fal. l. & si à te. nam præcedere debet admonitio: vt. j. de pig. l. debitores & in decre. xij. quæstione ij. c. indign. & ij. q. j. c. si peccauerit. & xlv. distin. c. sed illud. & in aut. vt lice. ma. & auiæ. §. his illud. col. viij. & argu. §. de epis. & cle. l. si quis curialis.

70 t ¶ Auderes.] cum venia vel sine venia.

v ¶ Potuisti.] hoc quilibet debet facere, sed maximè liberti: vt hîc, & §. de postu. l. quisquis.

Etiam.] CASVS. Si te condemnato ob crimen aliquod libertus tuus liberis reuerentiam præstare non vult: meritò erit puniendus.

x ¶ Damnatorum.] s. patronorum.

y ¶ Obsequium.] quod consistit in alendo, & assurgendo, & similibus: vt diximus. §. de oper. lib. l. liberti. Item videtur contra. ff. de interdic. & releg. l. ij. Sed sol. vt. §. de bo. lib. l. j.

80 z ¶ Seueritatem.] quod plenè dic vt. j. tit. j. l. ij.

Libertos.] CASVS. Seruũ tuũ manumisisti, postea vis vt fodiat in aliquo loco inhonesto tota die, vel aliquod turpe faciat: an ad hoc teneatur, quæritur? R̃n. ꝙ nõ, nec eum inuinculare potes, sed ad consuetum seruitium tibi tenebitur, vt assurgere tibi, & similia.

a ¶ Obsequium.] facit. §. de ius vocan. l. venia. & §. de ope. liber. l. qui manumittuntur.

b ¶ Perpeti.] id est pati.

Neque libertis [a] nouercæ, iniuriæ inferendæ priuignis eius, libera facultas esse debet. paternos etiam libertos (sicut dicis) iniuriosos tibi fuisse, ferendum nō est [b]. ¶ Præses igitur prouinciæ vindictam tibi personarum conditioni congruentem [c], impertiri non dubitabit. Dat. v. Idib. Maij, Maximo ij. & Aquilino Conſ.

Idem AA. Hermiæ. LEX VIII.

Neq; patronæ tuæ obsequijs refragari te fas est [d]. D. xij. Cal. Februa. Diocletiano & Maximiano AA. Conſ.

TITVLVS VII.

De libertis & eorum liberis.

¶ Qui ex necessitate manumittit, ius reuocandi in seruitutem non habet. h. d. Bal. sed ex uoluntate sic. Sali.

Imperator Antoninus A. Daphno.

LEX I.

Non est ignotum quòd ea quæ ex causa fideicommissi manumisit, vt ingratum libertum accusare [e] non potest: cùm id iudicium extra [f] ordinem præbeatur ei, qui voluntate seruo suo libertatem gratuitā [g] præstitit, non qui debitā restituit. PP. v. Cal. Maij, Messala & Sabino Conſ.

¶ Pro leui iniuria in faciendo commissa libertus in seruitutem reuocatur. quod non nocet filijs antè natis, sed posteà nascituris. nec poterit sine licentia principis ulterius ad libertatem perduci: quia per sententiam est priuatus. h. d. Bal. concor. Sali.

Imp. Constantius A. ad Maximum præfect. vr.

LEX II.

Si manumissus ingratus circa patronum [h] suum extiterit, & quadam iactantia vel contumacia ceruicem aduersus eum erexerit, aut leuis [i] offensæ cōtraxerit culpam: à patrono rursus sub imperio [k] ditioneque [l] mittatur, si [m] in iudicio, vel apud pedaneos [n] iudices patroni querela exorta [o] ingratum eum ostendat: filijs [p] etiā, qui posteà nati [q] fuerint seruituris [r]: quoniam illis delicta parentum non nocent, quos tunc esse ortos [s] constiterit, dum libertate illi [t] potirentur. ¶ Sanè si is, qui in nostro [v] †cōsilio vindicta [x] liberatus est, post coerctionem [y] ex pœnitentia dignum se præstiterit vt ei ciuitas [z] Romana reddatur: non prius fruetur beneficio libertatis, quàm si hoc patronus [a] eius oblatis precibus [b] impetrauerit. D. Idib. April Romæ, Constantio A. v. & Constante Cæs. Conſ.

† Aliàs, qui nostro consilio.

Neque.] CASVS Si qua mulier libertum habeat facultas nulla liberto tribuatur inferēdi iniuriā priuignis patronæ suæ. & hoc in prima. si autē libertus patris tui iniuriosus extiterit: prouidebit iudex.

a ¶ Neque libertis nouercæ.] id est, liberti nouercæ non debent esse iniuriosi priuignis patronæ suæ.

b ¶ Non est.] vt &. ff. de iure pat. l. iura. &. j. ti. j. l. liberti non modò. & intellige iniuriam etiam si cessauerint præstare obsequium.

c ¶ Congruentem.] quod dices. j. ti. i. l. ij.

Neque patronæ.] CASVS. Si mater aliqua seruū suū manumisit, an ei obsequiū pstare teneatur, quæritur? Rñ. quòd sic.

d ¶ Fas est.] nec liberorū eius: cū & operas eis debeas, & ab intestato succedant: vt. ff. de oper. lib. l. vt iurisiurandi. in fi. & de iur. pat. l. satis cōstat. Acc.

Continuatio.

¶ DE LIBERTIS ET eorū liberis. ¶ *Quibus debeat præstari obsequiū dictū est. s. ti. proxi. Nunc econtra qui puniantur & qualiter, propter nō præstitum.*

Non est.] CASVS. Rogata fuit mulier aliqua in vltima voluntate vt seruum suum manumitteret, & manumisit: nunquid si libertus causas ingratitudinis commiserit: eum ingratum accusare posit, quæritur? Rñ. quòd non: quia ille tantū potest accusare libertum de ingratitudine, qui spōtè manumisit, & nō ex necessitate.

e ¶ Accusare non potest.] vt reuocet in seruitutem: sed petere vt castigetur: vt. s. de ope. lib. l. mater. &. ff. de iure patro. l. j.

f ¶ Extra ordinem.] id est officio iudicis: vt ar. ff. de pœnis. l. hodie. & de hoc dices. j. l. penul.

g ¶ Gratuitam.] maximè: nā idē & si pecuniam accepit à seruo: vt. s. tit. j. l. etiam j.

Si manumissus.] CASVS. Si libert' tuus tibi ingrat' extitit: vel culpę cōtraxerit offensam, & hoc corā ordinario iudice vel delegato ostēderis, in seruitutē reuocabit: & filij ei' post reuocationē, qui in seruitute nati & cōcepti fuerunt. Si autē corā principe fuit manumissus: deinde in seruitutem vt ingratus reuocatus, posteà autē ex pœnitentia ita dignū se ostēdit: vt dñs eū velit fieri liberū: nō aliàs ad libertatē perducet, nisi dñs hoc à principe impetrauerit: quia sine principe non reuocetur in libertatem.

Libertus an propter leuem offensam reuocetur in seruitutem.

h ¶ Patronum suum.] quid si plures erant patroni: & vnus vult reuocare, alter non cui non fuit ingratus? Videt omniū cōsensus necessarius: vt. ff. qui & à qui. ma. liberi nō fi. l. si qs hac. §. quoties sed puto cōtra. quod em̄ ibi dicitur exponitur à Plac. l. oīm cōsensus. s. offensorū. alioquin contra: cū quisque sit insolidū patronus: vt. ff. de ritu nup. l. illud. & l. filio.

i ¶ Aut leuis.] imò videt nō reuocari ppter leuē offensam: vt. j. de li. cau. l. solo. q̄ est cōtra. Sol. ibi nō faciēdo fuit offensa, hîc in faciēdo. Et not. hîc pro leui culpa magnā pœnā imponi. sic. s. de hære. & ma. l. oēs vetitæ in fi. & j. de primice. l. j lib. xij. sed legata nō reuocātur ex leui culpa legatarij: vt. ff. de adimen. leg. l. iij. in fi. hodie tamen addunt quidā, quòd pro leui offensa nō retrahat in seruitutē, sed ex certis causis expresis: in aut. vt li. decæ. §. illud. col. vj. Sed nos dicimus contra: arg. eiusdē. §. in prin. & dictū. §. intellige qñ remisit ius patronatus. nam & adhuc reuocat: vt. s. de bo. lib. l. si §. reuerentia.

Legatū nō reuocatur ex leui culpa legatarij.

k ¶ Sub imperio.] i. dominio. sed cōtra. s. tit. proxi. l. si manumissori. vbi dicitur quòd præses puinciæ ipsum coercebit. Dicas quòd in arbitrio patroni est vtrū præsidi velit ostendere vel non.

l ¶ Ditioneque.] id est iurisdictione.

m ¶ Si in iudicio.] s. ordinario.

n ¶ Pedaneos.] s. delegatos. Et sic est cōtra. s. de peda. iud. l. placet. j. in fi. Sol. ibi dubius erat status. hîc autem certus: sed reuocatur in alium.

o ¶ Exorta.] aliàs exerta, id est aliàs exempta. aliàs exercita, id est à patrono proposita.

p ¶ Filijs.] sed nonne partus sequitur ventrē, & sufficit medio tempore liberam matrem habuisse vt instit. de inge. §. j. in fi. ergo filij, qui aliquando liberi fuerint serui fieri non possunt. propter hoc dic, manumissus vel manumissa, quod qñque fit: vt. ff. de verb. signi. l. j. Vel dic, quòd lex ista loquitur de seruis murilegulis: qui sequunt conditionē patris. vt. j. de murileg. l. vlti. lib. xj.

q ¶ Nati.] s. ex ancilla manumissā, quæ ex ingratitudine fuit reuocata sub audi & concepti. sic. ff. de vsu. sequit. §. de illo & ff. de pig. l. Paul. §. j. nā ante concepti, pro natis, habentur: vt. ff. de sta. ho. l. q in vtero. Et nota hîc argumentum quòd si vasallus cōmisit feloniam: filijs primò natis feudū non aufertur. Vel generalius nota regulā: delictum patris filijs nō nocet: vt. j. de lib. cau. l. fin. §. j. &. ff. de pęn. l. iij. & l. crimen. &. ff. de in ius voc. l. adoptiuum. §. fin. & in decre. j. q. iiij. capi. j. & xxiiij. qō. iij. c. j. & distinct. lvj. per totum. ADDITIO. Tu distinguas breuiter in quæstione illa, quam facit glossa ista de feudo ex mēte Barto. in. l. iij. ff. de interdic. & relegatis. quia aut cōmittit pater aliquod delictū, propter quod debet directo feudo priuari: vt quia delinquit contra dominū vel aliquid facit contra cōuētionē feudi: tūc delictū patris nocet filio: vt in. c. j. in ti. si vasal. feud. pri. cuide. Aut cōmittit aliud delictum, propter quod scilicet non debet principaliter feudo priuari sed consequenter cadit ab illo: vt quia non delinquit cōtra dominum. vel contra promissiones factas in feudo: tunc aut tale feudum debet transire ad filium ex persona patris tanquā ad patris successorem: & hoc casu filius priuatur illo feudo. Aut transit ad eū suo iure: vt quia filius, nō qa hæres & successor: & tunc sibi illud retinet: vt probatur in. d. l. iij. ff. de interdi. & releg. Vide etiam Abba. in. c. fi. extra de feudis.

Feudum an auferatur filijs iam natis propter delictū patris.

r ¶ Seruituris.] i. seruis futuris. si tñ ex ancilla huius patroni sint nati. Vel dic etiam ex aliena muliere vt liberta vel serua. si tñ filij necesse habeant seq condictionem patris: vt in casibus: vt. j. de murilegu. l. fi. lib. xj. &. s. de ser. fugi. l. fi. Et sic non est contra. s. de rei vendi. l. partum. Vel resolue in principio huius legis masculinum in fœmininum: vt aliàs. ff. de vsur. l. equis. Et dic seruituris, scilicet patrono.

s ¶ Ortos.] vel conceptos, vt modò dixi: sua verò delicta nocerent eis: vt. j. eo. l. finali.

t ¶ Illi.] liberti reuocati in seruitutem.

v ¶ In nostro.] id est coram nobis.

x ¶ Vindicta.] id est causa cognita.

y ¶ Coerctionem.] id est reuocationem in seruitutem.

z ¶ Ciuitas.] id est libertas.

a ¶ Patronus.] quondam nunc dominus. vnde Virgilius, Facilis descēsus Auerni. Noctes atque dies patet atri ianua Ditis. Sed reuocare gradum superasque euadere ad auras: Hoc opus, hic labor est. Vt autem scias ex quibus causis fiat reuocatio, dic aut ex voluntate manumittitur, aut ex necessitate. Primo casu si est ingratus: vt quia non præstat obsequium: non reuocatur: vt infrà de li. causa. l. solo. nisi opportunum erat, vt circa alimenta: vt. ff. de libe. agno. l. alimenta. §. imperatores. comminari tamen potest: vt. ff. de iure patro. l. ingratus. Si autem est ingratus, quia iniuriam facit patrono: etiam propter leuem culpam reuocatur in seruitutem: vt hac. l. nisi patronus remiserit ius patronatus: vt in authē. vt lib. decæ. §. illud. colla. vj. nā tūc propter graues offensas reuocatur nō propter leues. Secūdo qñ scilicet ex necessitate, tūc eadē fit distinctio: sed nō eadē pœne impositio, nam si non præstat obsequiū, primo cōminatur ei prætor: secundo extra ordinem correctionem imponit: si non prodest comminatio à prætore facta. sed si facit iniuriam, si quidem ad verba: damnatur in exilium. si ad factum, damnatur in metallum: vt. ff. de iure patro. l. j.

Virgilius.

Libert' ex quibus causis in seruitutem reuocatur.

b ¶ Precibus.] s. Imperatori.

Liberti.] ACCVRS. Non magis audietur libertus contra filium patroni, si eum sine venia in ius vocauerit, quã contra patronum: cui si ingratus extiterit, dabitur ei actio: id est officium iudicis propter ingratitudinem, vt in seruitutem reuocetur. Vel sic: Quæritur vtrum libertus debeat reuerentiam & obsequiũ filijs patroni? Rñ. q sic. eodẽ modo sicut & patronus: quibus si fuerint ingrati, reuocari possunt in serui tutem.

a ❡ Modo.] id est solũ modo.

b ❡ Audiantur.] sine venia.

c ❡ Hæredibus.] etiã extraneis: vt. s. de in ius vo can. l. ij.

d ❡ Quibus.] s. hæredibus etiam extraneis secũ dũ Placẽ. Sed tu restringe hoc tñ ad filios, qui reuocãt. non aũt extraneus heres, vel etiam suus, vltra filium: vt. s. e. l. j. & in aut. vt lib. decæ. §. illud. colla. vj. & ff. de verb. signi. l. si ẽ dũ. §. item in lege.

e ❡ Ingrati.] si habes in gratis, subaudi. s. existentibus libertis. si habes ingrati actio, secũdũ quosdã: di cas q est propriũ actionis nomẽ, quia sit reuocatio. Alij dicũt vtile rei vendicatione: & eã appellant actionẽ ingrati. i. propter ingratitudinẽ. arg.] de reuoc. donat. his solis. & . ff. de donat. causa mortis. l. si mortis cã res. Tu dic dari officium iudicis: vt. s. e. l. j. & dices hic actio ingrati. i. propter ingratitudinẽ officio iudicis & c. & facit ad legem illam. s. de oper. lib. l. qui manumittuntur. & ff. de in ius voc. l. quique. & l. si libertus. q reuocatio etiam per procuratorem fieri potest: vt ff. de obseq. l. per procuratorem.

f ❡ Illi.] s. liberti.

Libertinæ.] ACCVRS. Si liberti vel eorũ liberi militiã consecuti fuerint: non propter hoc minus in seruitutem reuocabuntur, si ingrati extiterint.

g ❡ Similitantes.] s. id est quauis.

h ❡ Reducentur.] sic ergo no. q licet filij liberti sint ingenui, tamen pręstant reuerẽtiam, licet nõ tãtã sicut pater: vt. ff. de in iur. l. nõ solũ. §. quãquam in fi §. & ppter proprium delictũ in seruitutem reuocantur: vt hic nõ patris: vt. s. eod. l. ij. & est etiã pro hoc ipsa rubrica: quia frustra diceret, & eorũ liberis. cũ sufficeret de libertis: vt arg. ff. de leg. j. l. si qs in prin. Item facit: quia sicut etiam non patrono da tur reuerentia propter patronum: vt filijs patroni viuente patre & vxore, vt s. de ope. liber. l. penul. ita & non libertus præstet obsequiũ propter libertum, vt hic. Nec obstat ff. de obse. liber. l. hæres. vbi dicit quòd hæres liberti habet iura extranei hominis: q illud intellige in hærede extraneo. Vel veri* ibi post mortem liberti. hic autem loquitur eo viuente. Alij dicunt tales filios non reuocari per dictum. l. hæres. & hic intelligunt filij, scilicet cum patribus manumissi.

† Per istũ tex. dicit Petrus ra. in di ctis suis extrauaganti bus, mextrauag. vo lo tibi dicere dictas lau des ferĩorũ valere cõsequentiam est ferũs: ergo nequam.

Liberti filij qui ingenui sunt, an pro pter suam ingratitudi nem in seruitutem redigantur.

❡ Reuerentia debetur etiam hæredibus extraneis: & eis competit officium iudicis pro ingratitudine arcenda. h. d. Bal. Vel sic: Reuerentia debetur filijs & hæredibus patroni, qui habent etiam ius in seruitutem reuocandi. h. d. Sali.

Impp. Honor. & Theod. AA. ad Senatum.

LEX III.

Liberti non modò [a] aduersus patronos non audiantur [b], verũetiam eandem quam patronis ipsis debent reuerentiam, præstẽt hæredibus [c] patronorũ: quibus [d] ingrati [e] actio, sicut ipsis manumissoribus, deferetur, si illi [f] datæ sibi libertatis immemores, nequitiam † receperint seruilis ingenij. D. vij. Id. Aug. Rauẽnæ, Mariniano & Asclepiodoto Conss.

❡ Ingenuus liberti filius propter ingratitudinem viuente patre commissam, potest reuocari in seruitutem: & hoc operatur conditio patris. quod not. Sali.

Impp. Honor. & Theod. AA. Basso præfecto prętorio.

LEX IIII.

Libertinæ cõditionis homines vel eorum filij, etiam si militã tes [g] docebuntur, ingrati, ad serui tutis nexum procul dubio reducẽ tur [h]. D. Cal. April. Rauennæ, Theodosio. xj. & Valẽtiano AA. Conss.

TITVLVS VIII.

De iure aureorum annulorum, & de natalibus restituendis.

❡ Ciuitas nõ potest quem natalibus restituere. h. d. Bal. Vel sic: Ius aureorum annulorum & restitutio natalium à solo principe conceditur, non ab ordine decurionum. h. d. Salicetus.

Impp. Diocl. & Maximian. AA. Philadelpho.

LEX I.

Natales [i] antiquos, & ius ingenuitatis non ordo præstare decurionum, sed à nobis [k] peti potuit. Dat. xv. Cal. April. Rauẽnæ, ipsis AA. & Conss.

❡ Ius aureorum annulorum non est uera restitutio natalium: sed habet similitudinem eius. h. d. Bald. Vel sic: Natalibus efficiuntur ingenui, nõ qui ius annulorum aureorum tantum sunt asse= cuti. h. d. Sali.

Idem AA. & CC. Eumeni.

LEX II.

Aureorum vsus annulorum beneficio principali tributus [l], libertinitatis quoad viuunt imaginem [m], non statum ingenuitatis [n] pstat. ❡ Natalibus aũt antiquis restituti liberti ĩgenui nostro constituuntur beneficio. D. xiij. Cal. ✶ Sirmij. CC. Conss.

In authen. vt libertide cętero. §. j. &. §. illud. colla. vj. const. vj.

❡ Hodie sola manumissione quilibet libertus cõ sequitur ius aureorum annulorum. hoc dicit. Salicetus.

Sed hodie quia manumittẽtes seruos suos ciues denunciant Romanos: (nõ enim [o] aliter licet) ex ipsa manumissione, aureorum annulorum & regenerationis [p] ius habẽt: vt sint quidem liberi & ingenui, sed iure patronatus illæso [q].

TITVLVS IX.

Qui admitti ad bonorum possessionem possunt: & intra quod tempus.

❡ Filius ignorante patre potest bonorum possessionem sibi debitam petere, quæ patri ratum habenti quæritur, & cursu temporis non petita perditur. h. d. Sali. Vel sic: Bonorum possessio delata filio, quam patre ignorante intra tempus debitum petere neglexit, perditur: quia etiam ignorante patre eam petere poterat. licet patri antequàm ratus haberet, non acquiratur. hoc. d. Alexand. Vel sic: Negligentia filij in bonorum possessione petenda, præiudicat patri. h. d.

Continuatio.

❡ DE IVRE AVREORVM ANNVLORVM &c. ❡ Quia per restitutionem natalium, & per ius aureorum annulorum perditur iura præ dicta patronum, ideo de his dicit.

Natales.] ACCVRS. Si libertus tuus te consentiente in genuitatem, quã quilibet ex prima natura consecutus est, impetrare voluerit: à quo sit impetranda, quæritur? Rñ. q nõ à decurionibus, sed à principe.

i ❡ Natales antiquos.] id est in quibus omnes homines nati sunt liberi & ingenui, de iure naturali: vt institutio. de iure natu. §. ius autem gentium: nõ seruitutis, in qua seruitute natus fuit iste, qui petijt natalibus antiquis restitui: vt ff. de nata. resti. l. ij.

k ❡ A nobis.] & hoc consentiente patrono: vt. ff. de nata. rest. l. j. si. sed ad vtilitatem petentis sunt: vt habeat ingenuũ tutorem vel curatorẽ. & ad onus, vt nõ excuset se à tutela ingenui: vt. ff. de excu. s. tu. l. cũ ex oratione.

Aureorum.] ACCVRS. Si qs ius aureorũ annulorũ à principe impetrauerit: an plenam, an semiplenam ingenuitatẽ consequatur, quæritur? Rñ. q semiplenæ: quia in vita sua erit ingenuus, quo ad hoc vt matrimoniũ cũ filia senatoris contrahære posset: vel quo ad honorẽ. minor autem habebitur vt libertus quia succedit ei per cõtra tabu. sec* autem si ad na taliũ restitutionem impetrauerit: quia plenã cõsequitur. ergo ius est aureorũ annulorũ secũdũ quosdam, quãdo princeps cõcedit liberto vt portet aureum annulum in digito nec aliter libertis licebit. vel dic vt dixi q erat ingenu*, dũ vixit & c. Ergo ius aureorum annulorum signum semiplenæ ingenuitatis & libertinitatis præteritæ.

l ❡ Tributus.] hoc est, quia olim liberti annulos ferre nõ poterãt: quod nõ puto. Sed dic q concedebatur à principe hoc priuilegiũ, ita quòd necesse habebant portare insignum semiplenæ non plenæ ingenuitatis, & præteritæ libertinitatis: vt hic. viuebant enim vt ingenui quantum ad matrimonia contrahenda & honores. moriebãtur autẽ vt liberi: quia patronus habet cõtra tabulas: vt. ff. de bo. liber. l. etiam. in princ. Et qđ dixi haberi pro ingenuo, verũ est quantum ad cõmoda: non incommoda. vnde participat legato libertis relicto: vt. ff. de condi. & demon. l. falsa. §. j. & ff. de iur. aureo. annu. l. j.

m ❡ Imaginẽm.] mirabiliter posuit imaginem nam licet viuus pro ingenuo reputetur: tamẽ quia defert annulos, repræsentetur imago præteritæ libertinitatis, secundum Ioan.

n ❡ Ingenuitatis.] s. plenæ: quia sic etiã post mortẽ duraret, quod nõ est: vt. s. proxi. no. In casu etiã in vita non habentur pro ingenuis, scilicet quo ad tormenta: vt. ff. ad Syl. l. idẽ que erit. quæ est arg. contra.

❡ SEQVITVR AVTHEN. Sed hodie. quæ est in authen. vt li. decætero §. j. & §. illud. colla. vj. quam hic lege.

o Sed hodie.] Non enim interpositio est.

p ❡ Regenerationis.] nã quasi modò sit renatus. i. iterũ natus in ingenuitate. ita est ingenuus: vt hic, & ff. de nata. resti. l. ij.

q ❡ Illæso.] quo ad patronum, non quo ad alios.

❡ QVI ADMITTI AD BONORVM POSSESSI. &c. ❡ Occasione bonorum possessionis, quæ datur in bonis libertorum, ponit generaliter [a] de omnibus bonorum possessionibus. Et dic quòd hic titulus est generalis ad sequentes vsque ad titulum de repu. bonorum poss. Item dic [b] quòd bonorũ possessio. est ius prosequendi retinendiq; patrimonij: siue rei, quæ cuiusque cum is moritur fuerit: vt. ff. eo. l. ij. §. bonorum. Et intellige ius propter quod prosequimur [c], non quo ad differentiam bonorum posse. hæred. peti. item: prætorium, non ciuile [d] ad differentiam hæreditatis peti. Et not. hic quæ dixi insti. eo. in fine. Accursius.

a Istã continuationẽ sequit Cy. Bal. S. Cor. & Ia. & est de mẽte a. liorũ scribẽtium.
d Idẽ Bar. & Ia.
c Sequitur Bal. Sali. Alex. & Ias.
d Placet Bal. S. sed ei splicet Ale.

Bonorum.] CASVS. Filio meo in potestate mea constituto delata est bono. posses. in bonis matris, vel alicuius alterius ex parte matris ex testo, vel ab intestato me ignorante: vltra tempus centũ dierũ eã nõ petij. i. non agnouit: an amissa sit qrit? R. q sic cũ etiã ignorante me potuit petijsse, id est agnouisse, & mihi ratũ habẽti emolumentũ acquisiuisse.

a ¶ Bonorum posses sio.] s. vnde legitimi, ga ex Orficiano matri succes ro fit ab intestato: vt. ff. vnde legitimi. l. ij. §. fin. & l. iij. & j. ad Orficia. l. j. Vel dic quælibet alia ei delata, vt secundũ tabulas, vel vnde cognati, vel quacunque ex cã aduentitia.

a Vtraque bona. Cy. bar. bal. Sa. cor. Ale. & Ias.

ADDITIO. Quia visũ q pater viuebat, non poterat esse pro-20 fectitia. secundum Iodo.

Anni.

b ¶ Delata.] in bonis maternis q vocatur legitima.

c ¶ Ignorante.] imo vi detur q non eo ignorāte: & sic nõ amittat: quia nõ currit ei alias pscriptio: vt j. de anna. excep. l. j. in fi. q est cõtra. Sol. perdit tran-30 sacto tẽpore. s. ex quo filius petere potuit cõputã do. Sed hæc solutio nõ est ad primũ punctũ ignorã tiæ b. Vel dic q si patrem certiorare potuit, & nõ fecit: tũc obtinet qd hic dicit. Si verò nõ potuit, vel si certiorauit, nec ille habuit ratũ: tunc nõ currit: vt. ff. 40 quis or. in bon. posset. fi. §. j. Vel hęc, in acquirendis illa, in acquisitis. arg. j. de acquiren. posses. l. fin. Vel verius c hic extraordinariẽ permittit. s. iudicis officio peti decretalem, illa vero iure actionis agere: vt argu. ff. de ali. & cib. leg. l. seruos. Duæ d vltimæ ve-50 riores sunt, & his etiam duobus modis vltimis solui tur s. de pact. l. filius. Sed hodie inuito & ignorante vt modo notaui. imò etiã hodie debet cõsentire pater j. de bonis quæ libe. l. fi. §. j. sed ibi agit: hic officium implorat e. quod potest etiam seruus: vt. ff. eo. 60 l. seruus.

b I. est nõ satisfit textui inuenti præscriptio nẽ currere ignorãtepa tre. Iodo.

c Istã tenẽt Cy. bart. b. P. Sal. Cor. Alex. & Ia.

d Imo sola vltima secũ dũ pdictos scribentes.

e Quo casu no. q filius potest implorare offi ciũ iudicis sine consen su paterno. qd intellige dũmõ act nõ expedia tur in figura iudicij. Io.

f Gl. placet bar. Sal. Ange. Fulg. A lex. & Ias. displicet tñ bal. & Pau.

g Sequitur eã bar. bal. Fulg. & Sa. & Alex. licet Ang. & Ia. teneant cõtrarium.

h Placet bal. S. Cor. & Ias.

i Idẽ Sal. & est de mente aliorum.

k Idẽ bar. Sal. P. Ale. & Ias.

l In quibus profectitijs nihil p iura moderna ẽ innouatũ. & ad hoc al legatur ista gl quẽ placet bar. bal. & docto.

m Idẽ bar. b. S. & Cor.

n Placet bar. bal. Sa. Cor. Alex. & Ia.

d ¶ Emolumentum.] olim in totum: hodie quã tum ad vsufructum: vt insti. per quas perso. no. ac qui. §. j.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Macrinæ.

LEX I.

Bonorum[a] possessio filiofamiliãs delata[b], cũ ignorante[c] quo que patre possit peti, emolumentum[d] etiam patri allatura, si ratam[e] petitionem pater habuerit, amittitur transacto[f] tempore * Sine die & consule.

¶ *Bonorũ possessio habet tempus à iure limitatum. hoc dicit. Bald. Vel sic: Bonorum possessio ei, qui non est de liberis delata, intra centum dies peti debet. h. d. Sali. Vel sic: Bonorum possessio quæ defertur transuersalibus, intra centum dies debet peti. Alex.*

Idem AA. Crispino.

LEX II.

Si bonorum possessio tibi duntaxat[g] cõpetit proximitatis[h] nomine habuisti spatium centum dierũ vtilium, ex quo eum defunctum scisti, ad bonorum possessio nem amplectendam. D. iij. Non. Nouemb. Geta Cons.

¶ *Bonorum possessio per tutorem nomine infantis agnita, etiã perfectè acquiritur: & ideo ad eius hæredem transmittitur. Alexan.*

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. Crescentio.

LEX III.

Infantis nomine agnitam[i] bonorum possessionem, & antequàm loqueretur: diem functi, recte competere[k], nulla dubitatio est. S. Cal. Ianuar. Maximo. ij. & Aquilino Cons.

¶ *Emancipati debent intra annum agnoscere bonorum possessionem. Vnde liberi: alias ipsi & eorum successores sunt exclusi. hoc dicit. Salic. Vel sic: Bonorum possessio etiam liberis competens, si non fuerit petita non transmittitur ad hæredes. h. d. Alex.*

Idem AA. & CC. Marcello.

LEX IIII.

e ¶ Ratam.] expressè vel tacitè f etiam secundum Azo. vt. s. de peti. hæ. l. si filius. & ff. de bo. poss. l. fi. & de acquire. hæred. l. qui in aliena. sed dodie pot petere patre inuito: vt et. j. de bo. quę li. l. fi. §. fin autẽ patre recusante. ergo eo ignorante g: vt. ff. de reg. iur. l. qui pot. sed tamen ratihabitio acquiret ei vsum 70 fructum adhuc, vt hic.

f ¶ Transacto tempore.] scilicet anni ex quocunque capite filius petat h: vt. ff. de suc. edic. l. j. §. sed videndũ. & §. largius. & §. vlti. in fin. & ff. quis ordo in bonorum possess. ser. l. penultima. §. fin. Sed quid si defertur extraneo? Habet centum dies vtiles i: vt. j. l. proxima. Sed quando incipit currere? Respõ de, ex quo filius sciuit sibi dalatã: vt. ff. de iur. & fac. ignorat. l. j. & patrem potuit certiorare: vt. ff. quis ordo in bonorũ possess. ser. l. fi. in prin. quod vlti. nõ placet k, nisi iure antiquo, quo acquirebantur omnia patri. hodie nõ: nisi cõ templatione patris instituerentur: quo casu in profectitio computatur l: vt. ff. de vulgar. substitutio. l. sed si plures. § in arrogato. sed in aduentitio, & inuito, 80 & ignorante petit: vt modò diximus. Sed quæ est bonorum possessio, quæ amittitur? Respondeo. m non decretalis: quia non est delata, sed edictalis, & spes habendæ decretalis: vt. ff. de suc. edi. l. prima. §. decretalis. & §. qui semel. Item quare petitur bonorum possessio, non præcedẽte iussu: sed hæreditas nõ aditur, nisi præcedente iussu: vt. ff. de acquirenda hæreditate. l. si quis mihi bona fide. §. iussum? Respond. n hæreditatis aditio est de iure ciuili, secundum quod introducta est patria potestas: vt insti. de pa. pote. §. eius autem. at bonorum possessio est de iure prætorio, secundum quod non curatur patria potestas: vt insti. de hære. quæ ab intesta. §. emancipati.

Si bonorum.] CASVS. Si alicui delata est bo. posses. in bonis alicuius cõsanguinei sui collateralis, quanto tempore licet ei eam agnoscere intra quod si agnita nõ fuerit, decætero est amissa, quæritur? Respondetur q intra centum dies.

Emancipata si non agnouit[l] intra annum Vnde liberi bonorum possessionem: nullam[m] ad hæredes vendicationem successionis transmittere potuit. D. iij. Calend. Maij. Heracliæ. CC. Cons.

¶ *Ignorans non potest agnoscere: nec labitur ei tẽpus. h. d. Bal. Vel sic: Ei, cui certius non est, an ex testamento, uel ab intestato bonorum possessio deferatur, uel ex quo capite succedere debeat: non currit tempus bonorum possessionis. h. d. Alex.*

Idem AA. & CC. Maximo.

LEX V.

Quamdiu per facti[n] quæstionem incertum est, vtrúmne secundum tabulas, an ab intestato & ex quo capite[o] possessio sit delata: ne tibi tempus agnoscendæ bonorum possessiõis præfinitum cedat, superstitiosam geris sollicitudinem.

¶ *Ignorantia iuris non prodest mulieri intra tempus legitimum bonorum possessionem non agnoscenti. hoc dicit Sali. Vel sic: In lucris, ignorantia iuris mulieri non prodest. h. d. Alexan.*

Idem AA. & CC. Frõtinæ.

LEX VI.

Iuris ignoratiam nec mulieribus prodesse in edicti perpetui cursu[p] de agnoscẽda bonorũ[q] possessione, manifestũ est[r]. D. iij. Calen. Maij, Sirmij Cæsaribus Con.

¶ *Tutor solus potest agnoscere bonorum possessionem pupupillo delatam: nec econtra potest solus pupillus agnoscere sine tutore, nisi iudex ex certa scientia defectum tutoris supleat. h. d. Bal. Sali. & Alexan.*

P ars epistolæ Constantij & Maximiani augustorum, & Seueri & Maximiani nobilissimorum Cæsarum.

LEX VII.

g ¶ Duntaxat.] si enim esset de liberis, etiã si alio capite veniat quã per Vnde liberi, habet annum. 10 vt. ff. qs or. in bo. posser. l. penul. & de successedic. l. j. §. largius.

h ¶ Proximitatis.] id est consanguinitatis transuersalis.

Infantis.] CASVS. Infanti delata est bo. po. & ei tutor noie suo petijt, & antequã fari 20 posisit, & ita factũ tutoris ratum habere: decessit. ad quẽ ea deueniat. quærit? Huic quæstioni non r̃ndetur. Tu dic ad successores defuncti: vel verius ad suos.

i ¶ Agnitam.] s. per tutorẽ p: vt. j. eo. l. bonorũ.

k ¶ Competere.] s. 30 iij q successori defuncti, quasi nec fuerit delata in fanti: vt argumentũ. s. de curato. furio l. inna. §. sin autem in furore. & ff. de successio. edict. l. j. §. furio si r. Argu. contra. ff. de acq ren. hære. Antistius. §. fi. Vel dic s successori ipsius infantis, cũ rectè sit ei pe-40 tita: vt argu. ff. e. l. tutor. & l. si pupillo. & j. de iure delibera. l. si infanti. §. parente. & j. de bonorũ possess. cõtra tabul. l. j. in fi. Sed ego v dico et iure veteri est se legẽ expressam, vt hæreditas infantĩ deferat: vt. ff. ad tertu. l. ij. §. sed si infanti.

50 Emancipata.] CASVS. Filia emancipatus non vocabit ad successione patris per l. xij. tabu. sed per prætorẽ si ergo filię emãcipatæ delata est bonorũ posses. in bonis patris, & eã intra annũ nõ agnouit: nec ad suos successores trãsmitti.

l ¶ Agnouit.] petendo decretalẽ, siue ex certa scientia, siue errore iuris: vt. j. eo. l. iuris x.

m ¶ Nullam.] nã bonorũ possessione quis non trãsmittit y: vt. ff. eo. l. iij. §. acquirere. nisi in casu z: vt. ff. de bono. possess. contra tabu. illud. §. fi. & l. sed & si decesserit. sed de iure ciuili trãsmissio fit ad suos a vt. j. de ijs, qui ante apertas tabu. l. j. b non ad alios: vt. j. de cadu. tol. §. in nouissimo.

70 Quamdiu.] CASVS. Delata est bonorũ possess. alicui in bonis cuiusdã, de quo quæstio est, decessit testat an intestat, & ita ignorat cõpetat bonorũ pos. aut non. nunquid currit ei tẽpus statutũ ad petendũ bonorũ pos. quæritur? R̃ndetur q non, quia errat in facto. secus si sciret se esse proximiorem: sed ignorat sibi posse deferri bonorum poss. & sic errat in iure nec excusatur: vt. s. de iur. & fact. igno. l. emancipata.

n ¶ Per facti.] quia alius opposuit dicendo se proximiorem, vel se institutum.

o ¶ Capite.] agnationis vel cognationis. & facit. j. de secũ. tab. l. j.

Vris.] CASVS. Alicui mulieri delata est bo. pos. quæ ignorat sibi tẽpus statutũ currere: & sic ignorantia non petijt bonorum possess. nec agno 80 uit. elapso tẽpore credit se posse petere, & sic ignorat ius. nunquid sibi præiu dicat? Respon. quod sic.

p ¶ Cursu.] s. anni, vel centum dierum, quo minus scilicet currat.

q ¶ Bonorum possessione.] mulieri delata.

r ¶ Manifestum est.] vt. ff. de iur. & facti igno. l. j. sed facti, si c: vt. s. l. proxi. sed iuris, distingue si potuit consulere petiores d: vt. ff. eo. l. in bonorum. & qui o r. in bonorum pos. ser. l. j. §. fi. & facit. s. de iur. & fact. igno. l. si emancipata.

o Idẽ Sali. P. Alex. & Ias. & est de mente bart. & bal.

p Etiã per quẽcũque alium iudice volente. Imo. & Alex.

q Istã opi. displicet Sali.

r Illa iura loquuntur furioso. hic loquitur in infante. b. Sal. P. Alex. & Ia.

s Ibi loquitur quando furiosus est hæres per alios: vt pu. ta per seruũ vel suus est necessarius. Alex. Sal. & Ia. & est de mẽte aliorum.

t Idẽ bart. & Ias.

v Et bene Sa. Alex. & Ias.

x Idẽ Pau. & est de mẽte aliorum.

y Hoc verũ quando post tẽps finitũ ad petendam bonorũ possessione. bar. Salic. & est de mẽte aliorũ.

z Idẽ Roger. P. Alex. & Ias.

a Idẽ est pro priot. Ias.

b Illa l. nõ loquitur de trãsmissione quæ fit iure suitatis: sed ex cõstitutione Theodosiana. Iodo. & doct.

c Quęigno rantia regu lariter eũ excludit. b. Alex. & Ia.

d Idẽ bart. Sal. P. Alex & Ia. & intellige si in propinquo fuit. alias secus. Alex. & est de mente aliorum.

B Onorum.] CASVS. Si pupillo delata fuerit bono. possess. an tutor eã agnoscere possit, quæritũ? Rñ. ꝙ sic: sed an pupillus sine tutoris authoritate? Rñ. ꝙ non nisi ei tutorem non habenti, vel negligentem habere iudex eam ei decreuerit: quo casu emolumentum sibi acquirit.

a ¶ Possessionem.] pupillo delatam.

B Onorum quidem possessionem[a], pupilli nomine agnoscere[b] tutorem potuisse, apertè declaratur. ipse autẽ pupillus bonorum possessionem sine tutoris authoritate amplecti non potest, nisi etiam impuberi sine tutoris authoritate hoc postulãti sciẽs,[c] hoc competens iudex dederit bonorum possessionem. tunc enim emolumentum successionis videtur ei prætorio iure quæsitũ esse. vj. Id Septembr. Constantio & Maximiano Cons.

¶ *Rusticitas, ignorantia facti, & alia iusta ratio, impediunt currere tempus præfixum ad bonorum possessionem agnoscendam. h. d. secundum primam lectu. uel secundum aliam. Non uitiatur petitio bonorum possessionis, licet fuerit petita iudice non sedente pro tribunali, uel fuerit defectus solennitatis uerborum. hoc dicit. Alexander.*

Imperator Constantinus A. ad Dionysium.

LEX VIII.

Q Vicunque res ex parentum, vel proximorum successione iure sibi competere confidit: sciat sibi non obesse, si per rusticitatem[d], vel ignorantiam facti, vel absentiam, vel quamcunque aliam rationem[e] intra præfinitum tempus bonorum possessionem minimè petisse noscatur: qm̃ hæc sanctio[f] huiusmodi consuetudinis necessitatem mutauit. D. prid. Id. Mart. Heliopoli, Cõstantio A. & Constante Cæs. Cons.

¶ *Hodie sufficit bonorum possessionis agnitio facta coram iudice sine eius decreti interpositione: dummodo agnoscatur intra legitimum tempus, quod currit secundo statim cùm excluditur primus: & agnitio secundi intra tempus primi nondum exclusi, non præiudicat illi. h. d. secundum Sali. Vel sic: Sicut exclusa est uerborum inanium solennitas per titulum suprà de*

b ¶ Agnoscere.] etiã sine cõsensu pupilli: quod tunc est verũ si consentire nequeat[a], puta si sit infans: vt. j. de iure deli. l. si infanti. quod si intelligere valeat, oportet eius cõsensum interuenire[b]: vt j. de iure delib. l. potuit. & facit. s. eo. infantis. & ff. eo. l. tutor. ADDITIO. Nihil est: quia illa iura loquũtur in aditione. Cy. Bar. P. & Sa.

c ¶ Sciens.] s. eũ non habere tutorẽ, & etiã impuberẽ esse &c. sic & ff. e. l. si seruus. in prin. & j. de iure delibe. l. si infanti. in fine. l. & ff. de offic. l. præto. Barbari⁹. §. sed & si scisset. Et nota hîc iudicẽ secundũ conscientiã[c] suã debere posse iudicare. Item videt huic. l. contra. institu. de authori. tuto. §. neque. Sed intellige[d] illud nisi cõpetens iudex &c. vt hîc habet. facit enim tantũ hic authoritas[e] iudicis, quantũ aliàs tutoris. sic. ff. de minori. l. ait prætor. §. quid tamen.

Q Vicunque.] CASVS. Olim non per quælibet verba petebatur bo. pos. alicui delata in bonis agnatorum indistinctè: sed verba solẽnia proponebãtur vt à syllaba cadens, à causa caderet, an istud hodie obseruetur, quæritur? Rñ. ꝙ non: sed sufficit quõ velit suã voluntatem declarare.

d ¶ Rusticitatem.] id est iuris ignorantiam.

e ¶ Aliam rationẽ.] iustã. si ergo non petijt intra tẽpus statutũ per ignorantiã facti, nõ obest[f]: vt hîc, & ff. de iur. & fa. igno. l. j. sed ignorantia iuris succurrit[g] rusticitati: vt ff. de iurisdi. om. iudi. l. si quis id §. doli. & de eden. l. j. in fi. & j. de iure delibe. l. fin. in princ. & in fi.[h] Vel dic secundò[i] non petijt, scilicet iudice sedente pro tribunali. hoc enim non est necesse: vt. j. l. proxi. & est ad hoc. ff. eo. l. iij. §. pe. Vel dic[k] tertio non petijt cum solẽnitate verborũ, qua erat olim necesse peti: vt. ff. de orig. iur. l. ij §. omniũ. & ad hunc modum bene supponitur sequens lex.

f ¶ Sanctio.] id est hæc lex.

V T verborum.] CASVS. Tria dicit. Primũ ꝙ antiquę solẽnitates, quæ circa bo. pos. agnoscendam frequentabantur, hodie cessant. Secundò ꝙ qualiscunque protestatio bo. pos. agnoscendę apud iudicẽ pposita hodie sufficit: tempore antiquitus circa petendam bo. pos. statuto obseruãdo. Tertiò dicit ꝙ si primus repudiet ante finem sui temporis: sequens verò negligat petere, seu agnoscere bo. pos. nam si non peteret seu agnosceret, nihilominus tamen statim ei cederet legitimum tempus.

g ¶ Excludimus.] si habes excludimus[l] dic vt suprà de formulis. l. j. & ij. si habes exclusimus, dic vt suprà. l. proxi. secundum vltimum modum.

h ¶ Captiones. id est deceptiones.

i ¶ Testatio.] nec est opus aperire tabulas[m]: vt. ff. de secũ. tabu. l. j. §. sufficit. nec decretũ iudicis exigiť & sic videť ꝙ nõ sit opus hodie bonorũ possessionẽ decretalẽ petere: sed sufficit corã iudice delatã agnoscere[n]: vt. s. de cura. fu. l. fi. §. nos itaq;. arg. tñ cõtra. j. cõi. de suc. l. j. & ff. de excep. l. exceptiões opponũtur, in fi. vbi dicitur cum solẽnitate peti: sed illæ per hanc corrigũtur[o].

k ¶ Properantius exeratur.] id est petatur[p] vel aperiatur[q] via petendi. aliàs exeratur, id est ad bonorum possessionem concurrit. Et dic[r] properantius. i. properanter ante cursum anni idest dicere, si primus repudiet ante suum tempus finitum: sequens autem nolit statim sibi computari tempus: sed finito tempore primi acsi non repudiasset non potest hoc facere, sed statim incipit curreret: vt hîc, & insti eo. §. fi. & ff. de suc. edi. l. j. §. quibus. & arg. ad hoc ff. de acquiren. hære. l. si quis hæres ita scriptus. Item argu. ad hoc. ff. ad legem Iul. de adul. l. si maritus. §. si negauerit. & l. quinquennium. Vel expone[s] secũdò, si intra alienam vicem l. si intra tẽpora primi petat secundus, ei nihil præiudicat: vt. ff. de bo. li. l. si filius qui patri. §. cũ filius. ff. de inoffi. test. l. filio. §. cõtra.

formulis. et per. l. præcedentem: ita excluditur quod non sit necessaria petitio bonorum possessionis decernendæ à iudice: sed sufficiat simplex agnitio coram quocunque iudice facta intra tempora à iure veteri præfixa: quæ tempora currunt secundo statim cùm excluditur primus. et agnitio secundi intra tempus primi nondum exclusi, non nocet primo: nec sibijpsi. h. d. secundum omnem lecturam. Alexan.

Idem A. ad populum.

LEX IX.

V T verborum inanium excludimus[g] captiones[h]: ita hoc obseruari decernimus, vt apud quemlibet iudicem, vel etiã apud duumuiros, qualiscũque testatio[i] amplectendæ hæreditatis ostendatur, statutis prisco iure temporibus coarctanda, eo addito, vt etiã si intra alienam vicem, id est prioris gradus, properantius exeratur[k], nihilominus tamen efficaciam parem quasi suis sit vsa curriculis[l], consequatur. Dat. Calend. Februarij, Laodiceæ. *

l ¶ Curriculis.] currit enim vsque ad annum vel centum dies. & est ad le. istam. j. de leg. l. in legatis.

TITVLVS X.

Quando non petẽtium partes petentibus accrescant.

¶ *In successionibus, non petentium portionibus accrescunt petentibus. h. d. Sali. Vel sic: Quãdo pluribus est debita bonorum possessio. & alter acceptat: alter verò temporis lapsu, uel repudiatione excluditur: portio exclusi accrescit ei qui acceptauit, si ille, qui de iure prætorio à portione sua erat exclusus, non poterat de iure ciuili succedere: & sic per aliam viam portionem illam consequi. h. d. Alexan.*

Imperator Gordianus A. Martanæ.

LEX VNICA.

Q Voties[m] pluribus liberis, cessante legitima successione, bonorum possessio defertur beneficium edicti

¶ QVANDO NON PETENTIVM &c.

¶ *Quia unus ex ijs quibus bonorum possessio defertur quandoque excluditur[t], & accrescit alijs ideo de hoc ponit[v].*

Q Voties.] CASVS. Duobus fratribus emancipatis delata est bono. pos. vn⁹ petit, alius repudiat. vel tẽpore exclusus est. an portio sua alij accrescat, q̃rit? Rñ. qđ sic. Vel sic: Si in bonis testatoris habentis quatuor liberos, eis vnde liberi deferať bo. pos. & duo petãt, & duo repudiant: an repudiãtium portio accrescat petentibus, vel excludanť tẽpore, quęritur? Rñ. ꝙ sic reiecta agnatorũ successione. q. d. quãdiu sunt liberi nõ habẽt locũ agnati. vel pone in liberis petentibus maternam successionem.

m ¶ Quoties.] Casus iste[x] poniť in liberis, qui successionẽ maternæ lineæ non paternæ poterãt vendicare: & sic nulla via amodo admittuntur, accipiant alij vel non. Et ideo dicit cessante legitima successione: quia si lege. xij. tabularũ patrie vel alicui alteri de paterna linea succedere posset, & nolens de iure prætorio admitti p vnde liberi, ipse sibi ex alio capite tãquam agnat⁹ succederet cæteris exclusis: vt ff. de suc. ed. l. j. §. sed videndum. Ita tamen si cæteri essent in remotioribus gradibus[y] quàm ipse, & nullus aliâs est in eo capite vnde iste est exclusus. nam qui erant in eodem capite, eum excludunt si accipiant: cùm ex eo capite, quo quis excluditur, nũquàm admittitur: vt insti. de hæredi. quæ ab intesta. §. admonendi. & ff. vnde cogna. l. legitimis. & octaui. l. Et quod dicit bonorum possessio. scilicet vnde cognati. nam vnde liberi non datur[z] in bonis maternis: vt. j. de suis & legi. hæredi. l. quoties. nec ex lege. xij. tabularum vocantur, sed per prætorem: vt instit. de successio. cogna. in princi. Nec obstat quod dixi. s. tit. j. l. j. competere Vnde legitimi. nam prout vellent[a] admitti ex senatusconsulto Orficiano habent, Vnde legitimi, prout cognati, habent Vnde cognati. & secundum hunc casum & sequentem dic cessante legitima successione: id est in quibus cessat legitima successio. Vel pone secundò[b] in liberis emancipatis, quorum successio non est legitima per legem duodecimi tabularum: vt institutio de successio. cogna. in principio. si ergo fuerunt tempore exclusi, cæteri admittuntur. si autem essent in potestate, & sic esset legitima successio: perpetuò admittuntur[c]: quia sunt sui necessarij hæredes: vt instit. de hæred. quali & differẽ. §. sui. si legitimo iure idest ciuili velint succedere: vt insti. de perpe. & emp. act. in princi. & sic frustra diceret alijs accrescere. Item cum inuiti accipiant, & sic non repudiant: ergo nec tempore excluduntur iure ciuili. sed de iure prætorio[d] secus: vt institu. de hæredi. quali. & differen. §. sui. Vel dic tertiò[e] quòd sic de facto erat quòd cessabat legitima successio. idem tamen & si non cessaret. Vel planius[f] dic quòd legitimam appellat agnatos. Et dic cessante, id est reiecta, donec enim sunt liberi, non babet lo-

lectum gl. Iason.
r Istã gl. sequũtur oẽs scribentes hic dicit tñ Ia. ꝙ nõ cõgruit tex.
s Ista etiã nõ cõgruit textui: ideo dic ꝙ agnita bonorũ possessione per cõstitutum in secũdo gradu ĩtra tẽpora primi antequã primus esset exclusus: ideo exclusõ nõ requiriť alia agnitio secundũ Ias.
t Per lapsũ temporis & per repudiationẽ. Iod.
u Gl. sequitur Cy. & Sal.
x Licet ista casus positio defendatur à P. Ale. Ful. displicet tñ Pet. Cy. Iaco. But. Bar. B. Ang. Cor. & Ia. secundum Iodo.
y Istud est diuinare secundũ scriben hîc.
z Et bene P. Ale. & Ia.
a Ista defẽsio placet Cy. & Bar. displicet tñ Corn. & Ia.
b Sequunť Odo. Cy. Albe. P. & Ias. intelligẽdo generaliter in filijs emancipatis, & in potestate q expresse vel tacitè sunt exclusi ab hæreditate paterna.
c Id est intra spacium xxx. annorũ, sec⁹ post secũdũ Ias. quãuis secũdum Bal. & Ang. sit ista gl. sing. Ia.
d Notabilis gl. secundũ Bart. P. Alex. & Ia. cõtra Bald.
e Reprobatur Cy. Bar. Sali. P. Ale. & Ias. est tñ singularis secundũ vnũ effectũ ꝙ ex verbis narratiuis facti nõ est licitũ arguere. Ludo. de Ro. ĩ auth. similiter. j. ad leg. Fal.
f Sequũtur Cyn. Bart. Ang. & Ale.

cum vnde agnati:vt.j.vnde liberi.l.ex testã.& instit.de hære.quæ ab intest. §.admonendi.& hunc versum cessante &c.po nenisi.

a ❡ Perpetui.] id est generalis,quo duo permittebantur.s. petere, & intra annum petere.

b ❡ Omittentibus.] s.repudiãdo vel tacẽdo.vt.ff.eo.l.iij.in fi.& l.sequẽti.

c ❡ Accrescere.] s.cdan ipso iure vt nõ habeat ne cesse plus petere: an verò petet,sicut ille erat petitu rus in cuius locũ succe-dũt?Rñ.[a] distingue.si eñ eodẽ iure admittebantur: ipso iure accrescit.si diuer so,tunc secus:vt.ff. de bo. possef.l.sed cũ patrono.in prin.Itẽ nũquid inter hæ redes de iure ciuili accre-scit?Rñ[b],vt.j.de cadu.tol. §.his ita.&.ff.ad Tert.l .j. §.si nemo.& eodẽ modo vt non sit necesse iterũ adire,si eodẽ iure admit-tebanf.nisi in casu[c] qñ ser uus meus pro parte purè, & pro parte sub cõditio-ne fuit institutus.& iussu meo statim ex pura insti-tutiõe adijt.nã iterũ opor tebit adire[d] existente cõ ditiõe:vt.ff.de acquirẽda hæredita.l.si solus.§. fina. Itẽ pro qua parte accrescit singulis?Rñ.[e] pro ea, pro qua in prima admitteban tur:vt.j.de impube.& alijs substitu.l.j.Item nunquid etiam inuitis?Rñ.sic.ar.ff. de acquiren.hære.l. cũ hæ reditate[f].&.j.de cadu.tol 40 len.l.j.§.his ita.in princi. §.& facit.ff.de suis et legi. l.si ex pluribus.& ff.de bo no.possef.l.ei qui admisit &.ff.de inoffi.testa.l.si pro ponas.§.si.&.j.de iure de-libe.l.quidam[g].

❡ DE BONORVM possessione &c. ❡ Suprà dixit de bonorum possessio 50 ne in genere: nunc po-nit[h] in specie.

a Idẽ Bart. Pau.Alexã. & Ias.

b Et bene secũdũ præ dic.scriben.

c Ille casus loquitur in alio iure ac crescẽdi,qđ euenit ex dispositio-ne hominis hic ex dispo sitione le-gis secũdũ Ia.

d Ratione iussus domi ni,nõ ratio ne iuris ac-crescẽdi,se cũdũ eũdẽ.

e Idẽ Bart. Sal.Pau.A-lex.& Ias.

f Ille text. non probat sed ponit ca sum in quo nõ habet lo cum ius ac-crescẽdi hç rede inuito Alex. & Ia.

g Male al legat illã. l. quia ibi ha bet plures partes ex as signatione testatoris secundum Iodocum

h Ista con-tinuatio est de mẽte o-mniũ scri-ben.secũdũ Iodocum.

perpetui [a] quibusdam omittentibus [b],ijs solis,qui bonorum possessionem agnouerunt, portionẽ non petẽtium accrescere [c],in du bium non venit.D.Idib. Ianuar. Peregrino & Æmyliano Conf.

TITVLVS XI.

De bonorum possessiõe secundum tabulas.

❡ *Donec causa falsi per appellationem discuti tur,bonorum possessio agnosci non potest.h.d. Bal. & Salice.Vel sic: Pendente lite super uiri bus testamenti.& per consequens stante dubio habeat locum bonorum possessio secundum tabulas,non potest peti bonorum possessio ab in testato.Alexander.*

Imperator Alexander A.Vitali.

LEX I.

Pendente appellatione[d] à sententia,qua falsum[e] testamẽtum pronũciatum est: in certo[f] adhuc an defunctus intestat° decesserit:pro ximitatis nomine bonorũ possessioni[g] loc° nõ est.D.iij.Cal. Maij, Maximo ij.& Æliano Conf.

❡ *Vbi testamentum in scriptis conditum est habet locum directa bonorum possessio secundum tabulas.Si autem testamentum fuit conditũ sine scriptis per nũcupationem: tunc habet locum bonorum possessio secundum nuncupationem seu bonorum possessio secundum tabulas*

Pendente.] CASVS. Fecit quis testamentum, & extraneum instituit. & arguitur de falso,lata sententia,q̃ sit verũ vel falsum nõ erat.o.ap pellatum est.pendente appellatione elapsum est spatium centum dierum vel decẽ annorũ.quæritur an decenio currat,cũm possit petere bo-no.pos.vnde agnati vel cognati?Respond.q̃ non põt ei imputari cur non pe tat interim dum dubitabatur de veritate testamenti.Vel dic sic:Decessit quis 60 extraneo hærede instituto.proximus agnatus arguebat testamentum de fal so,& secundum eum pronunciatum est:appellauit.an pendente appellatione possit agnatus petere bonorum possef.quæritur?Respond.quòd non:cùm in certum sit iudici appella.intestatus decesserit ante confirmationem primæ sententiæ.

d ❡ Pendente appellatione.] s.interposita à sententia.

e ❡ Falsum.] legitimo agente contra scriptum.

f ❡ Incerto.] s.existente,id est quia incertum est adhuc an &c.& sunt abla tiui absoluti.

g ❡ Bonorum possessioni.] vnde cognati vel vnde agnati:quia quã 70 diu potest esse ex testamento &c.vt.ff.de regu.iur.l.quãdiu.Item quia nihil est[i] innouandum pendente appellatione.vt.ff.nihil no.appell.interpo.l. prima.Tertia[k] ratio est per.l.s.titul.primo.l.quamdiu.Sed nonne hic distinguit vt dicitur.ff.de acquirenda.hære.l.cùm falsum.vt si dicatur institutus fecisse falsum,cùm sciat se non fecisse:posit habere,si alius non posit? Respondeo. non[l] ibi enim erat aditio,quæ consistit in nuda voluntate,quod potest face-re cùm habeat bonam conscientiam.bonorum autem possessionem conse-qui non potest quis,nisi certum sit iudici testatorem decessisse testatum vel intestatum: cùm ipse habeat decernere bonorum possessionem secun-dum antiqua iura. vel secundum noua necesse sit ad minus quòd volun 80 tas declaretur in præsentia iudicis:certus autem non est,donec quæstio fal-si ventiletur:vt.s.tit.ij.l.quãdiu.& facit.j.communia de succesf.l. antequàm.

ADDITIO Barto.hic dicit idem hodie in bonorum possessione,qđ in aditione hæreditatis:quia hodie sufficit sola agnitio sine decreto:vt.supra titu.ij.l.fi.

i Idẽ pẽdẽ te dubio,an appellatio sit admittẽ da:& etiam idem pẽdẽ te causa nul litatis. Ias.

k Istæ tres rationes ap probãtur p Ias. & sunt de mẽte a-liorũ scrib.

l Idẽ Bart. Bal.Ale. P. Cor.& Ias.

Bonorum.] CASVS. Certum est q̃ hæredi instituto datur bo norũ possef.secundum tabu.si testamentum factum sit in tabulis,siue in chartis,siue in mẽbranis.sed qualiter dãda est bonorũ possessio,dicitur in litera.Vel sic:Quis petere potest bono.possef.secũdũ tabul.q̃ritur?Rñdetur,q̃ ille cui defertur ex testõ solẽniter facto,in quo testes adhibiti sunt,& non sub scripserunt:q̃ quadã solẽnitate deficiẽte iure,dicetur deferri bonorũ possessio secundũ nuncupationem:vel vtilis secundum tabulas.

vtilis.h.d.text.cum glos.Alexander.

Imperator Gordianus A.Cornelio.

LEX II.

Bonorum quidem possessionem ex edicto prætoris nõ ni si secũdum eas tabulas, quæ septẽ testium signis[h] signatæ[i] sunt,peti posse,in dubium non venit.Verùm si eundem numerũ affuisse si ne scriptis testõ condito, doceri[k] potest:iure ciuili testamentum factum videri,ac secundum nuncupationem[l] bonorum possessionem[m] deferri,explorati iuris est. PP.xij.Calen. Martij, Attico & Prætextato Conf.

h ❡ Signis.] id est sigillis:vt.ff.eo.cũ tabulæ.sub scriptiones esse ibi etiam debent,& alia,quæ in te-10 stamẽto in scriptis condi to sunt necessaria: vt inst. de testa.or.§.j.

i ❡ Signatæ.] s. sigillatæ.

De institutionibus & substitutionibus, & restitutionibus sub conditione factis.

¶ *Conditio mista dependens ex facto instituti & alterius tertij, debet impleri uel impediri ex facto illius tertij ad hoc ut institutus poßit adire. h. d. Salice. & Alex.*

Impp. Seuerus. et Anto. AA. Alexandro. LEX I.

CVm auũ maternum ea cõditione filiam

¶ DE INSTITVTIONIBVS. &c. ¶ *Dictum est suprà de hæredibus instituendis. sed quia hæredis institutio fit sub conditione: ideo de institutione conditionali uidendum est. Azo.*

Continuatio.

CVm auum.] CASVS Testamentum fecisti. neptem tuam, scilicet filiam filiæ tuæ, sub tali conditione instituisti: si nuberet filio Anthyli: per eam non stat quo minus pareat conditioni, sed per filium Anthyli. qui cum ea contrahere non vult: an ad hæreditatem tuam admittenda sit, quæritur? Rñd. quòd sic: quia habetur conditio pro completa: cùm per eam non stat quò minus impleatur. Viuia. Manifestum.

tuam hæredem instituisse proponas, si Anthylli filio nupsisset: non prius eam hæredẽ existere, quàm conditioni paruerit, aut Anthylli filio recusante, matrimonium impeditum fuerit, manifestum est [a]. PP. Cal. Octobr. Anulino et Frõtone Cons.

¶ Vbi conditio non est turpis, debet hæres institutus parere: aliàs substitutus admittitur: & institutus à successione repellitur. Sali. et Alex.

Imperator Antoninus A. Cassiæ.

LEX II.

Conditioni sub qua testamẽto matris tuæ[b] hæres instituta es, si non paruisti: locum habet substitutio. Nec enim videri potest sub specie turpium nuptiarum viduitatem[c] * tibi indixisse, cùm te filio sororis suę consobrino tuo probabili consilio matrimonio iungere voluerit [d]. Nec extraordinario auxilio indiges[e]: cum ex ijs precibus quas libello complexa es, declaretur non per eum stetisse quo minus supremæ voluntati matris tuæ testatricis satisfieret. PP. viij. Id. Mart. Romæ, Antonino A. iiij. & Balbino Cons.

* Tibi indixisse.

¶ Conditio emancipationis uerificatur etiam per mortem naturalem patris uel eius deportationem. hoc dicit. Sali. post Bal. Vel sic: Institutio collata in unum casum extenditur ad aliũ sibi similem. h. d. Vel sic: Non refert quid ex æquipollentibus fiat. h. d. Alex.

a ¶ Manifestum est.] nam videtur impleta, cùm per eam non remaneat: vt hîc, &. j. de ijs quæ sub modo. l. j. et. ff. de acquir. hære. l. ventre. & quando di. leg. ce. si post. §. sed si ita. Sed contra. j. de condi. inser. l. legatum. Solu. hîc erat aliâs relicturus, ibi nõ: secundum quosdam. vel, ibi fuit in mora, hîc nõ. Tu distingue secundum Io. aut conditio apposita consistit in facto eius cui relinquitur aut eius et alterius. si in facto eius tãtùm qui reliquitur: puta si manumiserit seruum suum, tunc si conditio deficit per factum suum non assequitur relictum: vt. ff. de condi. instit. l. vlti. si autem conditio deficit per casum: quia moritur secus: consequitur relictum: vt. ff. de condi. instit. l. quæ sub cõditione. §. quoties. nisi fuerit in mora manumittendi: vt ff. de condi. et demon. l. penulti. §. j. si deficit per alium: puta quia ali⁹ interficit seruum: tunc agit lege Aquilia cõtra interfectorem ad æstimationem eius quod sibi relictum erat: vt: ff. ad legem aquil. l. inde neratius. §. idem. Iulianus. Sed arg. contra. ff. de condi. et demon. l. si Titius. Si autem non sit soluendo interfector: ex æquitate potest dici hunc admittis ad id quòd sibi relictum erat: vt. ff. de condi. et demon. l. Titio centum. §. fi. et de eo per quem fac. est. l. fin. si verò consistat in facto eius qui relinquitur, et alterius: si quidem per casum fortuitum deficiat: amittit relictum: vt ibi. Sed arg. contra. ff. de leg. j. l. si fundum. ij. §. Iulianus. in fin. aliàs est. l. si Titio. sed ibi non fuit cõditio, sed modus. Itẽ arg. contra. ff. de annu. leg. l. annua. in princi. sed illud fauore alimentorum. Itẽ argu. contra. ff. de condi. insti. l. vter ex fratribus. sed ibi non per casum, sed per alterius factum stetit. si non per casum, sed per alterius factum: non amittit: vt hîc. Et probatur hæc distinctio. ff. de condi. et demon. l. in testamento. idem est in illa conditione. si decem Titio dederit: quia constitit ex facto eius et alterius. nisi aliud dicatur fauore libertatis: vt. ff. de condi. et demon. l. cùm ita datur. & de condi. instit. l. iij. Item quod dicit hæc lex est verum: si honestè potest nubere mulier: aliâs non excluditur: vt. ff. de condi. & demõ. l. cùm ita legatum sit. Planius dic quòd hîc per alium in. l. contraria, per casum fuit impedita.

Hæreditas vel legatũ sub cõditione relictum an debeat si conditioni non pareatur.

Conditioni.] CASVS. Mater filiam hæredem instituit, si consobrino suo nuberet: & si non nuberet, substituit Titium: per ipsam stat quominus pareatur conditioni: an locum habeat substitutio, quæritur? Rñ. quòd sic. nec est audienda si allegauit hanc conditionem turpẽ esse, scilicet quòd nubere debuit consanguineo suo, cum hoc liceat: nec officium iudicis implorare debuit, cùm per eam stetit: Viuia.

b ¶ Matris tuæ.] secus in parte qui non potest sub conditione, nisi sit potestatiua. filium instituere: vt. ff. de hære. instit. l. suus. in princ. & l. si pater filium. j. eo.

c ¶ Viduitatem.] quam videretur indicere, si nuptiæ essent turpes: vt patet in. l. cùm ita legatum. §. fi. ff. de condi. et demon.

d ¶ Voluerit.] Est enim iure fori licitum: vt et. s. de nup. l. celebrandis. nõ autem iure poli.

e ¶ Indiges.] id est, non habebis licet indigeas: vt. ff. de condi. et demon. titio centum. §. j. quod extraordinarium locum haberet si staret per illum, non per te: vt suprà eod. ti. l. proxi. Ordinarium autem, quando esset conditio impleta: vt. ff. de condi. et demon. l. legata sub conditione. & hoc si honestè ei nubere poterat. aliàs consequitur purè: vt. ff. de condi. & demon. cum ita legatum. & l. hoc modo. Item arg. contra. ff. de verbo. obli. l. titia.

Si mater vos.] CASVS. Mater filium suum sub hac conditione hæredem instituit, si pater eum emanciparet. conditione pendente si pater decedat: vel si deportetur: an conditio habetur pro impleta vt locum habeat institutio, quæritur? Respond. quòd sic: et ad eum hęreditas transit cum onere suo. Viuia.

f ¶ Sententiam.] scilicet deportationis. et sic filius factus est sui iuris: vt insti. quib. mo. ius. pa. po. sol. §. cum autem.

g ¶ Vel aliter.] superiori enim fuit mors scilicet ciuilis, hîc naturalis: vt. ff. de contra tab. l. j. et. §. fi. &. ff. de condi. et demon. l. intercidit.

Idem A. Maxentio & alijs.

LEX III.

Si mater vos sub conditione emancipationis hæredes instituit, et prius quàm voluntati defunctę pareretur, sententiam [f] deportationis pater meruit, vel aliter[g] defunctus est: morte eius vel alio modo patria potestate liberati[h], ius adeundę hæreditatis cum sua[i] causa quæsistis. S. pri. Calẽ. Maij, Sabino et Anulino Cons.

¶ Filius in potestate non potest hæres institui à patre sub conditione quæ in eius potestate nõ sit, ut est casualis uel etiam mista quæ pendet ex facto instituti & à casu fortuito. & si aliter fiat non ualet testamentum. & hæreditas ab intestato potest adiri, nisi filius fuerit in defectũ illius conditionis exhæredatus. Alex.

Imperator Alexander A. Aemyliano.

LEX IIII.

Si pater filium quem in potestate habebat sub conditione quæ in ipsius[k] potestate nõ erat [l], hæredem scripsit, nec in defectũ eius exhæredauit: iure testatus nõ videtur [m]. ¶ Cùm autem [n] trans mare et longê te[o] agentem sub hac conditione hæredem scriptũ esse dicas, si in patriã quę in prouincia Mauritania erat, regressus fuisses, nec exhæredatũ te alleges, si in eũ locũ nõ redisses: manifestũ est multis casib⁹ nõ volũtarijs sed fortuitis euenire potuisse, vt eã [p] implere non posses. et ideo [q] adire

h ¶ Liberati.] qui modo sunt multi: vt instit. qui. mo. ius pa. pot. solui. per totum.

i ¶ Sua causa.] id est cum suo onere. et sic nota ex hac. l. effectum non modum consyderari. nihil enim refert quid de æquipollentibus fiat: vt hîc, et. ff. de condi. & demon. Iulianus ait. et de leg. iij. l. fideicommissa. §. si cui. et de condi. inde. seruo. et. j. de dona. quæ sub modo. l. si quid et facit. s. de inoffi. testamen. l. filius matrem. & ff. ad Trebel. l. mulier. j. in princ. Sed arg. contra s. de ijs q ve. ęta. im p. l. fi. & de nupt. l. sancimus.

Æquipollẽtiũ quid fiat nihil refert.

ADDITIO. Pro solutione istarum duarũ legum, vide Barto. in. l. gallus. §. et quid si tantũ. ff. de libe. et posthu. ver. his præmissis &c.

Si pater.] CASVS. Si filium tuũ sub conditione potestatiua, puta si decem daret quod potuit. instituisti: valet institutio. si sub casuali, puta si nauis venerit ex Asia, non valet, nec institutio, nec testamentum. si tamen vltra mare fuerit, et eum instituisti: si in prouinciam suã rediret: cum hoc non tam ex voluntate sua pendeat, quàm ex insidijs fortunæ: quia multi casus accidere possunt, propter quos redire impediatur non valebit institutio: sed hæreditatem tuam adeat ab intestato: cùm non valeat testamẽtum: et illud deduci posit in quæstionem. l. scilicet an valeat testamentum tale. Viuianus.

k ¶ Ipsius] scilicet filij.

l ¶ Erat.] vt statim ponet exemplum. l. ista de mista. Et sic nota quòd filius sub casuali vel mista conditione non potest institui, sed sub potestatiua sic: vt hîc. et. ff. de hære. insti. l. suus. in princip. et. §. puto. et. l. iam dubitari. et de condi. instit. l. fina. & de condi. et demonst. l. Lucius. et sic exhæredatio purè fieri debet: vt. ff. de libę. et posthu. l. et si pepercerit. §. purè. sed vtrunque simul fieri potest, scilicet institutio cõditionalis et exhæredatio sub contraria conditione: vt hîc, et. ff. de lib. et posthu. l. filius à patre in princip. Quid autem de nepote et alijs inferioribus? Respond. non idem quod in filio: sed sub qualibet conditione possunt institui vel exhæredari: vt. ff. de hære. insti. l. sed. si in conditione. §. nepotes secundum quosdam. Tu dic quòd si nemo nepotem præcedat tempore testamenti: et sic est suus: idem quod in filio: aliàs non idem. vt in fine illius §. nepotes. Bul. tamen distinxit: cùm filius instituitur sub mista conditione, vtrum per eum stet quominus impleatur conditio, an per casum. primo casu non admittitur. secundo sic: vt argu. infrà de neces. ser. l. fina. Quæ distinctio non placet: cum statim sit nullum testamentum in quo sub conditione casuali vel mista est filius institutus. hodie verò filius et quilibet suus hæres institutus debet habere debitum bonorum subsidium: sine omni conditione et dilatione: vt. s. de inoffi. testa. l. quoniam in prioribus. Accur.

Fili⁹ an possit sub conditione institui?

Nepos an posit sub conditione institui vel exhęredari.

m ¶ Non videtur.] Deficiente enim conditione, inuenitur suus hæręs neque institutus, neque exhæredatus. & sic non valet: vt instit. dę exhæręe. li. in princi.

n ¶ Cum autem.] nunc in specie dicit. & s. in genere dixerat.

o ¶ Te.] filium.

p ¶ Vteam.] scilicet conditionem si in patriam quæ &c. vt. ff. de dona. cau. mor. l. senatus. §. mortis. Alij ponunt hanc glossam super verbo, in patriam.

q ¶ Et ideo.] non apperit ex testamento, vel ab intestato. Sed Ir. dixit ex testamento, benignè interpretatus voluntatem defuncti in ambiguo, quasi

Defuncti volũtas in ambiguo benignè est interpretãda.

voluerit eum hæredem esse, si modo per eum non stetisset quo minus conditionem impleret: et sic remota conditione de medio valet testamentum. Sed dico tantùm ab intestato, cũ testamentum ipso iure nullum sit. Sed cõtra hoc est valde quòd dicitur. ff. de secun. tab. l. ij. §. si sub conditione. sed ibi in emancipato dicit. Vel dic qđ ex testamento adire potest si vult: quia suo fauore dicĩ nullũ vt ff. de ĩiusto rup. test. l. fili⁹ et. ff. de iure dotiũ. l. si res. §. j. et simile not. s̃. de cõtra tab. l. ij. scđm Azo.

REprehendenda.] CASVS Mater filiam suam hac conditione heredem instituit, si à viro diuerteret. filia lucrum concordie maritali præferens, à viro diuertit. an valeat institutio, quæritur? Rñd. qđ sic. et perinde est ac si conditio apposita non fuisset: vnde redire debet: et conditione nõ obstante cùm fuerit turpis, hereditatem retinere. sed tamen implendo conditionem deliquit. Viuia.

a ❡ Reprehendenda.] Illa quidem est reprehẽdẽda: quia noluit te hæredem esse liberè, vt debuit: sed tu plus.

b ❡ Vellet.] liberè vt debuit.

c ❡ Inutile.] hoc scilicet matrimonium &c.

d ❡ Comprobasti.] facto daĩ volũtas intelligi: vt hîc, et. ff. đ le. et senatuscõs. l. de qb⁹. in fi.

e ❡ Hæc.] i. huiusmodi turpis cõditiones: vt hîc, et. s̃. de inoffi. testa. l. cum te pietatis. et. j̃. de condi. inser. l. ij. et. ff. de vsu & ha. sed neque. §. sed si vsus. et argu. ff. de condi. et demon. l. obtinuit. & . j̃. de ijs quę pœnæ no. l. j.

GEneraliter.] CASVS Testamentum fecisti, et heredem instituisti, et adiecisti si sine liberis decederet, vel cum viro non cõtraheret, vel intestata decederet: alij hæreditatẽ restitueret, vel ei alium substitueret an hæc oratio disiũcta vel cõiũcta intelligatur quærit? Rñ. qđ cõiuncta: quia si nullũ fiat horũ, locũ habet substitutio: nec vnũ tantũ, si nõ fiat, locũ facit substitutiõi vel resti. nec illud habet locũ tãtũ ĩ filio tuo ĩstituto, sed ĩ extraneo. Vi.

f ❡ Sine testamento.] hoc videtur superfluũ, nam. s̃. dixit intestat⁹ vel intestata. vnde quidã hoc dãnãt. Sed dic qđ ideo dicit: vt det intelligere qđ non refert an dicat per hæc verba, intestatus. vel per hæc, sine testamẽto. & per hoc dicit aut: sed in alijs dicit vel. & sic tãtùm fuerunt tres conditiones, vt hîc patet: sed aliter superfluum esset

hereditatem non prohiberis. PP. vj. Cal. April. Iuliano. ij. & Crispino Cons.

❡ *Conditio dirimendi matrimonium, tanquam turpis reijcitur de institutione, & remanet institutio pura. & si de facto fuerit impleta conditio, non cogitur implemento persistere: imò licet ab implemento recedat, hæreditatem habet sicut si non impleuisset. h. d.* Alex.

Impp. Valerian. et Galien. AA. Maximo.

LXE V.

REprehendenda[a] tu magis es, quàm mater tua. illa eñ si hæredem te sibi esse vellet[b]: id qđ est inutile[c], matrimoniũ te dirimere cum viro non iuberet. tu porrò voluntatẽ eius diuortio cõprobasti[d]. Oportuerat autẽ, et si cõditio huiusmodi admitteretur, præferre lucro concordiã maritalẽ. Enimuero cùm boni mores hęc[e] obseruari vetent: sine vllo damno coniunctionem retinere potuisti. Redi igitur ad maritũ, sciẽs hęreditatem matris, etiam si redieris, retenturã: quippe quam retineres, licet prorsus ab eo non recessisses. PP. xij. Cal. Decembr. Valeriano. iiij. et Gallieno. iij. AA. Cons.

*Gręca Constitutio Iustiniani.

❡ *Disiunctiua posita inter conditiones negatiuas, resoluitur in coniunctiuam fauore liberorum. quòd ad extraneos est extensum* Sali. *Vel sic: Substitutio uel fideicommissum relictum per testatorem sub conditione, si institutus seu grauatus decesserit sine liberis, unà cum pluribus alijs conditionibus alternatiuè positis non habent effectum: nisi omnes conditiones existant: & sic alternatiua ponitur pro copulatiua. hoc dicit.* Alex.

Idem A. ad Senatum. LEX VI.

GEneraliter sancimus, si quis ita verba sua composuerit vt dicat, Si filius vel filia intestatus vel intestata, vel sine liberis †, aut sine testamento[f], vel sine nuptijs decesserit[g], et ipse vel ipsa liberos sustulerit, siue nuptias contraxerit, siue testamẽtũ fecerit: firmiter respossideri, & nõ esse locũ substitutiõi eorũ, vel restitutiõi[h]. Si eñ nihil ex his fuerit subsecutũ tũc valere cõditionẽ, & res secundũ verba testamẽti restitui, vt incertus[i] successionis moriẽtis exitus videaĩ certo substitutiõis vel restitutiõis fine cõcludi. Cui eñ ferẽdus est intellect⁹, si forsitã testamẽtũ qdẽ nõ fecerit posteritatem autẽ habuerit: propter hmõi verborum angustias liberos ei⁹ omni penè[k] fructu paterno defraudari? ¶ Viã itaque impiã obstruentes, vt nequis alius deuiet, hmõi facimus sanctionem: et hanc legem in perpetuum valituram inducimus tàm patribus quàm liberis gratã: quo exemplo et alijs personis, licet extraneę sint, de quibus hmõi aliquid scriptum fuerit medemur.

† Alias, & rectius, vel etiam sine liberis, vel sine nuptijs decess. &c.

g ❡ Decesserit.] scilicet ei substituo talem. vel restituat hæreditatem tali.

h ❡ Restitutioni.] ponitur ergo vel pro &: vt. ff. de verb. sig. l. sæpe.

i ❡ Incert⁹.] si eñ disiũctiuè acciperet: dubiũ eẽt pter quẽ casũ nõ existẽtẽ, admitteret substitut⁹: qđ eẽ nõ đbet: vt. ff. qñ dies leg. ce. l. hmõi. nũc verò scim⁹ qđ pter vnũ casum tãtũ admittiĩ, id est quãdo nihil horũ interuenit.

k ❡ Penè.] hoc hicit propter Falcidiã. & facit ad hoc. j̃. de verbo. sig. l. cum quidam. &. ff. ad trebel. ex facto. & de verbo. oblig. l. si ita quis stipulatus.

❡ CVM AVTEM. ¶ CASVS. Hæredẽ instituisti, et rogasti vt qñ decederet, hęreditatẽ Titio restitueret: an illa cõditio tacitè subintelligi debet si sine liberis decedat, quæritur? Rñ. quòd sic. & hoc dicit Papi. Dicit ĩperator qđ istud nõ solũ debet in filio legitimo et naturali intelligi: sed in filio naturali si eũ instituisti, & ei substituisti in ea parte, in qua parte põt vt liberè legatũ habeat locũ nõ autẽ substitutio. & istud nõ solum habet locum in hæreditate relicta, sed in legato & fideicõmis. Vi.

l ❡ Cum autem.] s̃. interpretat⁹ est cõditionẽ non existere quę extitit. hîc ecõtra tacitam intelligi interpretatur.

m ❡ Substituit.] per fideicõmissum. sed an idẽ in matre: quod videtur: vt argu. j̃. pxi. respõ.

n ❡ Liberorũ.] si eñ dixit de filijs: tũc id ꝙ dixit seruandum est, dummodò non sit cõtra ius.

o ❡ Intelligentẽ.] s. Papinianum.

p ❡ Naturales.] s. tantum, et non legitimos. in his eñ addit. Iustinianus.

q ❡ Filios.] idẽ eñ in omni posteritate: vt. j̃. de fideicõmis. l. cũ acutissimi. in extraneis verò cõtra: licet ĩ primo casu huius legis idẽ ius sit in extraneis quod in suis.

r ❡ Statuimus.] s̃. de natu. libe. l. humanitatis. & authen. ibi signata. vñ apparet legẽ istã esse Iustiniani: licet qdã aliter habeãt. Vel dici qđ de secũda lege illius tituli fit hîc mentio.

s ❡ Sobole.] Nõ ergo naturalis soboles excludit substitutũ nisi id voluerit testator: vel in dignitate nõ erat posit⁹: vel soboles erat libertina testatori fortè vel rogato: vt. ff. ad Treb. l. ex facto. §. si qs rogat⁹. j. secũdũ Azo. Alij dicũt naturalẽ excludere substitutũ: vt. d. l. ex facto in. d. § . et. l. heredibus. §. si. de leg. ij. l. cũ pr. §. volo. et. l. Luci⁹. ij. § fi. q̃ sunt cõtra. et hîc subaudies maxĩè. vel refert an prĩceps subĩtelligat: qa testator dixit ĩ ĩstitututiõe, te ĩstituo, & si decesseris, hęreditatẽ restituas tali. quo casu lex intelligit si decesseris sine liberis. & tũc obtinet qđ dicit hîc. an testator expsit: et tũc naturalis excludit substitutum. Vel refert sit naturalis de naturali: quo casu excluditur substitutus: vel de legitimo: quo casu per naturalem non excluditur substitutus: vt ar. s̃. de na. li. l. fi. & facit ad hoc quod notatur. ff. de legatis secundo lege antepenultima. §. finali.

❡ *Substitutio facta per fideicommissum generale uel particulare liberis nedum legitimis & naturalibus, sed etiam naturalibus tantùm post mortem eorum: intelligitur facta si ipsi liberi sine legitimis descendentibus decesserint.* Alex.

❡ Cum autẽ[l] inuenimus excelsi ingenij Papinianũ in hmõi casu, in quo pater filijs suis substituit[m] nulla liberorũ[n] ex his procreãdorum adiectiõe habita, optimo intellectu disposuisse, euanescere substitutionem, si is qui substitutione pręgrauatus est, pater efficiaĩ, et liberos sustulerit, intelligentẽ[o] non esse verisimile patrẽ, si de nepotibus cogitauerit, talem fecisse substitutionẽ: humanitatis intuitu hoc et latius et pinguius interpretandum esse credidimus, vt & si quis naturales[p] filios[q] habeat, et partem eis reliquerit vel dederit vsque ad modũ quẽ nos statuimus[r], et substitutioni eos subiugauerit, nulla liberorũ eorũ mẽtione facta: et hic intelligi euanescere substitutionẽ, liberis eã excludentibus, et intellectu optimo ijs qui ad substitutionem vocantur obsistente, et nõ cõcedente ad eos eam partẽ venire, sed ad filios vel filias, nepotes †vel neptes, pronepotes vel proneptes moriẽtis trãsmittente, et nõ aliter substitutiõe locum accipiẽte, nisi ipsi liberi sine iusta sobole[s] decesserint: vt qđ inter iustos liberos sancitum est[t], hoç et in naturales[v] filios extẽdatur[x], Quæ omnia et in legatis & fideicommissis specialibus locum habere sancimus. Dat. xj. Calend. Aug. Cũstantinop. Lampadio & Oreste VV. Cons.

Substitutus an excludatur per naturalem sobolem?

† Et sic nepotes si superfuerint faciunt euanescere substitutionẽ. & concor. gl. post medi. c. in præsentia. extrà de proba.

❡ *Sufficit condictionem casualem uel potestatiuam non facilem impleri uiuo testatore ut hæreditas legatum uel fideicommissum posteà debeatur. hoc dicit.* Salice. *Vel sic: Sufficit*

t ❡ Sancitum est.] à Papiniano.

v ❡ Naturales.] scilicet tantùm.

x ❡ Extendatur.] scilicet à nobis.

Si quis

SI quis hæredem.] CASVS. Testamentum fecisti.hæredem instituisti sub tali conditione:si consul &c.vel filiam si nupsisset. quando dicitur impleta conditio,quæritur?Respon.φ non refert impleatur testatore viuo,vel tēpore mortis,vel post eius mortem,ad hoc vt valeat institutio. & ista sunt vera non solùm in hæreditate relicta,sed in legatis & fideicommis.& libertatibus. sed distingue an fuerit conditio casualis, aut potestatiua. Si casualis,ante mortem testatoris impleri potest: si potestatiua,aut est in dādo, aut in faciendo: si in dando,mortuo testatore,necesse est eam adimpleri si in faciendo, & facile est eam adimpleri:vt dare scilicet solùm morte testatoris necesse est adimpleri.& not.quòd sufficit aliquid fieri, licet hoc factum non duret. Viuianus.

a ¶ Completam.] hîc dic, quòd si conditio est casualis,etiam ante mortem potest impleri , & etiam ignorante eo, cui proficit eā impleri.si aūt nō est casualis, siquidem est in dādo:tūc mortuo demū testatore implet̄ & à sciēte. si aūt in facto, siquidē tale est,quod facilè fieri potest,vt ascēdere capitolium : tūc idem sicut in dando dixi.si verò nō facile,vt si Titius erit cōsul, vel nupserit illi : tunc etiam viuo testatore , vt dixi,in casuali etiam ab ignorante. & probantur hæc hîc.&.ff.de condi. & demon.l.ij.&.l.hæc cōditio.j.in prin.&.l.si iā.&.l. Publius.&.l.multùm interest,&.l. conditionū. & de hære.insti.l.si quis instituatur. Itē nota hîc φ sufficit factū, licet nō duret factum: vt.ff. loca.l. maritus.Sed arg. contra. ff.de in remverso.l.si pro patre.§.versum.

† Illi depo- suerint, filia autem eius diuorterit : omni &c.

Conditio quando debeat impleri.

SI testamentum.] CASVS. Testamētū fecisti,hæredē instituisti et adiecisti,sit ille hęres secundū cōditiones.s. eodem testamēto scriptas & scribēdas.si nulla fuerit subscriptio : an valeat testamētū et hęredis institutio,quæritur ? Respon. φ sic.& cōditio reiecta & vacua est intelligenda, exemplo eius, qui reipu. certos viuos reliquit , & dixit se velle alia scriptura fines declarare:& quoties vel quomodo debeant in eis exerceri : nec fecit morte pu̅etus:quæritur an valeat relictum? Respon.φ sic.& quod se referas ad primū casum. Si aūt aliqua cōditio apposita fuit in aliqua parte testamenti , ad illam referenda est institutio, & erit conditionalis.Viuianus.

cit condictionem casualem uel mistam semel impletam fuisse, etiam testatore uiuente : licet implementum non durauerit.h.d.Alexan.

Idem A.Ioanni præfe.præ. LEX VII.

SI quis hæredem scripserit sub tali conditione, Si ille consul factus fuerit vel prætor.vel ita filiam suam instituerit hæredem, Si nupta fuerit.viuo autem testatore vel ille consul processerit,vel prætor fuerit factus, vel filia eius nupta fuerit,vel adhuc viuo testatore consulatum quidem vel pręturam ille deposuerit †, filia autē eius à marito diuerterit:omni veterum dubitatione explosa,sancimus,quandocunq; impleta fuerit conditio,siue viuo eo,siue mortis tempore,siue post mortem: conditionem videri esse completam [a].

¶ Quod & in legatis et fideicōmissis & libertatibus obtinēdum esse cēsemus:ne dū nimia vtimur circa huiusmodi sensus subtilitate,iudicia testātium defraudētur. Dat. ix.Calen. Augu. Constantinopo. post consulatnm Lāpadij & Orestis VV.CC.

¶ *Accidentia deficientia non uitiant testamentum.h.d.secundum Iaco.Butri.Vel sic:Licet testator omiserit exprimere conditiones,quas pollicitus fuit dicere,non uitiatur testamentum:sed posteà in quacunque parte testamenti adiectæ, dispositionem reddunt conditionalem.h.d.Salic. Vel sic:Institutio facta sub conditione uel modo uel demōstratione inferius exprimendis, a testatore non uitiatur:licet posteà non exprimātur. Si uerò exprimatur conditio,etiam in fine testamenti reddit institutionem conditionalem, sicut si à principio fuisset apposita.h.d.Alexan.*

Idem A.Ioanni præ.præ. LEX VIII.

SI testamentum ita scriptum inueniatur, Ille hæres esto secundum conditiones infra scriptas.si quidem nihil est adiectum, neque aliqua conditio in testamēto posita est:superuacuam esse cōditionum pollicitationem sancimus,& testamentum puram [b] habere institutionem. Et argumento vtimur,quod Papinianus [c] respondit,Vicos reipublicæ relictos qui proprios fines habebant, non ideo ex fideicommisso minus deberi,quòd testator fines eorum,et certaminis [d] formā,quod celebrari singulis annis voluit, alia scriptura se declaraturum promisit, ac posteà morte præuentus non fecit [e]. ¶ Sin autem conditiones quasdam in quauis parte testamēti posuit:tunc videri ab initio conditionalem esse institutionem, & sic omnia compleri,tāquā si testator ipsas institutiones eisdem conditionibus copulasset [f], quæ infra conscriptæ sunt.Dat.vj.Cal. Augu,Constantinop.post consulatū Lampadij & Orestis VV.CC.

¶ *Tacita pupillaris non admittitur contra matrēdū uiuit: sed si mater ante mortē impuberis exijt de medio, admittitur substitutus.h.d.secūdum communem opinionem glossatorum & doctorum.Alex.concor.Bal.& Sali.*

Idem A.Ioanni præ.præto. LEX IX.

CVm quidam prægnantē habens cōiugem,scripsit hæredem ipsam quidē suam vxorē * ex parte,ventrē verò ex alia parte,& adiecit:si nō posthumus natus fuerit,alium sibi hæredē esse:posthumus autē natus,impubes decessit: dubitabatur quid iuris sit: tam Vlpiano quàm Papiniano viris disertissimis voluntatis esse quæstionem scribentibus : cùm opinabatur [g] Papinianus eundem [h] testatorē voluisse posthumo nato & impubere defuncto, matrē magis ad eiꝰ venire successionē quā substitutū. ¶ Si enim suæ [i] substātiæ partē vxori dereliquit [k]: multò magis [l] & luctuosam [m] hæreditatē ad matrem venire curauit. ¶ Nos itaq; in hac specie Papiniani dubitationem resecātes, substitutionē quidā in huiusmodi casu,vbi posthumus natꝰ adhuc impubes viua matre decesserit,respuendam esse censemus. ¶ Tunc autē tantūmodo * substitutionem admittimus, cùm posthumus minimè editus fuerit, vel post eius partū mater prior [n] decesserit.Dat.iij.Cal.Augu. Cōstantinop.post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC.

* Ex parte sua.

* Omnimodo.

Substitutio tacita an admittatur cōtra matrē.

b ¶ Purā habere institutionē.] imò videt̄ nō valere:vt.ff.de hære.insti.l. quoties.§.tantundē.Sol.ibi sentētia Marcelli dicit̄ & mala:vt in.eo.ti.j.l.ij. Vel dic secūdū Io.ibi loquit̄ cū testator destinauerat,& in animo habuerat inserere cōditionē:sed præuētus morte nō inseruit. hîc aūt nō:licet esset pollicitus se inserturū.Vel aliter hîc dixit,hæres esto secūdū cōditionem &c. ibi hæres erit secūdum cōditionē &c. Vel ibi nō est hæres,vt voluit testator, scilicet sub cōditione:sed purè vt hîc.Vel dic,ibi habuit in animo perficere testamētum, & morte præuentus est.& sic ex imperfecto testamento nihil debetnr : vt.ff. de testa.l.ex ea scriptura.in prin.hic compleuit &c.

Hæres esto secūdū conditiones infra scriptas. si non scribatur testamentum valeat.

c ¶ Papinianus.] respondit.sic.ff.de lega.ij.l.cùm pater.§.fi.

d ¶ Certaminis.] aliàs certam in his,& aliâs certaminis.

e ¶ Non fecit.] id est non declarauit fines vel formam certaminis.

f ¶ Copulasset.] q̄ em̄ incōtinenti sūt,vident inesse:vt.ff.si cer.pet.l.lecta. &.ff.de cōditio.& demōstra.l.nō ad ea.& de ver. oblig.l.si ita stipulatus.§. Chrysogonus.& ar.ff. de hære.instit.l.asse.& de cōdi.insti.l.institutio.

CVm quidam.] CASVS. Quidā testamētū fecit:vxorē ex vna parte,& eū, qui in vētre erat ex alia hæredē īstituit:& adiecit, si posthumus natus nō erit vitalis, sit hæres in ea parte, quæ ad posthumū peruētura erat.natus est posthumus viuus , & impubes decessit:an mater ad partē suā vocet̄, an substitutus,quærit̄?De hoc dubitat Papinianus,dicēs volūtatis esse quæstionē.opinabatur aūt testatorē voluisse posthumo nato & impubere mortuo,matrē vocari substituto excluso:& pro ea allegat. Imperator distinguit, aut editus est partus, aut non. si editus,aut viua matre decessit, aut matre præmortua.Primo casu admitti̅t mater:nec habet locū substitutio.In secūdo casu est locus substitutioni. Si autē editus non est, vel editus præmortua tn̄ matre ex verbis testamēti:locū habebit substitutio:& vocabitur vitalis.Viui.

g ¶ Opinabatur.] nō aūt pro certo dicebat. vnde in fine corrigit̄ in eo.s.φ dubitabat:quoniā dubitandum non erat.

h ¶ Ideo.] q̄a expressam pupillarē nō fecit,sed tacitam.Item quia partem ei reliquit:vt subijcit.

i ¶ Suæ.] s.testatoris.

k ¶ Dereliquit.] scilicet testator.

l ¶ Multò magis.] id est non minus.

m ¶ Luctuosum.] sic insti.ad Tertyl.in prin.& j.de his,qui ante aper. tabu.l.j.in fine.

n ¶ Prior.] i.priusquàm partus.Sic ergo nota? φ tacita substitutio cōtra matrē nō admittitur:sed hoc dicūt esse verū,cū & ipsa sit instituta,nō aliter.nos idē semper:vt.j.ti.j.l.precibus. nisi in breuiloqua duobus impuberibus facta.sic & vos inuicē substituo.nā quatuor substitutiones vident̄ : vt.ff. de vulga.substi.l.Lucius.Sed nūq̄d tacita vulgaris,quæ intelligit̄ in exp̄ssa pupillari:vt.ff.e.l. iā hoc iure. &.l.quāuis.excludit matrē?R̄ndet̄ sic:quia tractatur de sucessione viri,nō hæreditate filij sed mariti:cùm filius non fuerit hæres:ideo ex vulgari tacita,quę inerat vel expressà,admittitur substitutus:sed non tenetur &c.

TIT. XXVI.

De impuberum & aliis substitutionibus.

¶ DE IMPVBERVM ET ALIIS SVBSTITVTIONIBVS. *id est dicere [a], de pupillari substitutione, & alijs quæ fiunt alijs sunt enim multæ,ut dicetur infra.co.precibus.*

Cum hæredes.] CASVS. Testamentum fecisti: tres hæredes ex partibus disparibus instituisti: puta vnũ ex sex vncijs, aliũ ex duab⁹, tertiũ ex quatuor: & eos adinuicẽ substituisti hoc modo, vos inuicẽ substituo. substitutus in sex partẽ suam repudiauit: ad illã vocabunt cohæredes: alij iure substitu. sed pro quibus partibus quæstio est. f. an pro æqualibus, an pro hæreditarijs? Rñ. quod pro hæreditarijs. f. institutus in quatuor vncijs, vocetur in quatuor. ali⁹ ad duas. præsumimus enim testatorẽ tacitè hoc voluisse, vt eædẽ partes, quę erant expressæ in institutione, intelligãtur repetitæ in substitutione. Viui.

a ℂ Ex disparibus] partibus. puta[a] vnus ex sex: ali⁹ ex quatuor: alius ex duabus vncijs.

b ℂ Vllarum.] si enim facta esset mẽtio partium in substitutione, seruaret hoc quod[b] dictum esset.

c ℂ Expressæ sunt.] vt si non sit hæres, qui fuit institutus ex sex. quatuor accrescẽt habẽti quatuor & duæ habenti duas[c]: vt hîc & insti. e. §. & si ex disparib⁹. & ff. e. l. quę liberis. in fi. & l. sed si plures. et l. cohæredi. §. j. Sic ergo primà volũtas trahit ad se vltimã: vt. ff. de leg. j. l. si mihi & tibi. §. si. Itẽ hoc verum[d] noĩbus appellatiuis positis in substitutione. secus si pprijs: vt. ff. ad treb. l. nõnũquam. & l. quoties. Itẽ secus si quandam parẽ quãtitatẽ iussit eos dare: vt. ff. ad treb. l. quoties. & de reb. dub. l. si qui ducenta. §. fi.

a Istã casus positionẽ sequitur Ia. & est de mente omnium scri.

b Ista gl. est de mẽte omniũ scri.

c Idẽ si institutus in quatuor moriatur. P. & est de mẽte aliorum.

d Idẽ bart. bal. P. Ale. & Ia.

Hæreditatem.] CASVS. Fecisti testm: duos hẽdes pubere & ĩpubere ĩstituisti. & eos inuicẽ substituisti: impubes hęreditatẽ adijt, & in pupillari ætate decessit: vult mater ad partem suã admitti ab intestato: vult & substitut⁹. qs eorũ admitti debeat, quærit? Rñ. quod mater. videret tñ cõtra, quod si solus institut⁹: esset impubes, & aliqs ei substitutus: in duob⁹ casib⁹ admittit substĩ. f. si hęres nõ esset, vel esset, & in pupillari ætate decessit. sed hoc non habet locum hîc: qa cũ pubes sibi est substitutus, & econuerso: nõ põt esse substitutio, nisi in vno casu. f. si hæres non erit: ergo eoũerso si ĩpubes nõ hęres erit, ergo ex quo adijt, hęres est: nec habet locũ substĩ. Vi.

d ℂ Tibi.] scilicet matri.

e ℂ Pubertatis.] i. à tẽpore pupillaris ætatis[e] vsque ad vltimam ætatem.

f ℂ Tempora] s. futura.

g ℂ Conditionis.] vel quia puberes: vel quia non erant in potestate.

h ℂ Duntaxat] id est tantummodò.

i ℂ Et ratio.] scilicet æqualitatis[f]. sic. j. de proxi. sa. scri. l. in sacris. lib. xij. vbi dicit, æqualitatẽ litigatoribus volo seruari.

k ℂ Constituit.] vt. ff. eo. l. iam. aliàs, nam hoc iure. §. ij. & ad idem. s. de testa. mili. l. in testamento. j. & j. eo. l. quamuis. in fi.

* Institutã filia &c.

e Ista glo. est de mente Alexã. & Ias.

f Ista non est de mente. b. bal. P. S. Ale. & Ia.

Hæres.] CASVS. Mater testamentum fecit, & hæredẽ filiã instituit: filia non vult succedere ex testamento, sed ab intestato per bo. pos. vnde legitimi: an locum habeat substitutio, quæritur? Respõ. quod sic. & si substitutus hæres apprehendat successionem, filia possessoriam hæreditatis petitionem intendere non potest. si quam autem actionem habuit contra matrem, eam contra substitutum exercere potest. Viuianus.

l ℂ Voluisti.] per vnde legitimi: vt. ff. vnde legi. l. ij. in fi. & l. iij.

m ℂ Ipsum.] vt. s. de inoffi. testa. l. si maritus.

ℂ *Portiones assignatæ in institutione uidentur repetitæ in substitutione reciproca. h. d. Bald. Vel sic: Portiones in institutione adiectæ intelliguntur in substitutiõe breuiloqua tacitè repetitæ. h. d. Sali. Vel sic: Partes adiectæ in institutione, repetitæ censentur in substitutione. h. d. Alexan.*

Imp. M. Aelius Antoninus A. Secundo. L. I.

Cum hæredes ex disparibus partibus[a] instituti, & inuicẽ substituti sunt, nec in substitutione facta est vllarum[b] partium mẽtio: verum est non alias partes testatorem substitutioni tacitè inseruisse, quàm quę manifestè in institutione expressæ sunt[c]. Da. *. Claro. ij. & Seuero Cons.

ℂ *Substitutio breuiloqua seu reciproca facta personis imparibus, non continet pupillarem in persona impuberis: sed in persona omnium continet uulgarem tantum, quæ poterit omnibus fieri. hoc dicit. Alex.*

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Frontiniæ. LEX II.

Hæreditatẽ quidẽ defuncti intestati filij delatã tibi[d], dubitari nõ oportet. substitutio eñ testamẽto patris facta ad pubertatis[e] tempora[f] porrigi nõ põt: quia ipso & alijs nõ eiusdẽ cõditionis[g] hæredibus institutis, & inuicem substitutis, propter eorũ personã, quibus in vnũ casum dumtaxat[h] substitui potest, etiam in filio idẽ debere seruari, & ratio[i] suadet, et diuus Marcus pater constituit[k]. PP. vj. Calend. August. Chilone & Libone Cons.

ℂ *Verba, si hæres non erit, intelliguntur scilicet ex testamento: & ideo substitutio uulgaris causam intestati excludit. h. d. Bal. Vel sic: Repudiante instituto, fit locus uulgariter substituto, & cõtra eum adeuntem competunt actiones hæreditariæ. h. d. Sali. Vel sic: Hæc uerba, si hæres nõ erit, apposita in substitutione uulgari intelliguntur scilicet ex testamento: ideo si institutus repudiat ex testamento, facit locum substituto: nec potest institutus succedere ab intestato: si quid tamen sibi debebatur à defuncto, illud totum à substituto petere potest. h. d. Alex.*

Imp. Alexander A. Achillæ. LEX III.

Hæres * instituta matris testamẽto, si successionẽ ex testamento omisisti, & ab intestato bonorum possessionis ius habere voluisti[l]: substituto locum quin feceris, in dubium non venit. Proinde si substitutus hæreditatẽ amplexus est: actionibus, quæ tibi aduersus matrẽ cõpetebant, ipsum[m] conuenire, non successionem ab intestato potes vẽdicare[n]. PP. xj. Calend. Septemb. Maximo. ij. & Æliano Cons.

ℂ *Natura copulæ est restringere copulata ad uniformem interpretationem iuris, no ad diffor mem. h. d. Bal. Vel sic: Verbum commune pariter relatum ad duo, debet operari pariter in utroque. h. d. secundum Iaco. But. Vel sic: Vulgaris facta filio impuberi comprehendit pupillarem ex interpretata mente: & facta simul duobus inæqualibus, in neutro pupillarem continet. h. d. Vel sic: uulgaris expressa facta simul filio impuberi & alteri, cui non poterat fieri pupillaris substitutio, non continet tacitam pupillarem in persona impuberis ob euitandam inæqualitatẽ. hoc dicit. Alex.*

Idem A. Firmiano. LEX IIII.

Quamuis placuerit[o] substitutionem impuberi[p], qui in potestate testatoris fuerit, à parente factam ita, Si hæres non erit[q], porrigi ad eum casum, quo posteà quã hæres extitit, impubes decessit[r], si modò nõ cõtrariã defuncti voluntatẽ extitisse probetur: cùm tamen proponas ita substitutionẽ factam esse, Si mihi Firmianus filius & Ælia vxor mea (quod abominor) hæredes nõ erũt, in locum eorum Publius Firmianus hæres esto. manifestum est in eũ[s] casum factã substitutionẽ, quo vtriq; hęredum substitui potuit. PP. iiij. Calẽ. Iul. Fusco. ij. & Dextro Cons.

ℂ *Per aditionem hæreditatis extinguitur uulgaris substitutio. h. d. Sali. & Alexander.*

Impp. Diocle. & Maximia AA. Hadrianæ. LEX V.

Post aditam[t] hæreditatem directæ[v] substitutiones nõ impuberibus filijs factæ, expirare solent[x]. PP. x. Cal. Iun. ipsis. iiij. & iij. AA. Cons.

ℂ *Inter institutos, qui adinuicem sunt substituti, habet locum etiam ius accrescendi. h. d. Alex. concor. Bal. & Sali.*

Idem AA. & CC. Quintiano. LEX VI.

Testamento iure facto, multis institutis hęredib⁹, et inuicẽ substitutis: adeũtibus suã portionem in alijs fieri non potest: vt. s. de inoffi. testa. l. ex tribus.

n ℂ Vendicare.] huic enim locus non est: nisi prius testamentaria õis deficiat: vt. ff. de reg. iur. l. quãdiu. & de acquirẽ. hære. l. quamdiu.

Quãuis.] CASVS. Testamẽtum fecisti. vxorẽ & filiũ tuum impuberẽ hæredes instituisti. Firmianũ eis substituisti. adijt impubes hæreditatẽ, & in pupillari ętate decessit. an ad partem suã substitutus vel aliquis veniẽs ab intestato debeat admitti? Respõ. quòd licet aliàs vbi impubes est institutus, & solus, & ei aliquis substitutus vulgariter: locum habet substitutio tacita pupillaris: hîc gratia vitandæ inæqualitatis locum nõ habebit. Viuia.

o ℂ Placuerit.] sapientibus.

p ℂ Impuberi.] si solus fuerit institutus.

q ℂ Non erit.] ille scilicet hæres sit.

r ℂ Decessit.] regulariter[h]: vt hîc, & fi. eo. l. iam hoc iure. §. ij. sed fallit in duobus casibus[i]: vt in ea. l. iam hoc iure. §. j. in fine. & l. cùm ex filio. §. filio.

s ℂ In eum.] scilicet vulgarem[k]. j. eo. cùm quidã. & s. eo. l. ij. Sed ar. contra. ff. de condi. & demon. l. falsa. §. fi. vbi pluralis sermo pro singulari accipitur. sed fallit[l] illa regula hoc casu quãdo cum alio instituitur.

Post aditã.] CASVS. Testamentum fecisti, & hæredem instituisti, & vulgariter substi. hoc modo: si ille hęres non erit &c. adita hæreditate ab instituto euanescit substitutio. nõ est sic in pupillari substitutione: quia licet impubes adeat & decedat in pupillari ætate: locũ habet substitutio. Viuia.

t ℂ Post.] aditam. ab instituto.

v ℂ Directæ.] id est vulgares[m]: vt hîc, & fi. j. de lega. l. si legata. sed etiã in impuberibus idem dici debet[n], licet remaneat tacita pupillaris: vt suprà. l. proxi. in princip. Illud tamen verum est, quod impuberibus etiam directè potest substitui[o] post aditã hæreditatem: quod in alijs fieri non potest: vt. s. de inoffi. testa. l. ex tribus.

x ℂ Solent.] imò contra. in authen. de hære. & falci. §. si verò institutio[p]. colla. prima. Solu. hæc corrigitur, vel ibi ex vi legis non substitutionis admittitur[q]. Item quid si minor adijt & restitutus est? Respond.[r] substitutio locum habet: vt. ff. de mino. l. & si sine. §. sed quod Papinianus. & ff. eodem. l. ij. §. ergo[s].

Testamento.] CASVS. Si testamentum fecisti, & plures hæredes instituisti. & adinuicem substituisti, vnus eorum portionem suam repudiauerat: ad eam vocabuntur substituti. Viuianus.

g Placet bal. Pau. A. lex. & Ias.

h Placet suprà dict. scriben.

i Et bene P. Ale. & Ia.

k Placet bal. Pau. A. lex. & Ia.

l Displicet bar. P. Ale. & Ia. & hic sit resolutio eiusdẽ naturæ & conditionis quę est pluralitas sed dũ secũ.

m Placet bart. bal. P. Alex. & Ia.

n Concor. bal. Pau. A. lex. & Ias.

o Sequunt scri. scribẽ.

p Verũ est sub. §. hoc omnia.

q Idẽ bal. P. Ale. & Ia.

r Et bene secũdũ scriben.

s Verũ est sub. §. tamdum.

Accrescit.

a ¶ Accrescit.] vt suprà quando non pe. partes. l. j. & de suc. edict. l. j. & ff. de suis & legiti. hære. l. si ex pluribus. & etiam inuitis: vt hîc dicit. si & suam partem velint: vt & infrà de iure deliberan. l. quidam. in fine. & de caducis tollen. l. j. §. his ita. & ff. de acquiren. hæredi. l. j. & ij. & l. cum hæreditate[a]. & de lega. ij. l. neminem. Sed nunquid hoc casu poterit admitti substitutus? Respô. sic: vt. ff. de acquiren. hæredi. l. si quis hæres institutus.

tionem, etiam inuitis, cohęredum repudiantium accrescit [a] portio. Sine die & consule.

¶ *Per substitutionem pupillarem succeditur pupillo ex testamento: & uenientes ab intestato repelluntur. hoc dicit. Alexan. concord. Bald. & Salice.*

Idem AA. & CC. Feliciano.

LEX VII.

SI testamento iure facto, intra pupillarem ætatem & in sua [b] potestate constitutæ filiæ, si intra pubertatem decesserit, directis verbis pater substituit: hæredem te factum [c] ex testamento post euentum conditionis, intestati successionem [d] exclusisse constat. S. Cal. Ianuar. Sirmij. AA. Cons.

SI testamento.] CASVS. Testamentum fecisti, filiam tuam impuberem instituisti, & ei pupillariter substituisti hoc modo: filiam meam instituo hæredem. & si hęres non erit, vel erit & decesit in pupillari ætate, Titium ei substituo si hæres sit, quia hæreditatẽ adeat: intra autem tẽpora decessit pupillaria. an vocetur substitutus, an veniẽs ab intestato, quęritur? Respô. quòd substitutus excludit venientem ab intestato. Viuia.

b ¶ Et in sua.] scilicet patris.

c ¶ Factum.] scilicet substitutum pupillariter.

d ¶ Successionem.] id est venientes ab intestato exclusisti, cùm hæres sis ex testamento[b]: vt ff. de acquirend. hæredita. l. tertia.

¶ *Substitutus uulgariter, per aditionem hæredis instituti excluditur: nec admittitur ex tacita pupillari, si mater pupilli erat in medio. ille uerò qui fuit expreßè pupillariter substitutus, per aditionem hæreditatis non excluditur: sed matre exclusa admittitur ad hæreditatem pupilli in pupillari ætate decedentis. idem si sit compendiosè substitutus, & pupillus deceßit in pupillari ætate si uerò deceßit post, nõ admittitur substitutus ex pupillari ad hæreditatẽ pupilli, sed ex fideicommissaria ad bona tantùm testatoris sibi restituenda per matrem, quæ fuit hæres ab intestato filij. h. d. Alexan.*

Idem AA. & CC. Patronæ.

LEX VIII.

PRecibus] CASVS. Testamentùm fecisti, hæredem filium tuum impuberem instituisti, & ei substituisti Titium filium pupillari ætate: adita tamẽ hæreditate à filio decessit: vel mater admitti ad hæreditatem vult: & substitutus: quis cui præferri debeat, quærit mulier à principe? Dicit imperator: ô mulier manifestius debueras mihi precibus tuis significasse qualiter facta fuisset substitutio: an pupillaris, an vulgaris, an compendiosa. Si vulgaris: vt quia sic dixit testator: filium meum hæredem instituo, & si hæres non erit, substituo Titium. quo casu si filius tuus adiuit hæreditatem, euanescit substitutio, & ad eius hæreditatem admitteris. si pupillaris: hoc modo, si hæres non erit, vel erit & in pupillari ætate decesserit. vocabitur substitutus, & tu excluderis. Si compendiosa, sic: filium hæredem instituo: & quandocunque decesserit, siue in pupillari ætate, siue pòst, Titium substituo. quo casu si intra pubertatem decesserit, admittitur substitutus si hęreditatem adire voluerit. alioquin admitteris tu mulier. Si post tempora pubertatis decessit, admitteris ab intestato ad hæreditatẽ: sed eam substituto ex causa fideicommiss. restitues. Viuia.

e ¶ Precibus tuis.] ô mater.

f ¶ Debueras.] benignè respondet: vt suprà de transactio. l. vt responsum. & repetit quæstionem imperator, aliâs non benignè: vt. ff. de testamen. l. domitius[c].

g ¶ Quem.] scilicet maritum.

h ¶ Proponis.] scilicet tu ô mater.

i ¶ Hæredem.] scilicet substitutum: nec aperit qualem[d] vulgarem, vel pupillarem, vel compendiosam. exprime ergo vtrum &c.

k ¶ Primum.] i. vulgarem fecit secundum hæredem.

l ¶ Annum.] accipe decesserit: & est pupillaris.

m ¶ Aut posteà.] scilicet quandocunque. & hæc est fideicommissaria[e] vel cõpendiosa[f]. Et verè distinguendi fuerunt singuli casus: cùm in vnoquoque casu propria & distincta habeatur ratio: vt ecce, nam &c.

n ¶ Potestate.] maximè, scilicet.

o ¶ Primo casu.] id est in vulgarem[g]: vt si hæres non erit filius, Titius sit hæres.

p ¶ Extitit.] sicq; expirauit substitutio[h]: vt. s̃. e. l. post aditam.

q ¶ Defuncto.] filio scilicet.

r ¶ Ad te.] scilicet matrem.

s ¶ Omnimodo.] imò ex tacita pupillari videtur vulgariter substitutus admitti: vt. ff. eodem. l. iam hoc iure. §. primo. & suprà eodem. l. quamuis. quæ est contra. Solu. speciale[i] hîc in matre, vt contra eam tacita pupillaris non admittatur. Sed an potest admitti probatio in contrarium, scilicet quòd defunctus voluit per tacitam excludere matrem? Respon. sic[k]: vt suprà de testa. mili. l. in testamento. j. in fi. & ff. e. l. iam hoc. in fine.

t ¶ Et in secundum casum.] Secundum casum appellat pupillarem & compendiosam[l]: quia vtraque locum habet, si pupillus sit hæres, & posteà desinat[m]. & ideo hunc casum secundum diuidit in expressam pupillarem, quæ sic fit. Si filius meus erit[n] hęres, & in pupillari ætate decesserit, ille sit hęres. Et compendiosa sic: quoquo tempore filius meus decedat, ille sit hæres. & sic directis verbis[o]. & sic rogo vt hæreditas ad Titium perueniat. & subaudi, id est non vsque &c. quia hoc est exemplum compendiosæ.

a Ibi solũ tractat de iure accrescendi: hîc de iure accrescendi vnito cum iure substitutionis. Bart. Bal. P. Ale. & Ias.

b Ista glo. est de mente Bar. B. P. Alex. & Ia.

c Et ibi p barto.

d Dic eam esse compẽdiosamquo ad terminos. l. nostę. & omni tempore directam secundum Christ. de castel. Ful. Ale. & Ia.

e Ista displicet Alc. & Ia.

f Placet Alex. & Ia.

g Idẽ Bal. Sal. & Ia. & est de mente aliorum.

h Et habuit adire: quia sub data fuit suitas per dationem substitutio nis. vulgaris. Ia.

i Placet bar. b. P. Sa. Alex. & Ia. licet Ful. cõtra.

k Idẽ præ dicerbent.

l Imo tertium casum vocat compendiosam.

la. n p̃ r p.

m Ista to. k tio quãuis

PRecibus [e] tuis manifestius exprimere debueras [f], maritus quondam tuus miles defunctus, quem [g] testamẽto facto hæredem communem filium vestrum instituisse proponis [h], & secundũ hæredem [i] scripsisse, vtrúmne in primum [k] casum, ♁ an in secundum filio suo, quem habuit in potestate mortis tempore ♁ si intra decimumquartum suæ ætatis annũ [l], aut [m] posteà decesserit, substituerit. Nam nõ est incerti iuris, quòd si quidem in patris militis positus potestate [n], primo tantùm casu [o] habuit substitutum, & patri hæres extitit [p]: eo defuncto [q] ad te [r] omnimodo [s] eius pertineat successio. Si verò substitutio ♁ in [t] secũdum casum vel expressa [v], ♁ vel compendiosa [x], non vsque ad certam [y] ætatem facta reperiatur: si quidem [z] * intra pubertatem decesserit [a], eos habeat hæredes [b], quos pater ei cõstituit [c] * etsi adierit [d] hæreditatem. Sin verò [e] post pubertatẽ [f]: tunc eius te successionẽ obtinẽte * veluti ex causa fideicommissi [g] bona, quæ cùm

v ¶ Expressa.] scilicet pupillaris.

x ¶ Compendiosa.] idem in pupillo his verbis, quandocunque decesserit, ipse sit hæres. Et dic compendiosa: in qua tacita inest pupillaris & fideicommissaria.

y ¶ Certam.] maximè. nam idem si vsque ad xxv. ann. vt. l. centurio. ff. eo. Vel dic ætatem, scilicet. xiiij. annorum.

z ¶ Si quidem.] ad vtrunque se refert, ad pupillarem & compendiosam.

a ¶ Decesserit.] scilicet filius.

b ¶ Hæredes.] scilicet directò: siue pupillaris, siue compendiosa sit.

c ¶ Constituit.] id est substituit.

d ¶ Adierint.] aliâs etiam ad matrem venirent: vt & in superiori casu: quia si substitutus nõ adierit, institutus transmittit hæreditatem ad suos hæredes.

e ¶ Si verò post.] scilicet decessit filius. hoc referas[p] ad compẽdiosam tantùm. nam si tantùm vulgariter vel pupillariter substituisset, & fuisset hæres: licet decederet pubes factus iam, vt hîc decessit: mater haberet totum, & nihil redderet.

f ¶ Pubertatem.] si decessit filius.

¶ Hæc lex est obscura, & hoc intendit: Sublatis aliquibus uitijs antiquis, hodie idem statuitur in filijs maribus quod in fœminis: & econtra, tam in successionibus ex testamento quàm ab intestato, & in iure dicendi nullum, uel contratabulandi, ac etiam in modo exhæredandi: quod obtinet etiam in nepotibus & in iam natis uel nasciturís. Salice. Vel sic: Fœminæ exæquantur masculis, & nepotes filijs, & posthumi iam natis: ut eodem modo sint instituendi omnes, & eodem modo debeant exhæredari: & si præterantur, eadem habent remedia rumpendi: licet de media iuris prudentia, masculi essent melioris conditionis quàm fœminæ in pluribus. Primo quia licet ab intestato essent pares, si tamen fiebat testamentum, plus erat relinquendum masculo quàm fœminæ pro sua legitima. & si exhæredabantur, debebant masculi exhæredari nominatim: fœminæ autem poterant exhæredari inter cæteros. Si uerò præteribantur instituto extraneo, poterat masculus totum testamentum impugnare, & tam de iure ciuili quàm per bonorum possessionem de iure prætorio, & totam hæreditatem consequi: fœmina uerò non impugnabat testamentum, nisi pro dimidia per ius accrescendi, & de illa dimidia cogi poterat etiam ad solutionem legatorum, usque ad dodrantem illius dimidiæ: & sic remanebat sibi tantùm uncia cum dimidia totius hæreditatis, quæ dicitur sescuns, & erat deterioris conditionis quàm si fuisset exhæredata, quo casu habuisset querelâ in toto, nisi ei fuisset relicta quarta pars totius. & similiter nasciturí erât alterius conditionis quàm iam nati, in modo exhæredationis. sed hodie idem ius seruatur in omnibus. & debent exhæredari nominatim nepotes & posthumi, sicut filij iam nati. hoc dicit. Alexand.

Idem A. Ioanni præf. præ.

LEX IIII.

Maximum vitium antiquæ subtilitatis psenti lege corrigimus, quæ putauit alia esse iura obseruáda î successió paretû,

Si quis.] CASVS. Si pater in testamento dixerit, filium meum volo esse alienum à substantia mea. an exhæredatus intelligatur: an præteritus verbis his? Respon. quòd exhæredatus. cùm enim sensus testatoris appareat, verbo-40 rum interpretatio requirenda non est.

n ¶ Filium.] alio instituto hærede.
o ¶ Exhæredauit.] & alium filium vel extraneum hæredem instituit.
p ¶ Intelligitur.] nam præterire[f], est nullam de 50 eo facere mentionem: vt institut. de hæredi. quæ ab intest. §. eadem. sed his verbis &c. vt. ff. de hære. instit. l. his verbis. Accursius.
q ¶ Sensus.] id est mês.
r ¶ Interpretatio.] id est verus sensus[g], qui nô præteritionem, sed exhæ-60 redationem designat.
s ¶ Sensu.] vt. ff. de adi. lega. l. tertia. §. conditio. &. xxxviij. distin. ca. sedulò[h]. Sed argu. contra. ff. de vsufruc. leg. l. si alij. in fine. & de re iudic. in summa in principio.

Maximum.] CASVS. In hac. l. sex vitia recitâtur, quæ ex ipsa recipiunt emendationem: quæ secundum antiqua iura circa successio-70 nem, exhæredationem, & præteritionem liberorum fieri consueuerunt. Primû, cùm filij tâ masculi quàm fœminæ sine delectu ab intestato succederêt, circa dispositionem testamentaria inæqualia iura receperût. sed quæ vel qualia, nec hæc lex, nec alia recitat expresse. Secundum, quòd filij nominatim exhæredebantur: & filiæ inter cæteros. Tertium, quòd circa exhæredationem nepotû ex filijs, iura prætoria & ciuilia variè statuerunt. Quartum, si filius in potestate constitutus foret præteritus ipso iure, de iure ciuili paternum euertebat testamentum: vel de iure prætorio per bonorum possess. filia verò præterita, per ius accrescendi non insolidum, sed pro dimidia illud rumpebat, supposita tamen legatis præstâdis ab instituto hæredi relictis, vsque ad dodrante suæ semis-80 sis. admittebatur tamê insolidû de iure prætorio ad patris successiône per bonor. possess. hoc tamê beneficio per constitutionê diui Antonini: ad ius antiquû iterû redacto, & ex hoc emergebat quintû vitiû, puta quòd filia præterita, quæ paternâ nô meruit indignatione, magis grauabat quàm exhæredata: quod fieri cõsuenit ex culpa. Si ponas hæredê institutû legatis pluribus oneratû, maximè cû hodie per cõstitutionê Iustiniani aucta quarta sit: quadoq; in triête, quandoq; in semissem. Videns igitur Iustinianus quòd introducentes huius differentias, potius naturam accusarent, quàm iura statuerent: sanciuit tam in testamentu,

lex Velleia ,puidet ne testamenta rûpâtur: in l. Gallus. §. ille casu. ver. si. ff. eo.
† Aliâs, nû quam.
d Imo ex verbis secû di capitis legis Velleiæ vt per la in preludijs. §. nûc de le ge. hic alle. e Istam sequitur Ang. hîc & qui dicatur sic. ri inter libe ros. vide gl. in. §. j. in fi. de exhæ re. libe.

f Ista glo. reprobatur: quia dicitur præteritus, nisi institua tur vel exhæredatur. Bar. Ang. & Ias.

g Ponit tra tionê dubitandi. Alex.

h Et canô Marcion. j. quæst. j.

mento,quàm ab inteſtato:filiũ & filiam pariter debere vocari.& hoc ad primum.& ſimilibus verbis pariter exhæredari.& hoc ad ſecundum.& hoc in vtroque caſu,tam ad neptes quàm ad nepotes ex filijs extenduntur.& hoc ad tertium.Item filiæ præteritæ vt filij contra tabulas habeant bonorum poſſeſſionem,ſi ipſæ fuerint emancipatæ:vel in ſacris poſitæ ipſo iure vt ſui euertant teſtamentum.& hoc ad quartum & ad quintum. In vltima parte dicit quòd tam circa exhæredationem poſthumarum filiarũ & amitarum differẽtia fuit: puta ꝙ ſi poſthuma exhæredaretur,aliquid ei relinquebatur:ꝙ in iam nata non fuit neceſſe. & hoc totũ reuocatur ad ſtatum maſculorũ ſuorũ hęredum.

a ❡ In fœminis.] primum vitium.

b ❡ Ab inteſtato.] ratio quare ſit vitium.

c ❡ Et alijs.] ſecũdum vitiũ:quia filij nominatim,filiæ inter cæteros.

d ❡ Nepotes.] tertium vitium.

e ❡ Alia.] i.alia vitia.

f ❡ Præterita.] quartum vitium? Vel dic ꝙ exemplificat primum.

g ❡ Accreſcendi.] id eſt accreſcebat ſiue dabatur ei ſemis eius,quod ab inteſtato erat habitura,& vſq; ad dodrantem eius ſemiſsis poterat grauari legatis: vt infrà ibi, cùm enim &c.

h ❡ Accipiebat.] non autẽ poterat dicere nullum:vt inſti.de exhære.libe.in prin.

i ❡ Accreſcendi.] accreſcebat enim,id eſt accedebat ei, & decreſcebat inſtituto.

k ❡ Et ipſa.] ſcilicet filia præterita.

l ❡ Legatis.] ab inteſtato relictis: ad inſtar filij qui petit contra tabulas.

m ❡ Ex prætore.] i. ex iure prætorio.

n ❡ Habebat.] ſ.filia.

o ❡ Coarctabat.] ſ.in bonorũ poſſeſſionẽ petẽda,inquãtum iure ciuili prius petebat,ſcilicet ſemiſſem petat per bonorum poſſeſſionẽ, & præſtet legata vſque ad dodrantem eius ſemiſsis,vt erat de iure primo ciuili: quã cõſtitutionem Antonini non habemus.

ſi ex teſtamento veniãt, in maſculis,et alia in fœminis [a],cùm ab inteſtato [b] ſimile ius vtriq; ſexui ſeruauerint. Et alijs [c] verbis exhæredari filium debere ſanxerunt, alijs filiã:& inter nepotes [d] exhæredãdos alia [e] iura ciuilia,alia prętoria introduxerũt.& ſi præteritus fuerat filius:vel ipſo iure teſtamentũ euertebat, vel contra tabulas bonorum poſſeſsionẽ in totum accipiebat. Filia autem præterita [f] ius accreſcẽdi [g] ex iure vetere accipiebat [h],vt eodem momento & teſtamentum patris quodammodo ex parte iure accreſcendi [i] euerteret, & ipſa [k] quaſi ſcripta legatis [l] ſupponeretur:ex prætore [m] autẽ habebat [n] contra tabulas bonorum poſſeſsionẽ in totum. Cõſtitutio autẽ magni Antonini eam in tantum coarctabat [o],in quantum ius accreſcẽdi [p] cõpetebat. Qui enim tales differẽtias [q] inducũt [r], quaſi naturæ accuſatores exiſtunt, cur nõ totos [s] maſculos generauit, vt vnde generarẽtur, nõ fiãt [t]. Nam hoc corrigẽtes, maiorũ [v] noſtrorum ſequimur veſtigia [x],qui eandem obſeruationẽ colere manifeſtiſsimè viſi ſunt. Scimus etenim anteà [y] ſimili modo & filiũ & filiã,& alios omnes inter cæteros [z] exhæredatos ſcribere eſſe conceſſum. ♁ Tum etiã centũuiri [a] aliã differentiã introduxerunt [b]: & ex hac iniquitate vitiũ emerſit,quale ex libris Vlpiani, quos ad edictũ [c] prætoris fecit, inuentũ à Tribuniano viro glorioſiſsimo noſtro quæſtore,cæteriſq; viris facũdiſsimis cõpoſitoribus iuris enucleati,ad noſtras aures relatũ eſt. Nã cùm vltimũ adiutorium de inoffi

p ❡ Accreſcendi.] ſcilicet de iure ciuili.

q ❡ Tales differentias.] ratio quare ſint vitia oĩa pręter tertiũ pręcedẽtia.

r ❡ Inducunt.] ſcilicet inter maſculos & fœminas.

s ❡ Totos.] i.omnes.Et no.non licere [a] accuſare naturam : vt.j.de leg.hære. l.lege.xij.tabu.& inſti.de exhære.li.§.noſtra.

t ❡ Non fiant.] mulieres.

v ❡ Maiorum.] ſcilicet ab antiquiſsimis temporibus : vt in.l.xij.tabularũ: vt.j.de leg.hære.l.lege.

x ❡ Veſtigia.] quo ad æqualitatem maris & fœminæ.non quo ad exhæredationem.

y ❡ Anteâ.] id eſt antiquiſsimo tempore ante prædicta iura.

z ❡ Inter cæteros.] id eſt non nominatim.

a ❡ Centumuiri.] nota tria eſſe iura in filia. Primum quòd filia inter cæteros.Secundum quòd alijs verbis.Item de iure accreſcendi. Et dic centũuiri,id eſt ſenatores,qui centum numero erant:vt hîc, & ſuprà de peti.hære. l.fi.& eſt hoc quintum vitium.

b ❡ Introduxerunt.] introducentes petitionem hæreditatis acta prius querela.

c ❡ Ad edictum.] ſcilicet exponendum.

d ❡ Et nemo.] repete,cum &c.

♁ Tametſi

a Quia par cendum eſt vitio naturali.l fiumi num.ff.de dam.infec.

Senatores dicuntur cẽtumuiri.

e ❡ Ortus.] id eſt filius.Nam nati,filij dicuntur.Vel dic,id eſt fretus,quaſi dicat,qui habet aliud auxilium,non habet querelam:vt hîc,& inſti. de inoff. teſta.§.tam autem.

f ❡ Ad hanc.] ſcilicet querelam.

g ❡ Semiſſem.] id eſt eius partis,quam ab inteſtato haberet.

cioſi querela poſitum eſſet, & nemo [d] ex alio ortus [e] præſidio ad hãc [f] decurrere poſſet:inuẽta fuerat filia pterita minꝰ habẽs quàm filia exhæredata. Cùm eñ per cõtra tabulas bonorũ poſſeſsionem, vel ius accreſcẽdi,ſemiſſem [g] ſubſtãtiæ filia pręterita accipiebat,& omnibꝰ legata pſtare cõpellebat, ſcilicet vſq; ad dodrantẽ ſuæ portionis:remanebat ei ſeſcũcia [h] tãtũmodò ĩ ſua ſucceſsiõe. Quòd ſi fuiſſet exhæredata:quarta pars omnimodo totiꝰ ſubſtãtiæ [i] ei relinqui debebat.& quã iniuria dignã pater exiſtimabat,amplius habebat ea,quã taciturnitate in inſtitutiõe [k] pterijt.& ſi [l] ſecundũ noſtræ conſtitutionis [m] definitionẽ, quã de ſupplemẽto quadrãtis diſpoſuimus,repletio fuerat introducta: ſimili modo exhæredatæ [n] in quartã partẽ repletio accedebat. & ita [o] vitium permãſit, vt nec ex noſtra cõſtitutione emẽdationem aliquam ſentiret [p]. Sãcimus itaq; queadmodũ in ſucceſsionibus parentũ,quæ ab inteſtato deferunt, æqua lance & mares & fœminæ vocãtur [q]:ita & in ſcriptura teſtamẽtorũ eas honorari [r],& ſimilibꝰ verbis exhæredationes nominatim [s] procedere [t],& cõtra tabulas bonorũ poſſeſsionẽ talẽ habere [v], qualẽ filius vel ſuus [x] ♁ vel emãcipatus:vt et ipſa [y],ſi fuerit pterita, ad inſtar filij emãcipati vel ſui, vel teſtamẽtum ipſo iure euertat, vel per cõtra tabulas bonorũ poſſeſſionẽ ſtare hoc non patiatur [z]. Et hæc [a] nõ ſolùm in filiabus obtinere,ſed etiã in nepotibꝰ & neptibus & deinceps obſeruari cẽſemus, ſi tamẽ ex maſculis progeniti [b] ſunt.

h ❡ Seſcuncia.] i. vncia & dimidia:vt.ff.de inoff. teſt.l.Papinianus.§.pinde ſi ſint. & hoc facta relatione ad totũ:quod ab inteſtato erat habitura, cùm primò vnus ſemis ei auferatĩ,poſteà dodrãs remanentis ſemiſsis.

i ❡ Totus ſubſtantiæ.] i.totius ſibi debitę portiõis ab inteſtato.pręterita verò habebat dimidiam illius portionis : & in dodrãte illius dimidiæ grauabatur ad legata. Hęc tñ iniuria alibi reperitur:vt.ff. de cõtra tabu.l.nõ putauit.in fi.[b] nã & emãcipatus filiꝰ ſi fuit præteritus,& petat cõtra tabulas certis pſonis præſtat legata : exhæredatus verò,nullis omnino [c]: vt ff.de leg.pręſtan.l.j.&.l. Papinianus.§.fin.&.l.Titia.ff.de inoffic.teſta. Sed hodie iure authenticorũ idem poteſt probari. Pone ꝙ me exhæredauit pater meus, nõ adiecta cauſa:& legatum mihi reliquit:teſtamentũ non valet,quãtum ad inſtitutionem,ſed quantũ ad legata ſic:ergo habeo legatum,& pariter ſuccedam cũ fratribus quaſi ab inteſtato:& ita plus habeo quàm etiã ipſi inſtituti, vel multò magis quàm præteriti [d].Sed quidã dicunt non tenere hoc legatũ,cùm nõ eſt veriſimile ꝙ teſtator voluerit me habere,ſi teſtamentũ nõ valeret. ADDITIO. Iſtã opinionem tenuit Mar. Sylle. vt refert Bart.in aut.ex cauſa j.c.in pe.col.verſi.quæro quid ſi aliquid erat &c. quam ſequitur ibi ipſe Bar.hac potiſsimũ ratione:quia indignus eſt cõſequi ex teſtamẽto,quod impugnauit: vt.ff.de inoffi.teſta.l.Papinianus.§. meminiſſe:cũ ſimi.& videt expreſſus caſus ſecũdum eũ.in.l.filiũ.§.omnibus.ff.de leg.præſtan.

b Voluit allegare . l. filiũ . § . fi. eo.tit. Cy. Alex. & Ia.

c Dic ſecũdũ Ful.Alę. & Iaſ.hîc,ꝙ iſte tex.conſyderauitꝙ quãtum ad quartam à lege debitã ipſi filiæ eſt vitiũ quòd exhæredatꝰ in illa ſit melioris conditiõis quã præteritus.

♁ Vel emãcipatus haberet.

d Hoc ſequitur Pau.

k ❡ Inſtitutione.] de alio facta.

l ❡ Etſi.] id eſt quamuis.

m ❡ Conſtitutionis.] quæ eſt ſuprà de inoffi.teſt.l.ſi quis filium.§.ſancimus.Vel verius illa omnimodo.

n ❡ Exhæredatæ.] & non præteritæ.

o ❡ Et ita.] quia præterita præſtat ex ſua portiõe legata,ſed nõ exhæredata.

p ❡ Sentiret.] quia non dedimus ſupplementum præteritæ.

q ❡ Vocantur.] vt ſuprà ea.l.in prin.

r ❡ Honorari.] hoc ad primum.

s ❡ Nominatim.] quid ſit nominatim, habes.ff.eodem.l.j.&.ij.& hoc ad ſecundum.

t ❡ Procedere.] de ſecundo vitio.

v ❡ Talem habere.] quartum & quintum vitium.

x ❡ Suus.] qui habet vtrunque:emancipatus tantùm alterum. ſimilis confuſio, ſuprà de colla. illam & inſti.qui teſt:da.tu.poſ.§.fi.

y ❡ Ipſa.] ſcilicet filia.

z ❡ Non patiatur.] nam & ſuis præteritis,datur contra tabulas:vt hîc, & inſti.de hære.quæ ab inteſt.§.eadem.

a ❡ Et hoc.] hoc ad tertium.

b ❡ Progeniti.] nam nepotes ex filia cum diminutione tertiæ partis

veniunt: vt supra de colla. illam. quod tamen corrigitur per authen. ibi posi-tam. Accursius.

Posthumi nō possunt exhæredari.

a ¶ Sed quia.] hoc erat sextum vitium.

b ¶ In posthumis.] hodie posthumi exhæredari non possunt, cùm nullam causam ingratitudinis possunt committere: vt suprà de inofficio. testamen. l. si quis in suo. §. legis. & est lex Iusti. & post istam quæ est cōtra. Item per authen. est idē. Nam debet causam ingratitudinis inserere: quam ergo inseret in posthumo? & hoc dicit authen. non licet &c. quam lege hîc. & postea authē. ex causa.

c ¶ Posthumam.] id est nondum natam.

Non licet.] CASVS. Hæc authenti. corrigit iura antiqua. in hoc iure antiquo liberi poterant exhæredari sine causa. hodie istud est correctum: quia non licet parentibus exhæredare vel præterire liberos: nisi inseratur vna ex. xiiij. causis legibus approbata: sed si vna illarum inseritur & inuenitur vera: filius vel filia excluditur à querela: si non inuenitur vera, vocatur ad querelam: vnde si nō inseritur causa exhæredationis, non valet exhæredatio, nec præteritio, nec testamentum.

d ¶ Parenti.] mari vel fœminæ, cùm de præteritione dicat: vt institu. de exhære. li. §. mater. Accursius.

e ¶ Præterire.] id est nec instituere, nec exhæredare: vt instit. de hære. quæ ab intest. §. eadem.

f ¶ Probetur.] ab hæredibus: vt suprà de inoffi. test. l. liberi. & l. omnimodo. Accur.

¶ Sed quia[a] & aliud vitium fuerat sub obtentu differentiæ intro ductum, & alia iura exhæredationis in posthumis[b], alia in iam natis obseruabātur: cùm necesse fuerat posthumā[c] inter cæteros exhæredatam etiam legato honorari, filiam autem iam progenitam etiam sine datione legati: & hoc breuissimo incremēto verborum ad plenissimam definitionem deduximus, sancientes eadem iura obtinere & in posthumis exhæredandis, siue masculini, siue fœminini sexus sint, quæ in filijs & filiabus iam statuimus: vt etiā ipsi vel ipsæ nominatim exhæredentur, id est posthumi vel posthumæ facta mentione. D. Cal. Septemb. Cōstantinop. post cōsulat. Lampadij & Orestis VV. CC.

In authen. vt cùm de app. cog. §.

aliud quoque capitulum. cum sequentibus. §§. collatio. viij. constitu. xij.

¶ *In exhæredatione requiritur expressio causæ legitimæ, quæ ab hærede probari debet: alias exhæredatio non ualet. h. d. Sali. & Alexan.*

Non licet parenti[d] aliquem ex liberis exhæredare vel præterire[e], nisi is probetur[f] ingratus, & ingratitudinis causas

g ¶ Quatuordecim.] quibus filij à parentibus exhæredantur: sed septem sunt, in qbus exhæredātur superiores ab inferioribus: vt in cor. aut. vnde hæ sumitur, in. §. aliud. cū seq. §. &. §. & hæc qdē. & tres, qbus exhæredat frater vel soror, etiā turpi psona instituta. vt in aut. de nup. §. ingratitudinis. col. iiij.

Ex causa.] CASVS. Istā aut. ita continuabitis ad l. C. & ad superiorem aut. Olim non erat necesse inseri causam exhæredationis. hodie necesse est: & si nō inseritur, nō valet testamētū, quātū ad institutionē: quātū ad alia sic. Pone tis ergo in hac aut. ita casum: Pater extraneū instituit, filiū exhæredauit, nulla causa inserta, quæ sit lege approbata: vel mater filium preterijt, & extraneū instituit, nulla causa à lege approbata inserta: vnde nō valet testamentum quantum ad institutionem. nam filius dicet testamētum ipso iure nullum, & succedat ab intestato. veruntamen legata & fideicōmissa præstare tenetur: quia licet ipso iure non valet testamentum quantū ad institutionem, cætera tamen omnia firma remanent.

a Ista est vera. B. B. Ang. P. & cōmuniter omnes.

b Et hoc habet plus quā emācipatus. Pau. & Ias.

c Hic glo. format tacitam oppositionem ad id quod incidenter supra dixerat Pau. Alex. & Ias.

d Hæc vera P. Ale & Ias. & pōt iungi cum prima. Pau.

h ¶ Ex causa.] omissa in testō: & tūc ponitur irritū ipso iure. Vel secūdò cā fuit inserta in testō, sed per hæredē non probata: & tūc irritū, id est irritādū.

i ¶ Irritum est.] ipso iure causa inserta, & non probata: & sic non habet hodie locum querela nisi inter fratres turpibus personis scriptis hæredibus. Nā aut non est inserta causa, & sic non valet: vt. s. aut. nō licet. aut inserta & probata: & cunc inexpugnabiliter valet: vt in aut. de hære. & fal. §. exhæredatos. col. j. aut non probata: & tunc ipso iure non valet: vt hîc. & hoc secūdum M. Tu dic[a] secundum Io. q habet locum quando est inserta & non probata: & verbum hoc, irritum, non est in corpore, sed ibi est enacuatio, in. §. si quis de prædictis. & in. §. siue igitur. Subaudi ergo per querelam vel per contra tabulas si fuerit præteritus emācipatus, vel suus: sed suus si vult, potest etiam dicere nullum[b] cùm est præteritus. Nec obstat[c] quod alibi dicitur non esse differentiam patriæ potestatis: vt in aut. de hære. ab intest. §. nullā verò. col. ix. Nā verū est vtrunq; admitti: sed quęq; suo iure. per ius autem ciuile soli sui admittebātur. Et eodē modo respon. ad illam insti. de exhære. lib. §. nostra. Itē loquitur[d] dictā aut. cùm nullum factū est testamētum. & secūdum hoc irritū i. irritādum. Vel si dicas ipso iure, expone ex causa. fomissa, vt sequitur: sed ab intestato succedunt. Item si prædictum verbū esset in corpore aut tamē præcedunt verba illa, ex causa illa præteritionis, quasi sola præteritio vel exhære datio non sit causa q testamētum sit ipso iure nullum, sed etiam illa, scilicet si exhæredatio non sit ritè facta. i. si legitima causa nō sit inserta quare fiat ex-

hæredatio. Si ergo cōtinuatur, debet aliquod esse testamētū secundū omnes sed irritādū est per querelā vel alijs cōmunibus modis. Vnde dic generaliter q omnis exhæredatus vel pro exhæredato habitus, & solus habet querelā, & solā querelā inof. testamēti. Igi[r] si est in potestate exhæredat[9], habet querelā, & solā querelā inof. test. si præteritus, ipso iure nullū dicit. Itē bo. poss. contra tabulas petere[f] potest. Si sit emancipatus & exhæredatus, querelam habet: & illā solā: vt. ff. de lib. & posthu. l. vl. et de bo. pos. cōtra tab. l. j. si præteritus, habet solā cōtra tabulas. Si autē sit præteritus vel exhæredatus ab ascēdēti bus per matrē, (& semp dic cū causa: quia eorum præteritio pro exhæredatione habet,) solā habet querelam. idē intelligo si mater vel aliquis ascendēs per matrē prætereat à filio: vt habeat pro exhęredatā[g]: vt. s. de inoffi. testa. l. cū filiū. & hoc cū tractat de successiōe ascēdētium. Si autē ecōtra, si qdē erat filius & in potestate, & sit testatus super rebus nō castrēsibus, vel quasi, nō valet testamētū: vt. j. de bo. quæ lib. l. fi. §. filijs autē. Si autē super castrēsi vel quasi, cōstat q nulli subiacet querelæ[h]: vt. s. de inoffi. testa. l. fi. §. si. Si aut est emācipatus, & patrē exhæredat, habet querelā. si pterit[i], habet contra tabulas pater: vt. ff. si à pa. quis fu. ma. l. j. in prin. & ff. de inoffi. testa. l. pater. Itē opponitur. s. de testa. l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. Sed ibi de imperfecto, quo ad numerum testiū & aliarū sōlenitatū, hîc quo ad ptæritionē vel exhæredationē. & scdm hoc facit. j. pxi. gl. in fin.

e Conda. de hîc melius vt per Pau. & Ias.

f Et sic nō daf ad reiecidēdum, sed ad declarandū nullum. Ias. post P. in l. j. §. xij. col. s. de cōtra tab.

g Sequitur eam Pau & sicut est aucta hodie legitima descendentiū, ita ascendētiū & debet relinqui iure institutionis. Ang. & Pau.

h Immo hodie hæc. P. Alex. & Ia.

nominatim inserat testamento.

¶ Causæ verò ingratitudinis noua constitutione expressæ sunt quatuordecim[g].

In authen. vt cùm de app. cog. §.

aliud. &. §. seq. &. §. siue igitur. & §. & hæc. in fi. col. viij. consti. xij.

¶ *Propter breuitatem non summatur, sed potest diuidi in tres partes. Primò unum dictum ponit. Secundò illud limitat & restringit. Tertiò dubium remouet, secunda ibi, quantùm. tertia ibi, cætera. Alexan.*

Ex causa[h] exhæredationis vel præteritionis irritum[i] est testamentum quantum ad institutiones, cætera[k] nanq; firma permanent.

TIT. XXIX.

De posthumis hæredibus instituendis, vel exhæredādis, vel præteritis.

¶ *Per natiuitatem posthumi præteriti testamentum rumpitur, & legata non debentur. h. d. Alex. post Bal. & Sali.*

Imperator Antoninus A. Brutatio.

LEX I.

Si post testamentum factū, quo posthumorū suorum nullam mētionē testator fecit, filiū filiámve

k ¶ Cætera.] sic ergo petentur legata actione ex testamento, quasi nō rescisso: vt hîc, & in cor. aut. §. siue igitur. in fi. §. & tñ filius succedit ab intestato quo ad quid: ergo est testatus quo ad quid. & quo ad quid non: sic. s. de testa. l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. Vel dic agi conditione[i] ex lege ad hæc legata. Sed pone quòd testator dixit, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, vel alterius cuiuslibet vltimæ voluntatis. An petentur legata vt ab intestato? Respon. hæc aut. videtur velle solùm ex testamento. verùm videtur eo casu loqui, quo alio modo non poterant valere legata: sed certè nec hæc alio modo valent[k], licet hæc verba sint adiecta, si non valet &c. vt. ff. de inoffi. testa. l. Titia. in fi. & de le. iij. l. patronus. §. fi. Item si hæc verba dixit, si non valet &c. nūquid hæres scriptus poterit tanquā ab intestato relictū petere ex causa fideicommissi à filio existente hærede ab intestato, vt sibi restituat hæreditatem retenta quarta, quasi trahatur hæredis institutio directā ad fideicommissariam, vt dicit lex in substitutione: vt. ff. ad Treb. l. Scæuola? Respond. ita videtur. quidam tamen contra, quasi prædicta adiectio nil operetur hîc: sed tunc tantùm operetur, cùm deficit testamentum solennitate iuris: quia ibi non est solennis numerus testium, vel. vij. sigilla, vel huiusmodi: secus vbi deficit ratione præteritionis. quod est verum per l. Titia. sed vbi non potest dici inofficiosum, secus dicam: vt dict. l. Titia. & notaui. ff. de test. l. ex ea scriptura.

i Prima est vera & magis commu nis b. b. P. Alex. & Ia.

k Opinio gl. est vera, scilicet q legata petitur actione ex testamē to non vel ut e clau sule: sed ex fundamēti ut aiūnt hodie. bar. Ang. Pau. Alex & Ias.

¶ DE POSTHVMIS HÆREDIBVS INSTITVEN. &c.

¶ Quinque modis fit posthumus, scilicet natus post mortem patris. Item post testamentum ante mortem: vt. ff. de iniusto testamento. l. tertia. §. primo. Item arrogato filio post testamentum. Item post mortem aui: quia incipit nepos in sui patris potestate esse, vt posthumus. Item nepos auo moriente filio: vt. ff. de liberis & posthumis. l. filius à patre. § primo. ADDITIO. Licet hæc gloss. approbetur per Salicetum, Corneum. Alexand. & Ias. & per Alexan. in rubri. ff. eodem. tamen dominus præceptor meus Iodocus Lauuerinis eam reprehendit in repetitione sua. l. Gallus. ff. eodem. hic in tertio modo ibi, item arrogato filio &c. Et aliter ponit exemplum, scilicet si aliquis arrogat alium quam filium.

Posthumus dicitur qui quemodo.

Si post.] CASVS. Si testamentum fecisti, & hæredes instituisti, nec de nascituris mentionem fecisti, aliquis natus etiam rumpatur testamentum, quæritur? Respond. quod sic. nec ex eo aliquid debetur vt peti possit.

Intestato.

ſuſcepit:inteſtato [a] vita funct⁹ eſt: cũ agnatione poſthumi vel poſthumæ,cuius nõ meminit, teſtamẽtum ruptum [b] ſit. ¶Ex rupto autẽ teſtamento nihil [c] deberi,neq; peti poſſe,explorati iuris eſt.Dat. & PP.iiij.Calend.Iul.Antonino A. iiij.& Balbino Conſ.

¶ *Abortiuus non rumpit teſtamentum, ſed natus uiuus, licet illico deceſſerit.* h.d.Alexã.poſt *Bal.& Sali.*

Impp.Dioclet.& Maximian. AA. & CC.Soterico. LEX II.

VXoris abortu [d] teſtamẽtum mariti non ſolui [e] : poſthumo verò præterito, quãuis natus ilico deceſſerit [f], non reſtitui [g] ruptũ,iuris euidẽtiſmi eſt.S.xij.Cal. Mart.Sirmij,Cæſaribus Conſ.

¶ *Poſthumus natus uiuus.licet illico decedat. rumpit teſtamentum,ſi ipſe ad nullum declinat monſtrum uel prodigium.h.d.Sali.& Alexan.*

Imp.Iuſtinianus A.Ioanni præfecto prætorio. LEX III.

QVod certatum eſt apud veteres,nos decidimus. Cũ igitur is, qui in ventre portabatur, præteritus fuerat,qui ſi ad lucem fuiſſet [h] redactus,ſuus hæres patri exiſteret,ſi non [i] alius eum antecederet,& naſcendo [k] ruptum teſtamentum faceret:ſi poſthumus in hunc quidẽ orbem deuolutus eſt, voce autem nõ emiſſa ab hac luce ſubtractus eſt:dubitabãt,ſi is poſthumus ruptũ facere teſtamẽtum poſſet, & veterum animi turbati ſunt,quid de paterno elogio [l] ſtatuẽdum ſit.Cunq; Sabiniani exiſtimabãt,ſi viuus [m] natus eſſet,etſi vocem non emiſit,rumpi teſtamẽtum : apparetq; quòd & ſi mutus fuerat,hoc [n] ipſum faciebat : eorũ etiam nos laudamus ſentẽtiam,et ſancimus, ſi viuus perfectè natus eſt:licet ilico,poſtquam in terram cecidit : vel in manibus obſtetricis deceſsit:nihilominus teſtamentum rumpi [o] : hoc tantum modò requirendo,ſi viuus ad orbem totus proceſsit , ad nullum declinans mõſtrum [p] vel prodigiũ.D. xv.Cal.Decẽb. Cõſtãtinop.Lãpadio & Oreſte VV.CC.Conſ.

¶ *In ultimis uoluntatibus caſus omiſſus habetur pro expreſſo,ſi non ſit deuerſitatis ratio,& tractetur de fauore,non de odio.h.d.Salice.Vel ſic: Inſtitutio facta de poſthumo naſcituro poſt mortem:trahitur ad poſthumum natum in uita:ſi teſtator putabat ipſum naſciturum demũ poſt mortem.quia uerisimile eſt quòd ſi putaſſet cum naſci in uita,eodem modo inſtituiſſet.h. d.ſecundum communem intellectũ docto.Alex.*

Idem A.Ioanni præ.præ. LEX IIII.

QVidam [q] cùm teſtamentum faciebat, his verbis vſus eſt:Si filius vel filia intra [r] decem menſium [s] ſpatium poſt mortem meã [t] editi fuerint,hęredes ſunto. vel ita dixit:Filius vel filia,qui intra decem menſes proximos mortis [v] meę naſcẽtur, hęredes ſunto. iurgium antiquis interpretatoribus legum exortum eſt,an videãtur [x] non contineri [y] teſtamẽto,& hoc ruptum facere. ¶ Nobis itaq; eorum ſententiam decidentibus, cùm frequentiſsimas leges poſuimus teſtatorum voluntates adiuuantes:ex neutra huiuſmodi verborum compoſitione ruptũ fieri teſtamentum videtur,ſed ſiue viuo teſtatore,ſiue poſt mortẽ eius intra decem menſes à morte teſtatoris numerandos filius vel filia fuerint progeniti,maneat teſtatoris voluntas immutilata,ne pœnã patiatur præteritiõis,qui ſuos filios non præterijt [z] .D.xij.Calẽ. Decẽb . Conſtantinopo.Lãpadio & Oreſte VV.CC.Conſ.

TIT. XXX.

De iure deliberandi, & de adeunda [a] vel acquirenda [b] hæreditate.

¶ *Iure iſto emancipatus non efficitur hæres ab inteſtato ex ſola manumiſsione uel alia geſtiõe. Salicetus.uel ſic:ille qui de iure prætorio tantũ poteſt eſſe hæres:licet faciat extra iudicium actus, qui non poſſunt fieri citra nomen & ius hæredis:non implicatur oneribus hæreditarijs. ſecus ſi poterat eſſe hæres de iure ciuili.hoc dicit cum.l.ſeq.Alexander.*

---

a ¶ Inteſtato.] nunc reſpondet.

b ¶ Ruptum ſit.] vt inſti.de exhære.li.§.j.

c ¶ Nihil deberi.] vt.ff.de iniuſt.teſt.l.qui vxorẽ.&.ff.de legat.ij.l. ſi quis teſtamẽto.&.ff.de fideic.lib.l.generaliter.§.ex teſta.ſecus autẽ iure auhtẽ.hoc caſu:vt.ſ̃.ti.j.aut.ex cauſa.Vel dic ꝙ ibi loquitur in nato pręterito:hîc in poſthumo.Itẽ cõtra.ff.de iniuſt.teſt.l.poſthumus.et.l.filio.Solu.vt dices.j̃.l.proxi. ADDITIO. Tu diſtinguas,ꝗa aut teſtator ſciuit ſe habere vxorem prægnantem,& tũc valent & conſeruantur legata & fideicommiſſa, per.d.authẽ.ex cauſa.aut ignorauit:& tunc ſecus: quæ diſtinctio in filijs iã natis pręteritis etiam adhiberi poteſt.pro qua facit.l.ſicut certi.&.l. ſi cũ vel in vtero.ſ̃.de teſt.mili.& vult Bar.in.d.aut. ex cauſa.& idem in.l.filio. ff.de iniuſt.teſta.

Teſtamẽto rupto per agnationẽ poſthumi an debeant legata.

VXoris.] CASVS.Teſtamentum feciſti,& hæredem inſtituiſti,nec de naſcituris mentionẽ feciſti:vxor tua fecit abortum, an teſtamentũ rumpatur,quæritur?Dicitur quòd non. Si autem viuus natus eſt,licet incontinenti deceſſerit , rumpitur teſtamentum.

d ¶ Abortu.] puta mortuum fecit.

e ¶ Non ſolui.] cùm nec natus videatur : vt ff.de verbor. ſigni.l. qui mortui.

f ¶ Deceſſerit.] emiſit tamen vocem vt differat à.l.ſeq.

g ¶ Reſtitui.] vt. ff. de li.& poſthu.l. quod dicitur.& inſtitu. de exhære. lib.§.j.Sed cõtra.ff.de iniuſt. teſta. l. poſthumus. Sol.ibi viuo teſtatore,& natus fuit,& deceſsit : hîc pòſt.Vel ibi de æquitate: & hîc de rigore.Item cõtrà.ff.de iniuſt.teſt.l.filio. Sol.ibi in nato præterito, hîc in poſthumo. Vel ibi de æquitate, vt ibi dicit: hîc de rigore. ADDITIO.Tu videas hîc pulchrã & breuẽ diſtinctionẽ Bar.pro cõcordia legum in hac glo. pro contrarijs allegatarum.

QVod certarũ.] CASVS.Cũ poſthumus natus,voce tamen non emiſſa ab hac luce ſubtract⁹ eſt:an rũpet teſtamentum apud veteres erat ꝙ̃ſtio : quam ſoluit Sabinus dicens ,Si viuus nat⁹ eſt,nõ obſtante eo ꝙ ante vocem emiſſam vita functus eſt,rũpet teſtm̃:eodẽ mõ & ſi viu⁹ nat⁹ eſt:in quã ſñĩam declinat imperator ſtatuẽs,ꝙ ꝗſqs nat⁹ talis fuerit:licet in terrã ceciderit,vel in manibus obſtetricis deceſſerit,rũpat̃,ſi totus ꝓceſſerit ad nullũ declinãs mõſtrũ vel prodigium.

h ¶ Fuerit.] id eſt fuiſſet viuo patre.

Filiũ alius antecedere non poteſt.

i ¶ Si non.] ſi pro ꝗa cũ em̃ ſit filius,ali⁹ eũ antecedere nõ põt:vt inſti. de hære.qua.& dif.§.ſui.Secus ergo ſi alius præcederet:vt ꝗa hic eſſet nepos qui naſcitur:vt.ff.de mil.teſt.ſi filiuſfamiliâs.j.§.ſed ſi filiuſfamiliâs.

k ¶ Naſcendo.] ſcilicet viuus & duraſſet viuus.

l ¶ Elogio.] id eſt teſtamento.

m ¶ Viuus.] & deceſſerit.

n ¶ Hoc ipſum] .i.vocem non emitteret.

o ¶ Rumpi.] vt.ſ̃.l.proxi.&.ff.eo.l.quod dicitur.

p ¶ Monſtrum.] hi enim nõ ſunt liberi:vt.ff.de ſta.ho.l.nõ ſunt liberi.& de ver.ſig.l.oſtẽtũ.Sed arg.contra eo.tit.de verb.ſig.l.quæret aliquis:ſed ibi quo ad hoc vt matri proficiãt,nõ vt ſibi.Vel refert an ex beſtia.

QVidã.] CASVS.Teſtm̃ feciſti his verbis:vnuſqſq; mihi nat⁹ intra.x.mẽſes poſt mortẽ meã ille ſit mihi hæres:ille,ſi viuo te aliqs nat⁹ fuerit,an p̃terit⁹ eſſe videat̃,quo magis rũpat̃ teſtm̃ q̃rit̃?Rñd.ꝙ vtroq; ſermone,ſiue viuo te,ſiue poſt mortẽ tuã intra x.mẽſes cõputãdos à tp̃e mortis ſuæ aliqs nat⁹ fuerit,maneat voluntas tua firma,ne pœnã præteritionis patiaris, qui filios non præterijſti.

q ¶ Quidã.] duob⁹ modis dic caſum.Primo,inſtituo poſthumũ,ꝗ mihi naſcetur poſt mortem meã intra.x.menſes : ſed hîc nat⁹ in vita poſt teſtm̃ fingit̃ inſtitut⁹:licet non ſit.Secũdo, inſtituo poſthumũ,ꝗ mihi naſcet̃ vſq;ad.x.mẽſes cõpletos:ꝗ mẽſes cõputent̃ poſt mortẽ meã.& ſcd̃m hũc ſecũdũ caſum ponit̃ intra ꝓ citra. in primo, non.

Caſum ponit dupliciter.

r ¶ Intra.] id eſt citra.

s ¶ Decem menſiũ.] extunc currentium.

t ¶ Poſt mortẽ meã.] computandos an cucurrerint.

v ¶ Mortis.] i.poſt mortẽ ſecũdũ primũ caſum.

x ¶ Videantur.] filij nati in vita.

y ¶ Non contineri.] & ſic præteriti.

z ¶ Non præterijt.] ergo hæc lex interpretatur ꝙ ſicut teſtator voluit eũ eſſe hæredẽ ſi naſceretur poſt mortẽ : ſic eadẽ ratione & ſi in vita: vt hîc.ar.ſ̃.de inoff.teſta. l.iij.&.ff.eo.tit.l.ſi ita.j. rñ.&.ff.de cõdi.cau.da.l. ſi extraneus. niſi app̃eat teſtatorẽ cõtra ſenſiſſe.ſ. ꝙ in vnũ caſum tantùm voluit ꝓuidere : vt.ff.e.l. cõmodiſsimè.quæ eſt cõtra.&.ff.ſol.mat.l.ſi cùm dotẽ.in princ.quæ eſt ar. cõtra.Vel ſolue:quia hoc nouũ,illud autẽ vetus: qđ eſt in.l.cõmodiſsimè. Vel dic tertiò ꝙ hîc ſubaudiat̃,etiã, in verbis teſtatoris.q.d.etiã poſt mortẽ:quæ non placet:ꝗa ſic poſſet, & , ibi ſubaudiri. Dic ergo quarto,& eſt ſecũda poſitio caſus:ꝙ hæc verba edicti fuerũt, quæ ſunt in primo dicto. itẽ naſcẽtur, qđ eſt in ſcđo: non determinetur per illa verba,poſt mortẽ : ſed per illa intra.x.mẽſes cõnumerãdos , & currẽtes ex nũc:& cõputandos.i.inueſtigãdos poſt mortẽ:an currant ante vel poſt.& non refert an cucurrerint ante mortẽ vel poſt:nam & illi menſes,qui præcedunt mortẽ,ſunt ꝓximi morti,ſicut & qui ſequũtur:& ſic ponitur intra pro citra.Itẽ quod in fine dicit,à morte cõnumerandos:expone.i.inueſtigandos, an etiã in vita cucurrerũt.Itẽ cõtra ſecũdum primũ caſum.ff.de vẽ.in poſ. mit.l.j.§.ſed & ſi quis ventrẽ . vbi tantùm poſt mortẽ, & tantùm in tempus, quod teſtator expreſsit,videtur cautũ.Sed ibi in exhæredatione: hîc in inſtitutione:vt.ff.e.l.cùm quidam.& facit.l.Gallus.§.nunc de lege.ff.eo.

¶ DE IVRE DELIB.&c. ¶ *De hoc dicit.l.cũ antiquioribus.& l.fi.*

a ¶ Adeunda.] ab extraneo.ſed ſui dicuntur ſe immiſcere:vt inſti.de hęre. quali.& diffe.§.in extraneis.

b ¶ Acquirenda.] à quocunque ſuo,vel extraneo.

I mp.Antoninus A.Titiæ. LEX I.

SI à patre emancipata, eo defuncto, bonorũ poſſeſsionẽ nõ agnouiſti: fruſtra vereris, ne hæreditati paternæ ſis obligata[a], quòd ſeruũ eius nullo iure manumiſiſti, res quoque & mãcipia quædam propter funeris impenſas diſtraxiſti. PP. Calend. Iul. Meſſala & Sabino Conſ.

Filius ſoluens ſimpliciter debitum patris defuncti, præſumitur ſoluere ut hæres. hoc dicit. Sali. poſt Bal.

I mperator Alexander A.Florentino militi.

LEX II.

CVm debitum paternum te exoluiſſe alleges: pro portione hæreditaria[b] agnouiſſe te hæreditatem defuncti, nõ ambigitur[c]. PP. vj. Id. Febr. Maximo. ij. & Æliano Conſ.

Filius in poteſtate, ſtatim mortuo patre, efficitur hæres ipſo iure: & hæreditatem tranſmittit ad hæredes, etiam ſi de immiſtione aliter non appareat: & ſic excluduntur alij uenientes ab inteſtato à ſucceſsione patris: ſecus ſi eſt emancipatus. hoc dicit. Alexan.

I mp.Gordianus A.Florentino militi.

LEX III.

SI fratris tui filius mortis tempore in patris ſui fuit poteſtate: ſiue ex aſſe hæres inſtitutus eſt, etiam clauſis tabulis hæres potuit exiſtere: ſiue ex parte[d], nihilominus ſtatim ſuus ei hæres extitit. nec ea propter quòd intra paucos dies mortis patris ſui conceſsit in fatum[e], tu ad eiuſdem fratris tui potes accedere ſucceſsionem[f]. ¶ Quòd ſi cùm[g] iuris ſui eſſet, ante[h] aditam[i] hæreditatem deceſsit, tuque fratri tuo legitimus hæres extitiſti, ſiue intra tempora edicto præfinita[k], bonorum poſſeſsionem agnouiſti: quæ hæreditariarum facultatum ſunt, vel quæ ab alio iniuria detinentur, præſidis diligentia tibi reſtituentur[l]. PP. xv. Cal. Septemb. Gordiano A. ij. & Pompeiano Conſ.

Non refert an aliquid faciam, an uoluntate mea fiat. hoc dicit. Bald. Vel ſic: Hæreditatem delatam filiofamiliâs pater poteſt adire uolente filio. h.d. Alexander.

I mper.Decius A.Athenaidi.

LEX IIII.

FIliofamiliâs delata hæreditate, ſi pater pro hærede voluntate filij geſsit: ſolennitati iuris ſatisfactum[m] videri, ſæpe reſcriptũ eſt. PP. x. Calẽ. Mart. Decio. A. & Grato Conſ.

Hæreditatem delatam pupillo debet pupillus adire cum authoritate tutoris: & alter ſine altero adire non poteſt. hoc dicit. Alexand. concor. Bal. & Sali.

I mpp.Valerian.& Gallien.AA.Paulo.

LEX V.

POtuit pupillus[n] pro hærede tutore authore[o] gerendo conſequi ſucceſsionẽ: ſed ipſius actus & voluntas[p] fuit neceſſaria[q]. Nã ſi quid neſciente[r] eo tutor egit: illi hæreditatem non potuit acquirere. PP. xvj. Cal. Iul. ipſis. iiij. & iij. AA. Conſ.

Qui de hæreditate ſibi relicta teſtatur, eo ipſo ipſam adire uidetur. Bal. Vel ſic: Solo animo aditur hæreditas quam ſufficit in ultima uoluntate oſtendere. h.d. Alexan.

I mpp.Dioclet.& Maximian.AA.Philippæ.

LEX VI.

SI à patre.] CASVS. Filiæ emancipatæ delata erat bon. poſ. in bonis patris: ſeruum hæreditarium manumiſit: res quaſdam ob funeris impenſam diſtraxit. an videatur ſe alligaſſe hæreditati quò magis à creditoribus hæreditarijs conueniri poſsit, quæritur? Reſpon. quòd non, ſi bo. poſſ. non agnouit: quia hoc modo non videtur pro hærede gerere filia emancipata. Viuianus.

a ¶ Obligata.] Subaudi, ideo quòd &c. & ſic nota. quòd propter talia non videtur gerere pro hęrede: vt hîc, & ff. de re. li. l. at ſi quis. §. interdum. Sed contra ff. eo. l. ſcilicet de acquir. hære. l. Iulia. & aliâs incipit, ſi pupillus. §. ſi ſeruum. vbi manumittendo fit hæres. Solu.[a] hîc de filia emancipata: ibi de filio in poteſtate q fit hæres, niſi proteſtetur: vt. ff. eo. titu. l. pro hærede. §. j. & j. de repu. hæred. l. j. Fallit tamen in filiofamiliâs milite, qui manumittendo ſeruum patris non fit hæres, quamuis ſit in poteſtate: vt. ff. e. l. Iulia. §. fi. vel ibi in. d. §. fina. eſt ideo in milite[b], quia prius ſe abſtinuerat: vnde non videtur pœnitere de abſtinentia manumittendo.

ADDITIO. Aduertas quòd cùm hodie per iura authenti. ſit ſublata differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis: & quilibet ſuccedat de iure ciuili, per iſtum actũ extraiudiciariũ, de quo hæc. l. loquitur, induceretur aditio: vt dicit hîc Bart. & tenet hîc expreſsè Cynus.

CVm debitum.] CASVS. Si obligatus creditoribus teſtamentum feciſti, & hęredes inſtituiſti: in eo ipſo quòd aliquis debitum paternũ ſoluit, pro portione hæreditaria videatur hæreditatem defuncti agnouiſſe, quæritur? Reſpon. quòd ſic.

b ¶ Hæreditaria.] id eſt portione quæ tangeret te, ſi expreſsè velles adire hæreditatem.

c ¶ Ambigitur.] vt. ſ. de inoffi. teſta. l. parentibus. vt. ff. e. ſ. de acquiren. hære. l. pro hærede. §. j. Argu. contra. j. de re iudi. l. ad ſolutionem.

SI fratris.] CASVS. Frater tuus teſtamentum fecit. filium ſuum hæredem inſtituit, qui erat in poteſtate patris mortis tempore. & hoc in parte vel in toto. in hoc tamen erat differentia olim quòd ſi aliquis inſtitutus eſſet in parte, apertis tabulis, adire potuit, in toto clauſis: hodie tamen pariter. Si ergo filius hæreditatem eius non adiuit, licet intra paucos dies poſt mortem patris deceſſerit filius: non propter hoc ad hæreditatem eius admittitur frater, ſed ad poſteros ſuos eam tranſmittit. Si autem ſui iuris effectus, ante aditam hæreditatem deceſſerit filius, nec aliquis alius proximior ſit, tanquàm legitimus hæres fratri ſuo ſuccedens, vel per bonorum poſſeſsio. intra an. ſi nondum tempus petendi eam exceſsit: bona eius à quocunque poſſeſſa petere poteſt, ſi aliquis de deſcendentibus ſuperſtes non fuerit.

d ¶ Ex parte.] hoc ſpeciale in filijs: vt ex parte hæredes poſsint adire clauſis tabulis: ſecus in alijs ſecundum antiqua iura[c]: vt. ff. de iur. & facti ignoran. l. prima. §. fina. Sed hodie etiam quilibet clauſis tabulis poteſt adire hæreditatem, etiam ex parte hæres: vt infrà. de cad. tol. l. j. §. cùm igitur. & §. in nouiſſimo. in prin. §.

e ¶ Fatum.] antequam adiret hæreditatem.

f ¶ Succeſsionem.] Nam cùm ſit de ſuis, tranſmittit ad poſteros, etiam non aditam: quod eſt ſpeciale in filijs, in alijs ſecus: vt infrà. de ijs, qui ante ap. ta. l. j. & de cad. tol. §. in nouiſsimo. ſecundum quoſdam. Vel hîc adiuerat: quod eſt verum[d].

Emancipatus manumittens nõ videtur gerere.

a Et bene ſecundum omnes.

b Imo ibi fit manumiſsio de ſeruo non hęreditatio hîc de hæreditario: iõ ſecus. Dy. Bart. Pau. Alex. & Ia.

c Placet Bal. P. Ale. & Iaſ. Hæreditatem clauſis tabulis quilibet adire poteſt.

g ¶ Quòd ſi cùm.] dic quòd in prima parte erat in poteſtate, & adiuit: & tunc tranſmittit ad poſteros: & ſic non habet patruus. vel non adiuit: & tunc ſimiliter non habet patruus, vt hæres fratris, licet poſſit adire vt hæres nepotis, ſi proximiores non habet, vel alios non inſtituat. In ſecunda verò erat emancipatus filius, & non adiuit. vnde frater ſuccedit fratri ab inteſtato, non habenti inferiores vel ſuperiores.

h ¶ Ante.] cũ aſcendentibus vel deſcendentibus.

i ¶ Aditam hæreditatem.] iure ciuili.

k ¶ Præfinita] iure prętorio.

l ¶ Reſtituentur.] cũ non adiuerit.

FIliofamiliâs.] CASVS. Si filio delata ſit hæreditas: pater eo volente poteſt ſe pro hærede gerere, quaſi dicat, & ei acquiret hæreditatem: & ſic ſolennitati &c. q. d. hæres eſt.

m ¶ Satisfactum.] & ſic eſt hæres filius: vt hîc, & infrà. de bonis quæ liberis. l. finali. §. vbi autem in vnum. & ſuprà. de petitio. hæredi. l. ſi filius. &. ff. eodem. l. is qui. §. fina. Accurſius.

POtuit.] CASVS. Si pupillo delata ſit hæreditas: pupilli, tutor eam adire debet: vt inſtitu. de autho. tuto. tutor autem pupillo ignorante, ei hæreditatem acquirere non poteſt: quia voluntas pupilli & actus interuenire debet.

n ¶ Pupillus.] ſiue ſit maior infante, ſiue non[e]: vt. ff. ad Trebellia. l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo. Alij exigunt quòd ſit maior infante, licet non intelligat: vt. ff. eodem. l. pupillus. ſed ego ſubaudio ibi, maximè[f], ſecundum Azo. Item quod dicit ibi, pro hærede, expone, id eſt pro vero domino[g]: vt inſtitut. de hæredi. qua. & differ. §. final. Item quod dicit, tutore authore, non aliâs: vt inſtit. de autho. tut. §. neque. & ff. e. l. ſi ad pupillum. ſic & hęreditas eſt huic pupillo reſtituenda[h] cum tutoris authoritate: vt. ff. ad Treb. reſtituta. §. fi. Item in bonorum poſſeſsione, niſi prætor ſciens &c. vt. ſ. qui admit. ad bono. poſſeſ. l. bonorum quidem. & ff. de bonorum poſſeſ. l. j. & l. ſeruus. §. impubes. Aliud in poſſeſsione rei ſingularis, quam ſolus quærit: vt. ff. de acquiren. poſſ. l. quamuis. Curatoris autem authoritas ſecundum Azo. in adeundo non ſufficit pupillo[i]: vt. ff. de ap. l. cùm in vna. §. tutor. quod verum eſt in pupillo. Nam in adulto[k] ſecus: vt. ſ. de admi. tut. l. cùm quidam.

o ¶ Authore.] id eſt per tutorem.

p ¶ Et voluntas.] licet cauſam ex teſtamento: vel ab inteſtato: vel vt agnatus, vel vt cognatus acquirendæ hæreditatis non intelligat:[l] vt. ff. eodẽ. l. pupillus. & hoc ſi incipias ab actu: nam ſi à voluntate, illa ſufficit[m] etiam ſine actu: vt inſti. de hære. qua. & dif. §. fin. ſic. ſ. de inoffi. dona. l. ſi liqueat. &. ff. de acquirẽ. poſ. l. quemadmodum. Alij dicunt quòd eſt neceſſarius actus ad probationem voluntatis: quod non placet[n]: quia bene poteſt probari voluntas ſine actu.

q ¶ Neceſſaria.] id eſt ſi ipſe tutor gerat pro hærede.

r ¶ Neſciente.] qui tamen iam ſcire poterat. aliâs ſecus: nam infanti bene poteſt[o] quæri per tutorem etiam ſine eo: vt. j. e. l. ſi infanti. §. j. & ſ. de bo. poſſ. contra tab. l. ij. ſed aliâs ſolus tutor non quæris hæreditatẽ, vt hic dicit: ſed bonorum poſſeſsionem quærit[p]: vt. ff. de bo. poſ. l. ſi pupillo tutor. & l. tutor. & ſic ſolus tutor ſufficit, nõ autem ſolus pupillus. Item reſtitutio hæreditatis ſoli tutori non eſt facienda: vt. ff. ad Trebel. ſed nec ipſi[q] niſi eſſet infans: vt. j. ad Trebel. l. ſancimus. in prin.

d Imo vera quę lectura diſplicet B. B. P. Alex. & Iaſ. Et dic q eſt ſpeciale in filiofamiliâs: quia vigore ſuitatis hæreditas non adita, transfertur ad quoſcũque ſecũdũ eoſdẽ.

e Attamen requiritur q habeat quinque annos & intellectum, vt poſsit præbere cõſenſum. aliâs ſecus Pau. Cor & Ia.

f Imo non ẽ ſubaudiẽda. Pau. & Corneus.

g Sequitur eam bar. b. Sal. & Pau.

h Etiam ſi hæreditas fuerin locuples ſiue ſuſpecta. bal. Sa. & Ia. licet P. cõtra.

i Sequũtur eam. b. b. S. Pau. & Ia.

k Idẽ pro digo Salic. & Corne.

l Scilicet pfectè. bar. Pau. & Ia.

m Placet bart. Pau. Alex. & Ia.

n Et bene bar. q ſolũ modo requiritur ad declarationem voluntatis. bal. & Paul.

o Et bene bal. Pau Alex. & Iaſ.

p Et bene bar & prædic.

q Placet P. Ale. & Ias

Si auia tua.

SI auia tua.] CASVS. Auia tua patrem tuum ex duabus vncijs hęredem instituit: & ante apprehensionem earum sciēs eas sibi relictas, decessit: & in eis te hæredem instituit, vel ad te pertinere decreuit. an eas persequi possis eo non obstante quòd eas non apprehendit pater tuus, quæritur? Respon. quòd sic.

a ¶ Si auia.] s. paterna.

b ¶ Poterat.] vt instit. de hære. qua. & dif. §. fi.

c ¶ Suo.] patris tui.

10 d ¶ Decreuit.] sciens sibi relictas. aliâs nō trāsmittit: vt. j. l. proxi. sed in legato hoc plus est: quia ab ignorante† transmittitur: vt. ff. de lega. j. l. seruū filij. §. si quis rem. & l. si fundum. §. si Titius.

QVoniā.] CASVS. Si sorori 20 tuæ in bonis fratris tui, vel alicuius agnati delata erat bo. possessio. vel hæreditas relicta: & antequā cognosceret, decessit: an ad posteros successionē eam transmittere possit, quæritur? Respon. quòd non, cùm nec se pro hęrede gessit, nec bonorum 30 possessionem petijt.

e ¶ Suos.] id est, quos habet etiā filios cùm veniat à fratre.

f ¶ Transmittere.] vt s. qui admit. ad bonorum posses. possūnt. l. emancipata. Sed hoc fallit in suis hæredibus: vt. j. de ijs, qui ante aper. tab. l. j. & facit. s. 40 l. proxi.

LIcet.] CASVS. Si filio in sacris patris mortis eiustempore constituto, delata fuerit hæreditas, & ignoret sibi delatam: si non immiscuit, an præscriptione. x. vel. xx. anno. excludi possit quo minus vēdicet, quæritur? 50 Respon. quòd non.

g ¶ Longi.] lōgissimo autē possent: quia omnis actio eo tēpore tollitur: vt. j. de præscript. xxx. an. l. sicut. & l. omnes. & facit. j. l. proxi.

h SI curatoris.] ¶ Delata. scilicet alicui, & loquitur adulto, qui vult 60 conuenire hæredem curatoris.

i ¶ Licet adire.] intra annum secundum P. & secundum nos perpetuò: vt arg. s. l. proxi. & dices. j. e. l. cum antiquioribus.

k ¶ Hæredes.] necne, & hoc ad petitionem tuam.

70 l ¶ Statuet.] vt. ff. e. l. j. in fi. & l. ij. & j. eo. l. fin. §. si verò postquam. & argu. ff. ex quib. cau. in poss. ea. l. si diu. & de bo. au. iudi. posses. l. iij. & de cu. bo. dan. l. j. & ad Trebel. sed & si. §. planè. & de inter. act. qui interrogatur. & de iureiuran. iusiurandum & ad pecunias. secundo respon.

80 SI te.] CASVS. Si filiosa. maiori. xxv. an. delata sit paterna hæreditas: putà quia pater eum hæredem instituit, & ei se immiscuerit: an prętextu quod minus soluendo sit: quia pater inopia laborabat: vel quia frater suus aliquid de portione sua, quæ sua credebatur esse, rumpendo testamētum eripuit: an à creditoribus hæreditarijs se liberare possit, quo minus ab eis conueniatur, pro portione sua, quæritur? Respon. quòd non.

m ¶ Maior.] si minor esses, restitui posses.

n ¶ Inopia.] nam etiam vltra vires hæreditatis creditoribus tenetur hæres, sed non legatarijs[c]: vt. ff. ad Treb. l. j. §. is qui quadringenta.

o ¶ Fratris.] quod est nullum.

p ¶ Arcere.] i. liberare. & dicit ab arce quod est locus tutissimus per similitudinem: vt. ff. ad leg. Iul. ma. l. iij. Sic no. quod licet ab aliquo patiaris iniuriam, non tamen alij per hoc iniuriosus eris: vt. ff. famil. ercisc. l. si filia. in princip.

SI auia[a] tua patrem tuū ex duabus vncijs scripsit hæredem: ex sola animi destinatione pater tuus hęres fieri poterat[b]. Igitur si ex testamento suo[c] easdem vncias ad te pertinere † decreuit[d]: apud rectorem prouinciæ duarum vnciarum ius persequi poteris. PP. xvj. Calen. Aug. Sirmij, ipsis. iiij. &. iij. AA. Cons.

¶ *Hæreditas fratris non adita, non transmittitur. h. d. Bald. Salice. & Alexander.*

Idem AA. & CC. Eusobino. LEX VII.

QVoniam sororem tuā prius defunctam esse proponis, quàm cognosceret an à fratre sibi aliquid hæreditatis fuisset relictum: manifestum atque euidens est, antequàm pro hærede gereret, vel bonorum possessionē admitteret, defuncti † successionē eam non potuisse ad hæredes suos[e] transmittere[f]. PP. Cal. Maij, Thiralli AA. Cons.

¶ *Non uidetur qui diu tacuit, renunciasse hæreditati paternæ. Bal. Vel sic: Ius adeundi uel immiscendi se hæreditati, non tollitur spatio longi temporis. h. d. Alexan. post Bal. & Sali.*

Idem AA. & CC. Claudio. LEX VIII.

LIcet incontinenti sui hæredes se paternis non immiscuerint bonis: tamen ignorantes delatam sibi esse hæreditatem, longi[g] temporis præscriptione quo minus hanc rectè vendicent, excludi non possunt. S. xvij. Calend. Ianuar. Sirmij AA. Cons.

¶ *Ille, cui delata est hæreditas, ad instantiā creditorum, interrogari potest an uelit esse hæres, uel non: & si petat terminum ad deliberandum, debet sibi moderatē statui per iudicē. hoc dicit. Alex. concor. Bal. & Sali.*

Idem AA. & CC. Platoni. LEX IX.

SI curatoris quondam tui testamento iure facto, vel ab intestato legitiā delata[h] est successio: hoc casu ei, qui non repudiauit hęreditatem, eam licet adire[i]. Rector igitur prouinciæ aditus, si hęreditati necdum sunt obligati, eos an hæredes[k] sint, interrogare debebit: ac si tempus ad deliberandum petierint, moderatum statuet[l]. S. xvj. Calendas Ianua. Sirmij AA. Cons.

¶ *Expulsus siue spoliatus non est propterea à suis creditoribus liberatus. hoc dicit: quia uiolentia tertij non excusat debitorem, nec inopia. Iaco. But. secūdum Bal. uel sic: Inopia defuncti uel iniuria illata à tertio, nō excusat hæredem quin teneatur creditoribus. h. d. Alexan.*

Idem AA. & CC. Sabinæ. LEX X.

SI te bonis paternis maior[m] quinq; & viginti annis immiscuisti: neque inopia[n] patris te excusat, neque vis fratris[o] portionē tuam vel testamentum eripientis arcere[p] te de exactione creditorū, qui iure ciuili pro hęreditaria portione te conueniunt, potest. S. xv. Calen. Ianuar. Sirmij, Cæsaribus Cons.

¶ *Pater hæreditatem filio delatam, sine filij uoluntate repudiare non potest. h. d. Alex. Vel seruos hæreditarios manumittere. Bal. & Sali.*

Idem AA. & CC. Philumenæ. LEX XI.

¶ *Legatum rei alienæ scienter factum ualet: sed ignoranter factum non ualet,nisi sit factum coniunctæ personæ uel uxori seu alij cui est ueri simile testatorem uoluisse legare,etiam si sciuisset alienam rem esse.hoc dicit. Alex.*

Idem A.Ingenuæ. LEX X.

CVm[q] alienam rem quis reliquerit,si quidem sciens:tàm ex legato quàm ex fideicommisso ab eo qui legatum seu fideicommissum meruit,peti pōt.[r] Quòd si suam esse putauit:non aliter valet relictum,nisi proximæ personæ,vel vxori[s],vel alij tali personæ datum sit, cui legaturus esset & si sciisset rem alienam esse. PP. v.Calen.Februar.Albino & Maximo Cons.

CVm rem alienam.] CASVS. Rē alienā nec tuam,nec hæredis, mihi legasti: an valeat legatū, quæritur? Distinguitur: aut sciuisti alienam, aut ignorasti.primo casu valet,& petere possum.secū do casu non,nisi coniunctæ personæ id legasti.

q ¶ Cum rem alienam.] id est non suam, vel hæredis:vt.ff. de leg. ij.l. vnum ex familia.§.si rem. Item secus videtur de iure canonum:vt extrà de testa.c.filius.&. xij. q.v.si episcopus.quę sunt contrà.Sed quid si testator rem sibi cum alio cōmunem sciens commu- nem:vel rem alienam in qua habet aliquod ius, alicui legat? Rñ.quòd tātùm iuris habebit legatarius quantum testator in ea habebat:vt.ff. de lega. j.l.serui electione.§. fina. &.l.si domus.§.si.

Legatū rei alienæ an valeat de iure canonico.

r ¶ Peti potest.] vt hęres iusto pretio redimat & præstet:vel si non potest,det æstimationē:vt insti.eo.§.non solùm. & ff.de leg.iij.l.non dubiū. §.si.Accursius.

s ¶ Vel vxori.] vt.ff. de auro & argento. lega. l.quintus.j. §. fina. & infrà de fideicommis.l.prædia obligata. & æstimat iudex quæ coniuncta sit: vt infrà de fideicommis.l.voluntatis.Sed hoc fallit in libertate relicta seruo, quem testator credit suum. nam indistinctè debetur ei:vt.ff.ad trebel.l.quidam. §. si quis. filium.& de fideicommiss.lib.l.Paulus respondet.sed in ea est speciale. Item si vni filiorum prælegat pater rem quam credit suam, non videtur valere: licet filius sit persona coniuncta:vt.ff.de leg.ij.l.cùm pater.§. euictis. quæ est contra.Solutio ibi ideo,ne crescat inuidia inter fratres: vt argu. infrà de bo. quæ lib.l.cùm oportet.j.respon. Vel verius dic,& ibi tenet legatum:sed non tenentur de euictione re euicta.nec hîc dicitur quòd de euictione hæredes teneantur,si huiusmodi personis legata euincantur.sed certè imò videtur de euictione agi ex testamento,ac si nunquàm sit data:vt.ff.de lega.j. non quocunque.j.respon §:j.&.l.si domus.§.j.sed dic vbi certi hominis credebatur: & ab eo emit hæres vt daret:non tenetur.si incerti:tunc tenetur:vt in dictis legibus.Item quid si testator rem alienam possidebat, quàm suam putabat: & extraneo eam alegauit? Respon.tenetur hæres tradere:vt.ff.de euict.l. si is qui.

Libertas relicta seruo quem testator credit suum,indistinctè debetur ei.

¶ *Si legatum factum pro dote, detur filiæ in dotem ab ipsomet patre uiuente,non potest amplius eo mortuo peti Alex.post Bal.& Salic.*

Idem A.Albiniano. LEX XI.

FIlia legatorū non habet actionem,si ea quæ ei in testamento reliquit,viuus[t] pater postea in dotem dederit.PP.v. Non. Mar. Pompeiano & Peligno Cons.

¶ *Hæres qui partem hæreditatis in qua fuit institutus repudiauit, totum prælegatum consequitur.h.d. Alexan.*

Imperator Gordianus A.Mutiano. LEX XII.

CVm responso[v] viri pruden-

FIlia.] CASVS. Filię tuę centum legasti,deinde ei in dotem centū dedisti:an centū ex causa legati petere possit, quæritur? Respond.quòd non.

t ¶ Viuus.] siue erat species,siue quantitas.in hoc tamen differt: quia vbi quantitas,duplicabitur filię,si patrem huius fuisse voluntatis probet:quod non sic facile est in specie legata:vt.ff.de iure do.cùm pater.& de leg.primo. planè.j.§.j.Sed quid econtrà si primò dedit in dotem,posteà legauit? Respon. idem videtur vt duplicare voluerit:vt argumen.ff.de lega.secundo.cùm quidam vxori.&.l.cùm pater.§.pater filię.& de leg.primo.l.huiusmodi. §. cùm pater.& ad legem Fal.cum quo.§.fina.Sed argumen. contrà.ff.de iure dot. cùm pater.sed ibi promiserat tantùm,& nō dedit.alioquin esset quod dixi, vt vtrunque deberetur.& facit ad legem.ff.de lega.ij. Lucius.ij.§.impubere.

CVm responso.] CASVS. Materfamilias filiam & alium hęredes instituit,& filię ante partem fundum legauit.vult partem hęredi tatis repudiare,& legatum petere:an possit, quęritur? Respon.q sic:& hoc per Papi.responsionem.

v ¶ Cum responso.] cuius mentem habes.ff.de lega.j.l.filio.& idem dicitur.l.seq.&.l.qui filiabus.§. fi.& de leg.ij.l.miles.§.pro parte.

P

tisſimi Papiniani, quod precibus inſertũ eſt, pręceptionis legatũ, & omiſſa parte hæreditatis, vẽdicari poſſe declaretur: intelligis deſyderio tuo iuxta iuris formã eſſe conſultum. Verba verò reſponſi hæc ſunt: Filiæ mater ꝑdiũ ita legauit: Præcipito ſumito extra partẽ hæreditatis. Cũ hęreditati matris filia renũciaſſet[a]: nihilominus eam rectè legatum vẽdicare viſum eſt. PP. conſtitutio. v. Id. Iul. Sabino ij. & Venuſto Conſ.

Res propria nemini poteſt legari. h. d. Sali.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. Seueræ.

LEX XIII.

PRoprias tuas res legari vel fideicõmitti tibi nõ potuiſſe[b], certum eſt. PP. xv. Cal. Maij, Maximo. ij. & Aquilino Conſ.

Non monumentum, ſed ius inferendi mortuum, poteſt legari. h. d. Salic. Vel ſic: Res religioſæ relinqui non poſſunt, ſed ius quod quis habet in eis. h. d. Alexan.

Idem AA. Tatiano. LEX XIIII.

MOnumenta[c] quidem legari non poſſe, manifeſtum eſt: ius autem mortuum inferendi, legare nemo prohibetur. PP. ij. Calen. Septemb. Maximo. ij. & Aquilino Conſ.

Nemo relinquit quod non habet. h. d. Bal. Vel ſic: Non ualent legata ſi æs alienum abſorbet totam hæreditatem: ſed ſi aliquid ſupereſt, ualet uſque ad illud: ſalua Falcidia. h. d. Alexan.

Idem AA. Terentio & alijs. LEX XV.

SI vniuerſæ facultates, quas pater veſter reliquit, debito fiſcali aut priuato abſumuntur: nihil[d] ex ijs quę teſtamẽto eius aſſcripta ſunt, valere poteſt. ¶ Quòd ſi deducto debito, in relictis bonis ſuperfluum eſt: libertates[e] impediri, iuris ratio nõ ꝑmittit [ð] quin[f] etiã legata[g] necnon fideicõmiſſa, ſalua lege Falcidia, præſtãda ſunt. PP. iij. Calend. Octobr. ipſis. iiij. & iij. AA. Conſ.

Si debitor legat creditori rem pignoratam, non tenetur creditor reſtituere eam hæredi, etiã oblato uel ſoluto pretio. h. d. Alexan.

Idem AA. & CC. Syllæ. LEX XVI.

CReditor ſi à debitore ſuo rem, quam pignoris nomine ſuſceperat, legatam ſibi contẽdit: etiam debito ab hæredibus eius oblato, quò minus[h] reſtituat, defendi poteſt. S. xviij. Cal. Febr. Sirmij CC. Conſ.

Sicut legata fieri poſſunt, ita & adimi. hoc dicit. Alexan. concor. Bal. & Sali.

Idem AA. & CC. Eutychiano.

LEX XVII.

DAtum legatum adimi[i] tàm purè, quàm ſub conditione, non libertis tantùm, ſed etiam ingenuis placuit. Da. iij. Noñ. Mart. CC. Conſ.

Ille cui legatur nomen debitoris, habet utilẽ actionem ſuo nomine: non autem directam, niſi ſit mandata uel ceſſa. h. d. Alexan.

Idem AA. & CC. Iuſtino.

LEX XVIII.

EX legato nominis, actionibus ab ijs qui ſucceſſerunt nõ mãdatis, directas quidem actiones legatarius habere non poteſt: vtilibus[k] autem ſuo nomine experietur. Datum. vj. Id. Decembr. CC. Conſ.

Breuitas temporis quo matrimonium durauit, non impedit ab altero coniugum alteri poſſe legari. hoc dicit. Sali. & Alex.

Idem AA. & CC. Niconi.

LEX XIX.

NOn tantùm duorum menſium, ſed etiam minoris tẽporis maritus vxoris teſtamento ſcriptus ſuccedit: nec legata, vel ſi deicommiſſa, ſeu donationes[l] tẽporis huius anguſtia[m] capi prohibet. Dat. v. Id. Decemb. Nicomediæ CC. Conſ.

Si quis legat rem in qua uſumfructum habet: illud ius tantùm quod habet, legaſſe uidetur, licet morte finitum ſit. hoc dicit ſecundum glo. Alexan.

Idem AA. Eutychiano. LEX XX.

VXor patrui tui ſi teſtata deceſſerit: res tuas[n], tantũ vſumfructum earum habens, legare non potuit[o]. Dat. vij. Calen. Ianuar. CC. Conſ.

Verborum ſolennitas non curatur etiam in legatis. hoc dicit. Salice. Vel ſic: Non refert per quæ uerba loquatur teſtator dum modò eius intentio comprehendatur. h. d. Alex.

Impp. Conſtantinus, Conſtantius & Conſtans AAA. ad populum. LEX XXI.

---

a ¶ Renunciaſſet.] per quod videbatur portioni prędij quam ſaltem iure habebat hæreditario renunciare. Item contra. ff. de excep. do. l. fi. §. fin. vbi filia non poteſt habere prælegata ſi hæreditatem dimittit. Sol. ibi tàm hæreditatem, quàm legatum habet ſub conditione, ſi debitum remittat. vnde nec legatum habet, niſi remittat: vt. ff. de leg. j. l. ſed ſi non aliàs.

PRoprias.] CASVS. Si res tua tibi legetur: an valeat legatũ, quæritur? Rñ. ꝙ non.

10 b ¶ Nõ potuiſſe.] quod enim tuũ eſt, amplius tuũ fieri nõ poteſt: vt inſti. eo. § ſed & ſi rẽ. Item hoc, cùm purè legatur. ſecus ſi ſub conditione: vt. ff. de leg. j. l. cætera. §. j. Itẽ hoc intellige, niſi teſtator aliquid iuris in illis rebus habuit: vt quia 20 ſibi obligatæ: vt. ff. de lega. j. l. apud Iulianum. § ſi Titius. & l. ſi domus. § fi. & l. ſi ſic. & l. ſenatus. & l. ſi tibi homo. §. fin. & de leg. ij. l. Męuius. § penult. Quid autem ſi tempore teſtamenti & legatarij, et tempore mortis teſtatoris eſt alienata? Videtur 30 valere: vt. ff. de reg. cato. l. j. in fi. Vel dic ſecũdum Ioan. quòd ibi ſub conditione fuit legata: vt dicta l. cætera. §. j.

Legari quãdoque põt alicui res ſua.

MOnumenta.] CASVS. Monumentum mihi legaſti: an valeat legatum, quæritur? Reſpon. quòd 40 non: ſecus ſi ius inferendi mortuum.

c ¶ Monumenta.] i. ſepulchra: vt probatur. s. de relig. l. ſepulchrũ. Sed nũquid ſi monumentũ, id eſt ſepulchrũ vel legauerit, vel vendiderit ius inferendi, cõcedere videtur? Et videtur ꝙ ſic: vt 50 arg. ff. de cõtrahẽ. empt. l. qui tabernas. & de lega. ij. l. Męuius. §. pen. & de leg. j. apud Iulianum. § ſi Titius. & l. ſi tibi homo. §. fi. & l. ſi domus. §. fi. & de liber. lega. l. j. & l. non ſolùm. §. j.

SI vniuerſæ.] CASVS. Debi- 60 to fiſcali vel priuato obligatus, prædium mihi legaſti. an valeat legatũ, quæritur? Reſpon. quòd non: ſi bona hæreditaria & debita tantùm cõcurrant: ſed ſi deducto ære alieno aliqd reſidui fuerit, illud cedet in legatũ. nec impedientur liberta- 70 tes relictę: ſalua tamẽ ratione legis Falc. alioquin præſtari legata pecuniaria non debent.

ð Quãdo &c.

d ¶ Nihil.] vt. ff. ad Trebel. l. j § is qui. & j. ad le. Falci. l. ſucceſſores.

e ¶ Libertates.] ſcilicet directę. nam fideicommiſſaria ex ſolo euentu impediretur: vt. j. qui ma. non poſ. l. j. ſecus ſi debitor contendat pignora ſibi legata à creditore: vt. ff. de leg. iij. l. ſi mulier. §. fi.

80 f ¶ Quin.] pro ſed. aliàs quando pro quia.

g ¶ Etiam legata.] hoc ad pecuniaria referas legata. ſed libertates non minuuntur per Falcidiam: vt. ff. de inofficioſo teſtamento. l. Papinianus. § quarta.

CReditor.] CASVS. Prædium mihi obligaſti, illud idem mihi legaſti. an debito ſoluto illud recuperare poſſit hæres, quæritur? Reſpõdetur quòd non.

h ¶ Quo minus.] Id eſt non. hoc enim neceſſe eſt fieri. ſ. debitori offerri: vt. ff. de lega. ij. l. creditorem. Sed quid econtra ſi creditor debitori legat pignus? Valet remiſſio pignoris: licet debitor per hoc grauari non poſſit: vt. ff. de lega. iij. l. ſi mulier. §. fin.

DAtum.] CASVS. Liberto tuo legatum reliquiſti: an ei adimere poſſis, quæritur? Rñ. quòd ſic: ſiue purè dicendo, nolo quòd habeat legatum. ſiue ſub conditione, ſi nauis venerit ex Aſia. idem in ingenuis eſt. Viuianus.

Legatum qualiter adimatur.

10 i ¶ Adimi.] & ſi quidem adimatur, in eodẽ teſtamento videtur nec fuiſſe datum. ſi quidem in alio & ſolenni, ipſo iure adimitur. ſi in minus ſolenni volũtate, ipſo iure debetur. ſed obſtat exceptio: vt. ff. de adi. lega. l. iij. §. fin. Si autem fiat a- 20 demptio per inductionem: ſiquidem fiat ante conſummationem teſtamenti, ipſo iure adimitur: alioquin per exceptionem: vt. ff. de lega. j. l. ſi ita ſit aſſcriptũ. & de ijs quæ in teſta. delend. l. j. §. ſed ſi legi. & §. ſed conſultò. & l. proxi.

30 EX legato.] CASVS. Actionem quam habes cõtra debitorem tuum mihi legaſti. an cùm eam ab hærede tuo non habeam adhuc ceſſam intentare poſſim, quæritur? Reſpõ. quòd directam non: ſed vtilem meo nomine 40 ſic.

Actio vtilis & directa differunt

k ¶ Vtilibus.] aliàs vtilius. Sed quid differt vtilis à directa? Quidam dicunt ꝙ nihil: vt ff. de nego. geſt. actio. Alij ꝙ vtilis eſt datiua directa natiua. Tertij quòd ex cõtractu, ex quo fit ceſſio, naſcitur vtilis: quod non 50 placet qaſi cedo tibi actionem furti, ex hoc cõtractu naſcitur actio vtilis furti: quod eſt falſum: vt. ff. de pact. l. ſi vnus. §. pactus. Vel dic, directa ex verbis & ex mente legis: vtilis ex mẽte tãtũ: vt in ſumma de actio. & ff. de nego. geſt. l. actio. Et nota 60 hîc ſex caſus in quibus datur vtilis actio ſolo cõtractu ſine ceſſione: vt hic, & ſuprà de action. & obli. l. nominibus. & quãdo fit. vel pri. l. in ſolutũ. & de hæred. vendi. l. emptor. & l. poſtquàm. & ff. de pig. l. cùm conuenit. & infrà de donatio. l. j. Ac- 70 curſius.

Actio vtilis datur in ſex caſibus ſine ceſſione.

NOn tantum.] CASVS. Vxorẽ duxiſti: intra duos menſes deceſſit, & te hæredem inſtituit: & multa legata reliquit: an ob hoc minus teneant, quòd tàm paruo tempore cum ea fuiſti, quæritur? Reſpõdetur ꝙ non.

l ¶ Donationes.] ſcilicet cauſa mortis.

80 m ¶ Anguſtia] quia modicum tempus eſt, quòd eam accepit. & eſt argu. ff. de lega. j. l. ſi mihi & tibi. §. j.

VXor.] CASVS. Vxor patrui tui in fundo tuo habebat vſufructus proprietatem. illum mihi legauit: an valeat legatum, quęritur? Rñ. ꝙ non.

n ¶ Res tuas.] quo ad proprietatem vel vſumfructum.

o ¶ Non potuit.] ſed nonne potuit rem alienam legare? Reſpond. vtique: ſed cùm non ſit ſua, ius quod habet, tantùm legare videtur: vt. ff. de contrahen.

trahen.emptio.l.qui tabernas.& de leg.ij.l.Mæuius.§.penul.at hîc post mortem nullum ius remanebit,quare legatum non tenet : vt.ff.de lega.j.l.si domus.§.fi.sic ergo quod voluit(scilicet vsumfructum)non potuit. & quod potuit(scilicet proprietatem)non dixit.sicq; neutrum valet:vt.ff.de rebus dub. l.in ambiguo.quod est verum,nisi posteà sit nacta proprietatem:vt.ff.de lega.j.l.quod in rerum natura.§.j.

In legatis.] CASVS. Si testamentum fecisti, & aliqd mihi legasti :nõ refert p præceptionem , vel finendi modum illud mihi reliqueris:quia valet legatum. vel dic an obliquis casibus seu verbis.

a ¶ Nihil.] potest intelligi, vt dicat non referre inter quatuor genera legatorũ. quæ sunt insti.e.§.j.sed hoc non placet,cũ Iustinianus de nouo hoc fecit:vel ꝙ non refert directis aut obliquis verbis,vel casib⁹ legetur : vt s.de testa.l.quoniã.& qui admit.ad bo.pos.l.fi.nisi in appellatiuis erraret:vt ff.de leg.j.l.iiij.

b ¶ Casus.] põt eẽ nominatiui & accusatiui.

In annalibus.] CASVS. Aliqđ annuum mihi & hæredi meo reliquisti:an debeatur legatũ.s.singulis annis:an primis hæredibus tantùm,vel hæredũ hæredibus, quæritur ? Rñ. ꝙ hæredibus hæredũ. & eadem dabitur eis petitio & exactio.

c ¶ In annalibus.] puta decem annua.

d ¶ Voluit.] secus si hoc nõ dixit:vt.ff.de verbo.obli.l.Stichum.§.j.

e ¶ Seruari.] etiam in infinitũ : vt.ff.de iur.immu.l.iiij.& de ver.sig.l.hæredis. secus in vsufructu legato tibi & hæredibus.nam de primis intelligitur:vt.s.de vsufruct.l.antiquitas.ne inutilis esset proprietas: vt.ff.de cõdi.& demon.l.Titio centum.§.Titio.ij.

Cvm quæstio.] CASVS. Testamentum fecisti,fundũ Cornelianum mihi legasti,deinde Titio eius medietatem:qualiter facienda esset distributio, apud antiquos dubitabatur.Dicit Imperator, quòd ego in mediam,Titius in alteram vocabitur. Idem est si ego in totam hęreditatẽ & ex causa legati Titius percipere debuit medietatẽ:quia ego in sex vncias vocabor:ille in sex.Si autem testator mihi fundum reliquit,vel aliã rem legauit:& posteà iteratò mihi eũdem fundum legauit,vel aliã rem mihi prius legatam:& sic tertio eundem fundum Titio reliquit,semel facta eius mentione:qualiter facienda esset distributio, quærebatur?Respondetur siue coniunctim,siue separatim esset legatus fundus:ego in dimidia vocabor,& Titius in alia:nisi testator partes specialiter expresserit.quo casu seruabitur eius voluntas.

In legatis vel fideicõmissis necessaria non sit verborum obseruantia : ita vt nihil [a] prorsus intersit, quis talem voluntatem verborum casus [b] exceperit *,aut quis loquendi vsus effuderit. Dat. Calend. Februa. Constantio.ij.& Constante Cons.

¶ *Appellatione hæredis ueniunt hæredes in infinitum. Alex.concor.Bal.& Sali.*

Impe.Iustinianus A.Mennæ præfecto prætorio. LEX XXII.

In annalibus[c] legatis vel fideicommissis , quæ testator non solùm certæ personæ, sed & eius hæredibus præstari voluit [d] , eorum exactionem omnibus hæredibus & eorum hæredum hæredibus seruari [e] ,pro voluntate testatoris præcipimus. D.iij. Id. Decembr. Constantinop. DN. Iustiniano A.PP.ij.Cons.

¶ *Si uni legatur totum,alteri posteà pars eiusdem totius: censetur illa pars de toto adempta. hoc dicit usque ad.§.sed & aliam. Alex.*

Idẽ A.Iuliano præ.præ LEX XXIII.

Cvm quæstio talis de significatione verborũ animos veterũ mouit , si quis cuidam agrũ Cornelianũ puta vel aliũ quẽpiã insolidũ legauerit,deinde alij partem [f] eius dimidiam: quantã portionẽ primus,quantam secundus legatarius cõsequitur:simili dubitatione & in hæreditate & in fideicõmissis habita.Cumq; cõputationes multæ introducebãtur, & multis ratiocinationibus dignæ: nos huiusmodi cõputatiões,quasi superfluas & cõtrarias voluntati testatoris,omnes esse sopiẽdas censemus.Cùm enim manifestum est eum,qui ab initio duodecim vncias [g] rei cuidã reliquit,alij autem posteà sex [h] , recessisse quidem à priore volũtate,voluisse autẽ minui eã sex vncijs,cùm alij eas obtulit: & pręsens casus exitũ apertissimũ inueniet. Si quis itaq; vel agrum,vel hæreditatem reliquerit,primo quidem in totum, secũdo autem in partem dimidiam: vtrunque in sex vncias esse vel dominum rei legatæ vel hæredem . Et si tota re primo relicta,tertiam partem secundo reliquerit: secundum prædictum modũ octo quidem vncias vel agri vel hæreditatis apud primum remanere,tertiã autem partem vel quatuor vncias ad secundum migrare [i] . Et sic in omnibus statuendum est , id est in hæreditatibus , vel legatis , vel fideicommissis. vestigia enim voluntatis testatoris non aliter , nisi per huiusmodi viam æstimanda sunt.

¶ *Plures nominationes de eodem uniformiter factæ,non faciunt ipsum ad maiorem portionẽ uocari.h.d.Alex.*

¶ Sed & aliam disceptationem iuris antiqui non absimilem [k] constitutam decidere nobis humanum esse apparuit. Agitabatur enim si quis agrum Cornelianũ,vel fortè alium,vel quandam rem cuidã legauerit,& posteà iterũ vel sæpius ei eandẽ rem per legatũ vel fideicommissum dederit, post talia † autem verba testamẽti Sẽpronio eũdem agrũ vel aliã rem legauerit , vt sæpius quidẽ fuisset Titij mentio,semel autẽ Sẽpronij:quid statuendũ est?& quid iuris sit,si coniunctim [l] ,aut separatim eis relinquatur,siue in legato hoc cõsistat, siue in hæreditate? Huiusmodi igitur decidentes antiquã cõtrouersiam,sancimus,cuicunq; sit hęreditas vel ager in memoratis casibus siue cõiunctim,siue soli [m] ,siue sæpius [n] eidem relictus [o] ; æqua lance & hæreditatem,& agrũ,& aliã quancunq; rem diuidi,& ad dimidiam partẽ vnũquenq; vocari [p] ; nisi specialiter expresserit & dixerit testator,tantas quidem partes

f ¶ Partem.] quod potest facere,& etiam totam,si vult: vt.s.eo.l.datum.

g ¶ Duodecim vncias.] id est totam rem.

h ¶ Sex.] id est dimidiam.

i ¶ Migrare.] imò videtur res transire ad dipondium in nostro casu: vt.ff.ad Trebellia.l.Marcellus.in princip.&.l.qui quadringenta.& de hæred. institu.l.interdum.§.sed si excessit.&.l.si ita scriptum.§.quidam. & de liberis & posthumis.l.si ita.in princip. Ad hoc dico,quòd hîc corrigit. Vel verius distingue vtrum certum sit testatorem excedere assem voluisse:an noluisse: an dubitatur. Primo casu loquitur dicta.l.interdum.noluit enim ad dipondium transire,& ex eo diuidi hæreditatem suam,quod potuit:vt institut. de hæredi.insti.§.hæreditas. Secundo,scilicet si noluit expresse excedere assem, locum habet quod hic dicitur:vt tantùm videatur minuisse primo,quantum contulit secundo,si secundo contulit minus asse:vt.ff.de leg.j.l.si pluribus. si verò contulit primo minus asse,& secũdo assem: tanto plus habet secundus tacitè,quantùm apparet amplius ei datum: vt dictis legibus ad Trebel.nam in eis plus secundo dederat.& eadem distributio fiet in vacante portione:vt insti.de hæred.insti.§. videamus. & d.l. Marcellus. ad Treb. nam in eis plus secundo dederat.Et est ratio huiusmodi diuersitatis : qa vbi legat mihi.xij.tibi.vj. intelligitur tibi legasse.vj. de.xij.& ita minuisse primum legatum. & non videatur diuisisse rem in xviij.vncias. at vbi mihi primo legat.vj.posteà tibi.xij.non potest dici, ꝙ legauit tibi.xij.de.vj.quia est impossibile vt plus videaĩ ademisse primo quàm dedisse.Et his duobus vltimis casibus quando expresse , & quando tacitè voluit excedere:vt ibi,primo casu &c.& ibi , si verò &c.patet defunctum voluisse excedere assem quantum ad numerum vnciarũ: quia. xij. & sex non inueniuntur sub asse.sed non quo ad quantitatem . vbi autem noluit excedere assem,& mihi plures quàm tibi reliquit vel legauit vncias , tamen plus habeo quandoque vel ex voluntate expressa:vel ex præsumpta:vt.d.l.de lib.& posthu.l.si ita.Tertio casu scilicet cùm dubitatur, voluit vel non excedere assem,præsumo quòd noluerit excedere per. l. istam.& argu.ff.de hære. instit.qui non militabat . §.fin.Azo.Item & vbi cõstitit noluisse excedere velle assem,si primo assem,secundo assem dedit per legatum:vocatur vterq; in medietatem, nisi constet testatorem voluisse primo adimere: & tũc secundus haberet totum: vel nisi vtrunq; eorum voluit testator solidũ legatum accipere: tunc vnus haberet rem , alius pretium:vt.ff.de leg.j.l.si pluribus.Item quid si primo assem,secundo semissem,tertio sextantem reliquit:nunquid tertius diminuet de asse,vel de semisse,an de vtroque?Tu dic,quòd de vtroq; diminuit proportionabiliter: vt.ff.de leg.j.l. si quis testamento.§.j.qđ probabilius est.

k ¶ Non absimilem.] imò similem.

l ¶ Coniunctim.] scilicet alijs legatis non interpositis.sed coniunctim dixit,vel bis vel ter:nullo alio legato interposito.

m ¶ Siue soli.] id est separatim.

n ¶ Sæpius.] id est quater vel pluries.

o ¶ Relictus.] siue cuilibet semel.

p ¶ Vocari.] vt.ff.de leg.j.l.planè.j.§.j.& de leg.ij.l.Mæuius.§.eũ.& de vsu fruc.ac.l. si tibi proprietas.verborum enim multiplicatio non necessaria,nihil prodest:vt.ff.de auro & argen.leg.l.pediculis.§.labeo.Sed contra.ff. de stipu.ser.l.iiij.vbi seruus stipulatur omnibus dominis,& Titio specialiter . nam plus ei acquirit quasi bis nominato. Solut.hic corrigit. Alij distinguunt hic an proprium nomen vnius expressum est,cui semel tantum est legatum:an ap-

* Aut quos.

Asse toto distributo an sit necesse ad dipondiũ trãsire.

† Aliàs, post alia.

Seruus communis stipulatus omnibus dominis, & titio specialiter , an illi plus acquirat.

pellatiuum.primo casu habet virilem portionem:vt arg.ff.de stip.ser.l.si cõmunis seruus.vlti.quæ non valet:quia expressè in lege contraria fuit expressum proprium nomen.Alij dicunt illa in contractibus,hæc in vltima voluntate.vel ibi nominatus bis,non habet plus: ideo quòd pluries fuerit nominatus,sed quia sic voluit seruus qui stipulabatur,qui vni ex dominis in plus potuit prouidere:vt.ff.de stipu. ser.l.seruus cõmunis ij.§.licet. sic & hîc haberet plus si testator vellet: 10 vt hîc subijcit,&.ff.de lega.j.l. legata inutiliter.§.fi.& hæc verior. Item cõtra.ff. de pec.leg.l.dominus seruum. §. dominus seruum.vbi semel dimidiam serui cuidam legauit, secundo aliam dimidiam eidẽ & alij. sed ibi manifesta est voluntas, ꝙ 20 voluerit vnum tres partes habere:quia ibi vtrique assignauit suam portionem.

a ❡ Tantas.] id est tot.

CVm quidam.] CASVS. Filium tuum impuberem exhæredasti, extraneum instituisti , impuberi in 30 bonis maternis Titium substituisti,& à substituto legatũ mihi reliquisti: an valeat legatũ, quæritur?Item si filio exhæredato legatũ reliquisti,similiter est quæstio an valeat legatum. apud antiquos erat de hoc altercatio . Dicit Imperator ꝙ 40 nõ valet:nec debet substitutus prægrauari : nec in legato etiã relicto pu. dando à substituto substitutum grauare potuit. Viuia.

b ❡ Reliquit.] pupillarem. quod potest in bonis quæ aliunde habuit: vt ex hæreditatibus pro- 50 pinquorũ: vt insti.de pupil.substi.§.non solùm.

c ❡ Affectionem.] per antiphrasim: id est per contrarium.

d ❡ Ei.] scilicet pupillo.

e ❡ A substituto.] relinquere scilicet substituto tantùm.

f ❡ Legatum.] dandũ.

60 g ❡ Voluit.] s.testator.sed ipse filius exhæredatus potest grauari si ei sit aliquid relictum:aliâs non:vt.ff.de vulg. substi. l.cohæredi.§. cùm filiæ. ibi neque fideicõmisso. &.j.de fideicõ.l.quidã licet ab eo substituto non posset vt hîc,& etiam pri- 70 sco iure:vt.ff.ad le.Falc. l.qui fundũ.§. qui filios. ibi,nec huic cõtrariũ &c. & de milita.testa.l.miles ita.§.si miles. & de le.iij. l.fi.in prin.& est hîc speciale:aliâs enim sicut à legatario possum relinquere, ita & ab hærede eius: vt.ff.de leg.iij.l.v.§.si qs.

80 SI legatarius.] CASVS. Si testamẽtum fecisti,& heredem instituisti,& mihi aliquid legasti,& testamentum cælaui quo magis hæredẽ hæreditate defraudarem : an eo testamento legatum mihi petere possim, quæritur?Respon.quòd non:sed remanebit apud hæredem quasi pro non scripto : ad exemplum eius cui erat legatum relictum, si tutelam alicuius pupilli administraret: quia non administrauit, auferetur ab eo: & pupillo assignabitur.

h ❡ Iacturam.] idem in hærede videtur : vt.ff.de ijs quæ in testa. delen.

velle vnum,tantas[a] autem alterũ habere. In omnibus etenim testatoris voluntatẽ,quæ legitima est, dominari censemus. D.xv.Calẽ. Decemb.Lãpadio & Oreste VV. CC.Cons.

❡ *A substituto exhæredati non potest legari uel fideicommitti,etiam si exhæredato pater aliquid legauerit.h.d.Sali.Vel sic: A substituto impuberis exhæredati,non potest legatum uel fideicommissum relinqui:etiam si impuberi aliquid relictum sit.hoc dicit.Alexan.*

Idẽ A.Ioanni præfec.præ. L .XXIIII.

CVm quidam suum filiumfamiliâs impuberem exhæredatum fecit, alijs hæredibus scriptis , eidem autem pupillo alium substitutum reliquit[b], maximam scilicet ostendens ad filium suum affectionem[c],cui nihil quidẽ emolumẽti reliquit,sed post exhæredationis iniuriam etiam substitutionem ei[d] addidit, & à substituto[e] legatum[f] reliquit:quærebatur, si huiusmodi legatum vel fideicommissum posset valere? ¶ Sed & si legatum eidem exhæredato filio pater reliquerit,& substituerit ei exhæredato facto aliquem extraneum : iterum certabatur, si saltẽ per eundem modum fideicommissum posset relinquere? ¶ Cum igitur antiquitas quidẽ hoc diuersè tractare maluerit,nobis autẽ huiusmodi iurgia superuacua esse videantur : sancimus,nullo legato, nullo fideicommisso huiusmodi substitutum,qui exhæredato pupillo datus est,prægrauari : nec si ipsam rem:quam pupillo legauit, à substituto eius vel legare vel fideicõmittere voluit[g]. Dat.ij.Cal. Maij.Constantinop.post cõsulatũ Lampadij & Orestis VV.CC.

❡ *Legatarius cælans testamentum,priuatur legato,& remanet hæredi scripto.h.d.Vel sic:Illud quod aufertur ab indigno propter casum concernentem fauorem certæ personæ, debetur illi,& non fisco.h.d.Sali.Vel sic:Legatarius qui surripit testamẽtum,cadit à legato tanquam indignus.Et quando indignitas alicuius respicit fauorem certæ personæ:illud quod sibi aufertur, applicatur illi personæ.h.d.Alexan.*

Idẽ A.Ioanni præf.præ. LEX XXV.

SI legatarius vel fideicommissarius cælauerit testamẽtum, & posteâ hoc in lucem emerserit: an posset legatũ sibi relictũ is qui cælauerit,ex eo testamento vendicare,dubitabatur. quod omnimodo inhibendum esse cẽsemus,vt non accipiat fructũ suę calliditatis qui voluit hæredẽ hæreditate sua defraudare:sed huiusmodi legatum illi quidem auferatur,maneat autem quasi pro nõ scripto apud hæredem:vt qui alij nocendum esse existimauit,ipse suam sentiat iacturã[h]: queadmodũ si legatarius cui propter tutelam gerendam aliquid relictum sit,non subierit tutelam:ei quidem legatum aufertur[i],pupillo autẽ assignatur , cui ille vtilis esse noluit.D.Calẽ.Nouemb.Constãtinop. post cõsulat . Lampadij & Orestis VV.CC.

❡ *Valet relictum factum ad tempus certum uel incertum:quo finito, ad hæredem reuertitur:& ei de re restituenda finito tempore caueri debet.Alexan.& licitum est arguere de contractibus ad ultimas uoluntates.hoc dicit. Salic.*

Idem A.Ioan.præf.præ. L. XXVI.

ILlud quod de legatis vel fideicommissis tẽporalibus[k],vtpote irritis,â legum cõditoribus definitũ est,emẽdare prospeximus : sancientes etiam talem legatorũ vel fideicommissorum speciem valere,& firmitatẽ habere. Cùm enĩ iam constitutum sit,fieri posse tẽporales donationes[l] & contractus[m]:consequens est etiã legata vel fideicõmissa quæ ad tẽpus relicta sunt,ad eandem similitudinẽ confirmari[n] :post cõpletũ videlicet tempus ad hęredẽ ijsdẽ legatis vel fideicommissis remeãtibus[o] : necessitatẽ habente legatario vel fideicõmissario,cautionẽ in personã hæredis exponere , vt ei post transactum tempus res non culpa eius deterior facta restituatur[p] . Dat.xv.Cal.Nouembr.Constantinop.post cõsulatũ Lampadij & Orestis VV.CC.anno secundo.

TITVLVS XXXVIII.

De verborum & rerum significatione.

❡ *Legato fundi instructi non continentur uænalia,neque casu translata:sed quæ ex propo-*

l.j.§.hæreditas.&.j.de fideicom.authen.hoc amplius.Sed argu.contra. s.eo.l. si in fraudem.

i ❡ Aufertur.] vt & ff.de iure pat.l.si quis tutor.&.ff.de excu.tuto.l.legatarius.&.l.tutor.&.ff.de ijs qui.vt indi.l.post legatum.§.amittere.& de lega.j.etiam si pactis.&.s.de condi.ob cau.l.si militem.sed hoc fallit in milite: vt suprà eodem.l.ab administratione.Item fallit quãdo aliâs legaturus erat:vt arg.ff.de excu.tuto. l. sed 10 hæc . &.l. Nesennius. & ff.de testa.tu.l.qui tutelã. Item fallit quando paratus est subire,sed non idoneus inuenitur,puta quia minor:vt.ff. de legat.ij. l. cùm filius.§.nõ iure.quę omnia contraria, specialia sunt.

20 ILlud.] CASVS. Fundũ Titio legasti in decem annos, vel vsque ad. x. annos: an valeat legatum? apud iurisperitos erat q̃stio:quia esset temporale,& sic irritandum . Statuit Imperator quòd huiusmodi legatum valeat ad similitudinem contra- 30 ctus temporalis & donationis:ita tamen vt legatarius caueat hæredi de eo restituendo,elapso tẽpore,nõ deteriore facto.

k ❡ Temporalibus.] lego tibi fundum illum, vt vsque ad decem annos teneas. Accur.

l ❡ Donationes.] vt.j. 40 de donat.quæ sub. mo. l.j.ij.&.iij.

m ❡ Et contractus.] vt loco tibi vsque ad decem annos: vel vendo tibi fundum vt reddas mihi post decem annos : & ego tibi pretium.

n ❡ Confirmari.] potest enim legatũ tempo- 50 re finiri.& sic est cõtra. ff.de actio.& obligatio. l. obligationum ferè.§.placet.Solu.ibi quantitas annua vsque ad decem annos fuit legata,quę etiam post tempus debetur, licet exceptione finito tẽpore repellatur: vt ibi dicit.hîc autem species fuit 60 legatario data,vt post tẽpus redderetur . Vel dic hîc idem,quod ibi. Nam & post decem annos poterit hæres conueniri, vt adhuc patiatur legatariũ habere,sed vtetur exceptione vt ibi. Item nota hîc quòd ex voluntate defuncti, certo tempore 70 finitur legatum . & sic est contra.ff. de legatis.j. l. nemo potest. Solut. vt vsque ad certum tempus gaudeat quis beneficio defuncti, testator statuere potest: vt hîc.sed quod legatarius si cessat legatum petere,repellatur: nisi tempore in lege statu- 80 to:non potest facere testator: vt ibi.

o ❡ Remeantibus.] ipso iure ex voluntate defuncti.

p ❡ Restituatur.] sic.ff.vsufru.quemadmo.cauea.l.j.

❡ DE VERBORVM ET RERVM SIGNIFICATIONE. ¶ *Quia in testamentis quædam uocabula obscura & res inueniuntur:ideo dicit de uerborum & rerum significatione:sed generalius dicit.ff.eo.titul.*

Legatũ relictum tutori quandoque debet eidem,licet tutelam nõ gerat.

Legatũ certo tempore finiri põt.

Continuatio.

Prædijs

PRædijs.] CASVS. Fundum mihi legaſti in quo erat vinum & oleum:an iſta cedant legato,quæritur? Diſtinguitur: aut erant in eo repoſita vt eis vtereris,cùm ibi veniſſes: aut vt vēderentur. primo caſu cedent legato. ſecūdo non. Idem eſt ſi aliquid in eo prædio depoſueris ad tempus propter incurſum hoſtium, quòd legato non cedet.

a ¶ Ex fructibus.] ſ. illorum prædiorum.
b ¶ In eodem.] & ex eodem quod facit dubitationem.
c ¶ Fuit.] hoc tñ quandoq; non cōſideratur: vt arg. cōtra. ff. de re. eo. l. j. §. ſi defunctus.
d ¶ Ea.] vt arma.
e ¶ Tutelæ.] i. defenſionis. et ſic ad tempus: vt. ff. de leg. iij. l. ſi fundus. & l. ſi ita legatum. & arg. ff. de pig. l. debitor.
f ¶ Prædium.] in quo prædio erat fortis domus.
g ¶ Illic.] ſcilicet in illo fundo.
h ¶ Legato.] cur aliud, ſi domus inſtructa legatur, vbi indiſtinctè nō cōtinetur vinum: vt. ff. de fun. inſtru. l. ſi ita. §. domo. Io. Sed reſpondetur: quia ex ipſo fundo colligitur vinum, vnde quandoque cum eo legari videtur vt hîc dicit: ſed nō cum domo. Vel dic illam intelligi ſecūdam iſtam: vt ſi habeat gratia dom⁹, cedat legato: vt & in eo. ti. l. quæſitū. §. ſed ſi fundus. & §. Neratius.

Domo inſtructa legata, an cōtineatur vinum.

FVndo.] CASVS. Fundū vt erat inſtructus mihi legaſti. quę legato cedāt, quęritur? Reſpondetur quòd non ſolùm ſerui quos ibi colēdi cauſa habuiſti, ſed omnia quibus inſtructus eſt fundus: non quæ ad tempus propter hoſtium incurſum ibi repoſuiſti. Itē alia quæ erant ibi gratia conſeruandorum fructuum, puta corbes, gramina, & ſimilia. Item pecora ſtercorandi fundi cauſa.

i ¶ Villicum.] ſeruū.
k ¶ Homines.] ſeruos.
l ¶ Ageret.] vt libros in quibus ſolaciabat cùm ibi erat.
m ¶ Inſtructus.] vt inſtrumēta fundi. Et nota ꝙ refert vtrū dicat teſtator, lego prædium inſtructum: an fundū cum inſtrumēto, ſiue fundū & inſtrumentum. primo caſu continentur non ſolùm ea quæ ſunt ibi gratia fundi colendi, ſed etiam inſtrumenta quæ habet cauſa ſui paterfamiliâs: vt libros, vinum, & frumentum cauſa ſui & familiæ. alijs autem caſibus continentur ea tantùm quæ ibi ſunt vt ager colatur: vt boues, aratrum, ligones, falces, meſſorię, putatorię, & ſimilia. & probatur hæc differentia hîc, & ff. de fund. inſtruct. l. ſi cui. & l. quæſitum. §. ſed ſi fundus. ſecundum Azo. Vel aliter idem ſi dicat fundum inſtructum, vel fundum cum inſtrumento, vel fundum & inſtrumentum. nam in quolibet caſu continetur inſtrumentum fundi, & inſtrumentum patrisfamiliâs, vt hîc dicit. ſed in hoc caſu eſt differentia: quia ex hac ſcriptura fundus cum inſtrumento, alienato fundo, ſi moriatur teſtator nihil erit legatum: ſed in alijs duobus caſibus remanet legatum inſtrumenti, ſcilicet patrisfamiliâs. nam fundi inſtrumentum ſequitur alienationem fundi: vt dicta. l. ſi cui. Tertij dicunt ſiue dicat fundum inſtructum, vel ſicut inſtructus eſt, vel fundum & inſtrumentum: etiam patrisfamilias inſtrumentum continetur, non ſolûm fundi: vt dicta. l. quæſitum. §. ſed ſi fundus. & §§. ſequentibus. & hîc. an fundū cum inſtrumento: quo caſu ſolum inſtrumentum fundi continetur legato. & hoc placet adiecta etiam illa differentia quæ ſit in dicta. l. ſi cui.

Fundum inſtructū, fundū cum inſtrumento, fundum & inſtrumentum legare differt.

Fundū ſimpliciter vendito an veniant inſtrumenta.

n ¶ Temporis cauſa.] vt ſit. ſ̄.

ſito teſtatoris ibi ſunt parata gratia ipſius teſtatoris uel ipſius prædij. h. d. cum. l. ſeq. Bald. Vel ſic: Legato fundi inſtructi non cedūt ea quæ ibi ſunt ad tempus: ſed ea tantùm quæ ibi ſunt cauſa perpetui uſus. h. d. Sali.

Impera. Antoninus A. Antipatræ. LEX I.

PRædijs inſtructis legatis, quamuis ex fructibus [a] vinum & oleum in eodē [b] fundo habuit: tamen ſi id vænale fuit [c], item ea [d] quæ ad tēpus propter incurſionē latronum tutelæ [e] cauſa in prædiū [f] trāslata ſunt, legato non cedere, iuris authoribus placuit. ¶ Vinum verò quod in apothecis fuit, ſi ideo illic [g] habuit, vt cùm in prædiū veniſſet, materfamiliâs eo vteretur: legato [h] cedere, ignorare non debes. PP. vj. Id. Aug. Antonino A. iii. & Balbino Conſ.

¶ In legato fundi inſtructi ueniunt inſtrumenta tàm fundi quàm patrisfamilias. h. d. Sali.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Rufin. LEX II.

FVndo ſicut inſtructus eſt legato, ſiue per fideicōmiſſum relicto: villicum [i] quidē, hominesq; [k], & omnia quæ vel ipſe paterfamiliâs, cùm ibi ageret [l], vel vt fundus eſſet inſtructus [m], non temporis [n] cauſa in eo habuit, relicta eē, iuris authoritate definitum eſt. ea etiā quæ tā fructuū colligēdorū, quàm ſeruādorū [o], itē pecora ſtercorandi vel paſcēdi [p] cauſa ibi conſtituta, vt de his fructus capiātur, vel vt fundus ſit inſtructus: fideicōmiſſo cedere, certi iuris eſt. Da. Noñ. Octo. Sirmij AA. Conſ.

¶ Cautionis uerbo ſimplex cautio ſignificatur: Bal. Vel ſic: Verbū cautio ſimpliciter prolatum à teſtatore uel à lege ciuili, intelligitur de nuda promiſſione: niſi aliud ſit dictum. hoc dicit no. Sali.

Imperator Iuſtinianus A. Iuliano præfecto prætorio. LEX III.

SAncimus cautionis [q] nomine vel ἀσφαλείας non eſſe fideiuſſoris dationem interpretandam: niſi hoc ſpecialiter vel in græcis vel in latinis verbis ſcriptum fuerit. niſi enim vel generaliter de ſatiſdatione [r], vel fideiuſsione ſpecialiter ſit nominatum: cautione vel ἀσφαλεία minimè fideiuſsionem, ſed nudam [s] promiſsionem ſignificari †. D. Calend. Mart. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte VV. CC. Conſ.

† Concor. glo. ſup verbo, cautione iu. c. qua fronte. extra de appe.

¶ Diſiunctiua appoſita inter perſonas, ponitur pro coniuncta: ſecus ſi inter res. idem in contractibus. hoc dicit. Baldus. Vel ſic: Diſiunctiua poſita inter perſonas honoratas uel grauatas fauore pupillorū tàm in ultima uoluntate quàm in contractibus, accipitur pro coniunctiua: non ſi inter res ſit appoſita. hoc dicit. Sali.

Idem A. Ioanni præfe. præ. L. IIII.

CVm quidam [t] ſic vel iuſtitutionem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel libertatem, vel tutelam ſcripſiſſet. Ille aut ille mihi hæres eſto. vel Illi aut illi do lego, vel dari volo. vel Illum aut illum liberum aut tutorem eſſe volo, vel iubeo. dubitabatur vtrūne inutilis ſit huiuſmodi inſtitutio, & legatum, & fideicōmiſſum, & libertas, & tutoris datio: an occupantis melior conditio ſit: an ambo in huiuſmodi lucra [v] vel [x] munera † vocentur: & an ſecundum aliquem ordinem [y] admittantur: an vterque omnimodo: cùm alij [z] in inſtitutionibus primum quaſi inſtitutum admitti, ſecundū quaſi ſubſtitutum, alij in fideicommiſſis poſteriorem [a] ſolùm accepturum fideicommiſſum exiſtimauerint, quaſi recentiore volūtate teſtatoris vtentem. Et ſi quis eorū [b] altercationes ſigillatim exponere maluerit: nihil prohibet non leue libri volumē extēdere, vt ſic explicari poſsit tāta authorū varietas: cùm non ſolùm iuris [c] authores, ſed etiā ipſę principales cōſtitutiones quas ipſi authores retulerūt [d],

† Aliâs munia.

o ¶ Seruandorum.] arce & ſimilia: vt. ff. loca. ſed addes. §. illud.
p ¶ Paſcendi.] ff. de ſeruitu. ruſti. prædi. l. pecoris.

SAncimus.] CASVS. Teſtamentum feciſti, me hæredem inſtituiſti, Titio fundum ſub conditione legaſti, & mihi præcepiſti vt ei cautionem præſtarem de legato præſtando conditione exiſtente: quid nomine cautionis intelligatur, puta nuda promiſsio vel fideiuſſoria, quæritur? Reſpond. nuda promiſsio. vel dic exemplū. ſuprà titul. j. l. vltima. in fin.

q ¶ Cautionis.] ſi teſtator præcepit caueri. idem ſi lex.
r ¶ De ſatiſdatione.] quæ ſit cùm fideiuſſor accipitur: vt. ff. qui ſatiſd. cogan. l. j.
s ¶ Nudam.[a]] à pignore vel fideiuſſore, non à ſtipulatione. Sed contra ff. mandati. l. ſi mandato Titij. §. fina. Solue. ibi eſt idonea. Item contra. ff. de colla. bo. l. prima. §. caueri. Solut. cautio eſt genus: vt. ff. de regulis iuris. l. plus cautionis. Sed in vltima voluntate pro nuda ponitur: vt hîc. & eodem modo reſpond. ſuprà de procurat. l. j. quæ eſt contra.

a Concor. gl. ſup verbo, ſufficiē ti. in c. a. ex tranſmiſſa. de reſti. ſpolia.

CVm quidam.] CASVS. Cū ſit diſiunctio, refert an fiat perſonarum, aut rerum. Si perſonarum, veluti ſi ſic dicat teſtator: illum aut illum hæredem inſtituo. illi aut illi do lego. apud antiquos dubitabatur, an valeat legatum vel inſtitutio. quidam dicebant in inſtitutione vnum vocari ex inſtitutione, alium ex ſubſtitutione. in legatis poſteriorem tantùm admitti ad legatum. Dicit ergo Imperator, quòd ſi nunc taliter fiat inſtitutio, ꝙ debet accipi aut, pro &. Idem eſt cùm dicitur, illi aut illi libertatem relinquo. illum aut illum filio meo impuberi tutorem do. & hoc in prima. Si autem ſit diſiūctio rerū, vt Titio illā aut illā rē do lego. habent locū q̄ in veteri iure ſancita ſunt. ſ. ꝙ hæredis ſit electio, quā illarū dare velit. & ſic aut ſumitur propriè. & hoc in ſecūda. hoc locū habebit in cōtractibus. & hoc in tertia.

t ¶ Cum quidam.] circa quatuor tractat hæc lex: inſtitutionem, legatum, libertatem, & tutelam.
v ¶ Lucra.] quantum ad hæreditatem, vel legatum, vel libertatem.
x ¶ Vel munera.] ad tutelam.
y ¶ Ordinem.] ſcilicet vt prior nominatus, prius admittatur.
z ¶ Alij.] ſcilicet iuriſconſulti dicebant.
a ¶ Poſteriorem.] vt. j. de fideicom. l. clari.
b ¶ Eorum.] antiquorum ſapientum.
c ¶ Iuris.] ſcilicet antiqui.
d ¶ Retulerunt.] ſuper hoc.

a ¶ Aut clam.] aut pro &[a] materialiter hîc ponitur.
b ¶ Apertiſsime.] vt argumen.ff.quod vi aut clàm is qui in puteum.§.hoc interdictum.& in alijs caſibus:vt.ff.de verbo.ſignifi.l.ſæpe.& facit.ff.de teſt.tut.l.tutor ita.
c ¶ Poſita eſt.] vt ſi primò incepit clàm,& prohibitus perſeuerauerit.
d ¶ Libertas.] i. vterq; capiat libertatem.

a Concor. ca.in cal cc. in fi. de con ſe.diſt.ij.& gloſ j.circa med.in c.ij. de teſcrip.

pe.& ad treb.hæredes.§.fi.
r ¶ Prohibuerit.] quod fit quandoque:vt.ſ.de reb.alie.non alie.l.fi.&.j.de fideicom.l.voluntas.&.ſ.de condi.ob cau.da.l.ea.
s ¶ Pro ſubſtantia.] vt in familiæ erciſcundæ iudicio.& alias habet ſignificationes:vt.ff.de ver.ſig.l.pronunciatio.§.familiæ.

inter ſe variaſſe videntur. ¶ Melius itaque nobis viſum eſt, omni huiuſmodi verboſitate exploſa,coniunctionem aut, pro & accipi:vt videatur copulatiuo modo eſſe prolata †, & magis ita vt & primam perſonam inducat, & ſecundam non repellat. ¶ Quemadmodum enim (verbi gratia) in interdicto, Quod vi aut clàm[a]: aut coniunctio pro & apertiſsimè[b] poſita[c] eſt:ita & in omnibus huiuſmodi caſibus, ſiue inſtitutionum,ſiue legatorum,ſiue fideicōmiſſorum,vel libertatum,ſeu tutelarum hoc eſt intelligendum, vt ambo veniant æqua lance ad hæreditatem: ambo legata ſimiliter accipiāt:fideicōmiſſum in vtrūq; diuidatur:libertas[d] vtrūq; capiat: tutoris ambo fungantur officio: vt ſic nemo defraudetur à cōmodo teſtatoris:& maior prouidentia pupillis[e] inferatur:ne dum dubitatur[f] apud quem debeat eſſe tutela,in medio[g] res pupillorum depereant. ¶ Sed hæc quidē ſancimus cùm in perſonas[h] huiuſmodi proferatur ſcriptura. Sin autē vna quidē eſt perſona, res autem ita derelictæ ſunt,Illam aut illam rem illi do lego,vel per fideicommiſſum relinquo:tūc ſecundū veteres regulas, & antiquas definitiones,vetuſtatis iura maneant incorrupta[i],nulla innouatione eis ex hac conſtitutione introducenda. Quod etiam in contractibus[k] locum habere cenſemus. Dat. pridie Cal. Maij, Conſtā. poſt cōſulatū Lāpadij & Oreſtis VV.CC.

† Aliâs, eſſe prolatū, vt & primā pſonam &c.

¶ *Quando uerbum familiæ ſonat in perſonis, intelligitur de propinquis ſecundum ordinem proximitatis,& de quibuſdam affinibus in ſubſidium uocandis. Sed quando nomen familiæ ſonat pro rebus,intelligitur pro ſubſtantia bonorum.hoc dicit.Bal.Vel ſic: Relictum familiæ debetur gradatim perſonis appellatione familiæ contentis,& in hac lege deſcriptis. Sin autem fiat de familia,intelligitur de rebus.Sali.*

Idem A.Ioanni præf.prę. LEX V.

SVggeſtioni Illyricianæ aduocationis reſpondentes,decernimus familiæ nomen talem habere vigorem: parentes & liberos, omneſq; propinquos,& ſubſtantiam,libertos etiam,& patronos, necnon ſeruos per hanc appellationem ſignificari. Et ſi quis per ſuum[l] elogium fideicōmiſſum familiæ ſuæ reliquerit,nulla[m] ſpeciali adiectione ſuper qbuſdā certis perſonis facta:nō ſolū propinquos,ſed etiam his deficiētibus[n], generū & nurū. Eos enim nobis humanū eſſe videtur ad fideicommiſſum vocari:ita videlicet,ſi matrimoniū morte filij vel filiæ fuerit diſſolutū. Nullo etenim modo poſſunt † gener vel nurus filijs viuentibus ad tale fideicommiſſum vocari:cùm hi[o] proculdubio eos[p] antecedāt. & hoc videlicet gradatim fieri, vt poſt eos[q] liberti veniāt. Hoc eodē valente,& ſi quis rem immobilem cuidā legauerit vel fideicōmiſerit,eamq; alienare ꝓhibuerit[r] adijciēs, vt ſi hoc fideicōmiſſarius prǽterierit, familiæ ſue res acquiratur. In alijs autem caſibus nomen familiæ pro ſubſtantia[s] ,oportet intelligi:quia et ſerui & aliæ res in patrimonio vniuſcuiuſque eſſe putatur. Dat. xv.Cal.Nouemb.Conſt.poſt cōſulatum Lāpadij & Oreſtis VV. CC.anno ſecundo.

† Aliâs, poſſit.

TIT. XXXIX.
Si omiſſa ſit cauſa teſtamenti.

¶ *Si inſtitutus, in fraudem legatariorum repudiat hæreditatem,& uadit ad ſubſtitutum uulgarem:ipſe ſubſtitutus adiens, tenetur ad legata ab inſtituto relicta ſi dolus fuit communis participatus cum ipſo:ipſe etiam inſtitutus tenetur ſi pecuniam accepit.h.d. Et diuiditur in duas partes.Secunda ibi,planè.Bald.*

Impp.Seuerus & Antoninus AA.Ianuariæ.

LEX I.

SI in fraudē legatorū[t] trāſmiſſam hæreditatē ad ſubſtitutum probatura es: vtilis actio aduerſus eum[v] cū quo fraudis cōſiliū participatū[x] eſt,tibi competit. Planè ſi pecunia accepta[y] omiſit aditionem legata & fideicommiſſa præſtare cogitur[z] . Accepta Calend. Octobr.Fuſco & Dextro Conſ.

e ¶ Pupillis.] ſ.in tutela accipiendo hanc diſiunctiuam aut, ſeu vel, pro coniunctiua.
f ¶ Dubitatur.] i. in quæſtione.
g ¶ In medio.] id eſt de medio tempore.
h ¶ In perſonas.] imò qnq; contrà:vt.ff.de leg.ij.l.cū pater.§.penul. Sol. ibi ſecūdum ordinē ſcripturæ intelligitur ſubſtitutio facta:vt ibi dicit.
i ¶ Incorrupta.] vt hęres habeat electionem:vt ff.de iur.do.l. plerūq;. & inſt.de act.§.huic autē. & ff.de cōtrahē.emp.l. ſi in emptione.§.pe.&.l.ſi ita. &.ſ.de cōdi.inde. l. ſi qs. Sed certè imò in rebus ponit qnq;,aut ꝓ &: vt ff.de aur.& ar.leg.l.quintus.j.in fi.ſed ibi ſpeciale. Item contra. in.l. ſi quis ita legauerit. quæ eſt in eod.tit.ſed & ibi ſpeciale. vel eſt ibi ſeu. in qua eſt aliud,quàm illa aut.

Aut pro & quādo q; ponitur.

k ¶ In cōtractibus] ſ.qđ dictū eſt in alternatiōe rerū legatarū:vt in ꝑdictis legibus continet. Sed certè & in alternatione perſonarū eſt idē qđ ſ. vt aut, pro &, accipiat: vt ſi vendā rem meā tibi,aut illi,cū ambo ꝑſentes ſitis:vt hîc.Nec obſt. ff.de cōtrahē.emp.l. fundum.qa ibi nō vtriq; vēdebat ſed vni. qa ſibi & alteri volebat emere, qđ alteri nō pōt. hîc aūt qū cū vtroq; cōtrahit.Itē nec ob.ff.de ver.obl.l.eū q.§. q ſibi.qa & ibi cū vno tātùm cōtrahit.& alter ponit ad ſolutionē tantùm.

SVggeſtioni.] CASVS. Teſtamētū feciſti, hæredē inſtituiſti,familiæ tuæ decem legaſti:q familię nomine cōtineant, quęrit? Rň.ꝙ nō ſolū ſuꝑiores, & inferiores, & collaterales:ſed liberi & patroni, nurus & gener. Idē eſt ſi teſtator mihi fundū legauerit,& ne alienē prohibuit:qđ ſi faceret, eūdē fundū familię legauit:an accipiatur familia quō.ſ? Rň.ꝙ ſic.& hoc in ſecūda. Aliàs autē ſumit familia pro ſubſtātia: vt cum dicit familiæ erciſcū.i.hęreditatis diuidēdę,& hoc in tertia & vlt.parte. Vi.
l ¶ Per ſuum elogiū.] primum exemplum.
m ¶ Nulla ſpeciali.] nam tunc ſecus eſſet.ff.de leg.ij.l.omnia.§ fi.
n ¶ Deficientibus.] ſcilicet propinquis.
o ¶ Hi.] ſcilicet filij.
p ¶ Eos.] ſcilicet nurum & generum.
q ¶ Poſt eos.] ſcilicet generum & nurum. Et nota primò vocari liberos. Secundò parentes. Tertiò collaterales. Quartò generum & nurum. Quintò libertos: vt hîc, &.ff. de lega. ſecundo. peto.§. fratre. &.l.cùm pater.§.

¶ SI OMISSA SIT CAVSA TESTAMENTI. ¶ *Aſcripto hærede, et hoc in fraudē relictorū ſeu libertatū. Et nota quòd ꝓpter tria inducitur hoc edictū. Primò cōtra eū qui omittit ex teſtamento adire, & adijt ab inteſtato in fraudē legatariorū:ut.j.eo.l.ij.in prin.& .ff.e.l.ij. Secūdò cōtra eū q dimittit adire, ut ad ſubſtitutū tranſeat,& in fraudem ſimiliter:ut.j.e.l.j. Tertiò qñ ideo ut perueniat ad legitimū:ut.ff.eo.l.j.§.fi.*

SI in fraudem.] CASVS. Teſtamentū feciſti, hæredē inſtituiſti,& ei ſubſtituiſti, & mihi legatum reliquiſti.in fraudē mei omiſit hęreditatē inſtitutus:à quo petā legatū, quærit? Diſtinguit:aut interuētu pecunię eā omiſit aut nō. primo caſu agā cōtra inſtitutum.ſecūdo caſu,contra ſubſtitutum.Viuia.
t ¶ Si in fraudē legatorū.] ab inſtituto relictorū,& inſtitutus fecit hāc fraudē,& ſubſtitutus participauit, vt ſubijcit. Sed nōne ſubſtituēdo videtur teſtator permittere omitti? Rň.ꝙ ſic:ſi principaliter ad euitādum damnum propriū faciat,nō ſi propter aliorum malum: vt argu. ff.de aqua plu.arc.l.j.§.denique.
v ¶ Eum.] ſ.ſubſtitutū & eius hęredem:vt.ff.e.l.de libertatibus.§. hæredem. Sed videtur directā dari, etiā ſi nō fuit aliqua fraus cōmiſſa, cū legata ab inſtituto, intelligant tacitè repetita à ſubſtituto: vt ff.de leg.ij.l.ſi alienus ſeruus.&.l.cū pater.§.ab inſtituto.et de leg.j.l.licet.et ſ.ad tre.l.iiij.Rň. hic teſtator noluit eſſe repetita, quaſi nō teneret ſubſtitutus:vt.d.l.licet.niſi ꝓpter huiuſmodi fraudē. An autē inſtitutus teneatur, cū et ipſe fecerit fraudē? Rň. ſic in ſubſidiū. priꝰ enim ſubſtitutus qui poſsidet, eſt cōueniēdus:vt arg.ff. e.l.licet.in fi.&.l ſi pecuniā.&.l.ſeq. Vel dic non cōueniri inſtitutū, niſi acceperit pecuniā pro omittendo: vt.d.l.licet. &.l. ſi quis pecuniam.&.l. ſi nō ſolus.§.fi.ibi, ſi autē ſine pecunia &c.hîc autem hoc primo caſu non habuit pecuniam.

Legata ab inſtituto relicta, an videantur repetita à ſubſtituto.

x ¶ Participatum eſt.] idem ſi non participaſſet ſecundum P.Sed arg. cōtra.ff.eo.l.fina.
y ¶ Accepta.] quā accepit inſtitutus à ſubſtituto vt hæreditatem omitteret.
z ¶ Cogitur.] ſcilicet inſtitutus à ſe relicta, & ſubſtitutus ſimiliter à ſe ſubſtituto relicta: vt.ff.eodem.l.ſi non ſolus.§.fina.ibi,Item ſi ſolus &c & infrà.de fideicommiſ.liber.l.j.in fi.Sed videtur quemlibet inſolidum teneri:vt ff.eo.

o ¶ Potiori.] fic.j.de do.l.fancimus.§.fin autem in huiufmodi cafibus.

p ¶ Omnibus.] cùm omnes velint.

q ¶ Volentibus.] cùm quidam volunt,quidam non.

r ¶ Nominatus.] femper inhærente onere prædictæ cautionis:vt in corpore.§.fi verò nullus eorũ.& no.hic de ordine feruando:vt.ff.de fideicom.lib. l.generaliter.§.fi quis alienum.& de hære.inftitu.qui foluendo.ij. Sed contra ff.de folu.l.in his.§.fin.&.l.fequẽ.& inftit.de leg.§.ante ADDITIO. Dic quòd ibi voluntas erat certa,hic verò dubia.Bart.

70 s ¶ Refpectis.] nã nullo modo admittũtur,fi iuftè exhęredati funt:vt in corpore.§.exhæredatos.Sed quare nõ vocat exhæredatus inter noĩatos ex teftamẽto,cũ ipfe noĩatus eft? Rñ.ad malũ fuit,nõ lucrũ aliquod vel bonũ nominatus.Item nũquid admittitur inter eos,qui veniũt ab inteftato, cũ ipfe de illis fit & quidem primus:vt.ff.de fuis & legiti.hære.l.filius? Rñ. non nifi per querelã:vt.s.de inof.teft.l.fi hęredũ.&.l.filiã .& eft ratio:quia videtur adhuc teftamentũ valere,cùm lex faciat eos hæredes loco repulfi:vt in corpore.§.in omnibus.& hæres hæredis &c.vt.s.de hæredi.infti.l.fi.Et quod dicitur agnatum proximũ filiũ effe ad fuccedendum:verum eft,nõ facto teftamento.Nec facto,fed non adita hæreditate:vt.ff.de contra tab.l.filium.§. fed cum exhæ- 80 redatio.Item nunquid inter extraneos admittetur vel ante,vel poft fifcum? Rñ.quidam,non:propter prædictas rationes:fed poteft[i] dici contrà: vt quafi quilibet admittatur:vt.ff.de adop.l.fi pater.§.j.§ qui duos.

t ¶ Extraneo.] & primo ipfe quàm fifcus:vt innuitur in corpore.& arg. j. de cadu.tol.§.fi.Itẽ extraneũ intelligo quẽlibet,cui nihil in teftamento eft relictum:fiue de venientibus ab inteftato fit:fiue prorfus extraneus.

f Reprobatur fecũdũ fcriben. g Idẽ Bar. h Iſta eſt not.gl.ſecũdũ An.hic.

i Reprobatur fecũdũ Bart.B.S.& Iaf.

a ¶ Tunc & numerus teftium.] quod eft quãdo legatarius non con- 60 fidit de facramẽto hæredis:vel quãdo hæres confitetur ab initio relictũ,dif fitetur,tamen in folenni voluntate:vnde legatarius habet neceffe probare.

b ¶ Compofitum.] fcilicet teftamentum.

c ¶ Cum autem.] nunc redit ad primum cafum.Azo.

d ¶ Et in leges.] bene dico recufato facramento,legatũ foluendum. Azo.

e ¶ Iuftis.] non iniuftis:vt.s.de ijs qui.vt indi.l.non oportet.

f ¶ Lucrum.] fi tamen teftatores hoc dixerunt non aliter.& fic non eft cõtrã.s.de inoffi.teft.l.fi quis in fuo.in prin.quæ eft cõtrã.Vel hîc loquitur in extraneo hærede qui plus punitur non parẽs.quod patet:quia dicit lucrũ:vt.s. de codicil.l.fi.ibi,in fuo.hoc non placet:quia &.s.dixit,fiue pater fit &c. Vel 70 hîc nullo modo[b] voluit parere:ibi voluit:licet tarde. Vel hîc fciebat effe relictum,ibi dubitabat.Vel hîc relictum erat venerabili loco,ibi priuatæ perfonæ.Vel hîc dicit,q hic amittit lucrum:fed non dicit totum.Vel lex ifta refertur ad eas leges quæ non imponunt certam pœnam.arg.ff.de verbo.obl.l.do li.Vel loquitur fecundum antiquas leges.q.d.fic erat olim:non autem dicit, quòd fic,fit hodie,imo non eft ita hodie per legem illam. fed per aut. hodie idem.& ideo fequitur authenti.hoc amplius &c. quæ eft de hære. & fal. §.fi quis autem nom implens.col.j.

b Vera folutio eft, q ibi loquitur in cafu pœnali quãdo hęres negat dare filio legitimam à patre fibi relictam.Bar. Ang.& Iaf.

Hoc amplius.] CASVS. Hæc aut.ampliat.l.C.Nam in.l.codicis dicebatur,fi hæres non obtemperat voluntati defuncti,lucrum hę- 80 reditatis perdit.Hæc aut.dicit fi hęres non impleti iudicium defuncti, fi eft monitus à iudice,& intra annũ non impleuit:quartã debitam iure naturę nõ perdit:fed perdit totum aliud lucrum hæreditatis,& tranfibit cum fuo onere ad aliã perfonam:dum tamẽ preftet ifta perfona cautione de volũtate defuncti adimplẽda.Sed quæ funt perfonę in quas tranfeat? Certè primo loco applicatur fubftituto.Secundo loco cohæredibus coniunctis.Tertio fideicommiffario vniuerfali:vel fideicommiffario fingulari maioris rei . fed fi non funt iftæ perfonæ, & fiunt plures legatarij æquales:applicatur omnibus fi volunt,

¶ COMMVNIA DE LEGATIS &c. ¶ Poftquàm feparata iura

Continuatio.

iura dixit legatorum & fideicommiſſorum:nunc[a] coniungit:vt inſti. de leg. §.ſed ne in primis.

a Cōtinuationem hāc ſequit bar. Diuiſio.

CVm ij.] Diuiditur in ſex partes.Primò exordium, recitando ius antiquum.Secundò inferendo ponit ſtatutum ſuum. Tertiò probat illud per rationes.Quartò ampliat.Quintò tollit obiectū Sextò limitat quod de actione hypothecaria dixerat.Secūda ibi, Rectius igitur.Tertia ibi Cùm enim hoc. Quarta ibi,Et hæc diſpoſuimus. Quinta ibi,Cùm eni nō aliter.Sexta ibi,In omnibus autem,Salice. CASVS. Olim erant certi modi relinquēdi legata,vel fideicō.ſcilicet per vendicationem, per ſinēdi modum,damnationē. præceptionem:vt inſtit. de leg.in princ.et quolibet iſtorum modorū dabatur legatario ſpecialis via ad conſequendū qđ erat ſibi legatum.Primò caſu habebat actionē in rem.Secundo, exceptionem. alijs duobus habebat tantùm actionē perſonalem ex teſtamento. Item nec dabatur rei vēdi.niſi prius eſſet miſſus legatarius per iudicē in poſſ.rei ſibi legatæ, quā diuerſitatem tollit Imperator:ſtatuēs vt qualitercunque aliquid legetur, dentur legatario actiōes: ſcilicet actio in rem,et in perſonam. hypothecaria in alijs rebus defuncti.et qđ tacita hypothe. dari debet probat tribus rationibus.Vna eſt,vt ſicut teſtator expreſsè poterat aliam pro re legata obligare dicendo ſic, lego tibi prædium Sempronianū:& pro eo ſit tibi obligatum prædium Seianum.ita tacitè à lege præſumitur obligatum: ſi hoc teſtator non expreſſerit.Item alia ratione:quia legibus nouis tacita poteſt contrahi hypotheca.Item vt ſeruetur teſtatoris volūtas. et hoc in prima.Hæc vera ſunt,nō ſolū ſi ab hærede legatum fuerit relictum dandum:ſed etiā ſi à legatario:vt ſi teſtator legauit mihi centum,& rogauit vt quinquaginta reſtituerem Titio:habebit actionem in re:perſonalem ex teſtamento:& hypothecariā in meis quinquaginta,pro ſuis.& hoc in ſecunda. Pro menſura autem eius, qđ legatum eſt,in hæredem aut legatarium datur hypothecaria:nec in rebus proprijs hæredis vel legatarijs:ſed in ijs.quæ à teſtatore relicta ſunt,conſtat hypo.& hoc in tertia & vltima parte. Viuianus.

Imp.Iuſtinianus A.Demoſthæni præfec.prę̨to.

LEX I.

CVm ij[a] ,qui legatis vel fideicommiſsis honorati ſunt,perſonalem actionem plerunque[b] habere noſcantur: quis vel vendicationis[c], vel ſinendi[d] modi,aliorumq; generum[e] legatorum ſubtilitatem prono animo admittat, quàm poſteritas[f] optimis rationibus vſa, nec facilè[g] ſuſcepit, nec inextricabiles circuitus laudauit[h]? quis in rem miſsionis[i] ſcrupuloſis vtatur ambagibus? ¶ Rectius igitur eſſe cenſemus in rem quidem miſsionem penitus aboleri: omnibus verò[k] tam legatarijs quàm fideicōmiſſarijs vnam naturam imponere[l]:& non ſolùm perſonalem[m] actionem præſtare,ſed & in rem: quatenus eis liceat eaſdem res,ſiue per quodcunque genus legati, ſiue per fideicommiſſum fuerint derelictę,vendicare in rem actione inſtituenda: & inſuper vtilem Seruianam,id eſt hypothecariam ſuper ijs,[n] quæ fuerint derelicta, in res mortui prę̨ſtare.Cùm enī[o] iam hoc iure noſtro increbuit,licere teſtatori hypothecam rerum ſuarum in teſtamento quibus voluerit dare,& iterum nouellæ cōſtitutiones in multis[p] caſibus & tacitas hypothecas introduxerūt: non ab re eſt,etiam nos in præſenti caſu hypothecariam donare actionem,quæ etiam nullo verbo præcedente[q] poſsit ab ipſa lege induci. ¶ Si enim teſtator ideo legata vel fideicommiſſa dereliquit, vt omnimodo perſonæ ab eo honoratæ ea percipiant: apparet ex eius voluntate etiam præfatas actiones contra res teſtatoris eſſe inſtituendas, vt omnibus modis voluntati eius ſatiſfiat: & præcipuè cū talia ſunt legata vel fideicommiſſa,quæ pijs actibus ſunt deputata. ¶ Et hæc diſponimus non tantùm ſi ab hærede fuerit legatum derelictum vel fideicommiſſum: ſed & ſi à legatario vel fideicommiſſario, vel alia perſona, quam grauare fideicommiſſo poſſumus,fideicommiſſum cuidam relinquatur.Cùm enim non aliter valeat, niſi aliquid lucri[r] afferat ei, à quo derelictum eſt: nihil eſt graue, etiam aduerſus eum non tantùm perſonalem,ſed etiam in rem & hypothecariam extendere actionē in rebus,quas à teſtatore cōſecut⁹ eſt. ¶. In omnibus[s] autē hmōi caſibus in tantū & hypothecaria vnūquēque[t] cōueniri volumus,in quantū perſonalis actio aduerſus eum cōpetit: & hypothecā eſſe non ipſius hęredis[v] vel alterius perſonę quę grauata eſt fideicommiſſo,rerum:ſed

Legata olī fiebant tripliciter.

a ¶ Cùm ij.] quid differt prima à ſecunda lege? Reſpon.in prima innuit quatuor genera legatorum.in ſecunda legata & fideicommiſſa.

b Sequunē eam bar. b. Sali. & Iaſ.

b ¶ Plerunque.] quandoque enim non habent.puta quia deficit teſtamentum ſolennitate iuris.vel quia non eſt capax:vel quia legatarius poſsidet rē ſibi legatam.Et nota[b]) qđ poteſt colligi ex ijs.quæ hìc dicuntur et inſtit.de leg.§.ij.)cùm olim legabatur per vendicationē, habebat legatarius actionē in rē:cū per ſinendi modū habebat exceptionē,ſi poſsidebat:cū verò per dānationē vel p̄ceptionē.habebat tātū perſonales quæ dicunt̄ ex teſtamēto: licet forſan non ſit teſtamentū,ſed relictum nutu ſolo:vt.ff.de lega.iij.l.nutu.

c ¶ Vendicationis.] i.legati relicti per vendicationem:vt quia teſtator dixit:Titius vendicet talem fundum.

d ¶ Sinendi modo.] id eſt legati relicti per ſinendi modum:dicendo,hæres meus ſinat talem habere rem talem.

e ¶ Aliorumque generum.] puta per præceptionem,vel damnationē: vt inſtitu.de lega.§ ij.

f ¶ Poſteritas.] i.noua hominum conſuetudo.

g ¶ Facilè.] non patienter ſuſcepit:quia non erat ei facile tale genus loquendi.ſic.ff.de proba.l.ſi quis hominem liberum.

h ¶ Laudauit.] ſic.ff.de condi.inde.l.dominus.&.ff.vſufruc. quemadmodum ca.l.ſi vſusfructus mihi legatus.ij.reſpon.

i ¶ Miſsionis.] olim non poterat agi rei vendicatione niſi mitteretur in poſſeſsionem legatarius.

k ¶ Omnibus verò.] i.omnibus legatis & fideicommiſsis.ponit[c] enim genera ſingulorum, & non ſingula generum. & ſic non eſt contra. inſti de obli.quæ ex quaſi contra.§.fin.Item quòd aſsimilat legata & fideicommiſſa,dic,ſcilicet ſpeciali.nam generalia differunt,cū hìc ſtatim mortuo teſtatore tranſeat dominium:vt.ff.de fur.l.Titio.vel ſaltem adita hæreditate:vt. ff. de lega.j.l.ſi tibi homo. §.cū ſeruus.in illis, ſcilicet generalibus,demum facta reſtitutione tranſit dominiū:vt.ff.ad Treb. l.facta in princi.&l.ſi ei⁹ §. ſi quis item ex primis non detrahitur Falcidia: ex alijs ſic: vt dicemus ſtatim: ſed & generale poteſt relinqui in forma ſpeciali,& ſeruabitur qđ in ſpeciali:vt.ff.ad Treb. l.mulier.j.§.fi.

c Sequunē cōiter doc.

l ¶ Imponere.] quantum ad actiones competentes pro eis.

m ¶ Perſonalem.] ſiue teſtatoris erat res legata,ſiue aliena:ſed in rem datur cū erat teſtatoris: vt inſti.eo.§.noſtra autē,

n ¶ Super ijs.] id eſt p securitate eorū quæ relicta ſunt.Sed in caſu,ſcilicet cùm liberatio eſt relicta,non eſt neceſſaria[d] hypotheca vel alia cautio,cùm habeat exceptionem:vt.ff.vt in poſſ. leg. l.j. §.ſi debitori.ſed & actionem ex teſtamento habet,vt liberetur: vt. ff. de lib.lega.l.iij.§. nūc & l.quod mihi.

d Sequunē eam bar.b. Pau. & Ia.

o ¶ Cum enim.] tres rationes ponit quare hypothecaria eſt danda.

p ¶ In multis.] vt in dote:vt.ſ.de rei vxo.act. l.vnica.§. j. & in tutelis: vt.ſ.de admi. tuto. l. pro officio.& in alijs caſibus quos habes.j. in quibus cau.pig.ta. contra. per totum.Et not.hìc[e] quòd p re teſtatoris datur rei vendicatio perſonalis:vt ff.de lega. ij.l.cū filius.§. varijs.& de lega.j. huiuſ modi.§.fi.& pro eadem re non datur hypothecaria[f] contra aliquem,ſed pro alij rebus defuncti: vt hìc. In caſibus tamen fortè vtraq; datur:vt.ſ.de iur.do.l.in rebus.&.j.ad Trebel.auth.cōtra cū rogatus.hoc tamen ita,ſi alij non ſunt legitimè legatæ aliæ res defuncti ſimiliter ne quod vni datur,alteri denegetur. aliæ autē res quondā teſtatoris poſſunt eſſe penes legatariū: vt ſi alicui teſtator legauit plura prædia:& ab eo reliquit centum.

e Sequunē doc & plenius bart.b. ſ.de ſacroſanct. eccl.

f Gl.ſequūtur bart.b. Ang,P.S.& Ia. quia ſi alterię eſſent legatę,non eſſent hypothecatę: quando ſupererāt aliæ res defuncti alias ſecus.Pau.

q ¶ Præcedente.] id eſt ſi nihil dixiſſet teſtator.Azo.

r ¶ Aliquid lucri.] pecuniarij[g]:vt &.ſ.de fideicōmiſ.ab eo.&.ff. de leg. j.l.planè.ij.§.fi.&.l.ſeq.Et ex hoc collig.B.it.legatarium ſingularem detrahere Falcidiā.& p eo.ff.ad leg.fal.l.pœnales.§.fi.Sed certè hìc affert lucrū:ſed illud reddi.ſic &.ff.ſol.ma.l.ſicū dotē.§.ſi pater filia.Vel dic nō aliter valeat ſcilicet hypothecaria:niſi &c.nā non datur cōtra legatariū, niſi aliqd lucri à teſtatore habuerit p̄ter rē legatā:vt & in fi.hui⁹ legis.Itē qđ dicit.d.l.pœnales iō detrahit,qa et hæres detraxerat ei:& fit ſic et pſona hr̄edis,nō ſua detrahit:ſcilicet id qđ hęres detraxerat.Io.verò dicit nō vti[h]:& p eo ē.ff. ad le.fal.l.lex falcidia ſi interueniat.§.nūquā.& ad Tre.ſi patroni.§ q fideic.&. l. mulier.j.§.fi.&.l.nā qđ.§.fi.&.l.j.§.ſi ijs,q quadrīgēta. l.luci⁹.§.hæres.&.l. facta.§.ſi cū ſuſpecta& de an.leg.l.liber.§.à liberto.& de vul.ſub.l.cohr̄edi.§. cū filiæ.& de lega.ij.l.imperator.Generalis autē fideicōmiſſari⁹ rogat⁹ ſecūdo reſtituere,nō retinet niſi in caſibus:vt dices.j.ad Treb.l.penul.§.fi.

g Ideo ille ad quē peruenit ius patronat⁹, nō poteſt grauari.bar.

h Ex perſona ſua ſed ex perſona hæredis ſibi detrahētis. bar.b Ang, ge.& Ia.

s ¶ In omnibus.] nota legatariū agere hypothecaria cōtra hæredes legātis pro rata,nō inſolidū:quod eſt ſpeciale:vt no.j.de debi.ciui.l.fi.lib.xj.regulariter contra.j.ſi vnus ex plu.hære.l.ij.

t ¶ Vnūquēque.] q.d. ſunt legata. x.pro. x.erūt omnia bona obligata: vt his. x. ſolutis omnia bona liberentur.

v ¶ Ipſius hæredis.] niſi poſt ſex menſes,vt.j.vt in poſſeſsione lega.l. certa.Azo. ADDITIO. Tu dicas ſecūdū Bart.hìc,quòd ibi hinc ad mille annos bona hæredis non erunt obligata obligatione tacita pro legatis: quæ inducitur per hanc legem. ſed bene fatetur ipſe Barto. quòd poſt ſex menſes poteſt in rebus hæredis fieri miſsio: & ſic obligatæ erunt

Q

pignore prætorio.vt ibi.

a ¶ Earum.] ſcilicet omnium vſque ad eam quãtitatem, qua competit perſonalis: vt.ſ.proxi.

OMne verbum.] Primo dictum. Secundo illatio. Tertio ratio. Secunda ibi, Sit igitur. Tertia ibi, Et nemo moriens. Sali. CASVS. Teſtamẽtum feciſti in quo hęredem inſtituiſti, Titio.x. legaſti: quibus verbis ea legaſti, an ſit differentia, quæritur? Reſpon. quòd non: ſiue verbis precatiuis, ſiue per verbum mãdo, ſiue præcipio. Itẽ natura legatorum & fideicõ. coęquetur: nec ſit inter ea differentia ſicut olim erat: ſed vt non contrariũ in legatis et fideicõ. reperiatur. reducantur legata ad fideicõ. & duplex actio detur legatario ad conſequendam rem ſibi legatam, vel per fideicommiſ. relictam actio videlicet ex teſtamẽto hypothecaria, & in rẽ. Si autem teſtator legati fecerit mentionem, non fideicõ. tunc idem intelligatur legatum & fideicõ quia rebus, non verbis legem imponimus. Viuianus.

Diuiſio.

tantúm earum [a], quæ à teſtatore ad eum peruenerint. D.xv. Calẽd. Octobr. Chalcedone, Decio V.C. Conſ.

¶ *Exæquata ſunt legata & fideicommiſſa, uerborum uarietate reiecta. h.d. Sali.*

Idem A. Iuliano præ. præ.

LEX II.

OMne verbum ſignificans teſtatoris legitimũ ſenſum, legare vel fideicommittere volentis, vtile atque validum eſt, ſiue directis [b] verbis, quale eſt, iubeo, fortè: ſiue precarijs vtatur teſtator, quale eſt rogo, volo, mãdo, fideicõmitto: ſiue iuramẽtum [c] interpoſuerit: cùm & hoc nobis audiẽtibus vẽtilatum eſt teſtatore quidem dicente [d] ἐνόρκῶ † partibus autem hmõi verbum hucatque illuc lacerantibus. ¶ Sit igitur (ſecũdũ qđ dixim⁹) ex omni parte verborũ nõ inefficax volũtas ſecũdũ verba legãtis vel fideicõmittẽtis: & omnia quæ naturaliter inſunt legatis [e], & fideicõmiſsis inhærere intelligantur: & contra quicquid fideicõmittiť, hoc intelligatur eſſe legatum: & ſi quid tale eſt, ꝙ non habet naturam legatorum [f], hoc ei ex fideicõmiſsis accõmodetur: & ſit omnibus perfectus euentus, & ex omnibus naſcãtur in rem actiones [g], ex omnibus hypothecarię: ex omnibus perſonales [h]. Vbi aũt aliquid contrariũ in legatis & fideicommiſsis eueniet [i], hoc fideicommiſſo [k] quaſi humaniori aggregetur, & ſecũdũ eius dirimatur naturam. ¶ Et nemo moriens putet * legitimam volũtatem reprobari, ſed noſtro ſemper vtetur adiutorio. & quemadmodum viuentibus prouidimus, ita & morientibus proſpiciatur [l]. & ſi ſpecialiter legati tantùm faciat teſtator mentionem, hoc & legatum & fideicommiſſum intelligatur: & ſi fidei hæredis vel legatarij aliquid committatur, hoc & legatum [m] eſſe videatur. Nos enim nõ verbis, ſed ipſis rebus [n] leges imponimus †. Dat. x. Cal. Mart. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC.

† Aliàs, ἐξορκιζῶ σε

Vide in hũc Incũ And. Alci lib. di. ſpũ. iiij. ca. xij.

b ¶ Directis verbis.] tũc dicuntur directa, quãdo verba ſunt præceptiua: non directa, quando deprecatiua: vt hîc. Vel directa, quãdo dirigit ſermonem ad hæredẽ. Nõ directa quando ad honoratum, vt. ff. de lega. ij. l. miles. in fin. j. reſpon. & l. cùm pater. §. donationis. vel directa, cùm directã libertatem relinquit ſeruo: non directa, quando per fideicom. vt inſtit. de ſing. re per fideicom. re. §. libertas.

Verba dirécta & indirecta quæ dicuntur.

c ¶ Iuramentum.] puta lego tibi.x. ſi iuraueris non aſcẽdere capitolium. quod iuramentum hodie ſublatum eſt: vt. ff. de condi. inſti. l. quæ ſub conditione. niſi in duobus caſibus: vt. ff. de manu. teſta. l. ſi quis libertatem. & de condi. & demon. l. municipibus. & dic. vt ibi not. Vel pone quòd rogauit hęredem vt iuret ſe daturum: vt. ff. de lega. ij. l. cùm pater. §. filius etiam tertio, vt cùm teſtator dixit, ſcilicet vt legatum ſoluatur: iurauerit, ſiue non.

d ¶ Dicente.] voluntatem ſuam cum iuramento.

e ¶ Legatis.] vt quia ab inuitis exiguntur: ſed fideicommiſſum olim pendebat ex fide hæredum, vt cogi non poſſent niſi per pudorem: vt. inſt. de fideicõmiſ. hære. in prin.

f ¶ Legatorum.] vt quia ab inteſtato relinqui non poterant: vt inſtiť. de fideicom. hęr. §. præterea. Item nec poſt mortem hæredis vel legatarij, ſed fideicommiſſarij ſic: vt inſtit. de leg. §. poſt mortem. Item non poterat legari à legatario, ſed fideicommitti ſic: vt inſtiť. de ſingu. re per fidei. in princip. Erat & alia differentia, quàm habes infrà de cadu. tol. §. vbi autem.

g ¶ Actiones.] ſic ergo ſi à legatario legauerit aliam rem puta illius propriam, non eam, quam ei legauit: competit illi alij legatario in re illa propria legatarij primi [a] rei vendicatio. & hoc ſatis videtur expreſſum ſuprà lege prima. §. & hæc. Sed quid ſi rogauit hæredem vel legatarium manumittere ſeruum: puta reliquit ſeruo ſuo fideicommiſſariam libertatem. nunquid poterit vt liber vendicare libertatem ſtatim antequam manumittatur? Reſpond. non videtur [b], ſed ſecus in directa, vt. ff de fideicommiſ. liber lege generaliter. §. fina. & lege cùm verò. §. fina. & de manumiſſ. teſta. lege teſtamento liber. Item dic idem in quolibet fideicommiſſo. quòd in fideicommiſſaria libertate, cùm à legatario relinquitur, nam prius ſit legatarij primi: & tunc non tranſit ſtatim in ſecundum. ſed in primum immediatè tranſit: vt. ff. de furt. l. à Titio. & de lega. ij. l. imperator. & eſt ratio: quia & ſi non huius rei, aliarum tamen ſi dominus. ſed legatarius primus, niſi huius rei fiat: non ſit alterius. & ideo non ſtatim recta via in fideicommiſſum tranſit [c]. & ad hoc ſuprà eod. lege prima. §. & hæc diſpoſuimus. poteſt ergo dici correctum, quod eſt. ff. de fideicommiſ. lib. lege cùm verò. §. apparet. vbi traditur matri, & non ſit ſtatim liber. Item quòd hîc dicit, ad genera, non ad ſingula refertur. nam ex legato quantitatis non oritur in rem actio. Item ex legato liberationis non oritur hypothecaria vt. ff. vt in poſ. leg. l. j. §. ſi debitori.

a Nihil eſt Bar. Bal. P. Sali. & Ia.

b Idẽ prædic. ſcriben.

c Idẽ Pau.

h ¶ Perſonales.] puta ex teſtamento, & hoc ſi relicta ſunt in teſtamento. nã ſi ab inteſtato: tunc perſecutione, id eſt officio iudicis: vt. ff. de act. & obliga. l. actio in rem. ſecundum quoſdam. nam nil valent codicilli, niſi teſtamentum ſit cum eis ex quo adeatur hæreditas: vt. ff. de, iure codicil. l. ſi quis cum teſtamentum nullum. §. fi. ſed certè & tunc dabo actionem ex teſtamento [d]: quia codicilli ſunt teſtamentum. in larga ſignificatione, ſcilicet teſtatio mentis: vt inſtitutio. de teſta. in princ. & ff. de codicil. l. conficiuntur. & l. ab inteſtato. vbi dicuntur quòd non facto teſtamento, codicilli tenent vim teſtamenti: aliàs ſi eſt factum ius ſequuntur eius: vt. ff. de iure codicil. l. ſi quis cum. in prin. et l. ab inteſtato. Vel dicam [e] dari conditionem ex lege: quia per Imperatores iura codicillorũ prius inuenta ſunt: vt inſtitut. de codicillis. in prin.

d Directã quãdo ſunt confirmati per teſtamẽtũ. aliàs datur vtilis. P. & gl. ſequitur. B. B. Ange. & Ia.

e Et male quia ſubeſt materia arguẽdi. bal.

* Suam.

i ¶ Eueniet.] vt in exẽplis, quæ habuimus. ſ. ea l. in gl. quæ incipit, vt ꝗa ab inteſtato.

k ¶ Hoc fideicõmiſſo.] hoc ius contrarium eſt ſtatutum in fideicommiſsis.

l ¶ Proſpiciatur.] ſcilicet vt eorum voluntas ſeruetur: vt arg. in authenti. de hære. & Fal. §. hæc enim verba &. §. fi. col. j.

m ¶ Et legatum.] ſed nonne in veteri iure erant exęquata: vt. ff. de lega. j. l. j? Reſ. ſic, ſententia ſeu effectu. ſed hodie etiam natura ſublata eſt in rem miſsione: vt. ſ. l. proxi. Vel reſpicit ad nouum ius.

n ¶ Sed ipſis rebus.] id eſt ſenſum non verba ſpectamus. ſic. j. de dedi. lib. tol. l. j. & ff. de adimẽ. lega. l. iij. §. conditio. & j. quæ res pig. poſ. l. fi. & ſ. de libe. præte. l. iij.

† Concor. c. fin. extrà de of. dele. cum gl. j. & ca. cõmiſſa. §. porrò. cũ gl. ſup ver. faciendum. de elect. li. vj.

f Imò dic, ꝙ ibi natura fideicommiſſorũ tribuitur legatis, hîc verò natura legatorũ tribuitur fideicõmiſsis. P. licet Bart. dicat aliter.

¶ *Vbi plures quibus optio eſt relicta, diſcordant in eligendo: ſorte dirimitur. h. d. uſque ad §. ſed & ſi quis. Bal.*

Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

LEX III.

SI duobus vel tribus hominibus, vel pluribus fortè optio [o]

SI duobus.] Primo ponitur dubitationem antiquorum. Secundò eius ſtatutum & deciſionem. Tertio deciſionem circa æſtimationem declarat. Secũdo ibi, Sancimus. Tertia ibi, Seruis. h.d. Bal. CASVS. Si teſtamentum feciſti, hæredem inſtituiſti, & Seio & Titio & Caio optionẽ ſeruorum legaſti, & in electione diſcordent: vel optionem legaſti vni, & antequàm eligeret vita functus ſit tribus hæredibus relictis, ad quos optionem tranſmittit, & diſcordent: quid iuris ſit, quæritur? Reſpon. quòd ſors fiet inter eos: & quem ſors prætulerit, ille eliget: alijs ęſtimationem partiũ ipſos cõtingentium pręſtabit. & facienda eſt æſtimatio ſecũdũ ꝙ in litera dicit vſque ad. §. ſed & ſi quis. vbi dicit ꝙ ſi alicui optionem legaſti, non vt legatarius eliget, ſed alius. ſi ipſe elegit, ſtabit legatarius electioni: ſi non, vel quia noluit, vel quia non potuit, vel deceſsit, eliget legatarius: ſed non meliorem, ſed mediocrem. & hoc in ſecunda. Si autem ſub certo die puta ex die Paſchę vel purè aliquid mihi legaſti: an hæres rem legatã alienare vel obligare poſſit, quęritur? Reſpõ. quòd non: cùm non ſit ſua, ſed mei legatarij. nec ſeruũ legatum manumittere debet. & hoc in tertia. Si autem ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit. vel ſub incerto die: puta quando erit Antichriſtus, aliquid mihi legaſti. An autem pendente conditione ſiue generalis ſiue ſpecialis eſt per ſubſtantionem: ſiue per reſtitutionem relictum poſsit hęres alienare vel alij obligare, quęritur? Reſpon. quòd non: ne nomine euictionis teneatur, ſi alienauerit, & poſteà conditio extiterit, fuiſſet nulla retro venditio ſcilicet à tempore celebrati contractus: ita vt nec contra legatarium vel fideicom. nulla currat præſcriptio vel vſura, ſiue fuerit legatum relictũ purè & ſub certo die: ſiue ſub conditione, & die incerto: & mihi legatario à quocunque poſsidente, rem mihi legatam vendicandi dabitur facultas, à poſsidente nulla exceptione apponenda. & hoc in quarta. Si autem emptor mala fide emit, ſciens eam non eſſe hæredis vendentis: tantùm dabitur ſibi regreſſus pro pretio contra venditorem: nec ages ad duplam nomine euictionis: et ſi de euictione ſtipulationem interpoſuerit creditori autem dabitur pignoratitia contra hęredem obligantem. et hęc ſic ſtatuta ſunt vt voluntas defuncti obſeruaretur. Si autem emptor bona fide emit, integra iura ſibi reſeruentur. ſcilicet quòd agat ad pretium re euicta, et ad intereſſe: vt ex ſtipulatu ad duplam nomine euictionis. et hoc in quinta et vltima parte. Viuianus.

o ¶ Optio.] id eſt electio: et ſic accipitur. ff. de optione legata.

serui vel alterius rei fuerit relicta, vel si vni quidem legatario optio serui vel alteri[9] rei relicta est, ipse autẽ moriẽs plures sibi reliquerit hæredes: dubitabatur inter veteres, si inter legatarios vel hęredes legatarij fuerit certatũ, & alter alterum seruum, vel alterum rem eligere velit, quid sit statuendum. ¶Sancimus itaque in omnib[9] huiusmodi casibus rei iudicẽ fortunã [a] esse, & sortem inter altercantes adhibendã: vt quẽ sors prætulerit, is quidem habeat potestatem eligendi, cæteris autem æstimationem pręstet cõtingẽtiũ eis partiũ: id est seruis quidẽ & ancillis maioribus decẽ annis, si sine arte sint, viginti solidis [b] æstimandis: minoribus verò decẽ annis, non ampli[9] quàm in decem solidos computãdis. sin autẽ artifices: vsque ad triginta solidos æstimatione eorum procedente, siue masculi, siue fœminæ sint: exceptis notarijs [c] & medicis vtriusque sexus: cùm notarios quinquaginta solidis æstimari velimus, medicos autem & obstetrices sexaginta. Eunuchis minoribus quidem decem annis, vsque ad triginta solidos valentibus: maiorib[9] verò vsque ad quinquaginta. sin autem artifices sint: vsque ad septuaginta.

¶Quando optio rei legatæ committitur tertio: illo nõ eligente intra annum, uel morte præuento, electio transfertur in legatarium, qui nõ poterit eligere meliorem, sed mediocrem. hoc dicit usque ad. §. sed quia nostra maiestas. Sali.

¶Sed & si quis optionẽ serui vel alterius rei reliquerit non ipsi legatario [d], sed quẽ Titius fortè elegerit, Titius autem vel noluerit eligere, vel non potuerit, vel morte fuerit præuentus: & in hac specie dubitabatur apud veteres qd statuendum sit, vtrũne legatũ edpiret, an aliquod ei inducatur adiutoriũ, vt viri boni arbitratu pcedat electio. ¶Censemus itaque, si intra annale tempus ille, qui eligere iussus est, hoc facere supersederit, vel minimè potuerit, vel qñ cũque decesserit: ipsi legatario videri esse delatã †electionẽ: ita tamen, vt nõ optimũ ex seruis [e] vel alijs rebus quicquã eligat, sed mediæ æstimationis †: ne dum legatarium satis esse fauendum existimamus, hæredis cõmoda defraudentur.

¶Rei restitutioni subiectæ purè uel sub certa die alienatio, pignoratio, & manumißio, non tenet ipso iure. h.d. usque ad. §. sin autem sub cõditione Sal.

¶Sed quia nostra maiestas permultos casus legatarijs & fideicõmissarijs prospexit, actionésque tam personales, quã in rẽ, & hypothecarias dedimus, & in rem missionis tenebrosissimus error abolitus est [f]: & ad hanc legẽ peruenimus. ¶Nemo itaq; hęres ea, quæ per legatũ vel purè vel sub certo die relicta sunt, vel quę restitui alijs disposita sunt, vel substitutioni supposita, secũdũ veterẽ [g] dispositionem putet esse in posterũ alienanda, vel pignoris vel hypothecę titulo assignanda, vel mancipia manumittẽda: sed sciat hoc, quod alienũ [h] est, nõ ei licere, vt potè sui patrimonij existẽs, alieno iuri applicare: quia satis absurdum est & irrationabile, rem, quam in suis bonis purè non possidet, eam ad alios posse transferre [i], vel hypothecæ pignorísve nomine obligare, vel manumittere [k], & alienã spem [l] decipere.

¶Res, quæ subiacent restitutioni sub conditione uel sub die incerta: possunt interim alienari uel obligari: sed adueniente casu restitutionis fingitur retro nullum quod est factum. h.d. usque ad. §. emptor. Sali.

¶Sin autem sub conditione, vel sub incerta [m] die fuerit relictum legatũ vel fideicõmissum vniuersitatis: vel speciale, vel substitutione, vel restitutione, melius quidẽ faciet si & in his casib[9] caueat ab omni venditione vel hyeotheca, ne se grauioribus oneribus euictionis nomine supponat. ¶Sin autem auaritiæ cupidine propter spem cõditionis minimè implendę, ad venditionem vel hypothecã prosiluerit: sciat qđ cõditione impleta ab initio causa in irritum deuocetur: & sic intelligenda est quasi nec scripta, nec penit[9] fuerit celebrata [n]: vt nec vsuscapio, nec

a ¶Fortunam.] sic & .ff. fami. ercíscũ. l. si quæ cautiones. & .ff. de iud. l. sed cum ambo & insti. eo. §. optionis. & facit. ff. fami. ercíscun. l. hæredes. §. si incerto. Sed quid si vni est maior pars relicta quàm alijs? Respon. [a] forte illius electioni stari: vt arg. j. de donatio. l. sancimus. §. sin autem in hmõi casibus. & .ff. de pac. l. maiorem. & .s. tit. j. auth. hoc amplius. Item est arg. contra. huic. ff. de leg. j. hmõi. & §. fin, & inst. de satis. tu. §. sin autẽ. vbi dicit prætorẽ facere debere eos con10sentire, vel ipsum disponere. Item aliud arg. contra. ff. quibus mo. vsusfr. amit. l. ij. §. fi. vbi videtur perire relictum propter dissensum: sed alijs casibus loquuntur. ADDITIO Tu dicas secũdũ Imol. & Sali. hîc, & Angel. are. in dicto. §. 20sin autẽ. instit. de satisd. tu. Aut dubiũ oritur sup facto, & tũc sorte non dirimitur, sed probari debet: aliàs actor succũbet: vt. l. actor. s. de probatio. Aut oritur dubiũ super iure, & tũc si lex hoc dubium declarat, illi declarationi stabimus: vt. ff. 30de pactis. l. maiorem. cũ similibus. Aut lex nõ declarat, & tũc si isti discordant in præiudicium tertij, ad sortẽ non recurritur: vt. d. §. sin autem. sed iudex ipsos cõpellet ad concordiã. aliquãdo pręcisè. puta definiendo & sentẽtiãdo inter eos quis 40sit potior: vt. d. §. sin autem. aliquando nõ pręcisè sed causatiuè si volũt audiri: & sic per denegationem actionis: vt dicta l. huiusmodi. §. fi. & ibi Bar. ff. de lega. j. Aut discordãt in pręiudiciũ sui tãtũ: & tũc ad sortẽ recurritur, si hoc petũt: vt hîc, 50si verò hoc non petunt, tũc se impediunt. ita loquitur. d. l. ij. §. fi. ff. qui mod. vsusfruc. amit. Videas latius per Angel. Areti. in. d. §. sin autem. insti. de satisda. tuto.

b ¶Viginti solidis.] similis æstimatio. j. de cõmu. ser. manu. l. j. sed dis60similis. j. de cõdi. inserti. l. fi. et. j. de dona. l. si qs argentũ. §. sin autem donator. & qđ dicit. xx. tu dic non vltra. nam citra sic quãdoq;. Sed de qua moneta? Respon. tali q̃ lxxij. solidi librã auri faciãt: vt. j. de suscep. & archa. l. quoties. lib. xj.

70c ¶Notarijs.] i. scriptoribus. nã seruus non põt esse notarius: vt. j. de tabu. l. generali. lib. x.

d ¶Legatario.] secus statuitur in venditione vbi nihil est: vt. s. de contrahen. emp. l. fina.

e ¶Ex seruis.] sic. ff. de lega. j. legato genera80liter. & . l. si hæres. si autẽ ipsi legatario dat optio, ab ipso principio optimum eligit, secundum Io. Alij contra: vt. ff. de op. lega. l. ij. facit. ff. quãdo dies lega. cedit. l. nec semel. §. penul.

f ¶Abolitus est.] vt. s. eo. l. j.

g ¶Veterem.] quæ permittebat alienari: vt. ff. ad Treb. l. Titius. & de deti. hæredi. sed & si. §. quod autem quis ex hæreditate. tractat enim hîc, tam de quàm speciali fideicommisso: vt. j. proxi. §. sin autem.

h ¶Alienum est.] sic. j. vnde vi. l. fi. Item intellige alienum, re: quando purum erat: sed quando sub conditione [b], tunc spe.

i ¶Transferre.] imò videtur q̃ teneat alienatio. nã hæres rogatus si alienet, dicit lex q̃ imputet in quartam suam quod alienauit: & sic confirmatur alienatio, & non venit in restitutionẽ: vt. ff. ad Trebellia. l. Marcellus. §. resque. & . l. si hæres institu10tus. §. si hæres quæ sunt contra. Solu. hæc corrigit illas. Vel [c] dic, non tenet in eo quod supra quartã est: vt hîc, sed in eo quod intra quartam. est sic: vt ibi. Vel dic tenet in quartam, & non restituit: vt ibi dicit. scilicet si voluerit fideicommissarius 20non aliàs: vt hîc secundum Azonẽ. Vel Dic ad legem illam, si hæres institutus. §. si hæres. in alienatis nõ esse necessariã restitutionem: quia illa desinerent esse hæredis. vnde non prodesset restitutio: sed in alijs, quæ habet adhuc: sic debet 30fieri.

k ¶Manumittere.] imò videtur quòd possit manumittere: vt. ff. ad Trebel. l. quidam. §. si qs filium. quæ est contra. Solu. illa in libertate: & est speciale. Sed certè & de libertate hîc dicit. Dic ergo q̃ hîc purè debebat 40hæreditas: ibi, sub conditione erat restituenda: qua pendente: hæres manumisit seruum hæreditarium, quod fauore libertatis (vt ibi dicitur) est recipiẽdum. sed hoc non videtur valere: quia etiam sub conditione rogatus nõ põt 50interi manumittere: vt ff. de manu. seruum. & ff. qui et à qb. l. generaliter. §. fin. Sed ille prohibent inter viuos. in prædicta aut. ad Treb. l. quidam. manumisit hæres in suo testamento [d]: sed hæc prohibitio fallit in casib[9] duob[9], quos habe60bis in aut. res. quæ &c. j. co.

l ¶Spem.] Nota debere cõsyderari quod põt euenire: vt. ff. de aqua plu. arcẽ. l. in diem. §. fi.

m ¶Incerta.] hæc enim duo paria sunt quo ad hoc, dies incerta & cõditio: vt & . j. de cadu. tol. §. 70j. & . §. sin autẽ aliquid.

n ¶Celebrata.] imò videtur q̃ medio tempore tenuerit alienatio rei singularis sub conditione legatę: vt. ff. quẽadmodum ser. amit. l. si is cui. §. fi. & . ff. de regulis iur. plerũque. in fi. & de fidei com. lib. l. generaliter. §. 80quoties. & de serui. le. l. si fundum. §. j. & de leg. j. l. seruo legato. §. j. & de leg. ij. l. fi. §. fi. q̃ sunt cõtra arg. Sol. [e] dic q̃ verè tenuit: vt. s. px. dixit ibi, meli[9] qđ faciet &c. sed nũc fingit nõ tenuisse, vt ita rẽ & fruct[9] pteriti tẽporis restituat [f]: vt in aut. de nu. §. quæ verò. ibi, vnde sancimus. & ibi, qđ in omni &c. col. iiij. sic institu. quib[9] mod. ius pa. po. sol. §. si ab hostibus. vel dic hoc nouũ ius: sed per authenticã hîc positã hoc est expeditum [g]: vt nõ teneat alienatio

a Sequitur eã b. An. Pau. & Ias. Sorte, an & qñ sit discordia litigantium dirimenda.

†Aliàs datam. Seruus non potest esse notari[9]

b Idẽ Sal. & vide Ias. in euidentialibus ad istum. §.

†Concor. in gl. in c. literas. super verb. in clericum. de fi. presby.

c Et bene bar. b. Ang. Sa. hîc, & in l. filium quẽ habentẽ. s. fam. ercisc. ibi vide.

Seruus sub cõditiõe legatus, non potest interim ab hærede manumitti.

d Sequitur gl. Bar. Ange. & Pau. Vẽtura sũt cõsyderanda. Rei singularis sub conditione legatæ alienatio medio tẽpore facta, an teneat.

e Idẽ bar. Ange. Pau. Sali. & Ias.

f Imo illi fructus non restituũtur: quia si hæres non alienasset, eos lucrat[9] fuisset ex iudicio defuncti. Bal. P. Ang. & Ia.

g Nihil est. Bart. Ange.

Item & hæres de restituendo sub conditione rogatus, videtur quòd possit alienare: quod hîc prohibet. nam non transeunt actiones, nisi restituat hæreditatē: vt. ff. ad Trebel. l. facta. in princi. & l. si eius. §. si qs. nisi in tribus casibus: vt infrà ad Trebel. l. penul. imò & ea restituta non videtur quòd fideicōmissarius habeat rei vendicationem: nisi in his rebus, quæ non sunt alienatę: quare potest dici vt teneat interim, vt suprà innuit, melius quidem &c. sed per authenticam hîc 10 positam nō. vel dic hoc nouum ius. vel tertiò dic quòd hoc est ius vetus, vt habeat fideicommissarius demum restituta hæreditate rei vendicationem: nam hodie habet etiam prius, si est purè rogatus. vel pri⁹ habet vtilem: sed ea ei re- 20 stituta etiam directā habet. Vel quartò (quod est melius) pro rebus alienatis conditione existente habet rei vendicationem[a]: cùm hæres desinit esse dominus, & sic non potest restituere pro nōdum alienatis, nō habet: nisi facta restitutione. 30 *ADDITIO.* Aduertas quòd hæc l. dicēs non valere alienationem rei restitutioni subiectæ, limitatur secundum Cy. in authen. res quæ. ī eod. nisi hæres probabiliter ignorauerit eam subiectam restitutioni: tunc enim si vendidit eam hæ- 40 redes, rata est venditio: & debet legatari⁹ aut fideicommissarius percipere pretium ab hærede, ita loquitur. l. fin. in. §. fina. ff. de leg. ij. qui casus est singularis & multùm notādus: vt dicit. hîc. Bartol.

a Idē bar. Aug. P. Sa. & Ias.

✝ Concor. gl. j. añ fi. in ver. & hoc in. c. in præsentia. extrà de proba.

a ❡ Longi tēporis.] vt habes generaliter. ī de p̄scrip. xxx. anno. l. cū notissimi. §. illud.

b ❡ Similiter.] i. æqliter

c ❡ Vendicare.] sed qualiter daretur rei vendicatio generali fideicōmissario ante restitutam: vt. ff. ad Trebel. l. facta in prin? Respon. vtilem habet, non directam. Vel 60 dic vt modò dixi.

longi temporis [a] præscriptio cō tra legatariū vel fideicōmissariū procedat. ❡ Quòd similiter [b] obtinere censemus in huiusmodi legatis, siue purè siue sub die certo, siue sub cōditione, siue sub increta die relicta sint. Sed in his omnib⁹ casibus, legatario quidem vel fideicōmissario omnis licētia pateat rē vendicare [c], & sibi assignare, nullo obstaculo ei à detentatorib⁹ opponendo.

In authen. de restit. & ea quę pa.

§. quam ob rem p̄sentē. colla. iiij. constitu. vj.

❡ *Res quæ subiacent restitutioni, hodie in casibus hic subiectis possunt irreuocabiliter alienari. h. d. Sali.*

Res quę subiacent restitutioni, prohibentur alienari qui dē✝ vel obligari. Sed si liberis portio legitima [d] non sufficit ad dotis siue donationis propter nuptias obligationem [e]: permittitur res prędictas in eam causam alienare vel obligare pro modo honestati personarum congruo. ❡ Ea enim quę communiter omnibus prosunt, ijs quæ specialiter quibusdā vtilla sunt, præponimus [f].

FINIS AVTHEN.

❡ Sequitur textus legis Codicis.

❡ *Scienter emens rem restitutioni subiectam, ll la euicta habet actionem ad pretium tantùm nō ad duplum: etiam si fuerit promissum. h. d. usque ad finem. Salicetus.*

❡ Emptor autē sciens rei grauamen, aduersus venditorem actionem habeat tantùm ad restitutionem pretij, neque duplæ stipulatione [g], neq; melioratione [h] locum habente: cùm sufficiat ei saltē pro pretio quod sciēs dedit ꝑ aliena re sibi satisfieri: ❡ Creditori [i] nihilominus pignoratitia contraria actione aduersus debitorem cōpetente: vt ex omni parte omniq; studio id quod semper properamus, ad effectū perducatur, & vltima elogia defunctorū legitimum finē sortiatur. ❡ Bonæ fidei procul dubio emptoribus integra iura [k], & nullo modo ex hac constitutione diminuta, contra vēditores habentibus. D. Cal. Septembr. Constantinop. post consulatum Lampadij. & Orestis VV. CC.

❡ SEQVITVR GLO. TEXTVS LEGIS CODICIS.

❡ Emptor.] *CASVS.* Si hæres rogatus restituere sub conditione, alienat: & postmodùm quia conditio extitit, à legatario res euocatur ab emptore: nunquid emptor habebit regressum contra venditorem? Respon. cum distinctione: quia aut emptor est malæfi. qa sciebat rem subiacere restitutioni, etiam in duplū stipulatus erat eui- 10 ctionis nomine: non habet regressum ad duplū, vel ad interesse ratione meliorationis con tra venditorem: sed ad pretium tantùm. Si an tem esset bonæ fidei: tunc ad duplū vel ad interesse habebit regres- 20 sum. Sed si hæres obligat rem prohibitam alienari: hoc casu creditor habet pignoratitiā acti. cōtra suū debitorē. Viui.

g ❡ Duplæ stipulatio ne.] Etiā si fuerit stipulatus. sed pretium tantùm habet vt subijcit. & sic est contra. j. de euic. l. 30 si fundum & j. communia vtri. iudi. l. si fratres. & j. de iure dotium. l. si à matre. & j. de præscript. xxx. an. l. j. & ff. de excep. do. l. apud Celsum. §. itē Labeo. Prędicta quidem iura cōtradicunt in duobus. Primò quòd nō pro fuit hîc stipulari de du- 40 pla. Secundò, quia hîc etiam non stipulans agit ad simplum, sed dic hoc nouum ius & speciale in hoc casu[f]. Vel dic hoc est vnū pro emptore quod agit ad pretiū: licet sciēs fuerit. vnde & aliud con tra eum sit, vt non proficiat stipulatio duplæ, & 50 econtra: hoc est contra eum quòd non prodest stipulatio duplæ, sic & aliud sit pro eo, vt agat ad pretium: vt arg. ff. de iureiur. l. eum qui. Vel tertiò[g] & verius, hic emptor sciebat rem vedentis, licet sub conditione, legatam: sed in legibus 60 contrarijs sciebat alienam.

f Istæ sequi tur bar. bal. Ang. Sal. & & Pau.

g Et nullā Bart.

h Idē sīma lam, qui fuit impensę necessariæ fine quibus res esset per empta aut deteriorata Paul.

Legato va ria adijciū. tur.

i Nihil eft qa ista sunt verba dispositiua: ideo lex multūm habet dubl um. sed erit verba enū ciatiua tñ bar. Ang P. & Sal.

Quod ma gis præsumitur. Idem uult Bart. in. l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de le. 3. qui ait quòd si testator dicat in testamento se alicui debere centū, hoc censetur dixisse potius ut disponat, & legetur, quā ut confiteatur, uel probationem inducat. Vi. de Fabriū Insti. de le. §. i.

h ❡ Melioratione.] propter malam suam fidem: secus si bonam[h] habuisset: vt arg. ff. loca. l. penul. j. respon.

i ❡ Creditori.] cui dicta res legata, fuit obligata. nam ea actione tenetur debitor, qui rem alienam vel alij obligatam, vel alio modo obnoxiam alij, obligat suo creditori: vt. ff. de pig. act. l. j.

k ❡ Integra iura.] ex stipulatu ad duplum: & ex empto ad interesse.

TITVLVS. XLIIII.

De falsa causa adiecta legato vel fideicommisso.

❡ *Verba enunciatiua principaliter in vltima uoluntate propter se emissa, dispositionem inducunt: nisi probentur emissa per errorem. hoc dicit cum. l. si dotem. j. eo. Vel breuius. Causa cohæres legato, falsa probata uitiat legatum: nō aliter h. d. Sal.*

Imp. Antoninus A. septimo. LEX I.

Verba [l] testamenti quę inseruisti, aut solutam pecuniā debitam testatori declarant, aut voluntatem eius liberare volentis debitorem manifestè ostēdunt. Et ideo aut peti qđ solutū est, nō potest: aut ex causa fideicōmisi[m], vt debitor liberet.

❡ DE FALSA CAVSA ADIECTA &c. ❡ *Adijcitur in legato quandoque causa, scilicet per quia. & hæc non uitiat legatū, nisi conditio 70 naliter fuerit expressa: ut institu. de lega. §. longe. Quādoque demōstratio: ut seruum Stichum, quem ab alio emi, tibi lego: & tunc ualeat legatum, licet non ab alio fuerit emptus: ut institu. de lega. §. huic proxima. & de his duobus dicit hic titulus. Quandoque modus: qui fit per ut. & de hoc dicit. j. titu. proxi. Quandoque conditio, quæ ponitur per si. & de hoc. j. titu. ij. de condition. inser. Et de his modis habes. ff. de condi. & demon. l. demonstratio.*

Verba.] *CASVS.* Testamentum fecisti, hæredem instituisti, reliquisti inter cętera, & dixisti: decem quæ debebatur 80 mihi Titius peti veto: quia soluit. si reuera non soluit, an peti possint, quæritur? Respon. aut soluit, & peti non possunt: aut non, & aget Titius ex fideicommis. vt liberetur: scilicet nisi hęres probauerit testatorem liberare voluisse Titium. secus si per errorem putasset eum soluisse. Viuianus.

l ❡ Verba.] quę fortè erāt talia, Decem, quæ mihi Titius debebat: quia soluit: ab eo exigi veto. vel similia: vt. j. l. iiij.

m ❡ Fideicommissi.] quod magis p̄sumitur: vt. j. de dona. l. si donatio. & de leg.

R Es quæ.] *CASVS.* Hæc authē. duo dicit. Primò ponit regulam. Secundò instantiam regulę. regula est: Res, quæ subiacent restitutioni prohibētur alienari. instantia regulæ. Ecce si pater tuus instituit te fratrem hæredem cùm sorore tua, & rogauit vos vt restitueretis: si quar ta non sufficiat ad donationem propter nuptias, vel ad dotem constituendam: licebit tibi filio alienare vel obligare res, quę subiacent restitutioni, in eam causam vsque ad modum legitimum: & ita apparet quòd id quod communiter prodest, præfertur commodo priuato.

d ❡ Legitima.] i. debitum bonorum subsidium.

e ❡ Obligationem.] secundùm merita [b] personarum & facultates: 70 vt hîc, & in corpore huius authenticæ. & ff. de iure dotium lege siue generalis. Et intellige [c] hoc in dote & donatione constituenda à grauata persona. Item & in exigenda: vt si amplam dotem filiusfamilias ab vxore habuerat: & pòst sic fuit à patre rogatus. nam etiam vltra Falcidiam accipiet ad dotem suæ vxoris exoluendam: cùm interim matrimonium soluatur, vel est dos in causa restitutionis. Item quid si tempore mortis patris filia quæ dederat dotem, à viro recuperauerat: an veniat in restitutionem fideicommissi? Respondetur [d] non, secundum H. Item nunquid poterunt fieri sumptus ex hoc quod 80 est restituendum si aliunde non habet? Respond. non [e] hoc casu: sed alio, cùm rogatur restituere quod superfuerit: nam tunc de quadrante seruando potest pro expensis diminuere: vt infrà ad Trebellia. authen. contra cùm rogatus. sed hîc tres partes debet integras reseruare fideicommissarius.

f ❡ Præponimus.] vt & infrà de cadu. tol. §. fina. & ff. pro socio lege actione. §. Labeo, & in authen. de non alie. §. quia verò verisimile. in fin. §. col. ij.

b Sequitur gl. bar.

c Siue pro se, siue pro tali persona quam dota re tenebat. b. P. Sal. & Ias.

d Idē Bar. bal. Ang. S. & Ias.

e Imo & p alimētis po test fieri alienatio si cut per de. te. b. b. An. P. & Ia. li. cet Sali. gl. sequatur.

❡ FINIT GLO. AVTHENTIC.

& de lega.ij.Lucius.ij.§. quisquis.ij.
a ¶ **Agendum est.**] multòmagis excipi potest vt.s̄.tit.ij.l.si creditoris.
b ¶ **Eum.**] scilicet testatorem.
c ¶ **Errore &c.**] sed videtur q̄d huiusmodi confessio non statim præiudicet: sed saltem.xxx.dies expectentur: vt.s̄.de non nume.pecu.l. in contractibus.§.super.quæ est contra.Sol.[a] illud in contractibus: hîc in vltimis voluntatibus, eorum fauore: vt arg.ff.de reg. iur.l. in testamentis. Itē et alia ratione: quia qui confitetur inter viuos sibi solutum esse, sæpe facit spem futuræ numerationis, qui verò in vltima voluntate, nequaquam expectat futuram numerationē[b], sed ob præcedens meritum facit: vt.ff. pro socio.nec adiecit. Item videtur quòd nec hęres debeat probare errorē: vt hîc.sed legatarius defuncti voluntatē debeat probare.vt.ff.de legatis.ij.l. Titia cum testamento.§. Caius seius. quæ est contra.Sed ibi agitur[c] de hærede obligando, hîc de debitore liberādo: quod facilius fit: vt argu. ff.de actio.& obligatio.l.Arrianus.vel dic[d] quòd res illæ non erāt penes vxorē: licet essent in prætorio eius, imò erāt apud ip̄m Caiū fortè in scrinijs ei⁹. Item adhuc vidētur hæc verba nō inducere liberationem: vt. s̄. de testa. mili.l.ex his. quæ est cōtra.Sol.[e] ibi non fuerunt verba dandæ libertatis, sed si fuisset in testamento confessus eum libertū, bene starem huic confessioni, & sic ille consequeretur libertatem.arg.huius legis.

a Istā tenet bar.b.& Sa.

b Sing. gl. secūdū Alc. in.l.si diuortio. ff. de verbo. ob. & secūdum bal.in'vsib' feu.

c Nihil est Paulus.

d Istam sequitur Bar. Bal. Ange. & Pau.

e Nihil est. Ang. iō dic q̄ ibi verba enūciatiua fuerūt emissa propter aliud, hîc verò principaliter p̄pter se Bar.& P.

agendum[a] est: nisi liquidò probari possit eum[b] non liberari debitorem voluisse, sed errore[c] lapsum solutam sibi pecuniā existimasse. PP.vij.Calend. Mart. Antonino A.iiij.& Balbino Cons.

¶ *Falsa demonstratio nō perimit legatum tuū ubi certa quantitas est expressa de se uel per relationem ad aliud: secus si omnino sit incerta.h.d.cum.l.sequē.& cū.l.fi.quia penultima est summata cum præcedenti. Sali.*

Imperator Alexander A. Faustinæ.

LEX II.

Etiamsi veritas debiti[d] non subest, falsa tamen demonstratio non perimit legatum: & ex testamento eius quoque nomine cō petit actio.PP.vij. Id. Nouembr. Alexandro A. Cons.

¶ *Licet eam summauerim cum præcedenti, tamen ad textum dic: Si maritus legat dotem uxori certa quantitate non expressa, oportet uxorem probare numerationem: quod non habet necesse, si certa quantitas sit expressa: quia illa debetur.h.d.Salice.post Bald.*

Idem A.Verinæ.

LEX III.

Si non designata certa quantitate dotem tibi legauit marit⁹ sed quodcunque ad eum dotis nomine peruenisset, peruenturúmve esset[e], et id ex testamento petis: necessaria p̄batio est numeratæ[f] pecuniæ. ¶ Quòd si quantitatem expresit, debetur[g]. & si in dotem datum non est: quasi aliud legatum, non eo iure, quo dos, fungitur. PP.Nōn.Maij, Maximo.ij.& Aeliano.CC.Cons.

¶ *Hanc legem summaui cum prima lege. Sali. Vel sic, Mortua filia in matrimonio, dos debet reddi patri uel eius hæredibus: & ipse potest legare liberationem.h.d.Bal.*

Imperator Gordianus A.Alexandro.

LEX IIII.

Si dotem (vt p̄ponis) defuncta in matrimonio vxore tua patri eius redidisti, vel etiā ea nō reddita testamenti verbis (vt asseueras) munitus es, quibus se recepisse dotem vniuersam quondam socer tuus significauit: ne hoc nomine conueniaris, solicitè agere non debes: cùm aut soluta dote, nulla supersit actio[h]: aut non reddita, aduersus petentem iuxta defuncti voluntatem parata sit exceptio[i]. PP.xv.Cal. Iun. Sabino.ij.& Venusto.CC.Cons.

¶ *Si legatur dos: facta relatione ad instrumentum dotis, nihil aliud requiritur, nisi quod instrumentum loquitur: sed si sit relatio ad dotem inquiritur ueritas.Bal.*

Impp.Dioclet.& Maximian.AA.& CC.Seuerę.

LEX V.

Refert largiter[k] *dotem[l] tibi reddi maritus, an quæ instrumento dotali conscripta sunt: legati seu præcarijs verbis statuit: quippe cum superiore quidem casu datū probanti[m] repeti tantùm posteriore verò (nihil nocente falsa demonstratione) quod significatum est instrumento postulari possit[n]. S.xiiij. Calen.Decemb. CC. Cons.

TITVLVS. XLV.

De iis, quæ sub modo legati vel fideicommissi relinquuntur.

¶ *Modus & conditio æquiparantur in fine: sed non in principio deducendi rem in esse. h.d. textus cum gl.Bal.Vel sic: Modus & conditio in effectu æquiparantur: & si non stat per implere debentem, ei non imputatur Sali.*

Imperator Antoninus A.Saturninæ.

LEX I.

Etiam.] CASVS. Testamentum fecisti, hæredem instituisti, & ita dixisti: decem, quæ tibi debeo, tibi do, lego.non subfuit debitū: quia nihil debebas an valeat legatum, quęritur? Respon. quòd sic. & actio.ex testamento peti possunt.

d ¶ **Debiti.**] dixit testator: lego tibi decem quæ tibi debeo, & sic in prima persona, & certum.secus si incertum: vt lego tibi quòd debeo: quia non valet[f], cùm nihil debeam: vt.ff.de lega.j. l. si sic.§. j. Item secus si dixit in secunda persona vel tertia[g]: vt lego tibi quod mihi debes.vel lego tibi quod Sempronius debet.vel etiam lego Titio quod ipse Titius debet nam his casibus non valet, etiam si certam quantitatem ponam: si nihil est in debito. Ft est ratio in his: quia si verum esse debitum, teneretur hæres me⁹ ad liberationem: quando lego tibi quod mihi debes. vel ad cessionem, ad quam & tunc si tenetur, nihil potest cedere vel liberare: vt.d. l. si sic. & de leg.j.l.non quocunque modo.&.l.si creditori.& insti.de leg.§.potest autem &.§.huic, &.§.longe.&.ff.de lib.leg.l.legaui.& dic plenè, vt ibi.

Si non.] CASVS. Testamentum fecisti, & sic dixisti: quicquid nomine dotis ad me peruenit, vxori meæ do lego. si nihil peruenit, an vxor petere possit, quæritur? Dicitur quòd non: nisi probet dotem numeratam fuisse. secus si dixerit decem, quę in dotem sunt, do lego.& tūc si nihil datum sit in dotem, petet decem non quasi dotem, sed quasi legatum. Viuianus.

e ¶ **Esset.**] quia dos non erat data, sed promissa: quo casu liberationem legasse videtur: vt. ff. de dote præleg. lege prima.§.sed & si dotem.

f ¶ **Numeratæ.**] id est quòd tu mulier dotem viro dederis.& sic valebit legatum propter repræsentationem: quia cùm aliâs dos solueretur annua[h], bima, trima die, nunc statim debebitur: vt.ff.de do.præleg.l.prima.§.verum est & institu.de lega.§.sed si vxori. Item valet: quia amodò non retinebitur dos ob res donatas vxori à viro: quod fieret aliàs: vt.ff.de do.prælegl. j. §.est & illiud.non autem valet vt expensæ in dote factæ minus retineantur, cùm vir legat: quia idem videtur legare quod dotis iudicio posset recuperare.licet secus esset vbi extraneus legat: quia etiam expensas videtur legare: vt.ff. de lega.ij.l.Męuio.§.à me.Item non valet[i] vt Falcidia detrahatur de hoc legato[i]: vt.ff.ad leg. fal.l. si vsusfructus.§.dotis.

f Idē Bart. Bal.Ang.& Salic.

g Imò hoc non est propter secundam vel tertiā personā sed quia tūc falsa demōstratio facit deficere substantiā rei legatæ secundū Bar. Ang.& P. Dotem potest marit⁹ vxori legare.

h Hodie intra annum q̄ cōsistit in rebus mobilibus Bar. & Pau.

g ¶ **Debetur.**] vt.ff.de verb.obligatio.l. si diuortio.in fin.& institúti. de leg.§.sed si quam.Sed videtur non valere, quando dos nulla fuit: vt.ff. de do.præleg.l.j.§. sed. & si dotem.ibi, nam & si quis &c.quæ est contra.vbi dicit: si lego pro dote vxori centum, quæ in arca habeo: non valere legatum: si nulla corpora ibi erant. Solu.[k] distinguitur an quantitas exprimatur vt corpus: vt.ff.de leg.j. l. planè.j.§.sed hoc ita erit. & tunc non debetur quātitas vt ibi, sicut nec corpus ignotum: vt . ff . de lega.ij.l.Lucius.ij.§. quisquis. ij. an vt quantitas certa in genere: & tunc falsa demonstratio non nocet. sicut nec nocet in corpore certo: vt hîc, & ff. de lib.legat.l.legaui.& de lega.j.l. si seruus legatus.§.qui quinque. & . l. sed si certos. & . l. si sic. Item adhuc videtur non valere, etiam quantitate adiecta: vt. ff. de legat. prestan.l.virilis.§.si quid vxori.&.l.is qui in potestate.§.ei.quæ dotē. quæ sunt contra. quibus legibus dicitur non deberi legatum dotis, sed ibi petita erat contra tabulas. vnde licet vera legata debentur quibusdam coniunctis personis: vt in eodem titul. l. j. huiusmodi legata[l] tamen, quæ falsa demonstratione relinquuntur: non valent, vt ibi. Alij dicunt ibi non fuisse quantitatem adiectam: hîc sic. sed prima placet.

i Sed bene de cōmodo repræsentationis. Bar. Pau. & Sal.

k Sequitur hanc gl. B. B.Ang. P. & Salic.vel dic secūdū q̄ ibi fuit legatū: q̄ nō erat in rerū natura, iō nō valet legatum.

* An dotem.

l Idē Bart. Bal.& Sali.

Si dotem.] CASVS. Vxor tua cōstante matrimonio decessit. pater illius in testamento suo dixit se recepisse vniuersam dotem filiæ suæ hoc modo: dotem filiæ meæ recepi à marito suo, & ab ea petiveto: quia mihi soluit. an ab eo peti posit, quæritur? Respond. aut reddidit re vera, & ipso iure liberatus est maritus. aut non: & aduersus petentem ex voluntate defuncti tuetur se per exceptionem Viuianus.

h ¶ **Actio.**] vt insti.quibus mo.tol.obl.in prin.

i ¶ **Exceptio.**] nisi cōtraria defuncti volūtas probetur: vt.s̄.eo.l.j.quę huic similis est, imo idem dicit.

Refert.] CASVS. Dicit in hac lege quòd differentia est vtrum testator sic dicat: volo vt vxori meæ dos sua restituatur: an sic, quæ instrumento dotali continetur. primo casu non petitur, nisi quod probatur nomine dotis fuisse datum. secundo casu peti potest quod instrumento esse cōtentum protestabatur: non obstante demonstratione falsa, vt quia in eo confessus est se recepisse.x.nomine dotis, quæ non recepit: vt institu.de leg. §. si qui. Viuianus.

k ¶ **Largiter.**] aduerbium est qualitatis.

l ¶ **Dotem.**] scilicet simpliciter.non adijciendo quantitatem.

m ¶ **Probanti.**] mulieri.

n ¶ **Possit.**] vt &.s̄.e.l.si non designata.& institu.de le.§.sed si quam.&.ff. de lega.j.l.si sic.

¶ DE IIS, QVE SVB MODO LEGATI VEL FIDEICOMMISSI RELINQVVNTVR.

IN legatis.] CASVS. Testamentum fecisti, hęredem instituisti. ab eo Seiæ vt Titio nubat. x. reliquisti: hoc legatum ſub modo relictum, ſimile eſt legato relicto ſub conditione: vnde ſicuti ſi conditio eſſet incerta, ita & quando modus, ſi per Seiam nō ſtet quo minus nubat, ſed per Titium: habebit legatum ac ſi nupſiſſet.

IN legatis quidē & fideicommiſſis etiā modus [a] adſcriptus pro cōditione [b] obſeruatur. Sed ſi per te non ſtat quo minus voluntati teſtatoris pareas, ſed per eum cui nubere iuſſa es: quo min⁹ id quod tibi relictum eſt obtineas, nū oberit [c]. PP. v. Cal. Ianuar. Gētiano & Baſo Conſ.

Olim ex modo non oriebatur actio, quia nō adijcitur propter ſe: hodie oritur actio: ſi tamen ille, cui debet impleri modus, debet aliquā conditionem implere, oportet quòd primò impleat. h. d. Bal. Vel ſic: Pro relicto ſub modo aliquid alteri dandi uel faciendi, ei competit actio & exceptio in cuius perſona aliquid debet dari uel fieri. Sali.

Imp. Gordianus A. Ammonio pręfec. prætorio.

LEX II.

EX his verbis, Titio decem milia, vel inſulam [d] relinquo, ita vt quinque milia ex his, vel eādem inſulam Mæuio reſtituat: licet anteà [e] neque legati neque fideicommiſſi petitio naſcebatur, tamen in libertate [f] à diuo Seuero hoc admiſſum eſt. ſed & in pecuniarijs cauſis volūtatis tuendæ gratia non immeritò recipiendū eſt, vt etiam ex huiuſmodi verbis, ſiue ad conditionem [g], ſiue ad modum reſpiciant, ſiue ad dandum [h] vel ad faciendum aliquíd: fideicōmiſſi actio omnifariā naſcatur [i], videlicet in conditionibus poſt exitum earum. ¶ Sin verò legato aut fideicommiſſo relicto, teſtator legatarium ſeu fideicommiſſarium prohibuerit, vel hæredem [k] ſuum, vel alium quendam debitum exigere: habet debitor aduerſus legatarium, ſeu fideicommiſſarium agentem vſque ad quātitatem [l] relicti, ſiue fideicommiſſi ſiue legati exceptionem. PP. vj. Id. Aug. Sabino. ij. & Venuſto Conſ.

a ¶ Modus.] Qui fit per vt. vt lego tibi decem vt nubas illi. cōditio per ſi, cauſa per quia: vt hîc, & ff. de condi. & demō. l. demonſtratio. §. fi.

> Modus, cōditio, & cauſa, per quæ verba fiāt.

b ¶ Pro conditione.] Quæ ponitur [a] per ſi, & per cū: vt. ff. de verborū obliga. quodcūque. §. nō ſolùm: et. ff. de condic. indebi. l. qui promiſit. Et dic ſimile eſt, inſpecto exitu. vt enim qui non paret conditioni: ſic & omnino qui nō paret modò, non habet relictum, ſed inſpecto principio differunt [b]. nam in conditione nō datur actio, niſi extet conditio. in modo, contra. nam datur actio, ſed cauebit de adimplēdo. vt. ff. de annuis lega. l. liberto. §. Lucius. & de condi. & demon. l. qui hęredi. §. fi. & l. quibus diebus. §. fi. & l. cas. & de fideicommiſ. lib. l. cū in teſtamento. et de leg. iij. l. ſi tibi legatū. Dic [c] ergo obſeruetur quo ad quid.

> a Vt plurimus, ſed nō ſemp. Bart.

> Cōditio & modus in quo cōueniant, & in quo differāt.

> b Idē Bar. Ba. Ang. S. & Pau.

> c Et Bene Bar. Bal.

c ¶ Non oberit.] vt. ff. de regu. iur. l. in iure ciuili. & quando dies lega. ced. l. ſi poſt. §. itē ſi qua. & ſ. de inſti. & ſubſti. l. j.

EX his uerbis.] CASVS. Paterfamil. teſtamentum fecit, hæredem Fautonem inſtituit. Brunello decem milia, vel inſulam legauit vt. v. caſtellis reſtitueret: olim legata vel fideicommiſ. talia non valebant. Secundò, legatario non dabatur petitio, niſi in legato libertatis: puta ſi dicat teſtator, vt ſeruū tuum manumittas, lego tibi decem. & hoc in prima. Hodie autem etiam in cauſa pecuniaria: ſiue fuerit legatum relictū ſub modò tantùm, vt lego tibi. xij. vt Titio des v. et hoc ſiue legatum cōſiſtit in dando: vt in ſupradictis exemplis: ſiue in [f] aciendo. vt lego tibi. x. ſi aſcendas, vel vt aſcēdas Capitoliū. dabitur ſecundo legatario actio, videlicet vt pro legato conditionali tunc demum actio competat cùm extiterit conditio. et hoc in ſecūda. Si autem teſtator ſic dicat. lego tibi decem ab hærede meo vt quinque, quæ tibi debeo non petas. aduerſus te petentem vſque ad concurrentem quantitatem legati & debiti, obſtabit tibi exceptio. & hoc in tertia.

d ¶ Vel inſulam.] diſiunctio eſt legis non teſtatoris.

e ¶ Anteà.] i. ante hanc legem. ſed videtur etiam ſecūdū leges veteres idē fuiſſe: vt. ff. de lega. ij. l. Imperator. in prin. & de lega. j. l. ciuitatib⁹: §. fi. & l. fideicommiſſum. & de lega. iij. l. ſi legatarius? Rñ. tres caſus ſunt vel modi, quibus legat quis à legatario. in vno habet quidem actionem ſecundus, ſcilicet cū à legatario primo legó alij ſecundo legatario: vt in. l. illa, ſi legatari⁹. & in l. illa, imperator. & de leg. iij. l. fideicōmiſſa. §. cū eſſet quis. Sed quid ſi prim⁹ legatarius non agnouit? Rñ. vtilem actionem habet ſecundus [d] ſuo nomine ſecundū P. ſecundū alios nullā: vt. ff. de lega. ij. l. imperator. in prin. Secundus eſt, quando lego Titio fundum, ſi dederit Seio decem: quo caſu Seius ſecundus petere non poteſt [e]: vt. ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. l. ſi quis ſub cōditione dādorum. Tertius caſus eſt cū relinquo ſub modo, vt lego tibi centū vt decē illi des. & hoc caſu ante Gordianum actio non dabatur ſecundo niſi in libertate: ſed hodie ſic per. l. iſtā. & hic intellectus [f] eſt huius legis. vt patet vſque ad §. ſin verò. alij dicunt dici de actione competenti primo legatario vſque ad. §. ſin verò. Et ſecundum eos erat ratio quare non naſcebatur actio ante hanc legem, quia modus habetur pro conditione. vt ſuprà. l. j. at in conditione non poteſt peti, niſi impleta conditione: cōditio autem impleri non poteſt vt decem ex centum det: niſi primus legatarius habeat legatum. c. ſicque propter perplexitatem non valere dicebant: vt. ff. de condi. inſti. l. ſi Titius.

> d Imo non habet cōtra primum ſed remanet legatum penes hæredē cū ſuo onere. P. & Bal.

> e Nec olim nec hodie: ſecundū P.

> f Sequitur eā Bar. Bal. Pau. & Sal.

f ¶ In libertate.] puta lego tibi decem vt ſeruum tuum manumittas, vel vt emas Stichum, & manumittas, vel lego Titio Stichum vt eum manumittat.

g ¶ Ad conditionē.] puta lego tibi decem ſi aſcenderis Capitolium: vel nauis ex Aſia venerit. & ſic eſt iſta ſimplex cōditio. & quod ſubijcit de modo, ſcilicet lego titi decem vt des illi quinque, vel vt Capitolium aſcendas. & ſic eſt ſimplex modus, & hoc ſecūdum quoſdam. Vel dic ad conditionem ſubaudi. ſcilicet & ad modū [g]: vt lego tibi decem ſi aſcenderis Capitolium. vt des illi quinque. ſequens articulus de modo non mutatur.

> g Iſta eſt de mente Bart. & An.

h ¶ Dandum.] Diuidit prædicta ſecundum. B.

i ¶ Naſcatur.] poteſt intelligi lex iſta vſque huc, vt loquatur de actione danda legatario primo, cui aliquid relictum eſt ſub modo: vel de eo, in cuius perſona modus eſt adimplendus & dicimus dari actionē ad relictum: quidam tamen dixerunt dari actionē nomine euictionis [h], quando ſecundo legatario eſſet euictum, quod eſt ei datum vel relictū.

> h Idē Sali.

k ¶ Hæredem ſuū.] ſcilicet teſtantis, & dic [i] exemplum: lego tibi cētum vt non petas equū, quem debeo tibi. vel [k] vt non petas. cc. à Titio tuo debitore.

> i Diſplicet Sali.

> k Iſtam ſequitur Sal.

l ¶ Ad quantitatem.] non vltra: vt &. ſ. de fideicō. ab eo. & de iure dotium. l. cū patrem.

¶ DE CONDITIOnibus inſertis &c. ¶ Dixit de cauſa, & demonſtratione, & modo adiectis legato: nunc de conditionibus.

TITVLVS XLVI.

De conditionibus inſertis tam legatis, quàm fideicōmiſsis & libertatibus.

¶ Non decedit ſine liberis, qui nepotem ex filia reliquit hæredem. Vel ſic: Non decedit ſine hærede qui nepotem ex filia reliquit hæredem. Bal. Vel ſic: Conditio, ſi quis deceſſerit ſine liberis. deficit ex mente ſolùm uno nepote ex filia exiſtente. Sali.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Claudiæ.

LEX I.

CVm teſtatorem fideicommiſſum Tralliano [†] ab eo quem pro parte hæredē inſtituerat [m], ita reliquiſſe proponas, ſi ſine liberis inſtitutus diem obijſſet: iſque nepotem, quem ex filia ſuſceperat hęredem inſtituerit: conditionem adſcriptam fideicommiſſo defeciſſe [n], manifeſtum eſt: niſi alia defuncti voluntas euidēter probetur. PP. Non. Decembr. Laterano & Rufino Conſ.

> † Aliàs, Trallianis.

¶ Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur, vbi reſultat prauus intellectus cōtra legem. h. d. Bald. Vel ſic: Caſus omiſſus relinquitur in diſpoſitione iuris communis: nec abſurdus intellectus uel qui ſit contrarius iuri, uel contra formam edicti. debet ſumi. hoc dicit. & not. Salicetus.

Idem AA. Galiano. LEX II.

CVm patrēfamiliās [o] fideicō-

CVm teſtatorem.] CASVS. Bernardus hæredem Rainerium inſtituit, & rogauit vt ſi ſine liberis decederet, Fautoni & Brunello hæreditatē reſtitueret: deceſsit Rainerius neque filio neque filia ſuperſtite, nepote tamen ex filia relicto. nunc deficit conditio, niſi probetur teſtatorem aliud voluiſſe. Videbatur quòd ſic: quia vnicus erat, & dixit, ſine liberis: & hoc non obſtat. Itē quia non erat ex filio: ſed hoc non obſtat: quia nomine liberorum & nepos & neptis continentur ex filia: vt hîc, & vt. ff. de ver. ſigni. l. liberorū.

m ¶ Inſtituerat.] maximè: vt. ff. de le. j. l. ſi filiuſfamiliàs. §. cùm quis.

n ¶ Defeciſſe.] quæ videbatur extitiſſe: quia vnus tātū fuerat: ſed hoc [l] nō facit eā exiſtere. vt hîc, &. ff. de ver. ſig. l. non eſt ſine liberis. &. j. quādo dies le. ced. l. cū vxori. Item & ideo: quia ſui patris, & nō aui materni ſeqtur familiā: ſed certè nec ꝓdeſt, vt nō deficiat: vt hîc. &. ff. de ver. ſig. l. cognoſcere. §. liberorū. Itē nota hîc appellatione liberorū ēt nepotes contineri: vt &. ff. de ver. ſi. l. liberorū. &. ĵ. ad Tre. l. iubem⁹. §. j. &. ſ. de īſt. & ſub. l. generaliter. §. fi.

> l Sequūtur hāc gl. Bal. P. & Sali. Liberorum appellatiōe cōtinentur nepotes.

o CVm patrēfamilias] Ad hmōi legis euidētiā nota ꝙ cū qd relinquit ſub cōditiōe, vel in diē: debet hęres legatario ſatiſdare, ꝙ adueniēte die ꝑſtabit legatū: vt. ff. vt lega. ſeu fideic. no. ca. l. j. niſi teſtator illā cōditionē remiſerit. ĵ. vt in poſ. leg. l. ſcire. ¶ Et dic caſum [m] hmōi legis ſic. Teſtator reliqt fundū Sēpronio poſt annū dādū filia hærede inſtituta, & ꝑcepit vt caueret Sēpronio ſub hac cōditiōe, ſi à viro nō diuertiſſet: ipſa verò diuertit: petit ergo Sēproni⁹ ſibi caueri, & ecōtra illa ſe defēdit. nā cū teſtator ꝑcepit vt illa caueret, ſi nō diuertiſſet: ergo à cōtrario ſenſu voluit eā eſſe immunē, ſi diuertiſſet: ſed & ea parata diuertere, cōditio remittitur vt turpis: & ſic videtur ꝙ nō teneatur cauere. Ad hoc reſpōdetur: quia hæc cōditio ſi diuertiſſet, turpis

> m Sequitur Pau. & Sal.

missi nomine[a] quod in diē certá reliquit,ita cauere præcepisse pro ponas,si à marito non diuertisset: iurisdictionis originem[b] perinde seruari æquū est,ac si nihil super ea rescriptum fuisset[c]. ¶ Nec exē plū[d] legati vel hæreditatis,in quibus conditio diuortij nōnunquā remitti solet,huic rei cōparandū est[e]:cùm absurdū sit ideo perpetui edicti[f] negligi formam, quia patris sui volūtatis[g] nō obtēperatur.PP. Antiochiæ.xj.Cal. Aug. Antonino.A.ij.& Ceta. ij.Cons.

¶ *Defectus conditionis per factum implere debentis,cum impedit habere legatum.h. d. Sali.*

Imperator Antoninus A. Aurelio militi.

LEX III.

SI ea cōditione Aulazan[9] legata testamento præstari voluit[h],si cum focaria sua matreq; eius[i] moraretur,& per eum stetit quo minus volūtati testatoris pareret:cùm sua spōte scripturę testamenti nō obtēperauerit,ad petitionem nō admittitur[k]. PP.vj. Id.Iul.Læto.ij. & Cereali Cons.

¶ *Si conditio deficit per casum fortuitum contingentem in persona eius,in cuius persona debet impleri ,deficit legatum. h. d. Sali.*

Imp.Alexan.A.Liciniæ. LEX IIII.

LEgatum siue fideicommissum à patruo tuo relictū tibi sub conditione,si filio[l] eius nupsisses: cùm mortuo[m] filio priusquā matrimonium cum eo contraheres, conditio defecerit:nulla ratione[n] deberi tibi existimas.PP.Cal. Decembr.Alexandro.A.ij. & Marcello Cons.

¶ *Fideicommissum relictum mulieri cùm nupserit,acquiritur patri in cuius est potestate tēpore nuptiarum,sed si tunc erat suis iuris,acquiritur mulieri,& hæredibus eius.h.d.Bald.Vel sic:Vt legata quærantur patri, uel filio ,considera tempus,quo eorum cedit dies uel conditio Salicetus.*

Imp.Dioclet.& Maximia.AA.&.CC.Faustino.

LEX V.

SI vxorem tuam tempore nuptiarum[o] in patria potestate[p] fuisse monstretur : fideicommissi commodum ei relictum,cùm nupserit(nullo alio diem eius cedere prohibente) patri quæsitum non ambigitur. ¶ Quòd si à patre ante nuptias emancipata fuerit , ac posteà decesserit , superstite patre. & marito ac liberis : actionem[q] fideicommissi sibi cōpetentem[r] ad hæredes suos transmisit. S. vj. Calend.Febr. Sirmij, Cæsaribus Cons.

¶ *Impletio conditionis non prodest nisi implēti.h.d.Bal.Vel sic: Quādo una cōditio reiterabilis additur pluribus:non sufficit unum implere, ut prosit omnibus:sed bene sufficit, ut sibi prosit hoc dicit.Sali.*

Imp.Iustinianus A.Ioanni præ.præ.

LEX VI.

SI plures[s] personæ vnam conditionē implere fuerint iussæ: apud Vlpianum dubitabatur vtrúmne omnes simul eadem facere debeant[t] ,an singuli quasi soli implere eam cōpellantur. ¶ Videtur autem nobis vnumquenque necessitatem habere cōditionē[v] implere, & pro portione sibi contingēte accipere quicquid ex hoc commodi est:vt ij quidem,qui cōpleuerint iussa,ad lucrum vocentur : qui autem neglexerint, sibi imputent,si ab huiusmodi cōmodo repellātur[x]. Dat. iij.Cal.August. Constantinop . post consulat.Lāpadij & Orestis VV.CC.

¶ *Iussus liber esse,si certum quid hæredi dederit:illo pereunte casu fortuito , statim liber*

turpis est.ergo pro non adiecta debet haberi:ergo hîc nulla tacita intelligitur:cauet ergo,& non diuertit.

a ¶ Nomine.] duo fuerūt hîc fideicōmissa:fundi.s.& cautionis:vt & .ff.de vsufru.ea.re.quæ vsu consu.l.tribus.sed secundum pro primo interponitur.

b ¶ Iurisdictionis originem.] i.præceptū scilicet testatoris , quod fuit vt caueret.vel .i . perpetui edicti,quo iubet prætor caueri:vt.ff.vt.le. no. l.j.in prin.

c ¶ Fuisset.] id est acsi non fuisset apposita cōditio.vel.i.ac si nil dixisset de cauēdo.nā etiā eo non dicto debet caueri.

d ¶ Nec exemplum.] argumentabatur enim hîc hæres instituta sic : video ꝙ si alicui legetur vel instituat̄ hæres hac cōditiōe,si diuertit à marito,spreta tali cōditione admittitur ad legatū vel hæreditatem:vt.s.de insti.& substi.l.reprehendēda.& hîc videtur mihi relicta immunitas tacita:id est vt nō caueam si diuertā tacitè : spreta ergo tali conditione debeo cōseq immunitatē.

e ¶ Comparandum est.] quasi conuersione admissa:nā in dictis argumentis fuit expressa conditio,hîc non.

f ¶ Edicti.] quod est de cauendo etiā si nō dicatur à testatore:vt.ff.vt leg.no.ca.l.j.q. d . licet ex voluntate defuncti cogi nō possit ad cauēdum propter impossibilitatē: secūdū allegationem filię:tamē forma edicti negligi nō debet,cui parere oportet etiā si testator nihil dixit: & pro hac.j. de ijs qui sibi ascri.l.j.Est & alia ratio quare sit cauendū, puta quia potuit accipi si, pro quāuis. Itē & tertio : quia subauditus intellectus est prauus[a].vnde pro non adiecto habetur: vt dixi.

g ¶ Voluntati.] scilicet tacitè & prauè, quæ est vt diuertat.Et not.hîc prauum subauditū intellectum non seruandū quo quis ad malefaciendum inuitatur:vt.ff.si qs omos.cau.testa.l.qui autem.in prin.&.ff.de ver. obl.l.Titia.§.idem respōdit.j.&.ff.de leg j.l.seruo alieno. §. penul.&. l . à filia.§.j.&. ff. de pecu.eo. tempore.j.respon.Item no.quòd qui apponit conditionem,vult eam existere[b]:vt ponit.arg.ff.de ma.testa.l.si quis locuples . in fi.& de condi.cau.da.l.dedi.in fi.

SI ea.] CASVS. Mihi.x.legasti vt cum concubina tua matreque eius starem.non steti:an petam legatum? Respond.quòd non.

h ¶ Voluit.] scilicet Titio.

i ¶ Eius.] testatoris,vel legatarij,vel focariæ.

k ¶ Non admittitur.] secus autē si non stetisset per eum:vt hîc. &.ff.de condi.& demonst si quis ita legauerit.& de lega.ij.l.Titia.j.§.si eam . & de an.lega.l.Mæuia.&. l.Seio.in prin.& de ali.lega.l.libertis. &.l.stichus.Sed cōtra est.s.de leg.l.j.Sol.vt ibi .

LEgatum.] CASVS. Testator filiæ sororis suæ decem legauit, si filio suo nuberet.non nupsit:quia filius decessit.an legatum petere possit,quæritur? Respon. quòd non.& est ratio: quia aliàs non esset relicturus. secus econtra.

l ¶ Si filio.] ex hoc patet quòd aliàs non erat relicturus.

m ¶ Mortuo.] post mortem patrui:secus si ante.arg.ff.de leg j.l.turpia.§. j.secūdū B.Dicebat[c] enim ꝙ hæc cōditio si nupserit,est possibilis.si filius moritur post mortē patris:& ideo ea deficiente,deficit legatū: sed si moritur viuente patre,est impossibilis:& sic pro non adiecta debet haberi.Sed hoc dicere non placet:quia non refert quando moritur[d]:nam vtraque erat possibilis:vt.s.de insti.& substi.l.si quis. hæredem.Nec obstat.d.l.turpia. quia ibi est impossibilis[e] eo mortuo , cuius arbitrio debet nubere viuo testatore: & similiter eo mortuo, posteà esset impossibilis : quia viduitatem inducit: vt.ff.de condi.& demonst.l.cùm tale.§.si arbitrio.quæ viduitas hîc non inducitur.

n ¶ Ratione.] vt &.ff. de condi.& demon.l. in testamento ita erat.& de an.lega.l.Seio.sed contra eo.titu.l.annua.& de cōdi.inst .l.quæ sub conditione.§.mortuo.s. de institutio.& substitu.l. j. & ibi plenè solui omnia. Itē contra.s. de leg. j.sol. vt ibi.

SI vxorē] . CASVS. vxori tuæ in paterna potestate constitutæ.x.legaui, si nuberet:cui acquiratur legatum,quæritur.Respond. quòd patri suo nullo interueniente impedimento,quod impedire possit diem legati cedentē . Si autem pater ante nup. eam emancipauerit:mater filijs & marito superstitibus decedens fideicom.vel legatum transmittit ad hæredes.

o ¶ Nuptiarum.] scilicet contractarum.

p ¶ Potestate.] sic ergo tempore matrimonij vxor est in patris potestate:vt hîc.& instit.ad Tertul.§.j.in.fi.&.s.de coll.l. filiæ licet. nisi quo ad debitum carnis , & quo ad operandum:vt.ff. de ope.lib.l.sicut.

q ¶ Actionem.] modò respondet.

r ¶ Competentem.] quia tunc cedit dies legati,cùm iam est emancipata:vt & ff.de pig.l.si legati.&.ff. quando dies lega.ced.l.si post diē.§.fin. secus in contractibus,vbi initium inspicitur[f]:vt.ff. de verbo.oblig.l.si filius & de stip.ser.l.fi.de reg. iur.l.quæ legata.& est ratio[g]:quia in legatis nullus inuenitur actus filij in potestate manentis: sed in contractibus sic.

SI plures.] CASVS. Decem Titio Seio Caio legasti , si domum tibi facerent: an omnes simul facere debeant , an sufficiat quòd vnus? Respond:quòd vnusquisque habet necesse implere conditionem,& pro portione sibi competènte,vnusquisque legatū percipiet:sed si vnus impleuerit alijs negligentibus,pro portione se contigēte totū cōsequetur.vnde qui paruerit,ad legatum vocabitur:qui non,sibi imputet.Viuianus.

s ¶ Si plures.] quidem habent hanc.l.pro vltima huius titu .

s ¶ Si plures.] lego fundum Titio & Seio,si fecerint domum heredi meo: & ita est indiuidua:vel si ascenderint Capitolium,quę est diuidua[h].

t ¶ Debeant.] quia sic dicunt verba testamenti.vnde vno adimplente,ex toto etiam ipse non videbatur partem suam legati habere:sed certè imò habet:quia illa pluralis oratio resoluitur in multas singularitates:vt.ff.de condi.& demon.l.falsa.§.fi.

v ¶ Conditionem.] scilicet solidam.& hoc quando est indiuidua:quia est in facto.secus si diuidua.sufficit[i] enim vt pro parte adimpleatur:vt.ff.de condi.& demon.l.si.quis legata.§.fi.&.l.penul.in prin.&.§.de illo.& de manu. test.l.si ita fuerit.& arg.ff.de ver.obl.l.in executionibus.& de statulib.l.si peculium.§.pe.Et nota quòd si vni est relictus fundus, si decem dederit : nec partem fundi consequi potest nisi totaliter decem det.secus si duobus est relictus,si decem dent:vt.ff.de condi.& demon.l.cui fundus.&. d.l.si quis legata.in fi.& facit.j.si plu.vna sen.per totum.

x ¶ Repellantur.] & sic alteri cum sua cōditione accrescit:vt.ff.de condi. et demon.l.si quis legata.§. fi.

Concor. ad.s.deligē ti.ci gl.j.in prin.&extrà defo.cōpe.

a not.gl.secūdū Bart. ad hoc ꝙ argu.à cōtra riosensu est intellectus subauditus. Intellectus subauditus si est prauus non est obseruandus.

b Istam sequitur Bal.

c Et male Pau.& Sal.

d Dummodo post testamētū : secus si esset mortuus tēpore testamenti Pau.

e Idē Pau. & Sali.

Vxor etiā matrimonij tēpore est in potestate patris.

f Sequunt hāc gl.Bar. B.Ange. P. & Sali.

g Sequitur eā Sali. displicet tamē Ang.hîc, & Bart. in. l.si filius . ff. de verb . obli.

h Est singula. in persona cuiuslibet: qa ascēsus vnius non est ascē sus alterius. Bar.P. & S.

i Idē Bar. Pau. Ange. & Sali.

Cum quidam.] Primò thema et quæstio. Secundò eius decisio. Secunda ibi, Itaque. Sali. CASVS. Seruo tuo libertatem reliquisti, si hæredi daret. x. vel seruum, vel equum: et dum vt hæredi aliàs agenti satisfaceret, secũdum quòd iniunctum fuit, ad ipsum iter arripuisset, incursu latronum re ablata facultas parendi est adempta: an per hoc perderetur libertas, apud antiquos erat quæstio. decidit hanc Imperator dicens, q̃d seruo libertas competit: et cõ-modum hæredi, vel alij non abstrahitur: vñ quocunque casu impediatur, siue per hæredem. qui accipere noluit secundum quosdam: quod nõ est verum: siue per fortuitũ casum: quia dare nõ potuit vel per quẽcunque aliũ, cui dare iussus est, liber fiat nisi per seipsum steterit: quia conditioni parere noluerit. obligat9 tamen hæredi permansit: vbi hæres oblatum recipere recusauerit. vnde si extet mancipium, soluere debet: vel man. vel ei9 æstimationem, si nõ extet. & idem in alia re.

efficitur. & pro re perempta ad æstimationem tenetur, oblatione facta & non recepta à præstando in futurum liberatur: & si per eum staret: quo minus conditionem impleret, libertatem non consequitur. h. d. Sali.

Idem A. Ioanni præfec. præto..

LEX VII.

Cum quidã testamẽto cõdito libertatem seruo suo dereliquit sub conditione, si suo hæredi certum numerũ solidorũ præstaret, vel aliam quandam speciẽ, vel vicariũ seruum: ille autem seruus non in eodem loco cõstitutus vbi etiam heres fuerat, herili[a] testamẽto cognito properabat ad hæredẽ cum ipso q̃d iussus erat dare heredi: sed in medio latronũ vel hostiũ incursione, vel alio fortuito casu peremptũ est quod portabat: quęrebatur inter antiquos, si pręperiretur libertas, quia hoc dare seruus non potest propter memoratum fortuitum casum[b]. ¶ Itaque veterum dubietate quiescente, nobis placuit vt & libertas omnimodo competat, & cõmodum, q̃d hęredi vel extraneo relinquit̃. non abstrahatur. ¶ Ex quacunque igitur causa impediatur, siue per hæredem[c], siue per eũ cui dare aliquid iussus est, siue per fortuitos casus, in libertatem quidẽ ipse omnimodo perueniat, nisi ipse seruus noluerit adimplere cõditionẽ[d]: obnoxius tamẽ cõstituatur post libertatem hæredi vel ei cui dare aliquid iussus est (nisi & ipse[e] oblatas pecunias nõ susceperit. q̃d em̃ semel repudiatũ ab eo[f] est, redintegrari minimẽ cõcedimus[g]) quatenus[h] hoc quod dare iussus est, omnimodo implere compellatur, vel in ipso mancipio pręstando si extat: vel in æstimatione eius nõ amplius quàm in quindecim solidos[i] cõputanda: vel in alia re, si et ipsa appareat: vel si non existat, vera[k] eius ęstimatione præstanda. Dat. prid. Cal. Maij. Constantino, post consulat. Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo.

a ¶ Herili.] id est dominico: vt. ff. ad legem Aquil. l. itẽ mela. §. legis.

b ¶ Casum.] no. de fortuito casu.

c ¶ Per hæredem.] tres casus nota. Primus, quia aut stat per hæredẽ: & tunc est liber: dummodo posteà præstet secundum quosdam. Ioã. contra[a]. arg. ff. de condi. & demon. l. pater seuerinã. Solu. vt ibi notatur per Ioan. Secundus, quando per fortuitum casum: & tunc idem secundũ nos: vt hîc, et. ff. de manu. test. libertate. & de regu. iur. l. in iure ciuili. & est mirum quare fortuitus casus eum non liberat: sed est ideo fortè: quia libertas est res inæstimabilis: vt insti. qui. ex caus. ma. non licet. §. cũ ergo. Terti9 est, si stetit per ipsum seruum: & tunc non est liber: vt hîc, et. s. de neces. ser. l. fi.

a Et bene Pau.

Libertas ẽ res inestimabilis.

d ¶ Conditionem.] quid autẽ si voluit implere cõditionem: sed pecuniam non habuit? Rñ. non est liber: vt. ff. de cõdi. & demon. l. cũ ita datur libertas. § . j . secũdum quosdam.

e ¶ Et ipse.] hæres vel alius, cui iussus est dare.

f ¶ Ab eo est.] posteà tñ. i. post manumissionẽ fuit datum & admissum, vt non obsit. ff. de sta. li. l. si peculium. in princ. secundũ quosdam. Quod nihil est: nam ibi non hæredi, sed alij erat dandum, & pecunia erat penes hæredem. vnde nil facit ad legem istam.

g ¶ Minime concedimus.] aliud in contractibus, vbi licet offerat, non liberatur: vt. ff. de solu. l. qui decem. in princi. & . l. si debitor & de excep. do. l. si opera secundum Ioan. sed certè imò idem secundum alios. nam & ibi re amissa post moram creditoris, non tenetur debitor amplius soluere: vt in dictis legibus dicitur. In hoc tamen est aliud: quia hîc de casu fortuito tenetur[b]: licet non præcesserit mora vel culpa, vel pactum: & licet hæres non fuit in mora recipiendi solutionem. at in contractibus aliud obseruatur: vt, ff. de verborum oblig. l. si ex legati causa. Item aliàs ante impletam conditionem nullius consequitur relictum: vt. ff. de condi. & demonstra. l. qui hæredi. §. fina. & . s. tit. j. l. ij. hîc sic. Item aliâs ex suo facto non tenetur liber fact9: vt. s. an seruus ex suo facto. l. promisisse.

Debitor si offerat, & creditor nolit accipere: si res oblata pereat, an liberetur creditor?

b Hãc glo. vsque ad fi. sequuntur scriben.

h ¶ Quatenus.] redit ad prædicta. dixi eum teneri quatenus &c.

i ¶ Solidos.] aliàs æstimatur aliter: vt dixi. s. cõia de lega. l. fi. in princ.

k ¶ Vera.] id est iusta. vt institu. qui. ex cau. ma. non li. §. semel & de lega. j. l. si fideiussor.. §. fina.

¶ DE VSVRIS ET FRVCTIBVS LEGATORVM &c. ¶ *De rebus legatis principaliter dixit: nunc de accessionibus earum.*

Continuatio.

TITVLVS XLVII.

De vsuris * & fructibus legatorũ seu fideicõmissorũ.

* Vel fructibus.

¶ Vsuræ legatorũ debentur à tẽpore litis cõtestatæ, si antea hæres non fuit in mora: & etiam fructus & mercedes seruorũ. h. d. Sa. post. Bal.

Imp. Seuerus & Antoninus AA. Maximo.

LEX I.

Legatorum seu fideicõmissorum vsuras ex eo tẽpore, quo lis cõtestata[l] est, exigi posse manifestũ est: sed & fructus[m] rerum, & mercedes seruorum, qui ex testamento debentur, similiter pręstari solẽt. Proposita prid. Cal. Aug. Aemyliano & Frontone Cons.

¶ Hæres excusatur ab usuris propter dubium legis falcidiæ, nisi legatarius paratus sit satisdare de restituendo quanto plus receperit: uel nisi iudex præfinierit certum diem, intra quem non præstiterit: uel si falcidia reperiatur locum non habere. h. d. Sal.

Imp. Antoninus A. libertis Casiani.

LEX II.

Aduersus eos, qui sub obtentu legis Falcidiæ legata morãtur, notissimũ est iuris auxiliũ. ¶ Si igitur ꝓposita stipulatione, cauere cũ satisdatione potestis[n] vos restituturos, quãto amplius, quã per eam legẽ licet, acceperitis: iudex qui de fideicõmissis ius dicit, solida vobis legata præstari iubebit. Quòd si satisdationẽ implere non potueritis: arbitrio[o] dato, certũ diẽ vobis præfiniet[p], intra quẽ altera parte cessante partibus suis fungetur. Et si constiterit legi Falcidiæ locũ non esset: & vsuras & fructus post litem[q] cõtestatã percipietis[r]. PP. xvj. Calen. Iuñ. Duobus & Aspris. Cons.

¶ Morosus etiã tenetur de casu fortuito. h. d. Salicetus.

Imp. Alexander A. Paterno. LEX III.

Si homines certi per fideicommissum tibi relicti fuerint, post moram periculo[s] debitoris fideicõmissi sunt. Proposita. xij.

Legatorũ.] CASVS. Fũdum vel pecuniam mihi legasti: an legis vel fideicom. si ab hærede petam, venient fructus & vsuræ, quærit? Dicitur quòd sic.

l ¶ Contestata.] vbi mora alia non præcessit: nam si præcessit, exinde computantur. licet ergo omnes ferè leges huius tituli faciant mentionem de lite cõtestata: dicas tamen idem accipi à tẽpore moræ: vt. ff. de le. ij. l. si quis seruo. & l. Titia Seia. §. vsuras. & de cõdi. & demon. l. si cui legatam. in. fi. & . ff. vt. lega. no. ca. l. j. §. bellissimè. & quod dixi in vsuris, idẽ est in fructibus & fœtib9: vt hîc et. ff. de vsu. l. equis. quia bonæfidei iudicis comparantur: vt. s. in quibus cau. in integrũ resti. non est ne. l. in minorũ. & idẽ in omni dãno: vt. ff. de lega. iiij. l. patronus. ij. rñ. & hoc, nisi habeat iustã causam litigãdi hæres: vt. j. e. l. ij.

m ¶ Fructus.] Nisi fuerit bonæfidei possessor, credens rem non esse legatam: quia tunc non tenetur de fructibus: vt. ff. de acquir. re. do. l. quæsitum.

Aduersus] CASVS. Testamentum fecisti, hæredem instituisti: plura legata reliquisti, petunt legatarij legata: vult hæres vt sibi satisdent de restituendo, si quid amplius soluat, quàm per legem Falci. retinere potest: an satisdare debeant, quæritur? Dicitur quòd sic: & solida legata percipient. & hoc in prima. Si autem satisdare non possunt: quia fortè fideiussores dare non possunt, præfigit iudex, qui ad hoc datus fuerit, tempus certũ vtrique parti ad computandum de bonis hæreditarijs, intra quod si non venerit hæres, & videbitur ei iudici locus Falci. l. non esse: fructus & vsuras restituet hæres post litem contestatam. Viuianus.

n ¶ Potestis.] ô legatarij scilicet.

o ¶ Arbitrio dato.] id est iudice delegato.

p ¶ Præfiniet.] ad faciendam cõputationẽ: & remittitur satisdatio: vt. ff. si cui plusquàm per. l. fal. cui non facilè.

q ¶ Post litem.] & ante, si ante fuerit in mora: vt dixi. s. l. proxi.

r ¶ Percipietis.] scilicet vos legatarij.

Si homines.] CASVS. Stichum & Pamphilum legasti: post moram factam ab hærede decesserunt, cuius erit periculum, quæritur? Dicitur quòd hæredis.

s ¶ Periculo.] etiam fortuiti casus secũdũ nos: vt. ff. de lega. j. apud Iulianum. §. j. & . l. cùm res. §. fi.

IN legatis.] CASVS. Si fundum mihi legasti, & primum petij: à quo tempore debeantur fructus, quæritur? Respon. quòd à tempore lit. contest. et non à die mortis testatoris: siue agatur in rem, id est hypothecaria: siue in personam, puta actione ex testamento.

a ¶ Contestationem.] vel more vt dixi. s. l. j. et vsque post sententiam: vt ff. de vsu. in fideicommis. in prin. & hoc cũ res erat aliena. si autẽ testatores: ab adita hæreditate transit dominium in legatariũ: vt. ff. de fur. l. à Titio. ergo ex tunc pertinẽt fructus ad legatarium: vt. ff. de vsur. l. Hærẽni⁹. in fi. nisi excusetur hæres propter bonam fidem: vt dixi suprà. l. j. ADDITIO. Vel dicas et melius, ad fructus perceptos tenetur hæres à tẽpore aditę hæreditatis: vt. d. l. hęrennius. de percipiendis verò, à tempore moræ. ita loquitur hîc.

† Legatis &c.

¶ AD SENATVSCON. TREBEL.

† De senatus. Treb. &c.

Continuatio.

¶ *Qualiter legata et fideicommissa augeantur dixi. s. tit. j. nunc qualiter minuantur per Trebellianum. quod non placet: quia non singularia relicta, sed uniuersalia per Trebellianum minuuntur: ut instit. de fideicommis. hære. §. sed quia hæredes. Dic ergo, dixit suprà de singularibus relictis. nunc de generalibus. Et no. quòd sub hoc titulo non tractatur de incertis personis: sed in græco forte dixit.*

SI ex senatusconsulto.] CASVS. Testator aliquis te hæredẽ instituit & rogauit de tota hæreditate restituenda Titio, restituisti eãdẽ, retẽta tibi quarta tã pro portiõe tua quã fideicõ. creditoribus hęreditarijs soluisti: an à fideicõ. repetere possis, quæritur? Rñ. quòd sic.

b ¶ Si ex senatusconsulto.] scilicet Trebelliano: sed inuẽtum hoc fuit de retentione quartę partis per Pegasianum: vt insti. e. §. sed quia hæredes. & §. sed quia stipulationes.

Calen. April. Iuliano ij. & Crispino Cons.

¶ *Non ex die mortis testatoris, sed à die litis cõtestatæ fructus rei legatæ debentur. h. d. Sali.*

Imperator Gordianus A. Dionisio.

LEX IIII.

† IN legatis & fideicõmissis fructus post litis contestationẽ[a], non ex die mortis consequuntur, siue in rem, siue in personam agatur. PP. Non. Septembr. Gordiano A. & Auiola.

TITVLVS. XLVIII.

† Ad senatuscõsultũ Trebellianum, & de incertis personis.

¶ *Hæres qui soluit creditoribus: post hæreditatem restitutam à fideicõmissario repetit pro rata. Bal. Vel sic. Hæres de restituendo gratiatus, quod creditoribus soluit: pro dodrante à fideicommissario repetit. h. d. Sali.*

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Probo.

LEX I.

SI ex senatusconsulto[b] quartam[c] partem hæreditatis retinuisti, & dodrantẽ fideicõmissario restituisti[d]: quod creditoribus hæreditarijs pro nouem vncijs præstiteris, à fideicommissario petere potes[e]. PP. xv. Calend. April. Laterano & Rufino Cons.

¶ *Fideicommissarius, qui portio hæreditatis restituitur, pro rata tenetur ad onera & legata. hoc dicit. Salicetus.*

Imp. Philippus A. & Philipus C. Iuliano.

LEX II.

ADeum cui ex Trebelliano senatusconsulto pars[f] hæreditatis restituit, successionis onera seu legatorum pręstationẽ pro cõpetenti portione spectare, indu

c ¶ Quartam.] secus si vnam certam rem: vt insti. de fideicom. hære. §. si quis vna.

d ¶ Restituisti.] qđ solo verbo facere potuisti: vt. ff. eo. l. restituta.

e ¶ Potes.] actione negotiorum gestorum. & hoc siue sciens, siue ignorãs fuisti: quia eius negotium fecisti ipso gestu: vt. ff. de neg. gest. l. soluendo. & l. si & ad hoc. s. si cer. pe. l. j. et de neg. gest. siue pro fratre. ¶ Sequitur aut. nisi rogasti. aliàs, contra cũ rogatus. sed tu leges. j. eo. l. iubemus.

Hæreditas solo verbo restitui pōt.

ADeum.] CASVS. Titium hæredem instituisti: eum de parte hæreditatis Seio restituenda rogasti: an Titius creditoribus hæreditarijs & legata pro portione sua teneatur, quæritur? Respon. qđ sic. & quę pars? dicit de media intelligendum. quoties enim specialiter partis mentio nõ fit: de dimidia intelligitur: vt. ff. de verbo. sig. nomen filiorum. §. portionis. Si autem intelligas qđ dodrans sit restituendus, tunc illud qđ dicit pro competẽti portione, refertur ad onera creditorum non legatorum: quia ad ea soluenda fideicõ. insolidum tenetur: vt. ff. eo. l. j. §. vlt.

f ¶ Pars.] scilicet dimidia[a]. arg. ff. de verb. sig. l. nomen filiarum. §. j. & sic est plana hæc lex: si autem dicas pars. s. dodrans: tunc illud qđ dicit pro cõpetẽti portione, refertur tantũ ad onera. s. creditorũ, nõ ad legata: quia illa in solidũ soluit fideicõmissarius: vt habes hoc. ff. e. l. j. §. penul. & §. fi. & l. cũ hæreditas. et l. deducta. §. qui post. & j. e. l. fi. et insti. e. §. si quis vna. Alij qđ etiam hoc onus diuidit, vbi retinet: secus vbi non retinet: vt. j. e. l. fi. vt ibi no. In casu tñ cogit etiã ad legata hæres secundũ Azo. s. quãdo portio fideicõmissi nõ sufficit ad ea soluenda. Item si ęs alienum absorbat hæreditatem, non detrahitur quarta, & insolidum conuenitur fideicommissarius, & tamen tenet fideicommissum: vt. ff. eo. l. j. §. penul.

a Iste intellect⁹ est bonus Bar. Ang. & est amicus literę. Sali.

SI per fideicommissum.] CASVS. Hæres institutus, de tota hęreditate restituenda alicui ciuitati rogatus: restituit non retẽta quarta ex Trebel. senatusconsul. qđ locũ habet etiam si legatarij rogarentur, an quartã & ei⁹ fruct⁹ repetere possit, quæritur? Dicitur qđ sic, & dic per condic. inde. quia fortè per errorẽ facti soluit, credens aliqua de hæreditate excepta ea remansisse, quòd possent sufficere ad quartam. vel dic si non soluit: adhuc sibi de retentione consulet.

g ¶ Reipublicæ.] scilicet cuiuslibet ciuitatis de Romano Imperio: vt. ff. eo. l. omnibus. & ecõtra institui respublica potest & cogi restituere: vt. ff. e. l. recusare. §. si fisco. & §. item si municipes.

Respublica potest hæres institui.

† Aliâs, restituta est.

h ¶ Ab intestato.] puta si legitimi rogẽtur: vt ff. eo. l. recusare. §. meminisse.

i ¶ Restitutio.] solutum ergo erat per ignorãtiã facti. vnde datũ condictio indebiti: vt. j. ti. j. l. error. Vel dic restitutio. i. retentio, si solutum nõ erat.

b Vtraque est bona secundũ Sali. Diuisio.

bitati iuris est. PP. xviij. Calend. Nouembr. Peregrino & Aemyliano Cons.

¶ *Quælibet ciuitas dicitur habere rempublicam, cui potest legari uel fideicõmitti. h. d. Bald. Vel sic: Etiam de hæreditate reipublicæ restituẽda potest detrahi quarta, h. d. Sali.*

Impp. Carus, Carin. & Numerian. AAA. Zotico & alijs.

LEX III.

SI per fideicommissum hæreditas reipublicę[g] relicta est†: ex Trebelliano senatuscõsulto (qđ ab intestato[h] quoque locum habet) quartæ partis, & fructus ei⁹ vobis restitutio[i] competit. Sine die & consule.

¶ *Hæc lex habet duas lecturas, & hoc intendit secundũ utrãque: Iussus de adeundo in persona hæredis recusantis adire, transfert onus restitutionis in substitutum uulgarem & cohæredem eius sine quartæ retentione.*

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Quintianæ.

LEX IIII.

NOn iustam[k] te gerere solicitudinẽ per fideicommissum relictę portiõis hęreditatis perspicimus, verentẽ ne fructũ amittas relicti fideicõmissi, qm̃ auia testatoris ex parte hæres scripta, et tibi rogata restituere, calliditate ac fraude repudiauit, vt ad aliũ nepotẽ eũdẽque cohęredẽ[l] deuoluatur portio, à quo tibi nominatim nõ fuerat fideicõmissum relictũ: & coacta suspectam hæreditatẽ adire[m], priusquàm pro hærede gereret, rebus sit humanis exempta: cum diuo Antonino parenti nostro deberi etiam à substitutis fideicommissum contemplatione iudicij testatoris quasi tacite† ab his repetitum[n], iamdudum placuerit. Neque enim quartæ

k NOn iustam.] Diuiditur in tres partes: Quia primò ponit thema & motiuũ dubitandi. Secundò soluit dubium circa fideicõmissariũ. Tertiò soluit aliud dubium circa retẽtionẽ quartæ. Secunda ibi, Cũ diuo. Tertia ibi, neque enim hoc dicit. Bal. CASVS. Titius instituit fratrem et auiã hæredes: et rogauit auiam restituere partẽ suã cuidã extraneo puta Caio: et vt oĩs amoueatur obiectio, dic qđ hæredes inuicẽ substituit vulgariter: auia prædicta suam partem repudiauit, vt ad cohæredem eũdẽque substitutũ perueniret, et fraudaret fideicommissarius: tandẽ fuit ei præceptum vt adiret et restitueret. ꝙ antequãfaceret, decessit. Dicit hîc cohæredem debere restituere portionem auiæ fideicommissario: etiam sine retentione quartæ, eo quòd auia fuit coacta. nam spontè adeuntibus datur beneficium quartæ

† Singul. text. secundũ la. in. l. eam quã. s. de fideic. & secũdum Bar. & Pau. hîc.

l ¶ Cohæredem.] scilicet auiæ.

m ¶ Coacta adire.] i. iussa adire. si enim in veritate adijsset, substitutioni locus non fuisset: vt suprà de impube. et alij substi. l. post aditam. Sed cur fideicommissarius cogebat auiam adire, quæ repudiauerat cùm posset à cohærede petere (vt hîc dicit) siue. sit substitutus (vt hîc erat) siue non: vt. ff. de lega. ij. l. si Titio et Męuio. §. Iulianus? Respond. quia fortè intererat sua habere ab instituto magis quàm à substituto, quia non erat ita institutus oneratus. arg. ff. eo. l. recusare. §. Titius. Item opponitur, instituta non videtur, fraudulenter repudiasse cùm fecerit ex voluntate defuncti, qui ei dedit substitutum: vt. ff. si quis omis. cau. test. l. quia autem. circa prin. Rñ. hîc non erat aliàs repudiatura: nisi vt noceret fideicommissario: sicut et fuit. s. si quis omis. cau. test. l. j.

Quarta datur sponte adeũtibus. Hęreditatẽ habere ab instituto qñdoque vtilius est quã à substituto.

n ¶ Repetitum.] vt. d. l. de lega. ij. l. si Titio. §. Iulianus. et lege cùm pater. §. ab instituto. & de lega. j. l. licet. Sed argu. contra. ff. de lega. ij. l. Celsus. §. penul. vbi ab alio non datur fideicõmissum quàm à rogato: etiam si fuerit hæres. Sol. secundum R. dic. ibi hæres non fuit, vel non extitit in rerum natura tempore testamenti. si ergo fuit, præstabitur. vt hîc. si non fuit, non. dic vt ibi dicit. vel secundum Azonem ista corrigitur per illam, si Titio et Męuio. §. Iulianus. in eo. tit. Itẽ contra. huic. ff. de lega. iij. l. j. §. fi. vbi relicta à legitimis non videntur repetita à sequentibus legitimis. Sol. ibi non habuit ex voluntate defuncti sequens legitimus, cùm tempore mortis alius erat proximior: nam tantùm ꝓximior videtur hæres ex voluntatę defuncti: vt. ff. de

jure codicil.l.conficiuntur.§.ſed & ideo.hîc autem habuit ex voluntate defuncti hîc cohæres,idemque ſubſtitutus.

a ¶ **Repudiauit.**] Hic obſtat ſubſtituto cohæredi,ne detrahat quartam: vt &.ff.eod.l.cogi.§.Metianus.Alij dicunt obſtare ei:quia habet ex ſua perſona integram:hoc non placet:vt.ff.ad legem falcid.l.quòd ſi alteruter. Tertij dicunt quòd & hîc ſubſtitus fuit coactus : ſed hoc eſt diuinare:prima placet.Sed nonne licuit ei auiæ pœnitere de eo qđ repudiauerat,et adire,& quartã retinere?Reſpõd. licuit fortè ante coactionem,non poſteà:vt.ff.e. l.nam quod. §. qui compulſus. Vel dic nõ poteſt vnquam , poſtquã repudiauit:vt.s.de repudia.hęredi.l. ſicut.

ET ſine.] CASVS. Mulier maritum & priuignum habens, codicillos fecit hoc modo: quicũque mihi hæres erit: hæreditatẽ marito meo & priuigno reſtituat.an valeat hęc volũtas, quærit? Dicitur qđ ſic:& venientes ab inteſtato, conuenti cõtra fideicommiſ. vtili actione ex teſtamento dodrantẽ reſtituẽt:retẽta ſibi quarta,computanda ære alieno deducto.

b ¶ **Per fideicommiſſum.**] dandum vobis ab illis,qui ſibi ab inteſtato ſuccedunt :qui rectè poſſunt grauari:vt & ſuprà eo.l.iij.&. s. de codicil.l. ij.&.j.quando di.leg. ce. l.fideicommiſſum.

c ¶ **Conuentos.**] ſcilicet vtili actione ex teſtamento: vt no.s. communia de leg . l.ij . ſed adire cogentur officio iudicis: vt ff.eo.l.ille à quo.§. tẽpeſtiuum.conuentos dico in eo quod eſt vltra quartam : quartam dico computandam ęre alieno deducto.

d ¶ **Quantum.**] aliàs quantũ penes&c.et aliàs quã.& dic pro quantum vel propriè.

e ¶ **Poſſe.**] ſcilicet illam quartam.

f ¶ **Præſtiterit.**] id eſt præualuerit inter ſapientes, vel cõſtiterit vel obtinuerit.

IVbemus.] CASVS. Si teſtator vel teſtatrix filium vel filios, filiam vel filias hæredes inſtituerit pro æqualibus vel diſparibus partibus,& inuicem grauauerit : vt ſi aliquis ſine liberis deceſſerit,alijs portionẽ ſuam reſtituat.an retẽta quarta reſtitutio facienda ſit,quæritur?Dicitur qđ ſic:nec in fructibus vel talib° quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,ſed in prædijs hæreditatis quarta retinebitur & hoc in prima.An autem ſimili modo poſſit retineri quarta,ſi rogatus fuerit filius de hæreditate reſtituenda filio ſuo,nepoti,auo vel auiæ . Idẽ intellige in filiab°.et hoc in ſecunda.An autem in prædictis caſibus fideicõ. ab hæredibus ſcriptis ſatiſdari debeat nomine fideicõ.quæritur?Dicitur qđ non:niſi in duobus caſibus.Primus eſt.ſi teſtator dixit vt ſatiſdetur.ſecũdus eſt,cũ pater vel mater ad ſecundas nuptias crediderit migrandum . & hoc in tertia.An autem ſi grauatus de reſtituendo vno filio ſuperſtite tantũ, vel nepote ex filio vel filia,deceſſit,ſibi immineat reſtituendi neceſſitas?Dicitur quòd non quia deficit conditio.non enim ſine liberis decedere videtur, qui prolem ſuſtulerit : vt ſuprà de fideicom.cùm acutiſſimi . vnde fideicõ. non datur petitio . & hoc in quarta. An autem quod dictum eſt de quarta non in fructibus,ſed rebus hæreditarijs retinenda , & de ſatiſdatione præſtanda in alijs hæredibus quàm ſupradictis. puta in liberis primi gradus, locum habeat , quæritur ? Reſpond . quòd non. & hoc in quarta & vltima parte.

retentionem , quã illa,quæ repudiauit[a] ,hęreditatem adire coacta vt ſuſpectam,retinere non potuit timere debes.S.vj.Id.Iul . Philippop . AA. Conſ.

¶ *A ſuccedentibus ab inteſtato fideicommiſſum poteſt relinqui,& ab eiſdem quarta retineri:& quarta intelligitur id,quod supereſt ære alieno deducto.h.d.Sali.*

Idem AA. & CC.Veriſsimo.

LEX V.

ET ſine ſcriptura per fideicõmiſſum[b] hæreditas rectè relĩquitur.Igitur ſi vxor tua te & priuignum ſuum in diſcrimine mortis conſtituta,deſignauit velle ſucceſſionem obtinere vſque ad dodrantem:eius voluntatem ratam ſeruari conuenit:cùm ab inteſtato ei ſuccedentes , de reſtituendo fideicommiſſo conuentos[c] ,vltra quartam,ære alieno deducto,quãtum[d] penes eos ſententia ſenatuſconſulti relinqui præcepit, tantũ obtinere poſſe[e] præſtiterit[f] .S.v. Calend . Maij Sirmij . Cæſarib. Conſ.

¶ *Liberi primi gradus de reſtituendo grauati, etiam poſt tempus fratribus,uel proprijs filijs, uel multomagis extraneis priuilegiantur,ut fructus non imputentur in quarta,etiam ſi teſtator dixerit:& ut non teneantur ſatiſdare de fideicommiſſo reſtituendo,niſi in duobus caſibus:et unicus filius uel nepos excludit ſubſtitutum ſub conditione,ſi deceſſerit ſine liberis.h.d.Vel breuius:Libri primi gradus non tenentur ſibi fructus computare in quarta:nec tenentur ſatiſdare de fideicommiſſo:niſi in certis caſibus . hoc dicit.Salicetus .*

Imp.Zeno A,Dioſcorio præfecto prætorio.

LEX VI.

In donationibus inter virum & vxorem factis [l] legem Falcidiam habere locum, quando [m] fideicommissi partibus funguntur, nonnullis iuris placitis comprehensum est. PP. xvj. Cal. Iul. ipsis AA. iiij. & iij. Cons.

Agnoscens sibi relictum ut manumittat seruum proprium, cogitur illum manumittere: & in legato Falcidiã patitur, licet minus iusto pretio consequatur: non si rogetur extraneum manumittere: quia tunc pretium, quo cogitur illũ redimere, debet consequi sine aliqua detractione. & ideo de eo tantum quod superest, Falcidia detrahi potest. h. d. Sali.

Idem AA. & CC. Zetho.

LEX XIII.

Si ea [n] cuius filium tuum seruũ significas, ex iudicio defun-

uari: vt. ff. eod. l. in ratione. j. §. quod vulgò. Item facit pro eis in authen. de hære di & Falci. §. si quis igitur non implens. colla j. ibi, quantum lex &c. & extra de testib. ca. Rainutius. & ca. Rainaldus. & facit supra eod. l. irritũ. Item pro hoc, quia in naturali cõputat quicquid habet iure institutionis: per authen. sed quartam. Trebellianicam habet, ita quòd non timet perdere, ergo computet. Itẽ cùm purè rogatur restituere, vel etiam post certum tempus: vna cedit dies vtrique. sic ergo qui libet auellet de corpore alterius. Distingue ergo an vno tempore incipiãt ambæ, an diuersis. ADDITIO. Vide as latius per glo. in verbo, legitimam ipsam. in dicto ca. Rainutius. extrà de testa. & ibi pulchrè p Abbatem. circa quem etiam vide ibi apostillam.

Quartę duę, an possint à filio detrahi & de restituẽdo grauet.

I vt allegas.] C A S V S. Pater tuus te & fratres tuos hæredes instituit, & rogauit vt portionem suam fratribus restitueres non detracta Falcidia. pro Falcidia certas tibi res reliquit. si illæ res non sufficiant ad quartam, an eã possis supplere de eo, q̃d iuxta præceptum testatoris restituere debes, quæritur? Respond. quòd potes. Viuianus.

i **Pro Falcidia**] scilicet Trebellianica.

k **Flagitare.**] si min⁹ est in speciebus, quàm in quarta. Et sic nota testatorem non impedire hãc quartam iure naturæ debitam: vt & ff. eod. l. Titia. & institu. de fideicõmiss. hære. §. sed quia. sec⁹ in quarta institutionis ex lege detrahenda: vt. s. e. aut. sed cùm testator. & facit. j. eo. l. si quis.

Quartã iure naturæ debitã non potest testator impedire.

d **Error facti.**] vt quia credebat se plus habere quã haberet in hæreditate: vt instit. qui ma. non pos. §. præualuisse.

e **Non impedit.**] vt & ff. de iuris & fac. igno. l. regula. §. fin. & s. de iur & fac. igno. l. cum quis. & s. de condic. indebi. l. fideicommissum.

f **Non habet.**] vt. s. de conditio. indebi. l. indebitum. & s. eo. l. j. & ff. de inoffi. testa. l. eum qui §. j.

g **Ignorauerit.**] vt quia nesciebat se posse vti Falcidia. & hoc nisi sit minor: vt. s. di aduer. solu. l. indebito.

Vanquã.] C A S V S. Testator duos filios hæredes instituit: & filiæ dotem, vel certam partem, qua debuit esse contenta, relinquit: & rogauit si alter sine liberis decederet, restitueret superstiti partem suam. decessit vnus sine liberis ab intestato: an soror æqualiter cum fratre ad successionem fratris admitti debeat, quæritur? Dicitur quòd frater dodrantem habebit. & in quarta, quæ remanet, tam ipse quàm soror succedet ab intestato. Viuianus.

h **Legis falcidiæ**] scilicet Trebellianicę. trientem ipso iure naturæ vt filius ante omnia videtur debere habere, in quo non tenuit fideicommissum: vt in authen. de restitu. & ea quæ. §. quamobrem. colla. vj. & sic duæ quartæ detrahuntur. Item pro hoc est quod dicitur. si alicui legatum est, vl-

N donationibus.] C A S V S. Maritus donationẽ fecit in vxorẽ nec in morte reuocauit: vnde morte confirmata est donatio. an hæres defuncti de donatione possit detrahere Falcidiam: quæritur? Dicitur quòd sic: cùm hæc donatio, inter viuos nulla sit: quia morte confirmata similitudinem habeat fideicommiss. Viuianus.

l **Factis.**] scilicet causa mortis vel morte confirmatis: vt suprà de donat. inter virum & vxorem. l. ex verbis. & l. donationes. j. nam si inter viuos, & statim valent. vt quandoque fieri potest: vt. ff. de dona. inter virum & vxorem. l. si sponsus. §. concessa non posset detrahi Falcidia: vt. ff. eo. l. si vsusfructus. §. dos.

m **Quando.**] id est quia.

I ea.] C A S V S. Ex ancilla cuiusdam domine filium subtulisti. x. dñe reliquisti vt seruum filium tuum manumitteret. xx. similiter eidem reliquisti, vt & alios duos seruos redimeret, & manumitteret. agnouit legatum: an compellenda sit seruum suum, scilicet filium tuum manumittere; an hæres de legato detrahere possit Falci. de vniuersis. xxx. quæritur? Dicitur quòd manumittere debet: & de illis. xxx. deducitur totum pretium serui rum redimendorum, & residuum habebit domina pro seruo manumisso, & de hoc residuo detrahet hæres Falcid. intra. x. dies, si residuum bonorum defuncti non sufficiat ad quartã. vel dic casum aliter vt in gloss. Viuianus.

Casum pone.

n **Si ea.**] Titium filium habens, qui erat seruus cuiusdam dominę. facit

Imperatori quæſtionem ſic: Domina filij mei agnouit fideicommiſſum de x. ideo relictum vt filium meum manumitteret: ſed & aliud fideicommiſſum de xx. erat ei relictum vt redimeret quoſdam ſeruos alienos, & manumitteret, quod ipſa ſimiliter agnouit, an cogenda eſt ad manumittendum? Reſpondet Imperator, dominam eſſe cogendam manumittere ſeruum ſuũ proprium, quia agnouit fideicommiſſum. Secundo quæritur, an in eo fideicommiſſo ſibi relicto 10 vt ſeruum ſuum manumitteret, interueniat Falcidia? Et dicit primò deduci de bonis prætium ſeruorum alienorum: ſicque in eo quod eſt neceſſarium ad ſerui redẽptionem, nõ interueniet Falcidia, cùm domina emere non poſsit, niſi totum 20 fideicõmiſſum habeat. illo autẽ deducto petat fideicommiſſum vſque ad eum modũ, quem patitur ſubſtamtia bonorũ: & ſic deducit Falcidia. Et talis eſt differentia inter ꝓprios & alienos ſeruos: vt. ff. de fideicõmiſ. lib. l. generaliter. §. ſi qs 30 alienũ. & §. ſicut. & ff. eo. l. ſed ſi non ſeruus. in prin. & ad Tre. l. ita tamẽ §. fi. & facit ad hoc. ff. eo. l. ſi tibi ſeruus. cũ tribus ll. ſeq. & de leg. j. l. ſi fundum per fideicõmiſſum. §. Iulianus. & de fideicõ. lib. l. ſi debitor decem. & de inof. teſt. l. Papinian⁹. 40 §. quoniã autẽ quarta.

a Vrgeri.] id eſt ſi minus cõſecuta ſit pretio ſerui tamen cogitur manumittere: nam &c.

b Seruorum.] alienorum, vt dixi.

Licet.] CASVS. Filium tuum impuberem emãcipaſti, & tu 50 telam eius tãquã tutor legitimus adminiſtraſti: & in centum & in mala adminiſtratione ei tenebaris. poſteà teſtamentũ feciſti, & alios duos & ipſũ hęredẽ inſtituſti. an pro rata portione qua quilibet ſuccedit: poſsit iſte à cohæredibus debi 60 tũ petere, quæritur? Dicitur quòd ſic. & ſi eũ de dãdo fundo alicui rogaſti, de fundo poterit Falcidiam detrahære. Viuianus.

c Nõ prohiberis.] vt &. s̃. de nego. geſt. l. ſi ab eo. & de hæred. act. l. ſi adulta. & j̃. de bo. aut. 70 iudi poſsi. l. ſi vxor. & s̃. de pactis. l. debitori. & de fideicommiſ. l. cum ſecundum.

d Relictum.] alicui.

... cti quem dicis fideicommiſſariam libertatem ei reliquiſſe: aliquid cõſecuta eſt: ad reſtituendam fideicõmiſſariã libertatem non immeritò obnoxia cõſtituta debet vrgeri.[a] Nam fideicommiſſum ei relictum vſque ad eum modum poteſt petere, quem deducto pretio ſeruorũ[b], quos fuerat rogata manumittere, relictorũ ſubſtãtia patitur. S. v. Cal. Maij, Herarcliæ. AA. Conſ.

Pro rata, qua creditor ſuccedit defuncto, extinguitur actio, & pro reſiduo contra hæredes competit actio: ſed ut ſciatur an legatum integrum debeatur, debitum anteà detrahitur, & de reſiduo legatum præſtatur. h. d. Sal.

Idem AA. & CC. Fauſtinæ.

LEX XIIII.

Licet adieris patris hæreditatẽ, & confuſione pro parte qua eidem ſucceſſoris, extinguatur actio, quam tibi aſſeris competere, eo quòd ex adminiſtratione tutelæ multa eum debuiſſe contendis: pro reſiduis tamen partibus cohæredes cõuenire nõ ꝓhiberis[c]: & fundũ à te relictũ[d] eatenus[e], quo deducta quarta reſidui[f] ſubſtantia patitur, præſtare neceſſe habes. D. vj. Calend. Octob. Viminatij. AA. Conſ.

Nec de dote prædiorum, nec de inſtrumentis Falcidia detrahitur. h. d. Bal. Vel ſic: Falcidia non detrahitur de chartulis. h. d. Sal.

Idem AA. & CC. Ponponio.

LEX XV.

Si prædiorũ[g] dotis apud te iure[h] remanẽtis inſtrumenta[i] verbis præcarijs, vel teſtamento, vel codicillis vxor tibi dari mãdauit: eius iudicium ſucceſſores implere compellentur: cùm inſtrumentis prædiorũ domino relictis Falcidiæ nulla poſsit[k] interuenire quæſtio. Suppoſita. xvj. Cal. Februar. Sirmij. CC. Conſ.

Si æs alienum abſorbet totam defuncti ſubſtantiam, legata non debentur: & fruſtra de Falcidia quæritur. h. d. Sal.

Idem AA. & CC. Diomedi.

LEX XVI.

Succeſſores[l] legata vel fideicommiſſa, ſi æs alienum hæreditarium defuncti ſubſtantiæ fines occupauerit, legis Falcidiæ iuſsio[m] peti, item Trebelliani[n] ſenatuſconſulti præceptũ exigi nõ cõcedit. S. xvj. Calen. Februar. Sirmij. AA Conſ.

De prælegatis deducitur Falcidia. h. d. Bald. Vel ſic: A cohærede detrahitur Falcid. h. d. Sal.

Idem AA. & CC. Caio.

LEX XVII.

A Cohæredibus† relicta legata[o], quatenus modus legis Falcidię pręſtitutus patitur[p], poſſe peti, certiſsimi iuris eſt. Suppo. v. Cal. Nouẽ. Anchiali. CC. Cõſ.

† Aliâs ſuccipit, Cohæredibus.

Sicut teſtator iure iſto non poteſt prohibere Falcidiam directò: ita nec per indirectum: & de mortis cauſa capione detrahitur Falcidia, ſicut de mortis cauſa donatione. h. d. Sal.

Imp. Iuſtinianus A. Ioanni præfecto prætorio.

LEX XVIII.

Si quis quadringentorum forte ſolidorũ habens ſubſtantiã iuſſerit[q] hæredem non aliter adire hæreditatem, niſi prius trecentos octoginta ſolidos quidam perſoluat, vel aliam quãtitatem, quæ diminuere Falcidiæ rationem poteſt: ſancimus hæredẽ, ſi adierit[r], legis Falcidiæ beneficio ſuſtentatũ replere quidẽ quod ad Falcidiã deeſt: et pri⁹ eo dato[s] vel retẽto[t], ſiue vna datio eſt, quæ celebrari diſpoſita fuerit, ſiue in multas diuiditur perſonas præfatę legis immutilatum habere beneficium[v]. Si enim cùm mortis cauſa donatio procedat, & hęc ‡ modũ legis Falcidiæ excedat, hęres poſt aditionem repetit eam pecuniã quæ vltra modum legis Falcidiæ corporaliter quidẽ data eſt, lege[x] autem in patrimonio teſtatoris permanſit: quare nõ in preſenti caſu & viuẽtibus, & moriẽtibus prouidemus, & eorũ vltima elogia conſeruantes & cõmodũ hæreditariũ non minuentes? Dat. Calend. Nouẽb. Cõſtantinop. poſt cõſulat Lampadij & Oreſtis VV. CC.

‡ Vltra.

Mortis cauſa capio pro Falcidiã diminuitur.

k Poſsit.] quid enim de chartulis quartam detrahere prodeſſet? certẽ nil ſed officeret: neque enim malitijs &c. vt. ff. de rei ven. l. in fundo. Alij autẽ hîc appellant inſtrumenta ligones & aratra, & ſimilia, quę erant data in dotẽ: vt. ff. de fundo inſtr. l. ij. & dices inſtrumentum dotis prædiorum. i. inſtrumenta, quæ ſunt dos ſiue dotes prædiorum.

Succeſſores.] CASVS. Teſtamentum feciſti, & plus quàm habebas in bonis 10 Titio debebas. ſed poſteà teſtamentum feciſti, & legata reliquiſti: an peti poſsint, quæritur? Dicitur quòd non. & ſi de hæreditate tua Seio reſtituẽda rogaſti hęredẽ, Seius eam petere non poteſt. Viuia.

Succeſſores.] id 20 eſt à ſucceſſoribus.

m Iuſsio.] vt. s̃. de legatis. l. ſi vniuerſæ. & ff. e. l. in ratione. j̃. §. quod vulgò ibi, nec ad rem &c. & ff. ſi cui plus quã per legem Falcid. l. j. §. in quibuſdam.

n Trebelliani.] vt ff. ad Treb. l. j. §. ſi is qui. 30 Et no. hîc quædam verba eſſe. quæ regunt duos diuerſos accuſatiuos, ſcilicet poſco, flagito, peto: vt hîc, & s̃. de fideicom. l. eam quam.

A Cohæredib⁹.] CASVS. Pater tuus te & fratres tuos hæredes inſtituit, & eos 40 rogauit de dando tibi legato: an petere poſsis, quæritur? Dicitur ꝙ ſic. & ſi eis nõ poſsit remanere quarta, detrahẽt eã beneficio leg. Falc. Viui.

o Legata.] alijs cohęredibus præſtanda.

p Patitur.] niſi tantum accipiat à cohærede 50 quantum deſyderat deducere: vt. ff. eo. l. Neſennius.

Si quis.] CASVS. Teſtator habens. cccc. in bonis, te hæredẽ inſtituit: & in fraudẽ legis Falcidię præcepit, vt non aliter hęreditatem adires, niſi. ccc. & 60 octoginta vni vel pluribus, nõ curo, reſtitueres: ita ꝙ nõ remãſit tibi integra Falcidia an tantũ de hęreditate poſsis retinere: quãtũ tibi ſufficiat ad Falcidiam, vel repetere ſi ſoluiſti, quęritur? Dicitur ꝙ ſic, ſicut enim detrahęre potes de mor 70 tis cauſa donationibus, & de mortis cauſa capione detrahęre potes. Viu.

q Iuſſerit.] in fraudẽ legis Falcidię.

r Adierit.] poſt dationem. & dic, aut adire voluerit.

s Dato.] cùm non excedit dodrantem.

t Vel retento.] ſcilicet quãtum eſt vltra dodrantem: ſed dodrãte dato.

v Beneficiũ.] ſic ergo detrahitur Falcidia ex mortis cauſa capione: vt 80 dixi. s̃. eo. l. ſi mortis. Sed an data hęredi cauſa implendæ cõditionis à legatario, cõputet hęres in quartã? Quidã ꝙ non: vt. ff. eo. l. ſi fundus. Io. cõtra: vt cõputet in totũ, quo ad eũ qui dat: quo ad alios verò cõputet eatenus, quatenus ex hoc legato erat detracturus: vt &. ff. eo. l. in quartã. & l. quòd autẽ. & l. id autem. & l. Neſennius. ibi, dum dicit, planè.

x Lege autem.] ſcilicet Falcidia: vt. ff. quorũ legato. l. j. §. ſi quis ex. & argu. in auth. de hęredi. & Falcid. §. non autem. colla. j. & s̃. de inoffi. dona. l. j. & s̃. eo. l. ſi mortus. & j̃. de dona. cau. mor. l. ij.

e Eatenus.] id eſt quatenus.

f Reſidui.] ſcilicet detracto ærę alieno: vt. s̃. eo. l. in imponenda.

Si prædiorum.] CASVS. Vxor tua dedit tibi prædia in dotem, & pactũ fecit tibi de lucranda dote: poſteà teſtamentum fecit, & Titiũ & 80 Seium hæredes inſtituit, & rogauit, vt tibi inſtrumentum prædiorum datorum in dotẽ emptionale reſtituerent: an de illis inſtrumentis ſit detrahẽda Falcidia, quæritur? Dicitur quòd non, cùm detrahenti non proficeret, & alij officeret. Viuianus.

g Si prædiorum.] i. prædiorũ, quæ erant dos.

h Iure.] quia pactus eras tu vir cum vxore de dote lucranda, ſi ipſa præmoriatur.

i Inſtrumenta.] id eſt chartulæ.

Cum

Cvm certum.] CASVS. Testamentum fecisti. hæredem instituisti. Titio legata reliquisti. hæres insolidum legata soluit, vel soluere promisit, sciens se quartam beneficio legis Falcidiæ detrahere posse: an si quod plus quàm per legem Falcidiam retinere potuit, soluit: an repetere possit, quæritur? Dicitur quòd non. & quod promisit, soluere compelletur: licet quartam, quasi sciens voluntatem tuam impleuit. Et diligẽter no. quòd iste qui promisit, tenetur soluere: & de soluẽdo præstare cautionẽ. Viuia.

a Cùm certum sit.] per plures leges: vt. s. eo. l. j. & de fideicommiss. l. ij. & ff. de condic. inde. l. fideicommissum. & s. de testa. l. non dubium. & ff. de dona. inter virum & vxo. l. si sponsus sponsæ. §. si quis rogatus.

b Soluerit.] hæc enĩ sunt paria: vt hîc, & ff. de dona. l. si patronus. & de calum. l. iij. §. hoc edicto. sed quandoque non: vt ff. de re mili. l. non omẽs. §. fi. quæ est arg. cõtra. & ff. de ædili. edic. l. quòd si nolit. §. in factũ. ibi, illud planè &c. & probatur ex duabus alijs legibus iunctis: vt arg. ff. de condict. indeb. l. nam hoc. & de cõsti. pecu. l. iij. in fi.

Posuerit

c Aequitatis ratio.] Not. vbi eadem ratio, ibi idem ius statuendum: vt & suprà de constit. pecu. l. fina. & ff. ad leg. Aquil. l. illud.

Ita agnoscit legatum qui solidum promittit, sicut qui integraliter soluit. h. d. Bal. Vel sic: Si hæres promisit soluere integra legata, tenetur adimplere sine Falcidiæ detractione. h. d. Sali.

Idem A. Ioanni præ. præ. LEX XIX.

Cvm certum sit [a] hæredem, qui plenam fidem testatori exhibet, insolidum legata dependentem, non posse posteà rationẽ legis Falcidiæ prætendentẽ, repetitione vti, quia videtur voluntatem testatoris sequi: iubemus hoc simili modo firmum haberi, & si cautionem super integra legatorum solutione fecerit: quod veteribus legibus in ambiguitatẽ deductum est. ¶ In vtroq; etenim casu, id est siue soluerit [b], siue sup hoc cautionem * fecerit: æquitatis ratio [c] similia suadere videtur. Dat. xv. Cal. Nouemb. Constantinop. post cõsulatum Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo.

TITVLVS L.

De caducis tollendis.

In prima parte ponit procemium, & statuta legis Papiæ & quædam senatusconsulta corrigens, & statuens ut ante apertas tabulas cedat dies adeundæ hæreditatis & legatorum: ne obtentu caducitatis, propter non apertas tabulas, interim hærede uel legatario defuncto, hæreditas uel legatum deferatur in fiscum. hoc dicit usqua ad §. & cum triplici. Bal.

Imper. Iustinianus A. Senatui vrbis Constantinopolitanæ. LEX VNICA.

ET nomẽ [d] & materiam caducorum ex bellis ortam & auctã ciuilibus [e] ortã quæ in se popul⁹ Romanus mouebat, necessarium duximus Patres conscripti [f] in pacificis nostri imperij tẽporibus * ab orbe Romano recludere: vt quod belli calamitas introduxit, hoc pacis lænitas sopiret. ¶ Et quemadmodum [g] in multis capitulis lex Papia ab anteriorib⁹ principibus emendata [h] fuit, & per desuetudinem abolita: ita & à nobis circa caducorum obseruationem inuidiosum [i] suum amittat vigorem, qui & ipsis prudentissimis [k] viris displicuit, multas inuenientibus vias, per quas caducũ non fieret [l]. Sed & ipsis testamentorum conditoribus sic grauissima caducorũ obseruatio visa est, vt & substitutiones introducerent, ne fiant caduca: & si facta sint, * ad certas personas recurrere disponerẽt [m], vias recludẽtes quas lex Papia posuit in caducis: quod & nos fieri concedimus [n]. ¶ Et cùm lex [o] Papia ius antiquum [p] quod ante eam in omnibus simpliciter versabatur, suis machinationibus & angustijs circuncludens, solis parentibus [q] & liberis testatoris vsq; ad tertium gradum, si scripti fuerant hæredes, suum imponere iugũ erubuit [r], ius antiquum intactũ eis [s] conseruans: nos omnibus nostris subiectis sine differentia personarum hoc concedimus [t].

Hic secunda, in qua statutum nouum incipit ponere. & hoc principium dicit in summa. Lege Papia & senatusconsultis circa eam & materiam caducorum uersantibus correctis statuitur ut hæreditas defuncti poßit adiri clausis tabulis: & ut legata pura uel in diem certam relicta cedant quo ad transmißionem à morte testantis, & fisco non debeantur. h. d. Sali.

¶ Cùm igitur materiam & exordium caducorũ lex Papia ab aditionibus [v] quæ circa defunctorũ hæreditates pcedebãt, sumpsit [x], & ideo [y] non à morte testatoris [z], sed ab apertura tabularum [a] dies cedere legatorum senatusconsulta [b], quæ circa legem Papiam introducta sunt censuerũt [c], vt qđ [d] in medio deficiat, hoc caducum [e] fiat: primũ hoc corrigẽtes, & antiquum [f] statum renouantes sancimus * oẽs habere licẽtiam à morte testatoris adire hæreditatem [g]:

DE CADVCIS TOLLENDIS.

¶ Dixit [a] *qualiter legata pro parte minuuntur, scilicet lege Falcidia: sed quia quãdoque in totum deficiebant, uel efficiebãtur caduca, & non iustè quandoque, ideo de his tollendis dicit. Et nota* [b] *quòd tres tantùm modos prosequitur, licet multis modis efficiantur nulla: ut infrà eadẽ. l. §. & cùm triplici.*

a Ista continuatio placet Bar. Sal. & Ang.

b Idẽ Pau.

ET nomẽ] ¶ Casus isti⁹ legis vsq; ad §. & cũ triplici talis est. Vnde legata caducorum nomen & principium habuerunt, hæc lex dicit ex bellis ciuilib⁹ quæ habebat popul⁹ Romanus: sed cùm omnia iam pacificata erãt, contingebat, quòd aliquis extra ciuitatem Romanã, alicui in ciuitate aliqd legauerat: & fortè si ille interfectus fuisset, erat illud legatum caducum, & applicabatur fisco. sed cùm iam òmnia pacificata sunt: dicit Imperator quòd non sinit legata caduca remanere. & l. Papinia. corrigere vult: licet in multis ciuitatibus à retro principibus fuisset correcta. quam obseruationem caducorum tollit: quæ non solùm iurisperitis, sed etiam ipsis testatoribus erat odiosa. Statuit enim vt hæreditas adiri non possit, nisi ab apertura tabularum. Item vt legata fierent caduca, si legatarius decederet ante aperturam tabularum. vnde statuebat vt res vel legata fierent caduca, id est inutilia: & fisco applicentur si contingeret legatarium vel hæredem ante aperturas tabularum decedere. non enim poterat hæres adire hæreditatem ante aperturas tabularum, nisi essent filij vel nepotes. hodie dicit Imperator, quòd omnes indistinctè adire possunt, à morte testatoris, siue fuerint puræ, siue in diem certum relicta: cedent à morte testatoris. & si decesserit legatarius: transmittit petitionem legatorum ad hæredes suos. Viuianus.

Quæ in terse &c.

Ab orbe

d Et nomen.] Legem Papiam vult corrigere quinque rationibus hæc prima.

e Ciuilibus.] sæpe enim is cui relinquebatur ante aperturam tabularum præmoriebatur in bello: & sic deficiebat relictum & fisco quærebatur. Vnde Lucanus de his bellis. Bella per Emathios plus quàm ciuilia campos.

Lucanus.

f Patres conscripti.] quia scripta erant eorum nomina in diademate capitis sui. Vel ratione ætatis vel curę quam habebant ad imperium, vt patres.

g Quemadmodũ.] secunda ratio.

h Emendata fuit.] vt suprà de nupt. l. si libertam. & l. final. & institu. de suc. li. §. primo. & §. fina.

i Inuidiosum.] omnes enim inuidebant ei propterea quia iniquitas sua vigebat. Vnde illud: Inuidiosus ego, non inuidus esse laboro. Et erat eius vigor vt legata fierent caduca si decederet legatarius ante aperturam tabularum. Item nec hæres adire poterat ante apertas tabulas.

Apud.

Versus.

Lex Papia duo continebat.

k Prudentissimis.] id est non tantùm alijs, sed etiam ipsis qui eam consequebantur displicuit.

l Ne fieret.] id est vt non fieret.

m Disponerent.] ipsi testatores.

n Concedimus.] scilicet fieri substitutiones.

o Et cùm lex.] quinta ratio.

p Antiquum.] scilicet bonum.

q Parentibus.] Nota quòd nedum in parentibus & filijs sit licitum adire ante aperturam tabularum: imò etiam extraneis conceditur.

r Erubuit.] iubebat lex Papia, vt si decederet hæres ante aperturam tabularum, fieret legatum caducum: & non posset adire, nisi esset de parentibus & liberis vsque ad tertium gradum.

s Eis.] scilicet liberis.

t Concedimus.] scilicet ius antiquũ vt possit adire ante apertas tabulas.

v Ab aditionibus.] vt non fierent ante apertas tabulas.

x Sumpsit.] vt nõ possit adire ante apertas tabulas.

Omnes hæredes &c.

y Et ideo.] id est ex hoc primo vitio nascitur hoc secundum.

z Testatoris.] hoc est secundum dictum legis Papiæ.

a Tabularum.] vt non possit adiri ante apertas tabulas, nisi in duobus casibus [c]. Psimus, quando est de liberis: vt suprà proxi. Secundus quando in totum erat hæres: vt. ff. de iur. & fac. igno. l. j. §. fi. & s. de iure delibe. l. iij. sed hodie semper etiam prius: vt subijcit.

b Senatusconsulta.] scilicet Aemylianum Largianum, de quo fit mentio. j. de lati. li. tol. §. cùm igitur. & iusti. de suc. li. §. fi.

c Censuerunt.] & malè.

d Vt quod.] scilicet legatum.

e Caducum fiat.] & fisco applicetur: vt. ff. de peti. hæred. item veniunt. §. cùm antequàm.

f Et antiquum.] Nam & olim erat quod modò statuemus.

g Hæreditatem.] & hoc verum [d] est, nisi aliud impediat [e]: vt suprà de ijs qui. vt indig. l. si ea quæstio. hîc enim vult dicere, id est nisi impediat eum

c Sequitur eam Sali.

d Idẽ Sali. vel dic secũdũ Bald. qꝫ ibi valebat aditio, sed ei aufertur tanquã ab indigno.

e Sequitur hanc gl. B. Bal. & Sali.

R

apertura tabularum.

a ¶ Similiq;.] hic corrigitur secundum dictum.

b ¶ Legatorum.] scilicet fideicommissorum.

c ¶ In diem certam.] vt & ff. de vsufruct. leg. l. Sempronius. secus[a] si sub conditione, vel die incerta: vt infrà eodem. l. §. in nouissimo. &. §. sin autem aliquid. & ff. quando di. leg. ced. l. si post diem. & l. si dies. Secus[b] etiam in quibusdam puris legatis, quæ habes, infrà eodem. §. in nouissimo. si tamen incerta dies sit apposita in persona legatarij: puta cùm morieris lego tibi decē perinde habetur[c] ac si in diem certum sit relictum: vt ff. quando dies leg. ced. l. si cùm hæres. & ff. de conditio. & demonstratio. l. hæres meus, primo respon. Itē & conditio quæ doque non habetur pro conditione: vt si sub eadem relinquatur legatū, sub qua facta est institutio hæredis: vt ff. quando dies leg. ced. l. si dies. §. fina.

d ¶ Cedere.] Duobus modis dicitur cedere. Primò quo ad hoc, vt extunc decedens legatarius transmittat ad hæredes, & ita hîc, & ff. quando di. leg. ce. per totum. Alibi vt dicatur deberi: vt ff. de verborum significatio. l. cedere. & sic nō accipitur hîc. nam non est statim legatarij, inspecta veritate[d], nec ei debetur, cùm nulla præcessit obligatio: vt ff. de dolo. l. & eleganter. §. item si seruum. & ff. de legatis j. l. si tibi. §. cùm seruus. sed fingitur quæsitum & debitum, cùm postea venerit dies: vt ff. de fur. l. à Titio. & argumen. ff. si certum petatur. l. proinde. sed in contractibus[e] inter viuos vbi præcessisset contractus vel obligatio dicitur deberi, licet non possit peti: vt ff. de verborum obligation. l. eum qui calendis. Item licet dicat simili modo in legato vt in hæreditate, caue: quia hæreditas non relinquitur ex die, vel ad diem: sed sub conditione sic: vt ff. de hære. insti. l. hæreditas. & instit. de hæredi. insti. §. hæres. Item nec transmittit hæres hæreditatem non aditam: vt. j. e. §. in nouissimo. & hîc. secus est in legato. Sed est similitudo: quia sicut ante apertas tabulas potest adiri hæreditas: ita & cedit dies legatorum, quo ad transmissionem.

a Idē bar. & Sali.

b Sequuntur bar. & Sali.

c Quia certū est q̄ ille dies purificatur in vita legatarij bart & bal.

✠ Scripto.

d Ex quo non inueniatur tunc persona quæ possit esse obligata. B. B. Sal. & est singularis gl. in suo dicto. secūdū Bal.

e In hoc nō est differentia inter cōtractus & legata. Sali.

similique[a] modo legatorum[b] vel fideicōmissorum purè vel in diē[c] certam relictorum diem à morte testatoris cedere[d].

¶ *Hic imperator prosequitur materiam deficientium uoluntatem, & assignat primo differentiam nominum, dicens quòd ultimæ uoluntates quæ deficiunt ex parte honorati, quædoque sunt pro non scriptis, uidelicet quando relinquitur iam mortuo, quandoque sunt quasi caducæ, ut quando legatarius decessit post testamentum ante confirmationem per mortem testatoris. Quædam sunt caducæ, ut quæ post mortem testatoris deficiunt uel repudiantur. hoc dicit usque ad. §. in primo. Bal.*

¶ Et cum triplici[e] modo ea quæ in vltimis elogijs relinquuntur, contingebat deficere: consentaneum est & tempora eorum et nomina manifestè exponere: vt q̄d vel tollitur vel reformatur, non sit incognitum[f]. ¶ Ea etenim vel ijs relinquebātur qui in rerum natura tunc temporis cùm condebātur vltima elogia, non fuerāt[g], fortè hoc ignorantibus testatoribus: & ea pro non ✠ scriptis esse leges existimabant. Vel viuo testatore is qui[h] aliquid ex testamēto habuit[i], post testamentum ab hac luce subtrahebatur: vel ipsum relictum expirabat, fortè quadam conditione sub qua relictum fuerat, deficiente[k]: quod veteres appellabāt in causa caduci. Vel mortuo iam testatore hoc quod relictum erat, deficiebat[l]: quod aperta voce caducum nuncupabatur.

¶ *Hic exequitur imperator membra per ordinem, & dicit quòd pro nō scriptum primo defertur substituto: secundo coniuncto: tertio remanet apud grauatum: & onus non comitatur ipsum, quia nunquam habuit radicem fundamenti. hoc dicit usque ad. §. pro secundo. Bal. Vel sic: Legatum pro non scriptum remanere debet penes hæredē, nisi legatarius in eo habuerit substitutum re coniunctum: quia tūc ei debetur: & regulariter sine onere, quod etiam erat antiquitus. hoc dicit. Sali.*

¶ In primo itaque ordine, vbi pro ✠ non scriptis efficiebantur[m] ea quæ personis iam ante testamentum mortuis testator donasset[n], statutum fuerat vt ea omnia bona manerent, apud eos[o], à quib[us] fuerant derelicta: nisi ✠ vacuatis[p] vel substitutus suppositus, vel coniunctus fuerat aggregatus, tūc enim non deficiebant, sed ad illos[q] perueniebant, nullo grauamine[r] (nisi perrarò[s]) in hoc pro nō scripto superueniēte: quod & nostra maiestas quasi antiquæ beneuolentiæ consentaneum, & naturali ratione ✠ subnixum, intactum atque illibatum præcepit custodiri.

e ¶ ET CVM TRIPLICI. ¶ CASVS. Imperator dicit quòd tripliciter fiebant legata caduca. Primus modus erat quando testator reliquit legatum illi qui nunquam fuit in rerum natura: vel fuit, sed ab humanis rebus exiuit ante tempus testamenti: & tunc erat caducum: & appellabatur pro non scriptum. Secundus modus erat quando reliquit legatum alicui, ille posteà decessit viuo testatore: & illud dicebatur esse in causa caduci. Tertius modus erat q̄n reliquit alicui legatū: & ille repudiauit vel decessit ante apertura tabularū: & dicebatur hic legatū caducū. In primo genere legati quod dicebat, pro nō scriptū, remanebat apud hæredes a quib[us] erat relictū: nisi legatarius haberet substitutū in legato: vel coniunctū: vel suppositū sine onere. hoc est, quòd non dabunt vel facient illud quod testator voluit, vel dari vel fieri à legatario. & in hoc genere legati nihil immutatur hodie. In secundo genere quod dicebatur in causa caduci, legatum similiter remanebat apud illos à quibus erat relictum: sicut in primo casu: nisi legatarius haberet coniunctum vel substitutum: & remanebat apud istos cum onere suo, quemadmodum erat remansurum apud legatarium: siue istud onus cōsisteret in dando, siue in faciendo: quia non est ferendus qui lucrum sentire vult: si onus ei annexum recusat sustinere. & quod dicit, in modo, dic exemplum: Lego tibi fundum, vt decem des Titio sub conditione. vel lego tibi si nauis venerit ex Asia. & quod dicit, vel alia quacunque, dic exemplum: vt lego gaui tibi decem. & posteà alio testamento præcepi aliquid dare vel facere. Et nota quòd in hoc genere legati aliquid mutatur. olim enim remanebat illud legatum apud eos à quibus erat relictum sine onere: hodie cum onere: vt hîc dicit. Viuia.

e ¶ Triplici.] scilicet inter cæteros modos. nam & multi alij sunt modi: sed de tribus tantùm tractat iste titulus.

f ¶ Incognitum.] sic & institu. de test. in prin.

g ¶ Non fuerant.] in veritate, vel de iuris fictione[f]: vt quia erat ab hostibus captus: & ibi decessit legatarius: vt ff. de legatis primo. l. si seruo meo Stichus. §. primo.

f Sequitur eam Sali.

h ¶ Is qui.] legatarius.

i ¶ Habuit.] scilicet spe.

k ¶ Deficiente.] viuo testatore.

l ¶ Deficiebat.] vel quia desinebat legata res in rebus esse humanis. Vel quia legatarius repudiabat, vel deficiebat cōditio, vel moriebatur legatarius.

m ¶ Efficiebantur.] scilicet legata.

n ¶ Donasset.] id est legasset. nam legatum donatio est: vt institu. de leg. §. primo. & ff. de legatis secundis. l. legatum. j.

o ¶ Apud eos.] imò videtur quòd non: vt ff. de condi. & demon. l. si quis eum quem. vbi legatus seruus apud legatarium remanet, licet non manumittatur ex voluntate testatoris: sed ibi[g] valebat legatum serui: licet libertas non valeat. hîc autem nec legatum valet. Item contra ad idem. ff. de lega. ij. l. codicillis. in principio. vbi remanet pœnes legatarium: licet sit nullum in persona ancillæ cui legatarius debebit restituere. Sed ibi[h] est nullum, propter vtilitatem fideicommissi, iusta consyderatione habita hæredis: & eius cui relinquitur fideicommissum, scilicet ancillæ. nam legabatur ancillæ testatoris à legatario dandum. hîc autem est nullum alia ratione.

✠ Non scripto.

g Idē bar. bal. & Pau.

✠ Vacuatis personis &c.

h Dicemus q̄ cū in illis codicillis legatum fuit validum ideo onus fideicōmissi deficientis debebat penes eum remanere. B. & Pau.

✠ Obnixū.

p ¶ Vacuatis.] id est defectis. vel quia mortui sunt.

q ¶ Ad illos.] scilicet substitutum vel coniunctum. sed certè imò quandoque etiam ad non coniunctum potius vadit, quàm ad eum redeat à quo est relictum: vt si Titio & posthumo lego decem: nam Titius habet totum etiam si vtrique non coniunctim legaui: vt ff. de legat. primo. l. si duobus. §. fina. quæ est contra. Sol. hic corrigit. quod non placet: quia hic dicit se nihil corrigere de antiquo iure. Alij[i] vt Ir. quòd ibi saltem verbis erant coniuncti: quia dixit, Titio & posthumo. Sed nec hoc placet: quia non semper syllaba &, facit coniunctionem: vt. ff. de hæred. institu. l. si ita quis hæredes. Tu ergo dic[k] quòd ibi posthumus licet non erat in rerum natura, futurus tamen sperabatur. hic non erat, nec sperabatur: quia decesserat. Item nota quòd in tribus casibus licet portio collegatarij mei videatur esse pro non scripta: non tamen mihi accrescit. Primus si legas mihi & Sticho seruo tuo sine libertate: vt ff. de lega primo. l. planè. j. §. si coniunctim. Secundus, si legas mihi & Titio seruum meum Stichum: nam suam tantùm partem habet collegatarius: sed ego nil: vt ff. de legatis primo. l. huiusmodi. §. si Titio. Tertius, si legas mihi, & non capaci: vt ff. de legatis secundo. l. si Titio. §. & ei. & suprà de hæred. instit. l. prima. & ff. de ijs quæ pro non scrip. hab. l. tertia. & suprà de ijs quib. vt indig. l. hæreditas. quæ omnia videntur huic. l. contraria. sed specialia sunt.

i Placet P.

k Et malè Pau. licet bar. tractat cum gl.

r ¶ Nullo grauamine.] imò semper onere, iniuncto legato: vt infrà eodem. §. his ita. sed ibi[l] dicit in hæredibus tantùm. secus in legatarijs: vt ff. de iure codicil. l. quidam referunt. in fi. Vel expone ibi quocunque modo, id est quòd sit caducum, vel in causam caduci, nō pro non scriptum. Item contra. ad idem. ff. de lega. j. l. ciuitatibus. §. Lucius. Sol. hic corrigit. vel ibi impropriè dicitur[m] pro non scriptum, id est quòd pro eodem habetur, ac si ille non fuisset scriptus: puta quia repudiauit hæreditatem. sed hodie videtur corrigi quod hîc dicitur: vt suprà de fideicommis. authen. hoc amplius. vbi dicit cum onere semper redire. Vel verius[n] ibi in pœnam non obedientis sibi aufertur. secus autem alibi: vt hic.

l Legatarij portio licet videatur esse pro non scripta, non tū accrescit collegatario in certis casibus. l Idem Sa. & Pau.

m Ista placet Sali.

n Dicemus q̄ ibi no loquitur in pro nō scriptis. Pau.

o Idē bald. & Sa.

s ¶ Perrarò.] nam quandoque superuenit[o] grauamen: vt si seruus sit legatus vt manumittatur, nam tunc cum onere remanet: vt ff. de fideicō. lib. l. cum verò. §. si pro non scripto. Item quando aliquis sibi adscripsit iussu testatoris, & cum onere. nam cùm non valeat: remanet, sed cum onere: vt ff. de ijs quæ pro non scrip. l. si. licet ibi alia ratione dicitur, pro non scriptum. Idem dicunt de legato dato alicui vt faciat impensam funeris. quod tamen non inuenitur lege expressum.

Vetus

ri ♁ in omni æuo valiturum.

¶ Olim quasi caduca deuoluebantur ad fiscum: hodie deuoluuntur ad substitutum coniunctum uel grauatum cum onere suo. hoc dicit usque ad §. in nouissimo. Bald. Vel sic: Legatum quod efficitur quasi caducum primò debetur substitutis, secundò coniunctis: & his non uolentibus uel non extantibus, remanet apud eum à quo est relictum: & à quocunque eorum debetur onus eidem adiectum. hoc dicit. Sali.

¶ Pro secundo verò ordine, in quo ea vertuntur quæ in causa caduci fieri contingebant, vetus ius [a] corrigẽtes, sancimus ea quæ ita euenerint, simili quidem modo manere apud eos [b] à quibus sunt derelictæ, hæredes forte, vel legatarios vel alios qui fideicommisso grauari possunt [c]: nisi & in hunc casum vel substitutus [d] vel coniunctus eos antecedat. ¶ Sed omnes personas, quibus lucrum per hunc ordinem defertur, eas etiam grauamen quod ab initio fuerat cõplexum, omnimodò sentire [e]: siue in dando sit constitutum, siue in quibusdam faciẽdis [f], vel in modo [g], vel cõditionis implendæ gratia, vel alia quacunque via [h] excogitatum. Neq; enim ferendus est † is qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit [i].

¶ Hæreditas potest adiri etiam clausis tabulis. & quo ad adeundum cedit dies à morte testatoris: sed quo ad transmittendum iura uetera seruantur ut legata & fideicommissa transmittantur. sed in hæredibus seruantur ut non cedat dies quo ad transmittendum nisi ab adita hæreditate. fallit in liberorum personis. item fallit quoties ius deliberandi transmittitur. hoc dicit usque ad. §. libertatibus.

¶ In nouissimo [k] autem articulo vbi propriè caduca fiebant, secundum quod prędiximus [l]: etiã clausis tabulis tam existere hæredes, quàm posse adire, siue ex parte sint, siue ex asse instituti, cẽsemus, & dies legatorum & fideicõmissorum (secundũ quod prædiximus) à morte defuncti cedere [m]. Hæreditatem etenim nisi fuerit adita, transmitti nec veteres concedebant, nec nos patimur [n]: exceptis videlicet liberorum personis, de quibus Theodosiana [o] lex super huiusmodi casibus introducta loquitur: ijs [p] nihilominus quæ sup ijs [q] qui † deliberantes ab hac luce migrant, à nobis cõstituta [r] sunt, in suo robore mansuris.

¶ Legatum libertatis cedit ab adita hæreditate: item legatum quod depẽdet ex libertate. hoc dicit usque ad. §. sin autem aliquid. Bald. Vel sic: Legata uel fideicommissa pura uel in diem certam relicta, cedunt à morte testatoris: excepto legato libertatis, usufructus, & quibusdam alijs, quæ cedunt à tempore aditæ hæreditatis. hoc dicit. Salice.

¶ Libertatibus [s] proculdubio & post præsentem sanctionem propter sui naturam, quæ aditionem hæredis [t] ♁ expectant, ab adita hæreditate vna cum alijs quæ seruis in testamento manumissis vel alijs legatis [v] relicta sunt, competentibus. Excepto etiam vsufructu, qui † sui natura ad hęredes le-

a ¶ **Vetus ius.**] quod erat vt ad fiscum peruenirent: vt. ff. de peti. hæredi. l. item veniunt. §. cùm autem.

b ¶ **Apud eos.**] imò non: vt. ff. de adi. le. l. filio. §. matri. quæ est contra. sed hîc corrigit. Vel ibi electa fuit mater vt ministra, nõ vt legataria. sicut & aliâs ff. de leg. ij. l. si quis Titio. in prin. & de ali. le. l. pecuniæ.

c ¶ **Possunt.**] possunt hoc autẽ omnes, qui honorantur cõmodo pecuniario: vt insti. de singu. re. per fi. re. in princi. & etiam debitor defuncti: vt. ff. de lega. j. l. si pecunia. & de ali. le. l. debitor defuncti. Accur.

d ¶ **Substitutus.**] imò quãdoq; substitutus non admittitur: vt. ff. de cap. l. ꝙ si filius. vbi filius qui domi remansit patre capto prædecessit. nam ei pupillariter substitutus nõ admittitur: sed illud [a] in pupillari substituto. hîc loquitur in vulgari et communi.

e ¶ **Sentire.**] vt. ff. de vsufr. leg. l. si ab eo. & ff. de leg. ij. l. si Titio & Męuio. §. Iulianus. Sed secundum hoc quomodo hîc blanditur Iulianus: nam dicit corrigentes quasi hoc ipse inueniat de nouo? Sed dic ꝙ inuentum erat per iurisconsultum, non per alium principẽ. Vel non erat generaliter sic cõstitutum. Sed videtur contra, scilicet ꝙ non cum onere redeat ad substitutum, nisi sit expressum: vt. ff. de hæred. insti. l. sub cõditione. vbi conditio apposita institu to, non intelligitur repetita in persona substituti. sed ibi erat conditio casualis quæ non dicitur onus. Item contra. ff. de lega. ij. l. Celsus. §. penult. & §. sequen. Solu. ille refert ius antiquum, quod refertur in eodem titu. l. si Titio & Mæuio. §. Iulianus. Et eodem modo potest responderi ad id quod dicitur. ff. de legatis. iij. l. j. §. fina. vbi relicta à legitimis proximioribus, non intelliguntur repetita à sequentibus. sunt ergo illa correcta. Vel in illa. l. de lega. iij. non venit ad substitutum: nec dicitur substitutus sequens agnatus, sed dicitur legitimus. Vel potest dari generalis solutio, vt semper intelligantur repetita, nisi pateat aliam fuisse defuncti voluntatem: vt hîc, & ff. de legatis primo. licet imperator. in fine. Sed quare aliud in primo ordine: quia non redeunt cum onere, hîc sic? Respond. [b] quia ibi nec aliquo tempore tenuit legatum: ideoque nec onus. hîc autem cœpit. argumen. ff. de hæredi. institu. l. circa. inde est quòd hic habet ex persona legatarij, ibi non. & ad hoc argu. ff. de iniusto testa. l. nam & si sub conditione. §. rumpendo. & ff. de verborum obligatio. l. in illa stipulatione. Item quid si alicui fuit relictum, & onus iniunctum: onus autem adimplere non posit. vtrum iure posit petere legatum? Ad quod respon. secundum H. si onus tenuit à principio, potest petere: vt. ff. de lega. iij. l. pater. §. Tusculanus. si verò non tenuit, non potest petere: vt. ff. de lega. ij. l. codicillis. in princip. Sed argumen. contra videtur. ff. de conditione & demonstratio. l. si quis eum. ADDITIO. Dicas quòd in illa. l. si quis eum. testator voluit ad legatarium aliquod commodum pertinere: puta interusurium medij temporis. vnde nimirum licet nullum sit onus, non tamen annulletur legatum. de hac quæstione vide pulchram distinctionem Bartol. in dicta. l. codicillis. ff. de legatis. ij.

f ¶ **Faciendis.**] hîc subdiuidit: vel in modo &c.

g ¶ **In modo.**] subdiuidit. & quod dicit in faciendo, intellige si potuit per alium expediri: vt. j. §. ne autem.

h ¶ **Via.**] vt legauit ei. c. posteà alio testamento vel codicillo aliquid dare vel facere præcepit.

i ¶ **Contemnit.**] vt et suprà de fur. l. fina. §. sed cùm in secunda. Arg. contra. ff. de nego. gest. l. si negotia.

¶ IN NOVISSIMO. ¶ CASUS. Genere legati quod dicebatur caducum, scilicet quando legatarij repudiabant, vel ante apertas tabulas decedebant: statuit imperator vt hæres siue ex parte siue in solidũ institutus adire posit hæreditatem à die mortis testatoris, & ante apertas tabulas dies legatorum vel fideicommis. cedat à morte defuncti: & petitionem transmittat ad hæredes: hæreditatem autem non aditam non transmittat ad hæredem extraneum: sed tantùm ad filios vel nepotes de quibus lex Theodosiana facit mentionem: vt si auus decesserit, nepotes habẽs ex filio: & filius ante mortem patris eiusdem aui decesserit, eam transmittet ad hæredem: salua cõstitutione promulgata super deliberatione hæredis, velit hæres adire: vt suprà de iure deliberan. cùm antiquioribus. vt tunc, scilicet tantùm temporis transmittat ad hæredes ad deliberandum: vel ad eundem quantum ei de anno superfuit. & licet dictum sit generaliter quòd dies legatorum cedat à morte testatoris: non tamen hoc intelligendum de legato libertatis: quia non cedet, nisi demũ adita hæreditate. Item nec legata relicta ei qui manumittitur nisi adita hæreditate. Item nec legata seruis legatis. vsusfru. verò nec ab hæredibus nec ad hæredes trãsmittitur. & hęc sunt vera in ijs quæ purè vel in diem certũ sunt relicta. Si autem legatum sit relictum sub conditione: siue fuerit mista, siue potestatiua, siue casualis, peti non poterit, nisi demum existente cõditione. ea autem pẽdente si moriatur legatari9, vel defecerit cõditio: remanebit apud eos à quibus erat relictum: & ad hæredes transmittet, nisi habeat substitutum vel coniunctum: cùm tam in institutionibus quàm in legatis & fideicommissis, & in mortis causa donatis posit fieri substitutio. apud hæredes autem remanebit pro portionibus hæreditarijs à quibus fuisset præstandum cum onere suo, nisi testator legatum reliquerit ab vno hærede: quia tunc penes grauatum de præstando legato remanebit apud eos pro virilibus portionibus: apud legatarios vel fideicommissarios, vel mortis causa dona. honoratas, vel alias personas quæ fideicommisso grauari possunt, remanebit pro virili portione. Viuia.

k ¶ **In nouissimo.**] id est vltimo.

l ¶ **Prædiximus.**] suprà eo. §. cùm igitur.

m ¶ **Cedere.**] hoc expone vt. s. eo. §. cùm igitur. in fi.

n ¶ **Patimur.**] vt & suprà de iure deliberan. l. quoniam. nisi in casu [c], scilicet quando retardauit hæres aditionem ex necessitate, vt quæstionem de familia occisi haberet: vt. ff. ad Syllania. l. si quis in graui. §. eleganter. & l. qui posthumos.

o ¶ **Theodosiana.**] quam habes. j. titu. j. l. j. quæ dicit transmitti non aditam ad liberos.

p ¶ **Iis.**] scilicet exceptis.

q ¶ **Super ijs.**] hæredibus.

r ¶ **Constituta sunt.**] vt vsque ad annum transmittat sciens: vt suprà de iure delib. l. cùm antiquioribus.

s ¶ **Libertatibus.**] scilicet competentibus: vt infrà de manumiss. testa. l. iij. ne si diceretur à morte testatoris eis competere, hæreditate posteà non adita reuocarentur. quod esset absurdum. & sit hæc exceptio ab eo quod dixerat, & diem &c.

t ¶ **Hæredis.**] redit ad eum versum qui est. s. & diem legatorum &c.

v ¶ **Alijs legatis.**] seruis erant legata relicta: & posteà testator legauerat seruos alijs hominibus, cum rebus eis legatis: non ergo cedunt legata relicta seruis manumissis vel legatis, nisi ab adita hæreditate: vt hîc, & ff. quando dies lega. ce. l. hæredis. §. ii. & l. cum legato. & ff. ad legem Falcid. l. j. §. ad eos. Et in primo [d] casu est ratio: ne prius legatum cedat quàm libertas: vt in illa. l. hæredis. In secundo illa ratio est, quia cùm in seruo legato nullum ius habeat

♁ In omne æuũ &c.

a Sequitur ed bar. & P.

† Cõcor. c. accedentes. in gl. j. in fi. extra de pręscrip.

b Idẽ Bar. & Pau.

Legatũ cũ onere impossibili legatario relictum an peti possit.

† Aliâs, quę super ijs personis quæ delib. &c.

♁ Expectat.

† Aliâs quẽ sua natura.

c Vide plures alios casus per gl. & Bar. in. l. vẽtre. ff. de acqui. hæredi.

d Sequitur Bar. Ia. & P.

legatarius ante aditam hæreditatem: meritò ei per eum ab eodem testatore relictum legatum, nullo modo quæritur: vt.ff. quando dies leg. ced. l. cùm ita. §. j. licet (quod est mirabile) legatarius ab ipso tēpore mortis videatur fictione iuris fuisse dominus: vt.ff. de noxa. act. l. si seruus legatus. sed inspecta veritate, non est: vt.ff. de leg. j. l. si tibi homo. §. cùm seruus. Alij intelligunt hunc secundum casum in seruo mihi legato, & me rogato per fideicom. manumittere. quod non placet[a]: quia expresim dicit lex, idem in legato relicto seruo sine libertate: vt.ff. de opti. leg. l. si optio.

a Et bene Pau.

a ¶ Non patitur.] vt & supra de vsufru. l. ambiguitatem. & ff. quando di. leg. ced. l. ij. & iij. Item excipe[b] vsum & habitationem: vt.ff. quando dies leg. ce. l. ij. fortè[c] idē est in omni seruitute etiā reali: vt arg. ff. de serui. lega. l. fin. & ff. communia præ. l. fina. & ff. quemadmodū serui. amit. l. si partem. §. j. Sed argu. contra ff. de serui. le. l. si fundū. in fine. dic vt ibi not.

b Sequitur Bar & Pau. c Nihil est Pau.

ADDITIO. Dicas quòd in seruitutibus realibus dies cedit à morte testatoris, sicut in alijs rebus legatis: quia cessat illa ratio quæ est in vsufructu: cùm istę seruitutes sint trāsmißibiles ad hæredes: vt.ff. de serui. rust. præ. l. pecoris. ita vult hîc Cy. & sequitur Bartol. & communiter doctores.

b ¶ Vel mista.] de quibus habes exempla. ff. de hæredi. instituend. l. suus quoque. §. puto generaliter.

c ¶ Ex fortuna.] red de singula singulis.

d ¶ Cōditio impleatur.] ante ergo non cedit, vt transmittatur: vt hîc, & ff. de min. l. in causæ. ij. §. Pomponius. & supra de fideicommiss. l. si in persona. & hoc verū[d] nisi talis sit conditio quæ omnino est extitura incontinenti adita hæreditate: vt des decē si hæres eris: vt.ff. de lega. j. l. iij. Vel quæ tacitè insit: vt à primo legatario, lego alij. tacitè intelligitur, si suum legatum agnouit: vt.ff. de cōdi. & demō. l. conditiones. Idē si est omnino extitura: vt lego tibi decē si morieris: vel cùm morieris: vt.ff. quādo dies leg. ced. l. si cùm hæres. & ff. de conditio. & demonstratio. l. hæres meus.

d Idē Bar. Sal. & Pau.

† Oneratę

gatarij trāsmitti non patit[a]: quia neque à morte testatoris, neq; ab adita hæreditate, quantū ad trāsmissionem, dies eius cedit. ¶ Sed hæc omnia in ijs obseruari sancimus secundum præfatam dispositionem, quæ purè vel in diem certum relicta fuerint.

¶ Dies legatorum & fideicommissorum cedit à morte si legatum & fideicommissum est purum: sed si conditionale uel in diem incertum, non cedit nisi adueniente conditione uel die incerto. & si interim decedit legatarius uel fideicommissarius, non transmittitur: sed uadit ad substitutum uel coniunctum: uel remanet hæredi testatoris. idem in donatione causa mortis: in qua etiam substitui potest. hoc dicit usque ad. §. sed ut manifestetur. Bal.

¶ Sin autem aliquid sub cōditione relinquatur, vel casuali, vel potestatiua, vel mista[b], quarū euentus ex fortuna[c], vel ex honoratæ † psonę volūtate, vel ex vtroq; pendeat, vel sub incerto die: expectari oportet cōditionis euentum sub qua fuerit derelictū, vel diē: vt tūc cedat, cū vel conditio impleatur[d], vel dies incertus extiterit. ¶ Quòd si in medio is qui ex testamēto lucrum sortitus est, decedat, vel eo superstite[e] cōditio defecerit: hoc quod ideo non præualuit, manere disponim° simili modo[f] apud eos à quibus relictū est: nisi & hoc vel substitutus relictū accipiat, vel coniunctus siue hæres[g] siue legatarius hoc sibi acquirat: cùm certi iuris sit, & in institutionibus, & legatis, & fideicommissis, & mortis causa donationibus[h] posse substitui.

¶ Omne quod decisum est ab aliquo: si ad sua initia reuertitur, taliter reuertitur qualiter emanauit ab illis. h. d. usq; ad. §. ne autem. Bal.

¶ Sed vt manifestetur pro qua parte manere oportet hoc quod fuerit defectū, apud eos à quibus sit derelictum: sancimus, siquidē ad hæredes lucrū pueniat, pro parte hæreditaria fieri eius distributionem: cùm & ab ipsis[i] simili modo si valuisset præstaret, nisi nominatim ab vno vel à certis hæredibus fuerit derelictū. tūc em queadmodum solus, vel soli præstabunt, ita & lucrū sentient. ¶ Sin autē legatarij vel fideicommissarij sint, vel mortis causa donatione honorati, vel alia fortè persona quę fideicōmisso prægrauari potest, & hoc euanescat: manere hoc apud enumeratas personas sancimus pro virili[k] omnimodo portione, id est pro numero personarum.

¶ Hic. §. est ualde notabilis, & hoc dicit: Onus quod potest per alium impleri, migrat de subiecto in subiectum, id est ambulat de legatario cuius est legatum caducum uel quasi, in substitutum uel coniunctum eius uel grauatum: apud quem remanet emolumentum: secus in grauamine quod ab alio impleri non potest. nam illud non migrat de subiecto in subiectum. hoc dicit usque ad. §. his ita definitis.

Certa est forma iurisdictiõis qua fideicõmissi seruãdi causa in possessionẽ rerũ quæ in causa hæreditaria sunt, aut dolo malo esse desierũt, is cui legati vel fideicõmissi nomine satis non datur, mittitur[h], vel in proprias res hæredis, si fideicõmisso satis non fit † post sex mẽses[i] quã peti † cœperit, secundũ diui Antonini patris mei constitutionem[k]. PP. vj. Id. Ianua. Fusco. ij. & Dextro Conss.

Cautio legatorum potest per testatorem remitti, sed non cautio frustratoria. h. d. Bald. Vel sic: Satisdatio de legato soluendo, potest à testatore remitti non de utendo fruendo arbitrio boni uiri. Sali.

Idem A. Proculiano. LEX VII.

Scire debetis fideicõmissi quidẽ et legati satisdationẽ remitti posse, diuũ Marcũ & diuũ Commodum constituisse[l]. Vt autẽ boni viri arbitratu is cui vsusfructus relictus est, vtatur fruatur: minimẽ satisdationẽ remitti testamento posse[m]. PP. x. Calen. Mart. Fusco. ij. & Dextro Conss.

Pro legato reipublicæ tenentur administratores satisdationem patere: quod si non faciant, tenentur ad interesse. Sali.

Impp. Diocl. & Maximian. AA. & CC. Zenodoro. LEX VIII.

Contra eos, siue successores eorũ, qui rempublicã administrantes per officij necessitatẽ ciuitati sub conditione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt: quãti reipublicæ intererit satis acceptum nõ esse[n], dirigendã certum est actionẽ[o]. Suppos. vij. Cal. Mart. CC. Conss.

TIT. LIIII. De suis & legitimis liberis† & ex filia nepotibus ab intestato venientibus.

Legitima successio non excluditur licet intra centum dies bonorum possessio non petatur. h. d. Bal. Vel sic: Hæres legitimus à succedendo nõ excluditur centum diebus. h. d. Sali.

DE SVIS ET LEGITIMIS &c. *Vsque huc dixit de successionibus testamentarijs: nunc de ijs quæ ab intestato deferuntur. & primò de linea inferiori & superiori, usque ad titu. de legi. hære.*

Pignus prætorium quãliter constituitur. — * Fideicõmissariam Alias cõdebet habet, per fideicõmissarium &c. — † Aliàs, cõuenire pot. — Satisdatio etiã datur pro hæreditate. — † Aliàs, nõ fecit. — † Aliàs, petere. — † Aliàs, de delegitimis liberis &c. — Continuatio.

SI fratri.] CASVS. Mulieri erat delata bo.poſſ. in bonis fratris inteſtati:eam intra centum dies non agnouit:an tempore prædicto excludatur? Dicitur ꝙ non:cùm ſit fratris hæres legitima, vt quia eodem patre nata eſt, quia ſuper hoc datur ei annus. Vel dic: Mulier quædam habebat fratrem cui erat agnata: deceſſit frater nullo alio relicto, qui ſit proximior: mulier nõ excluditur ab acquiſitione hæreditatis illius cẽtum dierum ſpatio.

a ¶ Legitima.] vt quia ex eodẽ patre nata eſſet. ſed ſi ex eadẽ matre tantùm: cognata eſſet: vt inſtitu.de legi. agna. ſuc. §. ſunt autẽ. & ſic repellitur vterina centũ diebus elapſis: vt.ſ. qui admit. ad bono.poſ.l.ij.et.ff.vnde cog. l.j.in princip. Sed hodie etiam vterina admittitur: vt.j.de legi.hære.l. fin. §. ſed nec fratrẽ. cum diſtinctione tamen, per aut. vt præponatur vtrinq; coniunctus: vt.j. communia de ſucceſ.aut.itaque.

b ¶ Non excluderis.] cũ de iure ciuili.ſ.l.xij.tabularum admittaris: vt inſtit.de perpe.& tempo. act.in prin.& hæc lex melius ſtaret ſub illo titul.j. de legi.hæredi.

NEpotes.] CASVS. Deceſſit paterfa.in teſtamẽto relictis ex vno filio mortuo duobus nepotibus: ex alio quatuor: an in ſtirpes, an pro æqualibus portionibus ad ſucceſſionẽ admitti debeant, quæritur? Reſpon.ꝙ in ſtirpes diuidenda eſt hæreditas, ſcilicet ꝙ duo habeant vnam medietatem: alij quatuor aliam dimidiam.

c ¶ Numeri.] ex vno duo: ex alio tres vel quatuor. Accurſius.

d ¶ Succedũt.] vt inſti. e.§.cũ filius.& in aut. de hære.ab inteſt.§.j.col. ix.

VT inteſtato.] CASVS. Deceſſit paterfa.relicto filio & nepote ex altero filio mortuo: an filius & nepos æqualiter ſuccedere debeant, quæritur? Reſpond. quòd ſic.& hoc.l. xij.tab.cauetur. Idem eſt in ſucceſſione de iure prętorio danda: vnde liberi bono.poſſeſ.

e ¶ Cauetur.] vt inſti. eo.§.cùm filius.

f ¶ Sequitur.] dando vnde liberi bonorũ poſſeſſionem.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Criſpinæ.

LEX I.

SI fratri tuo legitima[a] hæres eſſe potes: cẽtũ dierũ pręfinitione nõ excluderis[b] ab acq̃rẽda hęreditate. PP. iij. Noñ. Nouembr. Antonino A.ij.& Geta. ij. Conſ.

¶ *Nepotes ex diuerſis filijs ſuccedunt auo in ſtirpes.h.d.Bal.*

Impp. Dioclet.& Maximian. AA. Auiæ.

LEX II.

NEpotes ex diuerſis filijs varij numeri[c] auo ſuccedẽtes ab inteſtato, nõ pro virilibus portionibus, ſed pro ſtirpibus ſuccedunt[d]. S.iij. Cal. Mart. Hadrianopoli, ipſis AA.iiij.& iij. Conſ.

¶ *Filius filij præmortui ſuccedit æqualiter auo cum ſuperſtite eius filio.h.d.Bal.*

Idem AA.& CC. Frontoni. LEX III.

VT inteſtato defuncti filius ac nepos ex alio qui mortis eius tẽpore in rebus humanis nõ inuenitur, manẽtes in ſacris, pariter ſuccedãt: euidẽter lege duodecim tabularum cauetur[e]. quod et honorarij iuris obſeruatio ſequitur[f]. S.xv. Cal. Iul. AA. Conſ.

¶ *Filius poſthumus præfertur ſorori defuncti. hoc dicit.Bald. Vel ſic: In ſucceßione ab inteſtato potior eſt cauſa deſcendentium quàm collateralium. hoc dicit. Vel ſic: Filius præfertur ſorori defuncti.h.d.Sali.*

Idem AA.& CC. Marcellæ. L. IIII.

INteſtato quidẽ defuncto[g] poſthumum ſuũ hæredẽ, quàm ſororem[h], licet cõſanguineam, haberi potiorem ordo ſuceſſionum lege duodecim tabularum factus[i], nimis[k] euidenter demonſtrat. S. vj. Id. Decembr. AA. Conſ.

¶ *Adoptiuus admittitur ad ſucceßionem cum filijs legitimis & naturalibus. tã natis ante adoptionem quàm poſt.h.d.Bal.*

Idem AA.& CC. Appiano. LEX V.

INteſtato.] CASVS. Paterfa. ſororem habẽs, ab inteſtato deceſſit, vxore prægnante relicta: poſthumus an ſoror conſanguinea, id eſt eodem modo ex patre nata, ad hæreditatem eius admitti debeat, quæritur? Dicitur quòd poſthumus.

g ¶ Defuncto.] ſcilicet patrefamiliâs.

h ¶ Sororem.] defuncti.

i ¶ Factus.] vt inſti.de hæredi.quæ ab inteſta.in prin.

k ¶ Nimis.] id eſt valde.

SI te.] CASVS. Titius filium in poteſtate ſua habens, eum Seio dedit in adoptionem: an Seio mortuo filius Titij cum filijs Seij naturalibus & legitimis, vel poſt adoptionem vel ante acquiſitis, ſuccedere poſſit, quęritur? Dicitur quòd ſic.

l ¶ Naturalibus,] ſubaudi & legitimis: & hoc ſi tempore mortis naturalis patris non es ab adoptiuo patre emancipatus: vt inſti.de hære.quæ ab inteſta.§.at hi.

EX libera.] CASVS. Seruus cũ libera cõſuetudinẽ habens, filiũ ex ea ſuſtulit: poſteà manumiſſus & natalibus reſtitutus decurio factus eſt: an filius habendus ſit, vel pro filio decurionis, quæritur? Dicitur quòd non.

m ¶ Filius.] vt euitet tormenta.vt.j.de pœnis.l.decurionum filij.

n ¶ Natalibus.] aliâs non fuiſſet ad honores admiſſus: vt.j.ad legem Iul.viſcẽl.l.j. Accurſius.

SI te parens in cuius fuiſti poteſtate, ſolenniter in adoptionem dedit: cum filijs naturalibus[l] adoptiui patris ante vel poſt quæſitis defuncto inteſtato ſuccedere potes. D. vj. Calend. Mart. Cæſaribus Conſ.

¶ *Natus ex libera & ſeruo, non ſuccedit ut ſpurius: licet patri dignitas ſuperueniat.h.d.Salice.*

Idem AA.& CC. Poſidonio. LEX VI.

EX libera cõceptus & ſeruo, velut ſpurius habetũ: nec vt decurionis filius[m] (quãuis pater eius naturalis manumiſſus, & natalibus[n] ſuis reſtitutus hunc adeptus fuit honorẽ) defendi poteſt[o]. Sup poſ. vj. Id. Febr. CC. Conſ.

¶ *Libertus filium habet in poteſtate: ideo ad eius ſucceßionem admittitur ut legitimus.h.d. ſecundum Sali.*

Idem AA.& CC. Aemylianæ. L. VII.

FIliũ habere ſuũ libertus in poteſtate nõ prohibetur[p], cũ ob præteritum ſtatũ ex legitimis nuptijs[q] ingenuorũ exemplo filios habere liberto nõ ſit interdictum. S.xvj. Cal. Mart. CC. Conſ.

¶ *Exiſtentia ſui hæredis operatur tranſmißionem de filia ad matrem.h.d. communiter ſecundũ doct. Vel ſic: Si filia ſe immiſcuit bonis patris apud hoſtes defuncti, hæres extitit, licet certitudinaliter mortem eius tunc neſciuit. hoc dicit. Salicetus.*

Idem AA.& CC. Catoniæ. L. VIII.

APud hoſtes patre defuncto, filia cõmunis vobis[r] quo caſu mortis ſciẽtia nõ poſtulatur[s], hæres extitit ſua, & ad te tranſmiſit ſucceſſionẽ[t]. S.xij. Cal. Decẽb. Nicomediæ, Cæſaribus Conſ.

¶ *Auo uel auiæ ab inteſtato morienti ſuccedũt nepotes ex filio cum auunculis & materteris cũ diminutione tertiæ partis eius portionis in qua parens ſuccederet ſi uiueret: & eis præteritis uel exhæredatis, contra teſtamentum competit idem ius quod parenti eorum competeret ſi uiueret.h.d.Sali.*

Imppp. Valentin. Theod.& Arcad. AAA. Cõſtãtinopræfe.præto. LEX IX.

SI defunctus[v] cuiuſcunque

o ¶ Defendi poteſt.] tẽpore cõceptionis circa ſtatum patris inſpecto: vt ff.de ſenato. l. emancipatum.§.ſi quis.

FIlium.] CASVS. An libertus filium in poteſtate habere poſſit, quæritur? Dicit ſic: nec eius præteritus ſtatus.ſ. ſeruitus illũ impediret ad exẽplũ ingenuorũ, cùm ei contrahere matrimonium legitimum interdictũ nõ ſit.

p ¶ Nõ prohibetur.] vt.j.de ſer.reipub.ma.l.ſi decretum.& de pat. pote. l.libertos.

q ¶ Nuptijs.] poſt manumiſſionẽ cõtractis. Sed q̃d ſi ante, & poſteà filius eſt procreatus? Rñ. idem. arg.ſ.de nup.l.& ſi cõtra. &.ff.de ritu nupt.l. ſi q̃s in ſenatorio. Ar. contra. ff.mã.l.ſi procuratorem. ſed ſecus in caſu. l. proxi.

APud hoſtes.]

r ¶ Vobis.] matri loquitur.

s ¶ Non poſtulatur] ſ. verè: vt inſti.de hæredi. quæ ab inteſta.§. poſthumi. Sed ſcire debet qñ fuit captus: quia tũc præſumitur mortuus.

t ¶ Succeſſionem.] vt ff.de iure fiſ.l. Lucius. trãſmittitur ergo hæreditas etiam ad ſuperiores licet non adita, ſicut ad inferiores: vt.ſ. de ijs qui ante aper.tab.l.j.& eſt argu. ff. de inoffi.teſta. l. nam & ſi parentibus. & de hac materia dicitur.ff. de acquiren. hæredit.l.ventre.

Hæreditas nondum adita ad ſuperiores an trãſmittaſ.

ADDITIO. Aduertas quòd Barto.in. d.l. j.ſuprà.de ijs q̃ ante aper. tab. reprehendit ibi gloſſ. ad ipſum etiam tenentẽ: quia dicit eſſe contra caſum.l.ij.in.§.ſi quis ex liberis.ff.ad Tertullia. Nec obſtat ſecundum eũ hæc lex: quia loquitur de ſuis qui tranſmittunt ad omnes: vt eſt caſus ſecũdũ eũdẽ Bar. ibi in.l. ventre. &.ff.de acq.hære. & in.l. iij.ſ.de iure delib. De quo vide latius per eũdẽ in.d. l. ventre.in.iij.col.verſi. quartus caſus &c. & tangit idem Bar.in.l.ij.j.ad ſenatuſcon.orficianum.

SI defunctus] CASVS. Quod in.l.iſta dicitur, habebat locũ iure antiquo. pone ꝙ auus maternus deceſſit relictis pluribus filijs: & ex vna filia præmortua reliquit plures nepotes vel pronepotes: illi nepotes ſuccedũt auo cũ patruis & auũculis ſuis cum diminutione tertiæ partis, quæ debet dari auũculis iſtorũ nepotũ. & hoc in prima. In ſecũda dicit, quod ſtatuimus in bonis aui materni: idẽ habeat locũ & in bonis auiæ maternæ vel paternę.ſ. vt nepotes ſuccedãt cũ diminutione tertiæ partis. Tertiò dicit, ꝙ hoc verũ eſt, niſi auia iuſſit comburi inſtrumẽtũ in quibus nepotes erãt inſtituti: & poſteà fecit inſtrumentũ in quo extraneos inſtituit, & nepotes exhæredauit. Quartò dicit, rediẽs ad primũ: ſiue auus vel auia mortuus fuerit, teſtatus vel teſtata, & nepotes prætererit vel exhæredauerit: quia nepotes ſuccedunt cum diminutione tertiæ partis. Quintò dicit, quòd ſi pater exhæredaſſet filiam ſine cauſa, quòd habebat querelam inoffi.teſt.& peti.hæreditatis: & ea filia eandẽ actionem tranſmittit ad filios ſuos qui ſunt teſtatoris nepotes. & hoc dicit.

v ¶ Si defunctus.] aliquis maſculus.& hîc puncta.

Ex filia.

a ¶ Ex filia.] ſecus ſi ex filio.
b ¶ Accreſcat.] vt inſti.de hære.quæ ab inteſt.§.item vetuſtas.&.ſ.de col.l. illam.Sed hodie contrà.vt in aut.ibi poſita.
c ¶ Aequitate.] ſiue nepotes ex filio,ſiue ex filia relinquat:ſed in maſculo decedente diſtinguitur:ex filio,vel an ex filia relinquatur:vt.d.l.illam.

ſexus aut numeri reliquerit filios, & ex filia [a] diem functa cuiuſcũq; ſexus aut numeri nepotes:ei⁹ partis quam defuncta ſuperſtes patri inter fratres ſuos fuiſſet habitura, duas partes conſequãtur nepotes ex eadẽ filia,tertia pars fratrib⁹ ſororibúſve ei⁹,quæ defuncta eſt, id eſt filijs filiabusq; eius de cuius bonis agit,auũculis ſcilicet ſiue materteris eorũ quorũ cõmodo legẽ ſancimus,accreſcat[b]. Hæc eadem quæ de aui materni bonis cõſtitui mus,& de auiæ maternæ ſiue etiã paternæ ſimili æquitate [c] ſancimus : niſi fortè auia elogia [d] inurenda impijs nepotibus iuſta ſemotis ratione dixerit, & hoc fuerit legibus approbatũ. ¶ Non ſolũ autẽ ſi inteſtatus auus auiáve deceſſerit,hæc nepotibus † quæ ſancimus iura ſeruam⁹:ſed & ſi auus vel auia quibus huiuſmodi nepotes erunt,teſtari obierint, & prętererint [e] nepotes,aut exhæredauerint.eadem [f] & de iniuſto auorũ teſtamento. ¶ Et ſi quæ filiæ poterant,vel de re[g],vel de lite[h] competere actiões, nepotibus deferimus ſecundũ iuſtum noſtræ legis [i] modum[k], quæ [l] de parentum inofficioſis teſtamentis competũt filijs. D.v.Cal.Mart.Mediolani,Timaſio & Promoto Conſ.

¶ Emancipatio non concernit lineam maternã. h.d.Bal.Vel ſic:Emancipatio non excludit à ſucceßione eius qui emancipatum nõ habuit in poteſtate,ſed emancipatis tantùm.h.d.Sali.

Impp.Theod.& Valentin.AA.Maximo præfec. præto. **LEX X.**

VBi auiarũ[m] ſucceſsio morte interueniẽte diſcutitur,capitis diminutio[n] paterna quærenda nõ eſt. Tũc enim in huiuſmodi hęreditatibus filiorũ ſtatus aut perſona ſpectatur,quoties de eius bonis qui poteſtatem familiæ potuit habere,tractatur[o].D.xv.Calend. Octob.Rauennę,Theodoſio. xiij. & Valentiniano.iij. AA.Conſ.

¶ Patri & matri filius & filia ipſo iure ſuccedunt.h.d.ſecundum Bal.Vel ſic : In ſucceßione ab inteſtato primo admittuntur deſcendentes quàm aſcendentes.h.d.Sali.

Impp.Theod.& Valentin.AA.ad Senatum vrbis Romæ. **LEX XI.**

d ¶ Elogia.] i.teſtamẽtũ in quo inſtituerat nepotes,fecit deleri vel cõburi verè,& eos ex vera & iniuſta cauſa præteriuit vel exhæredauit in ſecundo teſtamẽto.vnde non poſſunt agere querela : vt in authen.de hære. & fal.§. exhæredatos.colla.j.
e ¶ Præterierint.] ſine cauſa.
f ¶ Eadẽ.] ſ.iura ſeruamus.ſ.quæ ſequuntur.
g ¶ De re.] i.hęreditatis petitione proponẽda.
h ¶ Vel de lite.] i.de q̃rela inofficioſi teſtamẽti, ſi ipſi eſſent exhæredati.
i ¶ Legis.] ſ.huius.
k ¶ Modũ] quę de ſupplenda quarta dicit : vt.ſ. de inoffi.teſta.l. omnimodo.& l.ſi quis filiũ. quod eſt falſum, cùm illę ſint poſt iſtam. De ſeipſa ergo dicit, vel de alijs tractantibus de inofficioſis.
l ¶ Quæ.] ſ.actiones.

† Aliàs, de nepotibus.

VBi auiarum.] CASVS. Materfam.deceſsit nepote ex filio relicto:an ad hoc vt ſuccedere ei poſsit, quæri debeat,fuerit pater eius emãcipatus vel nõ, q̃rit? Dicitur ꝙ non : quia hoc quærẽdũ eſt de ſucceſsione eius qui filium habere poteſt in poteſtate. fœmina aũt habere nõ poteſt.
m ¶ Vbi auiarũ.] tractatur enim an filius filij emãcipati ſuccedat auiæ paternæ vel maternæ.
n ¶ Diminutio.] ſ.minima:vt emancipatio.
o ¶ Tractatur.] ſed mulier non poteſt poteſtatẽ habere familiæ : vt inſtit. de adop.§.fœminæ.

SI matre.] CASVS. Si aliqs matrem & filios habens,illis ſupſtitib⁹ deceſsit:in ſucceſsione illius mater an filius pręferri debeat, quęritur.Reſpon.ꝙ filius.
p ¶ Succedant.] excluſa matre:quia prima cauſa eſt in ſucceſsione filiorum:vt inſti.de hære.quę ab inteſt.in prin.
q ¶ Pronepotibus.] id eſt nepotibus defuncti,qui ſunt pronepotes ad eam cui præferuntur.

QVoties.] CASVS. Dicit ꝙ deſcedẽtib⁹ ex linea materna nõ daĩ bonorũ poſſeſsio vnde liberi in bonis maternis:nec etiam agnati & collaterales poſſunt quartã partẽ hæreditatis mortuæ perſonæ ſibi vẽdicare:nec etiã tertiã iure nouo:licet per.l.ſ.e.l.ſi defunctus.poſſent.ſed ſoli deſcendentes admittentur ad ſucceſsionem mortuo parente:quia in prima cauſa ſucceſsionis eſt deſcendentiũ.& hoc n prima.In ſecunda dicit,ꝙ locum habet in futuris negotijs,& nõ præteritis.& hoc dicit.
r ¶ Nepotibus.] ex filio vel filia,cùm de hæreditate fœminæ agitur : vel ex filia cùm de hæreditate matris:nam iſtis non competit vnde liberi : quia vnde libe.datur illis quibus contra tabulas dari poteſt:vt.ff.ſi tabu. teſta. nullæ ex.l.j.§.recte.&.§.labeo.& iſtis competere non poteſt contra tabulas:vt.ff. de contra tab.l.illud.§.ad teſtamenta.
s ¶ Agnatis.] in tertio vel quarto gradu,vel deinceps:vt inſtitu.de hæred. quæ ab inteſt.§.fi.Accur.
t ¶ Quartam.] ſed nec tertiã habẽt hodie per aut.vt dixi in.l.ſi defunctus.

SI matre ſuperſtite filius vel filia qui qúæve moritur, filios dereliquerit : om̃imodo patri ſuo mátrive ſuæ ipſo iure ſuccedát[p]. quod ſine dubio & de pronepotibus [q] obſeruãdũ eſſe cenſemus. D. Idib.Nouembr.Theodoſio.xv.& Valentiniano.iij.AA.Conſ.

¶ Deſcendentes(etiam quibus non competit bonorum poſſeßio unde liberi)potiores ſunt de iure ciuili quàm collaterales agnati.Sali.

Imp Iuſtinian⁹ A.Mẽnę prę.prę. **L. XII.**

QVoties aliqs vel aliqua ĩteſtatus vel ĩteſtata mortu⁹ vel mortua fuerit,nepotib⁹ [r] vel ꝓnepotib⁹ cuiuſcũq; ſex⁹ vel deinceps alijs deſcẽdẽtibus derelictis, qbus Vnde liberi bonorũ poſſeſsio minimè cõpetit, & inſuper ex latere quibuſcũq; agnatis [s]:minimè poſſint ijdẽ agnati quartá [t] partẽ hæreditatis mortuæ pſonæ ſibi vẽdicare,ſed deſcẽdẽtes ſoli ad mortui ſucceſsionem vocentur. ¶ Quod tantũ in futuris,non etiã in prætcritis negotijs ſeruari decernimus. D.Calẽ.Iul. Conſtantinop. DN. Iuſtiniano A.PP.ij.Con.

In authen. de hære. ab inteſta. §. j. coll.ix.conſtitu.j.

¶ Hodie ad ſucceßionem defuncti primò uocãtur liberi,ſublata differentia ſexus, et patriæ poteſtatis.h.d.Sali.

IN ſucceſsiõe mortui patrisfamilias ſiue filijsfamiliâs, liberi ei⁹, ſi ſunt,omnibus alijs prælati, ſuccedunt. ¶ Primi quidem gradus [v] æqualiter [x] ſuccedũt,nepotes et vlteriores in ſtirpes[y], nõ diſtinguẽdo ſexum vel iura poteſtatis, ſed ſola naturali cauſa inſpecta[z].

IN ſucceſsione.] CASVS. Authẽ. iſta dicit idem cũ.l.C.ſcilicet ꝙ in ſucceſsiõe ab inteſtato potior eſt cauſa deſcẽdẽtiũ,quã collateraliũ.addit autẽ iſta authẽ. aliquid : nã dicit quòd ſi decedat paterfamil. ſiue filiusfa. potior eſt cauſa deſcẽdentiũ : & ſi plures ſunt eiuſdem gradus, vt ſunt filij primi gradus, vocãtur æqualiter. ſi diuerſi grad⁹ ſunt, vt ſunt nepotes.vocantur in ſtirpes: & vocantur ſublata differentia emancipationis,& patriæ poteſtatis,et ſexus:& ſublata differentia agnationis & cognationis,ſola naturali cauſa inſpecta.
v ¶ Primi quidẽ gradus.] vt ſunt filij.
x ¶ Aequaliter.] id eſt pro virili.
y ¶ In ſtirpes.] hęc etiã olim erat: vt.ſ.co.l. nepotes.ſec⁹ in collateralibus: vt in cor.aut.§ ſin autem defuncto.Vel dic, vt not. in aut. ceſſante infrà. de legi.hære.
z ¶ Sola naturali cauſa inſpecta.] hîc videt corrigi quod de adoptiuis dicitur, ꝙ cum naturalibus ſuccedãt:vt inſti.de adop.§. ſed hodie. quod non placet:nã verbum ſola,hîc poſitũ differẽtiã patriæ poteſtatis, ſexus,& cognationis tantũ tollit.ſic.ſ.de iur.om. iudi.l.ij.puto tamẽ per hæc verba ſublatum eſſe edictum de coniungẽdis cũ emã. li.Item vſq; ad quẽ gradũ admittitur cognatus : nunquid vt olim:vt inſti.de ſuc.cog.§.fin? Reſpõ.non:quia ſic differret agnatus à cognato. Sed permittã in omnib⁹ ſucceſsionẽ vſq; ad gradum decimũ.Itẽ nunquid dñs cognato ſerui ſui ſuccedet?Rñ.nõ:quia nec hoc per prætorẽ fiebat,qui tãtũ naturalẽ cauſam intuebatur:vt.ff.vnde cog. l.ij. & inſtit.de ſeruili cog. in prin.Et no. ꝙ hæc verba, ſola naturali &c.nõ ſunt de cor. aut.ſed Ir. poſuit.

Cognati & agnati hodie ſuccedunt vſque ad decimũ gradum.

TIT. LV.

Ad ſenatuſconſultum Tertullianum.

¶ Mater ſuccedit filio infanti ab inteſtato morienti,& econtra. h.d.Sali.

Impp.Diocle t.& Maximian.AA.& CC. Viuianæ. **LEX I.**

LIcet [a] liberi matribus ab inteſtato ita demũ per ſe [b] hæredes exiſtant, ſi fari poſſint : tamen matres liberis etiã ſi infantes naturæ

¶ AD SENATVSCONSVLTVM TERTVLLIANVM. ¶ *Dictum eſt de ijs qui ſuccedunt aſcẽdentibus : nunc de ijs qui ſuccedunt deſcendentibus.*

Continuatio.

LIcet.] CASVS. An filius infans matris ab inteſtato mortuę hæreditatem per ſe adire poſsit,quæritur? Dicitur ꝙ non:ſed per tutorem. Si autem infans deceſsit : an mater eius ſuccedere poſsit per ſe,quæritur? Dicitur quòd poteſt.
a ¶ Licet.] per ſuam conditionem quæ & annum deſyderat.
b ¶ Per ſe.] ſed per tutorem poteſt etiam infans:vt.ſ. de iure delibe. l. ſi infanti.&.l.potuit.

a Conceſſerint.] id eſt deceſſerint.
b Poſſe.] ſed quid de patribus? Reſpon pater vel habebat filium in poteſtate: & ſic iure veteri non habet hæredem ab inteſtato. vel emancipauerat, & ſuccedebat ei, ſi cõtracta fiducia, id eſt ſeruato iure ſucceſsionis emãcipaſſet: quod hodie præſumitur: vt inſti. de legi. ag. ſucceſ. §. fi. & j. l. proxi.

l Feſtinatione.] quòd ante completum annũ nupſit poſt mortem viri.
m Infamis ſit.] vt & ſ. ex quib. cau. infa. irrog. l. decreto. & ff. de ijs qui notan. infa. l. j. Accur.
n Permittimus.] hoc aliqua conditione.
o Pœnarum.] quæ numerantur ſ. de ſecun. nup. l. j. in fi.

conceſſerint[a], poſſe[b] ſuccedere, nulla dubitatio eſt. PP. x. Calend. April. Tyberiano & Dione Cõſ.

Pater præfertur matri in ſucceßione filij. hoc dicit. hodie autem concurrunt: ut in aut. de functo. j. co. Salice.

Idem AA. & CC. Rheſæ. LEX II.

IN ſucceſsione filij[c] vel filiæ cõmunis ſine liberis & fratribus & ſororibus morientis, pater manumiſſor[d], quia ei ſit vetus ius ſeruatum[e], matri præfertur[f]. S. vj. Id. Decembr. CC. Conſ.

Exceptio tutoris non petiti non excludit matrem à ſucceßione filij poſteà facti adulti. hoc dicit. Salice.

Imp. Conſtãtius A. Catulino proconſuli Aphricæ. LEX III.

MAtres quæ puberes[g] amiſerunt filios, licet impuberibus eis tutores non petierint, præſcriptione[h] tamẽ nõ petiti tutoris ad excludendã eorũ[i] ſucceſsionẽ minimè debere præſcribi[k], certũ eſt. D. vj. Cal. Aug. Cõſtantio A. vij. & Conſtante Conſ.

Mulier nubens intra tempora luctus, efficitur infamis: nec ualet remißio infamiæ & cæterarum pœnarum facta à principe ubi liberos ex priore uiro habuit, niſi omnium ſuarũ facultatum tempore ſecundarum nuptiarum extãtiũ medietatem ſine aliqua conditione eis dederit. & eorũ altero decedente, ad ſuperſtitem debet peruenire: & omnibus ab inteſtato morientibus, ad matrem debet redire. h. d. Sali.

Imppp. Grat. Valentin. & Theodo. AAA. Eutropio præ. præto. LEX IIII.

SIqua mulier nequaquã religionẽ priori viro ex quo filios ſeu filias non habet, nuptiarum feſtinatione[l] præſtiterit, ex iure quidem notiſsimo infamis ſit[m], niſi huiuſmodi maculã imperiale beneficium ei remittat. ſin autem ei filij erunt ſeu filiæ, & impetrauerit indulgentiam, infamiæ abolitionẽ permittimus[n], & cæterarũ pœnarũ[o] antiquationẽ, ſi facultatũ[p] omniũ quæ fuerũt tẽpore nuptiarũ, medietatẽ[q] filio vel filiæ, filijs ſeu filiabus donauerit, quos habebat ex viro priore ſuſceptos, purè ſcilicet & omni donationis ſolẽnitate cõpleta, nec retẽto quidem vſufructu. Quem quidem ſemiſſem ſi duobus filijs ſeu filiabus pluribúſve donauerit, & forte fatali vnus vel vna, ſeu alius vel alia ex ijſdem inteſtatus vel inteſtata obierit: ſemper ad ſuperſtites fratres vel ſorores volumus pertinere. Sin autem vniuerſi vel vniuerſæ inteſtati diẽ obierint: duræ fortunę ad matrẽ ſolatia ex integro reuertant: ita ſcilicet vt hũc ſemiſſem, quẽ filijs vel filiabus donauerat, inteſtato diẽ obeũtibus[r], rurſus ipſa ſeparatim ab vltimi filij vel filiæ hæreditate pſumat[s]. PP. xv. Calẽ. Ianuar. Gratiano. v. & Theodoſio AA. Conſ.

Mater quæ ſuccedit filio, ſi alteri non nubat, hæreditatem retinet pleno iure. ſi uerò nupſerit: in bonis à marito prouenientibus ſolum habet uſumfructum: in alijs ius plenum. Sali.

Impp. Theod. & Valentin. AA. Senatui. LEX V.

MAter quę defuncto filio filięúe ſine liberis ex teſtamẽto vel ab inteſtato ſuccedit: ſi matrimoniũ ſecũdũ poſt mortẽ filij vel filiæ nõ contraxerit: omnia[t] filij ſeu filię morte delata vel derelicta, pleno iure acquirat. Sin verò alterius mariti cõiugiũ[v] elegerit: extrinſecus qdẽ quæſita filio filiæúe, ſimili firmitate poſsideat. rerum verò paternarum defuncti ſolo vſufructu humanitatis contẽplatione potiatur[x], proprietatẽ et ſororibus & fratribus tranſmiſſura defuncti Dat. v. Id. Nouembr. Rauennæ, Theodoſio xij. & Valentiniano. ij. AA. Conſ.

Mater tutrix filij priuatur eius hæreditate ſi tranſiuit ad ſecunda uota antequàm tutorẽ aliũ fecerit ei ordinari. h. d. Sali.

Idem AA. Florentio præ. præ. LEX VI.

OMnem matri, ſiue ab inteſtato, ſiue iure ſubſtitutiõis[y], ſi filius impubes moritur, denegãdã volumus ſucceſsionẽ: ſi ea[z] legitima[a] liberorũ tutela ſuſcepta, ad ſecundas cõtra ſacramentum[b]

IN ſucceſsione.] CASVS. Deceſſit qs patrẽ & matrẽ habẽs, nullo collateraliũ vel deſcẽdentium relicto in ſucceſsione eius: mater an pater præferri debeat, quæritur? Reſpon. quòd matri pater præfertur.
c In ſucceſsione filij.] emancipati.
d Manumiſſor.] i. emancipator: vt. ff. qñ de pecu. ac. an. eſt. l. j. §. j.
e Seruatum.] quia emancipauit cõtracta fiducia.
f Præfertur.] vt & inſti. e. §. pferunt. ſed ſec' in auo & in auia: vt. ff. e. l. ij. § obijcit. niſi in caſu. ſ. qñ eſt & pater & auus: vt ff. eo. l. æquiſsimum. §. fi.

MAtres.] CASVS. Si filio ſuo ĩpuberi mr̃ tutorẽ nõ petijt: & poſteà pubes factus deceſsit: an à ſucceſſione illi' mater excludatur, quærit? Dicit ꝙ non.
g Matres quæ pubeſ.] ſ. exiſtẽtes ipſę matres qđ nõ placet. dic ergo ad filios referri. Secus ergo ſi ĩpuberes deceſſerũt: vt hĩc, & j. l. oẽm. & inſti. e. §. fi. & j. de legi. hære. l. ſciãt. Excuſatur ergo mater ſi factus eſt pubes: vt hĩc. Itẽ ſi intereſſe filij videat nõ petere tutorẽ. Itẽ ſi alius puenit eã petere volẽtẽ. Itẽ ſi fili' haberet aliũ tutorẽ, puta legitimũ. Itẽ ſi mater eſſet minor. Aliæ quoq; cauſæ numerant. ff. e. l. ij. § cõfeſtim. & §. ſi mater nõ petierit. & ſ. ſi aduer. deli. l. ij. & ff. q pe. tu. l. ij. ĩ prin.

ADDITIO. Aduertas dũ glo. iſta dicit, ꝙ mater excuſat, ſi pupillus habet aliũ tutorẽ puta legitimũ, ꝙ hoc pcedit ſecũdũ tẽpora huius. l. & l. ij. ff. q pe. tu. ſecũdũ quæ tẽpora mater nõ poterat eſſe tutrix: & nõ ſuccedebat tutela legitima: ſed cũ mater hodie ſi vult, præferatur omnibus tutorib' legitimis & datiuis: vt in aut. ma. & auiæ. ſ. quando mulier tutelæ offic. &c. nõ poteſt dici, ꝙ mater excuſetur propter legitimũ: non enim eſt legitimus niſi ipſa prius declaret ſe nolle: vt dicit Bar. hic tex. eſt ſecundum eum qui hoc dicit in. l. ij. §. ſi mater. ff. eodem.
h Præſcriptione.] id eſt exceptione.
i Eorum.] puberum.
k Præſcribi.] id eſt excipi.

SI qua.] CASVS. Si mulier filios non habens intra annum à tẽpore mortis mariti nupſerit, infamis eſt niſi beneficio principis remiſſa ſibi fuerit infamia. Si verò filios habuit, ſimiliter infamis efficitur: niſi à principe infamia remittatur, cum alijs pœnis quæ ſunt. ſ. de ſecun. nup. l. j. & hoc demum, ſi medietatem omnium bonorũ filijs mater cũ plena proprietate reliqui. i. donauerit. & ſi vnus ex filijs deceſſerit, alijs portio ſua accreſcit. Si autẽ omnes deceſſerint, tunc illa medietas reuertetur ad matrẽ: & illam habebit præcipuam. & hoc in ſecunda.

p Facultatum] ipſius mulieris.
q Medietatẽ.] totius ſubſtãtiæ: vt in aut. de nuptijs. § j. in fi. §. & melius in. §. ſi igitur. colla. iiij.
r Obeuntibus.] ſ. ſine filijs. Item bene dicit inteſtato: quia in teſtamento cui voluerit, poteſt relinquere: cũ donare & vendere poſsit: vt in authenti. de nupt. §. hinc nobis. colla. iiij.
s Præſumat.] & ante alios capiat.

MAter.] CASVS. An mater bona filij decedentis ſi fecit teſtamentũ: vel ab inteſtato nullo deſcẽdente relicto, pleno iure habere poſsit, quæritur? Reſpon. ꝙ ſi ad ſecundum matrimonium non cõuolauerit, pleno iure habebit ea, vndecunque quæſita. ſi verò ad ſecundum matrimonium migrauerit, ex paternis bonis acquiſitis, vſumfruc. tantùm. ſed alia bona quæ acquiſiuit filius extra bona patris: pleno iure habebit in paternis bonis: quãdo habebit vſumfru. proprietatem ad fratres & ſorores defuncti tranſmiſſura.
t Omnia.] ſ. bona.
v Cõiugium.] mortuo iã filio. Et nota ꝙ refert, nubat mater ante mortem filij, vel poſt. ſi ante, ſuccedit in totum: licet filijs ſeruare debeat: vt. ſ. de ſecũ. nup. l. fœminæ. §. fina. ſi verò poſteà, tunc extrinſecus quæſita, filio ſolida habet: paterna verò, quo ad vſumfructum: vt hic, & in aut. de non eli. ſe. nub. §. & non ſolũ. colla. j. quia minus delinquit poſteà nubens. Sed poſteà hoc corrigitur: quia indiſtinctè nubat antè vel pòſt, ſuccedit in proprietatem in paternis etiam: vt in aut. de non eli. §. cùm igitur. Sed & d. §. cũ igitur. corrigit per aut. de nupt §. hinc. nobis. col. iiij. vbi reditur ad diſtinctionẽ huius legis. Item & illã de nupt. dicũt quidam corrigi in aut. de hære. ab inteſtat. §. conſequens. col. ix. quia nulla fit mentio ſecundarum nuptiarum. ſed hoc non placet. Sed intellige eam ſecundum diſtinctionẽ prædictæ aut de nup. & pro hoc eſt. j. eo. ti l. fi. in fi.
x Potiatur.] ſed ſi hæc mater legatis erat grauata, an minuatur: quia ſua portio minuitur? Reſpon. non. ff. de leg j. l. vlti. circa fi. quia ſuo delicto eſt ei minuta. ſecus ſi alio modo eſſet minuta: vt. ff. de condi & demon. l. plautius.

OMnem.] CASVS. Si mater quæ primò ſuſcepit tutelam filij ſui demum matrimonium contraxit, nec tutorem filio ſuo petijt: an à ſucceſsione filij repellatur, quæritur? Reſpon. quòd ſic.
y Subſtitutionis.] quia pater ſubſtituit eam filio.
z Si ea.] ſcilicet mater.
a Legitima.] id eſt ſecundum legem: non tamen ex. l. xij. tabu. vt not. ſ. quando mu. tut. offi. fun. poteſt. authen. matri.
b Sacramentum.] iurabat enim non tranſire ad ſecundas nuptias: licet hodie

Mater quãdoque filij ſucceſsionẽ nõ perdit, licet illi tutorẽ nõ quæſierit.

Mater quid habet in bonis filij, ſi nubat ante mortem eius vel poſt.

præſtitum aſpirauerit nuptias, antequam ei tutorem alium fecerit ordinari, eique, quod debetur ex ratione tutelæ geſtæ [a], perſoluerit [b]. D. vij. Id. Iul. Theodoſio A. xvj. & Feſto Conſ.

Fratres defuncti non; excludunt eius matrẽ, ſed cum ea ſuccedunt pro uirili: ſorores uerò in ſtirpes. & ſi ſimul concurrant cum matre fratres & ſorores: tunc omnes admittuntur pro uirili, patruo excluſo: & hoc ubi pater defuncti non concurrit. Si uerò cõcurrat: aliter ſeruatur ſi defunctus erat ſui iuris: aliter ſi in poteſtate. hodie ſeruantur authenticæ hic poſitæ. h. d. Sali.

Imp. Iuſtinianus A. Mennæ præfecto prætorio.

LEX VII.

SI quis vel ſiqua, matre ſuperſtite & fratre [c], vel legitimo, vel ſola cognationis iura habente, inteſtatus vel inteſtata deceſſerit: non excludi à filij ſucceſsione matrẽ, ſed vnà cũ fratre mortui vel mortuæ, ſi ſuperſtes vel filius vel priuignus ipſius ſit, ad eam peruenire, ad ſimilitudinẽ ſororũ mortui vel mortuæ: ita tamẽ, vt ſi quidẽ ſolæ ſorores agnatæ vel cognatæ & mater defuncti vel defunctę * ſuperſint: pro veterũ legũ tenore [d] dimidiam quidẽ mater, alterã verò dimidiã partẽ omnes ſorores habeant. ¶ Sin verò matre ſuperſtite & fratre, vel fratribus ſolis, vel etiam cum ſororibus inteſtatus quis vel inteſtata moriatur: in capita diſtribuatur eius hęreditas: nec liceat matri occaſione ſororũ mortui vel mortuæ ampliorẽ partẽ ſibi vendicare, quã rata portio capitũ exigit: patruo ſcilicet mortui vel mortuę, & eius filio vel nepote, nullũ ius ad eius hæreditatẽ (matre eius hærede exiſtẽte) habẽtibus: nec ex veteribus legibus, vel ex cõſtitutionibus [e] partẽ matris minui. ¶ Sin autẽ defuncta pſona non ſolũ matrẽ & fratres & ſorores ſupſtites habeat, ſed etiã patrẽ: ſi qdẽ ſui iuris deceſsit: qa patris pſona interueniẽs, matris iura ſuperare videtᷣ [f]: oĩb⁹ pio animo pꝓuidentes, ſancimus fratres qdẽ & ſorores mortuæ pſonæ ad ſucceſſionẽ pprietatis ſolos p virili portione vocari: patri autẽ & matri vſumfructũ toti⁹ ſucceſsionis † pro beſſe [g] cõpetere, æqua lãce ĩter patrẽ & matrẽ diuidẽdũ, reliqua pte vſusfruct⁹ apud fratres & ſorores remanẽte. ¶ Sin verò defuncta pſona in ſacris patris cõſtituta deceſſerit: pater quidẽ vſumfructũ, quẽ & viuẽte filio habebat, teneat donec viuat incorruptũ: mater autẽ, qa hũc vſumfructũ habere viuẽte patre nõ poteſt, totũ apud patrem cõſtitutũ: vnà cũ fratribus defunctæ pſonæ ad pprietatẽ vocetᷣ, ſcilicet cũ ſororib⁹ ſola ĩ dimidiã, cũ fratribus vel pmiſcui generis ſecũdũ ſupradictam diſtributionẽ in virilẽ portionẽ: Omnib⁹ videlicet quæ de mulieribus ad ſecũdas nuptias migrantibus ſancita ſunt, in ſuo ſtatu durantibus. Dat. Calend. Iuñ. Conſtantinop. DN. Iuſtiniano A. PP. ij. Con.

In authen. de nup. §. et quoniã mater. colla. iiij. conſtitu. j.

Cum fratribus & ſororibus defuncti filij ſuccedit mater in uirili. h. d. Sali.

ET cũ ſolis fratrib⁹, & cũ ſolis ſororibus, & cũ permiſtis, vocãtur matres in virilẽ [h] portionẽ.

In authen. vt cũ de ap. cog. §. ſancimus itaque. & §. ſi verò contigerit. colla. viij. conſti. xj.

In teſtamento filij non debet pater hodie exhæredari: niſi ex cauſa iuſta in iure expreſſa. aliàs rumpitur teſtamentum quo ad inſtitutionem tantum. Sali.

IN teſtamẽto quoq; * nõ licet liberis parẽtes excludere niſi iuſta cauſa exhæredationis inſeratᷣ, quæ ſeptennario numero noua cõſtitutione diſtribuitur. alioquin reſcinditur teſtamẽtum circa inſtitutiones: nã in cæteris [i] pſeuerat.

In authen. de hære. ab inteſ. veniẽ. §. conſequens. & §. ſequenti. colla. ix. conſtitu. j.

Filio hodie ſine liberis defuncto ſuccedunt parentes, fratres, & ſorores forma hic ſcripta. hoc dicit. Sali.

DEfuncto ſine liberis [k] filio, parẽtes, ſi ſoli [l] ſunt, ſuccedũt, ſalua gradus [m] ſui prerogatiua. ſi pari gradu ſunt, pariter ſuccedũt: paternis qdẽ dimidia, maternis verò alia dimidia delata: licet ſit diſpar [n] eorũ numerus. ¶ Sed ſi cum parẽtibus fratres & ſorores vtrinq; defuncto cõiũcti ſupſint, vocãtur [o] cũ aſcendentibus gradu

---

hodie non iurat: vt. ſ. quando mu. tu. offi. ſun. po. aut. ſacramentum.

a ¶ Geſtæ.] & malè.

b ¶ Soluerit.] vt & . j. de legi. hære. ſciant. & in qui. cau. pig. ta. contrahi. l. ſi mater. hæc ergo lex loquitur cùm non ex teſtamento data: ſecus autem ſi teſtamento patris data eſſet tali ſimilitudine: quia ſicut cùm mater ab inteſtato ſuccedit filio, ſi ineat ſecundas nuptias: punitur etiã in ſucceſsione vt paternorum habeat vſumfructũ tantũ. Itẽ cum ex 10 teſtamento ei ſuccedit, in nullo punitur: licet cõtrahat ſecũda vota: vt in aut. de nup. §. hinc nobis. colla. iiij. ſic & ſi ex lege vocetur ad tutelam: ſi ineat ſecunda vota, ſtatim deſinit eſſe tutrix: & ſi ex teſtamento nãciſcatur tute 20 lam, non deſinit eſſe tutrix: licet poſteà tranſeat ad ſecũda vota. & hoc ſecundum quoſdã. Sed Io. & Al. cõtra. nam in teſtamento ſecundũ hæc iura dari non poteſt tutrix: vt ff. de teſta. tute. l. mater. niſi in caſu: vt. ff. de tu. l. fin. & de hoc diximus. ſ. 30 quando mu. tute. of. fun. poteſt, authen. matri.

Mater tutrix filij, ſi tranſit ad ſecunda vota non deſinat eſſe tutrix.

SI quis.] CASVS. Si aliquis vel aliqua inteſtata decedẽs, matrem & fratrẽ reliquerit, ſiue fratres fuerint ex eadẽ patre, ſiue ex eadẽ mr̃e, vnà cũ fratrib⁹ defuncti ſuccedit mr̃. Si aũt 40 fili⁹ ſorores habeat, mr̃ in virilẽ portionẽ ſuccedet: nec occaſione ſororũ defuncti in ampliorem partem admittitur mater. Et licet antiquitus patruus defuncti ad aliquã particulã admitteretur, non tamen hodie admittetur: nec matris portio 50 in aliquo diminuetur. & hoc in prima. Si verò defunctus habeat patrem & matrem, fratres & ſorores: pater & mater habebunt vſumfruc. in bonis defuncti pro octo vncijs: fratres & ſorores habebunt proprietatem & tertiam partem vſusfruc. 60 Si verò defunctus erat in ſacris patris conſtitutus, tunc pater habebit vſumfru. omnium bonorum: & mater ſuccedet in proprietatem, cũ fratribus & ſororibus defuncti in virilẽ portionem. Sequitur authen. quæ corrigit illud verbum, ita ta- 70 men &c. quæ incipit, Et cum. ſcilicet quòd mater tantum in virilem portionem admittatur, cùm defunctus tantum ſorores reliquit: ſicut cũ ſorores & fratres relinqueret.

* Subſeſſint.

c ¶ Vel fratre.] vel pro et.

d ¶ Tenore.] vt inſtit. 80 eo. §. ſoror.

e ¶ Cõſtitutionibus] quas conſtitutiones vel leges non habemus.

† Aliâs, vſuſfruct⁹ totius ſucceſſionis ſemiſſem cõpetere.

f ¶ Videtur.] inſpecto Tertulliano: vt inſtit. eo. § pater.

g ¶ Pro beſſe.] imò videtᷣ in totũ patri acqri: vt. j. ti. ij. l. de emãcipatis. quę eſt cõtra. Sol. vt ibi. ADDITIO. Aduertas ꝙ oĩa quæ in hac lege dicũtur ſunt hodie correcta præter hoc vnũ. ſ. ꝙ per mortẽ filij non extinguitur vſusfructus cõpetens patri: quod hodie nõ eſt correctũ: vt dicit Bart. hîc.

¶ SEQVITVR AVTENTI. & cum ſolis. quæ eſt in authen. de nupt. §. & quoniam. colla. iiij. & corrigit leges iſtas in aliquo.

h ET cum ſolis.] In virilẽ. hoc fallit in caſibus: vt. ſ. eo. l. ſiqua. §. quem quidem. & . ſ. l. 10 proxi. & in aut. de nupt. §. quoniã infirmas. & . §. hinc nobis. colla. iiij.

IN teſtamento.] CASVS. Filiuſfa. extraneũ inſtituit hæredẽ: patrẽ verò exhæredauit: quęritᷣ an poſsit. Reſpon. quòd non: niſi ex cauſa iuſta &c. aliâs rũpi- 20 tur teſtamẽtum, quo ad inſtitutionem tantùm.

i ¶ Cæteris.] ſ. legatis & fideicõmiſsis: vt & . ſ. de lib. præ. aut. ex cauſa. Et not. hîc ꝙ ſi filiusfamiliâs teſtetᷣ, quod nõ facit niſi de caſtrenſi, vel quaſi: detrahit pater Falcidiam: ſic & aliâs eſt in 30 quaſi caſtrenſi: vt. ſ. de epiſc. & cle. aut. presbyteros. j. quæ eſt contra. l. veteres: vt. ſ. de inoffic. teſta. l. ſi. & . ff. ſi à parente quis ma. fue. l. j. §. eſt & alius.

Filiuſfamilias in quo poteſt teſtari.

DEfuncto.] CASVS. Sẽpronius deceſsit habens patrẽ & matrẽ: ſuccedit 40 ei pater & mater. ſi aũt pater viuat, & nõ mater, ſed auus matern⁹, pater excludit auũ maternum: qa prior in gradu, potior eſt in ſucceſsione. & ſi ponam, habeat auũ & auiã maternã, & tm̃ auũ paternũ, vel ecõuerſo: & illi q ſunt ex parte patris, ha- 50 bebũt dimidiã: licet vn⁹ ſit tantùm ex parte vna, & plures ex alia, & econuerſo. Si verò defenct⁹ habeat patrẽ & matrẽ: fratres & ſorores vocantur cum aſcẽdẽtib⁹ in virilẽ portionẽ. & iſta ſunt vera, qñ filius decedit inteſtatus. Si faciat teſtamẽtũ, 60 nec habeat filios: nõ debet præterire vel exhæredare parẽtes, niſi ſint ingrati. aliogn non valebit teſtm̃ quantũ ad inſtitutionẽ: quantũ ad alia poterit valere. Viuia.

* Non licet filio parentẽ &c.

k ¶ Liberis.] nam tũc ſeruares aut. quã habes ſ. titu. j. l. in ſucceſsione.

70 l ¶ Soli.] ſine fratribus & ſororibus vtrinq; coniunctis.

m ¶ Gradus.] pater ergo excludit auũ maternũ, cùm mater defuncti nõ ſuperſit: & mater auũ paternũ, cùm pater non ſuperſit: licet aliud ſit in filio meo, & nepote ex 80 alio filio præmortuo: vt. ſ. tit. j. l. vt inteſtato. & aut. in ſucceſsione.

Pater auum maternũ excludit in ſucceſsiõe filij.

n ¶ Diſpar.] ergo ſi eſt auus maternus, & auia materna, & ſolus auus paternus: tantum habet hîc ſolus, quantum illi duo.

o ¶ Vocantur.] non autem eorũ filij per hanc aut. vt in cor. eo. §. ſi autem

cum fratribus. Sed per aliam authen. quæ corrigit hanc: vt in au. vt fratrum filij §. j. colla. ix.

a ¶ Proximis.] id est cum patre & matre tantum, secundum quosdã: non auo, imò ipsi soli, remoto auo: vt innuit aut. in cor. §. si igitur. j. ibi, si autẽ pater &c. lte cũ admittantur cũ patre, & pater repellit auũ. s. pxi. &. j. de legi. hæ re. l. in successione. ergo ipsi fratres repellũt auũ: vt. ff. de diuer. & tẽp præscri. l. de accessionib. Vel dic secũdũ Io. proximus est, quẽ nemo præcedit: & sic etiã auus & pauus, si nullus eos præcedat: vt ff. de ver. signi. l. pximus. &. ff. vnde cog. l. j. §. proximus. & de suis & legi. l. ij. §. hæreditas. Prædicta autẽ regula. si vinco &c. quę est in dicta. l. de accessionibus. fallit in multis casibus, qui his legib. notantur. ff. e. l. ij. §. obijcit. & l. æquissimum. §. j. Secundus est. ff. qui po. in pigno. ha. l. Claudius. Tertius in cor. co. §. si aũt cũ fratribus. colla. ix. & ad idẽ. ff. qui po. in pig. ha. l. si pignus. &. l. interdũ. & s. de nat. lib. authen. licet. & ff. de priuileg. credi. l. quod quis.

Proximus qs dicatur.

Regula si vinco vincẽtẽ te &c. fallit in aliquibus casibus.

b ¶ Vbi nulla.] ista sunt verba Ir. & est sensus, q cũ nil dicatur de secundo nubẽtibus, omnia de his dicta corriguntur hic. Vel dic secundũ Io. q remanẽt in suo statu quæ dicitur in authẽ. de nu. §. hinc nos. colla. iiij. quæ est. s. de secun. nup. aut. ex testamẽto. quod veri. est. arg. l. fi. huius titu. in fi.

¶ AD SENATVSCONSVLTVM Orficianũ. ¶ Matri succedes ò nate per Orficianum. Inuidiam portans econtra Tertullianum.

Versus.

S I intestatæ.] C A S V S. Mulier filiã habẽs & matrem, decessit ab intestato: quæ ei præferenda sit in ipsius successione, quæritur. Dicitur quòd filia.

c ¶ Consanguinei.] scilicet fratres.

d ¶ Orficiano.] & idẽ est secundum alia ciuilia iura: vt. s. tit. ij. l. intestato. & l. si matre.

Intestatæ.

N On pro numero.] C A S V S. Mulier quatuor habens filios, duos emãcipatos: existentes in potestate decesserunt: ipsa mater decessit ab intestato. qualiter inter eos superstites facienda sit diuisio hæreditatis ipsius, quæritur. Respon. quòd in viriles.

e ¶ Portiones.] sed quare non transmiserunt alij ad hæredes suos portio-

pximis [a]: ita vt viriles portiones fiant: exclusa prorsus omni differentia sexus & patriæ potestatis, vbi nulla [b] secũdarum nuptiarum fit mentio.

TITVLVS LVI.

Ad senatusconsultum Orficianum.

¶ *Ad successionem matris primo vocatur filius quàm defunctæ mater vel frater. Sali.*

Imp. Alexan. A. Euangelo. LEX I.

S I intestatæ mulieri consanguinei [c] existant, & mater & filia: ad solã filiã ex senatusconsulto Orficiano [d] hæreditas pertinet. PP. xv. Calen. Febr. Fusco. ij. & Dextro Cons.

¶ *Non numerus liberorum, sed hæreditatis aditio designat portiones. h. d. Bal. Vel sic: Pro numero succedentium diuiditur hæreditas matris, nõ pro numero superstantiũ tempore mortis: & hæres non suus hæreditatem non aditam non transmittit ad superiorem. h. d. Sali.*

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Metrodoræ. LEX II.

N On pro numero superstitũ mortis matris tempore, sed succedẽtiũ materna scinditur hæreditas. ¶ Quapropter si mater vestra te & vno fratre emancipatis, duobus autem alijs in patria positis potestate superstitibus, diẽ functa est, & ij qui in potestate patris fuerunt, priusquam maternam hę reditatem sibi quæreret, rebus humanis exempti sunt: inter duos tantùm viriles non ambigitur factas portiones [e]. S. vij. Cal. April. Sirmij AA. Cons.

¶ *Ius ciuile non excluditur tempore, licet prætorium excludatur. h. d. Bal. Vel sic: Matri intestatæ succedit filia citra agnitionem bonorum possessionis. h. d. Sali.*

Idem AA. & CC. Iulianæ. LEX III.

M Atri † intestato defunctę secundum Orficianum senatusconsultum, citra bonorũ [f] possessionem filia pro hærede gerendo, succedere non prohibetur. S. xij. Cal. Nouembr. AA. Cons.

¶ *Descendentes præferuntur ascendentibus. hoc dicit. Bald.*

Imperatores Grat. Valentin. & Theodo. AAA. ad Hilarianum P. V. LEX IIII.

Q Voties de emãcipati filij filiæve successione tractatũ:

hostes. & hoc placet.

M Atri.] C A S V S. Mulier decedens ab intestato, filiam reliquit quæ succedet, nec habet necesse petere bono possess. Viuia.

f ¶ Citra bonorum possessionem.] vnde cognati cõpetit ei: vt. ff. vnde cog. l. j. §. siqua. & vnde legitimi. vt ibidem. nam cũ sit vt agnata facta per Orficianum vt legitima admittatur: vt hic, &. ff. vnde lega. l. ij. §. si. & l. iij. quod nõ est in alia cognata, vt citra bonorum possessionem admittatur: vt ff. vnde cog. l. j. in princi.

filijs ex his genitis deferatur integra pro solido successio, neq; vlla defuncti defunctæue patri matriue cõcedatur [g] intestatæ successionis hæreditas. D. xv. Calen. Mart. Mediolani, Merobaude. ij. & Saturnino Cons.

¶ *Mulieri illustri spurius legitimis extantibus non succedit: secus si ex legitimo concubitu sit natus, & ex illustri. h. d. Bal.*

Imp. Iustinianus A. Demostheni præfec. præto. LEX V.

S I qua illustris mulier filium ex iustis nuptijs procreauerit, & alterum spuriũ habuerit, cui pater incertus [h] sit: quẽadmodũ res maternæ ad eos perueniant, siue tantũmodò ad liberos iustos, siue etiã ad spurios, dubitabatur. ¶ Sancimus itaque vt neque ex testamento, neq; ab intestato, neq; ex liberalitate inter viuos habita, iustis liberis existentibus, aliquid penitus ab illustribus matribus ad spurios perueniat: cùm in mulieribus ingenuis & illustribus, quibus castitatis obseruatio præcipuum debitũ est, nominari spurios, satis iniuriosum, satisq; acerbũ, et nostris tẽporibus indignũ esse iudicemus: ¶ Et hanc legẽ ipsi pudicitiæ, quã semper colendam [i] censemus, meritò dedicamus. ¶ Sin autem concubina [k] liberæ conditionis constituta, filium vel filiam ex licita cõsuetudine ab homine libero habita procreauerit: eos etiam cum legitimis [l] liberis ad materna venire bona, quæ iure legitimo in suo patrimonio possidet, nulla dubitatio † est. D. xv. Cal. Octobr. Chalcedone, Decio V. C. Con.

¶ *Nati ex ancilla manumittenda, facta iam mora libertati, nascuntur ingenui & successibiles actiuè & passiuè. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Post moram in præstanda libertate commissam partus nascitur legitimus, & succedit matri. & ecõtra. Salicetus.*

Idem A. Iuliano præfec. præ. LEX VI.

Q Vidã ancillæ suæ p fideicõmissum libertatẽ reliqt. eo autẽ à quo libertas relicta est, morã in libertate pstanda faciẽte, peperit [m] ancilla. & esse [n] qdẽ ingenuũ [o] puerũ vel puellã qui post

Q Voties.] C A S V S. Filii emãcipatus filios patrẽ & matrem habens, si ab intestato decedat, filius ipsius patri & matri præfertur. Viuia.

g ¶ Concedatur.] vt & s. eo. l. j. in prin. & s. ti. ij. l. si matre. & l. intestato.

S I qua.] C A S V S. Mulier illustris filios legitimos habens & spurios, si ab intestato decedat, an spurij cũ legitimis succedere possint, quæritur? Dicitur q non. Si verò mulier aliqua tanquã cõcubina aliquos liberos sustulit, & decessit: an cum legitimis succedere possint, quæritur. Respon. q succedent. Lex quidem plana est.

h ¶ Incertus.] meretrix ergo.

i ¶ Colendam.] arg. in aut. quomodo opor. episco. in princ. col. j. & j. de dedi. lib. tol. l. j. & j. de dedi. lib. tol. l. j.

k ¶ Concubina.] etiã illustris.

l ¶ Cum legitimis.] ab intestato. Sed an cõtra testamentum agere possunt si non sunt instituti naturales? Fortè nõ, secũdũ quosdã. Sed videtur q sic: vt argu. ff. de inoffic. test. l. si suspecta. §. j. Et nõ. filiũ spurium succedere matri, sicut legitimum: vt insti. e. §. nouissimẽ. & de success. cogna. §. vulgo. nisi sit illustris mater. vbi distingues sint legitimi vel non: vt hac lege dicitur. Quid de incestuoso? Quidam dicunt idem. & aut. ex complexu. s. de incest. nup. loquitur de hæreditate paterna, non materna. Sed verius dic non succedere omnem illum qui de tali coitu est nat. qui pôt accusari: vt adulteri, incesti, nefarij: vt in aut. qui. mod. na. effi. sui. §. si. coll. vij. si autẽ nõ ex tali: succedit vt dictũ est matri non patri, cùm habeat incertũ: nã si habeat certũ (puta naturalẽ) non succedet nisi ĩ duabus vncijs ab intestato nõ extãtibus legitimis. aliàs, in nihi lu: vt in aut. qui. mo. na.

Naturales non instituti à matre, an possint cõtra testamentũ agere.

† Aliàs in media.

nes suas, licet adhuc non esset adita hæreditas: vt suprà. de ijs qui ante aper. tabu. l. j. quæ est contra? Sol. hic non erat posteritas. Vel hæc illam corrigit. Sed certè imò illa istã. Vel ibi loquitur de hæreditate aduenientè ex testamento, hic ab intestato. Sed certè secundum hoc isti, & si non transmitterent hæreditatem, deberent transmittere ius deliberandi & adeundi: vt suprà. de iure delibe. l. cum antiquioribus. Vel hic isti repudiauerunt hæreditatem antequam decederent. aliàs etiam ad superiores transmitterent: vt suprà. titul. ij. l. j. apud

Tene hanc primam.

effi. sui. §. discretis. ibi, si quis igitur habens filios legitimos. col. vij.

m Q Vidam.] Peperit. adita hæreditate.

n ¶ Esse.] nunc respondet.

o ¶ Ingenuum.] sic ergo nota post moram nasci ingenuum ex ancilla: vt hic, &. s. de ijs qui. vt indig. l. cùm Syllanianum. circa fi. ibi, partus liber &c. & j. de fideicom. lib. cùm libertatem. & ff. de fideicom. lib. l. si quis rogatus. & ff. de statu homi. l. Herennius.

Ingenuus post moram nascitur ex ancilla.

Ei posse.

a ¶ Eis posse.] huius legis authoritate. Item senatusc͡osulto Orficiano. & hoc subijcit, saluo iure &c.

b ¶ Venientibus.] sed nunquid alijs suis cõsanguineis poterunt succedere? Respon. non: vt institu. de serui. cog. §. j. Item quæro, quid in conceptis post mortē auiæ maternæ? Videtur q̃ nepos non posit succedere ei: nec enim fuit proximus cognatus auiæ vel auo, in cuius vita nõdū fuerit animal: vt. ff. vn de cognati. l. j §. si quis 10 Placentinus tamen eum admisit, naturali causa in specta: per aut. de hæred. ab intest. §. j. col. ix. & pro eo. ff. de grad. cog. l. si filium. §. si filio. Sed cõtra enim Pla. est q̃ prætor in bo. pos. vnde cogna. inspi ciebat naturalē causam: vt. ff. vnde cog. l. j. § prin. 20 & §. ij. & tamen repellebat eum, vt dictum est.

moram nati sunt, omnes veteris iuris authores cõsentiunt. dubitabatur autē inter eos si matri morienti posset succedere. ¶ Huiusmodi itaque dubitationem eorũ decidentes, vlterius eã procedere non patimur: sed sancimus eandē matris progeniem hæredē ab intestato ei posse [a] existere, saluo iure legitimo ex authoritate senatuscõ sulti Orficiani proli seruando: & tam matre ex senatuscõsulto Tertylliano, quã prole ex Orficiano senatusconsulto inuicem ad suas hæreditates venientibus [b]. D. Calend. Octobr. Cõstantinop. Lampadio & Oreste VV. CC. Cons.

Continua-tio. ¶ DE LEGITIMIS HAEREDIBVS.

¶ Dixit de ijs qui sunt in linea inferiori & superiori: nunc incipit de transuersali.

30 IN succes-sione.] ¶ Ca sus dicit: Sunt plures fratres & sorores siue coniuncti ex vtraq; parte, siue ex altera tãtũ. si vnus de fratribus decedat, omnes. s. sorores & fratres pariter succedũt isto iure veteri sed iure authē. prius con 40 iuncti vtroque parēte, posteà admittētur cõiuncti vno parēte tñ. & hoc in prima. Secundò dicit: Pater vnam ex filiabus maritauit, puta Bertam. decessit frater Bertæ sine filijs. ista Berta volebat succedere fratri. nepotes alterius fratris mortui, 50 vel ipse frater dicit, q̃ cõferat dotē datam mari to: quæritur vtrũ teneatur? Respon. quòd non.

¶ Sed cùm tacitas hypothecas [*] tam veteres leges in quibusdã certis casibus introduxerunt [m] , quã nos [n] in maternis cæterisq; donationibus,quas seruare necesse est, & dubitabatur [o] ex quo tempore hypothecas cõpetere oportet vtrũne ab initio,an eo tẽpore , ex quo malè aliquid gestum est:compendiosa narratiõe interpretamur initium [p] gerendæ vel deferendæ [q] administratiõis,vel obseruatiõis [r] esse spectãdũ,& non tẽpus ex quo malè aliquid gestũ fuerit.Recitata in nouo consistorio palatij DN.Iustiniani.Dat.iij.Calen.Nouembr.Decio V.C.Cons.

¶ *Donata à principe uel ab Augusta nõ quærũtur patri etiam quo ad usumfructum,sicut nec castrensia.Hoc dicit.Sali.post Bal.*

Idẽ A.Iuliano præ.præ. LEX VII.

CVm multa priuilegia imperialibus donationibus iam præstita sunt [s] ,dignũ incrementum & his conferre nostra dignata est clemẽtia.Si quis [†] igitur à serenissimo principe vel à pijssima Augusta,siue masculus siue fœmina donationes sit consecutus vel consecuta,siue mobilium,siue immobilium,siue se mouentiũ rerum filiusfamiliâs tamen constitutus vel constituta:habeat huiusmodi res omni acquisitione absolutas,& nemini eas acquirat,neque earum vsumfructũ pater vel auus vel proauus sibi vendicet:sed ad similitudinem castrensis peculij omnem facultatem in eas filij vel filiæfamiliâs habeant.Vt enim imperialis fortuna oẽs supereminet alias [t] ,ita oportet principales liberalitates culmẽ habere ꝑcipuũ.Dat.proposit.xij. Calẽ. April.Cõstãtino.Lampadio & Oreste VV.CC.Con.

¶ *Filio in potestate maiore annis uigintiquinque hæreditatẽ recusante adire uel quærere :id quod quæsitũ quæreretur patri quo ad usumfructum,pater solus potest sibi quærere:& ei & in eũ dabuntur actiones,non in filiũ:simili similiter contra:cogitur tamen pater filio in iudicio agenti cõsentire.h.d.usq; ad §.[illegible] autem in secunda.Salice.*

Idem A Ioanni præfec.præto. LEX VIII.

CVm non solùm de maternis rebus,quæ filijsfamiliâs deferuntur,sed etiam dę alijs oĩbus,q̃ acquisi

in prima.

ad ipsa bona põt dari regressus:quia vendit res immobiles,quæ non consumuntur: tũc filius nõ põt reprehendere patrẽ.ita loquitur hîc.si verò dissipat res mobiles:quæ non possunt apparere,& pater soluendo nõ esset:& esset homo malæ vitæ:tũc põt ei administratio interdici:vt d.l.fi.j.de sentẽ. passis. facit.l.imperator.ff.ad Trebel.Accur.

a ¶ Mobiles vel immobiles.] Sed an extinguatur vsusfructus patris rei mutatiõe,si pater ædificat domum in solo filij?R̃n.nõ, cũ adhuc duret aduentitiũ:& sic vsusfruct⁹ durat sec⁹ in alio vsufructuario vt.ff.de vsufru.l. quoties. §.fina.

b ¶ Memorato.] quo ad vsumfructum.

c ¶ Lucretur.] nõ explicat an teneat remissio vel diuturna donatio viuẽte patre.sed morte eius dicit eã confirmari.

d ¶ Cum autem Constantiniana.] quã non habemus.

e ¶ Non solent.] Sed quæ sunt quæ non quærũtur patri tẽpore Constantini?R̃n.à matre delata:vt s.tit.j.l.j.& idem quod hîc habes insti.ꝑ quas ꝑso.no.ac.§ hoc quoque.

f ¶ Maiores.] i.parentes.

g ¶ Amplioris.] q̃a dimidiã vsusfruct⁹ habebit in omnibus aduẽtitijs, nõ solũ in maternis.

h ¶ Sed nisi &c.] vt & j.de emãci.li.l.fi.sed ĩ eo q̃ manumittit seruũ, cõtrariũ seruatur:quia videtur donare peculiũ nisi expſſe retineat:vt.j.de peculio eius qui lib.me.l.j.

Seruum manumitẽs peculium donare videtur.

i ¶ Ad eos.] s.filios emãcipatos.

k ¶ Diximus.] s.de bo.ma.l.j.ij.&.iij.

l ¶ Legibus.] s.eo.l .iij. &.iiij.Accur.

m ¶ Introduxerunt.] vt per totũ tit.C.&.ff.in q.cau.pig.ta.contta.

n ¶ Quod nos.] vt & j.qui po.in pig.ha.l.fi.&.s. de secũ.nup.l.si quis prioris.§.fi.habes ergo pro cõstanti res patris filio obligari.& sic est cõtra.s. ea.l. §.non autẽ.Sol.vt ibi.

o ¶ Dubitabatur.] In nostro casu:quo eodẽ mõ cõstat cõtractã hypothecã.

p ¶ Initium.] sic ergo pignorũ obligatio præcedit personalẽ,sicut fideiussor:vt instit.de fideius.§.j. & ad hoc.ff.q po.in pi.l .j.

q ¶ Deferendæ] id est tp̃e quo fili⁹ q̃siuit: nã tũc potest gerere vel non gerere.

r ¶ Obseruationis.] pro eodẽ:ideo quia per gestionẽ bona seruantur.

CVm multa.] CASVS. Princeps vel augusta in filium fa.titulo donationis vel legati,vel fideic.aliquid trãstulit:an in eo patri acquiratur vsusfructus proprietate apud filiũ remanente,quæritur?Dicit̃ ꝙ non sed ad similitudinẽ castrẽsiũ plenã proprietatẽ cõsequit̃ filius.vt enim &c.

s ¶ Præstita sunt.] vt s.de don . inter vi.& vxo. l.pe.& j.de do.l.sancimus §.j.& sic de similibus ad similia procedit.

t ¶ Alias.] s.fortunas.Ac.

CVm non solũ.] CASVS. In princip.ponit hãc regam.s.ꝙ in superioribus.ll.dictũ est recitando scilicet ꝙ pater habeat vsum fru.in rebus maternis filiofa. quæsitis: nec solũ in his,sed in alijs rebus?Vnde circa materiã istã plures oriebant̃ altercationes.Dic ergo sic filio tuo erat delegata hæreditas.aut est plenę ætatis,puta.xxv.ann.aut vltra.vij. ann.tamen citra.xxv . aut erit.vij.ann.Primo casu dicit:te iubẽte vult adire hęreditatem,aut nõ.si nõ,tu verò volueris , poteris,& ad te spectabit commodũ & incõmodũ, & ages aduersus debitores hæreditarios,& actionẽ suscipies nec filio tuo aliquod generatur præiudicium. Si tu nolueris ,ille verò voluerit:eam adire poterit, & pleno iure acquiret sibi & omne damnũ & emolumentum ipsum sequet̃. Si tamen agere velit vel conueniatur requirendus est tuus consensus.& hoc

[*] Competere.

[†] Aliâs,Si quid igitur à serenissi. princi. vel à pijssi. Aug. siue masc. siue fœm. donatione sit consecu. &c.

tionem effugiunt, (& maximè post nouellã nostri numinis [a] legem ꝙ omnia, quæ extrinsecus ad filiosfamiliâs perueniunt, & non ex paterna substantia sunt, non esse acquirenda patribus statuit, nisi tantummodò ad vsumfructum) variæ altercationes exortæ sint, & varius euentus variusque continetur [b] cõtractus, & semper in iudicijs versantur: necesse [b] est vtiliter & aptissimè omnia dirimere. ¶ Sancimus itaque in omnibus rebus, quę effugiunt quidem dominij acquisitionem, sed vsusfructus tantummodo patri offertur, vel alijs parentibus à filiofamiliâs cuiuscunque gradus vel sexus, siue pater adire [c] filiumfamiliâs integræ ætatis compellit, & ille reclamandum existimat, siue filiusfamiliàs adire cupit, & pater in contrarium inclinat: liberam habere licentiam & patrem ipsim sibi adire hæreditatem recusante [d] filio, & omne siue damnum siue lucrum in suam habere fortunam, nullo ex hoc præiudicio filio generando. Siue econtrario patre recusante filius adire hæreditatem voluerit: nullam acquisitionem nec vsumfructum patri offerri, sed ipsum filium sibi imputare si quid ex hoc contigerit: nulla actione neque contra patrem danda [e] vbi aduersus eius voluntatem filius hæreditatem, vel legatum, vel fideicommissum, vel aliud quicquam, ex quocunque titulo siue donationis siue contractus [f] alterius, sibi acquirere maluerit: neque aduersus filium simili modo [g] actione extendenda vbi recusante eo pater sua authoritate hæc sibi vendicet: huiusmodi aditionis tramite ex præsenti lege patri competente: sed habeat pater omnem licentiam & actiones mouere, & ab alijs pulsari, vbi ad eũ totũ commodum aduenit: Et filius simili modo in agendo & pulsando solus habeat & detrimentum & commodum: necessitate per officium iudicis patri imponenda [h] tantummodò filio consentire vel agenti, vel fugienti: ne iudicium sine patris voluntate videatur consistere. Et hoc quidem, si plenæ ætatis [i] filius est qui paternam voluntatem sequi non patitur.

¶ *Filio minore annis uigintiquinque recusante adire, adit pater: & econtra: & utroque casu filius potest restitui: & patre nolente bona filij administrare, debet curatore ei dari. h. d. usque ad. §. similiq; modo. Sali.*

¶ Sin autem in secunda [k] ætate adhuc filius est, & hæreditate ei delata pater consentire adeunti hæreditatem noluerit, vel patre volente ipse reclamauerit: si quidem recusauerit filius, licentiam damus patri simili modo hæreditatem adire, & eam pleno iure habere: ijs omnibus quæ superius diximus, locum habentibus. ¶ Sin autem patre recusante fili⁹ adire maluerit: damus quidem licentiam ei hoc facere [l]. Nolente autem patre

in prima. Si vˀò maior. vij. an. minor. xxv. & vult adire hęreditatẽ sibi delatã põt: & si illã hęreditatẽ gubernare voluerit pater, qa nec aditioni cõsensit, dabitur curator illi hęreditati: & siue repudiaueris fili⁹ nõ accepit siue ecõuerso, & fili⁹ se deceptũ dicat: in vtroq; casu poterit filius restitui. Si verò fili⁹ noluerit, & tu volueris eã adire, pleno iure eã cõseq poteris: sicut. §. ĩ secunda parte. l. dictũ est. & hęc sunt vera in filiof. pagano. Si verò fuerit miles 10 & hęreditatẽ sibi delatã recusauerit, poteris eã licet ex castrensibus actionibus quæsitam pleno iure consequi, hoc est quantum ad ꝓprietatẽ & quãtum ad vsumfructũ quasi ab initio fuisses hæres institutus, & ad te commodum & incommodũ pertinebit filio nullo imminẽte ꝑiudicio. & hęc sũt vera qñ fili⁹ tu⁹ ñ vult, aut ecõuerso. & hoc ĩ tertia.

a ¶ Legem.] quam habes §. e. l. cùm oportet.

b ¶ Necesse est.] subaudi ideo &c.

c ¶ Adire.] hęreditatẽ puta. Vel dic adire generaliter, id est lucrũ inire vel acquirere.

d ¶ Recusante filio.] In hoc corrigitur ius vet⁹: nã nõ aliter poterat olĩ talis hęreditas q̃ri, nisi ꝑcedente iussu patris fili⁹ adeat: vt. ff. de acquirẽ. hære. l. si qs mihi bona. §. iussum. & ff. ad Trebel. l. seruo inuito. in pri. Itẽ an habeat hoc locũ si fili⁹ habeat substitutũ? ar. ꝙ sic. j. e. in fi. Nã pater & fili⁹ eadẽ ꝑsona reputantˀ: vt. §. de imp. & alijs subs. l. fi. Item an idem si vocetur ab intestato filius? Videtˀ ꝙ non: vt. j. eo. in fi. Sed adhuc puto idẽ ꝓpter prædictã rationẽm: quia eadem ꝑsona cũ filio videtur. Itẽ an idẽ in seruo, vt eo non volente adire (quod põt etiã domino volẽte) vt. s. admittatˀ domin⁹? R. ñ. nõ puto: vt. §. de hęre. instit. l. cũ ꝓponas. Item an idẽ in querela si filius delatã sibi querelã recusat, an de 60 ferat patri? R. ñ. nõ: vt. ff. de inoffi. testa. l. Papinianus. in princi.

e ¶ Danda.] creditori hæreditario, vel simili.

f ¶ Contractus.] non ergo est hæc lex specialis in hæreditate tantùm vel in ijs quæ in vltima voluntate tantùm relinquuntur, sed etiam in contractibus inter viuos. vt. j. e. §. fi. & sic est contra ff. de pecu. l. si quis seruum. § etiam. vbi dicit patrem vel dominũ teneri inuitum? Sed non tenetur insolidum, vt hîc dicit, sed peculio tenus, vt ibi.

g ¶ Simili modo.] & hoc est nouum ius. nam olim tantum. iiij. vel. v. 70 imo. vj. actiones competebât filiofamiliàs: vt. ff. de ac & ob. l. filiusfamiliàs. & l. in factum sed hodie omnes ex aduẽtitia causa: vt hîc, & habes. ff de iudi. l. si longius. §. j. Accur.

h ¶ Imponenda.] captis pignoribus: vt insti. de satis. tu. & cur. §. quibus cõstitutionibus, vel indicẽdo multã, vel alijs remedijs ꝑtorijs: vt. ff. de vẽ. inspi. l. j. §. qd ergo. Ar. in cõtrà insti. de acquisi. p ar. o. §. fi. Quid ergo si pater interpellatis nõ cõsentit & iudex ꝑcedit in cã, an valeat iudiciũ? Videtur valere, quasi sufficiat patrẽ ꝓpter hoc interpellari, ut arg. ff. vt in pos. le. l. j. §. non exigiˀ. Econtra ꝙ non, qa cũ effectu debet consentire. ar. ff. ꝙ quisque iur. l. j. in fi. quod videtur tutius. sed si pa-80 ter compulsus cõsentit, videtur iudicium non valere: vt ff. de iudi. l. ij. circa princip. & ff. de autho. tu. l. j. §. fi. Sol. illud quando quis compellitur agere vel defendere: hîc autem agenti consentire. Item si procuratorio nomine agat filius. quod potest, vt. ff. de procurato. l. filiusfamiliâs. § ipse quoque filius. an egeat patris consensu? non videtur cũ non agatur circa peculium sicut hîc loquitur. Econtra ꝙ sic, scilicet ꝙ egeat: quia qui non admittitur pro se non pro alio sine consensu patris: nam nemo admittiˀ pro alio: quin & pro se admittatur. Sed aliqui pro se admittũtur qui pro alio non: vt. ff. de postu. l. j. §. ij. & est ratio scd̃m P. quia videˀ filius nõ esse integer homo ad agẽdum, sed melius. Vnde nec præscriptio ei currit: vt. j. de anna. except. l. j in fi. Sed ꝑ patris consensum reintegraˀ: ꝙ in seruo nõ põt esse, cũ ipse nec medi⁹ homo sit: & ideo nõ agit etiã dño consentiente: vt. §. de iudi. l. seruus [b]. Quid in tutore? Dic ꝙ potest sine cõsensu patris. vt. ff. d in ius vocan. l. quęsitũ. Item qd in pręcepto facto ei conti-10 tẽti in iudicio? Videˀ ꝙ nec hoc valeat nisi & pater ei consentiat cũ snĩa sit, & exactio in factum detur: & sententia dicitur præceptum. & tempora quadrimestria dantur vt. ff. d iudicijs. l. si debitori. Ecõtra ꝙ teneat ẽt sine patre, & nec sit snĩa, cûm nullę sint partes iudicis ĩ 20 cõfitentes &c. vt. ff ad. l. Aqui. l. ꝓinde. ij. § fi. Sol. põt distingui an detˀ incõfessum extra iudicium, & sic nõ diciˀ snĩa. an post contestationẽ litis & probatiões & cõfessiões ĩductas, & tũc sit snĩa, vt dicta. l. si debitori & alia dicta. l. ꝓinde. Itẽ an coram 30 arbitro filio agẽte dbeat cõsentire pater? Videˀ ꝙ sic: vt. ff. de arbit. l. j. Sed puto contra. vt. ff. de peculio. l. iij. §. sed si fili⁹. Item an lite cõtestata dbet cõpelli, si fortè tũc quoquo mõ fuit omissum? vel an valeat si postea cõsentiat. R ñ nõ cõpelliˀ, nec spõte 40 cõsentiẽs proficit: quia iam stetit in iudicio sine volũtate. Nec obstat. §. de ꝓcura. l. licet. quia ibi habet ratũ cui⁹ nomine agiˀ hîc filius suo noĩe nõ patris agebat. Itẽ opponiˀ de eo qd est. §. de collat. aut. quod locũ. vbi admittitur etiam sine consensu 50 in quibusdã casibus. sed ibi speciale fauore dotis. Item opponitur. ff. de minori. l. denique. §. sed vtrum ibi, & quidem in potestate manens etiam inuito patre &c. Sed dic illud in actione in factum, quæ datur pro executione: hîc autẽ de causa principali qua consenserat in prima. Item si agat filius in causa castrensis peculij, vel quasi, an exigitur patris consensus? Videtur quòd non, vt argumentum ff. ad maced. l. ij. Econtra ꝙ sic, per legem istam. quod puto verum. Item an in publica accusatione, quam filius facit? Respond. idem ratione prædicta. & sic corrigitur. ff. de adul. l. inter liberas. §. penultimo. & l. filium. vel aliud in accusatione, arg. ff. ad treb. l. nam quod. in prin. [c] Item an contra ipsum patrem agenti consentiet pater quod potest quandoque? Respondeo non puto: quia 70 omne beneficium legis est prorogãdum: vt in authentica constitutio, quæ de digni. §. illud colum. vj quidam tamen vt Otto. & Va. dixerũt quòd nunquàm exigitur consensus patris: nisi quando patri non quęritur vsusfructus: quia non vult: tunc enim debet consentire in signum repudiationis vsusfructus. Si autem vsusfructus patri non quæratur quia nec potest, agit filius sine consensu: vt dicta. l. de minoribus. l. denique. & ꝑ dictã authenticã suprà de colla. & ꝑ aliam legẽ de noxa. l. noxali. & l. seq. & institu. de noxali § finali. Sed ibi pater consensit secundùm nos. vel corrigitur in hoc vt debeat hodie consentire. ADDITIO. Hanc distinctionem Ottonis dicit Barto. hîc esse verissimã 80 consulit tamen propter ei itandas opiniones patris cõsensum semper adhiberi quando haberi potest.

i ¶ Aetatis.] xxv. an. vt. §. de ijs qui ve. æta. impe. l. fi.

k ¶ Sin aũt in secũda ætate.] id est ante xxv. an. sed post. vij. nã de infantili ætate dicet. j. eo. § vbi autem puerilis ætas.

l ¶ Hoc facere.] etiam sine authoritate alicuius. Nam curatorem non habet, qa nec posset habere, cùm sit in patris potestate, vt statim dicas, nec pater authorizat: quia nec eam volebat.

b Dic ꝙ qñ fili⁹ agit nomine procuratorio, non requiriˀ patris cõsensus scd̃m cõter doct. de quo est hodie casus in c. qui generaliter. § j. de procura. lib. vj.

Iudicis præceptũ an sit sententia.

Cõtrariũ tenẽt cõiter hoc hîc & ĩ l. post § j. ff. de his qui. vt indig.

a ¶ Hæreditati.] Nota: nã filio cũ sit in patris potestate, tutor vel curator dari nõ põt: vt.§.de cur.furi.l.fi.j.rñ.& insti.de tute.in prin. Sed daẽ hęreditati. sic & aliâs daẽ nobis: vt.ff.de cur.bo.dan.l.j.&.ij.&.ff. qbus ex cau.ma.l.ab hostib⁹.ĩ prĩ.&.j.de cap.l.iij. Sed qd si est singularis res puta legata a Titio filiofamiliâs, & pr̃ nõ vult eã intẽdere? Rñ. & tũc daẽ curator illi rei singulari: vt arg.in authen.vt liceat ma.& auiæ.§.j.in prin.col.viij.

Filio in patris potestate costituto nõ daẽ, tutor nec curator.

b ¶ Casu.] qñ repudiauit filius, & pater accepit. vel ecõtra q̃do accepit fili⁹ pr̃e repudiãte.

c ¶ Denegãdo.] sed videtur nõ dari: vt.§.qui & aduersus quos.l.fi.Solu. spãle est hîc. Vel dic restituiẽ nõ aduersus parẽtẽ, sed aduersus ipsam repudiationẽ, quam fecit. Vel dic, restituiẽ, si pr̃ adhuc non adiuerat: aliâs non, vt ibi.

d ¶ Ab initio fuisset.] qd ad rẽ, cũ in his pat nihil haberet quaũ diceret in aduẽtitia erat habiturus vsumfr. vñ nõ mirũ si vocaẽ pater filio repudiãte: sed hîc nihil erat hãbitur⁹? Rñ. imò posset olĩ occupare iure peculij filio intestato mortuo: vt ff.de castrẽ.pecul.l.ij. hodie secus: vt.§.e.l.iij.

† Aliâs, ex castrẽsibus actionibus proueniat.

¶ VBI AVTEM.

¶ CASVS in hoc.§.vsq; ad.§.vbi aũt puerilis. talis est. Si vterq; nostrũ hæreditatẽ sibi delatã voluerit: tu habebis vsũfru.& ages noĩe filij, & actionẽ suscipies: & de fructib⁹, quos percipies, sumpt⁹ facies: & si hęreditas debitis obnoxia fuerit, priò vẽdes mobilia. & si hęc nõ faciũt, vẽdes immobilia, & creditorib⁹ satisfacies: & si hoc nõ facias, de ꝓpria bursa cogeris soluere vsuras: si itæ q̃ filiũ tuũ hęredẽ instituit, legata ab eo p̃stãda reliquit: de fructu vel reditu hæreditati solues legata: & si nõ sufficiẽt, vẽdeaẽ primò res, nõ tñ inutiles, mobiles, deĩde imobiles, steriles, & satisfacies legatarijs: mãc pijs autẽ hæreditarijs victũ subministrabis: nec in aliquo deteriorabis proprietatẽ: à ratiocinijs eris immunis, & à cautionibus, quas extranei fructuarij p̃stare cõsueuerũt. Itẽ filios & filias ales nõ obtẽtu hæreditatis, sed naturã hoc suggerẽte: & ecõuerso fili⁹, si ad inopiam vergas, subministrabit tibi necessaria. extra autẽ causas p̃dictas scilicet ob ęs alienũ, & ꝓpter legatarios nõ distrahes: sed ĩ his sic. & si ẽptor inuent⁹ nõ fuerit pignori obligabis: nec vẽditionẽ retractabit filius: ita vt res mobiles distrahãtur, vel immobiles quę hęreditati sunt onerosæ: vt earũ pretium in causas hęreditatis procedat. Vltimò dicit, ꝙ filius nullatenus in his in quibus habes vsumfr. ipse ꝓprietatem testari poterit te viuente vel vendere vel obligare.

e ¶ Vbi autem.] Hæc est secunda pars.

f ¶ Moueat.] hoc facit in casu.§. qñ vult filiafamiliâs agere ꝓ dote, quã dedit pater vel ali⁹: vt.§.de colla.authẽ.qd locũ. Sed cũ hîc dicit patrẽ actionẽ mouere: an satisdabit iudicatũ solui, vel de rato? Videtur ꝙ nõ, cũ agit vt legitimus administrator: vt.§.de admi.tu.l.fi.§.defensionẽ. secus si vt extraneũ eũ defendat: vt.ff. qui satisda.cog.l.si filius. vbi de hoc dixi.

Pater agens in aduentitijs, an satisdare debeat iudicatũ solui vel de rato.

g ¶ Propter rerum incrementa.] id est quia fructus percipit etiam si sumptus faciat. sic ff.de vsufructu & quẽad.l. hactenus.

h ¶ Dependere.] quasi dicat nulla.

i ¶ Supersederit.] vt ff.de iure dotium.l.mulier.in principio.&.ff.de verb signific.l.subsignatum.§.bona.&.l.hæreditatis appellatio.&.ff.de collatio.bono.l.cùm emãcipati.in prici. Sed arg.contra.ff.ad Trebel.l.cogi.in prin.

k ¶ Compelletur.] Hîc ergo exigit filius ratiocinia à patre: quod est contra.§.l.cũ oportet.§.nõ autem hypothecam.&.j.proxi.§.sed lex hoc facit non filius.

l ¶ Sin autem legata.] Notabilis est iste versicul. secundùm Bald. & ad hoc alleg. quòd vniuersalis vsufructuarius tenetur soluere de reditibus.

m ¶ Contineat.] s.substantia.

n ¶ Filij nomine.] not. cãm alienãdi. sic &.ff.de ven.in pos.l.j.§.diminutio.&.ff.de pe.hæ.diuus.

o ¶ Allere debeat.] secundũ dignitatẽ mãcipiorũ: vt &.ff.de vsufr.l.sed & si quid.§.mancipiorum.

p ¶ Deteriorem facere.] sic de quolibet fructuario: vt.ff.de vsufru.l.si cuius.§.fructuarius.

q ¶ Reuerentia.] secus ergo in matre: vt.§.de secun.nup.l.hac edictali.§.his illud. Et sic no.[ca]sum vbi fructuarius non satisdat. sunt & alij: vt.ff.vsufruc.quemadmodum caueat.l.si vsusfruct⁹.§.plane. Item de ratiocinijs nõ reddẽdis no.vt.§.e.ti.l.cùm oportet.§ non autẽ.&.§.de secũ.nup.l.si quis prioris.§.fina.

r ¶ Omnibus.] quia non finiẽ illis modis oĩbus, vt & aliâs: & subaudi ferè. quia debet morte finiri.

s ¶ Constitutionis.] quã habes.§.e.l.cũ oportet.§.nõ autem.

Vsufructuarius quãdo releuaẽ à satisdatione.

t ¶ Imperauerũt.] s.vtrique, & subijcit, &.j.de pa.pot.l.filia.&.ff.de li.ag.si qs à liberis.& suprà de alend.libe.l.prima.&.iij.& quarta.

res filij gubernare propter causæ necessitatem: habeat facultatem filius adire competentem iudicem, & ab eo petere curatorem hæreditati[a] dari, per quem gubernatio rerũ ad eum delatarũ procedat: in vtroque casu[b] in integrum restitutionis auxilio minimè ei denegãdo[c].

¶ Si filius miles recusat adire hæreditatem castrẽsem pater ad adeundum amittitur tanquam hæres institutus. hoc dicit usque ad.§.ubi autem. Sali.

¶ Similique modo in milite filiofamiliâs, qui recusauerit aditionem hæreditatis, quæ ei ex castrensibus occasionibus veniat†: patri danda licentia adire hæreditatem, vt ad ipsum perueniat: pleno iure, tam per vsumfructum, quam per dominium eandem hæreditatem possessurũ, quasi ipse pater ab initio fuisset[d] hæres institutus: eo videlicet subiacente omnibus oneribus hæreditarijs, & omnia commoda habituro, & ad filiũ nullo periculo redundante. ¶ Et hæc quidem in ijs casibus obseruanda sunt, quib⁹ discordia inter patrem & filium vertitur.

¶ Vbi uoluntas patris & filij cõcurrit in adeundo, pater habet tantùm usumfructum, & actiones intentat consensu filij: & sumptus facit de suo proprio. hoc dicit usque ad.§.Sin autem æs alienũ Sali.

¶ Vbi autem[e] in vnum voluntas eorum concurrit, & pater vsumfructum & filius habeat proprietatem: & in agentibus & fugientibus pater quidem suscipiat actiones & moueat[f], cuiuscunque ætatis filius inueniatur. adhibeatur autem etiam filiorum consensus, nisi adhuc in prima ætate sunt constituti, vel longè absunt: sumptibus videlicet à patre propter rerum incrementa[g] faciendis. cùm enim nuda proprietas apud filium inueniatur, ex qua substantia possibile est cum sumptus litis dependere[h]?

¶ Si æs alienum est in hæreditate aduentitia: ut soluatur permittitur patri bona uendere: qui si sit in mora, cogitur de suo usuras soluere. legata uerò & fideicommissa annalia ex reditibus, si sint sufficientes, debent solui: aliâs bona minoris & reditus, licet sint pretiosiora, debent uendi: & mancipia hæreditaria per ipsum patrem debent ali: & à redditione rationum ex cautione fructuaria pater releuatur. hoc dicit usq; ad.§.Ipsum autem. Sali.

¶ Sin autem æs alienum ex defuncti persona descendit: cùm etiam apud veteres hæc esse substantia intelligatur, quæ post detractum æs alienum supersederit[i]: habeat pater licentiam ex rebus hæreditarijs primum quidem mobilibus: sin autem non sufficiunt, ex immobilibus sufficientem partem nomine filij vænũdare, vt ilico reddatur æs alienum, & nõ vsurarũ onere prægrauetur. ¶ Quòd si pater hoc facere supersederit, ipse vsuras vel ex reditibus, vel ex substantia sua omnimodo dare compelletur[k]. ¶ Sin autem legata[l] vel fideicommissa siue annalia siue semel relicta imminent huiusmodi personis: si quidem tales reditus sunt, qui sufficiunt ad annalia legata: pater ex huiusmodi reditibus hoc dependere compelletur. ¶ Sin autem non habeat substantia sufficientem reditum ad legatorum vel fideicommissorum præstationem, vel minimè reditus, vel aliàs accessiones contineat[m] sint tamen res mobiles vel immobiles steriles quidem, non tamen inutiles, veluti domus in prouincijs pretiosæ, vel vbicunque posita ædificia vel suburbana, ex quibus huiusmodi legata possint explicari: licentia dabitur patri sufficientẽ partem eorum similiter filij nomine[n] vendere, & satisfacere legatis: hoc proculdubio obseruando, vt & mãcipia ipse vsufructuarius alere debeat[o], & omnia circa vsumfructum facere, quę nullo modo ꝓprietatem possint deteriorẽ[p] facere: paterna reuerentia[q] eum excusante & à ratiocinijs, & à cautionibus, & ab alijs omnibus[r], q̃ ab vsufructuarijs extraneis legibus exigantur secundùm nostræ constitutionis[s] tenorem, quam super huiusmodi casibus tulimus.

¶ Pater tenetur alere filios, & econtra, nec potest pater, licet habeat usumfructum, bona filij alienare nisi in solutione æris alieni, uel si sunt onerosa hæreditati: nec econtra filius bona, in quibus pater habeat usumfructum, potest alienare præter eius consensum. h.d. usque ad.§.Vbi autem ~~puerilis [aul]~~.

¶ Ipsum autem filium vel filiam, filios uel filias, & deinceps, alere patri necesse est, non propter hæreditates sed propter ipsam naturam, & leges, quæ a parentibus alendos esse liberos impetrauerunt[t], &

Ex vtra

ab ipsis liberis parentes, si inopia ex vtraq; [a] †parte vertitur. ¶Sed pater quidem in prædictis tantũmodo [b] causis habeat licentiam ritè res filiorũfamiliâs vẽdere filij [c] noĩe: vel si emptorẽ nõ inuenerit ritè pignori supponere [d]: nullo modo licẽtia cõcedẽda filijs easdẽ venditiones vel hypothecas retractare. ¶Non autem licentia parẽtibus danda extra memoratas causas res quarũ dominium apud eorũ posteritatem est alienare, vel pignori vel hypothecæ titulo dare si hoc fecerint, scituris ꝙ necesse est eos in legũ laqueos [e] incidere? quibus huiusmodi vẽditiones vel hypothecæ sunt interdictæ: exceptis videlicet rebus mobilibus vel immobilibus, quæ onerosæ hæreditati sunt, vel quocunque modo damnosæ, quas sine periculo vendere patri cũ paterna pietate licet vt pretiũ earum [f] vel in res vel in causas hæreditarias procedat, vel filio seruetur. ¶Filijs autem familiâs in ijs dũtaxat [g] casibus in quibus vsusfructus apud parentes cõstitutus est donec parentes viuũt, nec de ijsdem rebus testari permittimus, neque citra voluntatẽ [h] eorum quorũ in potestate sunt, vlla licẽtia eis cõcedẽda dominiũ [i] rei ad eos pertinentis alienare [k], vel hypothecæ titulo dare, vel pignori assignare. Melius [l] enim est coarctare iuueniles calores, ne cupidini dediti [m] tristẽ exitũ sentiãt [n], qui eos [o] post dispersum expectat patrimonium. Cũ enim (sicut dictum est [p]) parentes alere eos secundũ leges & naturam compellantur: quare ad venditionem rerum suarũ prosilire desyderãt [q]?

¶Pater hæreditatẽ infanti delatã potest solus infantis nomine adire uel repudiare: aduersus tamen repudiationẽ uel aditionẽ filius adultus uel sui iuris effectus potest restitutionẽ implorare qua concessa amplius non auditur etiam beneficio ætatis: pater tamen qui adiuit ubi filius repudiauit, solus oneribus remanet implicatus. h. d. usque ad. §. in seruis. Sali.

¶Vbi autem puerilis [r] ætas patri licentiam præstat etiam sine consensu filij hæreditatẽ nomine eius adire: si hoc fecerit pater, damus q dẽ filio in integrũ restitutionem [s] postquã patria fuerit potestate liberatus, vel adoleuerit [t]: patrem autẽ omnibus oneribus hæreditarijs licet nomine filij adijt, modis omnibus illigamus. Quare enim talẽ hæreditatẽ adijt, qualem nec ipse, nec nũc filius idoneam sibi esse existimat? ¶Non autẽ filio [v] damus licentiã, si in integrũ restitutionẽ petat, respuẽdã credens esse hæreditatẽ, adhuc minoribus curriculis instantibus, iterum per aliã restitutionem adire præfactã hæreditatem: ne ludibrio †leges ei fiant, sæpius eandem & amplecti & respuere hæreditatem cupienti [x]. Si enim quod pater fecit, filius ratũ nõ habuit, & propter hoc restitutus est: quomodo ferẽdus videatur iterum iudiciũ amplectens, qđ post patris voluntatẽ contraria affectione aspernandum esse existimauit [y]? ¶Sin verò pater quidem hereditatem repudiauerit infante filio constituto ipse autẽ filius postea vel adhuc in sacris cõstitutus vel patria potestate liberat[us], adeũdã esse crediderit eãdẽ hæreditatẽ licentiam damus ei, vel si sui iuris efficiatur, tutoribus eius vel curatoribus hæreditatem adire, nullo ꝑiudicio [z] ex recusatione paterna ei generãdo. simili modo & in hac parte nulla ei vel tutoribus, vel curatoribus eius licentia concedenda contra priorem suam voluntatem in integrum restitutionẽ petere. Quæ & in legatis & ĩ fideicõmissis tã specialibus quã per vniuersitatem relictis, & in alijs causis quas suprà enumerauimus [a], similibusq; eis obseruãda sunt. ¶In seruis autem, qui filijs vel filiabus familiâs donantur, siue constante matrimonio [b], siue ab extraneis sub ea cõditiõe vt statim eos in li-

a ¶Ex vtraque.] disiunctiuè. i. ex hac vel ex illa, nõ cõiũctiuè: qa si ambo essent inopes, vn⁹ aliũ alere nõ teneret: vt. s. de alen. lib. l. ij. Similis est lectura. ff. de pa. l. rescriptũ. §. si pacto. & ff. de lib. & posth. l. si ita. j. respõ. & ff. de cõtra hen. emp. l. sed celsus. §. j. circa fi. §. & ita hæc dictio vtraque, ponitur disiunctiuè: vt. ff. cummuni diui. l. pe.

b ¶Tantummodo.] nõ aliàs: vt. s. de bon. ma. l. i. & ij.

†Alterutra

c ¶Filij.] vt. §. superiori ibi, filij nomine &c.

d ¶Supponere.] i. obligare pignori.

e ¶Laqueos.] Quia nõ valet venditio. Accur.

f ¶Pretium earum.] Et hîc videt̃ pater subijci ratiocinijs, sicut & habuisti. s. ea. l. §. vbi autẽ ĩ vnũ.

g ¶Duntaxat.] Nam in his in quib⁹ nec vsusfructus nec aliquid patri acquiritur, puta in castrẽsibus vel quasi, bene possunt testari: vt instit. quibus nõ est permis. fa. testa. circa prin. & s. qui test. facere possunt. l. nemo. Sed de his aduentitijs testari non possunt: qa testamenti factio publici iuris est non priuati: & ideo etiam cõsensu patris de his testari nõ possunt [a]: vt. ff. de testa. l. iij. donare eĩ possunt cã mortis si hoc expressim eis concedatur à patre [b]: vt. ff. de do. cau. mor. l. tam is. §. filiusfamiliâs.

a Nisi ad pias causas per Bart. in l. q postea. ff. de testa. b Idem Sa. de hoc vide ter hîc alle.

h ¶Voluntatem.] sed nunquid cũ voluntate patris, vel etiam si iuramẽto confirmetur? secundũ H. videtur ꝙ nec tunc: vt ff. de vsufr. l. sed & si qd. §. fi. Sed rñ. sic, cũ actionem exerceat patre consentiente: vt. s. ea. l. §. j. & hæc sunt paria actionẽ intendere et rem alienare: vt. ff. de iure deliber. l. ait prætor. §. j.

i ¶Dominium.] quia hoc erat filij: ideo de eo videbatur. Sed quid si pign⁹ remittat vel precariũ, cũ ibi non habeat dominiũ, cessant hæc? sed adhuc puto idẽ. arg. s. de rebus alie. non alie. l. fi. & hic proximè innuit? nã per hoc prę iudicaret fructuario, sicut in seruitute debita fundo quã nõ remittit ꝓprietarius tantũ, vt. ff. de vsufruc. l. sed & si quid. §. sed nec seruitutẽ Sed ar. contra. ff. qui. mod. pig. vel hypo. sol. l. j. & de ijs quæ in frau. credi. l. si pignus.

ADDITIO. Dicas ꝙ hîc alienatio est ꝓhibita propter aliud: quo casu etiã pignoris remissio est prohibita. in legib⁹ verò pro cõtrarijs allegatis propter seipsum erat alienatio prohibita: vt patet in. d. l. si pignus. ff. quæ in fraudem credi.

Alienare generale verbum est.

k ¶Alienare.] nec enim in emphyteosim dare: cùm generale verbũ sit alienare. vt suprà de fun. do. l. prima. & in aut. de non alie. §. alienationis collatione. ij.

l ¶Melius] s. quàm non coarctare.

m ¶Dediti.] scilicet filij.

n ¶Sentiant.] s. patres.

o ¶Qui eos.] scilicet patres. melius est enim in tempore &c. vt. s. in quibus cau. in integ. restitu. non est neces. l. fi. & s. quando lice. vnicuiq; sine iudi. liberam. Accursius.

p ¶Dictum est.] s. §. proxi.

q ¶Desyderant.] interrogatiuè. quasi diceret, non est ratio.

¶Vbi.] CASVS Quæ dicta sunt, vera sunt in filiosfamiliâs maiore vij. annis minore. xx. Si verò esset minor. vij. sine cõsensu suo hæreditatẽ sibi delatã adire poteris noĩe suo: & cũ adoleuerit, vel sui iuris factus fuerit, per beneficiũ restitutionis in integrũ repudiare poterit: & nominibus, licet eã nõ noĩe tuo sed filij adieris, illigaberis. Filius verò si semel restitutus fuerit vt abstineat, non poterit petere restitutionẽ in integrũ, vt eam recipiat: ne leges sint ludibrio etiã si adhuc fuerit intra tẽpora restitutionis. & hoc vsq; ad vers. si verò. Si verò eam repudiasti filio infante, poterit eam filius adire siue sui iuris factus, siue in paterna potestate cõstitutus ita vt sui iuris factus fuit tutores eam adeãt nec in aliquo hęc repudiatio tua ꝑiudicabit. & si restitutus fuerit vt abstinẽdũ ad re restitutionem in integrũ non admittetur ad eandẽ propter causam supradictam. & quæ dicta sunt in inhæreditate, locũ habent in legatis. & hoc vsque ad versi. in seruis. Si verò ille qui filiũ tuũ instituit hæredẽ suum. c. legauerit, vel alius extraneus sub ea cõditione vt manumittatur tu manumissionem impedire non poteris, petendo vsumfructũ. in seruo, cũ eodẽ momento non possit vsufr. cõstitui, & finiri & hoc vsque ad finem.

†Leges nõ debent esse ludibrio. cõ cor. c. bonæ memoriæ, cũ gl. super verbo, illuderĩt. extrà de post. præla. & lxj. di. c. nullus.

r ¶Puerilis.] id est infantilis. quod probatur ꝑ id quod sequitur, quia hęc ætas est illa, quæ præstat patri licentiã etiã sine &c. vt hîc subijcit, & s. de iure delib. l. si infanti. in prĩ. Itẽ patet ex eo quod est. j. ea. l. ibi, sin verò pater &c. Itẽ & per hoc quia. s. hucusque dixit de eo qui est in ætatæ secũda: ab illo. §. sint autem. in secunda ætate.

s ¶Restitutionem.] ad eam repudiandam.

t ¶Adoleuerit.] ergo pubes factus põt habere & nõ habere ratũ. sic & ff. de noua. l. si pupillus in prin.

v ¶Non autem filio.] speciale est hoc casu propter paternam reuerẽtiam, & ne leges sint ludibrio. nam aliàs potest minor sæpius ad audiẽdum vel abstinendum restitui: vt. ff. de mino. l. ait prætor. §. restitutus. Item no. hîc sufficere semel. & s. de iure delib. l. fi. §. antepe. & s. de epis. aud. l. iij. Itẽ nota hîc de ludribio legũ vt. ff. de iudi. l. si prætor. et ff. de adop. l. adoptare. §. eum.

Leges non debent esse ludibrio

x ¶Cupienti.] scilicet ei.

y ¶Existimauit.] quasi dicat, nõ est ferẽdus: vt. ff. de neg. gest. Põponi⁹. j.

z ¶Præiudicio.] generando. sic. s. qui admit. ad bo. pos. l. j. & de repu. bo. l. l. ij. de iure delib. l. renitente.

a ¶Enumerauimus.] vt. s. ea. l. §. siue ecõtrario patre &c. circa prĩc. legis.

b ¶Matrimonio.] à viro vxori filięfamiliâs, vel ecõuerso: nã tali casu valet donatio: vt. ff. de do. inter vi. & vxo. l. cũ autẽ. §. fi. & s. de do. inter vi. & vxo. l. maritus. Item ad hoc. s. de dolo. l. cũ proponas.

a ¶ Ostēditur.] si vsus fructus dicatur.

b ¶ Momento.] Momentū appellat quoddā tēpus,qđ magis intellectu percipi pōt &c.vt.ff.de so. ratū.in instanti eīn hoc esse nō pōt.& facit.ff.de nona.l.si Stichū §.si quis ita. 10 & nota q hîc est vnus de casibus,quibus non quæritur patri vsusfructus: vt no.§.eo.authē.idem est in his.

Momentū quid est.

¶ DE HAEREDITATIBVS DECVRIONVM.

c ¶ SI quis.] Regulariter ī successione ab intestato post vxorē admittitur fiscus in quacunque ciuitate qs decedat.vt.j.de bonis vacan. l.j.lib.x.sed fallit in casib⁹ hui⁹ tituli:vbi in qualibet lege habes vnū.Item est et alius,vt.j.si li.imperia socius sine hærede decesserit.l.j.libro.x.Et dicuntur 30 nauicularī,qui habent societatem in nauibus faciēdis & reparandis. Vel dic q nauicularij dicuntur,q nauibus bladū ducunt: q priuilegia habēt multa:vt ff.de iure immu.l.semper. §.negotiatores.

Fiscus regulariter post vxorē succedit decedentibus ab intestato.fallit in certis casibus.

Nauicularij qui sunt.

d ¶ VNiuersis.] Corpora quædam mili 40 tum ponit quæ sibi succedunt fisco excluso, non vxore.

e ¶ SI quis.] facit ad hāc legē & ad alias hui⁹ ti. §.de episc.& cleri.l. si quis presbyter.

f ¶ SI quis fabricensis.] Fabricenses erāt deputati armis faciēdis, re 50 parandis & vendendis: vt in auē.de armis.coll. vj.

Fabricenses quid dicūtur.

g ¶ Creditores.] alias curatores.

¶ DE VINDICTA *libertate,& apud cōsiliū manumissione.* ¶ *Dixit superiori libro de relictis pecuniarijs.Nunc de liber* 60 *tatibus,& primò de directis præmittens de ijs, quæ inter uiuos dantur.*

Continuatio libri septimi ad sextum.

h ¶ Et apud.] & pro id est.

¶ EOrum.] ¶ CASVS. An minor viginti an.seruum suum manu 70 mittere possit,quæritur? Dicitur q sic apud conci liū.i.apud p̄sidentes in cōcilio:& semel libertate data & probata de statu eius amplius non quæreretur.

i ¶ Concilium.] id est p̄sidentes in concilio.& differt à iudicio:cū hoc inter cōsentientes:iudiciū non, 80 sed in inuitum:vt.ff. de verb.obl.l.inter stipulantem.§.j

†Aliàs,ad di.

k ¶ Falsa.] i.nō iusta:qa bene ei cātauerat:vt insti. qui manumit.nō pos.§.semel.& ff.eo.iusta.sic & ff. de lega.j.l.si fideiussor.§.j.

bertatem perducant:nullū impedimētum paterna faciat authoritas. Qualis enim vsusfructus potest ei acquiri,qui momētarius esse ostēditur [a] ? Si eīn in ipso momento [b] necesse habeat eū & possidere, & libertate donare, in talē hominē qualis vsusfructus patri potest acquiri?

TITVLVS LXI.

De hæreditatibus decurionum,nauiculariorū, cohortalium militum,& fabricēsium.

¶ *Hæc lex cum sequentibus licit quòd collegiū succedit collegiato decedenti ab intestato sine alio hærede,excluso fisco.Baldus. Item ecclesia succedit clerico excluso fisco:ut.§.de episc.& cleri.l.si quis presbyter.Vel sic: Regulariter in successionibus ab intestato post uxorem uocatur fiscus. fallit in quibusdam collegiatis in his legibus nominatis.h.d.totus iste titulus.Sali.*

Imp Constantius A.Mastichiano præfecto annonæ. LEX I.

SI quis [c] nauicularius sine testā & liberis vel successorib⁹ defunctus sit: hæreditatē ei⁹ nō ad fiscū sed ad corpus nauiculariorū ex quo fata li sorte subtract⁹ est,deferri p̄cipimus.PP.x v.Cal. *Lastronæ,Cōstātio A.vij.& Cōstante.Cl.Cæs. Cons.

Idē A.Bonoso magistro equitum. LEX II.

VNiuersis [d] tā legionibus,quā vexillationibus comitatēsibus seu cuneis insinuare debebis, vt cognoscāt cū eorū aliquis fuerit rebus humanis exēptus atq; intestatus,si sine legitimo hęrede decesserit,ad vexillationem,in qua militauit,res eius necessariò peruenire.D.v.Id. Maij, Hieropoli, Rufino & Eusebio Cons.

Idem A.Rufino præfe.præ. LEX III.

SI quis [e] cohortali cōditiōe grauat⁹ sine testā vel quolibet successore vltimū diē obierit:successionē eius non ad fiscū,sed ad cæteros cohortales eiusdem prouinciæ pertinere iubemus.D.v. Calē. Ianuar. Limenio & Catulino Cōs.

Impp.Theod.& Valentin.AA.Florentio præfe. præto. LEX IIII.

IN testatorum curialium bona si sine hærede moriantur, ordinibus patriæ eorum adipisci †præcipimus.D.v.Id.Mart. Florentio & Dionysio Cons.

Idem AA.& CC.Aureliano comiti rerum priuatarum. LEX V.

SI quis fabricensis [f] sine liberis vel legitimo hærede decesserit non condito testamento:eius bona cuiuscunq; summæ sint,ad eos pertinere sancimus, qui velut creditores [g] decedentium attinentur: qui fisco pro intercepto respondere coguntur.Hoc eīn facto contingit,vt & reipublicæ ratio salua permaneat: & fabricēses collegarum suorū solatijs perfruantur,qui dānis ac detrimentis retinentur obnoxij.

Codicis domini Iustiniani sacratissimi Principis ex repetita prælectione.

LIBER SEPTIMVS.



TITVLVS PRIMVS.

De uindicta libertate & apud [h] concilium manumissione.

¶ *Manumissus apud cōciliū,fui iuris efficitur:nec ei obijcitur causæ defectus.h.d.Bal.Vel sic: Decretum ex falsa causa interpositū,fauore libertatis nō rescinditur.hoc dicit.Sali.*

Imp.Antoninus A.Tertio. LEX I.

EOrū qui apud cōciliū [i] manumittuntur post cām à iudicibus p̄batā & manumissionē secutā, nō solet status in dubiū reuocari,si dicantur falsa [k] demonstratione liberati.

¶ *Rei perfectæ nihil pōt superaddi.h.d.Bal. Vel sic: Libertas semel præstita,nō reiteratur nec augetur.Sa.*

Impp.Diocle.& Maximian.AA.Sallustio. LEX II.

NIhil ciuitati Romanę semel pręstitæ vel addere vel detrahere secundā manumissionē potuisse certissimum [l] est.

¶ *Simplex administratio non confert manumissionē. Bal.Vel sic:Nec per procuratorem nec per maritum manumittitur.Sali.*

Idem AA.& CC.Attonitæ. LEX III.

NEc mulierē per maritū, nec aliū per procuratorē [m] vindicta [n] manumittere [o] posse,nō est ambigui iuris

¶ *Apud præsides & magistratus manumissio fieri potest. Saly.*

Imp.Constantius A.Maximo præfe.præ. L. IIII.

Apud concilium nostrum [p], vel apud consules, prætores, præsides, magistratúsue earum ciuitatum, quibus huiusmodi ius est [q] ,adipisci potest patronorum iudicio sedula seruitus libertatem.

& de in integ.rest.l.ij. Alij dicunt speciale fauore libertatis: vt ex falsa cā data nō retractet.secus in alijs:vt.j. si ex falsis instru. per totū.qđ non placet cū falsa cā nō sit cā:vt.ff. de verb.signi.l. Paul⁹.

Libertas ex falsa causa data an re. tractat.

10 ¶ NIhil.] ¶ CASVS. Si minor.xx.annis seruum suū causa approbata apud p̄torē manumisit, posteà manumissiōe facta nihil operabitur manumissio secunda.

l ¶ Certissimum.] 20 aliàs manifestissimū vt institu.de inge.§.si. & sic in sacramēto baptismatis:vt.§.ne sanctū baptis. reite. & in decre.lxviij.di.c.sicut &.c.presbyteri. §. qđ ergo.

¶ NEc mulierem.] ¶ CA 30 SVS. An mulier p̄ maritum vel procuratorē apud cōciliū possit manumitti,quæritur? R̄.q non.

m ¶ Per procuratorem.] l.simplicē.nā si sit factus in rē suam bene pōt:& sic intelligantur iura cōtraria. 40 §.de dolo.l.cūpropo nas.& ff.solu.mat.l.si vero negotiū.& ff.de do.inter vi.& vxo.qđ autē,aliàs cū aūt.§. si. & idem in dotalibus, quos manumittit vir viuente vxore:vt.ff.solu.mat.l.cōstāte.§.si vir.nā viri sunt,vt in- 50 sti. qbus ali.li. vel nō in prin.

n ¶ Vindicta.] nec per aliū modū,licet q dā alio modo concedant.sunt autē multi modi:vt inst.de liber. §.multis.

o ¶ Manumittere.] qa manumissio 60 nō est in administratiōe patrimonij:vt.ff. de manu.l.seruus furiosi . sed p̄ filiū fieri pōt:vt.ſ. cōmunia de ma.l.j.in fi.& ff.eo .l. surdi.

¶ APud concilium.] ¶ CA 70 SVS. Seruū suū si bi obsequiosum pōt quis apud principē, vel p̄torē,vel p̄sidem manumittere: & tenebit libertas.

p ¶ Apud concilium nostrum.] id est apud principē.

q ¶ Ius est.] s.cōcessum speciali vel gene 80 rali cōcessione:vt in defensore ciuitatis habes:vt in authen.de de fen.ciui.§.nulla.colla. iij.& etiā apud extraordinariū iudicem:vt ff.eo.l.etiam.§.si.

De testa

¶ DE TESTAMENTARIA MANVMISSIONE. ¶ *Expoſito tracta ctu uindictæ libertatis, quæ iudicis minuitur authoritate: ſequitur de ea uidere quæ habet præcipuũ fauorem.i.quæ relinquitur in ultima.uolũtate.Et quia directa libertas dignior eſt ea quæ perfideicõmiſſum præſtatur primò de directa uideamus, & ſic de teſtamentaria manumiſsione.Azo.*

Continuatio.

SI codicillos.] CASVS. Minor.xx.an. per legẽ Aeliã Sẽtiã manumittere nõ põt.ſi ergo minor xviij.an.fecit teſtamentũ, & futuros codicillos confirmauit,quod potuit: vt s.de codic.ſiue & poſt.xx. an.fecit codicillos,quibus libertatẽ ſuã reliquit:an valeat,quęrit? Rñ.quod ſic nec trahet tẽpus factionis codicillorũ ad tẽpus teſtamẽti.

Minor.xx. annis manumittere nequit.

a ¶ Si codicillos.] Minor.xx.an.nõ põt manumittere,ppter legẽ Aeliã Sentiam:vt.j.ti.ij.l.minor. & inſtitut.qui.ex cau.ma. non licet.§.eadẽ.fecit autẽ hîc teſtamẽtũ agẽs . xviij. an.& cõfirmauit codicillos futuros : quod facere debuit:vt.s.de codicil.ſiue.& poſt.xx.an fecit codicillos,in quibus libertatem reliquit:& valet quidẽ inſpecto iudicio,id eſt voluntate habita in codicillis,nõ poteſtate iuris,qđ trahit codicillos ad teſtamẽtũ:vt.ff.de iure codici. l. ab inteſtato.in fin. & de hæ.inſti.l.aſſe.

b ¶ Tempus.] ſ.in quo fuit teſtamẽtũ factum.

c ¶ Iudicij.] i.voluntatis habitæ in codicillis

EX teſtamẽto.] CASVS. Teſtamẽtũ feciſti,hr̃edẽ inſtituiſti,libertatẽ Sticho reliquiſti:hæres hæreditatẽ non adijt:an libertas in teſtõ relicta cõpetat,q̃rit? Dicit. quod nõ.ſimiliter nõ valet legatũ libertatis relictæ in teſtõ eius,cuius memoria poſt mortẽ dãnata eſt.

d ¶ Non adita.] niſi ĩ caſibus,quos no.s.de fidei commiſ.l.eam quam.

e ¶ Non intercidit.] quod euenit ĩ crimine lęſę maieſtatis : vt.ff. ad legẽ Iuliã maie.l.fi.itẽ repetũdarũ:vt.ff.de accu.l. ex iudiciorũ . Itẽ apoſtatarũ & manicheorũ:vt.s.de hęre.& ma.l.iij.in fi.&.l.apoſtatarũ.retro eñ fingitur nõ habuiſſe factionẽ teſtamenti:vt.j.ad legem Iuliã maie.l.pe.& fi.& inſti.de hære.quæ ab inteſt.§.per contrarium.

Crimina aliqua non extinguuntur morte.

TITVLVS II.
De teſtamentaria manumiſſione.

¶ *Confirmatio codicillorũ futurorum facta tẽpore in habili,non impedit libertatem poſteà in eis præſtari tẽpore cõgruo.h.d.Sali.*

Impp.Seuerus & Antoninus AA.Primo. L. I.

SI codicillos [a] maior viginti annis feciſſet confirmationis tẽpus [b] libertati nõ nocere certum eſt.nec eñ poteſtas iuris,ſed iudicij [c] conſyderatur.

¶ *Non adita hæreditate libertates relictæ non debẽtur.idẽ ſi memoria defuncti dãnetur.h.d.Sa.*

Idem AA.Phileto. LEX II.

EX teſtamento defuncti libertates præſtari nõ pñt hæreditate nõ adita [d] ,vel ſi rei memoria propter crimẽ, quod morte non intercidit [e] ,damnata eſt.

¶ *Reſtitutio ad aditionem hæreditatis nõ obeſt libertati iam cõpetenti.h.d.Salice.*

Idem AA.Euphroſyno. LEX III.

LIbertas teſtõ defuncti data aditã hæreditate [f] ,cõtingit:& licet hæres ſcriptus per in integrũ reſtitutionẽ abſtinuerit hęreditate,tñ nihil ea res libertati obeſt [g].

¶ *Sicut liber factus de antegeſto non tenetur reddere rationem,ſic nec eius hæres: & is,cui libertas ſub conditione reddendarum rationum eſt relicta, nõ cõſequitur libertatẽ niſi rationes reddiderit, & reliqua reſtituerit.h.d.Sali.*

Idem AA.Archelao. LEX IIII.

CVm teſtõ directã [h] libertatẽ pater tuus ſit cõſecutus: quãuis ei hęres extiteris,fruſtra tñ rõnes quas tpe ſeruitutis geſsit vt reddas cõpelleris [i] , cũ nõ ea cõditione [k] acceperit libertatem. ¶ Is autem cui libertas ſeu fideicommiſſaria ſeu directa, ſi rationes reddiſſet, relicta eſt: ante reliqua illata, & ea quæ malo conſilio amota ſunt,ad libertatẽ nõ põt peruenire. ¶ Sin autẽ nõ debitor ex rõnibus fuerit repertus: poſt aditã hæreditatẽ quaſi puram [l] libertatem cõſequitur.

¶ *Qualitas hæredis non facit cõualeſcere teſtamentum.h.d.Bald.*

Imperator Alexander A.Quintiliano. L. V.

IN fraudem creditorũ teſtamento datæ libertates,quãuis debitori hæres,qui ſoluendo eſt, extiterit,per legem Æliam Sentiam nõ valent [m] .

¶ *Si hæreditas repudiatur quia non eſt ſoluendo: poteſt ſeruus libertate donatus petere bona ſibi addici cauſa ſuæ libertatis conſeruandæ. ſatiſdationẽ de ſoluẽdo creditoribus pſtãdo.h.d.Sa.*

Imperator Gordianus A.Piſiſtrato. L. VI.

SI hæreditas eius à quo teſtamẽto dicis te eſſe manumiſſum, ob æs alienum ſpernitur ab hæredibus: conſeruandæ libertatis gratia non iniuſta rõne creditoribus hæreditarijs ſatis [n] offerens [o] ,iudicium teſtatoris obſeruari tibi poſtulabis: maximè cũ id etiam à diuo Marco cõſultiſsimo principe ſit cõſtitutũ.qđ in extranei quoq; perſona obſeruari oportet.

¶ *Contra uoluntatem defuncti non debet libertas ab hæredibus præſtari.Sali.*

Idem A.Iuſtæ. LEX VII.

COntra voluntatem [p] matris tuę libertatẽ in eũ conferre quẽ illa liberũ [q] fieri prohibuit, non debes: ne videaris [r] iura pietatis violare.

¶ *Si libertas relinquitur in tẽpus nuptiarũ alicuius,intelligitur relicta ſi ille verè nuptias contraxerit non cũ ad tẽpus habile ad nuptias contrahẽdas peruenerit.h.d.Sali.*

Imp.Philip.A.& Phili.Cęſ.Tremell. L.VIII.

CVm teſtator libertatẽ tpe nuptiarũ filij ſui vel filiæ ſeruo dari iuſsit nõ tẽpus pſtãdæ liber-

LIbertas.] CASVS. Libertas in teſtõ relicta cõpetit hæreditate adita.ſi minor poſt aditã hæreditatẽ reſtituatur in integrũ , nũquid libertati nocet quæritur? Dicitur quod non.Viuia.

f ¶ Adita hæreditate.] etiam ab vno hærede:& hoc ſi purè eſt relicta:vt ff.eo.l. teſtamento §.teſtamento.

g ¶ Obeſt.] vt &.ff.eo.l.ſciendum.& de mino.l.& ſi ſine.§.antepe.& de fidicom.lib.l.cùm quaſi.§ ſed & ſi ſuus.

CVm in teſtamento.] CASVS. In teſtõ tuo Sticho caſtal[...] tuo purè liberta.dediſti:an hæres ſuus poſsit cõpelli reddere ratio[...] ritur? Dicitur quod non.& hoc in prima.Si verò ſub conditione reddendæ [...] nis ſit ſibi relicta libertas ſiue directa ſiue fideicõ.vt non peueniſſet ad [...] tatẽ antequã omnia reddidiſſet quæ apud eum ſunt de rationibus do[...] cis redditis,vel dolo malo amouiſſet:non erit liber niſi rationibus re[...] & reliquis illatis.& hoc in ſecunda.Si verò nihil penes eũ remãſit,per[...] bertatem conſequitur,ac ſi purè relicta fuiſſet.& hoc in tertia.

h ¶ Directam.] & purè.

i ¶ Compelleris.] nam eius,quod in ſeruitute fecit,non cogitur reddere rationem tẽpore libertatis vt &.s.an ſeruus ex ſuo fa.l.fi.&.ff.de neg.geſt.l.cũ actum.Sed contra eſt.s.de peti.hære.l.fi.in fi.ſed ibi ſpeciale:quia & aliud pro[...] inducitur ibi.

k ¶ Cum non ea conditone.] ſubaudi maximè.nã & ſi ea cõditio appoſita eſſet,nec eſſet adimpleta,& ſic remanſiſſet ſeruus:idem eſſet ſecundum Azo.nam non habet tunc hæredem,cùm eſſet ſeruus:vt.s.communia de ſucceſ.l.ſeruus.Accurſius.

l ¶ Quaſi puram.] vt ff. de condic . & demon. l.Iulius Paulus. Sed licet debitor in pecunia non inuenitur, nonne ſaltẽ de facto debet dño oſtendere rationẽ? Duo enim videntur iniungi illi, qui rationem reddere debet , quod inſtruat dñm,& cõputet cum eo. Itẽ quòd reddat reliqua.vt.ff.de condi. & demonſtra.l cũ ſeruus. & l.quãuis.& de ſtatulibe. l. ſi ſtatulibera? Reſpond. tenetur adhuc dominum inſtruere ſecũdũ quoſdã antequã ſit liber.quod nõ placet.Sed dic quod ſi qua ſunt reliqua,tũc verè duo inſunt in ea conditione.ſi verò reliqua non ſunt nulla conditio eſt: & ideo libertas pura.ſimile eſt ĩ interdicto vnde vi . nã ibi nõ veniunt mobilia per ſe veniunt tamẽ cũ immobilibus:vt.ff.de vi & vi armata.l.j.§.ſi fundus.ſic & nomina veniunt in iudicio familiæ erciſcundæ cũ rebus corporalibus , non per ſe:vt.s.familię erciſcũdæ,ea q.ſic ſi ſeruus corrũpatur corpore tantũ non habet locũ actio ſerui corrupti:qui ſi corrũpatũ in animo,& dãni corporis venit ęſtimatio in actione ſerui corrupti:vt.ff. de ſeruo corrupto,in hoc. Itẽ aliud exẽplũ.ff.de liber.lega.l.petitor.Itẽ cũ emptor cõuenit & vincit,nec ſumptus repetit:cũ aũt vincit & ſumptus repetit vt no. j. de euict.l.j.in fi. Accur.

Mobilia an veniant in interdicto vnde vi.

IN fraudem.] CASVS. Si in fraudẽ creditorum tuorum ſerui tui libertatem conſecuti ſunt licet hæres, quem inſtituiſti,ſoluendo ſit nõ tamen valet libertas.Viuia.

m ¶ Non ualent.] vt ff.eo.l.ſi quis locuples. & exigitur fraus & effectus in directis,in fideicõmiſſaria ſolus euentus: vt infrà qui manumitt. non poſſunt.l.j.& finali.

¶ DE DEDITITIA LIBERTATE tollenda. (Continuatio.) ¶ Quia manumissionibus (de quibus explicuimus) serui fiūt liberti: & libertorum olim triplex fuerat cōditio, Dedititia, Latina, ciuitasq;. Romana. ponit primò de dedititia cōditione, & subijcit posteà de Latina: quę qa sublatæ sunt, ponit de eis tollēdis, non seruandis. hodie enim sola ciuitas Romana sibi locū vendicat. Azo. Dedititij erant (Dedititij quales erāt.) qui sine cōditione se reddebāt Romanis: & quādiu viuebant, serui erant. post mortem verò in libertatem eripiebātur: vt insti.de lib.§.libertinorū. & de suc.lib.§.fi. Quare ergo non dicebātur serui? Respon. quia successorem habebant, & omnino libertatē sperabant. Vel verius liberi erāt, sed seruire tenebātur: sicut aliâs.j.cōmunia de ma.l.j.§.sin autem proprietarius.

‡ Libertinitate.

Deditia.] CASVS. Olim erat quoddam genus hominū, qui liberti Dedititij dicebātur, qui viuebāt serui, sed moriebātur vt liberi. Hodie dicit Imperator q̄ huiusmodi hominū cōditio à Romana republ. penitus tollatur, ita quòd nec nomē remaneat.

f ¶ Vanum.] nil enim significat Dedititia libertas, sicut nec chimera.

g ¶ Veritatem.] sic.s.communia de leg.l.ij.in fi.&.s.ad orfi.l.fi.qua.

h ¶ Legibus.] non opus est verbis, quorum nullus sequitur effectus.

(Latini qui sunt.) *¶ DE LATINA LIBERTATE &c. ¶ Et hæc Latina libertas tollitur. Et dicūtur Latini, qui toto tempore uitæ suæ erant liberi, sed in morte eripiebātur in seruitutē, & sic non habebāt hæredem: ut insti.de suc.lib.§.fi. Et not. quòd in hac.l.sunt.xij.casus, uel.xiij. in quibus olim fiebant Latini. hodie uerò per.l.istam fiunt ciues Romani, & uerè liberi, in omnibus autem exceptis tribus seruatur ius patronatus illæsum. Accur.*

Cum Dedititij.] CASVS. In principio huius legis dicit Imperator quòd ex quo dedititia sublata est libertas, quare etiam non Latina libertas tollitur? Nunquid Latini liberti dicebantur illi qui dum viuebant erant liberti, in morte tamen eripiebantur in seruitutem, nec habebant hæredem? Et not. q̄ in hac lege.xiij. sunt casus in quibus olim aliqui fiebant Latini, hodie ciues efficiuntur Romani. Primus incipit ibi, Sancimus &c. Dicit ergo quòd licet antiqua Latinitas sublata est, qa eius remanet imago. Dicit ergo: Olim Romani subiugantes sibi aliquam prouinciam transmittebāt homines illius prouinciæ in aliam prouinciam: & dicebantur Latini.i.Romani, & non erant simpliciter liberti, nec erant liberi. vnde sicut illa transmissio iam sublata est, quia aliquando bellū cum indigenis habebant, sic non fiūt hodie huiusmodi Latini: sed cum varijs modis introducta erat Latinorū conditio, & difficultates exortæ tam ex lege quā ex senatuscōsul. dicit Imperator quòd vult resecare & Latinam libertatem tollere, & certos modos eligere in quibus olim cōpetebat Latina libertas non perfecta. quis enim eodem tempore dicet concurrere libertatem & seruitutem? & hoc in prima.

¶ Primò exorditur, secundò statuit. secunda ibi, Sancimus.

Imperator Iustinianus A.Ioanni præfecto prætorio. LEX VNICA.

Cum Dedititij libertiā sublati sint[i]: eapropter[k] imperfecta Latinorum libertas incertis vestigijs titubat[l], & quasi per satyram[m] inducta adhuc remanet: & non inutilis quidem pars eius diminuitur: quod autem ex ipsa rationabile est, hoc in ius perfectum deducitur. Cùm enim Latini liberti ad similitudinem[n] antiquæ Latinitatis quę in colonis[o]†, missa est, videntur esse introducti, ex qua nihil aliud reipublicæ nisi bellum accessit ciuile: satis absurdū est ipsa origine[p] rei sublata, eius imaginem[q] derelinqui. ¶ Cùm igitur[r] multis modis & penè innumerabilibus Latinorum introducta est conditio, & leges diuersæ, & senatusconsulta[s] introducta sunt, & ex his difficultates maximæ emergebant, tam ex lege Iunia quàm ex Largiano senatuscōsulto, necnon ex edicto diui Traiani, quorum quidem plenæ fuerant nostræ leges, non autem in rebus eorum fuerat experimentum: studiosissimum nobis visum est hæc quidem omnia & Latinā libertatem resecare: certos autem modos eligere, ex quibus antea quidē Latina cōpetebat libertas, in p̄senti aūt Romana deferē cōditio: vt his p̄senti lege enumeratis, & ciuibus Romanis nascentibus, cæteri omnes modi per quos Latinorum nomen inducebatur, penitus conquiescant, & non Latinos pariant, sed pro nullis habeantur. Quis enim patiatur talem esse libertatem, ex qua ipso tempore mortis in eandem personam

† Aliâs in colonias.

i ¶ Sublati sint.] vt.s.l.proxima.

k ¶ Eapropter.] id est propter hoc.

l ¶ Titubat.] i. dubitat, vel dubitabilis est propter incertas vias eius.

m ¶ Per satyram.] i. per varietatem nimiā, siue diuersitatem introductam: vt in decre. distin. ij.c.satyra. multę enim leges & variæ de ea tractabant, sicut &.j. dicit. Vel dic per simile dici satyram: quia vt satyrici ludētes imponunt laruam. i. barbam, vt etiam iuuenis videatur senex qui non est: sic & hīc dicebātur liberi, non tamen erant, cum moriebantur serui. (Satyra qualiter accipitur.)

n ¶ Ad similitudinē antiquæ.] olim enim Romani subiugantes aliquam prouinciam, homines eius ad aliam dirigebant prouinciā, & vocabātur Latini, id est Romani, non tamen erant: sic & hi liberti vocabantur liberi, non tamen erant. vnde & sicut illa missio est sublata, eo q̄ quandoq; vel contra indigenas, vel contra rempublicam insultabant, & non fit hodie hæc transmissio: sic nec sunt huiusmodi Latini. Accursius.

o ¶ In colonijs.] id est in villis vel in terris. proprie enim dicitur colonia terra ad colendum destinata: vt.ff.ad municip.l.eius qui.§.j. sed hīc pro tota vna prouincia ponitur. (Colonia dicitur terra ad colendū destinata.)

p ¶ Origine.] id est transmissione.

q ¶ Imaginem.] i. latinitatem ad eius similitudinem inductam. & sume hīc arg. q̄ ex.ll.correctis non debeant sumi argumenta[a] in causis. arg.s. de iustit. co.confir.l.vnica. Item argu. cessante causa, cessat etiam effectus: cessante principali, cesset & accessorium: vt.ff.de reg.iur.l.cùm principalis.

(a Tamē bene, ex eorū ratione gl. in.c.nouit. de iudi.)

r ¶ Cum igitur.] quia quod est vtile, recipimus: & quod est inutile, despicimus: ergo videamus quid sit vtile, & quid inutile.

s ¶ Senatusconsulta.] de quibus habes insti.de lib.§.libertinorum.

ſimul & libertas, & ſeruitus concurrant[a] : & qui quaſi liber moratus eſt, eripiatur non ſolũ in mortem, ſed etiam in ſeruitutem?

¶ *Per ſcripturam ſeu epiſtolam à quinque teſtibus ſubſcriptam, & ab ipſo patrono ſcriptã uel ſubſcriptam conſequi poteſt ſeruus etiam abſens libertatem à domino quaſi ex ultima uoluntate. hoc dicit. uſque ad. §. ſed & ſi quis. Salicetus.*

¶ Sãcimus[b] itaque, ſi quis per epiſtolam[c] ſeruum ſuum[d] in libertatem perducere maluerit : licere ei hoc facere quinq; teſtibus adhibitis, qui poſt eius literas, ſiue in ſubſcriptione poſitas, ſiue per totum textum effuſas, ſuas literas ſupponentes, fidem perpetuam poſsint chartulæ præbere : & ſi hoc fecerit, ſiue per ſe ſcribendo, ſiue per tabularium: libertas ſeruo competat, quaſi ex imitatione codicilli delata: ita tamẽ[e], vt ipſo patrono viuente & libertatem & ciuitatẽ Romanam habeat.

¶ *Etiam inter amicos ſeruo præſenti poteſt libertas in præſentia quinque teſtium dari, tam in iudicio apud acta, quàm extrà: dũmodò fiat ſcriptura. hoc dicit. uſque ad. §. ſed ſcimus. Salicetus.*

¶ Sed & ſi quis inter amicos libertatem dare ſeruo[f] ſuo maluerit: licebit ei ſimiliter[g] quinq; teſtibus adhibitis ſuam explanare voluntatem, & quòd liberum eum eſſe voluerit, dicere : & hoc ſiue inter acta fuerit teſtificatus,[h] ſiue teſtiũ voces[i] atteſtationem ſunt amplexæ, & literas tam publicarum perſonarum quàm teſtium habeant[k] : ſimili modo ſerui ad ciuitatem Romanam perducantur, quaſi ex codicillis ſimiliter libertatem adipiſcentes.

¶ *Seruus languidus à domino de domo eiectus, & nemini in curam datus, conſequitur hodie libertatem, nullo iure patronatus domino reſeruato. hoc dicit uſque ad. §. ſimiliq; modo. Sali.*

¶ Sed ſcimus hoc etiã eſſe in antiqua latinitate ex edicto diui Claudij introductum, quòd ſi quis ſeruum ſuum ægritudine periclitantem[l] à ſua domo publicè eiecerit, neque ipſe eũ procurans, neq; alij eum cõmendans, cùm erat ei libera facultas, ſi non ipſe ad eius curam ſufficeret, in xenonẽ eum mittere, vel quo poterat modo eum adiuuare: huiuſmodi ſeruus in libertate Latina anteà morabatur: & quem ille morientẽ anteà dereliquit, eius bona iterum cùm moreretur, accipiebat. ¶ Talis itaq; ſeruus libertate neceſſaria domino etiam nolẽte re ipſa donatus, fiat ilico ciuis Romanus, nec aditus in iura patronatus quondam domino reſeruetur. Quẽ enim à ſua domo ſuaq; familia publicè[m] repulit, neq; ipſe eum procurans, neq; alij commendans, neq; eum in venerabilem xenonem mittẽs, neque conſueta ei præbens ſalaria: maneat ab eo eiuſq; ſubſtantia penitus ſegregatus, tam in omni tempore vitę liberti[n], quàm cum moriatur[o], necnõ poſtquàm iam in fata conceſſerit.

¶ *Ancilla uendita ſub pacto ne proſtituatur, proſtituta libera efficitur. & idem ſi uendens ſibi reſeruauit manus iniectionẽ, & ipſe poſteà eam proſtituit: nec aliquod ius patronatus ei ſeruatur. h. d. uſq; ad. §. ſed & qui domini. Sal.*

¶ Similiq; modo ſi quis ancillam ſuam ſub hac conditione alienauerit, ne proſtituatur, nouus autem dominus impia mercatione eam proſtituendã eſſe tentauerit[p] : vel ſi priſtinus dominus iniectionẽ[q] manus in tali alienatione ſibi reſeruauerit, & cum ad eum fuerit reuerſa, ipſe ancillam proſtituerit: ilico in libertatem Romanam eripiatur, & qui eam proſtituerit, ab omni iure patronatus repellatur. Qui enim ita demũ degener & impius conſtitutus eſt, vt talẽ exerceat mercationem, quomodo dignus eſt vel ancilla vel libertam eam habere?

¶ *Serui pileati cadauer domini antecedentes, uel in lecto cadaueris ſtantes, liberi efficiũtur. h. d. uſque ad. § illo proculdubio. Sali.*

¶ Sed & qui[r] domini funus pileati[s] antecedunt, vel in ipſo lectulo ſtantes cadauer ventilare[t] videntur: ſi hoc ex voluntate fiat, vel teſtatoris, vel hæredis[v] : fiant

---

a ¶ Concurrant.] vt inſti. de ſuc. lib. §. fi.

¶ Sancimus.] CASVS. Titius vult ſeruo ſuo abſenti per epiſtolã dare libertatem: an poſsit, quæritur? Reſpon. quòd ſic, adhibitis quinque teſtibus eidem epiſtolæ ſubſcribentibus: & ſiue per ſe ſcribentẽ, ſiue per tabellionem data fuiſſet in codicillis, erit liber, non latinus Romanus: patrono viuente ei libertatẽ plena competente. h. d. vſque ad. §. ſed & ſi quis. in quo figura caſum hoc modo. Si qs inter prǫſentes ſeruo ſuo voluerit libertatem donare, poteſt, adhibitis quinque teſtibus : & ſic extra iudicium : & ſiue coram iudice inter acta & tabulario hoc fuerit proteſtatus, ſiue teſtes in iudicio: iudice tamen non authorante ſed vt teſtes audiente proteſtati fuerint ꝙ talis ſeruum talem manumiſit eis præſentibus, & ſcriptura inde facta fuerit: & ſubſcriptio tam manumittẽtis quàm teſtium ſecuta: talis erit liber, non Latinus vt olim, ſed ciuis efficietur Romanus.

b ¶ Sancimus.] hîc incipiũt. xij. vel. xiij. caſus.

c ¶ Per epiſtolã.] ſcilicet vltimæ voluntatis ſecundum Ir. Tu dic inter viuos habitę: vt in fi. §. & inter abſentes : conſequitur tamen libertatẽ quaſi ex vltima voluntate : vt ſubijcit: quod poteſt prodeſſe patrono ad hoc vt non videatur concedere peculium : vt infrà. de pecu. eius qui me. li. l. j. Sed quid ſi non cum hac ſolennitate vt teſtium & literarũ publicarũ, item ſubſcriptioni patroni & teſtium vel ipſius patroni, ſed duo tantùm teſtes interfuerunt? Reſpondetur: conſequitur libertatem, ſed non quaſi ex vltima voluntate.

d ¶ Seruum ſuum.] abſentem ſcilicet.

e ¶ Ita tamen.] hoc ſubiunxit: quia qui in Codicillis manumittitur, nõ niſi mortuo teſtatore libertatem cõſequitur. hîc autem ſtatim conſequitur vt dicit. & hic eſt primus modus antiquæ latinitatis in plenam libertatem deductus.

f ¶ Seruo.] prǫſenti. nã ſuperiori caſu dixit quãdo abſenti, quod placet: quia de epiſtola dixit.

g ¶ Similiter.] id eſt ſicut in ſuperiori caſu.

h ¶ Teſtificatus.] i. p̃ſente iudice & tabellione data libertate, & quinque teſtibus interueniẽtibus, & ſubſcriptione manumittentis & teſtium.

i ¶ Teſtiũ voces.] i. qa quinq; teſtes in iudicio teſtificantur ꝙ talis ita ſeruũ ſuum manumiſit prǫſentibus eis, & ſcriptura inde facta: & ſubſcriptio tam patroni quàm teſtium eſt ſecuta. præſumitur enim ſic fuiſſe: vt. ff. de don. l. ex hac. In ſuperiori ergo §. & in iſto quatuor caſus collige quibus debetur libertas vt ex codicillis, vnus in primo, tres in iſto. Primus quando inter abſentes. Item inter præſentes extra iudicium. Item in iudicio & coram iudice & alijs tanquam inter acta. Item coram iudice, ſed non in forma iudicij. Alij dicunt eſſe tres tantùm, & ſic ſequitur quintus vel quartus modus. j. proxi. §.

k ¶ Habeant.] ſcilicet teſtium voces.

¶ Sed ſcimus.] CASVS. Si aliquis ſeruum ſuum ægrotantem dereliquerit, & extra domum eiecerit publicè, nec alij eum cõmendauerit, vel ad hoſpitale miſerit: fiet iſte talis ſeruus ciuis Romanus non Latinus, vt olim nullo modo adhuc ſuperſtite domino iure patronatus reſeruato, vel ſe in bonis eius relicta ſuccedendi ipſo moriente. Viuianus.

l ¶ Periclitantem.] idẽ ſi non ſit infirmus ſecũdum quoſdam. vt in autẽ. de nupt. §. ſi verò ab initio. & §. & multò potius. coll. iiij. quod non placet. & d. autẽ. in languente. dicit: ſicut hæc & alia. j. de infan. l. ij. & facit. s. de bo. li. l. vl. §. his videlicet. Dic ergo ſi ſanus eſt ſeruus, eſt nullius : donec vel ſe occupet, vel ab alio occupẽt: vt. ff. p dereli. l. fi. & de ſtip. ſer. l. qđ ſeruus. nec obſtat quod dicitur. ff. de pu. iudi. l. ſciendum. quia vere nõ ideo ꝙ eſt abſolutus, eſt liber: ſed quia abiectus, poteſt eſſe liber.

Seru' à domino abie. & cui' ſit.

m ¶ Publicè.] vt notum ſit publicè.

n ¶ Vitæ liberti.] quantùm ad ius patronatus.

o ¶ Cum moriatur.] quantum ad occupandũ bona iure peculij.

¶ Similiq; modo.] CASVS. Si aliquis ancillã ſuã hac cõditione vẽdiderit, ne proſtituat̃, & ſi ꝓſtituta fuerit, in libertatẽ eripiat̃: vel ſi proſtituta fuerit, liceret ei manus inijcere, & emptor eam proſtitueret, vel venditor in eam manus inijciens ſimiliter proſtituerit: fiet libera, nullo caſu proſtituẽti in ea iure patronatus ſeruato.

p ¶ Tẽtauerit.] erit quidem libera, vt ſubijcit: vt. ff. qui ſine ma. ad liber. per. l. ſi quis obligatum. in fi. & s. ſi man. ita ve. ne proſti. l. j. §. j.

q ¶ Iniectionem.] in hac proſtitutione ſpecialiter hic ſeruat̃, vt ſi manus iniectio fuerit appoſita ſine cõmemoratione libertatis, teneat: alioquin potior erit libertatis cõditio, quàm manus ioiectiõis vtroq; appoſito: vno à primo vẽditore alio à ſecũdo: vt. ff. de ſer. expor. l. ſi Titi' ſeruũ. §. pe. & §. fi. & notãt hîc qdam duos caſus de. xiij. alij vnũ dicunt. Accurſius.

¶ Sed & qui.] CASVS. Si ſerui alicuius volũtate ipſius vel hæredis eius pileati anteceſſerint dñi defuncti cadauer, ſtatim fiãt ciues Romane populus credens eos liberos eſſe deciperetur, ſi ſecus fieret, patronatus iure patronis ſeruato.

r ¶ Sed & qui.] ſcilicet ſerui.

s ¶ Pileati.] id eſt pileos ferentes in capite vt liberti. nec enim ſerui deferebant, vt per hoc fieret honor mortuo.

Pileati ſerui qui dicunt.

t ¶ Ventilare.] thure ſecundum Ir. Vel dic funibus: quia funibus portabãtur qui trahi poterant huc & illuc.

v ¶ Hæredis.] accommodata poſt aditam hæreditatem: vt. s. de manu. teſta. l. directis. niſi poſteà adeat quando obſtabat ei factum ſuum: vt. ff. de pigno. act. l. rem alienam. & j. de ſer. pi. da. ma. l. ſi creditoribus. & ff. quorũ leg. l. j. §.

ilico [a] ciues Romani. ¶Et ne q̄s [b] vana liberalitate iactare se concedatur, vt populus quidē eū quasi humanū [c] respiciat, multos pileatos in funus procedētes aspiciens, oībus autem deceptis maneant illi in pristina seruitute publico testimonio defraudati: fiant itaq; et hi ciues Romani [d], iure tamen patrō natus patronis integro reseruato.

¶Non attenditur uoluntas manumittētis in ea parte qua dicit se uelle illum Latinū libertū, esse. h.d. usque ad. §. sed & si sub conditione. Sali.

¶Illo proculdubio obseruādo, vt si quis siue in testamēto siue vindicta quendam manumiserit, licet hoc dixerit vel scripserit, q̄ voluerit eū esse Latinū: superuacua adiectio Latinitatis aboleatur, et ita fiat ciuis Romanus [e], ne modi q̄ ab antiqua obseruatione in ciuitatem Romanam homines ‡ perducebant, per priuatorum voluntates diminui videantur.

¶Si hæres manumittit seruum: pendente conditione libertatis sibi relictæ, tenet libertas: sed cuius sit libertus, demonstrabit conditionis euentus. h.d. usque ad. §. illud. Sali.

¶Sed & si sub cōditione quidem libertatē [f] seruo suo reliquerit, & adhuc pendente conditione extraneus hæres libertatē ei imposuerit: nō vt anteā Latinus, sed ciuis fiat Romanus. Et si quidē conditio defecerit: ipsius hæredis qui libertatem imposuerit [g], maneat libertus. ¶Sin autē fuerit adimpleta cōditio: ne eripiatur liberis forsitan & cognatis [h] ius patronatus, Orcinus libertus videatur: & ad eum iura patronatus perueniant, cui leges concedunt.

¶Si pretium recipit dominus ut seruus in libertate moretur, uel cū manumittat: hodie libertus Latinus non erit, sed simplex libertus. h.d. usque ad. §. sed & si quis. Sali.

¶Illud etiā satis acerbū nobis visum est, qđ putabat antiq̄tas, si in liberali iudicio superat° fuerat seruus à dño, deinde serui pretiū ab aliquo ei solutū [i] est, in Latinitate eum remorari. queadmodū enim rationabile est & pretio eū pfrui, & mortis liberti tēpore denuo eū in seruitutem deducere, cùm non sint ambo casus sibi consentanei? Et in præsenti igitur casu libertas Romana ei accedat, iure patronatus minimè [k] ei subnixo? quia ipse quodāmodo sibi libertus inuenit.

¶Si dominus iungat ancillam libero: libera efficitur. h.d. usque ad. §. similique modo. Sali.

¶Sed & si quis homini libero suā ancillam in matrimoniū collocauerit, & dotē pro ea conscripserit (quod solitum est in liberis personis solū pcedere) ancilla nō Latina: sed ciuis † efficiatur Romana. Si enim hoc qđ frequentissimè in ciues Romanas, & maximè in nobiles personas fieri solet, id est dotalis instrumenti cōscriptio [l], & in hac persona adhibita est: necessarium est consentaneum effectū huius scripturæ obseruari.

In authen. de nup. §. si verò ab initio. & §. asscriptio. col. iiij. cōsti. j.

¶Si quis recipit ancillam in matrimonium ut liberam: uel econtra mulier recipit seruum ut' liberū domino sciēte & patiēte: liber efficitur, & tenet matrimoniū: quod nō procedit in asscriptitio. h.d. Secūdū canones distinguitur an sciatur inter coniuges, & tunc tenet matrimonium: an nesciatur, & tunc non tenet. xxix. q. ij. c. si quis liber. Sali.

AD hoc qui suā ancillā credēti [m] tradidit in matrimoniū tanquā liberā: siue cōfecerit dotalia instrumēta, siue nō, aut sciens eam duci tacuit [n] ex studio: dñium eius amittit, eaq; ad ingenuitatē rapit. Idē dicit de seruo. ¶Si verò nec dñi volūtas, nec taciturnitas studiosa interueniat, & quis credidit liberæ se iūgi psonæ, illa verò famula existere declaret: ipso iure matrimoniū [o] nō tenet. ¶Asscriptitio autē alieno nubere liberam nō licet, ignorante vel sciente nec cōsentiente dño: imò datur licentia dño per se vel per præsidē abstrahere asscriptitiū suum, & plagis mediocribus eum castigare.

¶FINIS AVTHENTICAE.

¶Affirmans apud acta seruum suum esse eius filium, facit eum liberum, & non Latinum: licet eum non faciat sibi filium. h. d. usque ad. §. ille autem. Sali.

¶Similiq; modo si dñs inter acta quendā seruū filiū suū noīauerit: voci ei° quantū ad liberā cōditionē credēdū est. si eīn ipse tali affectiōe fuerit accessus, vt etiā filium suū seruū noīare [p] nō indignet, & hoc nō secreto, neq; inter solos amicos, sed etiā actis interueniētibus, & quasi in iudicij figura [q] nominauerit: qūo pōt eū seruū iterū saltem morientem habere? sed perducatur & ipse in ciuitatem Romanam, vera libertate & nō falso sermone domini sui sustentatus.

¶Si dominus instrumenta seruitutis tradat seruo, uel corrumpat in præsentia quinq; testium: seruus liber efficitur, iure patronatus domino illæso seruato. h.d. usq; ad. §. his tantūmodò. Sal.

¶Ille etiā nouissim° antiquę Latinitatis mod° in ciuitatē Romanam trāslatus eligēdus est, si q̄s instrumenta ex q̄bus seruus ostēdebat, vel dederit seruo, vel corrupe rit. Sed ne furandi occasio seruis forsitan [r] det, & sua malignitate

---

l. j. §. quod ait ptor. sed nō adita nō erant liberi: vt. s̄. de cad. tol. §. ī nouissimo. & de manu. test. libertas.

a ¶Ilico.] id est adita hęreditate, vt dixi.

b ¶Ne quis.] testator vel hæres. & dic ne quis, id est non aliquis.

10 c ¶Humanum.] id est valde liberalem.

d ¶Romani.] Not. q̄ tacere in aliorum deceptione est nocere: vt. s̄. ad Velleia. l. si fine.

¶Illo proculdubio.] CASVS. Dicit in hoc. §. q̄ si aliq̄s in testamēto vel inter viuos 20 seruū manumisit, & adiecit, q̄ velit eū fore latinū: talis adiectio abijciatur, & fiat ciuis Roma.

e ¶Ciuis Romanus] Nota nō vitiari vtile per inutile: vt. ff. de arbi. l. Pedius. Sed arg. contrà. ff. de reg. iur. l. actus.

¶Sed & si.] CASVS. 30 Si aliq̄s in testamēto suo hærede extraneo īstituto libertatē seruo reliquerit directā sub cōditiōe, si nauis ex Asia venerit, & pēdēte ea hæres eū manumiserit, Latinus nō fiat vt olim: sed ciuis Roman°. & si cōditio defecerit, fiat libertus ma 40 numittētis. Si verò extiterit liberorū & agnatorū ī eo reseruato iure patronatus: & dicatur libertus Orcinus. Viuia.

‡ Producebant.

f ¶Libertatē.] directā secundum Io. vt in fi. huius. §. patet.

g ¶Imposuerit.] huic est contra. ff. ad trebel. l. si 50 cui purè. ij. rñ. vbi dicit, q̄ cōtra defuncti volūtatem interim nō pstādā libertatē. Sed expone ibi. i. cōtra defuncti volūtatē esset si cogeretur hęres: spōtè autem potest: vt hîc.

h ¶Cognatis.] q̄b° & agnati cōtinentur. succedunt enim vsq; ad. v. gra- 60 dum: vt instit. de succ. li. §. multis. nec est contra. s̄. de in ius vocan. l. venia. quia ibi dicit transire ad extraneos hæredes quædam iura patronatus, quę sunt in nō faciendo, vt de nō vocādo in ius, vel nō testificando. hîc dicit de succedendo nō transire.

70 ¶Illud etiam.] CASVS. Si seruus à dño ex possessione libertatis ī seruitutē petat, siue seru° ī libertatē ex possessiōe seruitutis pclamauerit, & succubuerit, et aliq̄s pro seruo. x. dederit, vt remaneat liber: olim erat latinus, hodie fiat ciuis 80 Rom. nullo iure patronatus dño seruato. Vi.

i ¶Solutū est.] spontè accipienti. at si accepisset à seruo, nō cogeretur stare pacto: vt. s̄. de transac. l. interpositas.

k ¶Minime.] vt &. s̄. de oper. lib. l. qui nūmis. Sed cōtra. s̄. de bo. li. l. j. ij. rñ. vbi dicit eū habere cōtra tabulas. Sed ibi à seruo accepit pecuniam: hîc ab extraneo: vñ sec° est: vt. ff. de bo. lib. l. etiā. §. si q̄s nūmos. & de suis & legi. l. intestato. §. j. Itē not. 10 hoc verbū cōsuetū. Non bñ cōueniūt, nec in vna sede morantur Maiestas & amor, sceptri grauitate relicta &c.

† Dos eñ cōstitui potest, nisi liberis personis & concor. c. illud. cū gl. super verb. donationem extra de pręsump.

Ouidius in fine secūdi Metamor.

¶Sed & si quis.] CASVS. Si quis ancillam suam alicui libero credenti eam liberā collocauerit in matrimonio 20 & dotalia cōscribat instrumenta: olim fiebant Latini, hodie ciues Ro. Viuianus.

l ¶Conscriptio.] ar. q̄ ipso facto aliquid declarat: vt. s̄. de test. l. nō codicillum. & ff. de repu. l. fi. & j. de pa. po. l. j.

m ¶AD hoc.] Credē 30 ti. i. ei, q̄ credebat domino tradenti & volēti eam literam: vt in cor. continetur. Accur.

n ¶Tacuit.] sic ergo tacere in alicuius deceptionē nocet: vt &. s̄. ad Velle. l. si fine. §. j. & s̄. in hac. l. §. sed & qui domini.

o ¶Matrimonium 40 non tenet.] Sed secūdum canones distinguit an sciat inter cōiuges, & sic tenet matrimonium: vel nō, & tūc nō tenet: vt xxix. q. ij. c. si quis liber.

¶Similiq;.] CASVS. Si q̄s corā iudice seruū suū filiū vocabat: quantū ad causam libera 50 lem, licet nō quo ad ius filiationis olim erat Latinus, hodie ciuis Roma. Viuianus.

p ¶Nominare.] & sic sola noīatio facit eū liberum secundū Azo. q̄ nō credo nisi adoptauit eū, vel adoptare incœpit: vel fortè nisi ea volūtate vo 60 cauit vt vellet eum liberum effici.

q ¶Iudicij figura.] not. figura iudicij. Et sic no. licet qđ ago, nō valet vt ago: valet tñ vt valere pōt. i. licet p hoc nō efficiatur filius, fit tamen liber: vt insti. de adop. §. fi: Sed arg. contra. ff. de con 70 sti. pecu. l. j. §. ij.

¶Ille autem.] CASVS. Si aliquis seruo suo instrumenta emptionalia quæ in emptione serui confecta erant, tradiderit vel corruperit adhibitis. v. testibus: talia enim instrumēta seruo dari non possunt nisi testi- 80 bus. v. adhibitis, ne seruo furandi detur occasio: tunc nō fiat Latinus vt olim, sed ciuis Roma. Viuia.

r ¶Forsitan detur.] Not. non dari occasionē delinquēdi: vt. s̄. de indi-

cta vid.l.ij.&.ff.nau.cau l.j.§.maxima.& in procemio.fforum.§.illud.

a ¶ Non minus quinq;.] est ergo deterior libertatis cõditio quã alterius rei cũ aliâs duo sufficerẽt testes:vt.ff.de proba.l.si chirographũ,& est ratio cũ sint familiares:& quia res est eis maxima,facilè subtraherent:vt ar.s̃.de fideicõ.l.fi.Alij dicũt alibi præsumi debitorẽ liberatũ eo ipso q̃ est apud eũ instrumentũ:vt dicta.l. si chirographũ.& de pac.l. labeo.qđ non placet:nisi probetur redditũ: vt. ff. 10 de solu.l. pecuniæ. &.l. seq.est tamen magna præsumptio pro debitore.

Libertatis cõditio ẽ deterior quã alterius rei. Chirographum si habeat debitor,an præsumatur ob id liberatus.

b ¶ Denegauimus.] s̃.e.§.sed scimus.&.§.simili que modo.&.§.illud.

¶ His tãtũmodo.] CASVS. His. xiij. modis electis cęteri aboleãt:nec Latini dicãt,sed 20 serui maneãt, & lex Iulia norbana & senatuscõsul.cõquiescat:nec decętero locũ habeat:& licet antiquitus libertorũ triplex fuisset conditio : quidam enim plenam , quidam pleniorẽ, quidã semiplenam accipiebant libertatem, & ciues fiebant Ro. 30 Constitutio autẽ ista ad futuros libertos pertineat:& si aliqua bona libertorũ ante legẽ istã occupata sunt:eis nõ præiudicetur.Viuianus.

c ¶ Conquiescãt.] Nõ tamẽ tollit modos manu mittendi : vt.s̃.de ijs qui in ec.ma.l.fi.& insti.de li 40 ber.§.multis.

Senatuscon sultũ largianum.

d ¶ Senatusconsulto.] quo cautũ est vt liberi manumissoris nõ nominatim exhæredati,extraneis hęredib° eorũ in bonis Latinorũ p̃ponerẽtur:vt inst.de suc.lib.§. fi.

Edictũ diui Traiani.

e ¶ Traiani.] quod edictum faciebat viuũ ciuẽ 50 Romanũ:Latinũ autem moriẽtẽ,si ĩuito & ignorante patrono ad ciuitatem ire beneficio principis volebat. vt institu.de succes.lib.§.fi.

f ¶ Ad eam partẽ.] No.scripturam pro parte tenere,pro parte non : vt in auẽ. vt cùm de appel. 60 cog. §. sin autem. colla. viij.& dixi. s̃. de transac. l.si ex falsis.

¶ DE COMMVNI SERVO MANVMISSO. ¶ *Dixit de proprijs seruis, nunc de communibus.*

Diuisio.

In commu 70 nes seruos.] Primò altercationes antiquorum recitat.Secundò illas decidit, & noua dubia remouet. Secundà ibi, His itaque. CASVS. Olim si aliquis habebat seruũ communem cum aliquo, & 80 alter seruo volebat libertatem imponere[l]. inter veteres erat quæstio an non volenti manumittere pars volentis accrescat, necne. & hoc maximè in milite dubitabatur : propter hoc duplex circa materiã istã fiebat cõstitutio.Prima,si miles seruũ cũ priuato haberet cõem & ei libertatẽ voluit imponere:hæres suus cõpellebatur partẽ socij emere:alter autem generaliter compellebat socium suum partem suam vendere:licet ex substantia socij nihil lucri ad eum peruenisset, pretio arbitrio prætoris constituto. & hæc sunt quæ à pluribus iuriscon.relata sunt,nullo habito delectu priuati & militis:vt si quis cũ vno vel cum pluribus seruũ communem habeat, & inter 10 viuos,& in vltima volũtate ei velit libertatẽ imponere:hoc ei licet: & alius vel alij socij partem suã cõpellantur vendere qualẽcunq; habeant siue tertiã,siue dimidiã , siue quartã ipsi vel hæredibus eius,si hoc moriẽs dixit.s.q̃ vult eum esse libe 20 rũ,& emi à socijs:ita videlicet vt qui aliorũ partem cõparauit , si adhuc superstes est,cõpellatur libertatẽ imponere: & hæres eius,si iam cessit in fata.Si verò socius vel socij pretium recipere noluerunt,cõsignetur:& in æde sacra deponatur: ser- 30 uus plenã cõsequatur libertatẽ:& sibi imputẽt socij qui lucrari pretiũ distulerũt : ita vt peculium inter eos socios diuidat̃ pro ea parte p̃ qua quisq; in eo habet dñium : & licet libertatem seruo imponenti seruo concedere peculiũ ei iure patrona- 40 tus pro suo ordine reseruato.h.d.vsq; ad.§.sin autem seruus.Viuia.

ĩ libertatẽ p̃ueniãt:talis mod° certa et ĩdubitata p̃batiõe manifestet̃, vt testib° p̃sentib° nõ min° qnq;[a] dñs ĩstrumẽta vel det famulo suo, vel deleat,aut alio modo corrumpat.Et ex eo igitur modo ciuitatẽ Romanã ei competere censemus, saluo iure patronatus tàm in hac specie quã ĩ cęteris:nisi vbi specialiter hoc patronis denegauimus[b].

¶ *Hic cassat omnes aliàs leges de Latina libertate loquẽtes:& subiungit quòd hæc lex habeat locum in libertis futuris,non autem præsentibus uel iam mortuis.h.d.usque ad finem.Sali.*

¶ His tãtũmõ casib° ex oĩ iure Latinitatis antiquę electis,cęteri oẽs modi q̃ in libris prudẽtiũ vel cõstitutionib° enumerati sunt,penitus conq̃escãt[c]:nec Latini ab eis p̃cedãt,sed maneãt (vt dictũ est) serui ĩ sua cõditiõe,nec tali remedio abuti cõcedant̃.& ne in posterũ aliqđ ius latinæ libertatis nostris legib° incurrat,lex Iunia taceat, Largiano senatuscõsulto[d] cessante,sileat edictũ diui Traiani[e], qđ ex ea sequebatur.& siqua alia lex vel senatuscõsultũ vel etiã constitutio loquit̃ de Latinis,ea inefficax quantũ ad eã partẽ[f] remaneat : & triplex anteà via libertatis quæ multiplices introducebat ambages, vno directo tramite discat ambulare. ¶ Quòd si aliqua lex vel cõstitutio libertatis faciat mẽtionẽ,nõ autem Latinitatis:ea pro ciuitate Romana loqui intelligatur. ¶ Sed si quidã liberti iã mortui sunt, & bona eorũ quasi Latinorũ ijs quorum intererat,aggregata sunt, vel adhuc viuunt:nihil ex hac lege innouet̃,sed maneant apud eos iure antiquo firmiter detenta & vendicãda. ¶ In futuris autem libertis p̃sens cõstitutio locũ sibi vẽdicet.

TITVLVS VII.

De cõi seruo manumisso.

¶ *Olim si socius legabat libertatẽ cõi seruo : si erat miles, eius hæres compellebatur illũ emere, & libertatẽ dare.quod nõ erat in priuato.& ex aduerso socius cõpellebatur uendere ne libertas deficeret;& si nõ cõueniebant de pretio, iudex illud arbitrabatur.Hodie uerò siue sit miles siue priuatus qui uel inter uiuos,uel in ultima uoluntate seruũ cõem uellet manumittere,compellitur socius,siue sit unus,siue plures,illum ei uel eius hæredi uẽdere:nec pro pretio ad iudicẽ recurritur: q̃a lex ista cassatur in uersi.ne aũt quãtitas. & si pretiũ oblatũ nõ recipiat,sufficit in æde sacra deponi:ut hic ĩ uer.sin aũt socius.& peculiũ serui inter socios p̃ rata dñij debet diuidi. & si seruus ratiocinijs erat suppositus,tenetur prius reddere rationes intra tẽpus à iudice prætaxandũ.h.d.usque ad uersi.sin autẽ uno ex socijs.Sali.*

Imperator Iustinianus A.Iuliano præfecto prætorio. LEX I.

In cões seruos, eorũq; libertates , qñ cuidã dño pars libertatẽ imponẽtis accrescit,necne, & maximè inter milites q̃ hmõi imponũt libertates:ambiguitas multa exorta est apud veteres iuris authores:& inuẽta est cõstitutio apud Martianũ ĩ cõstitutiõib° diui Seueri,p̃ quã idẽ imp̃ator disposuit necessitatẽ imponi hæredib° militis cõparare partẽ socij,& seruũ libertate dõare. ¶ Sed & alia cõstitutio[g] diuorũ Seueri & Antonini prĩcipũ reperta est, ex qua gñaliter necessitas ĩpõebat̃ socio partẽ suã socio vẽdere,quaten° libertas seruo ĩponat̃.licet nihil[h] lucri ex substãtia socij moriẽtis alij socio accedat:p̃tio videlicet arbitrio p̃toris cõstituẽdo:secundũ ea q̃ & Vlpian° libro.vj. fideicõmissorũ,& Paul° libro.iij. fideicõmissorũ refert:vbi & hoc relatũ est qđ & Sext° Æli° iuris antiq̃ cõditor definiuit,sociũ p̃ p̃torẽ cõpelli suã partẽ vẽdere,quaten° liber seruus efficiat̃:qđ & Marcellus apud Iulianũ in ei° digestis notat : hocq; Marcellũ cũ Iulianũ notaret[i], retulisse , palã est. ¶ His itaq;[k] apud veteres iuris authores inuentis,decidẽtes tales altercatiões,generaliter sancim°,vt nulla ĩducat̃ differẽtia militis seu priuati in seruis coib°[l] :sed in oĩb° cõib° famulis[m],siue inter viuos,siue ĩ vltima dispositiõe libertatẽ q̃s legitimã impõere cõi seruo voluerit,hoc faciat:necessitatẽ[n] habẽte socio vẽdere partẽ suã quãtã in seruo possidet,siue dimidiã,siue tertiã, siue quãtãcũq;. ¶ Et si plures sint socij:vno[o] ex his libertatẽ imponere cupiẽte,alios oẽs necessitatẽ habere partes suas quas in seruo possidẽt,vẽdere ipsi q̃ libertatẽ seruo ĩponere desyderat,vel hæredi ei°: licet & ipse cõis seruus hæres institutus sit,& hoc moritur°[p] dixerit:ita tñ,vt oĩmodo ipse q̃ partes alias cõparauerit,vel hęredes eius libertatẽ imponãt. ¶ Sin autẽ socius vel socij recusauerint pretiũ accipere:licentiã ei damus offerre hoc per publicas p̃sonas,& sigillo

g ¶ Sed & alia constitutio.] prima constitutio compellit hæredem emere,hęc secunda sociũ vendere,& vtrunq; speciale sed hæc secunda generaliter quemlibet so- 50 cium , sed prima tantũ militis hæredem.

h ¶ Licet nihil.] Imò contra.argu.s̃.de fideicõ. lib.l.deberi. sed ibi totus erat alienus.

i ¶ Notaret.] i.reprehenderet.

k ¶ His itaq;.] s.relictis ambiguitatibus.

60 l ¶ Seruis cõmunibus.] s. manumittẽdis.

m ¶ Famulis.] i.seruis.

n ¶ Necessitatem.] no.quem cogi vendere : vt & no.s̃.de iure delibe. l.nec emere.Sed an prius detur libertas quàm pretium soluatur? Respond. imò prius soluetur pre- 70 tium:vt hîc innuit,&.ff. de act.emp.l.Iulianus. §. offerri.

o ¶ Vno ex his.] non ergo stat̃ iudicio maioris partis:vt.ff.de ser. rusti.prædi.l. per fundum.

p ¶ Et hoc moriturus.] s.q̃ vult esse eũ liberum , & emi à socijs. si 80 eĩn hoc nõ dixit , videt̃ instituendo seruũ cõem voluisse hæreditatẽ suis socijs per eandẽ personã acquiri:vt & in legato dicitur:vt.ff.pro socio.l. verum.§.seruo cõi.&.ff. ad l.Fal.Plautius.

In ædem

a ¶ In æde sacram.] vel ibi vbi cõpetens iudex disposuerit: vt. §. de vsuris.l.acceptam.

b ¶ Imputent.] qd si aliqs eorũ erat minor vigintiquinq; an? Idẽ dicã. ar.ff.de fideicõ.li. l. cùm quasi.§.si plures.ar. contra.§.de admi.tu.lex quę tutores. hoc secundũ H. & hæc eadem in asseriptitio plurium intellige: vt arg.§.de agrico.& censi.l.ne diutius.lib.xj.

Differunt.

c ¶ Pro quibus quisq;.] quãdoq; pro virilibus: vt.ff.de stipu. seruo. l.j.§.si seruus.quãdoq; in totum apud alterum, vt si solus concesserit: vt. ff. de pecu.l. quis ergo.

d ¶ Concedere.] qd semper ei cõcedit, cũ inter viuos manumittit: vt §.de peculio eiꝰ q libertatẽ meruit.l.vnica.Accur.

¶ Sin autẽ seruus.] CASVS. Si seruus suppositꝰ est ratiocinijs: ne rationes pereãt, vel libertates impediant, præses tẽpus statuet, intra qd ratiões & reliqua siqua emerserint, reddãtur: & sic ad libertatẽ perueniet. cõsequẽter in versi. ne autem. dicit qualiter faciẽda est æstimatio serui. & pꝫ patet. Si verò vnus dixit insolidũ se velle libertatẽ imponere, & pretiũ dare: & aliꝰ posteà veniat idẽ offerẽs: prior potior erit habẽdus. Si verò vnus ꝑ parte velit libertatẽ imponere: & alius seq̃s similiter, nullo hinc inde refuso pretio, oẽs libertatẽ imponere compellant: & peculiũ ꝑ parte dimidia inter eos distribuat, iure patronatus æqualiter oĩbus reseruato. Iure aũt accrescendi qd ab antiqs erat inductum, penitus euacuato, nec in posterum frequentari concedatur. Viuia.

† Alias, in viginti solidos.

e ¶ Ne autẽ quantitas.] ad hoc.§. cõia de leg.l.si circa princ.

f ¶ Notariꝰ.] i.scriptor.

g ¶ Volumus.] q æstimatio est. §. cõmunia de leg.l.si duobus.

h ¶ Sin autem.] relinquere.f.insolidum, & in hoc differt ab vltimo casu huius legis.

i ¶ Sub obtẽtu libertatis] nõ mouet ideo ad hoc q alius idẽ vult facere. nã & si alius nollet, iste ad hoc veniret, & sic contẽplatione libertatis tãtũ, nõ astutia facit hoc. Vel dic cũ vterq; vult in solidũ, & totũ manumittere, & alteri pretiũ offerre: potior est is q primò venit. Sed si is q secũdò venit, velit suã solam partem serui manumittere: tunc vterq; compellatur suam partem manumittere. & ad hanc legẽ

impresso in ędẽ sacrã[a] deponere, & sic habere facultatẽ seruũ libertate donare, & eũ habere plenissimã libertatẽ, & ciuitatẽ Romana perfrui, & nullũ timere ex socijs. sibimet eñ imputẽt[b], si cũ liceret eis lucrari pretiũ, hoc accipere distulerũt. ¶ Sed ne circa peculium serui aliqua fiat dubitatio: peculiũ eius in oẽs socios puenire iubemus ex partibꝰ ꝑ qbus quisq;[c] dominium serui possidet. ¶ Licẽtia cõcedẽda ei q libertatẽ moriẽs imponit, etiã eius peculiũ qd ei attingit, liberto cõcedere[d]. ¶ Iura aũt patronatus ꝓculdubio ꝑ suo ordine ad eũ venire q libertatẽ donauit. ¶ Sin autẽ seruus ratiocinijs suppositꝰ est, ne ratiocinia pereãt, vel libertas impediat, ꝓsidẽ ꝓuinciæ vel cõpetẽtẽ iudicẽ tẽpus statuere oportet, intra qd debeat (ratiocinijs anteà factis, & debitis, q ex his apparuerint, redditis) ita ad libertatẽ venire. ¶ Ne aũt quãtitas[e] seruilis pretij sit incerta, sed manifesta: sancimus serui pretiũ siue ancillæ, si nulla arte sunt imbuti, viginti solidis† taxari: ijs videlicet qui vsq; ad decimũ annũ suæ venerint ętatis, in decẽ tantũ modo solidis ponẽdis. ¶ Sin autẽ aliqua arte prædití sunt, exceptis notarijs & medicis, vsq; ad triginta solidos pretiũ eorũ redigi, siue in masculis, siue in fœminis. ¶ Sin autẽ notarius sit, vel medicus, siue masculus, siue fœmina: notarius[f] quidẽ vsq; ad quinquaginta, medicus aũt vsq; ad sexaginta taxetur. ¶ Sin verò eunuchi sint serui cõmunes, maiores decẽ annis: si quidem sine arte sint, in qnquaginta solidos cõputentur: si autẽ artifices, vsq; ad septuaginta. ¶ Minores etenim decẽ annis eunuchos non amplius triginta solidis æstimari volumus[g], & eorum partẽ competentem socij accipient, & libertatem eis per competentes iudices imponere compellentur.

¶ Vbi unus ex socijs primò petijt seruũ manumittere, posteà alius idẽ postulat: potior est primus. sed ubi oẽs concurrunt à principio uel ex postfacto, oẽs cõpelluntur sine pretio: & tunc omnibus seruatur ius patronatus illæsum. h.d. usque ad.§.ius autem accrescendi. Sali.

¶ Sin aũt vno ex socijs libertatẽ siue imponere siue relinquere[h] seruo cupiẽte, & pretium dãte, alter vel alteri ex his ipsi se velle dixerint libertatẽ impõere, & pretiũ dare: melior quidẽ cã erit eius qui primus ad hãc rationẽ pietatis puenit. Si tñ sub obtẽtu libertatis[i] & ipsi ad hoc ꝓsiluerint: tũc iudicem competentem omnes cõpellere sine pretio ei libertatẽ imponere: peculio quidẽ in omnes secũdum partem dominij distribuẽdo: ¶ Iura autẽ patronatꝰ secũdũ sui naturã omnibus qui libertatẽ imposuerint, æqualiter habentibus.

¶ Vbi unꝰ ex dñis cõi seruo libertatẽ legabat, partẽ suã amittebat, & socio accrescebat: quod hodie est correctũ per hãc legẽ: & libertas cõpetit eo modo quo suprà: ut insti.de don.§.si.Sa.

¶ Ius autẽ accrescẽdi qd antiqua iura in cõmunibus seruis manumittendis introducebant, nullius esse momenti, nec in posterũ frequentari penitus concedimus.

¶ Qui legat seruo cõi seipsum, uidetur ei legare libertatẽ. Itẽ qñ uerba possunt dupliciter intelligi, debẽt interpretari in humaniorẽ partẽ. Bal. Vel sic: Si alter ex dominis partẽ quã habet in seruo, ipsi legauit: dicitur ex benigna interpretatione libertatem relinquere: & sic habet locũ quæ dicta sunt in præcedenti. h.d. Sali.

Idẽ A. Iuliano. pfe. p. L. II.

CVm apud oẽs iurispitos hoc placitũ est, vt seruus cõis apud vnũquẽq; dñm partim sit ꝓprius, partim alienus, vt ex hac cã possit & ipse legato[k] honorari, & ipse legari: huiusmodi incidit quęstio: Duo vel plures dñi cõem seruũ habebãt: sed vnꝰ ex his ipsi seruo suã partẽ quã in eo habebat, legauit. Et semel accepta dubitationis occasiõe, hoc vetustas in magnũ extulit certamẽ. Nos igit sensum huiꝰ legati crebra indagatione aggrediẽtes, duplicẽ eũ esse opinamur. Aut eñ putauit testator liberũ fieri posse ex parte seruũ[l], q huiusmodi legatũ ei reliqt: aut si hoc minimẽ cogitauit, affectu socij fecit, vt ei acqrat: hæredes autẽ suos eundẽ seruũ possidere minimẽ voluit: vt sit manifestum à suo patrimonio penitus esse eũ alienatũ. ¶ In tali itaq; cõparatiõe nos q fautores libertatis sumꝰ, sic ambiguã testatoris interptamur volũtatẽ, tãquã si voluerit eũ libertate in sua parte[m] donare. Et cùm iam de cõibꝰ seruis manumittẽdis statuimꝰ, qd in hmõi casibus fieri oporteat: ex illiꝰ sanctiõis tenore & hmõi species fit definita. ¶ Fiat itaq;[n] liber ex parte qdẽ testatoris, secũdũ eius volũtatẽ: ex altera aũt parte, ex nostra definitiõe ptio (secũdũ pdictæ cõstitutiõis tenorem) vel socio vel socijs ab hęrede pstãdo, vel si accipere noluerint, tam eã offerẽdo quàm consignãdo, & periculo eorũ deponẽdo, cùm satis abundeq; imperiale est, humaniorem[o] sententiam pro durioribus sequi.

facit insti.de dona.§.fi.

CVm apud.] CASVS. Olim inter veteres conuenit, vt seruus cõis apud vnũquẽq; dñorum partim esset alienus, partim proprius. & si vnus dñorum partẽ quã habebat in seruo legauerit ipsi seruo dicẽdo sic: do lego te tibi. inter eos quæstio erat quẽ sensum haberent verba ista. distinguit ergo Imperator ꝙ testator aut putauit posse illũ fieri liberũ ꝑ parte, aut cõtẽplatiõe socij: vt sua pars socio acquireret, ꝙ nolebat eũ ad hęreditatẽ peruenire: dicit ꝙ sic sunt verba testamẽti interpretanda: ꝑ parte fiat liber necessitate imponẽda socio de vendẽda parte sua hæreditatis diuidẽdę per leg. prox. & si pretiũ recipere noluerit: cõsignet, & piculo suo deponat: cùm in ambiguis benignior sententia sit proferenda.

k ¶ Et ipse legato.] nã seruo cõi potest legari: & acquiritur socio tũc legatum: vt hîc, &.ff. pro socio.l. verum.§.seruo cõmuni. sed proprio nõ: vt §.de leg.l.seruis.

l ¶ Ex parte seruum.] hîc fatuus erat error: qa nõ põt pro parte esse liber, & pro parte seruus: vt.ff. de lib.cau.l. duobus. & de except. rei iudi.l.iudicare. & de leg. ij.l.cùm filius.

m ¶ In sua parte donare.] Põt ergo sibi legari ipsemet. & sic est cõtra.ff.de hær.inst.l.sed & si sub cõditiõe.§.si. Solu. ibi erat hæres institutus seruus, vñ nec dicit à seipso sibi legari. hîc autẽ hæredes sunt filij à qbus inuenitur sibi legatus.

Legari sibi an possit qs à seipso.

n ¶ Fiat itaq;.] Futurũ itaq;, tempus significat. i. fiat, pręstito. s. pretio vel oblato: vt dixi.§.l.j.§. necessitatẽ. & hîc subijcit: & sic non erit pro parte liber, sed totus simul.

o ¶ Humaniorem.] vt & §.de fideicõ. liber. l. cùm inter veteres. in fi.

¶ DE SERVO PIGNORI DATO MANVMISSO ¶ *Superiori titulo uidebatur cõmunio impedire manumißionem, hîc pignoratio: & ideo de hoc post illum ponit.*

Continuatio.

TITVLVS VIII.

De seruo pignori dato manumisso.

Licet.] CASVS. Certum est quòd maritus seruum dotalem si soluendo est, manumittere potest: sed si mulieri sit specialiter obligatus: an eum manumittere posit, quæritur? Dicitur ꝙ non ea inuita. Viuianus.

a ¶ Dotale.] quod datũ est inæstimatum: vt &.s̃.de rei vxo.act.§.& cũ lex.

b ¶ Manumittere.] vt &.s̃.de iure do.l. & si dotis.&.ff.de manu.l. seruum dotalem. ex quibus collige, ꝙ vir dñs est rei dotalis. quod verum est. Sed ar. cõtra.s̃.de iur. do.l.in rebus. vbi de hoc dices. nam aliâs nõ posset manumittere, nisi esset dominus: vt.j̃.tit.ij.l.si non proprietatem, nec ei pignorari res sua: vt.ff.de pig.act.l.si rem alienam. quod hîc permittitur.

c ¶ Site.] seruum dotalem.

d ¶ Datum.] specialiter & expresśe: vt.j̃. eo. l. iij.

e ¶ Assequi.] nisi fortè seruus pecuniam soluat: vt.ff.de hære.insti.l. pignori.

Libertas.] CASVS. Si cũ fisco cõtraxisti: oĩa bõa tua tacitè sunt obligata propter priuilegiũ suũ. si ergo seruũ tuũ ei specialiter non obligatũ manumisisti: an reuocetur libertas, quæritur? Dicitur ꝙ non: nisi fraudis consilium habueris.

f ¶ Obligatus.] nam contrahentis cũ fisco bona omnia tacitè obligantur: vt.j̃.in quib.cau. pig.ta.l.ij.

g ¶ Effectum.] & cũ effectu. & non currit decennium: vt. ff. qui & à qui.l.si cum fideicõmissa.§.Aristo.

Ab eo.] CASVS. Si generaliter omnia bona tua mihi obligasti: an seruũ tuũ posśis manumittere, quęritur? Rñ. ꝙ sic. & hoc in prima. secus si seruus fuisset obligatus. & hoc in secunda.

h ¶ Certum est.] vt. ff. qui sine ma. ad li. per.l.si quis obligatum. & hoc nisi in fraudẽ creditorum: vt.s̃.l. proxima.

i ¶ Iure.] vt.ff.de manu. seruis. & qui & à qui. seruum.&.s̃.de neceś.ser.l.j. & hoc nisi ipse seruus se luat & soluat: vt dixi.s̃. e.l.j. similis est differẽtia: vt hîc, &.ff.in quib. cau. pig.ta.contra.l. est differentia; &.j̃. de pig. l. ij. & ff.de fur.l.si is qui rem.

Si vt proponis.] CASVS. Si debitor seruum quẽ pignori obligauit, consentiente creditore manumiserit: an teneat manumisśio, quæritur? Dicitur ꝙ sic.

k ¶ Creditore.] etiam minore.xx. ann. vt. ff. de manu. vindi.si pater.§.fi. &.ff.qui & à quibus ma.l.qui in fraudem.§.fi.

¶ *Maritus est dominus rei dotalis, ad hoc allegatur. Bal. Vel sic: Maritus dotis dominus seruum dotalem manumttit, sed non inuita uxore cui specialiter pignori dedit. Sali.*

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Proculo.

LEX I.

Licet dotale [a] mãcipium vir qui soluẽdo est, posśit manumittere [b]: tamen si te [c] pignori quoq; datum [d] mulieri apparuerit: inuita ea non posse libertatem assequi [e], non ambigitur.

¶ *Quod specialiter declaratur, ualidius operatur quàm quod in genere prædicatur. h.d. Bal. uel sic: Tacita bonorum obligatio etiam fisci, non impedit libertatem serui nisi fraus & euentus interuenerit. h.d. Sali.*

Idem AA. Abascanto. LEX II.

Libertas à debitore fisci seruo data, qui pignori non est ex conuentione speciali, sed tantùm priuilegio fisco obligatus [f], nõ aliter infirmatur, quàm si hoc fraudis consilio effectum [g] detegatur.

¶ *Etiam expressa generalis obligatio bonorum non impedit seruum manumitti: sed specialis eiusdem serui. hoc dicit. Sali. & Bald.*

Idem AA. Antonio. LEX III.

Ab eo qui bona sua pignori obligauit quæ habet, quæq; habiturus esset, posse seruis libertatem dari, certum est [h]. ¶ Non idem iuris est in ijs seruis, qui pignoris iure [i] specialiter traditi vel obligati sunt.

¶ *Consentiente creditore debitor iure manumittit seruum quem specialiter pignori dedit. h.d. Sali. & Bal.*

Imp. Alexãder A. Sabiniano. L. IIII.

Si (vt proponis) consentiente creditore [k] cui pignoris iure cum alijs mãcipijs obligatus fuisti, à debitore manumisśus es: potuisti ad libertatem peruenire.

¶ *Ad rescindendum aliquod factum, non potest quis suam uel quasi suam turpitudinem allegare. h.d. Bald. Vel sic: Satisfactio creditorum cõfirmat libertates manumisśorũ, nec fraus propria à debitore allegata, ei patrocinatũ. h.d. Sal.*

Idem A. Extritatiano. LEX V.

Si creditoribus satisfactũ fuerit: ancillæ quæ pignori obligatæ à debitore manumisśæ erant, liberæ fiunt. nam ipse manumissor si fraudem se fecisse creditoribus, vt reuocet libertates, audeat dicere: audiri non debet [l], nec hæredes eius.

¶ *Serui empti à tutore de pecunia pupilli, intelliguntur ei specialiter obligati: & ideo non possunt à tutore manumitti. h.d. Sali. & Bal.*

Si creditoribus] CASVS. Si in fraudẽ creditorũ seruũ tuũ manumisisti, & posteà eis satisfecisti, si posteà vis reuocare libertatem, quia dicis te in fraudem creditorum manumisisse: an sis audiendus, quęritur? Dicitur ꝙ non: quia propriam turpitudinem allegas. nec si in fata cõcesśisti: audiendi erunt hæredes tui.

l ¶ Non debet.] Not. nõ audiri quẽ allegãtẽ turpitudinẽ suam. Itẽ nõ licet venire cõtra suũ vel ꝑdecessoris sui factũ: licet illud nõ tenuerit de iure. & est sic.s̃.de trãsac.l.trãsactione.ij.&.j̃.de reuo.do.l.cũ cõfitearis.&.ff.q & à q.l.pignori.&.j̃.de reuo.ijs q̃ in frau.cre.l.filios.&.ff. de euic.l.vẽdicantẽ.& de lega.ij.l.q solidũ.§. etiam respubli.&.j̃.de lib. cau. l.si ab eo.& de lega.j. l. si seru' pluriũ.§.j.& nõ potest venire cõtra factum suũ: vt.s̃.de rei vẽ.l. cũ à matre.&.ff.de ado.l.post mortem.& de ser. rusti. prædi.l.per fundum.

Idem A. Auctioni. LEX VI.

Si tutor tuus de pecunia tua seruos emptos manumisit: quoniam huiusmodi serui, sicut cæteræ res pupillaribus pecunijs emptæ, iure pignoris ex constitutione diuorum parentum meorũ obligati sunt [m], fauore pupillorũ liberi facti non sunt.

¶ *Res dotalis est in dominio & administratione mariti. Itẽ res empta ex pecunia dotali, quia dotalis propriè est mariti, efficitur ipsius mariti iure dominij. h.d. Vel sic: Serui dotales, siue empti de pecunia dotali, possunt à marito iure manumitti. h.d. Salic.*

Imp. Gordianus A. Iulianæ. L. VII.

Siue cùm nupsisses, mãcipia in dotem dedisti, siue post datam dotem de pecunia dotis maritus tuus quædam comparauit [n]: * iustis rationibus dominia eorũ ad eum peruenerunt: ideoq; frustra quæstionẽ super statu manumissorum conaris inferre: qui eius facti qui comparauit, vel in dotem accepit, ab eo iure potuerunt manumitti [o].

TITVLVS IX.

De seruis reipublicæ manumittendis.

¶ *Seruus ciuitatis potest manumitti ab ordine decreto præsidis interueniente: nec fuga uicarij est iusta cã ipsum reuocãdi in seruitutẽ. h.d. Sal.*

Imp. Gordianus A. Epigono. L. I.

Si ita, vt lege municipali, constitutionibusq; principum comprehenditur, cũ seruus publicus esses, ab ordine (consentiente etiã præside prouinciæ) manumisśus es [p]: non ex eo quòd is quem dederas vicarium, in fugam se conuertit, iugo seruitutis quod manumisśione euasisti, iterato cogeris succedere.

¶ *Manumisśus solenniter à ciuitate, potest matrimonium contrahere: & nati ex eo sunt liberi, & in potestate patris. h.d. Sali.*

Idem A. Hadrianæ. LEX II.

Si decretum ordinis authoritas rectoris prouinciæ comprobauit [q], quo is libertatem acceperat, cui posteà fueras (vt proponis) matrimonio copulata: natam ex huiusmodi matrimonio, & ciuem Romanam esse, & in

Si tutor.] CASVS. Si tutor emit seruũ de pecunia pupil. posteà vult eũ manumittere: an posśit, q̃rit? Dicit ꝙ non, fauore pupilli: q̃a huiusmodi res pecunia pupilli comparatæ, sunt pupillo obligatæ.

m ¶ Obligati sunt.] nõ ergo sunt sui, licet sua i. pupilli pecunia empti, sed & si velit eos ẽt suos habere, ratificando emptionẽ bñ põt: & tũc habebit vtilẽ in rẽ pupill': vt.s̃.ar.tu.l.curator. &. ff. qñ ex facto tu.l.ij. Itẽ no. hic magis priuilegiatum pupil. muliere & fisco: vt hîc, &.s̃.eo.l.j &.l. ab eo.

Siue cum nupsisses.] CASVS Mulier aliqua dedit mihi seruum in dotẽ, vel ex pecunia dotis seruum emit: an posśim eum manumittere, quærit? Dicit ꝙ sic. vñ seruo manumisśo, mulier super ista mouebat quæstionẽ status.

n ¶ Comparauit.] vt &.s̃.de iure do.l. ex pecunia.

o ¶ Manumitti.] vt &.s̃.eo.l.j.

¶ DE SERVIS REIPVBLICAE MANVMITTENDIS. ¶ *De seruis singulorũ dictũ est: nunc autẽ tractat de seruis uniuersitatis cuiusq;. i. reipubl. Romanorum, uel cuiuslibet ciuitatis. Azo.*

Si ita] CASVS. Cõsiliarij ciuitatis Bonoñ. cõsentiẽte potestate manumiserunt seruũ reipub. seru' ille vicariũ suũ pro se dederat, q aufugit: an ideo magis reuocabitur iste in seruitutẽ, quæritur? Rñ. ꝙ non. Viuia.

p ¶ Manumisśus es.] sic ergo põt dari libertas: vt &.ff.de offic. ꝑto.l. barbari'.& de mãu.q̃ seruis ad vniuer. ꝑti.impo. l.j.&.ij. idẽ in seruis ecclesiarũ, per simile. arg.j̃.de prædi.decur.li.x.l.fi.&.j̃. de decu.l.ij.eo.li.

Si decretum.] CASVS. Si à cõsilio Boñ ciuitatis authoritate potestatis interueniẽte seruus ciuitatis manumisśus vxorẽ duxerit, & ex ea filium suscepit: an sit libera, & in potestate patris, quærit? Dicit ꝙ sic. Viuianus.

q ¶ Comprobauit.] vt &.s̃.l.proxima.

* Iuris.

Pupillus est magis priuilegiat' quá mulier & fiscus.

Continuatio.

Potestate.

a ¶ Poteſtate.] ex liberto etiam ingenuus eſt: vt ſuprà de ſuis & legiti. liberis. l. filium.

Titulis.] CASVS. Quo caſu ſeruus priuati manumiſſus reuocatur in ſeruitutem, eodem modo & ſeruus vniuerſitatis. Si conſules ciuitatis Bonoñ. conſentiente poteſtate, dato ſeruo vicario, vt ſtatutum eſt tam in Italia quàm in prouincia, ſeruum reipub. manumiſerint: & manumiſſus officium tabellionis adminiſtrauit, vt prius fecit: an propter hoc videatur libertas reuocari? dicitur quod non. nec ſilijs nocet, quo minus poſsint fieri decuriones.

patris poteſtate[a], non eſt opinionis incertæ.

¶ *Sine cauſa iuſta libertus etiam municipum non reuocatur in ſeruitutem, & non eſt iuſta cauſa tabellionatus officium, licet tabellio ſeruus publicus appelletur. Et natus ex matrimonio contracto cum liberto, naſcitur ingenuus, & ideo ad decurionatum aſpirare non prohibetur. Sali.*

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Philadelpho. LEX III.

* Titulis[b] nõ præcedentibus quibus[c] dominia ſeruorũ quæri ſolent, municipum libertus ſeruus non efficitur. ¶ Si itaq; ſecundum legẽ * Vectibulici[d] (cuius[e] legis poteſtatem, ſenatuſconſulto Iubentio Celſo iterũ[f] & Neratio Marcello conſulibus facto, ad prouincias[g] porrectam conſtitit) manumiſſus ciuitatem Romanam conſecutus eſt: poſt verò, vt libertus tabulariam[h] adminiſtrando, libertatem quam fueras conſecutus, nõ amiſiſti: nec actus tuus filio ex liberis[i] †ingenuo ſuſcepto, quo minus decurio eſſe poſsit, obfuit.

b ¶ Titulis.] ſ. venditione, vel dotis donatione, vel ſimili: vel reuocatione ex ingratitudine: vt ff. de lib. cau. l. ſi vſusfructus.

c ¶ Quibus.] i. quo: vt ſ. de in ius vo. l. fi. & facit j. de ing. manu. l. ſcientis.

d ¶ Vectibulici.] aliâs vectibilici. hîc vectibulicus tulit legem de huiuſmodi ſeruis manumittendis.

e ¶ Cuius.] ſcilicet legis Vectibulici.

f ¶ Iterum.] conſule.

g ¶ Ad prouincias.] vt non ſolùm in Italicis ſeruis, ſed etiam in prouincialibus locũ habeat.

h ¶ Tabulariam.] quod officium omnibus ſeruis interdicitur: vt j. de tabu. l. generaliter. lib. x. ideo autẽ videbatur obeſſe ſibi: quia fuerat ſeruus publicus: vt ff. de adop. l. nõ aliter. & ſic ex eo natus deberet cẽſeri ſpurius: vt pote ſine patre de iure ciuili: vt ff. de regu. iur. l. ſeruitutẽ. tamẽ aliud eſt: quia dicitur ſeruus, non quod ſit ſeruus: quia tabellio ſeruus eſſe nõ põt. j. de tab. l. generali. lib. x. ſed quia ſeruit reipublicæ. Itẽ & aliud videbatur ei obeſſe: quia geſſerat actũ publicũ. ſ. tabulariã. & actũ reipu. nemo libertus gerere compellitur: vt j. ne quis liber. inuitus l. j. & ij. lib. xj. & j. de lib. cau. l. liberos.

i ¶ Ex liberis.] ideo dicit ex liberis, vt dicunt: quia ſi ſeruus eſſet licet mater eſſet libera & pater ſeruus fiſci, filius ſequeretur conditionẽ patris. & pro eis. j. ne de ſta. defunc. l. ſi pater. idemq; dicunt in filio genetiarij. Sed Io. contra. non enim patris conditionem in ſeruitute ſequitur: vt ſ. de rei vẽd. l. partum. ſed in curiali conditione & in honoribus: vt j. de decur. l. exemplo. & l. eos. & l. nullus. lib. x. Dic ergo ideo dici ex liberis: quia ſi patrem habuiſſet ſeruum, eſſet ſpurius: & ideo nõ vocaretur ad decurionatum, vel ad aliam dignitatem, donec eſſet legitimus competitor: vt ff. de decur. l. generaliter. §. ſpurios. & ſ. de ſuis & legi. liber. l. ex libera.

Titulo non præcedente.

Vectibilici.

† Aliâs, ex liberto ingenuo ſuſc.

Fili' in quo ſequitur paternam conditionem.

TITVLVS X.

De iis qui à non dominis manumiſsi ſunt.

¶ *Scienter manumittens ſeruum alienum ut proprium, tenetur domino hoc eligenti ad pretium. h. d. Sali.*

Imper. Antoninus A. Cornelio. L. I.

Eum qui ſeruos alienos ac ſi ſuos manumittit[k]: vt pretium eorum dominis, ſi hoc elegerint, dependat, vel quanti[l] ſua intereſt: ſæpe reſcriptum eſt teneri.

¶ *Si procurator emit ſibi ſeruos: antequam tradat domino, poteſt manumittere illos. hoc dicit. Salic.*

Imperator Alexander A. Mercuriali. LEX II.

Felicisſima quam mandante te ſeruum emiſſe dicis[m], ſi dominium ſerui quem manumiſit, nondum ad te tranſtulerat[n]: fruſtra petis vt denegata libertate, eius quem manumiſſum dicis, poſſeſsio tibi tradatur.

¶ *Non uenditione hæreditatis, ſed traditione rerum, transfertur dominium. hoc dicit. Sali. & Bald.*

Idem A. Pompeio. LEX III.

Qui tibi hæreditatem vendidit, antequàm res hęreditarias traderet, dominus earũ perſeuerauit: & ideo manumittendo libertatẽ ſeruo hæreditario præſtitit[o].

¶ *Habens precarium uſum, non adipiſcitur dominium: & ideò rem alienare, uel ſtatũ mutare non poteſt. hoc dicit notabiliter. Bald. Vel ſic: Tenens ſeruũ precario, non manumittit. Sal.*

Impp. Valerian. & Gallien. AA. Zoilo. LEX IIII.

Si non proprietatem[p] donaueras, ſed miniſteriũ ancillæ dederas: libertatem mancipio dãdo, ea quæ precarium vſum habebat, dominio tuo nihil præiudicauit. Nemo enim alienum ſeruũ, quãuis vt proprium manumittat, ad libertatem perducere poteſt.

¶ *Donator poſt traditionem deſinit eſſe dominus & adminiſtrator. h. d. Bald. Vel ſic: Donatori poſt traditionem interdicitur manumiſſio. h. d. Sali.*

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Marcellinæ. LEX V.

Si tradita[q] ſunt ex donatione mancipia: ius manumittendi donatrix non habuit.

¶ *Pater non poteſt ſupplere defectum filij qui in ætate reperitur. h. d. notabiliter. Bald. Vel ſic: Filius qui per ſe non poteſt manumittere, nec patri poteſt conſentire. h. d. Salic.*

Idem AA. & CC. Milio & alijs. LEX VI.

Si pater ſeruũ veſtrum, licet vobis minoribus[r] viginti annis[s] conſentientibus,

¶ DE IIS QVI A NON DOMINIS MANVMISS. &c.

Eum qui ſeruos.] CASVS. Si ſeruum tuum quaſi proprium manumiſi: an ad eſtimationem ſerui tibi tenear, quæritur? Dicitur quòd ſic. vel ad id quod tua interfuit eum nõ manumitti.

k ¶ Manumittit.] ſciens: aliâs cùm nullum pretium habeat, non teneret.

l ¶ Quanti.] ſubaudi vel quanti, ſi non eſt in litera &c. vel in fine ſupple, vel ipſum ſeruum: & ſecundum hoc pretium & intereſſe eſt idem. Sed qua actione hæc ęſtimatio petitur? Rñ. præſcriptis verbis, vel in factum, vel vtili negotiorum geſtorum, habendo ratum: licet non ſuo nomine geſtũ. & licet res extet. quod eſt ſpeciale fauore libertatis, ſcilicet quòd poſsit habere ratum negotium non ſuo nomine geſtum: & re nondum perempta vel vſuſcapta: aliâs ſecus: vt ſ. de rei vendi. l. mater. & de re. alie. non alienã. l. j. Item hac. l. manumitto alienum: ſed duabus ſequentibus manumitto debitum alteri.

Felicisſima.] CASVS. Mandaui cuidam mulieri vt ſeruum mihi emeret: & ſuo nomine emit, & antequàm eum mihi traderet, manumiſit: ſi petam eum mihi reddi libertate reuocata, an ſim audiendus, quæritur? Dicitur quòd non. Viuia.

m ¶ Dicis.] ſuo nomine: quia ſi tuo nomine emiſſet, in tuo dominio eſſet: & ideo ei libertatẽ dare non potuiſſet.

n ¶ Tranſtulerat.] Puta quia non ipſa hoc geſsit, nec venditor. Et dic plenius: aut vterque geſsit, aut nullus, aut alter. ſi alter vel vterque, ſtatim acquiritur domino: & ſic loquitur. ff. de acquiren. rerum do. l. ſi procurator. & de donat. quod mihi. & de acquiren. poſſeſ. l. j. §. hæc quæ de ſeruis. & §. ſequent. ſi neuter, non ſtatim niſi ea res tradatur domino: vt ff. de acquiren. rerum domi. l. res ex mãdato. & hoc ſecundum B. R. & Ioann. nec placet diſtinctio M. dicentis aliud in procuratore ſpeciali: aliud in generali. nam cõfundit eum. ff. de admi. tuto. l. ſi duo. ſed eſt pro eo. ff. de mi. l. illud. §. ſi talis. & de procura. l. Põponius.

Dominium an ſtatim quærat domino per procuratorem.

Qui tibi.] CASVS. Si hæreditatem mihi vendidiſti: & antequàm traderes ſeruum hæredita. manumiſiſti: an teneat manumiſsio, quæritur? Dicitur quòd ſic. quia ante traditionem eras dominus adhuc. Viuianus.

o ¶ Præſtitit.] vt & ff. de manumiſ. l. eum qui. ſed actione ex empto tenetur: vt ſuprà de hæred. vendit. l. qui tibi. & de act. empt. l. ſi ancillam.

Si non.] CASVS. Si ancillam meam ad tempus conceſsi tibi non animo in te proprietatem transferendi, & eam manumiſeris: an teneat manumiſſio, quæritur? Dicitur quòd non. nec mihi præiudicaſti: nemo enim &c. Viuianus.

p ¶ Si non proprietatem.] Not. vt ſ. de vſufruct. l. vſufructu. & ſ. de manumiſ. teſta. l. ſeruo. & ff. pro donato. l. fi. Sed cõtra. ff. qui & à qui. l. competit. vbi valet manumiſsio facta ab eo qui poſteà apparuit ſeruus. Sed dic, ibi apparuit. ſ. ex ſuperueniente cauſa: liber tamen erat tempore manumiſsionis.

Si tradita.] CASVS. Si mulier aliqua ſeruum tibi dederit: an eum manumittere poſsit: vel ſi de facto manumittit, teneat manumiſsio, quæritur? Dicitur quod non. Viuia.

q ¶ Si tradita.] ſecus ſi non tradita: vt ſ. eo. l. qui tibi.

Si pater.] CASVS. Si pater tuus te minore. xx. ann. conſentiente ſeruum tuum manumiſit: tibi non præiudicauit: vnde non tenuit manumiſsio. Viuianus.

r ¶ Minoribus.] ſecus ſi eſſet maior. ſic econtra pater per filium: vt j. communia de ma. l. j. §. fi. ſunt enim vna perſona: vt inſtit. de inuti. ſtipu. §. ei verò qui. aliàs non poteſt quis per alium manumittere: vt ſ. de manu. vindi. l. nec mulierem.

s ¶ Viginti annis.] vt j. titu. j. l. ſi minor. xx. an. lex Aelia Sentia contradicit: vt inſti. qui manu. non poſſ. hodie autem correctum eſt per aut. vt in aut. vt ſpon. larg. colla. ix. circa princ. quia dicitur quod minor. xiij. an. poteſt facere teſtamentum: ergo & manumittere.

a ¶ Non potuit.] Hoc cùm seruus erat minoris. si alterius, licet sibi obligatus potest consentire manumissioni. ff. de manu. vin. l. si pater. §. fi.

SI à non dominis.] CASVS. Si aliquis seruum alienum manumiserit: aut in præsentia iudicis simplicis habentis tam ius dandi libertatem: aut principis. primo casu reuocabitur libertas, & sine pœna, secundo casu restituto domino suo mancipia eiusdẽ artis dabit dño, & tria fisco. & hoc in prima & secunda parte. Si verò. xx. an. tacuit, ita ꝙ nemo stat⁹ moueat quęstionẽ, & ille pręदicta præscriptiõe se tueri possit: à prædicta pœna erit immunis qui manumisit: & sibi imputet dñs ꝙ tanto tempore tacuerit. & hoc in tertia.

b ¶ Pœnæ.] nominaliter ponitur. nullã enim patitur pœnã qui manumisit. nam authoritas iudicis excusat: vt. ff. de ijs qui no. infa. l. furti. §. ij. Itẽ libertas valet: vt hîc innuit. vel verius nõ valet: vt. s. eo. l. si non proprietatem, alij ponũt aduerbialiter: & ideo dicit pœnæ: quia cùm opponitur pręscriptio. xx. an. non est facilis dissolutio libertatis. & secundum primũ modum potest legi. j & s.

c ¶ Iubentibus.] id est consentientibus & authorizantibus.

Actio quãdoq; datur in quintuplum.

d ¶ Et alia tria.] sic ergo in quintuplum: & sic est contra insti. de act. §. omnes. sed diuersis pręstatur hæc pœna fisco & domino serui.

e ¶ Præscriptione.] s. xx. an. vt. j. de long. tempo. præscrip. quæ pro liber. l. ij. Et not. ꝙ qui præiudicat sibi per negligentiam in vno, in alio similiter sibi præiudicat. sic ff. vi bo. rapt. l. iij. & de ad mi. tuto. l. si pupillus. & s. ad legem Fal. aut. sed cũ testator. §. itẽ si heres quędam. arg. cõtra. ff. de alie. iu. mu. causa fac. l. item si res. in princ. Sed ibi alienatio tenuit à principio: hîc non tenuit manumissio. Itẽ not. simile econtra: quia si duo habeo auxilia. & in vno sum diligẽs, & sic in eo mihi non pręiudico: imo mihi prouidi ꝙ in alio videor mihi puidere: vt s. de inoffi. testa. l. contra maiores. & ff. de condi. cau. da. l. si extraneus.

Negligentia nocẽs alicui in vno, necet ei in alio.

manumisit: ei libertatem præstare non potuit[a].

¶ *Decretum obreptitium nõ ualet: & si princeps fallitur, impetrans punitur. sed si actus gestus temporis diuturnitate firmetur: tam ciuilis quàm criminalis pœna funditus euanescit. hoc dicit. Bald. Vel sic: Libertas præstita seruo alieno cum iudicis uel principis decreto, non præiudicat domino uero: & qui principẽ fefellit, punitur pœna hic statuta. & cessant ista si seruus ille sibi libertatem præscripserit. h. d. Sali.*

Imperator Constantinus A. ad Bassum.

LEX VII.

SI à non dominis libertas detur mãcipio alieno: si quidem ab ijs iudicibus impetrabitur, quibus dandi ius est: sine vlla trepidatione pœnæ [b] facilis dissolutio est. ¶ Si verò iubentibus [c] nobis quicquam lege actum esse doceatur, & non dominus vt alienum mancipium manumitteretur, petisse probetur: tunc eodem qui in conspectu nostro libertatẽ monstrabitur à non domino consecutus, ei protinus ad cuius proprietatẽ pertinet, restituto: is qui mãcipium alienum fallendo principis conscientiam manumisit, mancipia duo cogatur domino eius dare, eiusdem sexus, ętatis, atq; artis, cuius constiterit esse manumissum, & alia tria [d] fisco eadem ratione similia. ¶ Quæ multa nõ semper imponitur, sed potius cõquiescit, si fortè manumissus inferentem sibi quæstionẽ status, obiecta legitima præscriptione [e] potuerit excludere: cùm sibi amissi mancipij damna debeat imputare is qui in perniciem suam gesta taciturnitate firmauit. PP. Idib. Iulij. Constantino. A. v. & Licinio Cæs. Cons.

TITVLVS XI.

Qui manumittere nõ possunt: & ne in fraudem creditorum manumittatur.

¶ QVI MANVMITTERE NON POSSVNT: ET NE IN FRAVDEM CREDITORVM &c.

Certum.] CASVS. Si in testamento tuo Sticho directam libertatẽ reliquisti in creditorum fraudem, non aliâs reuocabitur: nisi consilium & euentus. s. ꝙ re ipsa sint fraudati, sequatur. & hoc in prima. Si verò te ab aliquo hærede instituto, & à te fideicom. relicto præstando Titio: an Titius inter creditores cõputetur, si tu minus idoneus seruos manumittas, quæritur? Dicitur ꝙ sic. & hoc in secunda. Viuia.

Libertates in fraudem creditorum concesse, an sint reuocãdæ.

f ¶ In fraudem.] vt insti. qui ma. non pos. §. in fraudem.

g ¶ Sequatur.] Sunt ergo duo necessaria in directis. s. consilium & euentus: vt hîc. Sed in fideicommissarijs sufficit solus euentus: vt hîc, & j. eod. l. fi. & ff. de fideicommissarijs li. l. ergo. §. si in fraudẽ. sic in datis inter viuos, duo exiguntur. ff. quæ in frau. credi. l. si quis cùm haberet. & insti. qui ma. nõ pos. §. præualuisse.

¶ *Fraudis nomine continetur consiliũ & euẽtus. h. d. Bal. Vel sic: Vt libertates directæ reuocentur tanquam in fraudem creditorum datæ, duo requiruntur, scilicet fraudis consilium & euentus: & creditor intelligitur etiam cui ex ultima uoluntate ad libertatem præstandam debetur. Sali.*

Imperator Alexander A. Antiocho.

h ¶ Fideicommissum.] Non ꝙ manumittens reliquerit, sed alius ab eo: vt apparet per. l. illam. j. de bo. aut. iudi. pos. l. j. & ff. ad legem Fal. l. in ratione. j. §. quod vulgò. Item hoc cùm est purũ: secus si conditionale: vt. ff. qui & à qui. l. qui in fraudem. & ff. de act. & obl. l. is cui.

LEX I.

CErtum ius est, nõ alias directas libertates per legẽ Æliam Sẽtiam, quæ sunt in fraudem [f] creditorũ manumissorum datę, reuocari: nisi & consilium fraudis, hoc est animus manumittentis, & euentus damni suum recipere volentium sequatur[g]. Inter creditores autẽ etiam eos numerandos esse, quibus fideicommissum [h] debetur, olim placuit.

¶ *Seruus etiam per interpositam personam, seruum peculiarem non manumittit. h. d. Sali.*

Idem A. Nataliano. LEX II.

SEruos [i] meos nec per interpositam [k] personam ad libertatẽ perducere homines peculij sui posse, mandatis principum comprehenditur.

SEruos.] CASVS. An seruus ordinarius principis vicarium suum manumittere possit, quæritur? Dicitur ꝙ non.

i ¶ Seruos.] ar. cõtra. ff. qui & à quibus. l. competit. ADDITIO. Gl. soluit ibi duobus modis: dic vt in ea.

k ¶ Nec per interpositam.] Non solùm per se, sed per interpositam personam.

¶ *Quod fit in spectaculo & populi tumultu, pro infecto debet haberi. h. d. Bal. Vel sic: Ad exclamationem populi facta manumissio non tenet. h. d. Sali.*

Idem A. Iustinæ. LEX III.

DIuo Marco authore amplissimus ordo censuit ne quis in spectaculo [l] quod edatur, actorem suum alienumve [m] seruũ manumitteret: & si factum esset, pro infecto haberetur.

DIuo Marco.] CASVS. Dũ potestas pulsat ad arengam, & populo congregato, corã populo quis velit seruũ suũ. s. actorẽ manumittere: nec alterius officij seruũ: & libertas data non tenet. & hoc senatores cẽsuerũt diuo Marco authore. videtur enim iste talis coact⁹ manumisisse, quod esse nõ debet: vt. ff. qui & à quib. l. si paratus.

l ¶ Spectaculo.] i. sub aspectu populi: vel ad exclamationẽ populi: quia videtur coactus manumittere: vt. ff. qui & à qb. l. si priuatus. & argu. j. de pœnis. l. decurionum.

m ¶ Alienum.] i. aliũ ab actore.

¶ *Minor annis uiginti non potest tradere seruum ad manumittendum. h. d. Sal. Hodie hoc est correctum quando manumittit in ultima uoluntate. nam sufficit ætas legitima ad testandum: ut in authentica hic posita. Bald.*

Idem A. Felicissimo. LEX IIII.

SI minor annis viginti [n] ad libertatem præstandam homines [o] tradidisti: senatuscõsulto, qđ gestum est, irritum cõstituitur [p].

SI minor annis viginti.] CASVS. Si mino. xx. ann. seruum suum ad manu. tradidit, non tenebit manumissio.

n ¶ Si minor annis viginti.] concor. s. titu. j. l. si pater.

o ¶ Homines.] scilicet vicarios.

p ¶ Constituitur.] vt ff. de mino. l. verũ. §. ꝙ si minor. & de verb. obli. l. si minor. & de seruis expor. l. iiij. Sed cõtra. ff. de manumis. vindi. l. illud. §. j. Sol. ibi fuit seruus datus minori hac lege: vt manumittat: hic à minore dat⁹ alij. Itẽ cõtra. ff. de manumis. l. iiij. §. nec interest. Solu. ibi nõ fuit lex à minore apposita vt manumitteretur, sed ab ipso seruo qui hoc pepigit cũ emptore vt manumittat eum.

In authen. vt spõ. largi. §. & hoc quoq;. colla. ix. constitu. ij.

SEd hodie ex quo testari possunt, & libertates possunt relinquere [q], antiqua lege cessante.

SEd hodie.] CASVS. Ista aut. extenditur tantũ ad seruos, qui in testamẽto manumittũtur: & est clara. Viuia.

q ¶ Relinquere.] Hoc aptatur ad illam solam libertatẽ quæ in testamento datur: vt in corpore huius authen. dicitur: & verbum relinquere: innuit: vt ff. de tabu. exhi. l. j. §. fi. ergo nec olim nec hodie manumittit minor. xx. an. inter viuos, nisi causa cognita: quia nec lex Iustiniani permittit minori. xvij. an. nisi in testamento: vt instit. qui manumit. non pos. §. fi. & §. eadem lege.

¶ *Non dicitur fraudatus ille qui pretium recipit. h. d. Bal. Vel sic: In fraudem fisci non potest libertas præstari: nec dicitur fraudare ubi pretium fuit solutum redemptori manumitttenti. h. d. Sali.*

Idem A. Prisco. LEX V.

SI in fraudem eorum, quæ

SI in fraudem.] CASVS. Libertas in fraudem eorum quæ in fisco debentur data, non valet. Si verò debitori fiscali aliquis pecuniam pro

niam pro seruo subministrauit:& sic manumissus est,nõ reuocabitur libertas:cùm nihil de bonis debitoris per hoc fuit diminutum.

a ¶ Non valet.] vt.ff.de iure fisci.l.in fraudem.§.à debitore.nisi præscriptione decem annorum defendatur: vt.ff. qui & à quib.l.si cùm fideicommissa.§.Aristo.

b ¶ Patrem.] vt cũ esset seru⁹,& pater tuus erat,scilicet naturalis.

c ¶ Emptori.] s.supposito à se,qui emerat à fisci debitore.

d ¶ Defuisse.] cùm pretium succedit loco rei :vt ff.de petitione hæredita. l.si rem.

fisco debebantur, probari potest libertas data: non valet [a]. ¶ Sed si pecuniã is,quem patrẽ [b] tuum appellas,emptori [c] dedit, & ab eo redemptus, ad libertatem perductus est:nihil videtur bonis defuisse [d] eius qui fisci debitor dicitur.

¶ Solus tutor non præstat libertatem à pupillo debitam.Sali.

Impp.Dioclet.& Maximian.AA.& CC. Olympio. LEX VI.

NEc fideicommissariam libertatem à pupilla sua seruis debitam tutorẽ posse præstare [e], certi iuris est. vnde si hos quos tu rogata fueras manumittere tempore certo ætatis tuæ ad libertatem non perduxisti,sed tutor manumisit,remãserunt in seruitute.

¶ In fideicommissarijs libertatibus fraus consideratur ex euentu tantùm h.d. Sali. Et collige *hic quòd fauorabilius est directum quàm obliquum: quod tene menti secundum Bal.*

Idẽ AA.& CC.Zotico LEX VII.

SI debitor ex administratione curæ dominus tuus non soluendo constitutus,fideicommissariam tibi reliquit libertatẽ:cum in fideicommissarijs libertatibus euentum inspici tantùm [f] obtinuerit, nihil eius voluntas tibi prodesse potest.

NEc fideicommissariam.] CASVS. Libertatẽ seruo testatoris relictã dãdã à pupillo:an tut.pup. pstare possit, qrit? Dicit q nõ. idẽ si rogata erat de manumittẽdo rogat⁹ est manumittere.Si verò seruo certo tpe,& ante tẽpus illũ tutor manumisit:quia manebit in seruitute,nec erit liber.alij modi casum ponẽdi sunt,sicut dicitur in glo.

e ¶ Præstare.] nisi infans sit.tũc eĩn sufficit solus tutor,sicut in hæreditate:vt s̄.de iure deli.l.potuit.&.l.si infanti. & hoc in seruis testatoris. si aũt essent pupillæ,non opus forsan esset inquisitione: & sufficeret authoritas tutoris: vt.s̄. qñ decret. opus nõ est.l.fi. &.l.j. vel dic secũdò q nõ pôt tutor manumittere ante certã ætatẽ quã statuerat testator.nam posteà posset solus tutor.argu.ff. de manu.l.iiij.§. nihil autẽ. & de mino. l. verũ.§. itẽ quæri . Vel tertiò dic q hîc est casus qui est. ff. de ma.l.seru⁹ furiosi.Sed arg. contra de fideicom. lib.ex causa.

SIdebitor.] CASVS. Si ex administratione tutelæ vel curæ adulto vel pupillo factus sis debitor in.x.& te non existẽte soluẽdo fideicõ. libertatẽ,nõ fraudis cõsilio Sticho reliqueris: cũ in fideicõ.libertatẽ solus euẽtus dãni sufficiat:licet fraudis cõsiliũ nõ intercessit,non valet legatum.

f ¶ Inspici tantum.] vt.ff.de regu. iur. l. fraudis.Sed cur est secus in directis:vt.s̄.e.l.j?Rñ. directæ æqparant̃ illis quæ dant̃ inter viuos : at illę exigũt hæc duo:vt instit. q ma.nõ pos.§.in fraudẽ. vel directæ cõpetũt statim,adita hæreditate nullo hæredis bñficio:fideicõmissarias ipse præstat: an nil vltra vires hæreditatis præstare tenetur : vt s̄.ad.l.Fal.l.successores.&.ff.ad Treb.l.j.§.penul.

† Aliâs simpliciter, Antoninus . aliâs nullus. ascribitur.

Libertas directa fauorabilior est, quã fideicõmissaria.

TITVLVS XII.

Qui nõ possunt ad libertatem peruenire.

¶ Serui damnati ad perpetua uincula,non possunt ad libertatem perduci: nec damnati ad tempus,durante tempore pœnæ: sed finito sic: & libertas medio tempore eis relicta,tunc eis prodest.h.d.Sali.

Impp.Seuerus & Antoninus † AA. Torquato. LEX I.

CVm diuus Claudius pater meus constituerit, à præsidibus prouinciarũ,vel qui coercendorũ maleficiorum potestatem habent in perpetua vincula damnatos ad libertatem perduci non posse: ij qui [g] intra tempora pœnæ liberi & hæredes esse iussi sunt,aut legatum fideicommissumve acceperunt:neq; libertatem [h] adipisci,neq; quicquam eorum quæ his data sunt,capere possunt [i]. ¶ Quòd si pœnæ tempus compleuerint:iam omni vinculo exoluti,& quasi ad pristinam vel simplicem [k] seruitutis conditionem redacti,& libertatem,& si qua testamentis dominorum illo [l] tempore defunctorũ acceperunt, sine vlla quæstione pœnæ præteritæ consequãtur [m].

Continuatio.

¶ QVI NON POSSVNT &c. ¶ *Dixi suprà quando manumißio impeditur ex psona manumittẽtis :nũc quãdo ex psona manumißi.*

CVm diuus.] CASVS. Si seruus ob delictũ condemnatus fuerit,vt in perpetuis sit vinculis:an si ei libertas fuerit relicta,vel hæreditas,posit illud capere,quæritur ? Dicitur q non. Vel dic q debeat esse in vinculis vsque ad annum: si medio tempore fuerit ei relicta &c.Si verò tempus pœnæ iam effluxerat,& posteà aliquid ei relictum est: sine vlla quæstione pœnæ præteritæ quæ ei relicta sunt, consequetur.& hoc in secunda. Viuia.

g ¶ Ii qui.] subaudi à simili,ij qui &c.& sic mutat casum.

h ¶ Neq; libertatem.] vt &.ff.de manumis.l.seruus hac lege. & qui & à qui.l.ille.§.fi.

i ¶ Possunt.] nisi causã vict⁹ legẽ: vt.ff. de ijs quæ pro non script.hab.l. si in metallum.& de ali. lega.l.seruos.

k ¶ Simplicem.] nam prius dupliciter erãt serui,cũ essent in vinculis. Dic ergo simplicẽ ad differentiã geminæ seruitutis.

l ¶ Illo.] Quo erãt capaces.& sic cõtra.ff.de leg. ij.l.cũ fili⁹.§.seru⁹. Solu. hic eo tpe quo iam sunt capaces,vel secũdũ Pla.illa secũdũ istã . p prima. ff.cõia præ.l.fina.in fine.

m ¶ Consequãtur.] vt.ff.de pœnis.l.fratres.

¶ Prohibitus in pœnam à testatore manumitti, non potest etiam per emptorem ad libertatẽ perduci.prohibitus uerò propter aliquod ministerium familiare,officij neceßitate cessante nõ prohibetur uenire & manumitti. h.d.Sal.

Impp.Valerian.& Gallien.AA.Theodoro. LEX II.

IS quidem qui in testamento vetitus est manumitti,ad libertatem non potest [n] peruenire:sed in proposito interest, vtrumne eos quos cum filio educatos esse testator expresit, propter familiare ministerium & vsum filiorum necessarium & væire & manumitti vetuerit, an quasi male meritis pœnam irrogauerit [o]. Nam priore casu,morte eius cui consulebatur,obsequij necesitate finita, libertas [p] potest peruenire:posteriore autem casu,id quod pœnæ causa in seruos statututum est,necesse est vires suas obtinere:quãdo [q] † diuis parentibus meis † placuerit huiusmodi testamentorum leges perpetuam seruitutem male meritis seruis irrogare, vt nec per suppositum emptorem ad libertatem perduci posint [r].

IS quidem.] CASVS Si testator ĩ testamẽto suo vetuerit seruũ suum manumitti:an ad libertatem peruenire posit,quærit̃? Distinguitur:aut noluit eũ manumittere, qa voluit eũ in ministerio hæredis psistere:aut in modũ pœnę, quasi male meritũ vetuit manumitti. primo casu, mortuo hærede ad libertatẽ pôt peruenire:secũdo casu non: nec si hæres in emptorem aliqua alienauit. Viuia.

n ¶ Non potest.] vt &.s̄.de testa.manu.l.contra volũtatẽ.&.ff.de manumisio.l.seruus hac lege.&.j.de vsusca. p emp. l.iij.&.j.de re.ali.nõ alie. l.fina.

o ¶ Irrogauerit.] qd si est dubiũ?Rñ. fortè nõ præsumam pœnam esse fauore libertatis.

p ¶ Libertas potest.] imposibile est.

q ¶ Quando.] i. quia.

r ¶ Posint.] nisi in casũ,puta si vĩdicauit mortem testatoris: vt. ff. ad Syll.l. si quis in graui. §. vtrum . Item & quando propter pactionem:vt. ff. de manu.l.seruus hac lege.Accursius.

† Aliâs, quum.

† Aliâs, nostris.

TITVLVS XIII.

Quibus ex causis serui pro præmio libertatem accipiunt.

¶ Seruus qui uindicauit necẽ domini,pro præmio consequitur libertatem sententia contra occisores lata,& non ante.hoc dicit.Sali.

Impp.Dioclet & Maximian.AA.Firmino. LEX I.

QVoniã religiosa [s] solicitudo ad augendam [t] prouocandamq; [v] fidei obseruationẽ iuris præmio affici debet,si ad vlciscendam necẽ

¶ QVIBVS EX CAVSIS SERVI PRO PRAEMIO &c. ¶ *Dixit quando propter delictum nõ manumittuntur:nunc econtra quando propter merita libertatem consequuntur.*

Continuatio.

QVoniam] CASVS. Si seruus mortem dñi in publicum detulit,& strenuus in accusando extiterit aduersariũ conuincendo:an ob hoc liber effici mereatur , quæritur ? Dicitur q sic.non ipso facto,id est ipso iure,sed ex præsidis sententia:vel non, eo ipso quòd prosilijt ad accusationem,sed conuicto aduersario.Viuianus.

s ¶ Quoniam religiosa.] quia ad superiora etiam habent respectum.

t ¶ Ad augendam.] in his seruis qui habent eam.

v ¶ Prouocandamq;.] in his vel in eis qui non habent eã.sic &.s̄.de bonis quæ lib.l.ij.

domini in corruptis ꝓbationibus ac strenuo nisu constiteris: libertatem quam ijs qui dominorum cædem vindicant, iampridem senatusconsultis & statutis principũ præstari sancitũ est, etiam tu pro tam ingentibus meritis non ex ipso[a] facto, sed aditione & sententia præsidis reportabis.

¶ Seruus alienus qui defert falsatorem monetæ, libertatem consequitur, & domino fiscus dat pretium serui. h.d. Bald. Vel sic: Deferens falsatorem monetæ, in præmium consequitur libertatem. h.d. Sali.

Imperator Constantinus A. ad Ianuarium.

LEX II.

SErui qui monetarios adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercentes, in publicũ detulerint: ciuitate Romana donentur, vt eorum domini pretiũ à fisco percipiant[b].

¶ Collige ex hac lege quòd de raptu uirginis potest transigi: tamen maleficium non remanet impunitum. Bal. Vel sic: Raptus uirginis crimẽ detegens, consequitur libertatem. h.d. Salic.

Idem A. ad populum. LEX III.

SI quis seruus raptus[c] virginis facinus dissimulatione præteritum, aut pactione trãsmissum[d], detulerit in publicum: libertate donetur[e].

¶ Desertor militiæ potest à quolibet accusari: & ex hoc seruus consequitur libertatem. hoc dicit. Bal.

Imperatores Grat. Valent. & Theod. AAA. ad Syagrium præfec. præto. L. IIII.

SI desertorem militiæ seruus prodiderit[f], libertate donetur[g].

TITVLVS XIIII.

De ingenuis manumissis.

¶ Ingenuus testamento manumissus non efficitur libertinus: & tamen tenetur manumittenti restituere quicquid de eius domo uel eius contemplatione meruit. Bald. Vel sic: Si manumissus dicat se ingenuum, & obtineat in competenti iudicio: tenetur restituere tam habita à manumissore quàm eius occasione. Sali.

a ¶ Non ex ipso.] id est non ipso iure. Vel dic, non eo ipso quòd prosilijt ad accusationem: sed demum conuicto aduersario: vt hîc, &. s. de preci. impera. offe. l. j. &. ff. ad Syll. l. iij. §. vtrum. & de iure pa. l. penul. Et not. quòd est orcinus: vt. ff. qui sine ma. ad lib. peruc. l. qui ob necem. sed alia. ff. de bo. lib. si necem. dic quòd nullius. Sed dic scilicet nullius viuentis: & non puto hîc reddi pretium à fisco: cùm domini negotium gesserit. aliud in casu. j. l. proxi.

SErui.] CASVS Si seruus cudentem adulterinam monetam in publicum detulerit, ad libertatem perueniet, soluto à fisco pretio serui domino. Viuia.

b ¶ Percipiant.] Sed an idem vbicunq; serui pro præmio accipiunt libertatem à lege? Videtur ꝙ nõ: vt. ff. ad. l. Fal. l. eris. sed illa magis innuit contrarium. Accur.

SI quis.] CASVS Si aliquis virginem rapuit, & ita potuit accusari crimine capitali: & amici virginis cum raptore vel sub dissimulatione pertrãsierint: si seruus tales in publicum detulerit, ad libertatem perueniet. Viuia.

c ¶ Raptus.] Genitiui casus.

d ¶ Transmissum.] ex eo quòd dicit transmissum, præsumit Io. ꝙ liceat transigi. q.d. finitur quantum ad transigentem: vt. ff. ad legem Iul. de vi pu. l. qui cetu. §. qui vacantem. Est tamen argu. contra. j. de rap. virg. §. fi. Item contra. s. de trãs act. l. transigere. Solut. vt ibi. ADDITIO. Tu dicas cum Bar. in dicta. l. transigere. s. de trãs act. in. ij. col. versicu. his expeditis venio &c. ꝙ super raptu pacisci aut trãsigi licet: quia. d. l. transigere. solum adulterium excipit. de quo dicas latius, vt ibi per eum.

e ¶ Donetur.] pretio à fisco soluendo: vt. s. l. proxima. alij habent aliter leges transpositas.

SI desertorem] CASVS. Si seruus desertorem militiæ in publicum detulerit: an pro pręmio mereatur libertatem, quęritur? Respon. quòd sic.

f ¶ Prodiderit.] id est manifestauerit.

g ¶ Donetur.] Et hic dicit Irn. dandum pretium, à fisco: nam & hîc consuluit fisco.

¶ DE INGENVIS MANVMISSIS. ¶ *De seruorum manumißione dictum est: sed quia ingenui homines de facto quandoque manumittuntur, ponit quid iuris sit de ingenuis manumißis. Azo.*

SI ingenuum.] CASVS Si liberum hominem quem credebas seruum tuum esse, in testamento tuo manumiseris: & ille in ingenuitatem proclamauerit: an bona quæ occasione manumissionis acquisierit in domo manumissoris apud hæredem relinquere debeat, quæritur? Dicitur quòd sic. Idem est si ei tanquàm liberto aliquid fuerit legatum. Viuia.

h ¶ Iudices.] scilicet præsides prouinciarum: vt suprà de pedaneis iudicibus. l. ij.

i ¶ Agere debes.] Actione in rem præiudiciali: vt institu. de act. §. præiudiciales.

k ¶ Memor.] scilicet tu.

l ¶ Manumissionem.] scilicet de facto.

Imperator Alexãder A. Phileto. LEX I.

SI ingenuum te ex testamẽto manumissum esse dicas †: apud suos iudices[h] causam agere debes[i], si tamen iustum contradictorem habes, id est eum qui se patronum tuum esse dicit: memor[k] cęnatũ censuisse, vt qui post manumissionem[l] originem[m] repetierint: ea quæ de domo[n] manumissoris habent, ibi relinquant. In qua causa etiam legata vt liberto data esse, iuris prudentibus placuit.

¶ Obsequia seruitutis non faciunt ingenuum seruum. Sali.

Imperator Gordianus A. Põpeiæ. L. II.

INgenuam natam, neque nutrimentorum sumptus[o], neq; seruitutis obsequium[p] faciunt ancillam[q], neque manumissio[r] libertinam.

¶ Natus ex ingenua, lite pendẽte est ingenuus. Vel sic: Vitiũ litigiosi non officit libertati. Bal. Vel sic: Si manumissa est posteà ex antiqua causa pronunciata ingenua: liberi ante nati probãtur ingenui. hoc dicit. Sali.

Imper. Philippus A. Felicissimo. L. III.

SI auiam tuam vti ancillam manumissam, posteà ingenuã esse solenniter[s] constiterit, statumq; eius iustæ sententiæ tuetur authoritas: filios eius, quamuis ante sententiam susceptos, ingenuã libertatem non immeritò flagitare, si cum peritioribus tractatum habuisses, facilè cognosceres[t].

¶ In hostilitate inter duas ciuitates consistente captus, non efficitur seruus. hoc dicit secundum lecturam secundam.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Agrippæ. LEX IIII.

CVm cognatum tuum ingenuum[v] natum ex Palmyrenæ[x] factionis[y] dominatione redẽptum, velut captiuum distractum

m ¶ Originem.] id est ingenuitatem.

n ¶ Ea quæ de domo.] & etiam post manumissionem quæsita ex re manumissoris: non aliâs: vt. ff. de libe. causa. l. de bonis. §. fin. & facit ad hanc. l. s. de dona. ante nupt. l. ea. & de testa. l. neque professio. & instit. de leg. §. longè. & ff. si liber. ing. esse dica. l. iij. & j. ad. l. Iuliã. de adult. cum in fin. & ff. de lib. cau. l. si debitori. & ff. de condi. inde. l. seruo manumisso.

INgenuã.] CASVS. Si ingenua vt ancilla nutriatur, vel obsequium quod consueuit ancilla præstare, præstitit: an ob hoc quòd vel vt ancilla nutriatur, vel obsequium quod consueuit ancilla præstare, præstitit ancilla dicenda sit, quæritur? Dicitur quòd non. nec si de facto manumittatur, libertinæ cõditionis efficietur.

o ¶ Sumptus.] vt. j. de infan. expo. l. j.

p ¶ Obsequium.] vt j. de libe. cau. l. liberos. & s. de ser. reip. l. fi.

q ¶ Ancillam.] etiam si per mille annos stetit vt ancilla: si tamen parata sit probare contrariũ: vt. j. de long. temp. præscrip. quæ pro li. l. fi. alioquin præsumam eam ancillam, si per. xxx. annos sic fuit.

r ¶ Manumissio.] s. de facto: vt instit. de inge. §. fin.

SI auiam.] CASVS Si ingenuã vt ancillam possedisti, & manumisisti: an ea in ingenuitatem prouocante, & obtinente: filij post manumissionem & ante sententiam procreati, ingenui dici debeant, quæritur? Dicitur quòd sic. & nepos mulieris hanc cõsultationem faciens si peritiores consuluisset. ꝙ tales essent ingenui, facilè cognouisset. Viuia.

s ¶ Solenniter.] per sententiam.

t ¶ Cognosceres.] Nam sententia ingenuitatis præiudicat inter omnes: vt. ff. de libe. causa. l. diui. §. j. & ff. de sta. homi. l. ingenuum. Sed cõtrà huic. l. j. de libe. cau. l. fi. Solu. ibi non erat causa liberalis: sed de dominio inter duos. vel hîc erat libertatis causa: ibi ingenuitatis. Item argu. cõtra infrà res inter alios ac. imò hîc: quia ex ingenua nascitur, non ex sententia matris. & sic non obst. infrà de libera. causa. l. fin.

CVm cognatum.] CASVS. Si ciuitate habente bellum cum ciuitate alia ingenuus aliquis captus fuerit & distractus: an seruus dicẽdus sit, quæritur? Dicitur quòd non: quia tales non dicuntur hostes: vt. ff. de capti. l. hostes. Vel dic: quia Palmyrena ciuitas bellum faciebat cum populo Romano, & captus erat liber homo, & distractus: cum quodam iure postliminij dicatur reuersus, eum præses prouinciæ reddet ingenuitati: nec seruus esse dicitur. Viuia.

v ¶ Ingenuum.] à natiuitate.

x ¶ Palmyrenæ.] ciuitas est Palmyrena, quæ est in prouincia Phenicíæ prope Barbaricas gentes: vt. ff. de censi. l. prima. & faciebant bellum cum populo Romano, & hunc ceperunt: eum denique vendiderunt: & sic iure quodam postliminij dicitur reuersus: vt. ff. de capt. l. ij. & l. fi. Vel verius faciebat bellum cum alia ciuitate: & sic iure non fuit factus seruus, cùm non dicãtur hostes: vt. ff. de capti. l. hostes.

y ¶ Factionis.] i. discordiæ, in mala enim parte ponitur.

Transigere an liceat super raptu.

Continuatio.

† Quędam exẽ. habẽt Si ingenuũ te & ex testamẽto manumis. esse dicas: apud suos iudic. caus. age. debes. Si tamẽ iust. contra dic. habes, id est eum q se patruũ esse dicit, memineris senatũ &c.

Sentẽtia in genuitatis præiudicat iter omnes

Palmyrena

Diffamari.

Diffamari.] Casus. Primò ponit regulam, deinde exemplum ad regulam quæ talis est: status ingenuorum errore vel malignitate alicuius diffamari non debet. Exemplum tale est: Titius persæpius imposuit Seio quòd erat seruus: præsidem & eius successorē sæpius interpellauit, vt Titium citaret & probaret Seium seruum esse, vel desisteret. Seij allegationibus auditis pronunciauit ne Seius à Titio super statu suo decætero inquietaretur. si igitur adhuc perseuerat in iniuria, debet Titium temperare. Viuianus.

esse dicas: præses prouinciæ ingenuitati suæ reddi eum efficiet.

¶ *Diffamanti alienũ statum terminus assignatur ad proponendum & probandũ de iure suo. quo non probante, imponitur ei silentium ne ulterius infamet uel inquietet. qui si non paret sententiæ, multa afficitur. Bald. Vel sic: Contra diffamantem aliquem de seruitute, potest iudex ad instantiam diffamati tempus illi præfigere intra quod debeat agere: alias ultra tempus non audietur. Sali.*

Idē AA. & CC. Crescenti. LEX V.

Diffamari statum ingenuorũ seu errore seu malignitate quorũdã, piniquũ[a] est: pſertim cũ affirmes diu pſidē vnũ atq; alterũ[b] interpellatũ à te vocitasse diuersam partē, vt contradictionē faceret, si defensionibus[c] suis confideret. vnde constat meritò rectorem prouinciæ commotum allegationibus tuis sententiam[d] dedisse, ne decætero inquietudinē[e] sustineres. Si igitur adhuc diuersa pars perseuerat in eadem obstinatione: aditus præses prouinciæ ab iniuria temperari præcipiet.

¶ *Famulatus liberi hominis etiam per tempus longum, non facit eum seruum. h.d. Sali.*

Idē AA. & CC. Dionysio. LEX VI.

Scientis conditionem liberum non posse fieri seruum, euidentissimi iuris est. ¶ Cùm igitur[f] proponas patrem pupillorũ, quorum precibus fecisti mentionem, velut liberum te penes se habuisse in ministerium, licet in actu lõgi temporis: non præcedente vero titulo, quo dominia quæri solent[g], mutare tuam conditionem minimè potuit.

¶ *Non renunciatio causæ, sed natalium ueritas probat quem ingenuum. h.d. Sali.*

Idē AA. & CC. Matronæ. LEX VII.

Site & filios tuos ingenuos esse constat: natalium veritas vos tuetur. nam qui seruitutis mouerat quæstionem, apud acta causæ renunciando, ad ingenuitatis probationē nec nocere quicquã, nec prodesse potest.[h]

¶ *Serui uel liberi, ex pacto non efficiuntur ingenui. h.d. Sali.*

Idē AA. & CC. Callimorpho. L. VIII.

Ingenui nascuntur[i], libertini manumissione tantùm constituuntur[k]. pactum autem nec seruis[l], nec libertinis ingenuitatem assignat: nec ijs[m] qui transactioni[n] non consenserunt,[o] quicquam præiudicare potest.

¶ *Ex libertina matre natus est ingenuus: nec ei reuerso obest quòd in captiuitate hostium fuit. Salicetus.*

Idē AA. & CC. Potamoni. LEX IX.

A Libertina† matre procreatam, ingenuam nasci natalibus, euidentis ac manifesti iuris est[p]. Cùm igitur te matre libertina editam, deinde ab hostibus captam, postliminio reuersam proponas, & tunc tibi seruitutis moueri quæstionem: consequens est adiri præsidem prouinciæ, qui de causa liberali cognoscet, iure laturus sententiam, sciens neq; huiusmodi matris conditionem, neque captiuitatem, reuersis de statu pristino quicquam posse detrahere.

¶ *Nomina sunt inuenta ad recognoscendũ, non ad faciendum quem seruum uel ingenuum. hoc dicit. Sali.*

Idē AA. & CC. Athenodoræ. LEX X.

Ad recognoscendos[q] singulos nomina comparata publico consensu, ob cælandos natales ingenuis si mutentur, minimè nocet†; natosq; (licet in ministerio seruitutis) liberæ conditionis non seruos possessio, sed status ingenuos edi perficit.

¶ *Locatio o perarũ nec facit nec probat quē seruum. h.d. Sali.*

Idē AA. & CC. Maximæ. LEX XI.

Si vestram[r] possessionem nullus præcessit titulus[s], sed ingenui constituti operas mercede placita locastis: nec statui vestro quicquàm derogatum est, nec ad conuentionis implendam fidem solenniter agere prohibemini[t].

¶ *Plagio abducta ingenuitatem non perdit. h. d. Salic.*

Idē AA. & CC. Quietæ. LEX XII.

Ad mutandum liberæ statum, commissum plagij nihil promouet[v], sed abductam natales quibus data est, post hunc etiam casum obtinere conuenit.

¶ *Absolutoria lata quia non probatum, non propterea præsumitur quod reus asserebat esse uerum. Item succumbens in causa ingenuitatis, non præiudicat sibi in causa libertinitatis quin illam postea mouere possit. h.d. Sali.*

a ¶ Periniquum.] i. valde iniquum.

b ¶ Alterum.] successorem.

c ¶ Defensionibus.] id est iuribus.

d ¶ Sententiam.] definitiuam, lite primò coram se contestata: vt arg. ff. de libera. cau. l. diui. §. j. secundum Al. Vel dic q̃ præses statuerat certum tẽpus, intra qd̃ inciperet agere: quod potest, denegando sibi posteà iurisdictionem: vt. j. de remiss. pig. l. si eo. & .s. de vsu. pu. l. si. & ff. de cur. bo. dan. l. j. §. quæritur. & ff. quibus ex cau. maio. l. sed & si per prætorē §. sed & si dum decreto. & ff. de optione leg. l. mancipiorũ. & l. si optio. §. si. & j. ad legem Iuliam de adult. ob commissa. & ff. de bo. authori. iudi. posi. l. j. & ij. & de carbo. edi. l. iij. §. duæ. & etiam pœnalem potest indicere multam: vt. ff. si quis ius dicen. nõ obtem. l. j. in prin. Item cõtra .s. vt nemo inuitus. sed hîc speciale. Et sunt hæc omnia argumenta pro scholari qui vult recedere, & Bononienses differunt eum conuenire in recessu.

Iudex pōt mouere p̄fixionē termini ... [marginal note, partly illegible]

e ¶ Inquietudinem.] nam amittit causam, cũ deest cognitioni contumaciter: vt. ff. de re iudicata. l. contumacia. & . j. de asser. tollend. l. j. in fine.

Scientis conditionem.] Casus. Si sciens vt seruum liberum possedisti: non propter hoc libero quo fiat seruus præiudicasti: licet ministerium quod serui consueuerit facere, tibi præstitit longo tempore. nullo vero titulo intercedente, puta emptiõis vel donationis, non intelligitur sua conditio mutata. Viuianus.

f ¶ Cum igitur.] hîc habes quòd absque lite contestata fuit hîc lata definitiua sententia. Sed dic quòd statutus fuit terminus maximè in casu, qui sequitur, aliàs contra quandoque: vt. ff. de libera. cau. l. liberis. §. si quis sciens. sed certè ibi non fit seruus sciens.

g ¶ Quæri solent.] vt. ff. de libera. causa. l. si vsusfructus. in princ. & §. j. & facit. §. de seruis reipu. ma. l. si. Accur.

Si te.] Casus. Si alicui status quæstionem mouisti, & renunciasti coram actis, an alij præiudicet volenti ei status mouere quæstionem, quæritur? Dicitur quòd non sufficit ad probationem ingenuitatis quòd aliquando motæ liti renunciasti. Viuia.

h ¶ Nec prodesse potest.] vt argu. ff. de lib. cau. l. diui fratres.

i ¶ Ingenui nascuntur.] vt & insti. de ingenuis. in prin.

k ¶ Constituuntur.] vt institut. de lib. in principio. Item & per sententiam: vt. ff. de statu. ho. l. ingenuum.

l ¶ Nec seruis.] vt seruus vel libertus fit ingenuus: vt infrà de collusi. detegē. l. ij. & de libe. causa. l. parentes. & l. post certi. ius autem patronatum bene remittit: vt suprà de bo. lib. & de iure patronatus l. fin. Item beneficio principis libertus fit ingenuus: vt. ff. de nata. re. l. quæris.

† Aliàs, incipit Libertina matre.

m ¶ Nec ijs.] scilicet patronis vel dominis.

n ¶ Transactioni.] dedit enim aliquid seruus vel libertus domino vel patrono, vt fieret ingenuus: hoc quidem non nocet non consentientibus.

o ¶ Consenserunt.] idem si consensissent vt fierent ingenui, vt prædixit.

A Libertina matre.] Casus. An natus ex libertina sit ingenuus, quæritur? Dicitur quòd sic. vnde si talis ab hostibus captus fuerit, vel ex libertina natus, sibi non præiudicatur quo minus sit ingenuus. Viuianus.

p ¶ Iuris est.] vt institut. de ingenuis. in princip. & .s. de ope. liber. l. antepenul.

† Aliàs nocent.

Ad recognoscendos.] Casus. In. l. plerunque hoc nomen Stichus, ponitur pro nomine serui. si aliquis ingenuo hoc nomen imposuit ad celandam ingenuitatem: nunquid ob hoc mutatur eius conditio? Dicitur quòd non. Viuianus.

q ¶ Ad recognoscendos.] vt institu. de leg. §. si quis in nomine.

Si vestram.] Casus. Si ingenuũ tanquàm seruum poss. nullo præcedente titulo, vel eius operas in. x. vel xx. anno. liberi conduxistis: non ob hoc ingenuitati eius præiudicatur. & vt sibi conuentionis fides adimpleatur, agere poterit.

r ¶ Si vestrã.] i. vestri: possidebant eũ vt serui.

s ¶ Titulus.] ex quo liberi constituunt serui: vt. ff. de libe. cau. l. vsusfructus. & facit. §. eo. l. scientis. & eo. ti. à libertina.

t ¶ Prohibemini.] s. ad mercedem. i. vt soluatur vobis merces.

Ad mutandum.] Casus. Ingenua vendita, & exportata tanquam ancilla, nunquid libertatem & ingenuitatem amittat? Dicitur q̃ non: sed nati pòst, maneant liberi. Viuianus.

v ¶ Promouet.] vt & infrà ad legem Fla. de pla. l. abducti. & facit suprà eodem à libertina.

Idem AA.& CC.Melădro. L. XIII.

INgenuum se contendendo, nec probando, non amittit libertinitatem [a].

Etiam per titulum fauorabilem status non admittitur.h.d.Bal.Vel sic: Ignoranter desponsata ut ancilla, suæ ingenuitati non præiudicat. h.d.secus si scienter.Sali.

Idē AA.& CC.Aristoteli. L. XIIII.

STatui ingenuæ ex eo solo ꝙ velut ancilla sponsaliorum nomine data proponitur [b]: præiudicari nulla ratione potest.

TITVLVS XV.

Communia de manumissionibus.

Si proprietarius & usufructuarius simul libertatem seruo imponant, pleno iure liber efficitur. at ubi solus proprietarius hoc fecerit, ipsius libertus erit, & quasi seruus apud usufructuarium permanebit: & interim aliunde quæsita quā ex opera sua & re fructuarij, sibi quærit: & ea ad legitimum eius successorem transmittit. Vbi uerò solus fructuarius manumittit: si contemplatione serui, tūc quamdiu usufructus durasset, proprietario seruire non tenetur: sed posteà sic. & interim extra operas quæsita, domino quærit.h.d.usque ad.§.illud quoque. Sali.

Imper.Iustinia.A.Iuliano præ.p̄. LEX I.

SAncimus, si ꝑprietarius seruo, cuius vsusfructus ad aliū pertinebat, libertatem imposuerit: nō secundum antiquam obseruationem, † & libertate carere, & eum sine dn̄o esse intelligi: sed nec inueniri personā cui res ad se veniētes acquirat. Sed si tam proprietarius quā vsufructuarius libertatē ei cōsentiētes imposuerint, pleno iure liberū eū effici: & si q̄d posteà sibi acq̄sierit, hoc in bonis suis habere. ¶ Sin autē ꝑprietarius solus libertatē imposuerit, vsufructuario minimè cōsentiēte: sit q̄dem ille qui libertatē à proprietario accepit, inter libertos ꝑprietarij connumeratus [c]: & si quid in medio [d] possidet, hoc sibi acquirat, sibiq; habeat, & suæ posteritati [e] relinquat, saluo patronatus iure per oīa custodiēdo, nisi hoc ei legibus fuerit remissum. Ipse tamē libertus quasi seruus apud vsufructuariū permaneat [f], donec vsufructuarius viuit, vel vsusfructus legitimo † modo perēptus [g] est. Etenim si finē vsusfructus quocūq; modo accipiat: tūc facultas ei tribuat̄ quo maluerit degere modo. ¶ Si verò adhuc sup̄stite vsufructuario ab hac luce fuerit libertus exēptus: hæreditas eius legitimū tramitē [h] sequat̄. ¶ Sin autē vsufructuarius tantūmodò libertatē imposuerit: si quidē hoc modo, vt cedat vsumfructū proprietario: plenissimū ius habeat in seruo ꝑprietarius: vt oīa ei seruus acq̄rat secundū ea q̄ gn̄aliter in seruos & dn̄os constituta sunt. ¶ Sin verô gratias agēdo [i] vsufructuarius eū ab vsufructu liberauerit, & libertate donauerit: tūc maneat quidē seruus proprietario suo annexus: sed nō necessitas ei imponat̄ donec viuit vsufructuari⁹, vel vsusfructus cōstare pōt, obseruare [k] ꝑpr etariū, & quædā ministeria ei adimpleri, sed iudices nostri eum in quiete tueātur. ¶ Post vsufructuarij autē mortē, vel vsusfruct⁹ quocūq; modo interēptionē: tūc seruiat quidē dn̄o, & oīa q̄ in medio ad eū ꝑuenerint [l], hęc suo dn̄o acquirat. Et si ex nostra constitutione hæc separatio inter seruos & liberos: & non secundum ius antiquum idem seruus remaneat, & nullū respiciat [m] dominū.

Potest pater & mater per filium & filiam apud iudicem uel aliter seruum manumittere. h.d.Bald.Vel sic: Parentes possunt manumittere per filios cuiuscunque sexus, etiam si non sint in potestate.h.d.Sali.

Illud quoq; huic legi adijcim⁹, vt explosa antiqua personarū differētia, liceat parētib⁹ tam masculis quā fœminis, filijs filiabusve suis in sacris cōstitutis, siue emancipatis, cuiuscūq; gradus, mādatū imponere, quaten⁹ seruos in libertatē perducāt [n], siue apud iudicē, siue in sacris ecclesijs, siue secūdū aliū, quē mādator voluerit, legitimū modū. cū em̄ [o] & in successiōibus & in alijs penè [p] oībus nulla est ineer liberos discretio: oportet hoc obseruari & in præsenti casu, maximè pro libertate, quā & fouere & tueri Romanis legib⁹, & p̄cipuè nr̄o numini peculiare est [q].

Potest manumitti tam in ecclesia quàm apud iudicem uel in testamento etiam infans & ignorans, ut sit ciuis Romanus.h.d.Bal.Vel sic: Seruus cuiuscunque ætatis, manumitti potest à domino.h.d.Sali.

Idem A.Iuliano præf.præ. LEX II.

Quãobrẽ iubemus hypothecarum perſecutionem quæ rerum mouetur gratia vel apud debitores conſiſtentium, vel apud debitorum hæredes, nõ vltra quadraginta annos ex quo competere[f] cœpit, prorogari[g], niſi cõuentio aut ætas (ſicut dictũ eſt) interceſſerit: vt diuerſitas vtriuſq; rerũ pſecutionis quæ in debitorẽ aut hæredes eius, quæq; mouetur in extraneos, in ſolo ſit annorũ numero[h]: verũ in alijs omnib⁹ ambæ ſimiles ſint: in actiõe ſcilicet pſonali[i] ijs cuſtodiẽdis quæ priſca cõſtitutionũ ſanxit iuſtitia[k].

Creditor ſecundus præſcribit hypothecariæ actioni contra primum ſi debitor cuius perſonam ſecundus repræſentat, tanto tempore uixit: aliàs præſcribit triginta annis, non computato tempore ſui auctoris. Quod ſi computare uelit, quadraginta anni ſunt neceſſarij. h.d. uſque ad. §. eodem iure. Sali.

Sed cũ illud etiam in forenſibus[l] controuerſijs ventilabatur, an creditor anteriora iura prçtẽdẽs poteſt poſteriorẽ creditorem hypothecã tenẽtẽ etiã vltrà triginta annos inquietare, vtpote imaginẽ debitoris obtinẽtẽ, eiq; poſsidẽtẽ: neceſſariũ duximus & hoc dirimere. ¶ Et ſancimus donec communis debitor viuit, nõ poſſe creditori anteriori triginta ãnorũ exceptionẽ opponi, ſed locũ eſſe quadraginta annorum præſcriptiõi: qa dũ ille viuit, meritò anterior creditor cõfidit, vtpote apud debitorem eius poſſeſſione per poſteriorẽ creditorẽ cõſtituta[m]. Ex quo autẽ in fata ſua debitor deceſſerit[n], ex eo[o] quaſi ſuo nomine poſsidẽtẽ poſteriorẽ creditorẽ meritò poſſe triginta annorũ opponere præſcriptionẽ: & ſecundum hanc diſtinctionem cõputationẽ tẽporũ adhibendã, vt ex perſona quidem ſua poſterior creditor triginta ãnos per quos ipſe poſt mortẽ debitoris poſſedit, opponat: ſin autẽ cõiungere voluerit ſuæ poſſeſsioni quam poſt mortẽ debitoris habuit, etiã tp̃s quo viuẽte debitore vel ipſe creditor vel cõmunis debitor detinuit: tũc quadraginta annorũ exceptiõis iura tractari, & quãtũ deeſt ad quadraginta annorũ poſſeſsionẽ, per quã & ipſe debitor creditorẽ repellere poterat, hoc ſe poſſediſſe oſtendat.

In præſcriptione iuris offerendi opponenda per poſſeſſorem primum creditorem ſecundo creditori ſeruatur tempus dictum in. §. præcedenti. h.d. uſque ad. §. illud. Sali.

Eodẽ iure pro tẽporum cõputatiõe obſeruãdo, & ſi poſterior creditor anteriori creditori offerre debitũ paratus[p] eſt, & eis creditor longæuã poſſeſsionis præſcriptionẽ ei opponere[q] conat̃.

In obligationib⁹ cõditionalib⁹ uel in diẽ, incipit currere præſcriptio in diei uel cõditiõis euẽtũ, tàm in perſonalibus quàm in hypothecarijs actionibus. h.d. uſq; ad. §. imò & illud Sali.

a Spatijs.] quatuor habet tempora hypothecaria. x. an. vel. xx. quãdo extraneus poſsidet cũ titulo bona fide inter præſentes vel abſentes: vt. ſ. ſi aduer. credito. l. j. & . ij. & . xxx. quando mala fide vel ſine titulo, vt hîc. at cùm debitor vel hæres eius, vel alter creditor: tunc. xl. vt hîc ſtatim dicet. & . j. proxi §. Accur.

b Lege.] ſcilicet illa. ſicut. ſ. eo. Accur.

c Solam cõuentionem.] hoc nomẽ ſolam, nõ excludit executorẽ, ſed litis conteſtationẽ: ſicut cùm dicitur, ſolus cõſenſus facit matrimoniũ: quia & verba ſunt neceſſaria, ſed excludit cõcubitum. Item ſolus dolus in depoſito venit: quia & lata culpa, ſed leuem culpam excludit. Et nota diligenter: quia cũ interrumpitur præſcriptio per executoris cõuentionem extenditur vſq; ad. xxx. annos à tempore conuentionis. nam per ſolam litis conteſtationem extenditur ad xl. annos: vt. j. l. fin. & j. ti. j. l. j. §. j. in fi. §. ſecundum Ioã. Sed alij dicunt vt H. etiã fieri hoc in. xl. ann. quod nõ placet. Et dic, per ſolam. i. citando eum: quia cõuentione facta ad iudicem, prçteritum tempus pro non præterito habetur. Per minorẽ ætatem: quia verbi gratia ſi filius ſucceſsit mihi, non currit ei, & tamen prçſcriptio nõ tollitur. Accur.

d Excipiẽda.] quo caſu interim dormit: vt dixi. ſ. eo. l. ſicut. circa fi.

e Curſibus.] repete, cùm notiſsimi iuris ſit noſtræ &c.

f Cõpetere.] quandoq; enim non ſtatim competit: cùm fortè ſub cõditiõe fuit hypotheca contracta: vel ex die certo, & ſic adueniẽte die vel cõditiõe, incipit currere: vt. j. ca. l. §. illud.

g Prorogari.] ſed cùm perſonalis tollatur. xxx. annis, quomodo durat plus acceſſoria? Reſpon. non tollitur. xxx. an. ipſo iure: vt. ff. de act. & obliga. l. obligationũ fere. §. placet. & ſic loquitur. j. de luitione pi. l. ij. Sed argu. contrà. ff. de regu. iur. l. cùm principalis. & . ſ. de vſu. l. eos. & . ff. de adminiſt. tut. l. ſi pupillus. in fin.

h Numero.] item & in alio, quia aliter lis æſtimatur aduerſus extraneum: & aliter aduerſus debitorem vel hæredem: vt. ff. de pig. l. ſi inter. §. fi.

i Perſonali.] ſcilicet certi condictione ex mutuo.

k Iuſtitia.] vt. ſ. eodem. l. ſicut.

l In forenſibus.] i. in cauſis quæ in foro aguntur.

m Conſtituta.] an ergo poſsidet debitor pignus quod creditori tradidit? Reſpon. diſtingue prætorium pignus à conuentionali. primùm non poſsidet creditor ſecundum omnes: vt. ff. vt in poſſ. leg. l. is cui. in princip. & . §. ſi plures. & . §. miſſus. & . ff. de acquiren. poſſeſſ. l. iij. in fi. & . ff. de bo. aut. iud. poſ. cùm legati. Si autem eſt cõuentionale: tunc eſt opinio. nam & tunc dicunt quidam: vt patet, quod poſsidet debitor. arg. huius literæ, vnde nec vſucapit creditor: vt. ff. de vſuca. l. pignori. ſed nec vti poſsidetis agit: vt. ff. vti poſside. l. ſi duo. §. creditores. Item nec euitat ſatiſdationem iudicio ſiſti: vt. ff. qui ſatiſda. cog. l. ſciendum. §. creditor. ſed nos dicimus, quòd ciuiliter & naturaliter poſsidet creditor: vt. ff. de acquiren. rerum do. l. per ſeruum. in prin. Item debitor per talem ſeruum non acquirit poſſeſsionem, quam quæreret ſi poſsideres: vt ff. de acquir. poſſ. l. j. §. per ſeruum corporaliter. ſicut fit in fructuario qui quærit poſſeſsionem fructuario: vt. ff. de acquir. poſſ. l. poſſeſsio quoque. Item pro hoc. ff. de acquir. poſ. l. q pignoris. in fin. & . l. ſeq. Nec obſtat quod hic dicit: qa ideo dicit, quia debitor quãdocunque vult poteſt offerre debitũ: & ita rem habere, & ſic erit apud eum. Item nec obſtat quòd vſucapit debitor: quia quãdoque procedit vſucapio ſine poſſeſsione: vt. ff. de vſucap. l. rerum. & . l. nunquam in vſucap. §. vacuum. Item nec illa vti poſſidetis. l. ſi duo. §. creditores. quia in prætorio pignore dicit. Prçterea ſi eſſet apud debitorem poſſeſsio, & creditoris ſeruus ſurriperet: ergo dominũ poſſeſsione priuaret. i. debitorem, quod non facit: vt. ff. de acquir. poſſ. l. rem quç. & de vſuca. non ſolùm. § fi.

n Deceſſerit.] nullo hærede relicto. nã ſi haberet hæredem, idem in hçrede quod in defuncto ſtatueretur. Vel aliud in hçrede, quia hæres non retinet per eum poſſeſsionem niſi primo apprehenderit: vt. ff. de acquiren. poſſeſ. l. cùm hçredes. in prin. & . l. qui vniuerſas. § quod per colonum.

o Ex eo.] ſcilicet tempore.

p Debitum paratus eſt.] aliter enim non poteſt confirmare ſibi pignus: vt. j. qui po. in pig. ha. l. j. Sed quid econtra, ſi prior creditor offerat ſecundo? P. dicit nõ memini me legiſſe priorem creditorem ius offerendi habere, ſed certè ego legi qualemcunq; poſſeſſorem poſſe offerre ſecundum Io. vt. ff. quib. mo. pig. vel hypothec. ſolui. l. Paulus. §. qui pignoris. Et nota aliud in ſeruo bona fide redempto ab hoſtibus: nam tunc tollitur ius offerendi triennio: vt. ff. de capi. & poſtli. reuer. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. Accurſius.

q Opponere conatur.] quid ergo ſi debitor. xxx. annis ſtetit, quòd neque ſoluit neque obtulit, nunquid præſcribetur iuri offerendi? Aiunt quidam ꝙ non, ſicut nec ius eundi ad eccleſiam, vel per viam publicã, vel ad ſanctum Iacobũ: vt. ff. de via pub. l. viam publicam. & quod dicitur. ſ. eo. l. omnes. de iure agendi, dicit nõ excipiẽdi vel offerendi. ſed Bul. dicit ius etiã offerendi tolli. arg. horũ duorũ reſpõſorũ: & maximè huius. Itẽ alia ratiõe, quia cùm põt facere vt poſsit, ſcilicet agere pignoratitia ſoluẽdo: iam ergo poſſe videtur vt. ff. de reg. iur. l. q põt. Itẽ pro hac ſentẽtia eſt. ff. de dam. infec. l. ſi finita. §. poſteà autẽ. Accur. ADDITIO. Dum quçritur an iuri offerẽdi poſsit prçſcribi, dicas ſecundum cõmuniter doctores, ꝙ eſt quoddã ius offerendi quod cõpetit per modum iur

Hypothecaria actio habet quatuor tempora.

Matrimoniũ fit per ſolum conſenſum.

Interruptio prçſcriptionis quç fit per executoris miſſionem, differt ab ea quç fit per litis conteſtationem.

Vſuſcapio quãdoque procedit ſine poſſeſſione.

Debitor an poſsideat pignus quod creditori tradidit.

Ius offerendi an per præſcriptionem poſsit tolli.

dum iuris, vtputa secundus creditor habet ius offerẽdi & confirmãdi sibi pignus:vt.l.j.j̃.qui po.in pig.hab.hoc tollitur spatio.xxx.vel.xl. annorũ, vt hîc. Quoddã est ius offerẽdi quod cõpetit per modũ facultatis.verbi gratia, Debitor potest quandocũque vult offerre debitum & pignus reluere:ista facultas nunquã potest præscribi, sicut nec facultas eundi.per viam publicã:quia licet per mille annos non iueris, semp̃ poteris ire:vt.ff. de via pu.l.viam publicã.

Illud autẽ plus quàm manifestũ est, ꝙ in omnibus cõtractibus [a] in quibus sub aliqua conditione vel sub die certa vel incerta stipulationes & promissiones vel pacta ponuntur, post cõditionis exitũ, vel post institutę diei certę vel incertę lapsum, p̃scriptiones triginta vel quadraginta annorũ quę p̃sonalibus vel hypothecarijs actionibus opponunt̃, initiũ accipiũt. ¶Vnde euenit vt in matrimonijs in q̃bus redhibitio [b] dotis vel ante nuptias donationis in diẽ incertã mortis vel repudij [c] differri solet, post cõiugij dissolutionẽ [d] earũdẽ curricula præscriptionũ p̃sonalibus itidem actionibus vel hypothecarijs opponendarum initium accipiãt.

Per possessionem rei obligatæ & per secundam cautionem & debiti agnitionem fit interruptio præscriptionis.h.d.Bal.Vel sic:Nõ solũ per executoris missionẽ uel per litis contestationem interrũpitur præscriptio, sed etiã per rei obligatæ apprehensionem uel ipsius debiti nouã cautionem.h.d.usque ad.§.in his etiam.Sali.

Imò [e] & illud procul dubio est, quòd si quis eorũ quibus aliquid debetur, res sibi suppositas [f] sine violentia [g] tenuerit:per hãc detentionẽ interruptio fit præteriti tẽporis, si minus effluxit triginta [h] vel quadraginta annis: & multò magis [i] quàm si esset interruptio per cõuentionẽ [k] introducta:cùm litis contestationem imitetur [l] ea detentio. ¶Sed & si quis debitorũ ad agnoscendum suum debitũ secundã cautionẽ in creditorẽ exposuerit [m]: tempora memoratarum præscriptionũ interrupta [n] esse † videbũtur quãtum ad priorem cautionẽ pertinet:quę scilicet innouata [o] permãsit tàm in personalibus quàm in hypothecarijs actionibꝰ. Nanq; improbũ est debitorẽ hunc contradicere, qui ne sub accusatione creditoris more debitoris fiat, secundam in eum super eodem debito † cautionem exposuit.

In obligationibus annuis & menstruis non initium obligationis, sed cessationis inspicitur: & tenens ut emphyteuta, aut cõductor seu quolibet alio titulo, nõ præscribit. Hoc dicit secũdũ Bal. *Vel sic: Hæc est quinta pars in qua tractat de tempore inchoandæ præscriptionis. & hoc intendit. In annuis debitis præscribitur ex tẽpore cessante solutionis, non integræ obligationis. Et res emphyteutica uel conducta non præscribitur, nisi possessio domino sit reuersa.* Hoc di*cit usque ad finem. Salicetus.*

In ijs etiã promissionibus vel legatis vel alijs obligationibus quæ dationem per singulos [p] annos vel mẽses, aut aliquod singulare tempus continent, tempora memoratarum præscriptionũ nõ ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiusq; [q] anni vel mẽsis vel al-

a ¶ Contractibus.] idem in vltima volũtate:vt.s̃.cõmunia de leg.l.fin.§.fin autem auaritiæ.

b ¶ Redhibitio.] id est redditio.

c ¶ Repudij.] vel marito vergẽte ad inopiã:vt s̃.de iure dot.l.vbi.vel deportato viro, vel muliere mutante affectionem: vt s̃.de rep.l.j.his enim quatuor casibus repetitio est.

d ¶ Dissolutionem.] vt &.s̃.de iure do.l.in rebus.§.fin.& hoc intellige statim si fuerint immobilia: alioquin annua bima & trima die olim: hodie post annum.arg.s̃. de rei vxo.ac.§.exactio. & ideo extũc currit pręscriptio: vt hic dicit, &.j̃.tit.j.l.j. §.fin.&.ff.qñ actio de pecu. est an.l.prima.§.annus.

e ¶ Imò & illud.] refrenat̃ inchoatio præscriptionis:vt.s̃. similiter refrenatur inchoata:vt hîc.

f ¶ Suppositas.] i.obligatas. Sed quid si non erãt suppositę? Aliud videtur. cũ enim detur restitutio actionis amissæ, videtur esse præscriptio nõ interrupta:vt.ff. quib. ex cau.ma.l.ait prætor.§.fi.&.l.seq.secũdum Io. & H.Contrarium tamen ex eadem lege probari posset secundum Azo.[a]

a Procedit opiñ. Azo. quando creditor rẽ nõ obligatam debiti contemplatione accepit: quia tũc debitor agnoscitur: aliàs secus vt in prima opinione glos. bal. Angel. Pręscriptio interrumpitur in personali & hypothecaria simul interdum.

g ¶ Sine violẽtia] quare dicit sine violẽtia: nonne idem & si cũ violentia:vt.ff.de vsucap.l. naturaliter. quæ est contrà? Rñ.hic dicit sine violẽtia:id est cũ volũtate debitoris pignus accepit:quia debitor dedit ei:& tunc interrumpitur pręscriptio in personali & in hypothecaria.in personali, quia debitum agnouit: in hypothecaria, quia creditor adeptus est possessionem.secus autem si cum violentia:quia tunc tantum in hypothecaria interrumpitur præscriptio:non in personali.sed econtra si debitum agnoscat debitor, tunc etiam in hypothecaria fit interruptio: vt infrà. proxi.§.& est ratio:quia cum in principali sibi præiudicauit:& in accessorio, per consequentiam. Alij dicunt ideo dici, sine violentia:quia tunc fit interruptio tantùm aduersus eum.sed si cum violentia tunc aduersus omnes. Tertij subaudiũt hîc, maximè.dicunt ergo idẽ si cum violentia. & dic violentiã licitã cõmissam ex pacto:vt.j̃.de pig.l.iij.aliàs ius crediti amitteret:vt.ff. quod metus causa.l.extat. Quarti dicunt, sine violentia adhibita in auferẽdo secũdũ Ot.at adhibita in retinendo interrumpit:vt.d.l.naturaliter.prima placet.

h ¶ Triginta vel.] xl.scilicet antè detentationem.& no.hîc loqui de personali & hypothecaria.

i ¶ Multò magis.] imò multò minus.cum hæc in.xxx.an.sed cõuẽtio in.xl.annis perpetuet secũdũ quosdã:vt.j̃.e.l.fi.Sed secũdum Io.hîc respicit ad factum:quia de facto tenet:quod non facit qui litem contestatur, vel mittit executorẽ.Vel dic, ꝙ hæc interruptio prodest omnibus:vt.ff.de vsusca.l.naturaliter.sed illa quæ fit per litis contestationem vel per conuentionem, prodest tantum contestanti, & executorem mittenti:vt.ff.ne de sta.defunc.l.ij.§.fin.& ff.de diuer.& tem.præscrip.l.intra.in prin.

k ¶ Per conuentionem.] executoris.

l ¶ Imitetur.] imò & plus operatur hæc detentio:vt modò dixi in fin.glos. imò.Accursius.

m ¶ Exposuerit.] hoc enim quandoque fit:vt.s̃.ad Vellei.l.si mulier.ij. &.s̃.de plus pe.l.j.

n ¶ Interrupta.] non dicit perpetuari actionem primã per agnitionẽ : sed interruptionem præscriptionis fieri.si ergo præscribatur redhibitoriæ: licet debitum agnoscas, non perpetuatur redhibitoria vsque ad xxx. an. sed post agnitionem, sex mensibus præscribam. Sed certè imò nec interrumpi videtur per huiusmodi secundam cautionem:quia nec per acceptionem fideiussoris: vt.ff.de solu.l.cùm quis.§.si quis pro reo.quæ est cõtra.Sol.[b] ibi fuit acceptus pro eo quod deberi apparuerit:non autem confitebatur debitum:hîc sic. vel ibi speciale in illo anno vtili:vt hodie in quadriennio, vt etiam contestatione non perpetuetur:vt.s̃.de temp.in integ.restit.l.superuacuam.

b Reprobatis solut.dic secũdũ bal. An. & alios hîc. ꝙ ibi datio fideiussoris nõ interrũpit cõpletã p̃scriptionẽ : hîc nõ erat cõpleta : ideo interrũpit. Præscriptionis interruptio est duplex.

o ¶ Innouata.] id est non nouata, seu non extincta. Et not. hîc quòd interruptio alia ciuilis alia naturalis. Naturalis est, quoties ipsa possessio amittitur: quod multis modis fit:vt ff.de acquir.pos.qui vniuersas.& hoc omnibꝰ petere volentibus prodest: vt.ff.de vsucap.l.naturaliter. Alia ciuilis, & hæc multiplex. Primò p̃ cõtestationẽ.& hæc in.xl.an. vt.j̃.e.l.fi.Itẽ p̃ quasi contestationẽ : vt.s̃.vbi in rẽ ac.l.ij.Itẽ p̃ executorẽ:vt s̃.eo.l.sicut.Item per debiti agnitionem vel solutionem partis vel fœnoris: vt hîc.Itẽ per solã libelli oblationem, in casibus: vt.s̃.quãdo libellus prin. da.l.j.&.ij.& in illis quos habes.infrà titulo primo, vt perfectius. Item per rei obligatæ apprehensionem : vt.s̃.proximo.§. & hæc ciuilis prodest tantùm interrumpenti, non alij : vt.ff. de diuersis & temp.præscript.l.intra. in prin.&.ff.ne de statu defunc.l.ij.§.final.& hoc in præscriptione:sed vsucapio per huiusmodi ciuiles interruptiones nõ interrumpitur de rigore: sed quo ad effectum sic: vt.ff.de rei vẽdi.l.si post. Est etiam quædam alia mirabilis interruptio, si seruus fructuarius qui ab alio possidetur qui præscribit vsuifructui meo intra tempus si aliquid meo nomine faciat. vel si aqua mihi debita, per se fluat:vt.ff. de vsufruct.l. arboribus.§. idẽ tractat. & quẽadmodum serui. amitt.l. qui fundum. Itẽ & alia scilicet ætas : vt.s̃. eodẽ.l.sicut. circa finem.

† Concor. cũ hoc. §. glo in. c.illud.sup verbo, interrupto in fi.extrà de præs.

† Aliàs sup priore debito.

ADDITIO. Addas pulchrã glo. in verbo, interruptio.in cap.illud.extrà de præscri.& aliam similem gl.in verbo, interruptam in capi.placuit vt quicunque.xvj.q.iij.

p ¶ Per singulos annos.] verbi gratia. Promisisti mihi decem singulis annis: & præstitisti per.iiij.annos: posteà cessasti. non curret mihi præscriptio ab exordio obligationis, sed ab eo tempore quo cessatum est currit præscriptio omnium sequentiũ annorum:secundum B.Si quæras quæ ergo erat dubitatio? Respon.magna.nam quia semel agnouerat debitum, videbatur ꝙ si etiam cessaret soluere, tamen creditori præiudicari nõ posset. Sed quare nõ duplicatur tempus in huiusmodi annua præscriptione:vt.ff.quemadmo. serui.amit.l.si sic.hîc enim innuit, quòd hîc non duplicetur. commemorat enim præscriptiones prædictas.nec aliquid dicit de duplicatione.Sed respondeo illud habere locum in decẽnali & vicennali præscriptione.Item quid si debeo decem, & quinque solui per.xxx.an.alia non nunquid præscribo? Videtur quòd sic:vt.ff.de aqua coti.& ęsti.l.j.§.Trebatius.Sed contrà puto:vt.s̃.de non nume.pecu.l.cùm fidem.

Casum ponit.

q ¶ Cuiusq; anni.] Mar.sic exponit:vt ex quolibet anno sit vna pręscriptio.vnde hodie est præscriptum tricesimo anno & alijs præcedentibus, sed non sequentibus.& sic est contrà.s̃ de vsur.l.eos.in princi.Sed soluit M.[c] illud odio vsurarum, vel illud in accessorijs:sed neutra placet. nam etiam forte soluta, & sic extincta principali actione, nihilominus peti potest vsura debita per stipulationem:vt.ff.de eo quod certo loco.l.centum. Et bene apto simile ad prædictum:quia qui præscribit, similis est soluenti:vt.ff.de admi.tu.l.si pupillus.in fi.Bul.verò & R.dicunt indistinctè in legatis & stipulationibus currere omnium annorum etiam sequentium præscriptionem à tẽpore quo est cessatum.& pro eis.j̃.e.l.proxi.in fi.&.j̃.tit.j.l.j.§.j.in fi.§.&.s̃.de fide instru.l.plures.circa prin.Et hic exponit, ab initio cuiusq; anni.s.ex quo cessatũ est.& sic secũdũ B.præscribitur annuæ præstationi.secũdũ M.non.Tu dic tertiò secũdũ Io.aliud in stipulationibus, & aliud in legatis seruatur. in stipulationibus enim seruo sententiam B.& R.quia licet plurium annorũ:tamen vna est stipulatio, sicque vna præscriptio:vt.ff.de verb.obl.l.si Stichum.§.stipulatio.at legata annua tot sunt, quot anni:vt.d.si Stichum & de do.cau.mor.senatus.§. vltim.& de annuis leg.l.cùm in annos.& sic quot anni, tot actiones, & tot præscriptiones.& sic in legatis seruo sententiam M.inde est etiã quòd huiusmodi

c Et bñ secũdũ cõiter scriben.

Anni debiti obligatio, an sit vnica & possit per vnicam præscriptionẽ tolli.

annuum legatum non amittitur non vtendo:vt.ff.quibus mo.vsusfru.amit.l. si vsusfructus alternis.& argu.ff.de oper.no.nun.l.de pupillo.§.ii. &.l.seq.In vna ergo stipulatione actio semel extincta ammodò frontem erigere nō audet.Sed huic opinioni Io.videtur obstare hæc lex,quæ æquiparat legata stipulationibus.Sed dic æquiparari vt ex quo cessatur,currat præscriptio, licet in stipulatione omniū annorū : in legatis tantùm illius anni.

a ¶ Nulla.] nota hîc sequentia responsa.

b ¶ Conductori.] repete & nulla dāda licētia coductori &c. & dic hæc vera, nisi interuenerint hmōi personę dn̄i posses sionē.s.nō admittēdo dominum reuertētem : vel tradēdo alij: vel etiam si fuerit expulsus : vt plenè dixi.s.eo. malè. &.ff.de acquir. poss.l.clàm.§. qui ad nundinas.

Si quis.] CASVS. Si aliquis iusto titulo & bona fide possedit rem aliquā per x.an.inter præsentes. xx. inter absentes:securus est si cadat à possessione illius rei quā præscripserat:& habet actio. contra dn̄m,& quēlibet:& contra creditores quibus fuerat res primò obligata. Sed pone ꝙ sine titulo possedi aliquā rem.xxx. an. & à possessione cecidi:quid iuris sit, quærit? Distinguitur: aut ab initio bona fide possedi: aut mala. si bona, habeo act.cōtra quēlibet posidentē, præterquā contra dn̄m.si mala, tūc act.non habeo aduersus posidentem:sed verus dn̄s potest agere cōtra possessorem, nisi secūdus possessor spatio.xxx.an.possederit.qđ autē dictū est,ꝙ qn̄ possideo mala fide, non datur mihi actio aduersus posidētem,tūc habet locum, qn̄ secūdus possessor non abstulit mihi rē, nec surripuit:alioqn possum rē ab eo auocare. Si verò rem aliquo modo præscripsi,& vocatus ad iudiciū ratiōe illius rei pręscriptę nō veni:aduersarius me⁹ fuit missus in possessionē eius rei quā præscripserā:possum intra annū recuperare possessionē si satisdedi iudicio sisti.in illis autē contractib⁹ in quibus vsuræ debentur ex illo tēpore, currat præscriptio ex quo cessatum fuerit in solutione vsurarum.

terius singularis tēporis cōputari manifestū est:nulla[a] scilicet dāda licentia vel ei qui iure emphyteutico rem aliquam per quadraginta vel quoscunque alios annos detinuerit,dicendi ex transacto tēpore dominium sibi in ijsdē rebus quæsitum esse:cùm in eodem statu semper manere datas iure emphyteutico res oporteat:vel conductori[b] seu procuratori rerum alienarum dicēdi ex quocunq; tēporum curriculo nō debere se domino volenti post completa conductionis tempora possessionem recipere,eandem reddere.

¶ Per præscriptionem longi temporis quæritur ius uendicandi:idem per præscriptionē longißimi temporis bona fide factam. sed malæ fidei possessor solam exceptionem acquirit.Item uiolentus inuasor non potest referre quæstionē dominij.h.d.usque ad.§.sed & si quis. Bal. Vel sic:Præscriptione longi tēporis quæritur præscriptori ius rem uendicandi à quocunque possessore.h.d.Sali.

Imp. Iustinianus A. Mennæ præfecto prætorio.

LEX VIII.

SI quis emptionis vel donationis, vel alterius cuiuscūq; contractus[c] titulo rem[d] aliquam bona fide per decem[e] vel viginti annos possederit,& lōgi tēporis exceptionē[f] cōtra dominos eius vel creditores[g] hypothecā eius prętēdētes sibi acquisierit,posteaq; fortuito casu possessionē ei⁹ rei perdiderit:posse eum etiā actionē[h] ad vēdicandā rem eandē habere sancimus.hoc enī & veteres[i] leges (si qs eas rectè inspexerit)sanciebāt.

¶ Hæc est secunda pars principalis huius legis in qua loquitur de præscribente spatio longißimi temporis bonæ fidei & malo possessore.h.d.secundum Bal.Vel sic:Præscriptione longißimi temporis quæritur præscriptori si malam fidem habuit ab initio sola retinendi exceptio. Si uerò ab initio bonam fidem habuit,quæritur ei ius uendicandi à quocunque præterquàm ab eo contra quem præscripsit: siue dominus fuerit, siue creditor qui hypothecariam habuerit. In eo casu quo malam fidem habuit,si cadat à possessione,tunc potest prior dominus uel creditor ab iniusto possessore illā uendicare,nisi & ipse propria tueatur præscriptione. h.d. usque ad uersi.Sed hæc.Sali.

¶ Quòd[k] si quis † eam rem desierit possidere,cuius dn̄s, vel is qui suppositā[l] eā habebat, exceptiōe triginta vel quadraginta annorū expulsus est:prędictū auxiliū[m] nō indiscretè,sed cum moderata diuisione ei pstari cēsemus : vt si quidem bona fide ab initio eam rem tenuerit[n],simili posit vti[o] præsidio:sin verò mala fide eā adeptus est,indignus[p] eo videatur ita[q] tamen, vt nouus possessor , si quidē ipse rei dn̄s ab initio fuit,vel suppositam eam habebat, & memoratę exceptionis necessitate expulsus est:cōmodum detentionis sibi acquirat[r]. ¶ Sin verò nullum ius in eadē re quocunq; tempore[s] habuit:tunc licētia sit priori dn̄o vel creditori qui nomine hypothecæ rem obligatam habuit,& hęredibus eorū ab iniusto detētatore eā vēdicare,non obstāte ei quòd possessor triginta vel quadraginta annorum exceptione eum[t] remoueerat:nisi ipse iniustus possessor triginta vel quadraginta annorū ex eo tempore computandorum, ex quo prior possessor qui euicit , ea possessione recidit, exceptiōe munitus[v] est.

¶ Hic textus est singularis, & non est alibi in iure.Agenti petitorio nomine non obstat exceptio dominij quando agens agit contra spoliantem.Bal.Vel sic:Hic excipit ex eo quod dixit in uersi.Si uerò mala fide. & hoc dicit. Possessor uiolentus non potest referre quæstionem dominij.uel sic : Præscriptor malæ fidei potest rem uendicare ab eius uiolento possessore.h.d.usque ad.§.sed & si quis.Sali.

¶ Sed[x] hæc super illis detentato-

c ¶ Contractus.] s.permutationis.Et no.ꝙ innuit donationē esse cōtractū,& sic cōtinetur sub illa.l.ij.& aut.sacramēta puberū &c.s.si aduer.ven.

Donatio est contractus.

d ¶ Rem.] scilicet immobilem.

e ¶ Per decem.] inter præsentes vel.xx.inter absentes.

f ¶ Exceptionem.] No.pro B.cōtra M.ꝙ præscriptione non quæritur dominium: vt &.s.de iur.do.l.in rebus. in fi.cùm exceptio sit actionis exclusio: vt.ff.de excep.l.ij.sed M.dicit exceptionem intētionis dari.& hoc no.s.de bo.ma.l.j.& authen.nisi tricennalis.

g ¶ Creditores.] vt.s.si aduersus credi.l.j.

80 h ¶ Actionem.] non solùm exceptionē.& hoc facit pro M.qui dicit ei dari in rem actionē:sed tu dic vtilem:& hanc intētat indubitāter cōtra alios. Sed an & cōtra dominū?Io.& B.ꝙ sic,vt sic vtilis præferatur directę: vt.ff.de procur.l.in causæ.in fi.& de public.l.eum qui.§.j.Item & quia lex dicit mutari dominium in præscriptione:vt ff.de vsuca.l.eum qui.§.j.Item patet ex eo quia & ante impletam præscriptionē habebat publicianam : aliquid ergo plus nunc debet habere.Alij dicunt contra, & dicunt quòd nunc habeat hoc plus:quia ciuilem contra alios,contra quos tantùm Publicianā habuit vsque nunc:vt.ff.de leg.j.l.si creditori.§.id quod.Item ꝙ dat actionem cōtra alium: intellige,nisi & ipse nouus possessor præscripsit:sed si post præscriptionē secundi ipse secundus à possessione ceciderit,quis vendicat:prior præscriptor, vel secundus,vel dominus?Respon.secūdus præscriptor:cùm prior amiserit suum vtile dominium.& dominus similiter effectum sui directi.res enim videtur esse in curriculo siue in circulo.

i ¶ Veteres leges.] quæ præscriptionē longi 10 temporis non longissimi nouerant: vt.ff.de vsucap.l.vsucapio.&.l.eū qui.§.j.

k ¶ Quod si quis.] dixit de pręscriptiōe longi tēporis,nūc de longissimi:& ideo habes hîc.§.

† Tenor huius.§.ponitur sub breuibus verbis in ca.ij. in versiculo verum ex parte abbatis cum gl. sup verbo, retentionis extrà de ordi.cog.

l ¶ Suppositam.] id est obligatam.

20 m ¶ Auxilium.] s. vendicationis.

n ¶ Tenuerit.] s.sine titulo,aliâs haberet locum præscriptio.x. vel. xx.an. vt.s.proxi.Accur.

o ¶ Vti.] ergo & hîc quære vt.s.si nouus possessor præscripsit, & cecidit à possessione,cui præ 30 scriptori detur in rē : & solue vt suprà.Itē quęro, an præscribēti longissimo tēpore bona fide datur cōtra dominū rei vēdicatio?P ita Io. cōtra:vt hac.l.apertè dicit.j.ita tamen &c.& sic nō est per omnia simile : nam aliâs non aduersaretur literæ 40 superiori hic versus,ita tamen &c.nisi sic referretur ad bonæ fidei & malæ fidei possessorē : nam si ad malæ fidei possessorem tantùm referatī,nullo modo aduersatur : qa ille contra nullum vendicat,nisi re sibi ablata per vim,& nisi per iudicem: 50 vt subiicit.

Præscribēs bona fide longissimo tēpore an cōtra dominū habeat rei vendicationem.

p ¶ Indignus eo.] scilicet præsidio.

q ¶ Ita tamen.] ad vtrūque casum refero.s.quando bona fide, & qn̄ mala. Sed P. refert tantū ad malæ fidei:sicq; præscribēti bona fide.xxx.annis dat actionem etiā contra 60 dominū:vt modò diximus quod non placet.

r ¶ Acquirat.] hoc referunt quidam etiam ad pręscribentē tantùm longo tēpore.quod non placet:vt diximꝰ circa prin. huius legis.

s ¶ Tēpore habuit.] nouus possessor.& loqui 70 tur in eodem casu cum mala fide præscripsit etiam longissimo tempore,& sic non agit vel contra dominum,vel contra alium.Sed alii dicunt eū etiam admitti contra alium.in bona fide præscribēte cōstat quòd agit cōtra alium: vt.s.ea.l.§.quòd si quis.

t ¶ Eum.] scilicet dominum vel creditorem.

v ¶ Munitus.] supple & possessionē adeptus:nam hoc est necesse ad præscribendum.& quod dicit ex tunc computari præscriptionem ex quo cecidit à possessione:dic verum nisi nouus possessor causam ab eo præscribente habeat:tunc enim eadem defensione vtetur:vt infrà de euict.l.emptori.& tempora coniunget ad faciēdam præscriptionem.xxx.annorum.nec obstat.ff.de 80 acqui.pos.l.Pomponius.§.fi.quia lex illa loquitur in præscriptionibus longi temporis tantùm.nondum enim hæc præscriptio fuerat inducta.xxx.ann. Et pro nobis est in ea.l.§.cùm quis.Sed quæro, si vendidi rem quam.xxx.annis bona fide præscripseram,an emptor habeat vtilem,sicut ego habebā si à possessione cadat?Respon.sic:quasi omne ius meum videar vendere.& sic hîc: vt.ff.de contrahen.emp.l.qui tabernas.sic & publiciana transit ad hæredem: vt.ff.de publi.l.eum qui.§ hæc actio.

x ¶ Sed hæc.] s.præscribentem longissimo tēpore mala fide non posse vti simili

ſimili præſidio, id eſt vendicare, ſunt vera niſi in duobus caſibus: primus quando inuaſor &c.

a ¶ Eam abſtulerit.] qui.xxx.an.præſcripſit.

b ¶ Diſtinctione.] i.ſiue bonafide, ſiue mala præſcripſit, ſiue cum titulo ſiue ſine titulo. vel ſine diſtinctione.i.non refert, ſit dñs vel nõ qui abſtulit. Sed quõ vẽdicat hîc præſcriptor malæ fidei cùm non ſit dñs? Rñ. vendicat quãtũ ad certã perſonã, 10 ſicut & aliâs.ff.de pub.l. eũ qui.§.ſi petẽti.ſic &.s̃. de nõ nu.pecu.l.j. Vel dic ꝙ amiſit dñium inuaſor ſi erat dñs ſuo delicto: vt.j̃. vnde vi.l.ſi qs in tantam. & ex eo qđ dicit nõ referre ſit dñs vel nõ qui abſtulit: collige argu. ſecũdũ H. ꝙ ſi depoſui rẽ 20 alienã, vel cõmodaui, & agam rei vẽdicatione, ꝙ non poteſt mihi referri quæſtio dominij. & pro eo eſt.s̃.de non nu.pec.l.j. & de pig. act.l.nec creditores.&.ff.de diſtrac.pig. l.reſcriptũ.§.j.&.s̃.lo.ſi qs cõductionis. quod nõ placet: quia datur rei vẽdicatio tãquã cõtra quẽlibet: 30 vt ff.ad exhi.l.de eo.§.fi. & ff.ſi quadru.pau.feciſ. dicat.l.j.§.fi. & arg.s̃.loc. ad probationẽ. & hoc eſt ſpeciale in odiũ inuaſoris.

Præſcriptor malæ fidei quomodo vendicat.

Deponenti vel cõmodãti an poſſit referri quæſtio dominij.

c ¶ Sed & ſi quis.] nouus poſſeſſor.

d ¶ Poſſeſſor.] bonæ fidei, vel malę fidei. Itẽ ꝑ 40 hoc ꝙ dicit prior, facit ꝑ M.& Io.& Azo. qui dicũt miſſum in poſſeſſionẽ in actiõe in rẽ, ſtatim poſſidere ciuiliter & naturaliter: vt &.j̃.quõ & qñ iud. l.conſentaneum. &.ff.de dã.infec.l.à quo. Secus ſi ex perſonali: qa tunc non poſſidet: vt.ff.de acquir. 50 poſſ.l.iij.§.fi. & quib.ex cau.in poſ.ea.l.cũ ex cauſa. ſed tũc cùm ſecũdum fuerit decretũ vel præceptũ iudicis impoſitũ. Sed Bul. cõtradicit in actione reali: nã demũ poſt annũ poſſidere dicit: vt hîc ſubijcere videt̃, & loco ſecũdi decreti, ſit annus. In ꝑ- 60 ſonali dicit idẽ qđ Io. & M. Itẽ quid in hypothecaria, an habeat naturam perſonalis? qđ videtur.

† Aliâs, ad ſimilitudinem.

Poſſidet ne miſſus in poſſeſſionẽ ex primo decreto iudicis.

e ¶ Intra annũ.] huic eſt cõtra.s̃.de iud.l.properãdũ.§.ſin autẽ reus.&.s̃. vbi in rẽ actio.l.ij. Sol. vt in qualibet earũ dixit.

f ¶ Exceptionem.] ta 70 lis eſt caſus. Debes mihi aliquid annuum, ſoluiſti, poſteà ſtetiſti.xxx. annis continuis: quòd non ſoluiſti ſine interpellatiõe, præſcripſiſti.

Caſus.

g ¶ Capere.] ꝑ omnibus ſolutionibus, non pro vna tantùm: vt diximus s̃.eo.l.cùm notiſſimi.§ fi. 80 Itẽ quæro, quando debent ſolui vſuræ, an in principio anni, an in fine: in annuis enim vel anno debitis, ſcimus quãdo debet fieri ſolutio: vt diximus ſuprà quãdo di.leg. ced.l.j. Et eadem quæſtio fieri poteſt in mercede vel penſione.& de hoc habes.ff.de vſufru.l.defuncta? Reſpon.in fine anni: vt.s̃.de vſur.l.eos.§.interdicta.

Vſuræ quando ſoluendæ.

SAepe.] CASVS. Olim ſi quis cõteſtaretur litẽ aduerſus aduerſariũ ſuũ, & impeditus aliquo caſu litẽ proſequi nõ poterat: lapſo.xxx.ann. ſpatio cadebat ab actione ſua. hodie autem per litem cõteſt. perpetuatur actio vſque ad xl.an.

ribus cenſemus, qui ſine violentia eandem rem nacti ſunt. Nã ſi quis violenter eam abſtulerit [a], omnimodo licebit priori poſſeſſori ſine vlla diſtinctione [b] eam vendicare.

¶ *In reali ille contra quẽ eſt facta miſſio ex primo decreto, eã recuperat intra annũ: poſt annũ nõ auditur niſi de proprietate.h.d.Bart. Vel ſic: Etiam qui mala fide præſcripſit, ſi ueniat intra annum recuperat poſſeſſionem ab eo, qui intentans actionem in rem ex eius contumacia miſſus eſt in poſſeſſionem ante litem conteſtatam. hoc dicit uſque ad.§.exceptionem.Sali.*

¶ Sed [c] & ſi quis non per vim, ſed per ſentẽtiam iudicis eã obtinuerit, ea tantùm occaſione ꝙ abſens prior poſſeſſor [d], ad litẽ vocatus, minimè reſpõderit: licebit ei & ad inſtar† cæterorũ, qui rei dominiũ habẽt, intra [e] annum ſe offerenti, cautionẽq; ſuſcipiẽdæ litis danti, eandẽ rem recipere, ſuperq; ea cognitionalia ſubire certamina.

¶ *Præſcriptio in uſuris incipit currere à tempore quo incœperunt deberi & non ſunt ſolutæ.h.d. uſque ad finem.Sali.*

¶ Exceptionem [f] etiã triginta vel quadraginta annorum in illis contractibus, in quibus vſuræ promiſſæ ſunt, ex illo tẽpore initium capere [g] ſancimus, ex quo debitor vſuras minimè perſoluit.

¶ *Actio etiam temporalis perpetua efficitur, & in annos quadraginta perpetuatur.h.d. intellige per litis conteſtationem: nec alio modo, nec per interruptionẽ ciuilẽ, nec naturalẽ.h.d. Bal. Vel ſic: Per litis conteſtationem interrumpitur præſcriptio: & per quadraginta annos à tẽpore ceſſationis à lite inchoandos perpetuatur actio: quæ perpetuata etiam ad hæredem extraneum eſt tranſitoria.h.d.Sali.*

Idem A. Demoſtheni præfecto prætorio.

LEX IX.

SÆpè quidã ſuos obnoxios in iudiciũ vocãtes, & iudiciarijs certaminibus ventilatis, nõ ad certum finem lites perducebant: ſed taciturnitate in medio tẽpore adhibita, propter potẽtiam fortè fugiẽtium, vel ſuã imbecillitatẽ, vel alios quoſcũq; caſus (cùm ſortes humanæ [h] multæ ſint) qui nec dici nec numerari poſſunt, deinde iure ſuo lapſi eſſe videbãtur, eo ꝙ poſt cognitionẽ nouiſsimam triginta annorũ ſpatium effluxerit, & huiuſmodi exceptione oppoſita ſuas fortunas ad alios tranſlatas videntes, meritò quidẽ ſine remedio antè lugebãt. ¶ Quod nos corrigẽtes, eandem exceptionem, quæ ex triginta annis oritur, in huiuſmodi caſu opponi minimè patimur. Sed licet perſonalis actio ab initio fuerit inſtituta, eam tamen in quadrageſimũ annũ extendimus [i]: cùm non ſimilis ſit, qui penitus ab initio tacuit, ei qui poſtulationẽ depoſuit, & in iudiciũ venit, et ſubijt certamina [k], litẽ autem implere per quoſdam caſus præpeditus eſt. ¶ Sed licet ipſe amor defecerit, tñ ſuæ poſteritati [l] huius cauſæ curſum eũ relinquere poſſe definimus, vt eius hæredibus vel ſucceſſoribus liceat eam adimplere, nullo modo trigĩta annorũ exceptiõe ſublata [m]. ¶ Quod tempus (id eſt quadraginta annorum ſpatium) ex eo numerari decernimus, ex quo nouiſsima proceſsit cognitio [n] poſtquàm vtraque pars ceſſauit.

h ¶ Humanæ.] vt & s̃.de vſufr.l. antepe.& pe. & ſic iſtis caſib⁹ ceſſan- 10 tibus dicebat Aldri. non perpetuari actionem litis conteſtatione vſq; ad.xl. an. Alij omnes doct. cõntrarium dixerunt.

i ¶ Extendimus.] idẽ in reali. ſed fallit hæc lex in actiõe de dolo: vt.s̃. de dolo.l.fi. Itẽ & in reſciſſoria ſecũdum quoſdã. ſed 20 nos dicim⁹ reſciſſoriam petitã & datã poſſe ꝑpetuari per cõteſtationem: non autẽ petitionem, vel iudiciũ reſtitutiõis in integrũ: vt.s̃.de tẽp.in inte. reſti.l.ſuperuacuã. Itẽ fallit & alibi: vt.ff.ne de ſta. defun.l.j.§.ſed interdum. & de collu.dete.l.ij.

30 k ¶ Certamina.] per conteſtationem.

l ¶ Poſteritati.] & idẽ ſi eſt extraneus hæres.

m ¶ Sublata.] illa cauſa.

n ¶ Cognitio.] ſec⁹ autẽ ſi ꝑ executorẽ: qa tũc in.xxx.an. tantùm extẽditur ex gñali regula, qua dicitur omne ius illo tpe 40 tolli: vt.s̃.e.l.ſicut. fallit ergo hoc caſu, et alio, quẽ habes.s̃.eo.l.cùm notiſsimi.in prin.& in alio: vt in ea.l.§.imo.in fi.§.& alijs, quos habes.s̃.e.l.omnes.

TITVLVS XL.

De annali exceptione Italici contractus tollenda, & de diuerſis temporibus, & exceptionibus, & præſcriptionibus, & interruptionibus earum.

¶ *Per hanc legem tollitur annalis exceptio, quæ contra actiones natas ex Italico contractu erat introducta: & non ualenti agere propter impedimentum iuris, non currit præſcriptio: & actionem perſonaliũ regulariter uita eſt triginta annorũ.h.d. tota iſta.l. quæ eſt bona, & eſt noua conſtitutio ſecundum Bal. Vel ſic: Exceptione ſublata, omnes perſonales actiones triginta annorum tolluntur, niſi ſuper his lis fuerit conteſtata: hypothecaria uerò quadraginta annis. Et illi, qui non poteſt agere, non currit præſcriptio.Bar. Primò exorditur. Secũdò ſtatuit. Tertiò ampliat. Quartò dubium remouet. ſecunda ibi, Cùm itaque. tertia ibi, Ad hæc. quarta ibi, Ne autem. Primæ duæ partes hoc uolunt. remota annali exceptione ex contractu Italico currunt, & locum habent cæteræ præſcriptiones legitimæ.Sali.*

Imperator Iuſtinianus A. Iuliano præfecto prętorio.

LEX I.

SVper annali exceptione, quæ ex Italicis cõtractib⁹ oritur, tãtæ moles altercationũ in oĩb⁹ iudicijs exortę ſunt, quãtas & enumerari difficile, & explanari impoſsibile eſt. ¶ Primùm etenĩ natura ei⁹ obſeruationis cum omni ſcrupuloſitate & difficultate cõpoſita eſt, cùm multa concurrere

¶ DE ANNALI EXCEPT. &c.

¶ *Suprà de uſuſca. trãſ- 50 for. tractauit, & de uſuſc. Italicarũ rerũ: modò de uſuſca. actionũ perſonalium, quæ oriuntur ex contractibus, qui in Italia fiebant.*

Continuatio.

SVper annali] CASVS. Olĩ ſi aliqs poſ- 60 ſidebat rẽ aliquã in Italia ꝑ annũ, vel contraxit: habebat exceptio. & hîc annus extendebat̃ aliqñ vſq; ad qnqueñiũ, aliqñ vſq; ad decẽniũ qa in eo anno nõ cõputabant̃ niſi dies, in quib⁹ aliqs poterat agere. & hoc corrigit Imperator dicens, ꝙ hîc 70 annalis exceptio ceſſet: & habet locum. xx. vel xxx. niſi in hypotheca. q̃ extẽditur vſq; ad.xl.ann. Omnes aliæ actiões perſonales miſtæ, vt actio fami.erciſ.&c. tollãtur vſq; ad.xxx.an.& ita demum currat præſcriptio, ſi non prærũpatur per litem cõ- 80 teſ.& hoc in ſecũda. Sed an filijs in aduẽtitijs currat præſcriptio, hîc quæritur? Dicitur ꝙ nõ, cùm patri non acquirãtur: qa cùm eſt in poteſtate: etſi agere vellet, nõ poſſet.& hoc in tertia. Viuia.

debeant[a] :vt ea naſcatur. ¶ Deinde illud ſpatium annale alij quidẽ ita effusè interpretabãtur,vt poſſit vſque ad[b] decennium extẽdi. ¶ Alij iudicãtes vſq; ad quinquenniũ ſtandũ eſſe putauerũt. ¶ Et in noſtris tẽporibus ſępius ſuper huiuſmodi calculo à iudicib⁹ variatum eſt:vnde nec facilè ſuum effectum in litigijs oſtẽdere huiuſmodi exceptio valuit. ¶ Cùm itaque nobis aliæ tẽporales exceptiones vel præſcriptiones ſufficiãt, hmõi difficultatib⁹ illigari noſtro ſubiectos imperio minimè patimur. ¶ Ideoq; memorata annali exceptione penitus quieſcẽte, aliæ oẽs legitimæ exceptiões & p̃ſcriptiones in iudicijs ſuũ vigorem oſtendant:ſiue quę ſuper decẽnio[c] vel viginti, vel triginta[d] vel quadraginta annis introductæ ſunt, ſiue q̃ minorib⁹ ſpatijs[e] cõcluduntur.

¶ *Annalis exceptio ſuper Italico contractu tollitur, & aliæ præſcriptiones legitimæ confirmãtur.h.d. Vel ſic: Actiones perſonales & miſtæ tolluntur triginta annorum tempore, niſi præſcriptio ſit interrupta: hypothecaria quadraginta annis durante contra debitorem uel eius hæredem: & interruptio per litis conteſtationem in.xl.an.perpetuat actionem.h.d.uſque ad §.ne autem.Sali.*

¶ Ad hæc,cùm nihil ꝓhibet[f] etiã ea,quæ aliquã dubitationẽ acceperunt,clarioribus & compendioſis ſanctionib⁹ renouari:iubemus omnes perſonales actiões quas verboſa quorũdã interpretatio extendere extra metas triginta annorũ conabatur,triginta annorum ſpatijs cõcludi:niſi legitim⁹[g] modus, qui & veterib⁹ & noſtris legibus enumeratus eſt,interruptionẽ tẽporis introduxerit, ſola hypothecaria[h] actione quadraginta annorũ[i] vtẽte curriculis. Nemo itaq; audeat neq; actiõis familiæ erciſcũdę, neq; cõmuni diuidũdo[k], neque finiũ regundorum[l], neq; pro ſocio[m], neq; furti, neq; vi bonorũ raptorũ, neq; alterius cuiuſcunq; perſonalis actionis vitã longiorẽ eſſe triginta annis interpretari:ſed ex quo ab initio cõpetit, & ſemel nata[n] eſt,& nõ iteratis fabulis ſępè recreata,quemadmodũ in furti actione dicebat̃[o], poſt memoratũ tẽpus finiri[p] :exceptis omnib⁹ actionib⁹,licet perſonales ſint,quæ in iudiciũ deductæ ſunt, & cognitionalia acceperũt certamina, & poſteà ſilẽtio traditæ ſunt:in quibus nõ triginta, ſed quadraginta annos eſſe expectãdos,ex quo nouiſsimũ litigatores tacuerunt,lex noſtra anteà promulgauit[q].

¶ *Hodie filiofamiliâs non ualenti agere nõ currit præſcriptio.h.d. Vel ſic: In rebus, quæ quærũtur filijsfamiliâs,eis non currit præſcriptio.hoc dicit uſque ad finem Sali.*

¶ Ne autẽ imperfecta ſanctio[r] videatur, cũ in maternis quidẽ reb⁹ filijsfamiliâs tẽpora exceptionum currere diſpoſitũ erat, ex quo ſacris paternis abſoluti ſunt,in alijs aũt quę minimè[s] acquiri poſſunt, hoc nõ fuerat ſpecialiter cõſtitutũ: apertiſsima definitione ſancimus, filijsfamiliâs in omnibus ijs caſibus,in quibus habent res minimè patribus ſuis acquiſitas,nullã temporalem[t] exceptionẽ opponi,niſi ex quo actionem mouere potuerint,id eſt poſtquàm manu paterna,vel eius,in cuius poteſtate erãt

a ¶ Debeant.] quæ ignoramus.
b ¶ Ad decennium.] quia vtilis erat annus.
c ¶ Decennio.] vt ſuprà de præſcrip.long.temp.
d ¶ Triginta.] vt ſuprà de præſcrip.xxx.an.ſicut.
e ¶ Minoribus ſpatijs.] ſ.triẽnio vel quadriẽnio,vel ſimilibus: vt.s̃.de vſuſcap.transfor.l.j.& de quadrien.præſcript.l.j.& per totum titulum.
f ¶ Prohibet.] non ſolùm noua conſtituit, ſed etiã conſtituta renouat.
g ¶ Legitimus modus.] q̧ multi ſunt: vt no.s̃.titu.j.l.cùm nouiſsimi.§.ſed & ſi quis.
h ¶ Hypothecaria.] cõtra debitorẽ cõpetẽte.
i ¶ Quadraginta annorum.] Sũt & alij caſus, vbi p̃ſcriptio.xl.an. locũ habet:vt.s̃.ti.j.l.ſi.& l.cõperit. &.j̃.de ſun.patrimo.l.ſi.li.xj.&.s̃.de ſacroſan.ecc.aut.quas actiones.

Actio es aliquæ non tollũtur tẽpore.

Sũt & aliæ,quę nullo tp̃e tollũtur:vt præiudicialis,quæ libero dat̃ homini bona fide poſſeſſo: vt.s̃.de pręſcr.lõ.tẽp.quę ꝓ lib.l ſi Itẽ popul⁹ Roman⁹ viã nõ vtẽdo amittere non põt:vt.ff.de via pub.l.viã publicã.Sed q̧d ſi cùm eſſet bonæ fidei poſſeſſor,& præſcribẽdo rẽ amiſit poſſeſsionẽ per inundationẽ:vt.ff.de bo.auth.iudi.poſ.l.cùm vn⁹.§.ſi an inũdatione ceſſante ſuccurrat̃ mihi ꝑ in ĩtegrũ reſtõnẽ?q̄d videt̃: vt.ff.de iti. actuq; pri.l.j.§.ſi q̧s ꝓpter inundationẽ.Sed ar. cõtra. eſt.ff.ex qui.cau. ma.l.ſciendum.

ADDITIO. Iſtud eſt verũ,vt dicit Bar. hîc. Ratio eſt:quia non debet quis reſtitui ad lucrũ faciẽdũ cũ aliena iactura: vt.d.l.ſciendũ. in gl.alle. &.ff.de fur.l.ſi is qui.j.

Familiæ erciſcundæ & cõmuni diuidũdo, vnde naſcãtur & quib⁹ cõpetant.

k ¶ Communi diuidundo.] In his prædictis duob⁹ diuiſorijs,duo dixit M.Primũ,ꝙ naſcãtur ex volũtate.ſ.tunc qñ volui diuidere. & ꝓ hoc eſt.ff.fami.erciſ.l.j.Scđm, ꝙ ei tantùm,q̧ nõ poſsidet currit præſcriptio:nã & nõ poſsidẽti dant̃ hæc iudicia: at ſi poſsideret, nulla currit præſcriptio: cùm nõ currat aliqua cõtra poſsidentẽ.pro hoc eſt.s̃.ti.j.l.malè agitur. Sed in vtroq; malè dixit.primò q̧a nõ ex volũtate,ſed ex quaſi cõtractu naſcũtur:vt inſti.de ob.quæ ex quaſi cõtractu.§.itẽ ſi inter.&.§.idẽ iuris.licet dicatur eas cõpetere valentibus à cõmunione diſcedere:vt.d.l.fami.erciſ.l.j.ſed & ſi illud eſſet verum,ꝙ ex volũtate naſcerentur,poteſt velle:ergo velle videtur:vt.ff.de reg.iu.l.qui poteſt.Item & poſsidẽti currit:nam non currit vt dominium præſcribatur,ſed diuiſioni vt non poſsit impetrare diuiſionem:nam & aliâs eſt res communis,nec tamen intendi poteſt diuiſorium iudiciũ : vt.ff.de alie.iudi.l.ſi.& de rebus eorum.l.ſi pupillorum.
l ¶ Finium regundorum.] Sunt enim hæc tria miſta:vt inſtit.de act.§.quædam.Accurſius.

Actio pro ſocio quando incipit competere.

m ¶ Pro ſocio.] Sed qñ hæc incipit cõpetere?Rñ.dic eam non cõpetere ſocietate durãte:vt.s̃.pro ſoc.l.tãdiu.& dic vt ibi.An autẽ imputetur ſi nõ renũciet,vt ſic faciat cõpetere ipſo iure:quod videtur per.d.l.de reg.iur.l.qui põt. & ſic amittit ius renũciandi?Rñ.nõ:quia ſi renũciaſſet alteri intẽpeſtiuè, teneretur:vnde nõ videt̃ poſſe,q̄d cõmodè nõ poteſt:vt.ff.de ver.ſig.l.nepos Proculo.Itẽ & ſi potuit renũciare & nõ fecit,hoc profuit ſocio:nõ obijcit ergo alij culpã is,qui lucrũ inde fecit.iuxta illud:Vt culpẽt alij &c.vt.ff.de iur.do.l.cùm in fundo.§.j.Itẽ tertia ratione:quia renũciare eſt ex libero arbitrio. quod non eſt ſic in iure offerẽdi:quod ex pacti neceſsitate fit & recipitur.Itẽ

Actio perſonalis ex teſtamento quãto tempore tollit̃.

quæro de actione perſonali ex teſtamẽto,puta cõpetente pro ſeruitute legata,ſi non vtatur.xxx.an.ipſam enim ſeruitutẽ vel cõfeſſoriam tolli cõſtat.x.an.vel.xx.vt.ff.qui.mo.vſuſfr.amit.l.j.Sed & actionẽ perſonalem dicãm tolli xxx.an.vt hîc,vel ipſo iure,vel(quod verius eſt)ope exceptionis:cùm tempus non ſit modus tollẽdæ obligationis &c.vt.ff.de act.& obl.l.obligationũ ferè.§.placet.& plenè diximus.s̃.de vſufru.l.corruptionẽ.Et cõtra denegatoria dubitatur,& cõſtat quòd quãdoq; ipſo iure tollitur & acquiritur ſeruitus:vt in aqua & alijs,quæ habent perpetuã cauſam.Sed quid de his, quæ non habent perpetuam cauſam, vel quaſi? Poteſt dici ꝙ licet non acquirãtur,tamẽ elapſis.xxx.an.obſtat exceptio:ſicut & dominium rei tanto tẽpore non acquiritur,tñ exceptio vendicãti obijcitur ab eo : & ſic non poteſt cõtradicere : vt.ff. de ſerui. ruſtic. præ.l.per fundũ.Vel aliter, dicunt quidã plures eſſe itiones, & plures actiões negatorias:& ideo non currit niſi in illis itionibus : aliâs actionibus, quæ fieri debuerũt, iam ſunt triginta an. Sicut & in ſtipulationibus, & in legatis annuis: vt ſuprà titulo primo.l.cùm notiſsimi.§. penulti. Sed licet ſint plures actiones, tamen vna agi poteſt:vt & de plurib⁹ hæreditatibus datur vnum iudicium famil.erciſcun. vt.ff.famil.erciſcun.l.hæredes.§.ſi inter me.& argumẽ.ff.pro ſocio.l.cùm duobus.§.ſi plures. Item

Actio pignoratitia quando naſcitur,& ex quo tempore currit pręſcriptio.

quæro de pignoratitia actione quando naſcatur: & ex quo tempore currit præſcriptio? Et dicunt quidam naſci demum ſoluta pecunia,vel aliter ſatisfacto : vt.ff. de pigno. actio.l.ſi rem.j.§.omnis. Hæ ſunt enim conditiones eius : vt.ff. de pign.l.grege.§.penulti.& hoc ſecundum Bul. Alij vt P.quòd etiã prius naſcitur, ſed non intentatur : vt in actionibus quibuſdam dicitur. &.ff. de tute.& ratio. diſtr.l.ſi tutor.§.final.&.l.ſequen. Ex quo ergo tẽpore currit ei præſcriptio ? Reſpond. ex quo competit cum effectu, non prius: vt infrà eadem.l.§. final. & hoc de iure.de effectu etiam prius tollitur. Nam cùm tollitur ius offerendi : vt notaui.ſuprà titu.primo l.cùm notiſsimi.§.primo.in fine.§.ergo & pignoratitia. Sed ſublata pignoratitia, an poſſit debitor agere rei vendicatione? Reſpond.vtique : nam cùm debitor vſucapit poſsidente creditore:vt.ff.de vſuſcap.l.ſeruus.acquirit dominium : non amittit dominium , ſi habet vnde intentet rei vendicationem , vel pro veteri, vel pro nouo quæſito dominio . nec dicat quis verbis legem ſtatui , quia tollitur pignoratitia , & remanet rei vendicatio : quia grauius erit debitori probare dominium , quàm eſſet traditionem pignoris.

Hiſterõ ꝓteron eſt ordo conuerſus.

n ¶ Nata eſt.] hiſteron proteron.id eſt conuerſus ordo:vt.ff.de rerum diui.l.riparum.& inſti.eo.titu.§ riparum.
o ¶ Dicebatur.] quia dicebant eam renouari ex aſsidua contrectatione:& ſic præſcriptionem per nouam contrectationem interrumpi:ſed malè, quia non ideo plus fit furtum:vt.ff.de fur.l.ei qui.
p ¶ Finiri.] vt ſuprà titu.j.ſicut.&.l.omnes.&.l.cùm notiſsimi. & de conſti.pe.l.ij & infrà vnde vi.l.ſi.in ſi.
q ¶ Promulgauit.] vt ſuprà titu.j.l.ſi.
r ¶ Sanctio.] id eſt ius de præſcriptionibus conſtitutum.
s ¶ Minimè.] vt alia aduentitia.de maternis enim erat diſpoſitum:vt hîc, & ſuprà de bo.ma.l.j.in ſi.
t ¶ Temporalem.] perpetuam etiam hîc temporalem appellat : quia tempore finitur, & hoc in acquiſitis. in acquirendis autem, ſibi & patri nocet ſilius : vt ſuprà qui admi. ad bon.poſſeſſ.l.prima. & de acquirend. poſſeſsio.l.ſina.

Quis

cõstituti, fuerint liberati †. Quis [a] enim incusare eos poterit, si hoc nõ fecerint, quod & si maluerint, minimè adimplere lege obuiante valebant?

Si possessor præscribens conueniri nõ potest propter absentiam, potentiam, infantiam, uel furorem: potest fieri interruptio præscriptionis per denunciationem factam præsidi, uel episcopo, uel defensori loci, & ultimò ad domicilium possessoris in forma hic tradita. h.d. Bal. Vel sic: Si possessor præscribẽs est absens, uel furiosus, uel infans, tutore uel curatore carens, siue in potentia eminens: potest ei fieri interruptio præscriptionis porrigẽdo libellum coram præside, & successiuè coram episcopo uel defensore: & ultimò per publicam & solennem protestationem factam ad eius domum. h.d. Sali.

Idem A. Ioanni præfe. præ, **LEX II.**

VT perfectius [b] omnibus consulamus, & nemini absentia, vel [c] potẽtia [d], vel infantia penitus aduersarij sui noceat, sed sit aliqua inter desides & vigilantes differẽtia: sancimus, si quando abfuerit is, q res alienas vel creditori obnoxias detinet, & desyderat dñs rei vel creditor suam intẽtionẽ proponere, vt non ei licẽtia sit absente suo aduersario, qui rẽ detinet vel infantia [e] vel furore laborante, & neminẽ tutorẽ vel curatorem habẽte, vel in magna potestate cõstituto, sua authoritate eas res vsurpare: sed licentia ei detur adire [f] præsidẽ [g] prouinciæ, vel [h] libellũ ei porrigere, & hoc in querimoniam deducere intra cõstituta tẽpora, & interruptionẽ tẽporis facere, et sufficere hoc ad plenissimam interruptionẽ. ¶ Si autẽ nullo potuerit modo præsidẽ adire, saltẽ ad locorũ episcopũ eat, vel defensorẽ ciuitatis, & suam manifestare volũtatẽ in scriptis deproperet. ¶ Sin aũt abfuerit vel præses, vel episcop°, vel defensor ciuitatis: liceat ei proponere publicè † vbi domiciliũ [i] habet possessor, seu cum tabulariorũ [k] subscriptione, vel si ciuitas tabularios nõ habeat, cũ trium testiũ subscriptione: & hæc sufficere ad omnẽ temporalem interruptionẽ, siue triennij [l], siue lõgi tẽporis, siue triginta vel quadraginta annorum sit. Omnibus alijs quæ de longi temporis pscriptione vel triginta vel quadraginta annorũ [m] curriculis cõstituta sunt siue ab antiquis legũ cõditoribus, siue à nostra maiestate, in suo robore duraturis.

Citatio facta super una summa causa nõ expressa, uel super obligatione causa nõ expressa, nec una summa: sufficit ad interruptionẽ omniũ quæ possunt sub tali generalitate comprehẽdi. Et interruptio facta in personali, perpetuatur in hypothecaria, & econtrà. h.d. secundũ Bald. Vel sic: Generalis petitio re quantitate uel causa citatione secuta sufficit ad interrumpendum præscriptionem in omnibus quæ sub illa petitione possunt includi. h.d. & est hæc lex singularis, ideo notanda secundum Salicetum.

Idem A. Ioanni præ. præ. **LEX III.**

SI ex multis [n] causis quidã obnoxiũ habẽs, & maximè ex similibus quantitatibus, in vnius quidem causæ summa libellũ conuentionis composuerit, causam tamen nõ expresserit: apud veteres agitabatur, an videat omnes causas in iudicium deduxisse, an vetustissimã earum, aut omnino nihil fecisse, cũ eius sensus incertus esse apparebat. ¶ Sed & in iudicijs in multis casibus [o] tales altercationes ventilatas inuenimus, & maximè propter longi tẽporis interruptionẽ. Si enim personalis fortè fuerat mota actio, hypothecariæ autem actionis nulla mentio procedebat: quidã putabant personalem quidem esse temporis interruptione perpetuatã, hypothecariam autem euanescere taciturnitate sopitam. ¶ Et si quis generaliter dixerat obnoxium sibi ali-

a ¶ Quis enim.] q.d. nemo: vt hîc, &. ff. de doli excep. l. purè. §. fin. &. ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. fi. &. s. de bo. quæ lib. l. fi. & de iure do. l. in rebus. in fin. &. s. tit. j. l. cùm notissimi. §. illud. &. ff. de serui. rusti. præ. & attilicinus. &. s. de bo. ma. l. j. & in authen. nisi. &. ff. de vsur. l. cùm quidã. §. si pupillus. & ad Syll. l. iij. § eleganter. Accursius.

VT perfectius.] CASVS. Si aduersarius absens fuerit, vel furiosus, vel infans, vel merũ habeat imperiũ: ita vt eũ couenire nõ possim: authoritate mea rem, de qua lis est, nõ possum auferre: sed debeo porrigere libellũ pręsidi, & interrumpere pręscriptionem. si pręses nõ est, porrigã episcopo. si episcopus pręsens nõ est, mittam libellũ ad ædes aduersarij: & ptestabor coram testibus, me velle eũ conuenire si possem: & sic sua interrumpetur præscriptio.

b ¶ Vt perfectius.] quàm olim esset cõsultũ.

c ¶ Absentia.] vt. ff. ex qui. cau. ma. l. j. &. l. itẽ ait.

d ¶ Potentia.] Potẽs est qui habet merum imperiũ, vnde nõ conuenit: vt. ff. de in ius vocã. l. ij. & ad hoc. ff. de alie. iud. mu. cau. fac. l. fi. in prin. secus si minor: vt. ff. de iiur. l. nec magistratib°. in casu etiã maiores: vt infrà. ad. l. iul. repe. l. iubemus.

e ¶ Vel infantia.] subaudi vel furore. hîc enim cõneniri nõ potest: vt. ff. de in ius voc. l. quique. &. l. neq;. et ad hoc. ff. de mino. l. ait prætor. §. j.

f ¶ Adire.] hodie prius est adeundus defensor ciuitatis: quo deficiente, tũc præses, & deinde imperator: vt in aut. de defen. ciui. §. & iudicare. & de man. princi. §. & non permittes coll. iij.

g ¶ Præsidem.] s. p se.

h ¶ Vel.] pro &. Vel dic, vel pro id est. Vel dic scilicet per procuratorem.

i ¶ Domiciliũ.] No. sufficere denunciari ad domũ: etiã si non pueniat in notitiã eius cui nunciatur: vt. ff. de dam. infect. l. iiij. §. prætor. &. § toties. &. ff. quod vi aut clàm. l. aut q. §. j. Sed ar. cõtrà. ff. quæ sen. sine appel. l. j. §. itẽ cum ex. Sed dic vt ibi.

k ¶ Tabulariorum.] id est tabularij. sic. s. de iure de lib. l. fi. §. ij.

l ¶ Triẽnij.] Nota ergo vsuscapionem interrumpi litis contestatione. & sic est contrà. ff. pro empt. l. ij. §. fi. &. ff. de rei ven. l. si post acceptũ. Sol. secũdũ M. hîc corrigit vt idẽ sit in vsuscapione quod in pręscriptione. s. q interrũpatur: vt. s. de rei vẽ. l. more. Tu dic secũdũ Io. q hæc lex loquitur specialiter in quatuor casibus. s. quando aduersarius est furiosus, vel infans, vel absens, vel in potestate positus. aliâs serua quod in illis contrarijs legibus continetur. quod enim specialiter dicitur, non trahitur ad consequentia: vt. ff. de leg. & senatuscon. l. quod contra. Item quæro an restitutio in integrum amodo denegetur, quæ datur contra absentes ex illo ti. ff. ex qui. cau. ma. l. j. &. l. ait prætor. §. fi. &. l. sed & si p prætorẽ. §. ait? Rñ. nõ. cũ enim hæc lex inducat hoc p priuilegio, nõ debet in eius læsionẽ retorqueri: vt &. s. de leg. & con. l. quod fauore.

m ¶ Vel.] xl. an. imò videtur q solę prætoriæ, & annales taliter interrumpantur: vt. s. quando li. prin. da. l. j. &. ij. Sed hîc speciale vt interrumpantur. Et cõncordat huic legi. s. de epi. audi. l. si præsens. &. l. fin. &. s. de non nu. pec. l. in contractibus. §. fi. Accursius.

SI ex multis.] CASVS. Tenebatur mihi quis ad. x. ex causa locationis: & ad alia. x. ex causa venditionis: & ad alia. x. ex causa mutui. si. x. petiero non expressa causa: an interrũpatur præscriptio in omnibus. x. quæritur? Respon. quòd sic, in fi. l. & hoc in prima. Item si tenearis mihi ad. x. ex causa mutui, & pignora obligasti. & peto. x. certi condict. ex mutuo: an hypothe. rumpatur, quæritur? Dicitur quòd sic. & hoc in secunda. Si verò tenearis mihi ex pluribus causis, & in libello meo certam quantitatem non expressi, nec causam: sed dixi sic, conuenio te: quia mihi es obligatus, quærit an sint perpetuatæ: omnes actiones quibus mihi tenebaris? Dicitur quòd sic. & hoc in tertia. Viuianus.

n ¶ Si ex multis [a].] Tres ponit quęstiones hęc lex. Prima, cùm mihi debeentur similes quantitates ex pluribus causis: & vnam quantitatem sine causæ mentione expressi: quæritur, an omnes actiones pro simili quantitate perpetuasse videar: an nullam: an vetustissimam? Secunda si fiat de personali actione libellus tantùm, vel de hypothecaria tantùm: an super vtraque videatur fieri interruptio? Tertia: an si nec causa nec quantitas sit expressa, sed tantùm dicatur obnoxius: an omnes sint perpetuatæ? Et omnibus respondet quòd sic. Sed quid si vnã causam & quantitatem expressit: an perpetuat cæteras? Respond. non: licet quidam dixerunt quòd sic, per legẽ istam: ibi, vel vnius quidem &c. & ff. de iud. l. solemus. quod Ioan. non placet. nam nec qui contestatur in actione ad exhibendum, videtur contestari in rei vendicatione: cùm & post litis contestationẽ in actione ad exhibendum, completur vsuscapio, & claudit viam vendicationi: vt ff. ad exhib. l. Iulianus. §. quantum. &. l. solemus. intellige vt ibi: & istam cõstitutionem similiter: vt ibi dices. Item quid si ex vna causa debeãtur mihi tria, & ex alia. x. & ex alia. xx. & cũ petam. x. an videar omnia petere? Rñ. nõ, sed sola. x. licet videatur debere esse in electione actoris, in quã causam eligat: vt. ff. de iudic. l. si quis intentione. Item quid si generaliter dicam eũ mihi obnoxiũ, sed posteà per sacramentum calumniæ confitear me de vna summa sensisse? Respon. non perpetuantur omnes, sed illa sola: vt. ff. de execu. rei iudi. l. si ex testamento. Item quid si tenearis mihi hæreditatis petitione propter res sitas hîc, & etiam Mutinę: & te conueniam hîc: an etiã in illis videar interrumpere? Respon. non: quia nec actor hîc de illis agere potuit: nec reus valuit respondere. Quidam tamen contradixerunt tali ratione: quia & corã nõ ordinario interrumpitur præscriptio: vt. s. e. l. vt perfectius. Sed nos dicimus in illis casibus esse speciale. Item quæro quomodo huiusmodi libellus fuerit receptus, cùm nõ fuerint in eo ea quæ sunt necessaria, scilicet tria: vt. s. de eden. l. edita? Respon. spontè recepit reus de iustitia sua confisus. & propter timorẽ testium decedentium, vel alias moras. ADDITIO. Aduertas secũdũ Bar. hîc pro intellectu istius legis q ad hoc vt interrumpatur præscriptio per citationem, necesse est, q de hoc saltem constet reo vtrum agatur actione personali vel in rem, vel vtrum agatur de quantitate, vel an de specie. Vnde si quis fecit citari quempiam generaliter vt veniret ei responsurus de iure, hoc non sufficeret ad interrumpendam præscriptionem.

o ¶ Multis casibus.] id est non solùm in pręcedenti: & ideo subijcit alium qui incipit, si enim &c.

† Concor. gl. j. in. c. edoceri. post princ. extrà de rescrip.

Imperium merum habẽs, dicitur esse potens.

† Concor. c. j. cũ gl. super verbo. publicè. extrà de po. & pœ. præl.

Vsuscapio an interrũpatur per litis contestationem.

a Ex hac glo. nota q defectus exceptionis p ponendę efficit validũ, quod aliâs esset inualidũ. text. est bonus in l. iij. de excu. tu.

Litem contestãs in actione ad exhibẽdũ, nõ videtur cõtestari in rei vẽdicatiõe.

Præscriptio interrumpitur etiã corã non ordinario. Libellus incertus non debet admitti.

a ¶ Credantur.] Ecce tertia quæstio.
b ¶ Mentionem habentem.] vt fuit in vltimo casu, & hoc propter incertitudinem: quia incertũ est quæ magis videatur perpetuata. arg. ff. de iur. fis. l. ita fidei. & ff. de ap. scio. §. qd ergo. & l. appellanti. & de ope. no. nu. l. de pupillo. §. si plurium. & de auro & argen. leg. l. Plautius. & ff. de diuor. l. fin. Arg. contra. ff. ad leg. Iul. de adul. l. denunciasse. §. j.
c ¶ Vel vnius.] s. causæ, id est quantitatis debitæ ex vna causa, non tamen expressit causam, vt fuit in primo casu. & sic not. quòd soluit primam quæstionem. Alij hoc intelligunt quòd expressit summã & causam, & sic dicunt, quòd si petij decẽ ex causa mutui, videar in omnibus alijs interruptionem facere ex quibus mihi teneris. Dic ergo vnius causæ, id est quã titatis debitæ ex vna causa, non tamen causam expressit. Accursius.
d ¶ Continẽtẽ.] nunc soluit secundam secundũ Azo. & hoc propter incertitudinem: quia incertũ est &c.
e ¶ Desides] Not. vt. s. de rei ven. l. more. & de inoffi. testa. l. contra maiores. & s. de rei vxo. act. l. j. in fine.

quem constitutũ: aliæ dubitationes emergebant, si omnes ei competẽtes actiones huiusmodi narratione cõtineri credãtur[a], an verò quasi silentio circa eas habito, tempore expirare, nullo ex incerta libelli confectione adminiculo ei acquisito. ¶ Sancimus itaque nullam in iudicijs in posterum locum habere talem cõfusionem: sed qui obnoxium suum in iudicium clamauerit, & libellum cõuentionis ei trãsmiserit, licet generaliter nullius causæ mentionem[b] habentẽ, vel vnius[c] quidem specialiter, tãtummodò autẽ personales actiones vel hypothecarias continentem[d], nihilominus videri ius suũ omne enim in iudicium deduxisse & esse interrupta temporũ curricula: cùm contra desides[e] homines † & sui iuris contemptores odiosę exceptiões oppositæ sunt.

TITVLVS XLI.

De alluuionibus, & paludibus, & pascuis ad alium statum translatis.

† Concor. c. auditis cũ gl. sup verbo. imponẽtes versic. sed nũquid de præscri. Continuatio.

¶ DE ALLVVIONIBVS, ET PAludibus &c. ¶ *Dicit de acquisitione temporali: nunc de naturali. Vel dixit de acquisitionibus iuris ciuilis: nunc iurisgẽtium uel naturalis.*

¶ *Naturalem cursum fluminis mutare nõ licet: nisi muniendo ripam quis prędio suo consulat sine magno incommodo uicinorum: & patẽtia incrementa illorum sunt quibus prius erant: latentia autem iure alluuionis accrescunt illis qui sunt domini fundi cui se applicant. h. d. secũdum Bal. Vel sic: Flumen alio auertere est prohibitum: ripam autẽ præmunire est permissum. & mutato alueo non perditur dominium fundi circuiti per ipsum: nisi paulatim accreuerit alteri. hoc dicit. Salicetus.*

Imp. Gordianus A. Marco. LEX I.

Quauis fluminis naturalem cursum opere manufacto alio nõ liceat auertere, tñ ripã suam aduersus rapidi amnis[f] impetum munire prohibitũ nõ est[g]. ¶ Et cũ fluuius priore alueo derelicto[h] alium[i] sibi facit: ager quem circuit, prioris dñi manet[k]. Quod si paulatim † ita auferat vt alteri parti applicet, id alluuionis iure ei quæritur cuius fundo accrescit[l].

Q Vauis.] CASVS. Cursum fluminis per opus manu factũ ab alueo auertere non possum. & hoc in prima. Si verò flumen resoluto alueo nouũ fecerit: ager quẽ circuit, ad priorẽ dominum pertinebit. & hoc in secũda. In tertia dicit quod si auferat de fundo vnius aliquid: & postea alij applicetur, illius erit cuius est fundus, cui coaluit.
f ¶ Amnis.] i. fluminis.
g ¶ Nõ est.] sine magno incõmodo accolarũ: vt. ff. ne qd in flu. pu. l. j. §. sunt qui putant. &. ff. de ripa mu. l. j. §. is autem.
h ¶ Derelicto.] in totũ vel in partem.
i ¶ Alium.] s. alueum.
k ¶ Manet.] vt. ff. de acqui. re. do. l. adeò. §. insula. ibi, quòd si ex vno latere &c. & instit. de rerum di. § insula.
l ¶ Accrescit.] vt. ff. de acquirend. rerum do. l. adeò. § præterea. & instit. de rerum. di. §. præterea. Sed hoc fallit in agris limitatis: vt. ff. de acquiren. rerum do. l. in agris.

† De hac specie alluuionis facit mẽtionẽ. c. ex trãsmissa. cũ gl. su per verbo, minutatim. extra de pręscrip.

H I quos.] CASVS. In Aegypto aliqñ riuus inũdat: ex cuius inũdatione aliqd accrescit posidẽti pdia tributoria, & alij detrahitur: an censũ vnius augeri, alius diminui debeat, quæritur? Dicitur quòd sic.
m ¶ Liberetur.] nã cui accrescit emolumẽtũ, accrescit & onus: & cõtra: vt hic, & s. fine cẽ. vel re. l. fi. & s. no vecti. insti. nõ pos. l. j. § fi. & ff. de ser. rusti. p. l. impatores. Sed ar. cõtra. s. de iure emphy. l. fi. & cõtra. j. l. prox. i pri. Sol. vt ibi.
n ¶ Defensi.] illi quibus alluuionis iure accreuit. & sic vsque in fi. vel verius illi quibus est imminutum. Item quod dicit largitatate. ideo dicit quia damus ei imunitatem. Item quod subijcit, respondeant &c. pro tanto quantum sibi remansit: vt. j. de anno. & tri. l. ij. lib. x. & ff. de cens. l. forma. §. j. & ij.
o ¶ Deuotioni.] id est deuote soluant.

E A quæ.] CASVS. Si in Aegypto per Nilũ, siue in alijs puincijs per flumen aliquid alicui accreuerit: illud nec à fisco vendatur, nec petatur: nec illi cui accreuit separatim, pter hoc cẽsus nouus imponatur: vetus tñ augebitur cũ aliquid accreuit. & hoc ĩ prima. Qui verò pro palude vel pascuis modicũ præstant censum: si per eorum diligentiam ad culturam redigantur: & ad frugum fertilitatem trãslata sunt: illa non petantur à fisco, nec vendatur, nec census augeatur. & hoc in secunda. In tertia parte imponit pœnam temeratoribus huius. l. s. vt puniatur in l. libris auri, & officialis præfecti prętorio eadem pœna punitur, si alicui suggesserit, quòd possit venire contra statuta huius. l. vel si preces petitoris introduxerit, vt liber sit ab huius. l. obseruatione. Vivianus.

¶ *Cui accrescit emolumentum per alluuionem, accrescit & onus. h. d. Bald. Vel sic: Propter decrementũ per alluuionẽ prouenien̄s debent tributa minui pro rata decrescenti: & ecõtra propter crementum debent augeri. hoc dicit. Salice.*

Imppp. Arcadius, Honori. & Theod. AAA. Cæsario præ. præ. LEX II.

HI quos inũdatio Nili fluminis reddidit ditiores, pro terris quas posidẽt, tributorũ pręstatioẽ agnoscant. ¶ Et qui suũ deplorant patrimonium diminutũ, alieno saltem functionis onere liberent[m], & nostræ serenitatis largitate defensi[n], locorũ etiã possessione cõtenti, pro agitandi census examine respõdeant deuotioni[o].

¶ *Latentia incrementa ad fiscum non pertinẽt: nec separatim de his censetur, aut pro his census exigitur: nec est augendus census licet possessio efficiatur fertilior sumptu & solicitudine possessoris: pœna cõtradicẽtibus imminẽte. h. d. Bal. Vel sic: Incrementũ alluuionis nõ debet per se cẽseri, sed unũ corpus cũ eo cui accreuit iudicari: & impinguatio terræ uel melioramentum culturæ non facit tributa accrescere. Sali.*

Impp. Theod. & Valentin. AA. Cyro præf. præ. LEX III.

EA quę per alluuionem, siue in Ægypto per Nilũ, siue in alijs puincijs per diuersa flumina possessoribus acquiruntur, neque ab ærario[p] vendi, neq; à quolibet peti[q], nec separatim censeri[r], vel functiones exigi[s], hac perpetuò valitura lege sancimus: ne vel alluuionum ignorare vitia[t], vel rem noxiam[v] possessoribus videamur inducere. ¶ Similiter † nec ea quidem quæ paludibus anteà vel pascuis videbãtur ascripta[x], si sumptibus possessorum nunc ad frugum fertilitatem translata sunt, vel vendi, vel peti, vel quasi fertilia separatim censeri[y], vel functiones exigi concedimus: ne doleãt[z] diligentes operam suam agri dedisse culturæ, nec diligẽtiam suã sibi damnosam iudicantes intelligant[a]. ¶ Cuius legis temeratores quinquaginta librarum auri condemnatioẽ coërceri decernimus, inter quos habendũ est officium[b] quoq; tuæ sedis excelsæ, si aliquid huiusmodi casus suggesserit dis-

p ¶ Ab ærario vẽdi.] vt propria. vendit tamen ob cessationem tributorum. Azo. Vel non vendit separatim augmentum sed totaliter: vt subijcit.
q ¶ Peti.] à quolibet pro fisco.
r ¶ Separatim censeri.] i. censui ascribi.
s ¶ Exigi.] huic est contrariũ. s. l. proxi. cùm ibi dicat, eis grauari in plus cui accreuit. Solu. ibi separatim accreuit, ita q decernĩ potuuĩ ab alio. hic nõ: sed p alluuionẽ: qa alluuio decerni non pot. Vel hic nõ cẽset. i. separatim: sed totalis ptij facta cõputatiõe. Sed qrit, qd pdest nõ fieri separatim? Rñ. si fieret separatim, & nõ offerret chartã, pfessiõis: oẽ ius amitteret: vt. s. fine cẽ. vel re. l. fi. hic autem non amittet: vt. s. de vecti. & commis. l. iij. Accursius.
t ¶ Vitia] i. propr. e. i. priuilegia & potestates q sunt vt vni auferat, & alij donent: vt. ff. de acq. rerũ do. l. ergo. §. alluuio. Refer ergo hęc rõ adid qd dicit, neq; ab ærario vẽdi, neq; à quolibet peti. Alij vt P. dicũt q respicit legẽ superiorem: scilicet q illi quorũ patrimoniũ est minutũ, releuari à tributis debẽt: nõ quasi per eorum vitium sit minuta possessio. arg. ff. de cen. vi tia. & ita nõ videatur minui. sed prima verior.

† Concor. c. cũ M. ferrariensis cũ gl. sup verbo industria extra de cõstitu.

v ¶ Noxiam.] & hęc ratio aptatur ad proximum dictum. s. q illi quorum patrimonium est auctum, non debent separatim censeri, propter eam vtilitatem quam modò dixi.
x ¶ Ascripta] modico censu. Accursius.
y ¶ Censeri.] quid si non separatim? Respondetur, idem videtur.
z ¶ Ne doleant[a].] nã cũ labor in dãno est, mortalis crescit egestas: vt hic, & j. de omni agro de ser. l. fi. lib. xj. & in aut. de iudi. §. ne autem. colla. vj.
a ¶ Intelligant.] imo fructuosam: vt. s. depositi. l. fi. & ff. ad l. Fal. l. iij & ff. de ap. l. scio. §. quid ergo. & ff. de rei ven. l. certum. & ff. loca. l. cùm colonus. Sed arg contra. s. de iud. l. properandum. §. sin autem ex gestis.
b ¶ Officium.] id est officiales tui.

a Concor. in. c. cũ clerici sup verbo pẽsiones circa fi. extra de pac.

De sententijs

¶DE SENTENTIIS PRAEFECTORUM PRAETORIO. ¶ *Qualiter per praescriptionem res quaeratur dixit: Nunc qualiter per sententias audi. Et primò de ea quae datur ab excellentiore post principem.*

Continuatio.

Litigantibus.] CASUS. Si praefectus ptorio inter aliquos iudicauerit: & altera pars se laesam affirmet: an à sententia possit appellare, quaeritur. Rn. quod non: sed principi poterit supplicare: nec refert fue 10 rit sententia lata in causa publica, an in priuata. & hoc in prima. Intra autem quae tempora supplicare liceat, quaeritur? Respon. quod intra bienniũ numerandũ ab eo tempore quo priceps successit praefecto praetorio iudici per inuocationem supplican- 20 tis, & sic postquã praefecto indici incoepit posse succedi: hoc est à tepore latae sententiae à praefecto, Vel dic postquã successionem, id est post sententiam latam à praefecto, qui alij iudici successit. & hoc in secunda.

a ¶Iudicio.] id est coram praefecto praeto- 30 rio.

b ¶Si contra ius b.] scilicet litigatoris non legis, vel constitutionis: quia tunc ipso iure non valeret sen tentia: vt. ff. quae sen. sine ap. l. j. in principi. Accursius.

c ¶Prouocãdi.] vt. s. 40 de preci. impe. of. l. si qs & ff. de offi. praefe. praeto. l. j. §. his cunabulis. & sic speciale est in eo, sicut & in episcopo: vt. s. de episco. audi. l. episcopale. Itẽ secũdò est speciale, qa dat in integrũ restitutionem cõtra suã sñiam ipsemet, & nõ ali⁹: vt. ff. de mino. 50 l. in causę. ij. in fi. & l. pręfecti. Item facit. s. de offi. praefec. praeto. orientis. l. normam.

d ¶Nec enim publice.] imò nocet. expedit enim reipublicae & c. vt insti. de his, qui sunt sui vel ali. §. fina. & facit. j. de eman. l. nec auus. & . s. de 60 cadu. tol. §. fina.

a Illa glo. clarius loquitur quod vult quod sententia contra expressum ius in errorem nõ valet: si tamen ex. pressum ta. lem errore non cõtinet valeret. Ioan. Fab. hic p. l. prae. sis prouin. cõ si. diud.

Praefectus praetorio habet aliqua specialia.

ponendũ, vel si preces introduxerit petitoris.

TITULUS XLII.
De sententiis praefectorum praetorio.

¶ *Non appellatur à sententia praefecti praetorio, sed supplicatur principi: & si sententia lata sit pro republica, durat biennio haec potẽtia supplicandi. h. d. Bal. Vel sic: A sententia praefectorum praetorio non appellatur, sed intra biennium principi supplicatur. h. d. Sali.*

Impp. Diocle. & Maximian. AA. Thalasio prę fect. praeto. LEX VNICA.

Litigantibus in amplissimo ptorianae pfecturae iudicio [a], si [b] contra ius se laesos affirmet, nõ puocandi [c], sed supplicandi licentiã ministramus: licet p curia, vel qua libet publica vtilitate, seu alia causa dicat prolata sentẽtia. nec em [d] publicè prodest singulis legũ adminicula denegari: ita videlicet vt intra bienniũ tãtũm nostro [e] numini cõtra cognitionales sedis praetorianę pręfecturae sentẽtias post successionẽ [f] iudicis numerandũ, supplicãdi eis tribuatur facultas.

TITULUS XLIII.
Quomodo & quãdo iudex sentẽtiam proferre debeat praesentibus partibus vel vna parte absente.

¶ *Quicquid iudicis potestati cõmititur, necessi tati non subijcitur. Vel aliter: Verbum solere, in ijs, quae habent rationem differmem non inducit necessitatem. hoc. d. Bal. Vel sic: Verba rescripti enunciatiua soliti, non necessitant. h. d. Salic. Vel sic: Verba potestatiua non inducunt necessitatẽ. h. d. Iac. But. Vel sic: Iudex potest ferre sententiã contra absentẽ seruatis seruandis, nõ tamẽ semper compellitur. h. d. secundum Pau. de Cast.*

ADDITIO. Nota ex glo. quod iudices ordinarij & delegati, & assessores eorũ debẽt semper habere prę oculis hęc duo aduerbia. s. quomodo, & quãdo. sic extra de accu. c. qualiter & quando. secũdũ Bal. hic.

Non semper.] CASUS. Habebã controuersiã cũ Titio, incoepit abesse, institi vt iudex ferret sententiã: an sit compellendus, quaeritur? Rñ. quod non, licet rescripto cuiusdam principis contineatur quod contra absentes sententia 10 ferri debeat.

Imp. M. Aelius Antonin. A. Publicio. L. I.

Non semp cõpelleris vt aduersus absentẽ pronuncies [g] ppter subscriptionem [h] patris mei, qua significauit etiã cõtra absentes sententiã [i] dari solere [k]. Id em eò pertinet, vt etiã absentẽ dãnare possis [l] †, vt nõ vt oĩmodò necesse habeas.

¶ *Vbi est praesentia personarũ, ibi nõ requiritur peremptoriũ. Bal. Vel sic: Valet sententia licet perẽptoriũ non praecedat, si tamen praecedat alia monitio tantundem importans. h. d. Bart. Vel sic: Monitio iudicis habet uim peremptoriae citationis. Pau. de Cast. Vel sic: Praeter formã perem ptorij citatus legitimè potest definitiuè damnari. hoc dicit. Salicetus.*

Imperator Gordianus A. Seuero. L. II.

Cessante [m] quoque causa perẽptorij edicti [n], aduersus eos, qui admoniti [o] iudicio adesse noluerunt, sententiam à iudice posse proferri † certum est.

¶ *Standum est sententiae à qua non est appellatum: licet sit lata contra absentẽ indefensum & ignorantem solenniter tamẽ citatũ. Bal. Vel sic: Non potest infirmari sententia, quae congruo iure non utitur. Bal. Vel sic: Absens solenniter con dẽnatus tenetur acquiescere sententiae si reuersus sciens nõ appellauit intra tempus legitimum. h. d. Sali. Vel sic: Non potest impugnare sententiã, qui congruo tempore non appellauit: quia uidetur ei acquieuisse. h. d. Pau. de Cast.*

Idem A. Antistio. LEX III.

Ab eo iudicato [p] praecedi nõ potest, quod vobis absentibus

g ¶Pronuncies.] qnq; enim cõpelleris, vt cũm praesens iustã fouet litẽ, absens iniquã: vt. s. de iudi. l. properãdũ. §. sin aũt ex gestis. & . §. sin autem reus. & ad hoc. ff. de iudi. l. de qua re. Vel secundò dic, non cõpelleris semp: 20 qa prope finẽ trienij sit comminatio: ante, nõ: sed potest reo absẽte, nõ eõ tra actore absente: qa tũc tãtũ prope finẽ trienij [d]. secũdũ Ioa. vt. s. de iudi. l. pperãdũ. §. in huiusmodi. & . §. j. diximus. & ad hoc. ff. de iu. l. nõ quicqd. Itẽ hic in ciuilibus, sed in 30 criminalibus nõ procedi tur cõtra absentẽ definitiuè vllo modo: nisi sit poena relegationis vel minor imponẽda [e]: vt. ff. an per alium causae ap. & de poenis. l. absentẽ. in princ. & . §. j. & habes. ff. de pro cur. l. seruum. §. publicè.

h ¶Subscriptionem.] 40 sed certè nõ credit subscriptiõi: vt. s. de le. & cõ. l. ij. Rñ. s. illud verũ, cũm nõ cõtinetur in lege: hic autem continetur: vt. ff. quod met. cau. l. metum autem praesentem. §. sed quod praetor. in fi. ibi, ex qua interlocutione. alias constitutione.

50 i ¶Sententiã.] ad idẽ. ff. de iudi. l. nõ quicquid.

k ¶Solere.] nõ ergo imponitur necessitas ex his verbis, & similibus: vt. s. de offi. praefi. l. saepe. & . l. seq. Accursius.

l ¶Possis.] de iure quã doque.

d Cum ista glo. traścũt Bart. B. Ang. & Pau. hic.

† Glo. in c. cõsuluit. in per verbo gratiam. de offi. deleg. inducit hãc legẽ. in arg. quòd iudex potest parcere contumaci in praeiudicium alterius.

e Et bene secũdũ pre dict. scribẽ. hic.

f Idẽ Bart. & Pau.

† Alias, ferri.

Cessante.] CA- 60 SUS. Iudices maiores, puta ordinarij, possunt aliquem vocare in ius per edictũ ppositũ in albo ptoris. minores vt delegati vel pedanei nõ possunt, sed p se vel per nũciũ. Si ergo in eã, quã habes cũ Titio, iudex minor Titiũ vocauerit, nec venire voluit: an ferre sententiã possit, cũm nõ sit propositũ edictũ perẽptoriũ, quaeritur? Rñ. quod sic. Alijs modis potest poni casus: sed dic vt in gl.

m ¶Cessante.] quia antiquitus mittebatur specialis nuncius peremptorij. pone casum in pedaneis, qui citare non possunt.

n ¶Edicti.] i. nõ dato. & dic, ppter psonã iudicis, q nõ põt citare p edicta in albo posita, vbi talia edicta ponunt: sed requirere vt si est pedaneus iudex vel delegatus: vt. s. de iudi. l. sancimus. in fi. & in aut. de exhib. & intro. re. §. si verò 70 etiã qdã. col. v. & de litig. §. oẽm verò. col. viij. sed per nũciũ põt: vt arg. ff. de arbi. l. sed interpellat. §. j. Vel dic secũdò cessante & c. qa nõ perẽptoriũ fuit datũ, sed tres denũciationes, quae tãtũdẽ valẽt. vt. j. e. l. tres. & . ff. de re iudi. l. contumacia. §. cõtumax. Vel dicas cessante & c. i. cessante forma hui⁹ edicti. Est em eius forma vt primò vnũ: & postea aliud, & postea tertiũ: quartò hoc perẽptoriũ: nã hic erat vnũ pro oĩbus: vt hic, & . ff. de iudi. l. ad perẽptoriũ. cũ sequẽtibus legibus. Vel dic cessante: qa ipsemet iudex ei pcepit vt adesset [h] sententiae, quo casu esset verè contumax: vt. ff. quibus ex cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. fin.

o ¶Admoniti.] ab ipso iudice delegato, vel semel pro omnibus: vt dictum est. Vel dic ter, vel dic à iudice praesente secundum quod variasti casum. Accur.

80 Ab eo.] CASUS. Inter actorẽ & reũ lite contestata, reus incipit abesse: iudex eum condemnauit: post sex menses reuersus est. si intra decem dies à tempore, quo sciuit se cõdemnatum non appellauerit, habebit necesse parere iudicatis: quod si appellauit fuerit: sententia lata non tenet. Viuianus.

p ¶Ab eo iudicato.] intellige quod lite contestata cõtra me, & iurato de calũnia, fui absens: & iudex requisiuit me, & nõ fui inuẽtus: & sic pnunciauit contra me definitiuè. i. Sic est contra. ff. quae sen. fine ap. l. j. §. item cũm ex edicto. Sed ibi non interuenit peremptorium, hic sic: vel quod valuit tantundem.

Citatio per edicta non p quolibet iudice fieri potest.

g Haec verã secundum Ange.

h Ista lectura è verior & nobilior prae caeteris & reddit hanc. l. singula. scilicet quod simplex iudicis iussus habet vim perẽn ptorij: & cõ stituit iussum in vera cõtumacia. Bar. Pau. & Ange.

i Et bene Cy. Bart. Bal. Ang. & hic.

k Idẽ bar. Ang. & Odof.

e ¶Nostro.] numini. alias nomini. i. nobis. sed hodie fieri potest ipsi praefecto, vel eius consiliarijs intra decem dies. & praestita fideiussione mãdat sentẽtiã executioni: vt. s. de pre. imper. offe. aut. quae supplicatio. sed si nõ supplicetur praedicto modo, nihilominus fit principi intra biennium. Accursius.

f ¶Post successionem iudicis.] i. postquã praefecto praetorio iudici successit princeps, per inuocationẽ supplicantis, dicentis recurram ad principẽ: quod facere potuit quandocunque post sentẽtiam. & sic passiuè intellige. Et hoc casu executioni mãdat sine fideiussione. Vel dic postquã iudici pfecto cõe pit posse succedi: hoc est à tepore latae sentẽtiae ã praefecto. Vel dic tertiò quod prae 70 fectus hic de appellatione cognoscebat. quod patet: quia dixerat cõtra cognitionales & c. Poterit ergo intra bienniũ à sentẽtia primi iudicis supplicari à pręfecto, nõ vltra. quod nõ placet: quia fortè nec intra bienniũ iudicabit praefectus, cũ multa impediãt cognitionẽ causae appellationis & supplicationis: vt vltra bienniũ extẽdatur, nec interim tps currat: vt in aut. vt spon. lar. §. hoc quoque sancimus. coll. ix. Vel quartò. i. post sentẽtiã latã à praefecto, qui alij iudici successit. cũ enim fiat post sentẽtiã praefecti: ergo & postquã praefectus successit. De successione aut ideo dicit, qa post, sed nõ statim post, imò qnque multò post, & nunquã antẽ fit haec supplicatio. Itẽ cõtra. j. ne liceat in vna eadẽq; causa. l. j. vbi nõ potest supplicari. Sol. ibi praefectus cognoscebat de secũda appel- 80 latione: post quã nõ est licitũ supplicare vel appellare. s. tertio. Itẽ si vsque ad bienniũ supplicatur, vsque quo durabit? Rñ. fortè intra idẽ bienniũ debet perfici: vel non est tempus statutũ: vt. j. de tẽ. ap. authen. sed lis. Vel dic intra tempus quod appellationem exercentibus datur, scilicet anni vel biennium: vt. j. de temp. ap. authen. ei qui appellat. & . j. de temp. ap. l. fina. §. illud. in fi.

Supplicatio à iudice vbi appellatio reijcitur. Appellatio intra quod tempus debet exerceri.

b Causa cognita & dif. cussa, t au. c Quia li te contesta ta, & parte citata perẽptoriè: & in loco depu. ato. l. au.

¶QUOMODO [b] ET QUANDO [c] IUDEX &c. ¶ *De sententijs omnium iudicum dicturus, praemittit quomodo & quando detur.*

& ignorãtibus,atq; indefenſis [a] dicitis † eſſe ꝓlatũ,ſi vbi primũ cognouiſtis,nõ ilico [b] de ſtatutis que relã [c] detuliſtis. Ita enim firmitatẽ ſnĩa,quæ ita ꝓlata eſt, nõ habebit, ſi ei nõ ſit accõmodat⁹ aſſenſus [d].

Sententia nulla,iudicis delegati iuriſdictionẽ extinguit: & cauſa poterit alteri delegari. Bar. Vel ſic: *Nulliter conſummatum,conſumit mandatũ.* Bal. Vel ſic: *Sententia,quæ nulla eſt quo ad litigationẽ,eſt aliqua quo ad hoc ut faciat ceſſare officium delegati.h.d.* Iac.but. Vel ſic: *Sententia lata die feriato,uel contra nullo modo contumacem,eſt ipſo iure nulla: officium tamen delegati finitur.hoc dicit.Sali.*

Imperator Philippus A. Domitiano.

LEX IIII.

j SI(vt proponis [e]) pars diuerſa die feriato [f] abſente vel ignorãte te à iudice dato ferri † ſentẽtiã pro partibus ſuis quaſi cõtumaciter [g] deeſſes,impetrauit:nõ ĩmeritò ꝑſes denuo [h] negotiũ alteri⁹ iudicis notioni terminãdũ cõmiſit [i].

Mutatio loci excuſat quem à contumacia, ex qua redditur ſententia nulla. Bart. Vel ſic: *Satis eſt mihi non eſſe cõtumacem quo ad locum ſententiæ ut reddatur ſentẽtia nulla.h.d.* Ia.But. Vel ſic: *Sententia lata alibi quàm in loco, ad quem pars citata fuit,non ualet.h.d.* Sali. Vel ſic: *Sẽtentia lata in alio loco quàm debuerit ferri,eſt ipſo iure nulla.h.d.* Pau.de Caſt.

Idem A. & Philippus Cæſ. Longino. L. V.

ij SI(vt proponis [k] †)preſes prouinciæ cùm certum locũ cauſæ cognoſcẽdæ dediſſet,alibi per [l] obreptionem aditus , ſententiam aduerſus te abſentẽ protulit:quod ita geſtum eſt,ad effectũ iuris ſpectare minimè oportet.

Sententia cãcellationis actorũ uel appellationis deſertæ nõ poteſt ferri cõtra minorẽ indefenſum.h.d. Bal. Vel ſic: *Sentẽtia nulla non impedit ordinariũ iterum ſuper eodẽ cognoſcere.* Bart.

a Indefenſis.] colligunt quidã: ergo loquitur in abſente probabili cauſa: vt ſtudiorũ,& nõ fuit defenſus: quia nõ reliquit procuratorẽ cũ potuit: vel reliquit,& non defendit. Si autẽ reliquiſſet,& defenſus legitimè eſſet,non reſtitueretur: vt.ff.quãdo ap.ſit.l.j.§.fi. Vnde dicunt [a] hunc reſtitui ad appellandũ tantùm. alioquin ſi neceſſaria cauſa abeſſet,reſtitueretur in totũ. Itẽ ſi nõ potuiſſet relinquere procuratorẽ,ipſo iure nõ curret tẽpus,cùm ſit vtile: vt ff.de diuer. & temp. præ. l.j.& ſic nõ eſſet neceſſaria reſtitutio. Vel meli⁹ [b] hîc nihil dicit de reſtitutione. vnde dic ꝙ non potuit relinquere procuratorẽ hîc abſens cauſa ſtudiorũ,vel reliquit : & eſt mortuus,ſicq; cõmuni iure appellat,cùm tẽpus ſit vtile. vt dixi. Vel dic [c] ꝙ abſens ex volũtaria cauſa fuit,& nõ curo potuerit vel nõ relinquere procuratorem.

b Ilico.] intra tempus appellationi præfinitũ, ſcilicet biduũ vel triduũ vel hodie decem dierum: vt in aut.de appel.ĩ prin. coll.iiij.& diſtingue vt.ſ. de ꝓcur.l.quia abſente.

c Querelã.] petẽdo reſtitutionem ad appellãdũ,ſecũdũ quoſdam. Vel dic appellando. Accur.

d Aſſenſus.] ſ.tacendo : vt ff.loc.l.item quæritur.§.fina.

SI vt.] CASVS. Inter actorem & reũ lite conteſtata reus incœpit abeſſe: actor inſtabat vt iudex ferret ſentẽtiam : tulit aduerſus reũ, & die feriato: an teneat ſentẽtia? Dic ꝙ nõ : ſed retractabitur: & ea notioni alterius iudicis terminãda committetur.

e Si vt proponis.] ſcilicet tu reus.

f Feriato.] dñico vel ſimili [d], quod prohibitũ eſt fieri: vt.ſ. de ferijs. l. omnes. &. ff. de ferijs.l.ſi feriatis.

g Cõtumaciter deeſſes.] qđ nõ erat verũ. pone eñ ꝙ ſuaſit iudici, quaſi dixiſſem me nunquã vẽturũ ad iudiciũ: vt.ff.de iudi.l.ſi prętor.§. Marcellus. Duabus ergo rationibus hæc ſententia non valuit ipſo iure, & quia die feriato lata,& quia abſente me non contumaciter [e]: vt.ff.de re iudi.l. de vnoquoque.

h Denuo.] an ex eiſdẽ actis cognoſcetur,dic vt.ff.de app.l.ſi expreſsim.et notaui ibi ꝙ ſic. ADDITIO. Dicas ꝙ qñ cauſa nullitatis ſententiæ reſpicit ſolùm ipſam ſententiam: vt quia die feriata fuit ſententia lata,tunc iudicabitur ex eiſdem actis,vt hac gloſ.& gloſ.fin.in.d.l.ſi expreſsim.ff.de appella. ſi verò defectus ex quo ſententia eſt nulla, reſpicit vniformiter acta, ſicut ſentẽtiam: vt puta litigatum eſt cum minore non habente curatorem: certè tunc omnia acta debent redintegrari. ita poteſt intelligi.l.cùm quærebatur iuncta ſua gloſ.ff.de re iud. Item quandoque eſt talis defectus,qui reſpicit ſententiam & partem actorum. verbi gratia : deceſsit reus poſt litem conteſtatam, & proceſſum eſt contra mortuum ad ſententiam. certè ſentẽtia eſt nulla,& omnia acta à die,qua mortuus eſt: vt.l.penul.& fin.ff.quæ ſen.ſi appel.& ideo acta, quæ ſunt nulla,debent reſcribi ſeu recenſeri. d. l. cùm quærebatur. Barto.

i Cõmiſit.] imo videtur ꝙ idẽ,qui primò: quia ſic dicit.ĵ.de accu.l.iiij.& ĵ.de ſen.& interlo.l.j.in fi &.ĵ.eo.l.ſi præſes.quæ eſt contra. Sed illud [f] in ordinario,hic fuit delegatus: vt patet,ꝗa dicit alterius &c.& ibi à iudice dato. Secundò oppono,quia pro eodem eſt ac ſi ſententiam non tuliſſet, cùm nulla ſit. Sed reſpon. ſecundum H. hoc verum quo ad iudicem,non quo ad eũ, contra quem dedit. Vel verius [g] econtra,nulla eſt quo ad litigantes: ſed iudex benè vel malè functus eſt officio ſuo: vt.ff.de re iudi.l.iudex.& ad idem.ff.de arbi.l.dicere.§.fina.in fine. Sed contra extrà de accu. qualiter & quando. ADDITIO. Pro ſolutione iſtius contrarij vide ibi gloſ. j. & omnino Abba. pulchrè & latè diſtinguentem.

a Et malè Sali.
† Aliàs, dicitur.
b Idẽ cum glo. Bar. B. Ang. & Sa.
c Et melius ſecũdũ præ dic. ſcriben. Appellatio intra quod tempus debet interponi.
† In nõnullis codicibus deeſt hoc verbũ, ferri
† Concor. c.ſi.cum gl. j.ſup verbo indeterminatè de reſcrip.
d Et ſic oẽs dies feriati in honorem dei,ſunt æquales diei dominico ſecũdũ Bal.
e Et bene ſecũdũ Sal.
f Iſtã ſequũtur cõmuniter docto.
g Et bene Sali.

Vel ſic: Sententia uel alius actus contra minores indefenſos factus,eſt ipſo iure nullus: & idem iudex de nouo cognoſcere poteſt.h.d. Sali.

Impp. Valerian. & Gallian. AA. Domitio.

LEX VI.

SI preſes quaſi deſertã ab adultis tuis cauſam appellationis, quæ ab adiutore [m] ſuo [n] acta fuerat,circunduxit [o] eo tempore,quo adulti curatores nõ habebant : repetitus [p] notionẽ ſuam exhibebit. Neq; enim debet adultis nocere, quicquid eo tempore ſtatutũ eſt, quo defenſione iuſta & curatorio † auxilio fuerant deſtituti.

Vbi ceſſat uera & ficta contumacia,ibi contra abſentem non poteſt ferri ſentẽtia.h. d. Bal. Vel ſic: *Sententia lata contra abſentem nõ ſolenniter citatum,eſt nulla.* Bar. Vel ſic: *Statuta contra abſentes non contumaces uerè uel fictè non ualent ipſo iure.h.d.* Vel *ceſſante contumacia uera uel ficta contra abſentem,nõ poteſt ferri ſententia.h.d.* Salice.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. Marino.

LEX VII.

EA quæ † ſtatuũtur aduerſus [q] abſentes non per contumaciam [r], ſcilicet denunciationibus nequaquam ex more conuentos, iudicatæ rei firmitatem non obtinere,certum eſt.

Reus conuentus reali abſens poſt litem cõteſtatam,debet in contumacia ſolenniter cõſtitui: & tunc contra eũ poterit alterũ de tribus remedijs exerceri: uel perſonæ captio, uel poſſeßionis translatio,& ſententiæ definitiuæ prolatio. h.d.ſecundum Iac.But. & Bar. & Pau.de caſt. *et eſt ſingularis.l. & famoſa.* Vel ſic: *Reus poſt litem conteſtatam ſe abſentans debet citari tribus edictis,uel uno peremptorio pro omnibus: & ſi citatus non ueniat,poteſt inuitus duci.uel ſi non liquet de cauſa,poſſeßio poteſt in petitorẽ trãſferri.aliàs ſi liquet de cauſa,debet definitiuè de cauſa pronunciari.h.d.*

Idem AA. Claudiæ. LEX VIII.

SI vt.] CASVS. In cauſa,quam habebam cum Titio,iudex nobis aſsignauit diem & locum in quo comparere debebamus : ſuggeſsi quòd alium locum aſsignaret: aſsignauit. vel ſupplicaui ex parte Titij vt alium locum Titio ignorante deputaret. Titius non venit, ſed in loco prius aſsignato vel in alio,non curo,expectauit: iudex ſententiauit : an ſit ſtandum huic ſententiæ,quæritur? Dicitur quòd non.

k Si vt proponis.] ſcilicet tu reus.

l Per obreptionem.] obtulit enim fortè iudici aduerſarius preces ex parte tua, cùm hoc ignoraſſes, vt alibi locum ſtatueret [h], quàm prius ſtatuerat. Vel tibi ex iudicis parte quaſi alibi ſtatuerit , quo tu poſteà iuiſti [i]. & eſt ad hoc. ff. de arbi. l. arbiter calendis. in fine. Accurſius.

SI præſes.] CASVS. In cauſa, quã habebat Titius cum minore.xxv. an curatorem habente, cui curatori datus erat actor ,qui adiutor appellatur, ſuccubuit minor : & actor appellauit: appellationem non eſt proſecutus, quia deceſsit tam ipſe quàm curator : iudex ab eo tempore , quo minor curatorem non habebat vel actorem,ſententiam primam confirmauit : an huic ſententiæ neceſſe habeat minor parere,quęritur? Dicitur quòd non: ſed idem iudex notionẽ ſuam exhibebit. Viuianus.

m Adiutore .] adiutor ſiue actor tutori vel curatori adiungitur: vt inſtitu. de cura. §.primo. &. ff. de tutel. l. ſolet. Qui actor ſi appellauit, & præſidi eſt delata : & non eſt proſecutus actor , quia non potuit : vt infrà. de appellatio.l.ſi actor. nec curatores habebant: quia nondum dati, vel mortui , vel remoti , vel excuſati , & ſic indefenſi eſſent : & idem ſi haberent, & non adeſſent : & ſic indefenſi [k] , non valet ipſo iure ſententia confirmationis : ſecus ſi eſſent [l] defenſi : quia valeret , ſed reſtituerentur : vt ff. de re iudic. l. acta. §. finali. & ſuprà. ſi aduerſus rem iudi. l. cùm & minores. & idem videtur in eccleſia viduata paſtore [m]. Accurſius.

n Suo.] ſcilicet adiutore.

o Circunduxit.] id eſt cancellauit, quo ipſo priorem ſententiam confirmauit.

p Repetitus.] idem ergo cognoſcit , & ſic eſt contra ſuprà eodem. l. ſi vt proponis. Solutio. vt ibi. ADDITIO. Tu dic quòd ibi loquitur in delegato ordinario ſecundum Barto.

EA quæ.] CASVS. An ſententia lata altero litigantium abſente , & non per contumaciam tenet , quæritur ? Dicitur quòd non : nec ſua abſentia pro præſentia eſt habenda , puta quòd eſſet contumax : quo caſu perinde eſſet ac ſi præſens eſſet, & teneret ſententia. Viuianus.

q Aduerſus.] idem & ſi pro eis [n]: vt.ff.de re iud.l.furioſo.

r Per contumaciam.] ſcilicet veram : quia inuentus non venit, vel fictam : quia ad domum eſt citatus . nam tunc valeret ſententia: vt ſuprà eodem. l. ab eo. aliâs non : vt hîc, &.ff.de re iudi.l. de vnoquoque. &.ff.quæ ſen.ſine ap.l.j.§.item cùm ex. & abſentes dico nequaquã conuentos denunciationib⁹,ſiue citationibus,quæ quidẽ ex more proponi cõſueuerunt: vt.ff.de iudi.l.ad peremptorium.cum ſequentibus. Quandoque tamen idẽ [o] & ſi ſunt citati,ſed laborabant morbo. non enim proceditur tanquam contra contumacem: vt arg.ff.de re.iu.l.quæſitum. Accur.

h Hæc vera ſecũdum Bar. Pau. & Ange
i Iſtud dictum gl. nõ placet quia mendacium dictũ à parte parti nõ facit proceſſum nullum licet pariat exceptionẽ ſecũdũ Bar. Pau. & Sal.
† Aliâs curatoris.
† Concor. ca. qm frequenter. §. porrò cum gl. ſup verbo,non poſſit. extrà vt lite non cõte.
k Iſta glo. ſecũdũ Bal. hîc non eſt alibi ꝙ ſententia appellationis deſertæ ẽ ſententia cõfirmatoria prioris ſententiæ.
l Et bñ Sa.
m Et rectè: quod tenementi,ſecundũ Bal.
n Nõ legitimè citatis nã ſi eſſent legitimè citati,teneret ſententia ſecundũ Bar. & Salic.
o Intellige hãc gl. ſi iudex ſciebat citatũ egrotare.aliàs ſecus: ſed habet locũ reſtitutio. B. Ang. & Sal.

Conſentaneum.

Consentaneum.] Ista lex diuiditur in duas partes. Nam primò ponit modum cõstituendi reum in cõtumacia. Secundò contra contumacem adhibet remedia: secunda ibi, à quo. hoc dicit. Salice. CASVS. Lite contestata inter actorem & reum, reus incipit abesse: qualiter iudex procedere debeat, quæritur? Respon. ꝙ citabit eum tribus edictis, vel vno pro omnibus peremptorio: in quo continebitur ꝙ procedet in causa, & sentẽtiam feret: nisi reus se præsentauerit. quo non veniẽte, auditis allegationib[us] præsentis, mittitur actor in possessionẽ rei petitæ, si fuerit actio realis, & reus de possessore fiet petitor. Si verò fuerit personalis actio, puta cõdictio certi ex mutuo: mittitur actor in possessionẽ bonorum rei secũdum mẽsuram debiti declarati. Viuia.

Consentaneum [a] iuri fuit, tẽporibus ad præsentiã partis aduersæ præscriptis [b], præsidem prouinciæ (impleta iuris solẽnitate [c], & aduersario tuo ternis literis [d], vel vno pro omnibus [e] perẽptorio edicto, vt præsentiã sui faceret, cõmonefacto [f]) si in eadem cõtumacia [g] perseuerauerit [h], præsentis allegationes audire. quod vel successor eius facere curabit. A quo [i] ter citatus, si cõtumaciter præsentiam sui facere neglexerit: non abs re erit vel ad cogendũ eum [k] vt sese repræsentet, vel possessionẽ bonorum, cui incũbit [l], ad te transferre [m], & aduersarium petitorem constituere: vel auditis defensionibus [n] tuis id, quod iuris ratio exegerit, iudicare.

In authen. de litig. §. omnem. col. viij. constitu. vij.

a ❡Consentaneum.] i. conueniens. cùm causæ merita &c. vt. j. si p vim vel alio modo. l. fi. sic. s. si contra ius vel vti. publ. l. & si legibus. Accur.

b ❡Præscriptis.] i. definitis. s. decem dierũ: vt ff. de iudi. l. per interuallum. & s. de iudi. l. properãdũ. §. j. Sed hodie. xxx. vt in authen. hîc posita. sicq; loquit[ur] hæc lex post litẽ cõtestatã [a], cõminetur definitiuã sñiam, quę fieri non potest ante litem contestatã, nisi in casu: vt. j. de temp. ap. l. fi. §. illud. sed ante litem contestatam dicerem fieri eodem modo [b] citationem. Alij dicunt [c] hîc loqui ante litem cõtestatam. & ita dicunt interlocutoriam sentẽtiã, quæ datur in fi. huius legis tam in actiõe in rem, quàm in personali.

c ❡Solennitate.] s. quæ sequitur. & sic expone &, pro id est.

d ❡Literis.] poterat enim præses literas mittere per prouinciam, quæ magna erat: poterat etiam edictum proponere, cùm esset ordinarius. aliâs non [d]: vt in aut. de litig. §. omnem. colla. viij. & s. de iudi. l. sancimus.

e ❡Pro omnibus.] quod fieri potest: vt. ff. de iud. l. nonnunquam.

f ❡Commonefacto.] id est commonito [e]. Et not. quòd hîc est ambasiata: vt. j. qui accu. non pos. l. iij.

g ❡Contumacia.] præsumpta per tres denunciationes: vt. j. e. l. tres. expressa est autem quãdo expressè dicit, nolo venire: vt. ff. quib. ex cau. in possea. l. Fulcinius. §. fina.

h ❡Perseuerauerit.] Not. malum est peccare: diabolicum perseuerare.

i ❡A quo.] s. præside. vbi tñ à successore semel citari debet: licet ipse miserit peremptorium, tñ compellitur: vt. ff. de iudic. l. edictum. sed ipsemet post suũ peremptoriũ potest, sed non cõpellitur [f]: vt. ff. de iudi. l. & post. in prin.

k ❡Ad cogendum eum.] No. fieri citationes re & verbo. & hoc per ordinarium tantùm: vt in authen. de exhi. §. si verò etiam quidam. colla. v. Alibi verbo tantùm, prima locum habet semper, nisi in matrefamiliâs: vt. s. de offi. diuer. iudi. l. j. Vel nisi ratione loci, vbi est conuentus: vt si est in domo: vt. ff. de in ius voc. l. plerique.

l ❡Incumbit.] animo: vt. ff. de acquir. possessio. l. clam. §. qui ad nundinas. Vel corpore per familiam: vt. ff. qui. ex cau. ma. l. item ait prætor. §. j. hanc autem possessionem secundum Ir. reuersus non recuperat [g], etiam si satisdationem paratus fuerit præstare: vt suprà vbi in rem act. l. ij.

m ❡Transferre.] cùm agitur in rem. vel auditis &c. scilicet cùm agitur in personam, secundum quosdam. Vel dic transferre, cùm non est liquidum de causa. Vel auditis &c. scilicet cùm est liquidum. & sic datur definitiua secundum P. & B. Et quod dicit defensionibus, id est rationibus [h] & intentionibus, cùm actor sit iste præsens: sic & ponitur, suprà de iuris & fact. igno. l. prima. Tertij dicunt quòd hîc mutat casum, cùm dicit, vel auditis &c. scilicet vt loquatur in actore absente. & sic bene adaptatur authen. qui semel. quæ loquitur in actore absente. Circa hoc autem distingue, cùm reus abest: aut post litem contestatam vel quasi contestatam, aut nec verè, nec quasi. Primo casu, aut liquet de causa, aut non: si liquet, potest ferre definitiuam: nec restituetur posteà veniens: vt suprà de iudi. l. properandum. §. cùm autem. in fine. secundum quod distinguitur. suprà de procura. l. quia absente. Si verò non liquet, aut agitur in rem, aut in personam: si in rem, mittitur actor in possessionem rei petitæ, & statim possidet [i]: & veniens reus intra annum, auditur de possessione. post annum [k], auditur de proprietate: de possessione non: vt hîc, & suprà vbi in rem act. l. secunda. Si autem agatur in personam, mittebatur olim in possessionem omnium rerum debitoris. Hodie pro mensura debiti: nec efficitur possessor. Sed venienti reo quandocunque restituitur possessio, nisi authoritate iudicis res fuerit distracta ab actore [l]: quia iudex debet ad hoc moderatum tempus statuere, scilicet quo res distrahantur, vel iustus possessor efficiatur. Si verò lis sit quasi contestata, sed non liquet iudici de causa: tunc habet locum quod dicitur, suprà vbi in rem act. l. ij. Si verò nec sit contestata, nec quasi: tunc discusso summatim negotio, mittitur actor in possessionem restituendam reo venienti, præstita satisdatione: vt suprà de præscript. xxx. an. l. si quis emptionis. §. penul.

n ❡Defensionibus.] i. intentionibus.

a Hæc est cõis lectura & vera secundũ B. B. Pau. & Sal.
b Ista reprobatur, quia hoc non reperitur lege cautum. Ia. But. Bar. & Sali.
c Hæc etiã reprobat[ur]. iõ tene primam secundũ Bart. B. Ang. & Sa.
d Et bene Bar.
e Sequunt[ur] hãc gl. Bal. & Sali. hîc. Contumacia præsumpta & expressa quæ sit.
f Et bñ ex vrbanitate, ad omnem malitiam superãdã. Sal.
g Et bene quia diceretur de petitore possessor. An.
h Sequitur eã Bar. quia vnũ quãdoque ponit[ur] pro alio Bar. & Sali.
i Hoc intellige, nisi aliud remediũ velit intelligere, puta faciendo reũ capi, & ad iudiciũ duci Sal.
k Et perpetuò donec fit præscriptum. Sali.
l Et bene Bar. B. & S.

m ¶ Contractibus.] similibus. alioquin cōtra est, qđ sequit̄ in alijs authē. &c. Sed q sunt hi? Rñ. illi in quibus dicit lex singulare interesse venire, & certitudinē cōtinet̄ secūdū quosdā. Sed certè imò & si lex nō dicat venire singulare interesse: si modò incertitudinem continent illi casus: vt hæc lex dicit apertè: vt sunt omnes bonæfidei. & quidam etiam stricti iuris: vt in arbitrarijs, in quibus iuratur in litem: vt.ff.de in lit.iur.l.in actionibus. nam in his singulare interesse venit: vt.ff.de in lit.iur.l.j.in fi.&.l.ij.&.ff.man.l.cum seruus. Item in maleficijs quibusdam, & interdictis: vt &.ff.de vi & vi ar.l. hoc interdicto.j. &.ff. vti possi.l. si duo.in fine & aliâs vbicunque lex diceret certam rem debere tradi ex contractu vel delicto. secus si diceret dari: quia tunc aliquod interesse nō petitur: sed res omnino debet fieri stipulantis: vt ff.de verbor.obliga.l.vbi autem non apparet.§.fin. nisi in contractibus innominatis vbi debet res dari: vt.ff.de re. permu.l.j. §.fin.& tamen interesse venit: vt suprà.de rerum permu.l.rebus.

n ¶ Quod interest.] scilicet singulariter.

o ¶ Dupli.] scilicet interesse, seu pretij conuenti secundum P. sed secundum B. id est communis. Tu dic[f], nec vnum, nec aliud: quod plus est, excedit vltra duplum: cùm quandoque commune[†] sit plusquam conuentum, quandoque contra: quandoque etiam conuentum, nullum &c. quia ex pacto vel cōtractu nō venit. Et no. triplex interesse: vt.s̄.dixi.s.cōuētū, cōmune, & singulare. Primū semper venit, cū dicit prætor: pacta cōuenta seruabo. Itē secundū semper venit in maleficijs[g], vt cōsyderetur etiā extra rē: vt.ff.ad.l. Aquil.l. si seruū.&.l.inde Neratius.&.l.seq.&.ff.de fur.inficiādo.§.j.& de condi.fur.l.iij.& in contractibus, & quasi: vt.ff.ad le.fal.pretia. In quo communi venit dānum, non lucrū: vt.ff.de dam.infe.l.Proculus.& de act.emp.l.si sterilis.§.cùm per vēditorē.& de peri.& com.rei vē.l.si.nisi in casibus, quos iā notabis. Vel dic, hodie semper venire lucrum in communi interesse, cùm & in singulari veniat: vt.j̄.§.& hoc. Singulare autem interesse venit in his casibus, qui dicuntur hac.l. Item in eo quod dicit, singulare non excedere cōmune, vel conuentum vltra duplum: est contra.ff. de act.emp.l. ratio. aliâs datio. §.si per venditorem? Respon.B. ibi agit quanti plurimi fuit, dummodò infra duplum. Item eidem est contra.ff.de ac.emp.l.Iulianus.§.si verò sciens. &.§. item qui furē. Cui respondebat B.& M. quòd illa dicit de interesse extra rem, hîc circa rem. quod non placet. cùm magis interesse, quod est circa rem, deberet excedere duplum, quàm illud quod est extra rem. Tu dic quòd nullo modo sunt contra: quia duæ dictæ leges dicunt de cōmuni interesse, quòd quantuncunque est, totum petitur: hîc de singulari: & dictum commune si petatur: quia res non traditur, non cōsyderatur extra rem: vt.ff.de act.emp.l.si sterilis.§.cùm per venditorem. Si autem quia malè traditur, vel quia ipse venditor posteà eam euincat, vel alius: vel quia posteà in ea deliquit, totum petitur, & extra rem: vt.d.l.ff.de act.emp.l.Iul.&.l.tenetur.§.sed si vas.&.ff.loca. l. sed addes.§.j.&.l.si fundus §.fin.&.§.j.& suprà.de rei ven.l.quoties.&.ff.de euic. l.venditor. Nec obstat.in eo.titu.l.cùm fundus vti optimus. quia secundum P. loquitur cùm emptoris minus intererat, quàm esset duplum pretij conuenti. Vel verius aliud, cùm agitur de euictione actione ex stipulatu: quia tunc habetur respectus ad pretium conuentum, vt id debeat duplari. an actione ex empto: vt tunc consyderetur quod interest tempore euictionis. Item nec obstat.ff.de act.empt.l. Titius.in fi.&.l.seq. quia lex sequens corrigit illa. Alij distinguunt[h], an singulare interesse promittatur ex certa scientia: & tunc quantumcunque sit, petitur: vt in contrarijs.§.si per venditorem.&.§.si verò. an non: & tunc nō vltra duplum: vt hîc. argu si quis cau.l.sed & si quis § si quod nihil ad rem. cùm hîc agamus quando sine speciali pacto debetur. Alij dicunt quòd non excedit duplum, nisi post contractum res cœperit esse pluris: vt.d.l.ratio. aliâs datio.§.fina.

p ¶ In alijs autem casibus.] qui incerti. vt si ibi contineatur factū, vel nō factū, qui incerti sunt: vt.ff.de ver.obli.l.vbi autem nō.§.id quod.& de regu. iur.l.qui nō facit. in quibus agitur ad factū, vel interesse: vt.ff.de re iudi.l. si quis ab.§.fi.&.ff.de verbo.obli.l.quoties quis alium.& est actoris electio, agat præcisè ad factum, vel ad interesse: vt.ff.de oper.no.nun.l. stipulatio.§.j. &.§. siue autem.in fi.§ &.ff.de procur.l.sed & hæ.in fi. Sed fallit in casu procuratoris rei: vt in eo tit.l.non cogendum.& hoc vbi factum est in obligatione. si autem tradi, non est electio actoris, sed rei: cùm rem præstando liberetur ab interesse singulari, vel communi. Hoc tamen casu, cùm tradi est in obligatione, dicunt quidam, si agitur principaliter ad interesse, totum veniat etiam vltra duplum. Si autem ad rem, tunc non vltra duplum. quod non placet. Item vbi est dandum in obligatione: tunc præcisè ad dationem agitur, nisi in contractibus innominatis: vt.s̄.diximus.

q ¶ Suscipiunt.] per delegationem. vel ordinariè.

r ¶ Subtilitatem.] & bene. nā aliud cōsyderat in seruo, & aliud in libero.

s ¶ Subtilitatem.] per probationes testium, vel instrumentorum: & hoc in contractibus, & etiam in delictis: vt.ff.de in lit.iur.l.ij.et.ff.de eden.l. argentarius.et de reg.iur.l.quatenus.et insti.de offic.iudi.§.fina.et.ff.ad.l.Aquil. proinde.j.et.l. si seruum. Sed hoc fallit, quandoque ratione delicti aduersarij mei: vt infrà. vnde vi.l. si quando.et.ff. quod vi aut clam. l. semper. §. in hoc interdicto.

a Falsum est secūdū Bal.hîc.

b Displicet Bart.Bal.& Sali.

c Ista etiā non placet Bar.& vide de hoc per eumdem in iij.col. hîc.

d Idē Bart. Bal.& Sali.

e Hoc non placet Bart. hîc.

f Idē Bart. Bal & Sali.

† Concor. gl.in.c dilecti filij sup verbo.mo d ratis.cir. ca.fi.de fo. compe.

g Nisi in casu.l. Titius. ff eo secundum Bar.

h Omissis solu.gl.solue secūdum Sali. ꝙ ibi plus intererat propter factum emptoris, qui rē meliorē fecerat sum ptu suo: nō voluit lex ꝙ cōmune īteresse duplū nō egrediat, ne alieno facto nimis venditor grauaretur.

hoc interdicto Item ratione contumaciæ aduersarij iniciali: et in casibus illis vbi iuratur in litẽ. Sed qualiter etiam de facto probabitur singulare interesse per testes? Rñ. deponent duo testes, ꝙ tantũ cuiuslibet regulariter interesset, si quis haberet rem notam. non autem dicit ꝙ tantũ sua interesset. Itẽ nec est commune interesse, sed singulare omnium qui haberẽt sic rẽ notã: nõ simpliciter oĩm: quia tũc esset cõe interesse.

Interesse singulare, qualiter ꝓbatur.

requirere, vt hoc, quod reuera in ducitur damnum [a], hoc reddatur & nõ [b] ex quibusdã machinationibus & immodicis peruersionibus in circuit⁹ inextricabiles redigatur, nedum in infinitum computatio reducitur, pro sua impossibilitate [c] cadat: cũ sciamus [d] esse naturæ [e] congruum eas tantũmodo pœnas exigi, quæ vel cũ cõpetenti moderamine ꝓferunt [f], vel à legibus [g] certo fine cõclusæ statuũtur. ¶Et hoc [h] non solũ in dãno, sed etiã in lucro nostra amplectitur constitutio: quia & ex eo [i] veteres [k] id, quod interest, statuerunt. Et sit omnibus, secundũ quod dictum est, finis antiquæ ꝓlixitatis hui⁹ cõstitutiõis recitatio.

a ¶ Dãnum.] & ita si ne oĩ diminutiõe hoc præstat. etiã si duplũ cõis dicatur excedere: sed statim dicit. ꝗ cõtra. Sed dic ꝙ allegabat vana ꝙ iteresse habebo. f. si habuisset equũ, vicisset hostes & si habuisset librũ fuisset fact⁹ sapiẽs & rexisset, & multa lucratus fuisset, & quæ attẽdenda non sunt. Sed quare in incertis petitur totũ incertis non? Rñ. quia in certis facilius põt apparere cõmune interesse. & sic facilius, quod est eius duplũ: at in illis nõ sic facile. Vel ideo: quia facilius est alicui facere quod conuenit quã dare: cũ difficulter qs de patrimonio det: vt. ff. de prob. l. cũ de indebi. et iõ miti⁹ punit' i certis. f. vt vltra duplũ non excedat.

a Placet hæc Sal. & est de mẽte bal.

b ¶ Non ex quibusdam] hoc refertũr quidã ad primũ casum: tu referas ad secundũ, & dic qꝛ vana dicebat, vt mõ dixim⁹.

b Displicet bar. b. & Sa.

c ¶ Impossibilitate.] quæ eĩn immensa sunt, cadũt: vt in authẽ. vt nõ ter. sit nu. cle. §. j. collat. j. & sic nota de infinitate vitanda: vt. s. de sacrosan. eccle. l. si. Vel dic, cadat: quia cũ transiret ad infinitũ, ẽst incertum: & sic sñia darĩ nõ posset, ꝗ debet certa dari: vt. s. ti. j. l. iij.

† Concor. cũ legibus huius titu. cũ gl. ij. extra de sen. & re iudi.

d ¶ Cum sciamus.] potest hoc referri ad primum casum, sancimus &c. hoc modo, meritò nõ permittimus vltra duplũ: qꝛ eas pœnas. i. interesse &c. Vel sic meritò non vltra duplũ permittimus: quia aliæ pœnæ legales, & conuentionales mitigantur. Põt etiam ad secundum casum referri hoc modo: meritò mitigo vt non vana inducantur. nã & pœnæ legales, & conuentionales mitigantur.

e ¶ Naturæ.] id est naturali ratione.

f ¶ Proferuntur.] ex conuentione promittentium. Sed vsq; ad quã summam poterunt peti pœnæ cõuentionales vel legales? Rñ. quidã vsq; ad duplũ: ar. huius. l. & ff. de act. emp. l. Iulianus. §. idẽ Iulia. Alij vsq; ad quadruplũ: ar. s. de spon. l. mulier. in fi. & ff. de euic. l. si dictũ. & insti. de ac. §. omnes. Tertij distinguũt, an scienter promissa sit pœna vltra duplũ, an ignoranter: vt. ff. si quis cau. l. sed & si quis §. si. Quarta est sñia nostra: vt distinguamus legalẽ pœnam: vt furti, quæ quadruplum non excedit, à conuentionali: quæ si opponat per hæc verba quadruplũ & quintuplũ, & tunc idẽ: vt insti. de act. §. oẽs. Alias si certa summa, valet in infinitũ: vt insti. de inuti. sti. §. alteri. & ff. de ver. ob. l. stipulatio ista. §. alteri. quibus dicitur inspici ꝗ sit quãtitas. Nã hæc dictio quæ non quantitatis vel qualitatis, sed substãtiæ est designatiua: & sic est cõ petens moderamẽ, quãtum placet contrahentibus.

Pœnæ legales vel conuentionales vsq; ad quã summã poterũt peti.

g ¶ A legibus.] vt furti, & similes: quarũ legalium nulla excedit quadruplum: vt modò dixi.

h ¶ Et hoc.] constitutio hæc scilicet.

i ¶ Ex eo.] scilicet lucro.

k ¶ Veteres.] f. in specialibus casibus: vt. ff. de eo quod cer. lo. l. ij. §. fin. & ff. loca. l. si in lege. §. colonus. & ff. de re. ha. l. si commissa. & ff. ne quid in lo. pu. l. ij. §. meritò. & s. arbi. tute. l. quicquid. Sed regulariter contra erat, quia lucrũ non veniebat: vt & ff. de dã. infec. l. Proculus. & ff. de peri. & cõmo. rei vẽ. l. pe nult. & ff. de act. em. l. si sterilis. §. cũ per venditorẽ. Sed etiam hæc lex vult ꝙ hodie sit generale: vt in interesse veniat etiam lucrum. Accursius.

TITVLVS XLVIII.

Si à non competente † iudice iudicatũ esse dicatur.

¶ *Sententia à non suo iudice lata, est ipso iure nulla. h. d. Bart. Vel sic: Delegatus ad certam rẽ de alia non pronunciat, quæ illi non accedat, & pronunciando nihil agit. h. d. Sali.*

Imperator Alexander A. Sabiniano. LEX I.

IVdex ad certam rem datus [l], si de alijs pronunciauit, quã quod ad eam rẽ pertinet, nihil legit [m].

¶ *Sententia delegati ab incõpetenti delegante, non valet: etiam si delegatus sit magister militum. Sali. Vel sic: Magister militum non potest pronunciare contra non militem, si non habet commissionem ab eo, sub cuius iurisdictione ille est. hoc dicit secundum Pau. de Cast.*

Imp. Gordianus A. Liciniæ. LEX II.

SI militaris [n] † iudex sup ea causa, de qua ciuilibus [o] actionib⁹ disceptatũ fuit, nõ datus à quo dari poterat, cognouit: etiã remota appellatione, id, quod ab eo statutũ est, firmitatẽ iudicati nõ habet.

¶ *Delegatus ad causam proprietatis nõ potest cognoscere de causa possessionis super qua non fuit delegatus. h. d. Bal. Vel sic: Delegatio in petitorio non extenditur ad possessorium. Et pone casum in fi. glossæ tertiæ. h. d. Sali. Vel sic: Sententia lata super possessione non facit præiudicium in causa proprietatis: ideo ea non obstante potest ferri contraria sententia in causa proprietatis. h. d. Pau. de Cast.*

Imperatores Diocl. & Maximian. AA. & CC. Philetæ. LEX III.

SI de ꝓprietate dat⁹ [p] iudex aduersus te nihil sup hac statuit: rector [q] ꝓuinciæ aditus hanc causam cognoscere, suaq; decidere sententia curabit: cùm & si q̃d de possessione ꝓnunciatũ probetur, hoc causę ꝓprietatis minimè noceat [r].

¶ *Et in publicis & priuatis causis sententia à non suo iudice lata non valet. h. d. Sali.*

Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. ad Pontium Mutium. LEX IIII.

ET in priuatorũ [s] † causis huiusmodi forma seruetur, ne quęquam litigatorũ sentẽtia non à suo iudice dicta constringat [t].

l ¶ Vdex.] CASVS. Delegatus iudex in causa, qua petebatur fundus Sempronianus, si pronũciauit de Seiano: an valeat, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

l ¶ Datus.] verbi gratia: Datus ad decem, & pronunciat super viginti.

m ¶ Nihil egit.] nisi post litem cõtestatam aliquid in ea re cõtingat: vt ff. de ædil. edic. l. ædiles. j. §. item sciẽdum. vel nisi incidens fuerit quæstio: vt supra de ord. iud. l. j. et s. vbi & apud quẽ. l. si. in fi. Vel nisi ex consequentia, vt de expẽsis vel fructibus: vt. s. de re iudic. l. Paulus. nam ea videntur delegata, sine quibus cõmissum exequi non potest: vt. ff. de procur. l. ad rem. & l. ad legatum. Vel nisi cõuentus recõueniat cõuenientẽm: vt. s. de sen. & interlo. l. cùm Papinianus. & aut. & consequenter. Vel nisi vtriusq; partis consensu prorogetur iurisdictio de re ad rem: vt. ff. de iudi. l. de qua re. §. j. Vel de quãtitate ad quãtitatẽ: vt. j. de ap. l. fi. §. fi. In prædictis autẽ videtur cognitio ad delegatum pertinere. nam de legato loquitur hæc lex. Accursius.

† Concor. cũ hac. l. c. ad nostram de consue. tu. & c. at si clerici de iu di.

n ¶ Si militaris.] CASVS. Magister militum cognouit de causa, de qua debuit cognoscere iudex ciuilis: puta iudicauit inter priuatos: & delegat⁹ fuit ab eo, qui nõ potuit eũ delegare: nũquid valet sẽtẽtia? Dicit ꝙ non. nec necesse est ab ea appellare.

n ¶ Si militaris.] Magister militum cognouit de causa, de qua debebat cognoscere iudex ciuilis: & sit delegatus ab eo à quo non potuit: non valet sententia: & non est necesse appellari. ad hoc. s. de pedan. iudi. l. j. sed & inter milites potest: vt supra de iudi. l. certi. Accur.

† Concor. c. ad nostrã extra de rescript. & c. at si clerici. de iudi.

o ¶ Ciuilibus.] i. ciuilis iudex recognoscere debuit.

SI de.] CASVS. Si iudex datus vt cognosceret de appellatione, ꝓnunciauit super possessione: non valet sententia.

p ¶ Si de proprietate datus.] à præside.

q ¶ Rector.] delegatus.

r ¶ Noceat.] vt. s. de senten. l. post sententiam. Sed an lata in possessionem valeat sententia? Respon. sic secundum P. & Ioan. sic. s. de iudi. l. nulli. Alij contra. Tu dic, si ita erat incidens, quòd de proprietate non poterat pronunciare, nisi de possessione diceretur: dicam eam tenere: vt in vti possidetis interdicto: vt insti. de interdi. §. commodum. alioquin non: puta si cùm agebatur de recuperanda vel adipiscenda possessione, ipse fuit delegatus super quæstione proprietatis: vt hic fuit.

s ET in priuatorum.] non solũ in fiscalibus.

t ¶ Constringat.] vt. ff. de iurisdi. om. iudi. l. fi. & de iudi. l. ij. & s. qui da. tu. pos. l. neque. & s. de iurisf. om. iud. l. j. & j. de excep. l. fi. Ergo si quis excommunicetur: & posteà appellet: cùm ipsa prouocatione desinat esse suus iudex ille, qui iudicauit: extinguitur iudicatum, & ille non est excommunicatus: vt. ff. ad turpil. l. j. in fi. Nec obstat quòd dicunt quidam decretistæ, quòd sententia excommunicationis trahit secum executionẽ, quasi non possit iam appellari: quia & sententia vltimi supplicij trahit secum executionem: & statim serui fiunt, & ciuitatem perdunt: vt. ff. de pœnis. l. quod ad statum. & l. in seruorum. §. qui ex causa. & l. qui vltimo. vbi de hoc. & tamen potest appellari: vt. ff. de pœnis. l. ij. §. fi. ADDITIO. Aduertas quòd ista gl. loquens de excommunicato, dicit contra casum cap. pastoralis. §. j. extra de appella. Nec obstat secundum Barto. hic, quòd glossa dicit de sententia vltimi supplicij, quæ trahit secum executionem, sicut sententia excõmunicationis: quia natura earum est diuersa. nam sententia excommunicationis non est perfecta: sed dicitur conditionalis, seu medicinalis, donec quis purget contumaciam suam, vel emendet offensam: vt in cap. cùm medicinalis. de senten. excommunicatio. lib. vj. Sed sententia vltimi supplicij est perpetua & mortalis: ideo facilius permittitur appellatio. Videas latius de isto per Abb. in dicto c. pastoralis. §. j.

Excommunicatio an suspẽdatur per appellatio. i. e sequẽtẽ.

¶ SI A NON COMPETENTE IVDICE &c. ¶ *Non solũ prædictis modis est sententia nulla, sed & si à non cõpetenti &c. Et cõtinua sic secundũ Azo. Quibus modis inefficax, vel nulla dicatur sententia à competenti iudice lata supra dictum est: sequitur vt uideamus de ea, quæ nulla est: ideo quia à non cõpetenti iudice est prolata.*

Continuatio.

¶DE POENA IVDICIS, QVI *male iudicauit &c.* ¶ *Est etiā nulla sententia si iudex corrūpit. unde dicit q̄ sit pœna corrupti iudicis uel corrūpētis.*

Constitit.] CASVS. Qui iudicē vel aduersarium. i. ꝓcuratorem vel aduocatū aduersarij per pecuniam corrumpit, cadat ab actione: quia talis videtur de suo iure diffidere.

a ¶ Publica.] alicuius ciuitatis: vt § de sacrosan. ecc. l. fin. Vel dic id est criminali. Accursius Florentinus.

b ¶ Aduersario.] i. ꝓcuratori vel aduocato aduersarij, secūdū antiquos. nā principali aduersario licet dare: vt. s̄. de transa. l. fratris. nisi ī casu q̄n per calūniā ageret actor: vt. ff. de condi. indeb. l. in summa. Item in criminali distinguitur: vt. s̄. de trāsa. l. trāsigere. si accusatus det accusatori, siue econtra: q̄d rarò accidit, tunc cōdēnaretur reus, si in confessione persistat: vt. ff. de quæstu. l. j. §. diuus. &. §. si quis vltro. Posset etiam intelligi lex ista cū in pecuniaria cā do pecuniā aduersario principali, vt nō desistat à lite: sed vt patiatur contra se ferri sn̄iam.

c ¶ Amittat.] s. actor. Sed quid in reo? Dicūt q̄dā nō habere locū legem istā. Tu dic idē in reo, cū eadē sit ratio æquitatis, vt scilicet amittat ius defendendi: & sic cām amittat. Dic secundum B. ipō iure, q̄n est iudici data: vt. j̄. q̄n prouoca. non est neces. l. venales. sed per authenticā meret̄ veniam: vt in aut. nouo iure. j̄. eo. Si autē procuratori, tunc valet nihilominus sentētia: sed re⁹ cuius procurator est corruptus, habet doli exceptionem: vt. ff. de doli exceptione. l. si procurator. & de iure fisci. lege ius. Actor verò agit antiqua actione: & si excipiatur ex sentētia, replicabitur de dolo: vt. ff. de dolo. l. cū à te. & sic verbum, amittat, semel positum, diuersimode accipitur. Dat̄ etiam contra corrūpentē actio de dolo ad impēsas nisi reus parat⁹ sit subire iudicium, sub hac exceptiōe si est collusum. vt ff. de dolo. l. & elegāter. §. pe. Posset etiam dici, q̄ q̄n ꝓtiū interuenit super ipso iure, non teneat aliud si ꝓces: vt ar. ff. ad Treb. l. seruo inuito. §. cū prætor. Punitur etiam aliter hodie corrumpens: vt in aut. nouo iure. hîc posita, quam hîc lege.

† Hanc constitutionē videtur Vlpianus Alexandro ad Caßium Sabinum adscribere. ff. de calum. l. j. §. ij.

TITVLVS XLIX.

De pœna iudicis, qui malè iudicauit, vel eius, qui iudicem vel aduersarium corrumpere curauit.

¶ *Qui diffidentia iustæ sententiæ in pecuniæ corruptelam prorumpit, litem perdit, siue priuata sit lis siue publica, siue fiscalis.* Bal. *Vel sic: Qui diffidentia iuris sui in corruptelam prorūpit, litem perdit.* h. d. Sali. *Vel sic: Actor, qui per pecuniā corrumpit iudicem uel procuratorem, seu aduocatum rei perdit actionem, & sic causam: unde reus debet absolui etiam si actionem, uel ius habeat.* Paul. de Cast.

Impe. Antoni. A. ad Gaudium. LEX I.

Constitit† in quacūque causa siue priuata, siue publica [a], siue fiscali, vt cuicunque data fuerit pecunia, vel iudici, vel aduersario [b]: amittat [c] actionem is, qui diffidētia [d] iustæ sententiæ in pecuniæ corruptela spem negotij reposuerit.

In authen. vt litigātes in exordio litis iurent. §. si quis autem ex litigatoribus. colla. ix. constit. v.

¶ *Si corrumpens iudicem aliquo dato uel promisso, seipsum defert, & probat: ueniam meretur: & iudex in causa ciuili triplici pœna punit̄ in criminali omnibus bonis confiscatis, in exiliū datur. Et ubi deferens non probat: si delatus iurauerit se non recepisse, liberatur: & deferens, in æstimatione litis punitur: & nihilominus per sententiam poterit de corruptela doceri. Et si delatus per iuramentum se purgare recusauerit punitur ac si contra eum probatum fuerit. hoc dicit.* Sali.

Nouo iure, qui dicit se dedisse alicui vel ꝓmisisse, & ꝓsonam declarauerit, & hoc probauerit: veniā meret̄ [e]. ¶ Sed qui accepit [f] vel ꝓmisionē suscepit, si cā pecuniaria sit: dati triplū, ꝓmissi duplū à comite priuatarū rerū exigat̄, dignitate seu cingulo amisso. ¶ Si verò criminalis cā fuerit: cōfiscatis [g] oībus bonis ī exiliū mittat̄. ¶ Sed si datū vel ꝓmissum ꝓbare litigator nequiuerit: persona quæ dicitur suscepisse, iuret q̄ neq; per se, neq; per aliam personā accepit, aut promisionē habuit: & sic libera sit. ¶ Sed litigator, qui ostendere nō potuit [h], in causa pecuniaria æstimationē litis à comite rerum priuatarū exigatur, lite sustinēte propriū euētum: In criminali bonis omnibus confiscatis causis apud competentem iudicem legitimè terminandis. ¶ Sed si persona à litigatore manifestata prędictū iusiurādū refutauerit [i], memoratis subiaceat pœnis. ¶ Sed si quis litigantium iurauerit se non dedisse vel promisisse: si intra decem menses post sententiā memoratam ostēdatur dedisse [k] vel promisisse, memoratis pœnis dantes & accipientes subiacebunt.

d ¶ Diffidentia.] sic &. s̄. de postu. prouidendum.

Nouo iure.] CASVS. Hæc aut. statuit alias pœnas in iudice, q̄ accepit pecuniā: quia si promisero me dedisse pecuniā, nō punior: sed iudex in triplū eius, quod accepit: si aliquid ergo promissum fuerit, in duplū reddet: & priuabitur potestate iudicandi, si cā erit pecuniaria. Si criminalis, omnia bona iudicis confiscantur, & relegabitur. Si verò probatum non fuerit se nō accepisse, & iurauerit: liberatur. Si nō iurat, punitur ac si accepisset, et ego punior: quia soluo tantū comiti priuatarū rerum, quantum erat in lite. Si verò cā est criminalis, bona mea confiscabuntur: si iuraui me non dedisse: sed non solùm ego, sed iudex punitur, sicut suprà dictum est.

e ¶ Meretur.] No. parcitur spontè cōfitenti. sic. j̄. de iis, qui se de. l. j. li. x. & ff. de iure fis. l. edicto. & . ff. de al. iu. mu. cau. facta. l. iij. §. fi.

f ¶ Accepit.] re ipsa.

g ¶ Confiscatis.] contra in authen. vt nulli iudi. §. fi. colla. ix. Solu. hoc speciale: vt in crimine læsæ maiestatis. idem dicitur & in incestu: vt. s̄. de incest. nup. authen. incestas.

h ¶ Non potuit.] Nota quem calumniari hoc ipso quòd non probat contrarium. arg. s̄. de aduo. diuer. iudi. l. j. Sed argu. contra. ff. ad Turpil. l. j. §. j. Sed ibi erat persona, quæ ex sola suspicione poterat accusare, vt maritus: vt. j̄. ad legem Iul. de adul. l. quamuis. ij.

h ¶ Non potuit.] etiā est iuratum.

i ¶ Refutauerit.] sic s̄ de fide instru. l. fi.

k ¶ Dedisse.] ergo hîc permittit argui periurium contra regulā s̄. de re. cre. l. j. sed hoc, q̄a delatum fuit à iudice. & speciale est hîc: vt & aliâs: vt ff. de iureiu. l. admonēdi. & hæc aut. est in authen. vt lit. iu. §. si quis autem. colla. ix.

l De eo, qui pretio.] Superior lex de corrumpente, hæc de iudice corrupto dicit.

m ¶ Aut gratia.] primò nō valet ipso iure: vt j̄ q̄n prouo. nō est neces. l. vęnales. secundò valet, sed rescinditur: vt. ff. ad Trebel. l. seruo inuito. §. cùm prætor. Accur.

n ¶ Aestimationis.] i. nō solùm debet ei condēnari in æstimationem sumptuū, vel dispendij, quod ipse fecit in litem: sed & in æstimationē litis. Vel dic q̄ patitur dispendium æstimationis. i. quia efficitur infamis, sequens non mutatur.

o ¶ Discriminis.] i. periculi. & hoc per actionē in factū: vt instit. de obli. quę ex quasi male. nas. in prin. tenet̄ etiā lege Iulia repetūdarū: vt. ff. ad. l. Iul. repet. l. iij. & . iiij. quæ extraordinariè punit: vt in eo. tit. l. lex Iulia. §. hodie. Itē crimine cōcussionis: vt. ff. de cōcus. l. fi. Item & crimine falsi, quod pœnam deportatiōis vel vltimi supplicij cōtinet: vt ff. ad le. Cor. de falsis. l. j. § et q̄ iudicē. Itē et edicto de calumnia: vt. ff. de calum. l. j. & . iij. § illud. An autem ille qui dedit, repetere potest, habes. ff. de cōdi. ob tur. cau. l. ij. in fi. & hoc cum dolo. si antē sine dolo, hoc est per imprudentiam: tūc tenetur actione in factū, inquantum bono iudici videtur: vt ff. de var. cog. l. si iudex. siue paterfamiliâs, siue filiusfamiliâs erat iudex: vt. ff de iudi. l. si filiusfamiliâs &c.

¶ *Iudex corruptus famam perdit, & damna resarcit.* h. d. *secundum* Bal. & Salic. *Vel sic: Iudex qui corruptus prece uel pretio dedit sententiam, efficitur infamis, et tenetur parti, quam læsit in æstimationē litis.* h. d. *secūdū* Pau. de Cast.

Imp. Constantinus A. ad Felicē. LEX II.

De eo, qui pretio [l] deprauatus, aut [m] gratia perperā iudicauerit, ei vindicta, quē læserit, nō solū æstimatiōis [n] dispēdij, sed etiā litis discriminis [o] prębeatur.

Iudex qui corruptus sententiam dicit qua actione tenetur.

TITVLVS L.

Sententiam rescindi non posse.

¶ *Nemo potest suā uel antecessoris sui sententiam reuocare: & si reuocat, non est appellare necesse.* Bal. *Vel sic: Sententia, per quā rescinditur propria, uel prædecessoris, est ipso iure nulla.* h. d. Barto. *uel sic: Reuocatio propriè uel sui prædecessoris sententiæ, est ipso iure nulla: nec appellatio est necessaria.* h. d. Sali. *Vel sic: Sententia diffinitiua ualida non potest proprio motu iudicis reuocari.* h. d. Pau. de Castr. *Sed remedijs proditis à iure sic, quæ ponuntur in glossa.*

Impe. Gordianus A. Secundo. LEX I.

Neq; suá, neq; ♄ decessoris sui sn̄iam quá quá [p] posse ☿ retra-

♄ Prædecessoris

☿ Reuocare.

¶SENTENTIAM RESCINDI NON POSSE. ¶ *Non seruatis ijs, quæ sunt necessaria in sententia, non ualet: ut suprà eis seruatis, ualet adeò, ut retractari non posit, nisi solitis modis.*

Neque.] CASVS. An iudex sententiam suā retractare possit, quæritur? Dicitur quòd non. nec eius successor: si secundò feratur, sententia non tenebit: nec ab eo necesse est appellare.

p ¶ Quenquam.] ordinarium etiā, neq; delegatū: sed hoc fallit per in integrum restitutionem ff. de mi. l. in causæ. ij. §. fina. Item per supplicationem: vt suprà de precib. imper. offer. l. si quis aduersus. & in authentic. quæ supplicatio. Item quando prima ipso iure est nulla: vt suprà quomodo & quando iudex. l. si præses. Item per appellationem: vt. ff. ad Turpill. l. prima. §. fina Item propter falsa instrumenta: vt infrà si ex falsis instrūmentis. l. j. Item propter falsos testes: secundum nos etiam si non sint corrupti pecunia, sed precibus. P. contra. Item propter corruptos pecunia: vt. ff. de re iudica. l. diuus Hadrianus. Item & in alijs casibus, in quibus licet opponere peremptorias post sententiam: vt no. j̄. l. proxi. Item propter præuaricationem

Sentētia in quibus casibus rescindi potest.

aduocatū

aduocati: vt. s. de aduo. diuer. iudic. l. j. Item hoc in definitiuis. Interlocutoria potest indistinctè [a]: vt. ff. de arbi. l. diẽ. §. fi. & ff. de re iudi. l. quod iussit. & ibi notaui. & facit. s. de sen. l. post sententiam.

a ¶ Decreto.] s. reuocationis.

Peremptorias.] CASVS Tenebar tibi in. x. feci tibi pactum de nõ petẽdo. cõuenisti me, nec exceptio. pacti opposui, & succubui: an post sententiã possum eã opponere? Dicitur ꝙ nõ, nisi fuerim minor: quo casu restituar. si fuissem maior vel absens, appello aliter enim sub prætextu exceptio. nõ oppo. non retractatur sententia.

b ¶ In initio.] i. ante litem contestatã.

c ¶ Feratur.] q̃n peremptoriè, & quando dilatoriè opponãtur: dixi. s. de probat. l. exceptionem. vt scias tñ hîc ꝙ postquã sunt didicita testificata, id est publicata dicta testium, opponi non põt, nisi debeat per cõfessionẽ vel instrumenta probari. Alij dicunt nullo mõ & per eis. ff. de iudi. l. sed & si susceperit. in prin. & . j. ad. l. Iu. de adu. l. quãuis in dubitati.

d ¶ Edictum.] quod non habemus.

e ¶ Permittitur.] minoribus, non maioribus. et hoc subijcit, nã &c. sed in casibus opponitur peremptoria etiam post sñiam, quos no. s. de iur. & fac. igno. l. j.

Impetrata] CASVS Sentẽtia lata inter actorẽ & reũ, si aliter impetrare voluerit vt sñia rescindatur: an sit audiendus, q̃ritur? Dicitur ꝙ nõ, quia nec rescriptum puta priuilegiũ cõcedetur: nec concessum habebit effectum.

f ¶ Impetrata rescripta.] vt sñia retractetur: nisi diceret non obstante sententia. vt & ar. s. de test. aut. hoc inter liberos. & facit. s. de transac. l. causas. & s. de erro. aduo. l. sentẽtijs.

¶ DE FRVCTIBVS & litiũ expẽsis. ¶ Quia in sententia facienda est mentio fructuum & sumptuũ, ideo de his dicit.

Hoc fructuum.] CASVS. Rem meã bona fide possedisti, & fructus percepisti, & sumpt⁹ in ea fecisti: si conueniã te rei vẽdi. pro parte, quid noĩe fructuũ cõtineatur lite cõtesta. quæritur? R ñ. ꝙ id quod factum est de dictis expensis. Viuianus.

g ¶ Hoc fructuum.] respondet tacitæ obiectioni. q. d. malæ fidei possessor tenetur de fructibus: sed intellige deductis expensis: quia nullus casus &c. vt hîc, & ff. fami. ercis. l. fundus qui. & sol. ma. l. fructus.

h ¶ Quod iustis.] qui fiunt quærendorum &c b. vt ff. de pe. hære. si à patre. §. fi. & arg. s. de pe. hære. l. in restituenda. Et distingue hîc: vt. s. de rei ven. l. certum. melius in. l. ex diuerso ff. de rei ven.

Litigator.] CASVS Egi contra te rei ven. & est sententia lata non vis rem restituere: ad quid mihi tenearis, quæritur? R ñ. quòd nõ solũ ad rem, & ad fructus extantes, sed ad eos, quos percipere potui ex tempore quo res fuit deducta in iudicium per litem contest. quæ dicta sunt vera, etiam in hærede mala fide posidente.

i ¶ Litigator.] qui iam victus post cõuẽtionem iudicialem rei incumbit alienæ, non solùm tenetur ad restitutionem rei, pro qua sunt quatuor auxilia: vt supra de rei vendica. l. à posidentibus. & ad fructus perceptos extantes, aut etiam non extantes: sed etiã ad eos, quos actor percipere potuisset ex tempore, quo res fuit deducta in iudicium per cõtestationem: vt hîc. Vnde quæritur, si lis triennio mortua fuerit, & posteà adhuc actor anno vel biennio tacuerit, an illius anni vel biennij debeant fructus restitui? Et poterit dici probabiliter illos fructus lite iam mortua perceptos nequaquam restituendos.

a Dic illam regulam vitari multis casibus: vt per Alexan. de Imo. in l. quod iussit hic alle.

rẽ non restituit qualiter conueniatur, & ad quid tenetur?

---

ctare, in dubium nõ venit: nec necesse esse ab huiusmodi decreto [a] interponere prouocationem, explorati iuris est.

¶ Exceptio peremptoria si non admittitur, sententia non rescinditur, nisi restitutionis uel appellationis remedio. Bar. Vel sic: Exceptio perẽptoria potest opponi ante sententiam, non postea, nisi ope restitutionis in integrum ratione ætatis. h. d. Sali. Vel sic: Exceptio perẽptoria põt opponi & probari usque ad sententiam definitiuam, postea non: nisi lata sit contra minorem uel alium, qui mereatur restitutionẽ in integrũ: quia tunc competit restitutio contra sentẽtiã qua obtẽta poterit opponi. h. d. secũdũ Pau. de Cast.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Alexandro. LEX II.

PEremptorias exceptiones omissas in initio [b], antequam sententia feratur [c], opponi posse, † perpetuũ edictum [d] manifestè declarat. Quòd si aliter actum fuerit, in integrũ restitutio permittitur [e]. Nam iudicatum cõtra maiores annis vigintiquinq; non oppositæ † præscriptionis velamento, citra remedium appellatiõis rescindi non potest.

¶ Rescripta post sententiam impetrata, ad rescißionem sententiæ nõ ualent. h. d. Bal. Vel sic: Nõ debet admitti rescriptum per quod retractatur iam decisum. h. d. Sali. Vel sic: Virtute rescripti principis non retractatur sententia legitimè lata. Pau. de Cast.

Imperator Cõstantinus A. ad Proculũ. L. III.

IMpetrata † rescripta [f] non placet admitti [g] decisæ semel causę fuerint iudiciali sententia, quã prouocatio nulla suspendit, sed eos, qui talia rescripta meruerunt, etiam limine iudiciorum expelli.

TITVLVS LI.

De fructibus, & litium expensis.

¶ Fructus dicuntur deductis sumptibus. Vel sic: Verba iudicis debent ad intellectum legum referri. Vel sic: Quod iudex loquitur, ciuiliter loquitur. Baldus. Vel sic: Condemnatus ad fructus, deducit sumptus. Sali. Vel sic: Fructus intelliguntur deductis impensis factis gratia ipsorum quærendorũ & conseruandorũ. h. d. Pau. de Castr.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & Alexã. L. I.

HOc fructuũ [g] noĩe cõtinetur, quod iustis [h] sumptib⁹ deductis superest.

¶ Post litem cõtestatam possessor tenetur de fructibus perceptis & percipiendis: & idem in hærede eius. h. d. Bar. Vel sic: Factus malæ fi. possessor, per litem contestatam tenetur de perceptis & de percipiẽdis, & uitiũ eius transit in hæredẽ. Vel sic: Possessor conuentus reali, tenetur post litem cõtestatam de perceptis & percipiendis: quod obtinet etiam in eius hærede. hoc dicit secundum Sali.

Impp. Valens & Valentin. AA. Olybrio præfec. præto. LEX II.

LItigator [i] victus, qui post conuentionem [k] rei incũbit alienæ, nõ in sola rei redhibitione [l] teneatur, nec tãtùm fructuũ [m] præstationẽ eorũ, quos ipse percepit, agnoscat: sed etiã eos, quos percipere potuisset [n], nõ quos eũ redegisse cõstat [o], exoluat ex eo tpe, ex quo re in iudiciũ deducta, scientiã malæ fidei possessionis accepit [p].

¶ Hæredis quoque succedentis [q] in vitium habenda fortuna est.

¶ Post definitiuam sentẽtiam non est de expensis tractandum, nisi iudex hoc in sententia reseruauit. h. d. Bart. Vel sic: Lata sententia, expirat officium: & ideo fructus uel sumptus uenire nõ possunt, nisi in sententia sit expressum: nec potest à principe contrarium impetrari. h. d. Bald. Vel sic: Post sententiam diffinitiuam de sumptibus litis non debet tractari, nisi iudex sibi sententiã reseruauerit. h. d. Vel sic: Finita causa per sententiam definitiuam uel per transactionẽ, si non est facta mentio de expensis, non possunt peti: quia ueniunt officio iudicis mercennario, quod nõ duret lite finita, nec possunt in iudiciũ principaliter deduci. sed si esset facta mẽtio, quia fuisset facta cõdẽnatio: uel fuisset reseruatũ ius agẽdi uictori, bene possunt peti expẽsæ, licet nõ fuerint taxatæ in sententia, quia taxabuntur in executione. h. d. tex. cum glos. secundũ Pau. de Cast.

Imper. Honor. & Theod. AA. Asclepiodoto prę fect. præ. LEX III.

TErminato trãsactoq; [r] negotio, posthac nulli actio neq; ex rescripto super sumptuum petitione præstetur [s], nisi iudex, qui de principali negotio sententiam

k ¶ Conuẽtionem.] i. libellum iudicialẽ, non dicit quòd extunc teneatur ad fructus, sed ex lite contestata: vt infrà subijcit. & ex eo &c.

l ¶ Redhibitione.] id est redditione rei.

m ¶ Fructuum.] extantium.

n ¶ Potuisset] actor: vt ff. de rei vẽ. l. si nauis. §. fi.

o ¶ Constat.] s. tãtùm.

p ¶ Accepit.] No. quòd post litem contestatam efficitur aliquis malæ fidei possessor quo ad hoc vt teneatur de fructibus perceptis & percipiẽdis: vt hîc, & . s. de rei vẽ. l. certum. excepto tamẽ tẽpore quadrimestri, quo nõ veniunt percipiendi, nisi ante litẽ incœptã fuerit in mora: vt. ff. de vsur. l. in fideicõmissi. bonæ fidei tamẽ quo ad implendam vsucapionẽ permanet: vt. ff. pro emp. l. ij. §. fi. Itẽ quo ad hoc, vt non teneat de fatalitate, aliàs facilitate: vt. ff. de peti. hęre. l. illud. & ff de rei ven. l. item si verberatũ. §. fi. & l. seq. Itẽ quo ad hoc, vt faciat fruct⁹ suos: & vt acquirat ex operis serui: vt. ff. de vsur. l. qui scit. §. fi. nullo verò modo videtur posidere quo ad effectũ vsucapionis: vt. ff. de rei vẽdi. l. si post acceptum. Itẽ quantũ ad præscriptionẽ longi tẽporis complẽdam: vt. s. de rei ven. l. more. ADDITIO. Aduertas quòd hoc, quod ista gl. dicit de tempore quadrimestri, non habet locum in casu præsentis. l. quæ loquitur in reali actione. tũc enim habet tẽpus iudicis officio: vt insti. de offic. iudi. §. j. & not. j. titu. ij. l. fi. Et ideo intelligas gloss. ibi, excepto tamen tẽpore. i. eo tpe, quod ei datur officio iudicis post sñiam. ita declarat Bar. hîc.

q ¶ Succedentis.] interpretatiuè: licet bonam fidẽ habeat, eoipso quo defunctus habuit malã: vt hîc, & ff. de diuer. & temp. præscrip. l. cùm hęres. & . s. communia de vsucapio. l. fi. Et no. ff. de publi. in rem actio. l. si ego. §. partus. Sed quidam dicunt, succedit: cùm ipse similiter malam fidem habet. & facit suprà de acqui. pos. l. vitia. & l. nemo. & suprà de peti. hære. l. j. & de cõdi. ex leg. mala. ꝙ de rei ven. l. si fundum.

Terminato.] Primò dictum ponit. secundò excipit. tertiò dictum probat. secunda ibi, Nisi iudex. tertia ibi, Post absolutum. Salicetus. CASVS. Petij à te decem & obtinui: quia iudex te condemnauit, nihil exprimendo de expensis in sententia: an eas petere posim, quæritur? Respond. quòd non, etiam per principem: iudex tamen incontinenti quando sententiam dixit, scilicet toto eo die potuit te mihi in expensis condemnasse.

r ¶ Transactoq;.] scilicet per diffinitiuam sententiam.

s ¶ Præstetur.] vt. ff. de re iudica. l. iudex. & l. cùm quærebatur. & suprà depositi. l. iiij. & infrà quando prouo. non est neces. l. fina. officio tamẽ petuntur: vt ibi, secundum quosdam. Vel hîc est terminatum: quia non est appellatum: vel si est, confirmata est.

Litis contestatione an quis efficiatur malæfidei possessor quo ad omnia.

Diuisio.

a ¶ Comminus] i. toto eo die: vt. ff. de re iud. l. Paulus.
b ¶ Pronunciatione.] qn̄. s. scit quot sunt reddendæ. & sic taxat.
c ¶ Competere.] quod est vbi non taxat quãtitatem, fortè quia ignorat, & ideo dicit: Ego pronuncio ꝙ oẽs sumptus, quos iste iurauerit se fecisse, tu restituas. vel similia, puta dicit: Ego pronuncio te posse repetere sumptus, quos fecisti, si enim ita dixerit in sñia, etiam post plures dies poterit taxare & condẽnare in expensis, arg. ff. de sol. l. Modestin⁹. vt valeat hæc sñia licet incerta: quia iudex aliter certificare non potest, & corã executore fiet certum.

Expensarũ reseruatio qualiter fiat

promulgauit, comminus [a] partib⁹ constitutis, iuridica pronũciatione [b] significauerit victori causæ restitui debere expensas, aut super his querelam iure competere [c]. ¶ Post absolutũ enim dimissumq́; iudicium nefas est litem alteram consurgere [d] ex litis primæ materia.

¶ Contra actorem nõ prosequentem uel defendentem litem uel perdentem, profertur sententia calumniæ, damnorum, & expensarum. h. d. Bar. Vel sic: Calũnia actoris in criminali. punitur pœna simili: in ciuili uerò in expensis litis, & alijs dispendijs condemnatur. h. d. Sali.

Imperatorum Valentiniani, Theodosij & Arcadij Augustorum edictum ad populum. L. IIII.

NOn ignorat is, [e] cuius ex interpellatione aliquis [f] secũdũ datã formã [g] in longinqua protractus fuerit examina, ꝙ si [h] culpa sua fuerit dilata cognitio [i], vel minimè actioni [k] suæ affuerit, vel delata [l] non probauerit: pro calũnia [m] quidem pœnã [n] luat legibus cõstitutã: pro pecuniaria verò causa post sumptus, consyderata quãtitate [o] postulatorum, vel medij itineris interuallo, condemnationem pro æstimatione iudicis sustinebit [p].

¶ Habet duas lecturas, & secundum primã hoc intendit: Priuilegium concessum super lis expensis in totum uel in parte non agnoscendis, extenditur ad aduersarium propter æqualitatem seruandam in iudicijs secundũ secundam lecturam. h. d. Victus uictori condẽnatur in expensis, quas fecit, non in ijs quæ ex priuilegio remittũtur. Bar. uel sic: In iudicijs debet esse æqualitas: & ideo rescriptum ad unũ litigatorum porrigitur ad aliũ h. d. secundum. Iac. But.

Imp. Anastasius A. Stephano magistro militũ.

LEX V.

CVm quidã [q] per leges sacrasque cõstitutiones [r], alij per speciales largitates [s] sibi p̃stita priuilegia p̃tẽdũt, tã sup sportulis [t] ꝑ cõuentionibus [v] vsq; ad certã quãtitatẽ præbẽdis, quàm super expẽsis litium vel minuendis, vel penitus non agnoscẽdis [x]: per hanc legem decernimus, vt quicunq; huiusmodi priuilegio munitus est, vel posteà talẽ prærogatiuã quolibet mõ meruerit, sciat & si quos ipse vtpote obnoxios sibi ꝑ quacunq; criminali vel ciuili causa cõstitutos in accusationẽ deduxerit, hos nihilominus ijsdẽ priuilegijs potituros: qm̃ non est ferendum eos, qui præfatas prerogatiuas (vt iam antè latum est) prætendunt, aliqd plus ab aduersarijs suis quęrere concedi [y], quàm ipsi ab alijs pulsati facere patiãtur: ita scilicet vt hæc quidẽ forma modis omnibus obseruetur super priuilegijs per liberalitates [z] vel generaliter quibusdam officijs aut scholis, seu dignitatibus, vel specialiter certis personis præstitis, vel posteà prębendis: siue hoc ipsum expressim principalibus dispositionibus vel affatibus insertum [a], siue prætermissum sit vel fuerit.

d ¶ Consurgere.] vt s. de re. cre. l. si quis iusiurandum. & ff. de re iudi. l. si se. §. ait prætor. & j. tit. j. l. ij. Sed contra. ff. de cõpẽ. l. quod in diem. §. si rationem. sed hîc non concedit actio proueniẽs ex materia primæ litis: & ibi autẽ cõceditur actio q̃ definitiuæ causæ nõ attinet. Ac.

NOn ignorat.] CASVS. Habebã litẽ cõtra Titiũ in ciuitate Bonoñ. impetrauit rescriptũ ꝙ ipse respõderet mihi Cremonæ: quia ibi petij iudicẽ. Titius multa expẽdit in itinere in aduocatis, nec ego causam meã prosequor. & si causa est criminalis subibo pœnam talionis: si pecuniaria, condẽnabor in expensis. Viuianus.

e ¶ Non ignorat is.] s. actor.
f ¶ Aliquis.] s. reus.
g ¶ Formam.] i. rescriptũ à principe datũ: quod hodie fieri non debet &c. vt. s. de dila. authen. quod fieri.
h ¶ Si culpa.] quod est eo ipso ꝙ non procedit, cũ dilationẽ habere non debet: vt. s. de dilatio'. l. si quando.
i ¶ Cognitio.] fuit ergo lis contestata, sed nõ ꝓcedit vltra.
k ¶ Actioni.] aliàs actioni. & aliàs accusationi & aliàs executioni.
l ¶ Delata.] repete minimè.
m ¶ Pro calumnia.] p̃sumpta eoipso ꝙ nõ probat: licét quidã contrà: vt diximus. s. de aduo. diuer. iud. l. j.
n ¶ Pœnam.] si talis cã sit, q̃ calũniæ vindictam exposcat, veluti criminalis: vbi est pœna similitudo supplicij: vt. j. de accu. l. fi. vel si cõtra clericũ: vt. s. de epi. & cle. oẽs q. in fi. & hęc venit ad bursam fiscalẽ.
o ¶ Quantitate postulatorum.] i. eorũ, quæ petuntur. Et sic nota, ꝙ secundũ quantitatem petitam fiunt sumptus: vt instit. de actio. §. tripli. Vel dic postulatorum, id est aduocatorum.
p ¶ Substinebit.] in prædictis: scilicet vt hîc, & s. de iudi. l. properandum. §. & si quidem. & ff. de iudi. l. eũ quẽ sed hodie vbi viderit iudex neutrũ debere subdi oneri expensarum: hoc ipsum sua sententia declaret: vt in authen. de iudi. §. cùm oportet. col. vj.

Diuisio.

CVm quidam.] Primò statuit. secundò rationem reddit. tertiò ista tum latius declarat. secunda ibi, Quoniam non est. tertia ibi, Ita scilicet CASVS. Impetraui priuilegium, vt nihil vel minus darem sportularum vel sumptuum nomine, scilicet iudici vel executori: tantumdem dabit aduersarius meus, & non plus. Vel sic: Ne aliquid obstet, contra te impetraui priuilegium: vt nihil vel minus nomine sportularum vel sumptus darem: si obtineam & velim petere ab aduersario omnia, quæ expendissem, ac si priuilegium non impetrassem, non possem, sed id solum quod expendi. Viuianus.
q ¶ Cum quidam.] priuilegium merui, vt vel nihil, vel minus darem nomine sportularum iudici vel executori. aduersarius quidem meus dabit tantũdem, & non plus. & hoc propter æqualitatẽ seruãdam in iudicijs. argu. ff. de arbi. l. si de meis. in fi. j. respõ. & l. si cùm dies. §. pe. & l. Pedius. §. in seruũ. & j. de proxi. sacro. scri. l. in sacris. iij. in fi. & argu. s. de rescin. ven. l. ratas. Sed secundum hoc labor iudicis non remuneratur: sicque occurrit iniquitas. Sed respon. econtra. Est maior æquitas, vt in iudicijs seruetur æqualitas. In secunda opponitur de eo, quod est insti. de iure naturali. §. sed & quod principi: vbi dicit nõ egredi personam. & idẽ. ff. qd quisq; iur. l. iij. vbi dicit aliud, quando sine postulatione indulgetur: quia tunc personam nõ egreditur. & hic dicit: siue per speciales largitates &c. Solu. hîc fuit postulatum, nihilominus tamẽ fuit largitas specialis. Vel dic, non egredit̃ ꝑsonã nisi ei⁹ cõtrariã, vel nõ egredit̃ ꝑsonã cõtra illũ, qui habet priuilegiũ: sed cõtra iudicẽ vel executorẽ sic. Vel[a] vt tollas oĩa prędicta, dic aliter casum: Merui priuilegiũ, vt vel nihil vel minus præstarẽ noĩe sportularũ vel expẽsarũ: si post eã vincã, & velim ab aduersario oĩa repetere q̃ expẽdissem, ac si priuilegiũ nõ habuissem: nõ possum: sed id solũ, quod expẽdi: vt. s. de iudi. l. properandum. §. siue autem.

Priuilegiũ super sportulis nõ soluendis concessum, quale est.

r ¶ Cõstitutiones.] vt clerici: vt. s. de epis. & cle. l. oẽs qui. §. executoribus. & l. cum clericis. §. fi. & authen. sed hodie.

a Dicet mẽte Bart. Pau. procedere tex. in priuilegio respiciẽte litis ordinationem. qd extẽdit̃ ad aduersariũ: vt seruetur æqualitas. secus in priuilegijs respicientibus decisionem litis: vt ĩ cõtrarijs.

s ¶ Largitates.] petitũ tamen fuit.
t ¶ Sportulis.] hmõi autẽ sportulæ iudicibus dabãtur ab vtraq; parte: vt in aut. de iudi. §. ne autem. col. vj. nam (vt dixi) æqualitas seruanda est hincinde. sportulæ autẽ, quæ executorib⁹ dabant, à reo præstabãtur: vt insti. de act. §. tripli. Azo.
v ¶ Pro conuentionibus.] i. citationibus.
x ¶ Agnoscendis.] qd habemus in solo ẽpo: vt dicta aut. sed hodie.
y ¶ Concedi.] hoc secũdũ primũ casum cõmodè stare non põt: sed dic quærere. s. per iudicẽ.
z ¶ Per liberalitates.] i. propriam voluntatem principis postulatione tamen præcedente, ne obstent in aliquo prædicta contraria.
a ¶ Insertum.] quòd ita sit, vt dicit hæc lex, siue non: vt subijcit. & ad hoc vt in authen. de hære. & fal. §. j. col. j.

TITVLVS LII.

De re iudicata.

¶ Aequitas noui casus nouum inducit remedium. h. d. secundum Bal. Vel sic: Contra sententiam potest opponi exceptio, quod petis intus habes. h. d. Barto. uel sic: Exceptio superueniens post sententiam, potest opponi post sentẽtiam in executione. h. d. secundum Butr. Vel sic: Rebus iudicatis paretur, nisi petatur, quod iam habetur. hoc dicit. Sali.

Imperator Antoninus A. Stellatori.

LEX I.

REbus quidẽ iudicatis standũ [b] est. Sed si [c] probare poteris eũ, cui [d] cõdẽnatus es, id, qd furto amisisse videbatur, recepisse: aduersus

¶ DE RE IVDICATA. ¶ *Scilicet quando dicatur res iudicata, & de eius authoritate.*

REbus.] CASVS. Commodaui tibi equum: surreptus est: egi commodatí aduersus te, & obtinui: posteà equum recuperaui. si agam actione in factum ex re iudicata: repellendus sum per doli mali excep. aliâs rei iudi. standum esset.
b ¶ Standum.] i. parẽdũ: vt. ff. de arbi. l. Celsus. §. fi. & s. vt lit. pen. l. fin. & de erro. aduo. l. sententijs. Aliter ponitur standum. ff. de bo. libe. l. si patronus. ij. §. si quis cum. & hoc nisi sit appellatum[b]: vt. ff. ad Turpil. l. j. §. fi.

b Idẽ Bart. & Sali. nam tũc non dicitur res iudicata quã do est appellatum.

c ¶ Sed si probare.] rẽ, quã tibi accõmodaui, amisisti ꝑ furtũ: egi cõmodati, & fuisti cõdẽnat⁹: si nõdũ soluisti, & ad man⁹ meas res, quã videbar amisisse redierit: doli exceptionẽ habes si te iudicati conueniã: vt hîc, & ff. de sol. l. q decẽ. Si aũt soluissem, ageres cõtraria cõmodati: vt vel æstimationem reddã, vel rẽ: vt. ff. cõmo. l. ĩ cõmodato §. fi. vel cõdictione sine cã: vt. ff. de cõdi. sine cau. l. ij. ADDITIO. Tu dic quòd ibi respicit aliud pro alio, hîc idem pro eodem. Bal. & Sali. vel hîc post sententiam, ibi verò antè. Sali.
d ¶ Eum cui.] ad idem. ff. de arb. l. Celsus. §. j.

a R Es iudicatæ.] Pone,petebam.x.ex causa mutui.x.ex causa legati.& x.ex alia.iudex tulit de.xxv.& omisit.v.non debet retractari. hoc verum est:nisi singulas partes expresſit in sententia.

b ¶ Litium finis.] quod esset iniquum:vt hîc,&.s̄.de transactio. l. fratris. & accipe hîc,nisi fuerit error expressus in sententia:vt.ff.quæ senten.sine appel.l.j.§.j.&.s̄.dixi de errore calculi.l.j. [a] An autem & tunc valeat in ea quantitate vsque ad quã 10 non est erratum, quæritur?quod videtur: vt argu.j̄. de dona.l.sancim'. in prin.

a Dic q ibi fuit error expressus: hic verò nõ. Bar. & Sal.

SI pecuniam.] CASVS. Pecuniam meã surripuisti,eã petij:in ea & in pœna mihi condemnatus es: si à sententia non appellasti, 20 habes necesse stare iudicatis.

c ¶ Mala ratione.] puta vi.

d ¶ Iussi sitis.] per definitiuam sententiam.

e ¶ Prouocaueritis.] ilico.:vt &.s̄.qũo & quãdo iud.l.ab eo. & ad hoc s̄.e.l.j.in prin.

30 f ¶ Inferre.] tam pœnæ,quã rei furtiuę. Acc.

SVb specie] CASVS. Debeo.x.tibi fecisti mihi pactum de non petendo, & inde factum fuit instrumẽtum: si post rem iudicatam ipsum proferã:an rescindatur sentẽtia, quęritur? 40. Dicitur quòd non.

g ¶ Sub specie nouorum.] id est allegatorũ nouiter,vel inuentorum vbicunque,vel apud eũdem,vel alium.

h ¶ Repertorum.] arg.s̄.de transactio.l. sub prætextu.j.

i ¶ Restaurari.] con- 50 tra speciale est in causa fisci.ff.de re iudica. l. imperatores.

k ¶ Graue est.] & iõ nõ conceditur:vt hîc, & s̄.de transac.l.sub prætextu.j. Hoc tamen fallit in causa publica [b], quæ reuocatur vsque ad trienniũ,& etiã posteà si præ 60 catio arguatur:vt.ff.eo. imperatores.&.j̄. de sen. aduersus fiscum.l.j.lib.x. Idẽ potest dici in ecclesia:vt in aut. de non ali. aut permu. rebus ecclesiasticis.§.finimus. coll. ij.& in pupillari causa:vt j̄.de iure rei pu.lib. xj. l. rem publicam.sed vide- 70 tur etiam priuata causa retractari:vt.ff.de iure iur.l.admonẽdi. quæ est contra.Sol. [c] ibi sub conditione fuit iudicatum,si iurauerit antequã implетam conditionem retractaret,vt ibi:hîc autẽ purè.Vel dic vt ibi. Accur.

† Iste text. reputatur singu. secũdũ Ludo. de Ro.in cõsilijs suis cõ si ix.

b Idẽ Bart. Bal.& Sali.

c Ista solu. non est vera.bart.nã diuinat secũdum Sa.

† Sic depositiones testium redactę in publicũ istrumẽtũ habent perpetuam firmitatem: vt in.c.significauit. cũ gl.ij.extra de testi.

iudicati agentem,doli exceptione opposita,tueri te poteris.

SPem eorum præmiorum[n] quę pro coronis[o] athletis pensitan da sunt, priuata[p] pactione pignorari minimè admittendum est. & ideo[q] nec si generale pactum de omnibus bonis pignori obligandis interuenerit, tenet. PP. iij. Calend. Maij, Maximo. ij. & Paterno Conss.

SPe.] CASVS. An athleta spem vi50 ctoriæ quam de aduersario suo habiturus est, obligare possit, quæritur. Et dicitur quòd nõ: neque si generaliter omnia bona obliget, illã spem intelligitur obligasse. Viuianus.

n Spem eorũ præmiorum.] in pecunia.

60 o Coronis.] id est victoria.

p Priuata.] sed nec publica: vt. s. de execu. rei iudi. l. stipendia. nisi in subsidium: vt ibi dixi, per. l. ff. de re iudi. l. commodum.

q Et ideo.] Sic argumentatur: nõ potest spe70 cialiter, ergo nec generaliter. Argumen. contra ff. de regu. iur. l. actus. & ff. de pactis. l. si vnus. §. illud. Accursius.

Res quæ non sunt in bonis nostris, nõ possunt obligari. hoc dicit. Bal. uel sic: Pater filium uel alium liberum hominem hypothecare non potest. hoc dicit. Baldus.

Impp. Dioclet. & Maximia. AA. & CC. Rufo. LEX VI.

QVi filios vestros vel liberos homines pro pecunia quam vobis credebat, pignoris titulo acceperit[r], dissimulatione se iuris circunuenit: cùm sit manifestum[s] obligationem pignoris non consistere[†], nisi in ijs quæ quis de bonis suis facit obnoxia[t]. S. Calend. Maij, Heracliæ. AA. Conss.

QVi.] CASVS. An aliquis filium suum puta liberum hominem obligare possit, quæritur. Et dici80 tur quòd non.

† Possunt tñ dari obsides p arbitrio oferuãdo: vt in c. exposita. cũ gl. fi. extra de arbitr. Creditor relegatur, qui filiumfamil. ias i pignore accepit.

r Accepit.] Quid si propter famen hæc fiant? Respond. tenet. ar. s. de patri. qui fi. dis. l. j. & ij.

s Manifestum.] vt. s. titu. j. l. quæ prædium.

t Obnoxia.] imò etiam relegatur creditor qui filiumfamilias in pignore accepit: vt ff. eod. l. fina. Sed hæc regula fallit in capto ab hostibus: vt j. de cap. & postli. reuer. l. fina. & ff. de lega. j. l. senatus. §. finali. Item fallit in seruitute rustica quæ nec est in bonis, nec est extra bona:

bona: vt ff.de vsufruct.leg.l.j.& tamen obligatur:vt ff. de pigno. sed an viæ.vel non est ibi obligatio: sed commodum retinendi habet creditor. Item in casu huiusmodi. l. hodie punitur plus: vt in authen. vt nulli iud. §. quia verò huiusmodi. col. ix. & facit ad. l. illam ff. de euictio. l. minor. §.si pater sciens.

EXecutores.] CASVS. Si debitore meo non comparente datus fuerit mihi executor ad mittẽdum me in bono.possess. debitoris pro mensura declarati debiti: an boues aratorij vel instrumẽta aratri vel bubulci intelligantur obligata, quæritur. Et dicitur quòd nõ, ne per defectum culturæ tributi exolutio retardetur. quòd si creditor detectus fuerit &c. supplicio subiugabitur.

Aratores.

a ¶Aratorium.] Sed quid si aliud non habet? Respondetur capiantur etiam hæc:vt.s. de execu tio.rei iudica.l. stipẽdia.

b ¶Tributorum.] in prouincia ergo tantùm loquitur hæc lex. Et dic, Tributorum præstandorũ ab ijs quorum sunt prædia. quæ tributa non possent præstari, si boues qui terram colunt auferrentur. Accur.

c ¶Pagi.] id est burgi, vel villæ.

PIgnorũ.] CASVS. Si bona debitoris mei loco pignoris capi debeant: ea quæ ad agriculturam pertinent, capi non debent. Sequitur authen. Agricultores.quæ idem dicit quod lex,executores.paucis additis. Viuianus.

d ¶Non cõuenit.] per iudicem:vt s.l.proxi.& fortè etiam in Italia hæc loquitur. & est pro hoc in authen.vt nullus mutuans agricolę.colla.iiij. sed ꝓpria voluntate fortè posset per dictam authen. Accursius.

SI quis.] CASVS. Si mutuaui tibi pecuniã,& promisisti satisfacere sub pœna obligationis omniũ bonorum tuorum: an per hæc verba videaris mihi obligasse tam præsentia bona q̃ futura,quęritur. Et dicitur quòd sic.licet non dicas te obligare res præsentes & futuras.

e ¶Pertinẽtiũ.] Vel his verbis, res meas tibi obligo: vt in fine huius legis. Et not quòd quia loquitur in præsenti, nõ videbatur comprehẽdere de futuris,sed tamen comprehendit:vt hîc,& ff.pro socio. l. si societatem vniuersarum fortunarum. Sed aliud est cùm quis vendit omnia sua bona, vel donat, vel legat: vt ff.de auro & argẽto leg.l.si ita.& l.plautius.& argu.ff. manda.l. si mandauero.ij.§.is cuius bona.& ff.de neg.gest.l.nam & seruius §.si me viuo.Et est ratio: quia magnum damnum esset donanti vel similibus,

Obligans res suas,tam præsentes q̃ futuras obligare videt: secus in donante vel simili.

¶Pro executione sententiæ non possunt capi boues aratorij, & alia quæ sunt necessaria ad agriculturã, ut sunt ligones & instrumenta ferrea. hoc dicit. Sed contidie faciunt contrarium baiuli tributorum: quia si boues nõ ararent, non soluerentur tributa, & alia onera. hoc dicit. Bal.

Imperator Constantinus A. ad vniuersos prouinciales. LEX VII.

EXecutores à quocunq; iudice dati ad exigenda debita ea quæ ciuiliter poscuntur, seruos * aratores, aut boues aratorios, aut instrumentum aratorium [a] pignoris causa de possessionibus nõ abstrahant, ex quo tributorum [b] illatio retardatur. ¶ Si quis igitur intercessor, aut creditor, vel præfectus pagi [c], vel vici, vel decurio in hac re fuerit detectus: existimando à iudice supplicio subiugetur. Dat.iij.nõn.Iuñ.Sirmij, Constantino A. & Licinio Cons.

¶Hæc lex est declarata s.l.proxima. & loquitur generaliter tàm in prouincia quàm in Italia. in quibusdam autẽ partibus seruatur ad unguem: in quibusdam uerò in nullo seruatur.h.d. Bal.

Impp.Honorius & Theod.AA.Probo com. sacr.largit. LEX VIII.

PIgnorum gratia aliquid quod ad culturam agri pertinet, auferri non cõuenit [d].D.vj. Id.Iuñ. Constante & Constantio Cons.

In authen. coll. x. de statutis & cõsue. contra ecclesię libertatem editis. §.agricultores. & est constitutio Friderichi.

¶In l.C.dictum est de seruis agricultoribus, hîc autem dicitur de liberis, & hoc dicit: Rusticus donec laborat agrum, non potest capi pro debito: aliâs contra faciens, ausu temerario punitur.hoc dicit.Baldus.

AGricultores circa rem rusticam occupati, dum villis insident, dũ agros colunt, securi sint in quacũq; parte terrarum: ita vt nullus inueniatur tam audax vt personas, boues, & agrorum instrumenta, aut si quid aliud sit quod ad agrorum operam rusticam pertineat, inuadere, aut capere, aut violenter auferre pręsumat. ¶Si quis autem huiusmodi statutum ausu temerario violare præsumpserit, in quadruplũ ablata restituat: & infamiæ notã ipso iure incurrat: imperiali adnimaduersione nihilominus puniẽdus.

¶Ista est una de quinquaginta decisionibus Iustiniani, & non est alibi. Quibuscunque uerbis constet de uoluntate, hypotheca contrahitur: & in hypotheca generali ueniunt præsentia & futura. Baldus. Vel sic: Appellatione rerum uel bonorum in obligatione deductorum, continentur præsentia & futura.hoc dicit.Bart.

quod non est obliganti, cùm per hoc non plus debeat. Item nota hîc pro generalitate: vt plenè habes ff.de seruit.vrba. præ.l.si seruitus. Item hîc in ijs quæ se viuo quærit, non quæ hæres eius: vt ff. de pig.l.Paulus.

f ¶Sanctionibus.] quæ volebant creditores minus ius habere in futuris quàm in præsentibus bonis. vel minus quàm si specialiter, id est expressè diceret de futuris.

Imperator Iustinianus A. Mennæ præfec. præto. LEX IX.

SI quis in cuiuscunque contractus instrumento ea verba posuerit, fide & periculo rerũ ad me pertinentium [e], vel per earũ exactionem satisfieri tibi promitto: sufficere ea verba ad rerũ, tam earũ quas in pręsenti debitor habet, quàm futurarum hypothecã sancimus: nec ex prioribus sanctionibus [f] minus [g] habere specialis hypothecę memoriam videri: cũ sit iustum, voluntates cõtrahentium magis q̃ verborum cõceptionem inspicere [h]. ¶ Super qua generali hypotheca illud quoque ad cõseruandam contrahentium voluntatem sancimus, vt si res suas supponere debitor dixerit, non adiecto, tam præsentes quàm futuras: ius tamẽ generalis hypothecæ etiam ad futuras [i] res producatur. D.iij. Id.Decembr.Cõstantinopo.DN. Iustiniano A.PP.ij.Cons.

g ¶Minus.] id est minorem memoriam.

h ¶Inspicere.] Nota sic s. de lib.præte.l.iij. & ff.de adimen.leg. l.iij. §.conditio. in fine.& facit ff. de rę iudi. in summa in principio.& ff. de verb.obli.l. in cõuentionalibus.Accursius.

i ¶Ad futuras.] in tacita hypotheca idem, secundum quosdam: vt s. de secun.nup.l.hac edictali.§.omnibus. & l. si quis. §. in illo. & ff. de priuileg.fisc.l.si cùm pecuniam.Sed Ioan. contra.

TITVLVS XVIII.

Qui potiores in pignore habeantur.

¶QVI POTIORES IN PIGNORE HABEANTVR. *¶Quoniam super pignore inter creditores quis sit in eo potior, plerunq; contenditur: ideò ponit qui potiores in pignore habeãtur. Azo.*

Continuatio.

¶Prior tempore, potior est iure: nisi posterior priori offerat.hoc dicit.Baldus.Vel sic: Secundus creditor soluens priori, uel consignans & deponens id quod ei debetur, in locum prioris succedit: & confirmat sibi pignus.hoc dicit. Bart.

Impp.Seuerus & Antoninus AA.Secundo. LEX I.

QVi pignus secundo loco accepit, ita ius suum confirmare potest, si priori creditori debitam pecuniã soluerit [k]: aut cùm obtulisset, isq; accipere noluisset, eam obsignauit [l] & deposuit, nec in vsus [m] suos conuertit. PP.Cal. Februar. Laterano & Rufino Cons.

¶Habens pignus prætorium, præfertur habenti iudiciale, si est prior tempore.hoc dicit.Bal.Vel sic: Si plures creditores ad pignus prætorium concurrentes sunt diuersorũ titulorum: qui prior est tempore, potior est iure.hoc dicit. Sali.

Impera.Antoninus A. Chresto & alijs. LEX II.

SI decreto prætoris, qui de fideicommisso ius dixit, in possessionem fundi hæreditarij fideicommissi conditionalis seruandi gratia prius inducti [n] estis, quàm

QVi.] CASVS. Si secũdus creditor priori pecu.soluit, confirmat sibi pignus: si primus recipere nolit, consignet, & deponat, et confirmet sibi pignus: nisi pecu. postea in vsus suos conuertit.

k ¶Soluerit.] vt & s.de pigno. l. secundus. & ff. qui potio. in pigno. habean.l. potior. §.fi. Sed qd si prior creditor possideat? Respondetur, & ipse poterit secũdo offerre vt ipse sibi retineat pignus. Nam & quilibet extraneus hoc posset: vt ff.qui.mo.pig.vel hypot. sol.l.Paulus. §.q pignoris. nõ tamen compellitur: vt j.e. l.prior.Acc.

l ¶Obsignauit.] j. de sol.l.obsignatione.

m ¶In vsus.] facit ad hoc s de vsur. l. acceptã. & ff.de vsur.l. debitor.

SI decreto.] CASVS. Conueni hęredẽ Titij pro quodam fideicõmisso relicto sub conditione: & quia mihi non satisdabatur, misit me iudex in possessionem fundi: creditor hęreditarius eundem conuenit & obtinuit. idem fundus loco pignoris sibi adiudicatus est. quis potior sit, quæritur dicitur quòd ego qui potior sum tempore.

n ¶Inducti.] cùm hæres non satisdaret de legato soluendo, adueniente die vel conditione. Et no. inducti. nec enim aliter constituitur pignus prætorium vel iudiciale: licet aliud sit in conuentionali: vt ff.de pig.act.l.non est mirum. Itẽ no. quòd hoc potest dici

Pignus iudiciale quod fit.

prętoriũ pignus. iudiciale verò cùm ex causa iudicati quis in possessionẽ mittitur à iudice ex sententia: sed & superius potest dici iudiciale à iudice.

a Aduersarius.] scilicet creditor quidam hæreditarius ex causa mutui, vel simili causa. Accursius.

b Iudicati.] prius ergo egit contra hæredem actione competenti & obtinuit.

c Estis.] vos legatarij quàm ille hæreditarius creditor. & ideo hic sunt: 10 quia diuersorum titulorum sunt: vt hîc, & §. vt in possess. leg. l. si postquam. secus si sunt eiusdem tituli: vt ff. vt in possess. leg. l. is cui. §. si plures. & §. qui prior. & hac ratione non obstat §. de bo. auth. iudi. pos. l. fi. & ff. de bo. autho. iu. pos. 20 l. cùm vnus. in princ.

ADDITIO. Pro clariori intelligentia istorũ, distinguas breuiter. Quandoque plures creditores prætendunt ius in pignore conuentionali, & tunc regulariter prior tempore potior est iure: vt l. potior. in prin. 30 ff. e. Fallit in casu l. licet. & authen. ibi posita. j. e. & in casibus not. j. eo. in l. diuersis. Quandoque plures creditores prętendunt ius in pignore prętorio, & tunc aut sunt eiusdem tituli, & concurrunt: vt l. fi. §. de bo. autho. iudi. possiden. & l. 40 is cui. §. si plures. & §. qui prior. in gl. alleg. Si verò sunt diuersorum titulorum: tunc qui prior est tempore, potior est in iure: vt hic. Quandoque quidam creditores prætendunt ius in pignore conuentionali, quidã in prætorio: & tunc habet 50 locum l. si postquam. §. vt in possess. lega. De materia istius l. dic vt plenè per Dy. in c. qui prior. de regu. iur. lib. vj.

In nonnullis exemplaribus. l. Si fundum. tertia est. lex verò Cũ Rempu. est quarta.

d Tempore.] nota regulã, vt j. e. l. si fundũ. & ff. eo. potior. & j. l. px. & l. licet. & l. diuersis. & §. ad mace. l. si permittente.

60 Cum rẽpubli.] CASVS. Pater meus cum republica cõtraxit: me hęrede eius conuento & condẽnato, missa est respublica, in possessionem, non solum rerum mearum, sed hæreditariarũ: an præferatur alijs creditoribus pa 70 tris? Dicitur quòd sic.

Ciuitas vna dicitur respublica.

e Cum rempublicam.] nota vnam ciuitatem dici rẽpublicam. sic ff. de publicanis. sed & hi. §. præterea. Sed arg. contra. ff. de verbo. significa. l. eum qui vectigal. Accursius.

f Sententiæ.] latæ pro republica contra hæredem.

g Cum Sosiano.] id est cum defuncto. & hoc casu tu vel pater tuus poteritis petere sperationem cum sitis hæreditarij creditores. vel cum Sosiano, id est cum hærede. & hoc casu non: vt ff. de separa. l. j. in 80 principio.

h Contraxerit.] priusquam respublica.

i Obligatum.] non autem accepit pignus. & facit ad l. istam ff. e. l. si pignus. & l. si iure. Accursius.

Si fundum.] CASVS. Si fundum obligauit quis prius mihi quàm reipublicę, ego præferendus sum. Viuianus.

k Accepisti.] scilicet specialiter secundum quosdam: vt & arg. §. de priui. fis. l. iij. quod non placet: imò & si generaliter: vt j. de remis. pig. l.

aduersarius[a] vester in causam iudicati[b] eiusdẽ fundi pignus occupauerit: iussu eius qui iure sententiã exequebatur, tẽpore potiores estis[c]. Nã cum de pignore vtraque pars contendit, prævalet iure qui prævenit tẽpore[d]. PP. v. Id. Maij, Duobus & Aspris Conss.

Respublica missa ex causa iudicati, præfertur creditori, qui contraxerat cum defuncto in possessionem non misso. hoc dicit. Bal. Vel sic: Habens ius pignoris in re, præfertur agenti personali actione. hoc dicit. Bar. Vel sic: Creditor qui iudiciale pignus ob sententiam est consecutus, præfertur priori solùm personalem actionem habenti. hoc dicit. Salicetus.

Idem A. Syluano. LEX III.

Cum[e] rẽpublicã[f] Heliopolitanorũ propter emolumẽtum sententiæ[f] in rerũ tam hęredis quàm hęreditariarũ possessionem missam esse proponas: intelligis, quamuis pater tuus cum Sosiano[g] contraxerit[h]: tamen si personali actione eum habuit obligatum[i], præponi rẽpublicam iure pignoris, in ijs quę ex authoritate eius qui iubere potuit, seruandi iudicati causa occupauit. PP. ij. Id. Decẽbr. Lęto ij. & Cereali Conss.

Priuatus prior tempore, præfertur reipublicæ quæ est posterior tempore. hoc dicit. Bal. Eodem modo præfertur regi & imperatori. h. d. Bal.

Idem A. Varo. LEX IIII.

Si fundum pignori accepisti[k], antequam reipublicæ obligaretur: sicut prior es tempore, ita potior es iure. PP. v. Id. Octobr. Antonino A. iiij. & Balbino Conss.

Prior creditor non tenetur offerre posteriori, sed posterior potest offerre priori. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Prior creditor non habet necesse offerre secundo: sed secundus offerens primo confirmat sibi pignus. Bartolus.

Imperator Alexander A. Septimio. LEX V.

Prior quidem creditor cõpelli non potest[l] tibi qui posteriore loco pignus accepisti, debitum offerre: sed si tu illi id omne quod debetur, solueris: pignoris tui causa firmabitur. PP. iij. Cal.

si ignorante. & ff. e. l. fina. & §. de iure do. dotis. & §. de priui. fis. l. ij. præterea, sic etiam est in priuato, cui generaliter prius. nam sequenti cui specialiter aliquid obligatur, præfertur: vt j. eo. ti. l. si generaliter. ergo & fisco: vt ar. ff. eo. l. si pignus. Accursius.

Prior.] CASVS. Creditor primus non compellitur soluere secundo: sed secundus debet offerre primo. & si velit sibi offerre, pignus suum confirmabit.

10 l Compelli non potest.] si tamen vult, potest: vt dixi §. eo. l. j.

Maij, Maximo ij. & Paterno Conss.

Prouidentia generalis facit ut prior tempore præferatur habenti prouisionem specialem tempore posteriore. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Generalis hypotheca prioris creditoris, præfertur speciali posterioris: & idem de eo qui causam habet à priori. hoc dicit. Salicetus.

Imperatores Valerian. & Gallien. AA. Philoxeno. LEX VI.

Si generaliter bona sint obligata, & postea res alij specialiter pignori dẽtur: quoniam ex generali obligatione potior habet creditor qui antea contraxit[m]: si ab illo priore tempore tu cõparasti: non oportet te ab eo q. postea credidit, inquietari[n]. PP. ij. Id. Maij, Seculari ij. & Donato Conss.

Prædium emptum ex pecunia creditoris, si ei fuit specialiter obligatum, cæteris antefertur. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Mutuans in emptionem prædiorum cum pacto ut illa sint ei obligata, præfertur cæteris etiam priorem hypothecam habentibus. hoc dicit. Sali.

Imperatores Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Iuliano. LEX VII.

Licet ijsdem pignoribus multis creditoribus diuersis temporibus datis, priores habeantur potiores[o]: tamen eum cuius pecunia prædium comparatum probatur, quod ei pignori esse specialiter obligatum statim conuenit[p], omnibus anteferri iuris authoritate declaratur. Subscripta xvj. Cal. Feb. AA. Conss.

Si generaliter.] CASVS. Titius obligauit mihi omnia bona sua generaliter: postea obligauit Seio quædam ex his specialiter: ego sum potior. vnde si 20 eandem rem quam secundo obligauit, iure pignoris distraham, eam ab emptore auocare non poterit Seius.

m Qui antea cõtraxit.] vt & ff. eo. l. qui generaliter. Sed contra §. de pig. l. quamuis. j. sol. ibi specialem habebat: vt 30 ibi dixi.

n Inquietari.] vt j. si antiqui. cre. l. j. & ff. de distra. pig. l. cùm prior. & §. de act. & oblig. l. si in solidum.

Licet.] CASVS. Qui prior est tempore, potior est in iure. fallit in eo qui obli- 40 gauit omnia bona sua præsentia & futura, & postea à secũdo mutuam accepit pecuniam, & ex ea fundum comparauit, & conuenit vt illud prędium ei esset obligatũ: q. potior erit secundus.

o Potiores.] scilicet regulariter: vt §. e. ti. l. ij. 50 in fi. quæ fallit: vt hîc, & dices statim in l. diuersis.

p Conuenit.] scilicet contrahentibus. secus si nõ cõuenit: vt §. de pig. l. quamuis. iij. Alij dicunt ex hac l. & ff. eo. l. interdum. & j. eo. ti. authen. quo iure. quod eo ipso quòd 60 ex mea pecunia comparatur, mihi est obligata, quod est falsum. & l. interdum. dicit cùm ad refectionem est datũ. Si autem non conuenit inter personales actiones, habet priuilegiũ, secundũ Io. licet alij contra. pro quibus est ff. de tribu. l. 70 procuratoris. §. planè.

Obligata mihi nõ est res ex mea pecunia empta.

In authen. de trien. & semis. §. illud quoque in iudicijs. col. iij. constit. v.

Hic est casus in quo prior tempore, efficitur posterior in iure, propter mendacium possessoris. Possessor conuentus hypothecaria, si negat rem in bonis debitoris fuisse hypothecatam: tanquam prior in tempore non auditur, sed prius debet possessionem transferre. hoc dicit. Bal. Vel sic: In hypothecaria pœna mẽdacis est, ut de possessore petitor efficiatur. Vel sic: Prior creditor negans rem esse eius à quo causam habet contrario probato non auditur super prioritate temporis: sed possessio prius in aduersarium transfertur. hoc dicit. Salicetus.

Item possessor[q] pignoris negãs rem eius cuius actor[r] eam

SEQVITVR AVTHENTI. *Item possessor. quæ est de trien. & semis. §. illud quoque in iudicijs. col. iij. in qua ponitur alius casus, ubi posterior potior est priore.*

Item possessor.] CASVS. Lex C. dicit de petitorio iudicio: authen. de possessorio, secundum Azo. sed sicut ille qui mutuam dedit pecuniam ad emptionem prædij, præfertur alijs prioribus, ita præfertur 80 secũdus creditor priori: si prior conuincatur de mendacio. dic ergo sic: Seius posidebat prædium quod dicebam Titium mihi obligasse: Seius negabat prædium esse Titij: probaui id esse Titij, priusquã restitueret, dixit quod Titius illud prædiũ sibi obligauit, & se potiorem esse, quæritur, an sit audiendus. Et respon. quòd non, sed propter mendaciũ prædium restituet mihi secundo creditori. Viuianus.

q Item possessor.] scilicet creditor prior. Accursius.

r Actor.] id est secundus creditor.

Asseuerat

a ¶ Asseuerat.] quod est ei necesse: vt ff. de pig. l. & quae nondum sunt. §. quod dicit.
b ¶ Intētione.] à scdo creditore. qd. s. fuerit debitoris tpe obligationis.
c ¶ Nitatur.] possessor.
d ¶ Hypotheca.] scilicet se priorem. Accursius.
e ¶ Vel alia causa.] fortè hunc agentem consensisse.
f ¶ Transferat.] an autem si incontinenti velit probare, audiatur possessor ex regula, dolo facit. vt ff. de except. doli. l. dolo? Rñ. non in possessorio isto: vt & ff. quorum lega. l. j. in princip. Item nota propter mendaciū hunc puniri. sic & ff. de rei ven. l. fi. & s. de non nu. pecu. authē. contra qui propriâ. & ff. de iureiuran. l. eū qui. Sed nūquid etiā re restituta permittetur ei venire cōtra confessionē primam? Respon. ita, quia hoc est in alio iudicio: vt ff. de inoffic. testa. l. Papinian*. §. sed nec impuberis.

Mēdaciū facit quem puniri.

esse asseuerat [a]: si probata ea intentione [b] nitatur [c] rem retinere, dicēs ex hypotheca [d], vel alia causa [e] in eandem personam delata se propinquiorē esse, quàm q̃ mouet causam: prius transferat [f] possessionē, quàm ius suū proponat.

¶ *Donec prior debitor habet hypothecam: secundus creditor non habet ius distrahendi: nisi priori creditori satisfaciat. hoc dicit. Baldus.*

Idē AA. & CC. Fabricio. LEX VIII.

Diuersis temporibus eadē re duobus iure pignoris obligata, eum qui prior data [g] mutua pecunia pignus accepit, potiorem haberi, certi ac manifesti iuris est: nec alias secundum [h] creditorem distrahendi potestatem huius pignoris consequi, nisi priori creditori debita fuerit soluta quantitas [i]. S. prid. Calend. Maij, Heracliæ, AA. Conss.

Diuersis.] CASVS. Primo die obligaui prædiū meum Seio. secundo, Titio. qui numerauit primò pecu. ille potior erit, nisi secūdus qui pignus distraxit, satisfecit priori.
g ¶ Data.] secus si non data esset: vt ff. quæ res pig. ob. pos. l. Titius.
h ¶ Secundum.] scilicet creditorem.
i ¶ Quantitas.] vt ff. de distrac. pig. l. cùm prior. Sed hoc fallit in casibus quibusdam, in quibus posterior creditor potior est priore: vt & ff. e. l. interdum. & s. l. proxi. & authen. itē possessor. & j. e. l. assiduis. & l. scripturas. & s. de pig. l. fi. & authen. ibi posita. & s. in qui. cau. pign. ta. l. satis. & ff. de reli. l. at si quis. §. j. & l. penul. Est & alius: vt hac l. dicitur.

Creditor posterior quandoq; potior est priore.

¶ *Hypotheca præfertur omnibus priuilegijs personalibus. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Habens ius reale, præfertur habenti priuilegium personale. hoc dicit. Bar.*

Idē AA. & CC. Asclepiodoto. LEX IX.

Eos qui acceperunt pignora, cùm in rem actionem [k] habeant: priuilegijs omnibus quæ personalibus actionibus competunt [l], præferri constat. D. iij. nonas Decembr. CC. Conss.

Eos qui.] CASVS. Qui personalem habet actionem & hypothe. præfertur illi qui tantùm habet personalem: licet in personali actio. habeat priuilegium.
k ¶ Actionem.] scilicet hypothecariam: vt s. de pigno. l. pignoris.
l ¶ Competunt.] vt actio depositi, quæ est priuilegiata. idem etiam in ea condictione quæ datur sponsæ non contracto matrimonio. idem & in ea quæ contra procuratorem datur. idē & in eo qui soluit priuilegiato: vt habes hæc ff. depositi l. si hominem §. quoties. & ff. de priui. cre. l. dabimus §. si quis cum tutor. & l. si ventri. §. eorum ratio. & idem in eo cuius pecunia res est empta: vt j. e. authen. quo iure. hi eñ hypothecas non habent. Si autem personales actiones priuilegiatę habeant & hypothecas tacitas, vt tutelæ: tunc qui prior est tempore &c excipe tamen mulierem & fiscum, qui præferuntur prioribus habentibus tacitas hypothecas non expressas: vt j. e. l. fi. & s. eo. l. si fundum. & s. de priui. fis. l. ij. & ff. eo. l. si pignus. Item & fallit dicta regula in casibus quos no. s. l. proxi. Item fallit ff. de separa. l. j. §. sciendum. sed certè ibi nullam habebat hypotecam, qui cum defuncto contraxerat: sed nec qui cum hæreде habet pignus in bonis defuncti.

Actiões personales priuilegiatæ q̃ sunt.

¶ *Soluto matrimonio mulier in causa dotis omnibus antefertur, & creditores chirographarij hypothecam non habent. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Creditores viri hypothecam posteriorem habentes ab uxore, ita demum bona ei pro dote obligata aduocant, si ei dotem offerant. chirographarij tamen hoc ius offerendi non habent. hoc dicit. Salicetus.*

Idem AA. & CC. Pollipeucæ. LEX X.

Cum tibi pro dote quam acceperat [m] maritus, res obligauit: eo mortuo ij quibus easdē pignori dederat [n], non offerentes debitum, nulla possunt persequi ratione. Nam chirographarios [o] creditores nec in rem, nec in personam eos qui debitori non probātur successisse, vlla ratione conuenire posse manifestū est [p]. PP. non. Decembr. CC. Conss.

Cum tibi.] CASVS. Maritus obligauit quoddam prædium vxori suæ pro dote. secundo idem mihi prædium obligauit. illa potior erit, nisi ei suum debitum offeram: nanque creditor si id prædium habebat obligatum, & si vendatur à muliere, non habet ius reuocandi illud.
m ¶ Acceperat.] idem si tantū ei promissa fuerat. nā nō videtur esse in sua potestate non recipere, vt sic habeat vxorem indotatam: vt ff. eo. l. j.
n ¶ Dederat.] scilicet post.
o ¶ Nam chirographarios.] bene dico offerentes admitti: cùm sint etiam obligatæ ei. secus autem si non sint. nam &c.
p ¶ Manifestum est.] nec ergo te vxorem quondam, secundum Io. vt & j. de solu. l. nulla tibi. Accursius.

¶ *Ista est melior lex quàm habueris in toto hoc anno, & hoc intendit. Scriptura priuata cum causa, cùm de ipsa constat, uim probationis obtinet: tamen si ex una parte sit scriptura publica, præualet: nisi priuata sit trino teste notata. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Si debitor debitum neget, & scripturam fateatur, præiudicat sibi, & scriptura probat contra eum: non autem præiudicat alijs, ut puta creditoribus hypothecā prætendentibus: nisi fortè haberet subscriptionem trium testium. hoc dicit. secundum Iaco. But.*

Imperator Leo A. Erythrio præfec. præto. LEX XI.

Scripturas quæ sæpè assolent à quibusdam secretè [q] fieri * interuenietibus amicis * necne [r], transigendi, vel paciscendi [s], seu fœnerandi, vel societatis coeundę gratia, seu de alijs quibuscunque causis vel cōtractibus conficiuntur. quæ ἰδιόχειρα Græcè appellantur: siue tota series earum manu contrahentium, vel notarij [t], vel alterius cuiuslibet scripta fuerit, ipsorū [v] tamē habeant subscriptiones: siue testibus adhibitis [x], siue nō: licet cōditionales [y] sint, quos vulgò tabularios appellāt, siue nō, quasi publicè cōscriptas, si personalis actio exerceat, suū robur [z]

* Nec interuenientibus.
* Necnon transigēdi.

Scripturas.] CASVS. Titius confessus est se debitorē meū ex aliqua causa, ex qua incontinenti potuit sibi præiudicare confessio puta transactione, vel consimili: vel ex qua non potest nisi intra biennium, puta mutui: siue facta scriptura per manum Titij, seu Tabellionis non in cōmuni forma: siue testes fuerint adhibiti, id est rogati: dum tamen probetur, siue non, simul robur obtinebit. & hoc in prima. Et si ex ea priuata scriptura peto tam rem mihi obligatam, & Meuius proferat instrumētum publicum, & petat eandē rem: ipse præferetur, licet prior sim: nisi priuata scriptura trium testium subscriptione fuit munita. Viuianus.
q ¶ Secretæ.] quia non sunt publicæ.
r ¶ Necne.] id est vel non.
s ¶ Paciscendi.] hoc est generale: cętera specialia sunt. Vel dic paciscendi, de non petendo & gratis. Accursius.
t ¶ Notarij.] nō tamen in forma publica scribētis: quia neq; diem, neque consulem, neq; alia quæ faciunt publicam chartam ibi posuit.
v ¶ Ipsorum.] contrahentium. Accursius.
x ¶ Adhibitis.] id est rogatis: vt ff. de testi. l. ad fidem. sed fallit s. de testi. authen. rogati.
y ¶ Cōditionales.] quoddam genus notariorum erat qui conditionales vocabantur.
z ¶ Suum robur.] sed quod erit suum robur? Dicunt quidam non intelligi legē istam. Aldr. dicit quodcunque robur dicat, corrigitur per authenti. hic positam: vt debeant hodie tres testes adesse, & subscribere: sed illud quantum ad comparationem, vt ibi dices. Ioā. dicit quòd loquitur hæc lex cùm plures creditores agentes personali actione postulant se mitti in possessionem: inter quos est vnus vel plures qui idiochiram profert, quam constant à debitore confessam. tunc enim pariter cum alijs admittitur qui habent publica instrumenta: & petet cum eis dari curatorem, & distrahi bona: cùm illi neque negent, neque dicant hunc creditorem esse. Si verò non constaret à debitore confessam, vel subscriptam, nec sufficeret ad condemnationem talis scriptura. Tertij, vt P. dicunt hanc legem fatuam: quia contra omnia iura dicit quòd priuatę scripturę credatur: vt s. de proba. instrumenta. & l. exemplo. Nam aut constabat ita esse: vt dicit charta: & tunc etiam sine ea probatur. aut non: & tunc non probatur, cùm sit priuata. Sed certè illa loquitur quando sine causa facta fuit confessio. Quarti dicunt quòd hic constabat de debito: sed dubitabatur quis esset in pignore potior. Tu dic plenius, quòd loquitur hæc lex quando ex causa facta fuit confessio. vnde in alijs statim, in mutuo & dote post aliquod tempus præiudicatur: vt s. de non nume. pecu. l. generaliter. & l. in contractibus. & s. de dote cau. non nume. l. fina. & in authen. ibi posita. & ideo cautè dicit, suum robur. hoc tamen debet constare quòd partes scripserint, vel subscripserint. Vel quia hoc confitetur ille contra quem producitur: vel quia probatur per testes rogatos, vel non rogatos. & hoc cum agit creditor actione personali contra debitorem, in cuius præiudicium est facta. secus si agat contra alium creditorem hypothecaria, qui habet publicum instrumentum. argumento s. de donationibus ante nuptias authenti. sed iam. tunc enim quia publici instrumenti plenior est probatio, nec priuatæ credit, nisi habeat subscriptionem trium testium. Si autem experiatur contra alium qui nullum, vel non publicum habet instrumentum, vincit. si verò nulla causa continetur: non valet etiam ad personalem obligationem: vt dicta l. s. de probatio. l. instrumenta. & ff. de probatio. l. cùm de indebito. §. penul.

Cōfessio an statim præiudicet.

a ¶Habere.] id est obtinere.
b ¶Vendicare.] per hypothecariam. Accursius.
c ¶Præponi.] scilicet decernimus. etiam si confiteatur in tali scriptura prius alteri pignus obligatum, secundũ Io. & hæc vltima litera præualet.

Versus.

d ¶Eisdem idiochiris.] Et sic nota. Cautio priuata iam trino teste notata. Hoc ius est nacta ꝙ cautio publicè facta.

habere [a] decernim⁹. ¶Sin aũt ius pignoris, vel hypothecæ ex huiusmodi instrumẽtis vẽdicare [b] quis sibi cõtenderit: eum decernimus qui instrumentis publicè cõfectis nititur, præponi [c], etiam si posterior is contineatur: nisi fortè probatę atq; integrę opinionis trium vel amplius virorũ subscriptiones eisdẽ [d] idiochiris cõtineantur. tũc enim quasi publicè confecta accipiuntur. Dat. Cal. Iul. Constantinop. Martiano & Zenone Cõs.

In authen. de instrumentorum cautela

& fide. §. si quis igitur. & §. sed & si quis. colla. vj. constit. iij. quam posuit hic Albertus.

¶Ista authen. addit alium casum ad l. C. quia interdum priuata scriptura debitoris, facta eius manu, oportet quòd probetur per comparationem literarum: ideo ex qua scriptura fiat comparatio literarum, determinatur hic: quia ex scriptura solenni in qua sunt scripti tres testes: ex ea nõ fit cõparatio. & si isti testes sunt mortui, uel nõ ueniãt: per tres testes extrinsecus potest illi subscriptioni fides imponi. & sic testes extrinseci uincũt intrinsecos, & eorũ subscriptiones: quod nota. Bald. Vel sic: Cautela est, ut scripturæ depositi uel mutui tres testes adhibeantur subscripti, ne uideatur incredibile quod dicitur in scriptura. & negata testibus nõ ꝓbetur. h. d. Sali.

SI quis vult cautè deponere, nõ soli credat accipientis scripturæ, sed aduocet etiam testes idoneos & fide dignos non pauciores tribus [e]. ¶Sed & si quis aut mutui instrumentum, aut alterius cuiuspiam contractus fecerit, & noluerit hoc specialiter in publico confiteri: nõ ex ipso videatur credibile [f] quod scribatur super mutuo documẽtum: nisi etiam trium testium adhibeatur pręsentia fide dignorum, vt siue veniant, & subscriptionibus proprijs attestẽtur, siue alij quidem testificentur quia eis pręsentibus confectum est documentum: fidẽ eandem ex vtraque causa percipiat [g]. ¶Si tamen quisquam aut deponens, aut mutuans, aut aliâs contrahens cõtentus sit sola scriptura eius cũ quo contrahit: sciat scripturam non sufficere ad probationem.

SI quis.] CASVS. Autheticam istam cõtinuabitis ad l. C. hoc modo. In l. C. dicitur quòd non statur priuatæ scripturæ contra secundum creditorem, qui habet publicam scripturam, si non habeat subscriptionẽ triũ testium. In authen. ista loquitur cùm contractus excedit summã vnius librę auri: & agitur inter contrahentes, vt inde fiat scriptura, id est cõtractus celebretur in scriptis &c. quis vult illam scripturam producere ad probationem. vnde in authen. ista dicitur: Si volo apud te deponere vnã libram auri, & agitur quod fiat inde scriptura. vel si volo tecũ celebrare alium contractum, scilicet volo tibi mutuare librã auri: & agitur quòd de hoc fiat scriptura: debeo adhibere tres testes fide dignos. si non adhibeantur tres testes, nec huic instrumẽto stabitur: nec ad probationem poterit produci. Viuianus.

e ¶Tribus.] loquitur quando excedit libram auri, & fit contractus in scriptis, vt ex ea scriptura fieri cõparatio possit. nec est opus quòd subscribant testes, si ad priuatam scripturam probandam fieri debeat cõparatio. Sed si ad eam improbandam, tunc sic: vt s. de fide instru. l. comparationes. Accursius.

f ¶Credibile.] quo ad cõparationẽ vt dixi: duo enim soli testes q dicũt se interfuisse depositiõi factæ, plenã faciũt fidẽ. nã in corpore huius aut. dicitur quòd facultas probationis non minuitur per authen. hanc.

g ¶Percipiat.] ĩ mutuo post bienniũ. in alijs causa adiecta statim: vt s. de non nu. pecu. l. generaliter. & l. in contractibus.

ASsiduis.] CASVS. Dicit Imperator se fecisse duas cõstitutiones qbus succurritur mulieribus, præferẽdo eas omnibus creditoribus personales actiones cõtra maritũ habẽtibus: sed scd̃m veteres leges dubiũ erat tantũ de hypotheca. Dicit ergo ꝑ hãc l. ꝙ nõ solũ pręfertur mulier in ꝑsonalibus, sed in hypothe. nec refert extẽt res dotales, vel nõ: neq; habeat filios, vel nõ: vel habuit, sed in fata cõcesserunt: qa semꝑ præfertur: nisi mulier quæ petit dotẽ sit secunda vxor: & filij primæ vxoris petãt dotẽ matris suæ: qa filij præferũtur. hoc tamẽ priuilegiũ nõ habet mulier in donatione ꝓpter nuptias, si pacta est de lucrãda donatio. ꝓpter nuptias: qa nõ præfertur alijs creditoribus: qa in dãno vitãdo ei succurrendum est, non in lucro captando. Duę authen. seq. planæ sunt, vide eas.

h ¶Creditoribus.] maritorum. Accursius.

i ¶Sustulimus.] vt s̃. de rei vxo. act. l. vnica. §. rei vxoriæ.
k ¶Habeãt.] scilicet mulieres. & hæc est vna ratio quare sit hæc lex facta. Penè autem dicit propter fiscum qui propter primipillariam administrationem, bona data in dotem occupat: vt s̃. in quibus cau. pig. ta. contra. satis. Item propter funerariam, quæ omne æs alienum excedit: vt ff. de relig. l. pe. & l. at si qs. §. j. & ij. Item propter depositum: vt dicunt. quod non placet. Item propter eũ ex cuius pecunia militia est empta: vt s̃. de pig. l. fi. & aut. ibi posita.

Mulier non oĩbus creditoribus antefertur in dotis repetitione.

¶Mulier in dote omnibus priuilegiatis actionibus personalibus atq; realibus antefertur: quod priuilegiũ trãsmittit ad liberos. & ubi inter duas dotes est quæstio, prior tempore potior est in iure. hoc dicit. Bal. Vel sic: Mulier priuilegiatur tam in personali quàm hypothecaria actione, ut præferatur omnibus creditoribus prioribus tacitam hypothecam habentibus: & hoc in dote, non in donatione propter nuptias. Sali.

Impp. Iustinianus A. Ioanni præfecto prætorio. LEX XII.

ASsiduis † aditionibus mulierum inquietati sumus, per quas suas dotes deperditas esse lugebant, & ab anterioribus creditoribus [h] substantias maritorum detentas. ¶Nos itaq; ad antiquas leges respeximus, in personalibus actionibus rei vxoriæ actioni (quam in præsenti sustulimus [i]) magnam prærogatiuam pręstantes, vt contra omnes penè personales actiones habeant [k] priuilegia, & creditores alios antecedãt, licet fuerint anteriores. ¶Et hoc cum in personalibus statuerant actionibus, si ad hypothecam respiciebant, ilico iustitiæ vigorem relaxabant [l]: & senioribus hypothecis nouas mulierum [m] hypothecas si habebant actiones expellebant: nec ad fragilitatem [n] muliebrem respicientes, nec quod & corpore [o], & substantia [p], & omni vita sua maritus fungitur: cùm penè mulieribus tota substantia [q] in dote constituta est. ¶Oportebat enim disponi maritos creditoribus suis ex sua substantia satisfacere: non de dote mulieris, quam ad suos victus, suasque alimonias mulier possidet [r], vel à semetipsa datam, vel pro ea ab alio. ¶Ad hæc omnia respicientes [s], & reminiscẽtes quòd & alias duas constitutiones [t] fecimus pro dotibus, mulieribus subuenientes, & hæc omnia in vnũ [v] colligentes: sancimus, ex stipulatu actionẽ quã mulierib⁹ iam ꝓ dote instituẽda dedimus, cuiq; etiam tacitã donauimus inesse hypothecam [x], potiora iura cõtra omnes habere [y] mariti creditores, licet anterioris sint [z]

l ¶Relaxabant.] scilicet veteres leges.
m ¶Mulierum.] quia semper clamant: vt probatur de calphurnia ff. de postu. l. j. §. sexum.
n ¶Nec ad fragilitatem.] hic not. plures rationes quare hæc lex fuit facta. Accursius.
o ¶Corpore.] vt debitum reddat, & ei etiam operetur: vt & ff. de ope. lib. l. sicut patronus.
p ¶Et substantia.] dic maritus fungitur omni substantia ex voluntate: vt & s̃. de pac. conuen. l. hac generali.

† Sciẽdum est dispositionẽ huius legis nõ habere locũ ĩ dote cõfessata, de quo per moderniores in l. j. ff. sol. matri. tex. in l. si quis. j. de bo. dam. Dos à quo possidetur.

q ¶Tota substantia.] quo casu fame periret, si hæc dos ei auferretur.
r ¶Possidet.] scilicet ratione sustẽtationis: imò possidet maritus: vt s̃. solu. ma. l. dotis. & sic fit accessio possessionis: vt ff. de acqui. pos. l. Pomponius. §. in dote. & maximè non possidet mulier, quando pecunia est data in dotẽ: nã generaliter de omni dote hic dicit. Sed rñ. impropriè dicit possidere, sicut & impropriè dicit dña rerũ dotaliũ: vt s̃. de iur. do. l in rebus. Et impropriè filij dñi viuente patre: vt insti. de hære. quali. & dif. §. sui. sic debitor hęreditarius impropriè possidet: vt ff. de pe. hęre. l. etiã. §. fi. & l. seq. Dic ergo possidet id est possessionis vel quasi commodo gaudet.
s ¶Ad hæc omnia respicientes.] id est ad prædictas rationes, non ad amorem mulierum.
t ¶Constitutiones duas.] quarum vna est s̃. de iure do l. in rebus. altera s̃. de rei vxo. ac. l. vnica.
v ¶In vnum.] scilicet fauorẽ mulieribus dandum, vt omnes hos fauores habeant & simul.
x ¶Hypothecam.] sed à quo tempore contrahitur hæc tacita hypotheca? Respon. à tempore datæ dotis: vt argu. s̃. de bo. quæ lib. l. cùm oportet. in fi. & s̃. de secund. nupt. hac edictali. §. omnibus. & s̃. de dona. ante nupt. l. si constante. §. iura etiam hypothecarum. secus in expressa: vt ff eo. l. j. nam etiã prius contrahi potest: vt ibi dicit.
y ¶Habere.] illam ex stipulatu: & hypothecariam ei adiunctam. est ergo personalis inter personales, hypothecaria inter hypothecarias priuilegiata: vt statim dicet, cùm enim &c
z ¶Licet anterioris sint.] i. licet pri⁹ cõtraxerint, & hypothecas habuerint, q̃ mulier dotẽ dederit: & sic priuilegio tẽporis videbãtur præferri: vt s̃. eo. l. ij. in fi. Sed non est ita. fallit tamen in fisco: vt s̃. de priui. fis. l. ij. & in eo

& in eo cuius pecunia militia empta est:vt in authẽ.hic posita,quo iure. Et nota ꝙ hic est triplex opinio circa hypothecam expressam preambulam. Nam M.dicit ꝙ mulier præfertur omnibus priorib⁹ siue expressas, siue tacitas habeãt hypothecas.& est ꝓ se:quia mulier præfertur credẽti in refectionẽ:vt in authen.de æquali.do.§.his cõsequens. col.vij.sed credens in refectionem,prę fertur priori habenti pignus: vt ff. q pot.in pig. ha.l.interdum.ergo multo magis mulier præfertur habenti pignus.nam si vinco vincentẽ te &c. vt ff. de diuer. & temp. præscrip.l.de accessionibus. Sed certè hoc arg. non semper valet,sed fallit plerunq;:vt s̃.de nat. lib. authẽ. licet. Præterea hęc lex dicit eam pręferri eis qui sunt vallati priuilegio anterioris tẽporis.patet ergo quòd non loquitur de conuentionalibus pignoribus: sed de ijs quæ per priuilegium tacitè à lege aliquibus cõceduntur. Alij distinguũt inter pignus & hypothecam,vt in hypothecis præferatur: in pignoribus creditori datis nõ sic.Et aliter quandoque fit distinctio inter pignus & hypothecam: vt ff. in quibus cau. pig. ta.contra. l. est differentia. & ff. de vsufca. non solùm §.si rem. Sed nec hoc placet : quia quantum ad actionem hypothecariam & eius priuilegiũ,nihil interest inter pignus &hypothecã: vt instit.de ac.§.item seruiana. Tu dic tertiò secundum B. esse distinguendum vtrum sit hypotheca expressa : & tũc non præferatur mulier. an tacita:& tunc præferatur.& est pro hoc s̃. de iure dot.l.vbi.& s̃.de ser. pigno.da.ma.l.ij.& hæc litera,vt dixi. Lex enim suum beneficium quandoq; priori creditori gratia mulierum ademit, non proprium alicuius adimere curauit:quod iure communi & ex conuentione habeat.nam facilius talia iura specialia adimuntur,quàm communia : vt in authen. de non ali.§.quia verò verisimile. colla. ij. Præterea fiscus & mulier æquis passibus ambulant : vt s̃.de priui.fis.l. ij. Sed priuatus qui primò de pignore conuenit,præfertur fisco : vt ff.eo.l.si pignus.& s̃.eo.l. si fundum. ergo & mulieri. licet hoc argu.in aliquo sit contra nostram distinctionem. Nam & priuatus habens tacitam hypothecam primò præfertur fisco : vt patet ex dicta l.si pignus. ergo videtur quòd & mulieri.quod est falsum per hanc l. Sed dicas quòd in aliquibus non ambulant paribus passibus.Item adhuc contra nostram distinctionem est: quia mulier præfertur ei qui reficit nauem. Sed ille præfertur creditori habenti expressam:vt in authen.quo iure.hic posita.& ff.e.l.interdũ.ergo & mulier.Sed dico quòd prefertur reficiẽti nauẽ,si prius ipsa cõtraxit dotem dando:vt ex corpore eiusdẽ aut.colligitur.et eodẽ modo prefert habẽti expressam, si est prior.Vel dic quòd prefert ei q dedit ad refectionẽ:nisi ille expressè ad illud dederat:vt arg. s̃.de pig.aut. quod obtinet.Itẽ pro nobis : quia cùm ex tempore dationis dotis incipiat hypotheca : vt hic notaui, ergo prioribus expressas habentibus non fit præiudicium. Sed nunquid mulier præfertur habẽti generalẽ hypothecam in postea quæsitis? quod videtur : quia sic est in fisco, qui præfertur:vt ff.de iure fis.l.si is qui.Nam in prius quæsitis constat quòd non:vt j.de remis.pig.l. si ignorante. Sed fortè contra est,cùm ille qui habet generalẽ hypothecam ęquiparetur ei qui habet specialem & expressam:vt s̃.eo.l.si generaliter. Item quæro,an hęc priuilegia dẽtur in rebus soceri, si ipse recepit dotem vel filius eius voluntate? Rñ.sic.secus si sine voluntate.arg.ff.sol.ma.l.si cum dotem.§. transgrediamur. Item an bona quæ acquirunt hæredes mariti etiam ex rebus quondam viri,sint obligata? Rñ.non:vt arg. ff. de pign.l. Paulus.sed tantum illa quæ habebat vir constante matrimonio. Sed argu. contra s̃. quæ res pign. oblig. pos. l. fin. Item quæro an hoc idem priuilegium competat mulieri quæ iniustum vel immaturũ bona fide contraxit matrimonium? Respõ.Ioan.ita, cùm ei in personali actione detur priuilegium:vt ff.de priui.credi.l.dabimus.§.quis cum tutor.& hoc priuilegium est ei dandum, vt lex ista argumentatur: vt s̃.eadem l.ibi, nos itaq; &c. Præterea quæ ratio est in ea quæ rectè nupsit, eadem ratio in hac esse debet:vt scilicet alij rectè nubere possit:vt ff.de priui. cred. l.iij. Item ad hoc quod dicit eam sic præferri, adiunge authen. quo iure &c. quæ est de æquali.do.§.his consequens.& §. quia verò. col. vij. Acenr.

Mulier an præferatur habentibus expressam hypothecã.

Responsio vera.

Bona hęredum mariti nõ sunt obligata pro dote.

tẽporis priuilegio vallati. ¶Cùm enim in personalibus actionibus (secundũ quod diximus) tali priuilegio vtebatur res vxoria : quapropter [a] non in hypotheca hoc mulieri etiã nũc indulgemus beneficiũ, licet res dotales vel ex his aliæ cõparatæ non extẽt:sed quocunq; modo dissipatæ vel cõsumptæ sunt : si tamen reipsa fuerint parti mariti datæ [b]? ¶Quis enim earum nõ misereatur propter obsequia quæ maritis præstant,propter partus periculũ, & ipsam liberorum procreationẽ, pro quibus multa nostris legibus [c] inuẽta sunt priuilegia? ¶Et ideo quod antiquitas [*] dare incœpit [d],ad effectum autem nõ pertulit, nos pleno [†] iuris articulo consummauimus:et siue liberos habeat mulier, siue ab initio nõ habuit, siue progenitos amisit [e],hoc ei priuilegiũ indulgemus : exceptis [f] videlicet cõtra nouercas anterioris matrimonij filijs, quibus ꝓ dote matris suæ iam quidẽ dedimus [g] hypothecam contra paternas res, vel eius creditores. ¶In pręsenti autẽ simile eis prærogatiuã seruamus,ne ius quod posteriori datũ est vxori [h],hoc anteriori denegetur : sed sic maneat eis [i] ius incorruptum quasi adhuc viuente etiã matre [k] eorũ [l]. ¶In duabus enim dotibus ab eadẽ substantia debitis, ex tempore [m] prerogatiuã manere volumus. ¶Hęc autem tantum ad dotem [n] sancim⁹, nõ ad ante nuptias donationẽ,quã suo tẽpori [o] seruire disponimus:& habere inter creditores sui temporis ordinẽ. Non enim pro lucro fouemus mulieres, sed ne damnum [p] patiantur, suisq; reb⁹ defraudentũ, curamus. ¶Quam legẽ ex præsenti tẽpore locum habere sancimus: & nõ retrorsum referimus [q]. Dat.v.Cal. Decẽb. Cõstantinop. post consulat.Lampadij & Orestis VV.CC.

* quidẽ.

† legis.

In authen. de ęquali.do.& propter nup.dona.§.his cõsequens.& §. sequenti. colla.vij.consti. viij.

¶Mulier etiam ijs quorũ pecunia res est empta aut refecta,præfertur:nisi militia empta esset,& hoc in scriptis probetur. h.d.Bal. uel sic:Mulier in dote præfertur, ijs quorum pecunia res sunt emptæ uel refectæ:non ijs quorum pecunia militia est empta. h.d.Sali.

QVo iure [r] vtitur & aduersus eos qui personali [s] priuilegio muniuntur, veluti quorũ pecunia res emptę sunt,siue refectę: nisi qui noua cõstitutione sunt excepti:sicut q emẽdę militiæ [t] causa marito in scriptis mutuarunt.

a ¶Quapropter.] id est quare.

b ¶Datæ.] non ergo in dote confessata non data videtur habere locũ hæc lex. ADDITIO Aduertas quòd cõmuniter seruatur contra istam glos. vt scilicet intelligamus idem esse in dote confessata. si tamen sit renunciatum exceptioni non numeratæ dotis : vel sit elapsum tempus. pro quo facit secundum Bart.hic, quod not. s̃. de do. cau. non nume. l. j. Non ergo habet mulier necesse probare numerationem,nisi quando cõtra eam potest excipi de non numerata dote. pro quo facit gl. fin. in d.l. j. s̃. de do. cau.&c.

c ¶Legibus.] s̃. de rei vxo.acti.& de iure dot. & de dot. ꝓmis. & insti, de act.§.fuerat.

d ¶Antiquitas incœpit.] dando in personalibus.

e ¶Amisit.] paria enĩ sunt:vt arg. s̃. quãdo di. le.ce.l.cùm vxori.

f ¶Exceptis.] damus priuilegiũ petendi dotem.ergo secundæ vxori cõtra primam vel filios eius : sed non est ita.primam enim & eius filios excipimus:vt contra eos secundæ vxori nõ detur priuilegium : imò ipsis contra eam datur.

g ¶Dedimus hypothecam.] vt & s̃.de rei vx.act.§.& vt plenius. & §.maneat. Accursius.

h ¶Vxori.] contra omnes alios creditores.

i ¶Eis.] scilicet filijs.& sic est cõtra s̃.de priui.do.l.j. Solu.de alio priuilegio hic,quàm ibi dicit.Vel illa scd̃m antiquos de personali actione tantùm:hæc secundum modernos de hypothecaria tantũ. Vel dantur filijs, vt hic : non alijs extraneis hæredibus vt ibi,arg. ff.solu.ma.l.etiam.

k ¶Matre.] ergo & ipsa mater si viueret præferretur secundæ vxori.

l ¶Eorum.] scilicet liberorum.Accursius.

m ¶Ex tempore.] imò non ex tempore, sed ex causa:vt ff.de priui. cre.l.priuilegia.quæ est contra.Sol.hoc speciale.Vel hoc quantum ad hypothecariam tantùm. Item ad hoc quod hic dicit priorem præferri &c. est sic ff.de dam.infect.l.si finita.§.si ante hoc.Sed arg.contra ff.de sta.ho. l.arethusa.& ff.de rebus dub.l.si fuerit. §. vlti. vbi prodest vltimò nasci. Item hoc verum,nisi extent res secundæ vxoris.& sic lege authen. hic.si quid ex rebus &c.quæ est ex cor.vt exac.do.§.j. colla. vij.

n ¶Ad dotem.] & eius argmentũ:vt in authen.de æqua.do. §. aliud. collatione.vij. Accursius.

o ¶Suo tempori.] imò & in donatione ante nuptias gaudere videtur eodem priuilegio : vt s̃.de iure do.l.vbi.quæ est contra. Solu. bene datur hypothecaria,vt ibi : sed non sic priuilegium,vt hîc.

p ¶Sed ne damnum.] no.sic & s̃.de codicil.l. vlti.§.fi.

q ¶Referimus.] no.sic s̃.de legi.& consti.l.leges & constitutiones.

r QVo iure.] vt præferatur prioribus.

s ¶Personali.] hoc verbum personali,non est in corpore authen. & malè videtur positum: quia is ex cuius pecunia res reficitur, habet tacitam hypothecam:vt ff.in quibus cau.pig.ta.contra.l.j. aliter nihil faceret ad titulum illa lex.& ff.e.l.interdum.& l.seq.Sed potest defendi vt habeat tacitam hypothecam. Sed si non potest sibi satisfieri ex ea, habeat priuilegium inter alias personales. Et idem videtur in eo cuius pecunia res est empta, quòd sit obligata mutuanti per hanc authen. & sic est contra s̃.de pig.l.quamuis.iij. Sed dic,si dedi ad hoc vt inde res ematur, tunc sit obligata,vel non : & tunc non : licet ex ea emeris rem : vt arg. contra de pig.l.fi.& authen.quod obtinet.& s̃.eo.l.licet.Accursius.

t ¶Militiæ.] idem in fisco:vt s̃.de priui.fis.quamuis.& in primipilo. & si sit posterior fiscus : vt s̃.ex qui.cau.pig.ta. contra. l. satis. Idem in casu huius l.§. exceptis.

a SI quid.] Actio competit. vt s. de iure do.l. in rebus.
dominium pignoris ei detur: & adhuc si intra aliud biennium debitor veniat, & pecuniam offerat, poterit pignus recuperare. si verò non veniat, ex tunc elapso biennio consequetur creditor plenissimum dominium: & si creditor pignus vendat, neque tunc consequatur debitum suum: de eo qđ deest aduersus debitorem, manebit integra petitio: & si pluris fit pignus venditum quàm sit debitum, debitor vel eius creditores superfluã petere poterunt: & si dubitetur quãtum debuerat vendi pignus, iudex debet æstimare, & creditor debet iurare se nō potuisse plus vendidisse: ita videlicet vt hoc quod iudex æstimauerit, obseruetur. Viuianus.

alijs conuentionibus, ea obseruari de quibus inter creditorē & debitorem conuentum est [a]. ¶ Sin autē nulla pactio intercesserit, licentia dabitur fœneratori ex denunciatione [b], vel ex sententia iudiciali, post bienniũ, ex quo attestatio missa, vel sententia [c] prolata est, numerandum [*] eam vendere. ¶ Sin verò nemo est qui comparare eam maluerit, & necessarium fiat creditori saltem sibi eã iure dominij [d] possidere, in huiusmodi casibus hãc causam esse obseruandam censemus, vt siue præsens [e] sit debitor, denũciatio ei scilicet post bienniũ mittatur, siue absuerit, prouinciale tribunal creditor petat, & iudicē certiorare festinet, quatenus ille eum requisierit, certo tēpore [f] super hoc ab eo statuendo: vt fiat debitori manifestum per apparitionem iudicis quod à creditore petitum est: & certum tempus statuatur, intra quod si fuerit inuētus debitor, debet is qui pecunias creditas accepit, debitum offerre, & pignus recuperare. ¶ Sin autē nullatenus fuerit inuentus, iudex certum tēpus [g] definiat, intra quod ei licentia dabitur sese manifestare, & offerre pecuniã, & pignus à pignoratione liberare. ¶ Sin autē tempore statuto minimē fuerit inuētus, vel creditam pecuniã totam offerre noluerit: tũc creditor adeat culmē principale & precibus porrectis iure dñij à nostra serenitate habere eandem rem expectat [h], habeatq; ex diuino [i] oraculo eam in suo dñio. Et postquàm hoc fuerit subsecutum, pietatis intuitu habeat debitor intra biennij tempus in suam rem humanum regressũ, ex die sacri oraculi numerandum: & liceat [k] ei creditori qui iam dominus factus est, offerre debitum cum vsuris & damnis vitio [l] eius creditori illatis: quorũ quãtitatem creditor debet suo iuramento [m] manifestare, & suũ pignus recuperare [n]. ¶ Sin autē bienniũ fuerit elapsum, plenissimē habeat rē creditor, ideq; domin⁹ iam irreuocabilem factam. Sed si quidem minus in pignore, plus in debito inueniatur: in hoc qđ noscitur abundare, sit creditori oīs ratio integra [o]. Sin aũt ex vtraq; parte quãtitas æqua inueniatur: sine omni dubitatione totam rem antea pignoratam retineat. ¶ Sin autē minus quidē ī debito, ãplius autē in pignore fiat: tũc ī hoc qđ debitũ excedit [p], oīs debitori iura integra lege nostra seruabuntur: creditoribus quidē fœneratoris nō suppositum, alijs aũt debitoris creditorib⁹ vel ipsi debitori seruatũ. ¶ Et ne ex cōmunione [q] fiat aliqua difficultas, licētia dabitur creditori seu domino [*] [r] æstimationē supflui debitori vel creditori debitoris cum competenti cautela [s] in eum exponenda offerre. ¶ Sin verò creditor postq̃ iure dominij hoc possideat, vendere hoc maluerit: liceat quidē ei hoc facere, si qđ autē superfluũ [t] fit, debitori seruare. ¶ Sin autem dubitatio exorta fuerit pro venditiōe, vtpote viliore pretio facta sacramēti religionē [v] creditor præstare cōpellatur, q̃ nulla machinatiōe vel circũscriptiōe vsus est, sed tãti vēdiderit rē quãti potuerit venire: & hoc tãtũmō reddi debitori, qđ ex iuramēto supfluũ fuerit visum. ¶ Sin aũt ex iureiurãdo etiã min⁹ habuisse creditor inueniat: in residuũ habeat integrã actiōnē. ¶ Aestimatiōnē [x] aũt pignoris, donec apud creditorē eundēq; dñiũ pmaneat: siue amplioris, siue minoris quãtũ ad debitũ quãtitatis est, iudicialis esse volumus disceptationis, vt qđ iudex sup hoc statuerit, hoc in æstimatiōnē pignoris obtineat. D. xv. cal. April. Constantinop. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss.

TITVLVS XXXV.

De pactis pignorum, & de lege commissoria in pignoribus rescindenda.

¶ Pactũ est potius interpretandũ esse superfluũ quã iuri cōtrariũ. h. d. Bal. vel sic: Pactum simile pacto legis commissoriæ, in pignoribus nihil operatur. h. d. secundum Bar. & Sali.

Impera. Alexand. A. Victorino. LEX I.

Qui pactus est, nisi intra certũ tempus pecuniã quã mutuam accepit solueret [*] cessurũ se creditoribus [y], hypothecæ venditionem nō contraxit [z]: sed id cōprehendit qđ iure suo creditori in adipiscēdo [a]

* eam rem, &c.

a ¶ Conuentum est.] hoc dictum fallit in casibus vt j. tit. j. per totũ. & ff. de pig. actio. si cōuenerit. j. & ff. de distrac. pig. l. si creditor. §. si. instit. & facit insti. q. ali. licet. §. j.

b ¶ Ex denũciatiōe.] s. vna: vbi verò cōuenit ne vēderet, ter est denũciandum: vt ff. de pig. actio. l. si conuenerit. j. in fine.

c ¶ Sententia.] interlocutoria de soluēdo sibi eã.

d ¶ Dominij.] vt s. si in cau. iudi. l. fi. Accur.

e ¶ Præsens.] sic ff. de euictio. l. si ideo. §. fi.

f ¶ Certo tēpore.] no. certũ tēpus dari ad reqrendũ, & aliud certũ tēpus ad soluendũ: vt statim subijcit. Accur.

g ¶ Certũ tēpus.] quo tempore nō inuentus redire possit. Ir. & facit ad hunc §. ff. de pig. act. l. eleganter. in prin.

h ¶ Expectat.] i. petat.

i ¶ Ex diuino.] p eo qđ valet. si minus valet. Vel ecōtra quantũ sufficiat ad debitũ si plus valet: vt j. patet. Accur.

k ¶ Liceat ei.] s. debitori.

l ¶ Vitio.] id est cōtumacia & negligentia.

m ¶ Iuramēto.] Nota iuramentũ dari scienti: & vbi singula non possunt pbari. sic s. de iudi. l. sancimus. Accur.

n ¶ Recuperare.] sic ergo intra quadrienniũ recuperabit pignus debitor. Sed secus in damno infecto, vbi post secundũ decretũ nō auditur: vt ff. de dã. infect. l. si finita. §. postea autē. Sed hęc quę hac lege dicũtur, aliter cōsuetudine: & aliter ciuitatũ statutis obseruantur. & per Lombardã: vt in tit. de debitis & guadimonijs, & quæ liceat pignorare vel nō. l. si qs fideiussorem.

Pignoris venditiones & adiudicationes sunt seruãde secundũ statuta & cōsuetudines locorum.

o ¶ Integra.] vt & s. de distract. pig. l. hypothecis. & s ī fi cert. pet. l. si p mutua. Sed secus in pignore quod in causa iudicati capitur: vt ff. de re iudi. l. à diuo. §. si pignora. Accursius.

p ¶ Excedit.] s. res pignorata. Accursius.

q ¶ Ex cōmunione.] Cōmunio enim mater est discordiæ: vt ff. de le. ij. l. cũ pater. §. dulcissimis.

Discordia fit ex cōmunione.

r ¶ Seu domino.] s. nunc facto. & facit ff. de pigno. act. l. eleganter. §. si vendiderit. & l. quãuis. in fi. & s. de bo. autho. iu. pos. l. fi. §. penul.

s ¶ Cautela.] aĩs cautione. hoc ad debitorem & creditore referri potest: nam debitor cauebit, q̃ illam rem non reuocabit: & creditor cauebit, q̃ restituet superfluũ. Azo.

t ¶ Superfluũ.] à debito cũ pluris vēdidit quã esset debitum.

v ¶ Religionē.] Not. de cōscientia quę satisfacere. sic j. de dona. l. fi. qs pro redēptione. §. eandē. & s. de iure delib. l. fi. §. licentia danda. & s. de fide instru. l. fi. §. finautē. & dixi s. de ijs qui ad eccl. cō fu. l. fi. §. sicubi. Accur.

x ¶ Aestimationē.] hic nō vult vendere, sed accepit iure dominij: & dicitur q̃ valet plus, & ecōtra ipse q̃ minus: sed ipse impetrauit vsq; ad quãtitatem debiti.

* facto &c.

¶ DE PACTIS PIGNORVM, &c. ¶ *Licet in venditionibus seruetur lex cōmissoria in pignoribus tamen non seruatur: ut habes in hoc titu.*

Qui pactus est.] CASVS. Obligaui tibi fundũ hoc pacto vt nō soluta pecunia sua die haberes eũ ī solutũ, an valeat pactũ: quærit. & dicitur q̃ nō. neq; plus cōsequeris per talē cōuentionē, nisi qđ de iure cōi tibi cōpetit: hoc est vt pignus vendere possis iure communi. Viuianus.

y ¶ Creditoribus.] ius pignorũ vel ipsa pignora. Et no. q̃ hoc non est pactũ legis cōmissoriæ, sed quoddam ei simile: & ideo inutile. nã nihil operatur: sicut enim creditor aliàs potuit vendere pignus vel ex pacto, vel ex lege: ita & nunc. Et idem dicas si dixit se daturum in solutum: vt sit inutile: vt ff. de solut. l. calopedius. aliàs, quamuis stipulanti. Pactum autem legis commissoriæ esset, vt si non soluam intra certum tempus, creditoris sit pignus: vel habeat pro pecunia sua emptũ: vel sit ei ius faciendi quod vult: vel similia. sed si sic dicam, habeas tunc emptum tanta pecunia quanti tunc valuerit, valet: vt ff. de pigno. l. si fundus. §. fi.

Pactũ legis cōmissorię quale est.

z ¶ Non contraxit.] scilicet de iure: sed de facto constat venditionem esse, sicut & cùm prædium creditori datur in solutum: vt j. de euictio. l. si prædium. Accursius.

* Pignus cessurum, &c.

a ¶ In adipiscendo.] id est in adipiscenda possessione pignorum. Accursius.

a ¶ Cõmuni itaque.] Nota ergo pactũ nil operari.sic j.de fideiuss.l.nõ rectè.& ff.pro socio.sed si adijciatur.argu.cõtra.ff.de vsur.l.si stipulatus.& ff.de leg.j.l.si quãdo.in princi.& totũ generale, res sic debet accipi vt non pereat:vt ff.de reb.du.l.quoties in actionibus.& l.vbi est.& ff.ad municip.l.j.Item contra est huic l.s.de pactis.l.si quis in conscribendo. Sed hoc speciale ne creditores nimiam suam exerceant auaritiam.Item cõtra.ff.de contrahen. empt.l.fina.in princi sed ibi non creditori,sed fideiussori remanebat pignus:& ideo non est ibi pactum legis commissoriæ,vel ei simile.

Res sic debet accipi vt non pereat.

pignore habiturus erat. Cõmuni itaq;[a] iure creditor hypothecã vẽdere debet. PP.idib. Octob. Alexandro A.Cons.

¶ *Pactum q, si res vendita nõ euincatur,alia res pro ea obligata debitori reddatur: est ualidum & seruandũ.Bal.uel sic:Cessante causa propter quã pignus est datum, pignus debet reddi.hoc dicit.secundum Sali.*

I mpp.Diocletian.& Maximian.AA.& CC. Dionysio. LEX II.

S I fundi.] CASVS. Vendidi tibi fundum,& pro euictione alium fundũ obligaui:hoc pacto, vt si non euinceretur, restitueretur fundus obligatus,si aliquis egerit & succubuerit:quia non euincit: an fundũ recuperare possis, quærit. & dicitur q sic. sed per quã actionẽ,non aperit.tu dic q præscrip. verbis,vel actio.pignoratitia.Viuianus.

S I fundi nomine quem vendideras, emptori ab alio mota proprietatis quæstione,alterũ fundum pro eius euictione pignoris hypothecæve titulo emptionis instrumentis ea lege dedisti[b]: vt quem secũdò tradideras, si is quẽ vendideras euictus nõ fuerit, obtineas[c]:de hoc cõtra eum qui mouerat quæstionem lata sententia: emptori parata securitate[d],circa eum quem obligaueras restituendum:conuentionis fidem impleri (si negotium[e] integrum est[f])præses iubebit[g]. S. calend. Decemb. Sirmij AA.Cons.

b ¶ Dedisti.] loco pignoris.

c ¶ Obtineas.] i. restituat tibi secũdũ Azo.& si amittat loco pignoris retineat qđ valet:vt j.de euic.l.si nõ iniuria. Sed qđ si est actũ vt hic loco illi⁹ habeat? Rñ.puto valere, & sic etiã põt intelligi innuere lex ista.

d ¶ Securitate.] id est exceptione rei iudicatæ: cùm sit absolutus.

e ¶ Negotiũ.] quia iureiurãdo, & pacto de nõ petendo,& sententia.

f ¶ Integrũ est.] quia nec sibi hũc vendidisti, nec p expẽsis litis ei dedisti,nec pacto,nec sñia, vel alio modo amisisti.

g ¶ Iubebit.] præscrip. verb.actiõe pposita, vel pignoratitia actione.

¶ *Pactum legis commissoriæ est reprobatum in pignoribus, & habet locum hæc lex in præteritis & futuris.hoc dicit.Bu.Barto. & Sali.*

I mper.Constantin.A.ad populũ. LEX III.

Q Vonia.] CASVS Inter alias deceptiones qbus creditor intẽdit debitorẽ decipere est hęc,scilicet q creditor cõuenit cũ debitore,vt si sua die nõ soluat,præstet q pignus penes eũ remaneat. statuit Imperator q hmõi conuentiones nulli⁹ sint momenti,sed creditor debitum recipiat,& pign⁹ debitori restituat. Viuia.

Q Voniam inter alias captiones præcipuẽ cõmissoriæ pignorum legis crescit asperitas,placet infirmari eã, & in posterum omnem eius memoriã aboleri[h]. ¶ Si quis[i] igitur tali cõtractu laborat, hac sanctione respiret, quę cum præteritis[k] pśentia quoq; repellit,& futura prohibet.Creditores enim re amissa[l] iubem⁹ recuperare qđ dederunt.D.ij.cal.Februar. Serdicæ, Constantino A. vij.& Constantio Cæs.Cons.

TITVLVS XXXVI.

De exceptionibus seu præscriptionibus.

h ¶ Memoriã aboleri.] quo ad ipsa pignora,non quo ad venditionem.Accur. ADDITIO An autẽ & quãdo pactũ legis cõmissoriæ reprobetur in pignoribus. Itẽ quare admittatur in cõtractu emptionis, & reprobetur in cõtractu pignoris.videas pulchrè per Abbatẽ in cap.significante.super glos.in verbo,cõmissoriæ.extra de pig.

i ¶ Si quis.] debitor.

k ¶ Præteritis.] nisi hoc diceretur non traheretur ad præterita:vt s.de leg.& consti.l.leges & constitutiones.

l ¶ Amissa.] impropriè quia dominiũ nõ fuit in eos translatum : vt s. de leg.& constitut.l.non dubium.huiusmodi tamen facta valent in arris sponsalitijs,vt s.si rect.pro.vel ad eum per.l.j.Item in sponsionibus honestis:vt ff.de præscriptis verbis.l.si rem.§.fina. Sed quid si paciscar vt non liceat soluere? Respon.non valet,& omnia similia. Sed quid si conuenerit vt non liceat soluere hinc ad mensem?adhuc dixit Pau.idem & eadem ratione de anno,& sic in infinitum.quod Ioan.non placet:sed dicit valere si modo sit tempus minus xxx.annorũ.aliter videretur perpetua alienatio:vt ar.in auc.de ali.& emphy.§.locationis.col.ix.& facit de feudis.quibus mod.feu.cõsti.potest.§.si quis obligauerit.argu.contra ff.

de contrahen.emp.l.fi.Sed solue vt s.eod.titu.l.j.

¶ DE EXCEPTIONIBVS,SEV PRAESCRIPTIONIBVS. ¶ *Dixit s.de iure agendi: nunc de iure defendendi. Et quod dicit præscriptionibus †: largè ponitur,licet aliàs pro temporali tantùm ponatur.*

† Cõtinuatio. Quid exceptio à præscript.differant, vide Alcia. super l. quinq; pedum. C.finium regũ.

¶ *Soluens habenti utilem actionem alio habente directã,ab utili liberatur ipso iure:sed à directa exceptionis ope.& obligatio diuiditur inter hæredes actiuè & passiuè,pro portionibus hæreditarijs. hoc dicit.Bal.Vel sic:Licet obligatio diuidatur ipso iure inter hæredes,tamen si debitor soluit uni ex hæredibus cui creditor nomen prælegauit, aduersus alios tuetur exceptione doli.hoc dicit.Sali.*

I mperator Antoninus A.Claudio. LEX I.

D Ebitores] CASVS Si debitor vel creditor ĩ fato cõcesit,pluribus hæredibus relictis inter hæredes p portionibus hæreditarijs diuidit actio. & p portionib⁹ hæreditarijs cõdictio cõpetit.Si verò creditor nomen debitoris sui vni hæredũ prælegauit, & ille egerit,& exegerit:alijvolentes agere doli mali exceptione repellentur.

D Ebitores quidẽ hæreditarij vnicuique hæredũ pro portione hæreditaria antiqua[m] lege obligati sunt. ¶ Sed si eis hęredibus omnẽ pecuniã exoluisti,quibus nomen patris tui[n] testator[o] ĩ diuisiõe ad scripserat[p], doli mali exceptiõe[q] aduersus alios agẽtes tueri te potes. PP.x. calend. Aug. Duobus & Aspris Cons.

m ¶ Antiqua.] scilicet xij.tabularũ:vt s.de pactis.l.pacto.& si certũ petatur.l.j.& s.si vnus ex pluribus hæred.&c.l.j.& s. famil.ercis.l.ea quæ.

n ¶ Patris tui.] i. patrem tuũ debitorẽ:quia specialiter quibusdã voluit ita debitum reddi.

o ¶ Testator.] idemq; creditor.

p ¶ Adscripserat.] prælegãdo, sicut ecõtra onus vni adscribere potest:vt ff.fami.ercis. l.si filia.§. papinianus.

q ¶ Exceptione.] imò videt q ipso iure sit tutus.Primò,quia illi quibus est nomen prælegatum,habent vtilẽ actionem ad solidum:vt s.de leg.l.ex legato nominis. ergo qui eis soluit, liberatur ab actiõe,& sic ab obligatione insolidum. Secũdò, quia qui voluntate creditoris alijs soluit,ipsi creditori soluisse videtur,& sic ipso iure liberat̃:vt ff.de sol.i. solutã.& l.vero procurator.& l.dispẽsatori. Sed certè nõ est ita:nam licet ab vtili libereris ipso iure,non tamen à directa qua teneris alijs.Item il la l.solutã.est intelligẽda quãdo volũtate creditoris viuẽtis.Itẽ videtur q nõ posit vni hæredũ prouidere in ijs quæ sunt in dando:vt ff.de verbo. obli.l.cõtinuus.§.fi. Sed ibi loquit stipulãdo,hic prælegãdo:vel illud de rigore,hoc de æquitate.

Legatarij q bus nomen est prælegatum,vtilem actionẽ habent ad solidum.

† Cõcor.c. cum inter. post mediũ cum glossa sup verb.ad litigãtes.extra de sent.& re iudi.

¶ *Licet unus ex fratribus succumbat in iudicio, non præiudicat alteri fratri.hoc dicit. Bal.uel sic:Exceptio rei iudicatæ non obstat ei contra quem non est pronunciatum.Sali.*

I dem A.Iulio. LEX II.

P Ro portione[r] tua qua domũ ad te pertinere dicis,si iudicatum non est,actionẽ dirigere potest.Nam exceptio rei iudicatæ ei demum obstat, vel successoribus eius,inter quos cognitum † super ea re & pronunciatum est[s]. PP. xv. calend. Mart. Antonino A. iiij.& Balbino Cons.

¶ *Dolus commissus in liberatione administratio nis, uel in ipsa administratione, secundum secundam lect.reddit pactum liberatorium ope exceptionis inutile. Vel sic: Exceptio pacti dolo quæsiti,elidi tur replicatione doli.uel sic:Generalis inquietatio ab ignorante facta, non porrigitur ad gesta per dolum. hoc dicit. Bal. uel sic: aduersus exceptionem pacti, potest agens dolo inductus uti replicatione doli. hoc dicit.secundũ primam lectu.quæ uerior est.Sali.*

A I dem A.Vitali. LEX III.

A Duersus † fratrẽ tuũ quondam tutorẽ legitimũ[t] tutelę iudi

† Concor. glos.j.ante med.in ca.j. extra de pactis.

P Ro portione.] CASVS. Duo habebant domũ cõem:cõtra vnũ illorũ pronũciatur:si alius velit pro parte sua agere,an res iudicata contra alium sibi noceat.quæritur.Rñ.q non.

r ¶ Pro portione.] duo fortè erant fratres.

s ¶ Pronunciatum est.] imò tria necessaria sunt:vt ff.de excep.rei iu. l.cũ quæritur.& l.seq. Item fallit hæc regula in popularibus actionibus, & publicis iudicijs,vbi res inter alios acta alijs nocet,nisi collusio detegatur.Itẽ in alijs casibus quos not.s.quibus res iudi non noc.l.ij.& facit ad l.istam ff.de re iudi.l.sæpè.& s.res inter alios acta.l.si cum fratre.& ff. qui pot.in pig.ha.l.claudius.

A Duersus.] CASVS Frater administrauit tutelã legitimam fratris tui,& ex mala administratione tenebat ei in c.dolo induxit vt ei dimitteret:si agat frater, alius excipiat de remisione, replicabit de dolo,id est q dolo induxit eum ad remittendum.vel dic q commiserat dolum in tutela,licet frater generaliter remittat ei administratione tutelæ,non tamen videtur remisisse dolum. prima positio verior est.

t ¶ Legitimũ.] imò fiduciarium:vt insti.de fiduci.tute.per totum.Sed omnis fiduciarius est legitimus.sed non conuertitur.

Pacti.

cio si expertus non es ꝓposita actione cõsiste, nec timueris exceptionem pacti[a], si in ea[b] fraudẽ dolũq; admissum probare potes[c]. nam replicatio doli opposita, bonę fidei iudicium facit[d], & cõmẽtum fraudis repellit[e].

Diuturnus iudicij tractatus peremptorias non excludit, sed exceptio rei finitæ sic. hoc dicit. Vel sic: Defensio perẽptorij obijci potest usque ad litis contestationem. hoc dicit cum glos. Bal. Vel sic: Causa nondum finita, potest opponi exceptio peremptoria. hoc dicit. Sali.

Imperator Alexander A. Iuliano et alijs.

LEX IIII.

CVm nõdum[f] finitam sentẽtia causam sed dilatam allegatis: nõ est dubiũ oẽs integras defensiones[g] vobis esse. PP. ij. nonas Octob. Maximo ij. & Aeliano Cons.

Quæ annua sunt ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. hoc dicit. Bart. Bal. & Sali.

Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Basilio.

LEX V.

LIcet vnde vi interdictum[h] intra annum[i] locũ habeat, tamẽ exceptione perpetua succurri ei qui per vim expulsus post retinuit possessionẽ, authoritate iuris manifestatur. S. cal. Maijs, Trallis AA. Cons.

Replicatio & duplicatio non expirant tempore. Bal. uel sic: Exceptio uel replicatio doli potest perpetuò cõtra pactum opponi. hoc dicit. Salicetus.

Idem AA. & CC. Helenę.

LEX VI.

SI pactum[k] intercessit[l], in exceptione[m], sine temporis præfinitione[n] de dolo replicare potes[o]. S. calen. Septemb. Viminatij AA. Cons.

Refutatio generalis per specialem satisfactionem restringitur. hoc dicit. Bald. Vel sic: Pactum de non petendo simpliciter factum, restringitur ad quantitatem iam solutam. hoc dicit. & not. Salicetus.

Idem AA. & CC. Menãdro. LEX VII.

SI ex maiore[p] debiti quantitatẽ minor tibi soluta est, nec liberationem debitori tuo pręstitisti[q]: petere quod nõ ꝓbatur redditum, cõtra exceptionẽ pacti replicatione tuam adiuuans intentionem, minimè ꝓhiberis. S. ij. calend. Mart. CC. Cons.

Exceptio peremptoria potest opponi quandocunque, priusquam feratur sententia definitiua. hoc dicit. Bal.

Idem AA. & CC. Aurelio. LEX VIII.

PRæscriptionem[r] peremptoriam quã ante contestari sufficit[s], omissã priusquã sentẽtia feratur, obijcere quandoq;[t] licet. S. xv. cal. Nouemb. CC. Cons.

Ista est difficilis lex, & quasi difficilior in materia, nec reperitur utilior ista. Si reus est certus quòd actor non potest probare, debet denegare, non excipere: sed si dubitatur, potest utrũque cumulare, scilicet negando, & si probetur excipiendo. hoc dicit. secundũ Bal. uel sic: Reo non expedit exceptionem opponere si credit actorem non probare: alias debet exceptionem sub cõditione opponere, & potest probatam intentionem actoris illam probare. hoc dicit. Sali.

Idem AA. & CC. Mutiano. LEX IX.

SI quidem[v] intentionem actoris probatione deficere con-

Casum ponit dupliciter.

a Pacti.] tutor ille te induxit dolo ad remissionem faciendam: non potes ideo minus agere contra eum. & si excipiat de pacto, replicabis de dolo. Vel dic ꝙ dolum commiserat in tutela, qui dolus non videtur generali remissione remitti: vt arg. ff. de lib. leg. aurelio. §. caius. & ff. de pact. lege tres fratres. Nam & seru⁹ quicqd quęrit, dño quęrit, non tamẽ dolo: vt. ff. de acquiren. pos. l. qđ seru⁹. Sed huic expositioni est argu. cõtra. ff. de pac. l. si vnus. §. illđ. Sed prima placet.

b Si in ea.] alias in eo, scilicet pacto. alias in ea, scilicet remissione. vel ĩ ea, scilicet tutela.

c Probare potes.] q enim dolũ dicit &c. vt ff. de probati. l. quoties. §. qui dolo.

d Facit.] i. cõuenit iudicio tutelę, qđ est bonę fidei, opponi replicationem doli: ex quo est dolus commissus, & cõmentum fraudis repellit. vnde Ouidius. Non faciunt molles ad fera bella manus. faciunt, id est conueniunt. *Versus.*

e Repellit.] quia metu, vel dolo, vel minor erat.

Casum ponit.

f CVm nondum.] Pone sic casum. Cœpi cõuenire aliquẽ, & steti per aliquod tẽpus: in causa supersedi per tres annos, & dicitur ꝙ iterũ possum agere, & loquitur generaliter in reo & actore.

g Defensiões.] perẽptorias. subaudi, nisi in casibus. sed dilatorias ante litem cõtestatã: vt hic, & s̃. sen. re. nõ pos. l. peremptorias. & s̃. de proba. l. exceptionem.

h LIcet vnde vi interdictum.] Vnde vi interdictum intra annum datur, quando possessio ad violentum non peruenit: vt ff. de vi & vi arma. l. j. in princip. & s̃. vnde vi. l. ij. Sed non est ita in exceptione, quæ competit vim passo. Dic ergo casum quòd deiectus recuperauit incontinenti possessionem, licet habeat interdictum vnde vi, intra annum pro damnis. pro possessione tamen habet exceptionem perpetuam, etiam si rei vendicatione conueniatur: vt nota. s̃. vnde vi. l. si quis in tantam. vt sic quod huic expulso licuit incontinenti recuperare, non sit illius delicti impunitas. Hæc positio non placet Ioanni: quia cùm nullum detur tibi interdictũ pro possessione: ergo nec mihi vlla, exceptio. Pone ergo sic: Expulisti Titium qui mihi cessit interdictum & omne ius suum, inde vi te deieci, possessionem non apprehendi, ago aduersus te interdicto mihi cesso: excipis post annum & perpetuò cum alio possessorio possis à me si tenerem recuperare, scilicet ex secunda deiectione: licet si ex secunda expulsione ageres, tantum intra annum audieris. Tertij vt B. dicunt, expuli te de fundo violenter: deinde ex interuallo tu expulisti me, sed possessionem non intrasti, ego verò eam retinui agis contra me interdicto de priori expulsione. ego excipio de violentia quam ex interuallo intulisti mihi. Et alij sic ponunt inuasorem post annum possessionis æstimationem & cætera damna restituisse: certè non habet condictionem indebiti: licet si possideret, conueniri non posset. Vel dic quòd deiectus quoquo modo etiam clam possessionem recuperauit, & conuenitur à deiectore interdicto vti possidetis, & perpetuò excipit: quia si agens possideret, interdicto vnde vi teneret, nisi ann⁹ esset elapsus: multo magis per exceptionem potest se tueri: vt ff. de superfic. l. j. § quod autem ait prætor. Ex lege ergo ista nota. quæ annua sunt ad agendũ, perpetua sunt ad excipiendum. P. Idem in doli exceptione: nam licet actio de dolo sit biennalis: vt s̃. de dolo. l. penulti. tamen exceptio est perpetua: vt ff. de excep. do. l. purè. §. fi. secus in replicatione: vt ff. de pecu. l. quæsitum. §. fi. Cui l. quæsitum. est contra j. l. proxi. Sed ibi solues. *Casum ponit multipliciter.* *Annua ad agendũ, perpetua sunt ad excipiendum.*

i Intra annum.] nota perpetua iura sunt ad excipiendum, & temporalia ad agendum.

k SI pactum.] de non petendo.

Casum ponit triplicit.

l Intercessit.] tribus modis pone casum. Primò, debebas mihi decẽ dolo extorsisti à me pactum de non petendo: si excipias ex eo pacto perpetuò, replicabo etiam sine præfinitione temporis, sicut & olim actio sine præfinitione temporis competebat. Sed hodie dices perpetuò, id est ad xxx. annos. Nam tantũ durat actio, ergo & tantũdem replicatio: vt institu. de perpe. & tempo. actio. in princip. Secundò secundùm B. sic, feceram tibi pactum de non petendo: dolo extorsisti de petendo. si replico ex eo, tu perpetuò replicabis, id est duplicabis, & sic fuit pactum factũ dolosè in exceptione, id est contra exceptionem. Sed huic est contra ff. de pecul. l. quæsitum. §. finali. vbi replicatio est annua. sed ibi est in litera, fortassis. secundùm B. vnde perpetuò replicatur. & hoc secundùm vtranq; expositionem. vel ibi est replicatio, hic duplicatio: quæ est eiusdem naturæ cuius est exceptio, quę perpetuò datur reo: vt ff. de exceptio. do. l purè §. fina. nam hæc duplicatio vt exceptio datur reo: vt instituta de replica. in princip. Tertiò sic: secundùm Ioan. feci tibi pactum de non petendo: tu mihi postea de petendo: si excipias ex eo, replicabo de dolo. nam vbi alia quæcunque exceptio locum habet, & doli: vt ff. de exceptio. do. l. ij. §. & generaliter: nisi reuerentia personarum aliud suadeat: vt ff. de exceptio. doli. l. apud. §. aduersus.

m In exceptiõe.] scilicet quærenda, secundũ primum. vel id est contra exceptionem, secundùm vtrunq; casum dolosè, vel id est contra exceptionẽ, & non dolosè fuit factum pactum secũdùm tertium.

n Præfinitione.] bene dicitur quòd actio de dolo temporalis est ad agendum, perpetua ad excipiendum.

o Replicare potes.] propriè secundũ primũ & tertium: impropriè, id est duplicari secundùm medium. Accursius.

Ponit casum.

p SI ex maiore.] Cũ x. deberes, soluisti quinq;, licet generale pactum de nõ petẽdo fecerim, credẽs nil plus mihi deberi tamen agã. & si excipias, replicabo: vt. j. de sol. l. si inter. & s̃. de transac. l. siquidem. & s̃. de fur. l. post decisionem. & ff. de cõd. inde. l. fi. §. idem quęsijt. Sed certè imò videtur in residuo non agi. v ff t. de re iudi. l. à diuo. §. si pignora. quæ est contra. sed ibi lex præsumit remissionem residui.

q Præstitisti.] ex certa scientia: liberasti tamen quo ad verba.

PRæscriptionẽ.] CASVS. Exceptio perẽptoria siue ante siue post, si protestatus fuerit quis se eam velle opponere: ante sententiã opponi debet, non post. Viuianus.

r Præscriptionem.] id est exceptionem: vt pacti, vel rei iudicatæ vel similis.

s Sufficit.] ex voluntate, non ex necessitate: vt subijcit, & s̃. de præscriptio. longi temporis. l. emptor. & dixi s̃. senten. rescind. non posse. l. peremptorias.

t Quandoque.] id est quadocunq;.

SI quidem.] CASVS Aut reus certus est in nullo actori teneri. & actor deficiet in probatione: aut certus ꝙ teneatur, aut dubius. primo casu nulla exceptio reo est necessaria. secũdo de ea cogitet ꝓponẽda, si quã habet. tertio casu, si est perẽptoria, ab initio proponere potest: si vltra, fundata intentione actoris, eam probet. & bene dixi, si vltra: quia non compellitur post litem contesta proponere. Viuianus.

Reus si dicat se ꝓmisisse sub cõditione, an debeat cõditionẽ ꝓbare vel actor puritatem.

v Si quidem.] quid si lite contestata ponat actor in causa ꝙ reus promisit ei decem. reus respondet se conditionaliter promisisse, vel sub conditione promisisse, vel promisisse sed sub conditione, adijciens non alio modo, vel non adijciens. quæritur, an reus videatur confessus purè, nisi probet cõditionẽ. an econtra videatur negasse: si actor probet puri-

fidis [a], nulla tibi defensio [b] necessaria [c] est. ¶ Si verò de hac cõfiten do [d] exceptione † te munitũ asseueras, de hac tñ agi [e] cõuenit. Nã si etiã de intẽtione dubitas [f], habita exceptionis cõtestatione [g]: tũc demũ [h] cùm intentionẽ suã secundũ asseuerationem suam petitor probauerit [i], huic esse locum mõstrari conuenit. S. iij. non. Nouemb. Burtadizi CC. Conss.

¶ *Sicut reus iuuatur exceptionibus, ita actor replicationibus. hoc dicit. Bal.*

Iidem AA. & CC. Aquilinæ. LEX X.

NOn exceptionibus actores quibus reis auxiliũ tribuitur [l] certis ex causis, sed replicationibus suam intentionẽ, si quã habeant, muniant [k]. S. cal. Decemb. Nicomediæ, Cæsaribus Conss.

¶ *Defensio rei cõpetit fideiussori, nisi reus re- dimatur ab obligatione per mutationẽ stat⁹. Bal.*

Iidem AA. & CC. Neoni. LEX XI.

DEfensiones [l] siue exceptiones ad intercessores [m] extendi [n], quibus reus principalis integro manẽte [o] statu [p] munitus est, constat.

¶ *Punitur temerarius aduocatus, qui patrocinium præstat de exceptione prepostera. hoc dicit. Bal. uel sic: Dilatoria debet opponi ante litem contestatam, non postea: aliter opponens punitur. hoc dicit. Sali.*

Imperat. Iulianus A. ad Iulianum comitem Orientis. LEX XII.

SI quis aduocatus inter exordia litis † prætermissam dilatoriam [q] præscriptionẽ postea voluerit exercere, & ab huiusmodi opitulatione submot⁹, nihilominus perseueret, atq; præpostere defensioni institerit: vnius libræ auri cõdẽnatione multetur. Dat. vij. id. Mart. Antiochiæ, Iuliano A. iiij. & Salustio Conss.

¶ *Exceptio iudicis incompetentis, ante litem contestatam debet opponi. uel sic: Declinatoria iurisdictionis, debet ante litem contestatam opponi & terminari. Bal.*

Imperat. Honor. & Theodo. AA. Symmacho proconsul. Aphricæ. LEX XIII.

PRæscriptiones [r] fori in principio litis à litigatoribus opponendas esse, legum decreuit auctoritas. D. v. calend. Septembr. Rauennæ, Honorio x. & Theodosio vj. AA. Conss.

TITVLVS XXXVII.
De litigiosis.

¶ *Simplex denunciatio extra iudiciũ, non tenet: uel quæ fit in iudicio, rem litigiosam non facit. Bal. Vel sic: Venditio pignoris facta per creditorem, etiam si debitor contradicat, non facit rem litigiosam. hoc dicit. Salice.*

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Paulinæ. LEX I.

CVm creditor pign⁹ vẽdit, nõ potest vi-

---

tatem vel conditionem extitisse? Et videtur q reus sit confessus, nisi probet conditionem. nam duo videtur dixisse, scilicet se promisisse, & sub conditione promisisse vt & dicitur in arbitri præcepto &c. vt ff. de arbi. l. celsus. §. j. Vnum ergo de istis est contra se, & ei habetur fides: vt ff. de interroga. act. l. de ętate. aliud pro se reo, scilicet conditio, & illi non habetur fides: vt s. de proba. l. exemplo. & in authen. de iureiuran. à mo. præst. §. j. col. v. Secundò, 10 quia sic diximus in exceptione pacti & similibus, quòd si quis confiteatur se debere: sed dicit factum pactũ de non petendo: q nisi probet pactum condemnatur, nisi præmittat negationem: vt nego me debere: sed si apparuerit, dico pactum factũ: vt no. 20 in hac l. siquidẽ. & sic intelligimus ff. de except. l. nõ vtiq;. Tertiò, quia si actor ponat de Sticho sibi debito, & reus fateatur, sed dicat de alio Sticho se sensisse, statur dicto actoris: vt ff. de verb. obliga. l. inter stipulan- 30 tem §. j. Sed econtra videtur negasse puritatẽ, nisi actor probet puritatem vel conditionẽ extitisse: sicut enim actor nõ videtur in iudicium deduxisse qd nõ sentit, sic nec reus videtur confiteri qd non sentit: vt ff. de exceptio. rei iudi. l. si 40 ex testamento. in fi. ga nõ debet deterioris esse conditionis rei: vt ff. de reg. iur. l. fauorabiliores. Item in iudicio si quis loquatur ambiguẽ, statur eius dicto: vt ff. de iudic. si quis intentione. sic ergo & hic. Sed si dubitetur cui sit standum: 50 electioni rei stãdum est. Tertiò, si itelligatur separata conditio & promissio, eadẽ ratione & locus. ergo hæc stipulatio, promittis dare decem hodie Romæ, cùm simus Bononiæ: valeret ratione promissionis, quod est falsum: quia stipulatio talis non valet: vt institu. de verbo. obliga. §. loca. non ergo intelliguntur separata. Quartò, qui conditionem apponit in ipsa actionis natiuitate, apponit, quasi nec sit nata actio. vnde nec cessit, nec venit dies ante conditionis euentum: vt ff. de verbo. significa. l. cedere diem. & sic aliud est quàm in exceptione pacti, vel simili quæ 60 nascitur post natiuitatem primæ actionis. Cùm ergo dicit conditionaliter promisi, vel sub conditione: tale est, ac si diceret, nõ cõfiteor actionẽ natã. Eodẽ modo si dicat, promisi: sed sub cõditione: idem est: quia quæ incõtinenti dicũtur, videntur inesse: vt ff. si cer. pet. l. lecta. & maximẽ si adijciat, & nõ alio modo. Item expressum videt, quia si decẽ stipulor purẽ, & tu rñdes sub cõditione, nulla est stipulatio: quia nõ videris rñdere ad interrogata: vt ff. de verb. obli. l. j. §. si quis simpliciter. & insti. de inuti. stip. §. præterea. De nouo ergo debet rñdere an purẽ promiserit, cũ nõ videatur pmisisse. Itẽ si diceremus esse duo, scilicet purã & cõditionalẽ: hoc nõ potest esse: nisi alternatiuẽ: nõ coniũcta scriptura, scilicet pmisi. 70 sed sub cõditiõe faceret tantũ ac si diceret, hoc aut illo modo promisi: vt ff. de condi. & demon. l. non ad ea. §. j. Solu. videtur distingui an incõtinenti aut post modicũ tempus adijciatur cõditio: vt primo casu videatur inesse. & secundo non: vt j. de dona. quæ sub modo. l. perfecta.

a ¶ Confidis.] quia dicit te sibi teneri in decẽ. qd scis non esse verum.
b ¶ Defensio.] id est exceptio, dummodo non confitearis.
c ¶ Necessaria est.] nisi vt neges.
d ¶ Confitendo] id est scis te ei teneri, vel credis.
e ¶ Agi] id est cogitari: quia fortè fecit pactum, vel soluisti.
f ¶ Dubitas.] id est nõ es certus, sis vel nõ: cũ fortè cõtractus descẽdat 80 à persona patris. Collige ergo interrogatũ non semper cogi dicere, credo, vel nõ credo: quia potest dicere dubito: vt & s. de condi. indebi. l. fi. & dixi s. de iura. calum. l. ij. §. j. Item & collige q semper debeat interrogari & respondere: vt ff. de interrog. act. de etate. §. nihil. quod tamen ex causa fieri debet: vt ff. de interrog. act. l. penulti. Nam si quæras à me, & ego dico q calumniosè quæris, & tu dicas q calumniosè dico: sic & in infinitum posset procedi: quod esse non debet.
g ¶ Contestatione.] ab initio. scilicet ex volũtate, non ex necessitate sit

† De distinctione exceptionũ vide bonã gl. in cap. exceptione. extra eo. titu.

Stipulatio nõ cõmittit si ad interrogata non respõdetur.

Interrogatus nõ semp cogit dicere credo: vel non credo.

---

est peremptoria: als ex necessitate: vt s. l. proxi. & s. de proba. l. exceptionẽ. Sed nõne excipiẽdo confitetur? Rñd. nõ: vt ff. de except. l. nõ vtiq;. quod est verũ, quãdo primò nego: sed si appareat me debere: tunc oppono exceptionem. & sic hic intellige l. prædictã. nõ vtiq;. ADDITIO. De isto videas per Bar. in l. nõ vtiq; ff. de excep. & Dynũ in c. exceptionẽ. de reg. iur. lib. vj. & plenissimẽ Abbatem in c. cùm venerabilis. in v. col. extra de exceptionibus.

10 h ¶ Demũ.] sed quia testes cõtra testes induci nõ possunt, cũ iã didicit testificata: securi⁹ est opponere eam & probare.

i ¶ Probauerit.] post didicita. ergo demũ testificata pbat reus exceptionẽ. & sic est contra. s. de proba. aut. at qui se- 20 mel. Sed dic vt ibi in l. exceptionem. & facit ad leg. s. de actio. & oblig. l. negantes. & de eden. qui accusare.

k ¶ On exceptionibus.] Muniant. vt & instit. de replica. & ff. eod. l. ij. §. illud.

30 l ¶ Efensiones.] CASVS. Debitori factum pactum de non petendo, fideiussori parat exceptionem, nisi reus tunc mutauerit statum suum: quia fortè fuit deportatus. & intellige responsionem istam de excep. cohærente rei, vt est de non petendo. 40 de re iud. & non de illa quæ cohæret personæ: vt est restitutio in integrum. Viuianus.

l ¶ Defensiones.] rei cohærẽtes, secus in persona li: vt ff. eod. l. exceptiones quæ personæ.

m ¶ Ad intercessores.] si habeat contra 50 reũ regressum: nõ aliter: vt ff. de pact. l. quod dictum.

n ¶ Extendi.] etiam inuito reo: vt ff. de fideius. l. si stipulatus. & ff. eo. l. omnes. & facit ad leg. istam ff. de fideius. ex persona. & insti. de replica. §. fi. & ff. de re iudi. l. si fideiussor.

o ¶ Manente.] quia si fisco condẽnatus esset, immediatẽ bonorũ haberet exceptionem contra creditores.

p ¶ Statu.] sed mutato statu nõ competunt circa cõtractus: vt hic, & j. de fideius. l. j. sed circa iudicia secus: vt in e. tit. l. fi. ly fia. & ff. qui satis. cog. l. fi 60 decesserit. & l. seq. & si quis cautio. l. sed & si quis.

SI quis.] CASVS. Aduocatus in initio litis dilatoriã nõ proponens exceptionẽ: si postea velit eã proponere, nõ audietur: & si institerit vt audiatur, in vna libra auri condemnabitur. Viuianus.

q ¶ Dilatoriam.] quæ in initio erat opponẽda: vt j. l. pxi. & s. de pba. l. exceptionem. & s. de procura. l. ita demum, &c.

PRæscriptiones.] CASVS. Qui vult recusare iudicẽ, hoc faciat ante litẽ contesta. postea non auditur. Viuianus.

r ¶ In principio.] vel ante dationem libelli, vel etiã post: vt ff. de iudi. l. nõ videtur. dũmodo ante litẽ cõtestatã: vt hic, & s. de iurisd. om. iud. nemo. 70 & ff. de iudi. l. sed & si susceperit. in prin. Item hæc vera quãdo sciut iudicẽ nõ competentẽ. als si ignorant, quandocũq; possunt opponere: vt s. si à nõ cõpe. iudi. l. fi. ADDITIO. Tu dicas q qñ pars scit iudicẽ nõ cõpetentẽ, debet illã exceptionẽ opponere in principio. i. anteq̃ fit factus aliqs actus p quẽ videatur in iudicẽ cõsentire: vt extra de re iudi. c. inter monasteriũ. & ibi de hoc per canonistas. vnde si qs opponeret prius exceptionẽ cõtra personã actoris, vel cõtra libellũ vel pcuratorẽ, nõ posset postea opponere exceptionẽ iudicis incõpetentis: qa videtur eũ dicere iudicẽ cõpetentẽ ad cognoscendũ & pnunciandũ super dictis exceptionibus: & ideo ista exceptio de incõpetenti iudice debet pmitti. ita dicit 80 Bar. hic, & in l. quidã cõsulebat. ff. de re iudi. versi. quæro qñ debet, &c.

¶ DE LITIGIOSIS. ¶ *Quia genus exceptionis res litigiosas inducit, ideo de ea dicit: ut ff. e. l. j. Et potes legere authen. super ipsa rubri. secundum B. uel secundum Azo. super l. j.*

CVm creditor. CASVS. Dixit Imperator in hac l. q creditor pignus vẽdens, nõ videt rem litigiosam vendere: licet debitor denunciet ei ne vendat, vel emptori ne emat. Debitor

Excipiẽs an videatur cõfiteri.

† Alias de auspicia li. tis: vt i c. pastoralis. in prin. cũ gl. j. extra de ca pos. & pro prie.

b Cõcor. c. de testi. cum gl. sup verbo, publicatæ. extra de testibus.

† Cõcord. extra de re iud. c. cũ inter monasterium.

Exceptio nõ cõpetentis iudicis qñ debeat opponi.

b Facit ad hunc tit. c. j. cũ gl. extra de alie. iudi. mu. cau.

a ¶ Debitor.] vt & s̄.debi.vend.pig.impe.n☧ pos.l.j.& ij.& de distract. pigno.creditor.j.vel secundus creditor: vt s̄.si anti.credi.l.fina.vel quilibet alius: quia sola denunciatio non facit rem litigiosam: vt ff.eodem.l.j. Et quia fit mentio litigiosè rei, accipe authen.litigiosè,&c. quæ est ex cor.de litigiosis.§.j.collatio.viij.

Item ꝙ hic non patitur damnũ, fallit in casu, vbi tenetur in duplũ: vt ff. e.l.fi. Item hodie patitur quilibet pœnam: vt j.e.l.fi. Accursius.

Litigiosa res.] CASVS. Lex C. facit mentionem de litigiosis. Ista authẽ. dicit 10 quæ sit res litigiosa. dic ergo sic: Petij à te fundum: actionem meam in alio non debeo transferre, siue conueniã te corã iudice ordinario, siue impetraui rescriptum ꝙ aliquis iudex cognoscat inter me & te: & illud rescriptum obtuli iudici 20 delegato, & ipse tibi.

b ¶ Litigiosa res.] mobilis vel immobilis: vt in cor.§.j.

c ¶ Dominio.] vel quasi dominio: vt per publicianam, vel per aliquam vtilem rei vendicationẽ quæ multæ sunt. vel confessoriam pro vsufructu, 30 cùm habeat instar proprietatis. fortè secus, quã do de seruitute rustica agitur. Item secus si agat hypothecaria vel actione personali, secundùm quosdam: vt in eodem corpore probatur. §. ad hæc autẽ. licet lex ij. huius tituli videatur dice- 40 re contra de personali: vt ibi dices.

d ¶ Conuentione.] quando est ordinarius.

e ¶ Et iudici.] quando est delegatus.

Lite pendente.] CASVS. Actor siue reali, siue personali actione aliquem con- 50 ueniat: res petitas à reo & detentas, & actio non solùm in coniunctã nõ potest transferre, sed neque in extraneos aliquo titulo, vel donationis, vel venditionis: qđ si fecerit reuocabitur, perinde ac si factum non fuisset, neq; lite suo marte 60 currente. Viuianus.

f ¶ Lite pendente.] lite contestata, vel non: dummodo causa sit mota in reali.

g ¶ Deductæ sunt.] iure dominij, vel quasi. nam actio in rem potest cedi: vt s̄.de hæred. vendi.l fina. vel res: vt subijcit, si inducam in possessionem: licet alius scilicet conuentus possideat: vt dixi s̄.de distractio.pig.l.qui prædium.& sic non loquitur de per- 70 sonali actione hæc lex, cùm illa non possit fieri litigiosa: vt videtur dicere authentica, litigiosa. Vel dic actione, scilicet personali, vel res quando agitur in rem: vt ff. de actio.& obliga.l.actio in personam. nam hæc lex & sequens de personali dicunt. Et not. secundùm Pla. quantum de personali corrigitur per authen. ego puto non corrigi, sed tantum plus exigi in personali. ꝙ sit iudicium motum lite contestata: vt hac lege dicitur.

h ¶ In coniunctam]. de qua magis videbatur: vt argu.s̄.de contrahen. emptio.l.dudum.

i ¶ Contractibus.] nisi in casibus: vt j.l.proxi.& l.fi.

80 k ¶ Actore liceat.] nec à reo: vt & j.eo. l.fina.& ff.de ali.iudi.mu. l.fi.& ff.fami.ercis.l.alienationes.& ff.de iur.fis.l.res quæ. Sed contra s̄.de peti.hære.l.fi.§.j.& ij.& iij. sed illa fiunt ex necessitate. Item contra s̄.de præscrip.long.temp.l.j. Solu. vt ibi in princi.dixi.

l ¶ Peragenda.] redhibetur enĩ res alienanti hodie: vt j.eod.l.fi.& sic est contra s̄.ne liceat potẽ.l.j. sed ibi non erat litigiosa, & cedebatur in potentiorem ratione officij: sed titu. de ali.iudi. ratione alterius potentiæ.

---

deri litigiosę rei emptio cõtrahi, & si debitor [a] interdicat ne venditio perficiatur. PP. calend. Maijs, Apro & Maximo Cons.

In authen. de litigiosis.§. primo. collat. viij. constitu. viij.

¶ *Hæc authenti. definit quæ res est litigiosa, & res litigiosa est de cuius dominio quæstio mouetur, iudiciaria conuentione coram ordinario uel delegato facta super ea petitione. Bal.*

Litigiosa res [b] est de cuius dominio [c] causa mouetur inter possessorẽ & petitorẽ: iudiciaria conuẽtione [d], vel precibus principi oblatis †, & iudici [e] insinuatis, & per eum futuro reo cognitis.

¶ *Actio mota in iudicio lite pendente, in alium non potest transferri: & per istam cessionem inutilem, non uidetur cedens renunciare liti motæ. hoc dicit. Bal. uel sic: Pendente lite rei uel actionis, non potest fieri alienatio, quasi sit facta litigiosa. hoc dicit. Sali.*

Imperator Constantinus A. ad prouinciales. LEX II.

Lite pendente [f] actiones quæ in iudicium deductæ sunt [g], vel res pro qbus actor à reo detentis intẽdit, in coniunctã [h] personã vel extraneam donationibus, vel emptiõibus, vel quibuslibet alijs cõtractibus [i] minimè trãsferri ab eodẽ actore liceat [k]: tanquã si nihil factum sit, lite nihilominus peragenda [l]. D. cal. Mart. Basso & Ablabio Cons.

¶ *Vbi legatur res quæ alienari non potest propter iudicium præcedens, debetur æstimatio. h.d. Ista lex corrigitur per se. & l. sequens corrigitur per authenti. nunc si hæres. hoc dicit. Bar.*

Imperat. Gratia. Valentin. & Theodo. AAA. Tatiano præfecto præto. LEX III.

Quicũq; rem litigiosam, vel ambiguũ [m] chirographũ †, quodlibet deniq; mobile, vel ĩmobile fisco nostro, vel potẽtiori, seu alijs pſonis in testamẽto, siue codicillo legauerit, fideive cõmiserit, aut p hereditatẽ [n] reliqrit: nullã fisc⁹ noster vel alia persona licẽtiã habeat iurgiorũ, nec iudiciũ subeat: sed ęstimatio ei⁹ litis ineatur, præstanda [o] ijs qbus actiones vel res litigiosę relictę sunt. Eãdẽ litẽ ipsi hęredes peragãt, suarũ actionum periculo, ea quę litigiosa fuerant relicta vẽdicãtes. ¶ Quod & de chirographis placet, vt hęredes relictorũ fisco, vel alijs personis pręsentẽ pecuniã numerẽt, & iudicio eos quos obnoxios existimãt, persequãtur. D. xv. cal. Iul. Thessalonicę. Item rursus Constantinop. xiij. cal. Ian. Cratiano v. & Theodosio AA. Cons.

¶ *Ista lex imponit pœnam rem litigiosam scienter recipienti. & hoc dicit: Alienans rem litigiosam uel actionem, punitur in simplum, & eadem pœna punitur: accipiens sciẽter. fallit in casibus in hac l. positis. hoc dicit. Bald. Vel sic: Emens scienter rem litigiosam, tenetur illam restituere, nec pretium repetit, sed illud & tantundem uenditor fisco soluit: emens uerò ignoranter, pretium repetit, & ultra illud tertiam partem alienatione irrita remanente. hoc dicit. Sali.*

Imperator Iustinianus A. Ioanni præfecto prætorio. LEX IIII.

Censemus † vt si qs lite pendente vel actiones [p], vel res [q] quas possidet, ad aliũ quẽdam trãstulerit, siue scientẽ, siue ignorãtẽ: vitio [r] litigiosi cõtractus subiacere: distinctione quadam inter cõtrahentes obseruãda, vt si quis [s] sciẽs vel ad venditiones [t], vel ad donationes, seu ad alios contractus accesserit, cognoscat se compellendum non tantum rẽ redhibere [v], sed etiam pretio eius priuari [x], nõ vt lucro cedat ei qui rem alienauit, sed vt etiam alia tanta quan-

---

Qvicunque.] CASVS Si rem vel quantitatem quam in litem quis deduxerit, mihi legauerit, vel fisco, vel potentiori, vel actio. aliquam hæres æstimationem dabit mihi illius rei. In secundo casu act. suo periculo manebit. & pecuniã mihi reddet quam essem habiturus, si eas non mouissem 10 & obtinuissem.

m ¶ Ambiguum.] id est litigiosum.

n ¶ Per hæreditatẽ.] scilicet per fideicommissum relictam, non directo: quia tunc non posset habere locum exceptio. vel dic ex certa re: vt dixi s̄.de hæred.instit. 20 l.quoties.

o ¶ Præstanda.] ab hæredibus. Sed contra j.eo. l.fina. Solu. hæc per illã. & illa authen. nunc si hęres. corrigitur.

Censemus.] CASVS Si rẽ de qua inter me & te est cõtrouersia, tu cõuentus 30 alij dones vel vẽdas, aut emptor scit eam litigiosam, tibi restituet, & pretium fisco refundet: & tu eandem quantitatem dabis fisco: neq; pretium quod dedit tibi retinebis, ne in lucro propter dolum tuum inueniaris. si ignoret rem restituet, 40 & pretiũ recuperabit, & tertiam partem æstimationis rei, vt si valeat triginta, habebit decem, & duas partes æstimationis dabit fisco secundũ quosdam, licet hoc non dicat. Alij ꝙ in solidum pretium preter tertiam quã dabit emptori: quia 50 ipsum non certificauit: sed nõ aperit qua actione aget emptor hoc casu: tu dic in factum, vel dic ex hac lege, & hoc in prima & secunda. Si verò dones, rehabebis rem: & si donatarius sciuit sic, punietur vt emptor qui sciuit. scilicet vt ha- 60 beat tertiam partem æstimationis. & hoc in tertia. Si qua autem instrumẽta super hoc fiãt, nullam obtineant firmitatem. & hoc in quarta. Hæc quæ dicta sunt, fallunt in ante donatione propter nuptias vel dotis, vel transact. vel donationis factæ per commu.diuidun. siue famil. ercis. vel transac. vel legati. & hoc in quinta.

70 p ¶ Vel actiones.] vt actor.

q ¶ Vel res.] vt reus.

r ¶ Vitio.] vt obijciatur exceptio ementi si petat, vel creditori cui esset obligata: cũ esset res litigiosa: vt ff.eodem.l.prima.& ff.quæ res pigno.obligari possunt. l.prima.§.finali. Item & alia pœna est quam dicit hæc lex.

s ¶ Si quis.] emptor.

t ¶ Ad venditiones.] scilicet emendo: sic enim emptor ad venditionem, donatarius ad donationem dicitur accedere. Hæc enim scientiæ distinctio & ignorantiæ, in emptore & in quolibet acceptore fit: vt 80 in cor.§.j.colla.viij. non in donatore: illum enim certum est scire, secũdùm Azo. arg.s̄.de rescin.vend.l.quisquis. emptorem tamen in dubio pręsumo ignorare: vt ff.de proba.l.verius.

v ¶ Redhibere.] id est reddere: & s̄.eodem.l.ij. eius enim conditio cum quo acceptum est iudicium, deterior fieri non debet: vt ff. eodem.l.finali.

x ¶ Priuari.] vt s̄.de præscrip.xxx.anno.l.j.in fi.

---

† Concor. gl. vnica in fi. in c. relatum. de off. de lega.

† Cõcord. cũ hac l. c. ij. cũ gl. super verbo, sanctiones. extra de alie. iud. mu. causa facta.

† Tenorem huius l. ponit gl. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. j. extra vt lite pend.

titas ab eo fisci iuribus inferatur. ¶ Sin autem ignorans rem litigiosam emerit, vel per aliã speciem [a] contractus eam acceperit: tunc irrita rei alienatione facta, pretium cũ alia tertia parte recipiat [b]. Iustum est etenim propter dolosam mentem, & absconditam machinationem, cùm non emptori manifestauerit rem in iudiciũ deductã fuisse: in tertia parte pretij (sicut iam etiam disposuimus) eum puniri. Tali videlicet pœna non solùm in alijs contractibus, verũ etiam in donationibus porrigenda: vt vera ęstimatione facta, cum pretij datio non est, rem ad alium transferens [c], multetur: omnibus instrumentis quę super hoc conficiuntur, nullam vim obtinẽtibus: exceptis videlicet huius sanctionis dispositione, ijs qui vel dotis nomine, vel ante nuptias donationis, vel transactionis [d], aut diuisionis [e] rerum hęreditariarũ factę, vel per legati [f] vel p̱ fideicõmissi causam tales res, vel actiões dederint vel acceperint. D. xv. calẽ. Nouemb. Constantinop. post consulat. Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo.

In authen. de litigiosis. §. & hoc autem præsenti. col. viij. consti. viij.

¶ Hodie re litigiosa legata solùm debetur litis euentus: ideo hæres casum prosequitur, & secũdũ euentũ aut res debebitur, aut nihil. hoc dicit. Sali.

NVnc si hæres [g] in lite victor extiterit, rem ipsam cui⁹ domin⁹ esse apparet [h], legatario pręstet: qui nihil consequitur, si vict⁹ fuerit hęres, cùm litis euentus ei videatur relictus. ¶ Igitur liti adesse potest, ne colludatur.

TITVLVS XXXVIII.

De contrahenda & committenda stipulatione.

¶ Per epistolam probatur actus qui in ea commemoratur, qui etiam præsumitur solenniter celebratus. Bal.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Secundo. LEX I.

LIcet epistolæ [i] quam libello [k] inseruisti, additum nõ sit stipulatum [l] esse eum cui cauebatur: tamen si res [m] inter pręsentes [n] gesta est, credẽdum est præcedentem stipulationem [o] vocem spondentis subsecutam [p] esse. Accepta xvij. calẽd. Maij, Seuero iij. & Victorino Cons.

¶ Pater stipulando filio, uidetur stipulari sibijpsi. hoc dicit. Bal.

Idem AA. Petronio. LEX II.

SI filiæ tuæ quam in potestate habebas, pecuniam [q] dari stipulatus es: paratam [r] obligationem exercere non prohiberis. PP. nonas Nouẽb. Faustino & Rufino Cons.

¶ Stipulatio directa in personam absentis, nihil ualet: sed quæritur obligatio stipulanti: & si talis absens exigit, stipulanti restituit. hoc dicit. Vel sic: Vbi stipulatio est inutilis, agitur ex numeratione. Iacobus But. Vel sic: Cùm duo contractus uniuntur, unus utilis, alter inutilis: agitur ex utili. hoc dicit. Bald. uel sic: Alteri stipulari nemo potest: & qui pecuniam alterius exigit, negotiorum gestorum actione tenetur. Bartolus.

Imperat. Antoninus A. Hadriano. LEX III.

---

a ¶ Vel per aliam speciem.] vt permutationis: nam de donationibus postea dicit.

b ¶ Recipiat.] scilicet emptor bonæ fidei. Sed an punitur venditor in plus? Quidam ꝙ non, cùm hoc lex non dicat. argu. ff. de pœnis. l. interpretatione. Alij in alias duas partes, & eas dicunt dari fisco. Tertij dicunt in solido pretio fisco damnandum præter hanc tertiam, quia emptorem bonæ fidei decepit. Sed videtur etiam duplum emptori dari: vt ff. eod. l. fina. quæ est contra. Solu. ibi speciale: quia dedicando etiam potentiorem opposuit aduersarium. Sed quibus actionibus aget emptor ad hoc, vel venditor ad rẽ? Respond. condictione ex hac lege. vel actione in factum. Quod autem fisco erit dandum, quilibet poterit deferre: vt ff. de iure fis. l. j.

c ¶ Transferẽs multetur.] scilicet donator, & rehabeat rem. In donatario non distinguitur sciat vel ignoret: vt sic tertiam æstimatiõis habeat, quando ignorauit. Et no. ꝙ hæc lex tantùm de reo alienante videtur dicere, cùm de possidente & rem tradente & retinente dicat. Sed idẽ dicas de actore: quia & ipse rem vel actionem potest alienare, dando vel vendendo. Nam si vendidit, punitur: vt dixi in reo. si donauit æstimabitur reo actio: & p̱cedit postea sicut diximus habita distinctione ne transtulerit in ignorantem vel scientem.

d ¶ Transactionis.] cùm trãsigo cum eo inter quẽ & me res posita est in litigio, secundùm Io. Alij dicunt etiã si cũ alio cũ quo etiã de eadem re habeo controuersiam. Accursius.

e ¶ Diuisionis.] cùm duo cohæredes diuiderent hæreditatem. nam licet de omnibus sit lis, poterit tamen cedi ab vno in alium.

f ¶ Per legati.] potest ergo legari res litigiosa. nec obstat quod non est eius commercium, id est non potest duci in contractum: vt ff. quæ res pigno. obliga. possunt. l. j. §. fina. & s̃. eod. l. ij. quæ sunt contra. quod verum est, nisi in casibus exceptis: vt hic. Alij dicunt quòd illa s̃. eod. l. ij. loquitur in actore: hæc in reo. & quod dicit hic in principio, vel actiones. dicunt de duplicibus dici in iudicijs, vbi vterq; est actor & reus. quod non placet. Item videtur ꝙ ipsa actio litigiosa detur legatario per hanc l. & sic est contra s̃. eo. l. quicunq;. Solu. hæc secũdùm illam: vt & hic hæres æstimationẽ prætet. & sic vtraque per authẽ. nunc si. corrigatur. Alij ꝙ non erat litigiosa apud testatorem, sed cœpit esse apud hæredẽ. Alij ꝙ hæc de reo, illa de actore. Tu dic ꝙ hæc illã corrigat, & per hæc aut. statim corrigitur. & sic est triplex ius circa legata.

Litigiosa res legari potest.

¶ SEQVITVR AVTHEN. Nunc si hæres. quæ est in corpore eodem §. & hoc autem præsenti. collatio. viij. & legunt quidam eam super l. quicunque.

NVnc si hæres.] CASVS. Authen. corrigit legem illam, quicunq;. quia lex illa dicit quòd lex debet soluere pecuniam hæreditarijs, & agere periculo. authẽ. dicit ꝙ aget hæres: si vincat, rem restituet legatarijs. si nihil consequitur per illas actiones, nihil tenetur dare legatarijs. Viuianus.

g ¶ Nunc si hæres.] Olim dabatur æstimatio per l. quicunque postea cedebatur ei actio cum suo periculo per l. fi. sed hodie agit hæres periculo legatarij: vt hic.

h ¶ Dominus esse apparet.] Sed quomodo cum recta via transeat ad legatarium; vt ff. de fur. l. à Titio? Respon. dic esse, id est fuisse scilicet testatoris. Vel dic rem illam debitam testatori actione personali. vnde si nunc vincat hæres, fiet dñs, & legatario dabit. Sed cuius sumptibus litigabat hæres? Respon. potest distingui, an cum legabatur causa iam erat litigiosa: & tunc sumptibus hæredis: vt ff. de leg. j. l. cum seruus. aut postea cœpit viuo, vel mortuo testatore, & tunc sumptibus legatarij: vt ff. de lega. j. l. seruus legatus. nisi postquã cœpit hęres esse in mora. arg. ff. de lega. j. l. cùm res. & potes hic distinguere vt s̃. ne lice. poten. l. j. distinxi.

Litigiosa re legata, cuius sumptibus hæres p̱ illa litigabit.

¶ DE CONTRAHENDA ET COMMIT. STI. ¶ *Expediuimus de exceptionibus quæ adiuuant reos: restat ut loquamur de solutionibus, quæ prorsus liberant. Et quia soluitur duobus modis: naturaliter s. per numerationẽ, & nõ naturaliter, ut per nouationẽ: dicamus de nouationibus. Et quia nouatio & delegatio fiunt per stipulationẽ, ponamus de cõtrahendis stipulationibus. Et quia stipulatio quãdoq; simul cõtrahitur & committitur: quãdoq; cõtrahitur tantũ, sed cõmittitur dudũ: postea: & quãdoq; etiã nunq̃ cõmittitur, puta deficiẽte conditione. Audiamus de contrahenda & cõmittenda stipulatione. Azo.*

Continuatio.

LIcet.] CASVS. Tibi misi epistolã in hũc modum: Scias me redditurũ tibi centũ, quę tibi p̱misi cũ essem⁹ pñtes Bonoñ. an pręsumat per hãc epistolam me tibi pręsenti p̱misisse centũ & stipulationẽ interuenisse vt ex ea agere posis, quęrit. & dicit ꝙ sic. Vel dic casum aliter vt in glos.

i ¶ Licet epistolæ.] hic cùm absens esset ita suo amico scripsit: scias me tibi redditurũ centũ quę tibi promisi cũ præsentes essemus Bononiæ. præsumitur enim ꝙ stipulatio legitima intercesserit Bononiæ.

ADDITIO. Materiam istius l. plenè examinat Bar. in l. j. s̃. de vsur. & in l. sciendum. ff. de verborum obliga.

k ¶ Libello.] Precum porrectarum principi.

l ¶ Stipulatum.] id est interrogasse promittis.

m ¶ Tamen si res.] id est stipulatio. non dico epistolæ missio: quis em̃ cum coram est, epistolam mittit.

Epistolæ præsentibus mitti nõ solent.

n ¶ Inter præsentes.] quod præsumitur: vt ĩ. eo. l. penultima. & institu. de fideiusso. §. fina. & de inuti. stipu. §. si scriptum. & ff. de verb. obli. l. sciendum. & l. titia. §. penulti. nisi contra probetur: vt ff. de pactis. l. iurisgentium. §. ferè.

o ¶ Stipulationem.] id est interrogationem quæ præsumitur intercessisse: vt dixi.

p ¶ Subsecutam.] id est vox promittentis est secuta vocem interrogantis. quod est necesse: vt insti. de verb. obli. in prin. & facit vt fides epistolæ habeatur: vt ff. deposi. l. publia.

SI filiæ.] CASVS. Si pater filię ĩ potestate cõstitutę aliquid stipulatus fuerit: an illud petere posit sibi obligatione quæsita, queritur. Et dicitur ꝙ sic. Viuianus.

q ¶ Pecuniam.] secus si in facto: quia tunc non valet: vt ff. eodem. l. quod dicitur.

r ¶ Paratam.] tibi patri: vt hic. & insti. de inuti. stipu. §. ei verò qui. & ff. eo. l. eum qui. §. qui sibi. & l. dñs seruo. & ff. de pactis. l. & hęredi. §. nos autem. & hoc in profectitijs vel alijs quę ei quęruntur: aĺs ipsi filię per patrem vtilis quęritur actio: vt ff. de verb. obli. l. quodcunq;. §. si quis ita.

Si cum

SI cum pecuniam tuam.] CASVS. Mutuaui tibi pecuniam, & ſtipulatus ſum eam reddi Titio.valet ſtipulatio.& ſi Titius de facto egit,& exegerit:act nego.geſtorum habendo ratam ſolutionem pecuniæ, à Titio recuperabo.Viuianus.

a ❡Crederes.] Tuo nomine non Iuliani, aliâs quæritur ei actio : vt ff. ſi cer.pe.l.certi cõdictio. §.ſi nummos.& ſ. ſi cer. peta.l.ſi abſentis.

SI cum pecuniam tuam crederes[a] accõmodato nomine Iuliani, ſtipulatio in perſonam eius abſentis directa[b] eſt:cùm nihil ſit actum ea verborũ conceptione[c], intelligis ſuperfuiſſe tibi rei contractę obligationem[d],ac propterea ſi pecuniam à debitore tuo Iulianus exegerit[e], eamq; ſolutionem ratã[f] habuiſti, habes aduerſus eum negotiorum geſtorum[g] actionem.PP.vj. Cal. Mart. Præſente & Extricato Conſ.

❡Qui ſtipulatur cum morietur ei cui uelit dari, ſibi & hæredi ſuo intelligitur ſtipulari. hoc dicit.& non eſt alibi ſecundùm Bal.uel ſic : Si mulier ſtipuletur reſtitui dotem ſuam cui relinquet, nihil diſponendo uidetur ſibi ſeu hæredi ſuo ſtipulari ſecundùm Sali.

Imper.Alexãder A.Sabinæ. LEX IIII.

SEcundùm reſponſum[h] Domitij Vlpiani præfecti annonæ iuriſcõſulti amici mei,ea quæ ſtipulata eſt,cum moreretur,partem dimidiam dotis cui velit relinquere: reddi ſibi,cum moreretur,eam partem dotis ſtipulata videtur[i]. PP.ij.Cal.April. Alexãdro A.Conſ.

❡Iſta eſt ſolennis lex,& habet duas lect.& una quæq; eſt uera. Pœnalis ſtipulatio ſi nudo pacto ſubijcitur, per litis conteſtationem eius conſiſtit conditio, & ſequitur condemnatio. hoc dicit.Vel ſic : ſecundùm unam lectu. Vbi ſtipulatio incipit à præcedenti facto pactionis nudæ: conuincitur litis conteſtatione ſuper pactione nuda.uel ſecundùm aliam lectu. ſuper conditionali uel per interpellationem factam ſuper pactione.hoc dicit.Bal.Vel ſic:Ex nuda conuentione non datur actio,ſed lite ſuper ea mota, licet de facto committitur ſequens pœnalis ſtipulatio. hoc dicit.Sali.

b ❡Directa eſt.] Nota 10 quòd hic tenuit obligatio contracta re,non verbis: & præterea aut conſiſtit in dando, aut in faciendo:ſi in dãdo, valet: ſi in faciendo,non valet.

c ❡Cõceptione.] quia alteri ſtipulari nemo poteſt:vt ff.eod.l.ſtipulatio iſta. §.alteri. & j. ti.j. l. 20 iij.& fi.

d ❡Obligationẽ.] Bona eſt ratio:nam quia defecit ex ſtipulatu, remanet ex numeratione : vt ſic duo contractus interueniãt vnus vtilis, alter inutilis:vt ff.ſi cer.pe.certi condictio. §.quoniam. ſi autem ſtipulatio tene- 30 ret,qa ſibi eſſet ſtipulatus,non poſſet agi ex numeratione:vt ff.de nouatio.ſi ita.in fine.,& l.ſeq.

e ❡Exegerit.] ſcilicet de facto.de iure non potuit.

f ❡Ratam habuiſti.] ſed ad quid exigitur in ea ratihabitio , cùm ei 40 fuerim ſtipulatus : vt ar.ff. de ſol. l. verò? Reſpon. ideo quia perſona Iuliani non ad ſolutionẽ, ſed ad obligationem fuit appoſita: quod fieri non potuit : quare ſecus eſſet in adiecto : vt ff. de verb.oblig.l.eum qui. §. qui ſibi. & l. ſi ita ſtipu- 50 latus fuero ſi titius. §. Chryſogonus. Sed econtra quomodo habeo ratum non meo nomine geſtum?Reſpõ.dic quòd Iulianus noĩe meo exegit:aliâs non,niſi debitor non eſſet ſoluendo.Vel dic haberi ratũ factum debitoris ſoluentis qui ad vtilitatem creditoris ſoluebat,non Iuliani recipientis : quo facto debitor liberatur. ſicq; in ſubſidium contra Iulianum agitur : non ergo habeo ratum in ſubſidium, ſed ex ratihabitione 60 deficit actio.& ſic contra Iulianum in ſubſidium datur.

Mandati actio nõ datur,vbi nullum fuit mãdatum.

g ❡Negotiorum geſtorum.] vt & ſ.de nego. geſt.l. ſi pecunia. Sed certè imò mandati : vt ff.de regu.iur.l.ſemper qui non.Sed ſolue,ibi fuerat prius mandatum,& mandatum recuſatum,& poſtea acceptum & ratum habitum.at vbi nullum fuit mandatũ,nõ poteſt dari mandati: vt ff. manda.l.ex mandato.in fi.ſed negotiorum geſtorum: vt hic, & ff. de neg. geſt.l.Pomponius.j.in fi.Item no.hanc l. quod volui, non potui : & quod potui,nolui.ſ.eum facere adiectum.ſic ſ.ſi quis al.vel ſibi.multũ intereſt.

Caſus.

h ❡SEcundum reſponſum Domitij.] Stipulata fuit mulier à marito dimidiam dotis reddi cum morietur cui voluerit relinquere.va- 70 let,& ſibi ſtipulata videtur : & ſic hæres aget : vt & ſ.de iur.dot.ſi mulier.facit ad l.iſtam l.etiam.in eo.titu.

i ❡Videtur.] & ſic tenet ſtipulatio.

† aliâs naſcitur.

k ❡NVda pollicitatione.] aliâs ſtipulatione.id eſt nudo pacto quòd multis veſtitur † modis : vt dixi ſ.de pact.l.legem. Accurſius.

Caſum ponit.

l ❡Sæpe.] vt d.l.legem.& ſ.loca.l.ſibi tibi.& ff.de pact.l. iuriſgentium. §.quinimo.& dic caſum quòd conuenimus de permutando,& ſi non dares quod ex permutatione dare debes,per ſtipulationem promiſiſti quãti mea intereſſet : non das,ago ad pœnam : & lite conteſtata in ea,committetur pœna. vel ſecundùm Io. ago de facto ex naturali obligatione vt 80 des : quia de iure non pſſum litem in ea de facto conteſtari : ſtatim committitur & petitur pœna.Accurſius.

m ❡Non ſemper.] quia quandoq; ſic : vt no.dicta l.legem.

n ❡Præterea.] id eſt præter id quod nudo pacto promiſit.

o ❡Res.] i.verum & cõmune intereſſe : vt & ff.de ver.ſigni.l.hęc verba.

p ❡Obligationis.] ſ.ortæ ex ſtipulatione.Azo.q.d. nõ ſolũ ſi contineret hæc ſecũda pactio certum,ſed etiã nunc cũ continet incertũ.vel.i.non ſolũ cùm pręcedere veſtita:ſed etiã nũc cùm pręceſsit nuda,cõmittit hęc ſcda litis cõteſtatio,ſecũdùm vtrũq; intellectũ.Vel.i.nõ ſolũ ſi incœpiſſet à cõdictione,& deſijſſet iã poſſe dari vel fieri,ſed etiã nũc cũ præceſsit pactio nuda.hæc tñ nõ ſic placet.media placet.Et quod ſubijcit, etiã eius ſummę &c.q.d.nõ tãtùm qñ eſſet certa,ſed etiã tũc quãdo incerta.Accur.

Impe.Dioclet.& Maximian.AA.& CC. Iſidoræ. LEX V.

NVda pollicitatione[k] ſecundùm ea quæ ſæpè[l] cõſtituta ſunt,ad præſtanda ea quæ promiſerat,vrgeri quemquam non ſemper[m] iura permittũt.❡Verũ quoniam præterea[n] ſi contra pactum fecerit,quanti ea res[o] eſt dari tibi ſtipulanti aduerſariũ tuũ promiſiſſe ꝑponas:huiuſmodi etiã obligationis[p] poſt motã litẽ[q] extitiſſe[r] cõditionẽ,& eiꝰ[s] ſummę[t] quę in hac quoq; ſtipulatione cõtinetur, petitioni locũ factũ eſſe conuenit.S.v.cal.Decemb.AA.Conſ.

❡Promiſſum ſolẽniter ex cauſa tranſactionis, ſi eſt certũ,petitur per certi condictionẽ:ſed incertum,petitur per actionem ex ſtipulatu.h.d. Bal.

Idem AA.& CC.Erotio. LEX VI.

SCire debuiſti quæ ſub tranſactione dari placita ſunt, certi[v] vel incerti[x] ſtipulatione ſubſecuta, peti poſſe[y]. S.xvj. cal.Ian. Sirmij AA.Conſ.

❡Abſentia tutoris commodũ pupilli nõ impedit. h.d. Bald.uel ſic:Minor poteſt ſibi quærere ſine tutoris uel curatoris authoritate.hoc dicit.Bal.

Idem AA.& CC.Antonio. LEX VII.

NEque tutoris,neq; curatoris abſentia quicq̃ ſtipulationi nocet:cũ & fœminã minorem viginti qnq; annis abſente curatore

q ❡Poſt motam litem.] Sed quomodo lis ſuper eo cuius nomine non eſt actio,cõteſtari potuit: vt ar.ff.de neg.ge.l.ſi pupilli.§.fi.ſiue dicas ſuper nuda obligatione , ſiue 10 ſuper veſtita, cùm nondum extiterit conditio? Rñ.ſecundùm Ioã.ſuper nuda fiat petitio & conteſtatio de facto, quæ licet nullum habeat effectum quantum ad hoc vt ex ea fiat condemnatio, imò abſolutio quaſi ex inepta actione : valet ta- 20 men quantum ad committẽdam pœnam.ſic & ff.de ver.obli.l.ſi Titius. ac ſi ita promiſiſſet, dabo cum petieris à me, & ſi non promitto decem. nam & hæc petitio operabitur cõmiſsionẽ pœnæ:vt ff.de verb.obli.l.ſi decem cum petiero.Et ſi 30 quæras quaꝛr de calũnia iurat actor? Rñ. non iurat : quia nõ procedit actio. vel iurat quòd nõ facit animo calũniandi, & verũ iurat. ſic & ff.de ne.ge.l.at ꝗ natura.§. cũ me.Nec mireris agi ex naturali obligatione : qm̃ ſecundùm B. ex ea datur 40 actio, licet non habeat effectũ:vt ff. de fideiuſ. l. fideiuſſor obligari.§. fideiuſſor. & ſcdm hæc nõ obſtat oppoſitio.nulla eſt mora vbi nulla petitio, & ſic nõ cõmittit pœna: vt ff.de re iu.l.nulla.& ff. eo.l.ſi pupillꝰ.qa hic fuit petitio,vt dixi.Vel rñ. ꝙ 50 nõ agit ad pœnã ꝑpter morã:ſed qa extitit cõditio ſtipulationis pœnalis quã vult lex extare cũ de facto fit conteſtatio litis. Alij dicũt moueri litem ſuper pœna,& ante exordiũ nõ eſt cõmiſſa:ſed in ipſius exordio cõmittitur.ſic & ff.e.l.ſi titius.ſic etiã cũ quis litẽ cõteſtatur in actione ꝑ ſocio, ſoluitur ſocietas & incipit illa actio cõpetere: vt ff.pro ſocio. l.actione. in prin.& ſ.pro ſoc.l.tãdiu.Vel pone tertiò quòd cõueniſti dare librũ, quòd 60 ſi nõ dares ꝑmiſiſti mihi x.noĩe pœne vel intereſſe : mihi dare teneris ſtatim cũ fuero cõtra te litẽ cõteſtatus de libro. Vel quartò poſt pactum nundũ promiſiſti intereſſe ſi nauis ex Aſia venerit,& cœpi ſtatim agere ad librũ,& ſtatim venit nauis: dimittã illam litẽ & agã ad intereſſe cum nauis venit,ad quas duas vltimas poſitiones multũ conuenit hæc litera. & facit ad l.iſtã ff.pro ſocio.l.duo.Quãdo autẽ quęlibet ſtipulatio pœnalis cõmittitur : Dicunt quidã demũ poſt litẽ conteſtatam:vt hic quęcũq; pactio præceſſerit:ſed ſi nulla,tũc demũ cùm poſſe dare vel facere deſijſſet,vt ff.eo.l.ita ſtipulatus.alij ex qualibet mora dicũt eam committi. nos idẽ dicimus,ſi præceſsit pactio obligatoria;alioquin dicimus quod pri- 70 mi ſecundùm Azo.hoc tamen plenius diximus ſ.de pact.l.ſi pacto.

Ad intellectum huius legis, & qñ dicatur conditio exiſtere,vide Alciat. libr.iij. Parerg. Iuris cap.ix.

Obligatio naturalis qũq; parit actionem.

Stipulatio pœnalis qñ cõmittatur.

r ❡Extitiſſe.] ſcilicet proponas.nam extit vel declaratum eſt eam extitiſſe,cùm lis eſt conteſtata,vel cùm potuit facere,& non fecit.ſic ff.de vſu fru.l.ſed & ſi quis,§.interdum.

s ❡Et eius.] & hæc eſt reſponſio.

t ❡Summæ.] & incertæ quæ per ſentẽtiam certa fiet : vt inſti.de actio. §.curare.Accurſius,

SCire.] CASVS. Petij à te centum cum nihil deberes:tranſegi, & nomine tranſactionis aliquid promiſiſti mihi : ſi fuit certũ, agam condict.certi.ſi incertum,agam act. ex ſtipulatu. Viuianus.

80 v ❡Certi.] vt decem.

x ❡Incerti.] vt in facto.

y ❡Peti poſſe.] licet prius nihil debebatur:vt & ſ. de tranſact. l. nec intentio.& agitur condictione certi vbi eſt certum : vel actione ex ſtipulatu,vbi eſt incertum : vt inſti.de verb.obli. in prin.

NEque.] CASVS. Pupillus vel adultus ſtipulatus eſt aliquid ſibi dari: quæritur an noceat ſtipulationi quia non expectauit præſentiam tutoris vel curatoris.& reſpondetur quòd non.

stipulari posse, non ambigatur [a].

Impossibile secundùm naturam non potest promitti: sed æstimatio hominis mortui potest promitti. hoc dicit secundùm Bal.

Idē AA. & CC. Posidonio. LEX VIII.

NOn moriturū [b] præstari seruum impossibilis [c] pmissio est. ¶ Post mortē aūt eius [d] stipulatus [e], rectè solutionē [f] postulat. S. xij. cal. Mart. CC. Cons.

Metus mortis uel cruciatus corporis stipulationem uitiat: non metus motæ, uel mouendæ litis. Bart.

Idem AA. & CC. Capitoni. LEX IX.

SIquidem Zenoni stipulanti, mortis vel cruciatus corporis territus timore spopondisti [g]: aduersus experientē exceptione proposita defendi potes [h]. ¶ Si verò nihil tale [i] probetur, accusationis institutæ vel futurę pretextu [k], nō ob turpem, sed probabilem caussam habita stipulatione, promissio non infirmatur. ¶ Sin autē ob nō instituendā accusationē criminis pecunia promissa sit, cùm [l] de huiusmodi caussis pacisci non liceat [m], petitio denegatur. S. v. Id. Octobr. Varuarię, Cęsaribus Cōs.

Stipulatio per quæcunq; uerba concepta ualet. Salicetus.

Imp. Leo A. Erythrio præ. præ. LEX X.

OMnes stipulationes, etiam si nō solēnibus vel directis [n], sed quibuscūq; verbis cōsensu cōtrahentiū cōpositæ sunt, vel legibus cognitæ, suam habeant firmitatē. D. cal. Ianua. Constantinop. Martiano & Zenone Cons.

Stipulatio concepta per mortem, uel in morte, uel in mortis articulo, est ualida de iure. Hoc dicit. Et omnes istæ leges quæ sequuntur, sunt Iustiniani, & sunt optimæ. Bald. uel sic: Quis potest stipulari post mortem suam uel ante, similiter & legare. hoc dicit. Sali.

Imper. Iustinianus A. Mennæ prefecto prætorio. LEX XI.

SCrupulosam veterū inquisitionem, vtrū post mortem, an cū moreretur [o], vel pridie quàm moreretur stipulatus sit aliquis [p], vel in testamento legati vel fideicōmissi nomine aliqd derelinquerit, penitus amputantes: omnia quæ vel quocunq; contractu, vel stipulati vel pacti sunt contrahentes, vel testator in suo testamento disposuit, etiam si post mortem, vel pridie quā moreretur, scripta esse noscunt: nihilominus pro tenore contractus vel testamēti valere præcipim⁹ [q]. D. iij. id. Decēb. Constantinopo. DN. Iustiniano A. PP. ij. Cons.

Ista lex est magna in materia purgationis moræ. & hoc dicit: Dies interpellat pro homine, & per lapsum diei pœna impurgabilis committitur. hoc dicit: uel sic: Vbi est dies certa pœnalis, post lapsum diei mora diei purgari non potest. Bal. Vel sic: Interpellatio hominis non est necessaria, ubi dies sit apposita: ideo post lapsum diei committitur pœna. hoc dicit. Sali.

Idem A. Mennæ præ. præ. LEX XII.

MAgnam legum veterū obscuritatem, quæ protrahēdarum litium magnam occasionem vsq; adhuc præbebat, amputantes: sancimus, vt si quis certo tempore facturum se aliquid, vel daturū ♂ stipuletur [r], vel quæ stipulator voluit promiserit, & adiecerit quòd si statuto tempore minimè hęc perfecta fuerint, certam pœnam dabit: sciat minimè se posse debitor ad euitādam pœnam adijcere quòd nullus eum admonuit [s]: sed etiam citra vllam admonitionem eidem pœnæ pro stipulationis tenore fiet obnoxius: cùm ea quæ promisit, ipse in memoria sua seruare, non ab alijs sibi manifestari debeat poscere. Dat. ix. Id. April. Constantinopo. Decio V.C. Cons.

Stipulationes faciendi transeunt de hæredibus in hæredes. hoc dicit. Bal. uel sic: Stipulationes, siue in dando, siue in faciendo, siue mistæ, ad hæredes & in hæredes sunt transitoriæ, & factum potest impleri per alium. hoc dicit. Sali.

Idem A. Iuliano præ. præ. LEX XIII.

VEteris iuris altercationes decidentes, generaliter sancimus omnem stipulationem, siue in dando, siue in faciendo, siue mista [t] ex dando & faciēdo inue-

---

a ¶ Non ambigatur.] vt institu. de inuti. stipu. §. pupillus. & s̄. de autho. præst. l. j. & insti. de autho. tuto. in prin.

Casum posuit.

b NOn moriturum.] ¶ Pone casum secundùm Io. Tenebaris mihi ad Stichum: te existente in mora decessit: nunc mihi eundem promittis: teneris ad æstimationem, licet decesserit: vt ff. de verbo. obli. l. inter stipulantem. §. penul. & de iureiuran. l. eum qui. §. si iurauero. & si hoc dictum post mortem, determinat stipulatus, participium: & dices non moriturū, scilicet mortuū qui iam mori plus non potest: quia mors illi vltra non dominabitur, & non erat in mora in primo casu legis. Alij dicunt sic: Promisisti mihi seruum Stichum viuum non moriturum: & cum esses in mora, decessit: quæritur vtrum possum agere contra te? Rñ. duo pmisisse videris. s. seruum, & non moriturum: ex eo quòd seruum, teneris: ex eo qꝫ non moriturum, est impossibilis, et non teneris. sic ff. de arbi. cellus. §. idem ait. nec vitiat pars inutilis vtilē: vt ff. eo. l. si mihi & titio. & l. j. §. penul. & ff. si certum petatur. l. certi condictio. §. quoniā. Nec potest poni casus qꝫ in genere promiseris seruum: quia tunc frustra diceret, post mortem &c. cùm genus perire non potest: vt ff. ad l. fal. l. in ratione. ij. §. diligenter. & ff. eo. l. inter. §. sacrā. Et secundùm prædictū casum hæc dictio, post mortē &c. determinat verbū postulat. Vel tertiò dic, promisisti Stichum nō moriturum: & si morietur antequam dares: promisisti centū. si decedat petā centum. & secūdùm hoc dicas stipulatus, scilicet centum. & sic prima pmissio fuit inutilis, secunda vtilis: nec vitiat inutilis vtilē. secus si vitiosum nō fieri: qa valet: vt s̄. de ædil. edi. l. si apud. & facit ff. de confess. l. ij. Accursius.

Genus perire nō pōt.

c ¶ Impossibilis.] quo ad seruum. Accursius.

d ¶ Eius.] scilicet serui.

e ¶ Stipulatus.] simpliciter.

f ¶ Solutionem.] æstimationis. Accursius.

SI quidem.] CASVS. Promisi tibi pecuniam inductus per metum: non valet promissio.

g ¶ Spopondisti.] ex causa donationis.

h ¶ Potes.] vt j. titu. j. l. dolo.

i ¶ Nihil tale.] quod dictum est s̄.

k ¶ Prætextu.] Promisisti enim ei vt non accusaret, vel in accusatione non procederet: non tamen hoc expresso: vt & s̄. quod metus causa. l. accusationis. at in sequenti casu fuit expressum: & ideo ibi non valet. vel hoc casu loquitur quando potest transigi: in sequenti quādo non. Quando possit vel non, habes s̄. de transactio. l. transigere. si tamen & quando potest transigi per calumniam accusabat, non teneris: & si soluisti, repetes ex edicto de calumnia: vt ff. de calum. l. j. & l. si ab eo.

l ¶ Cum.] id est quando. vel cùm non liceat, scilicet expresso secundùm primum casum.

m ¶ Non liceat.] si nocens esset aliàs contra: vt j. ad. l. iul. de adul. l. serui. Accursius.

n OMnes.] ¶ Directis. per eadē verba debebat fieri olim respōsio, per quæ fiebat interrogatio: vt dabis? dabo. hodie etiam per equipollentia: vt dabis? sic. vel vtiq;: vt hic, & institu. de verbo. obli. §. in hac re.

SCrupulosam.] CASVS. Olim non poterat quis stipulari aliquid sibi dari post mortem, vel cum moreretur, vel vna die antequā moreret: hodie sic.

o ¶ Moreretur.] promissor: vt instit. de inuti. stipu. §. sed & si quis.

p ¶ Aliquis.] dari. de faciendis enim dicit j. eo. l. fina.

q ¶ Præcipimus.] vt insti. de inuti. stip. §. post mortem. & ff. eod. l. quodcūq;. §. j. & s̄. vt ac. ab hære. l. j.

MAgnā.] CASVS. Promisisti mihi centum, vel scribere librum hinc ad pascha: & nisi solueres, vel liber esset scriptus: promisisti mihi pœnam: adueniente pascha non fecisti quod cōuenit: nūquid incidisti in pœnā? Dicitur quòd sic: nec potes te excusare per hoc quòd te non interpellaui: quia prædictum tempus debuisti memoriæ commendare.

r ¶ Stipuletur.] id est promittat. sic & ff. de condi. inde. l. si non sortem. §. pe.

Stipulor qūq; significat pmittere.

♂ Stipulatori.

s ¶ Admonuit.] Not. citra admonitionem. sic ff. de vsur. l. pecuniæ. & s̄. de iu. emphy. l. ij. §. fi. & ff. de lege cōmis. l. si fundus. §. fin. & s̄. de pig. l. creditor. & ff. de fideicommiss. li. l. thais. §. intra. Sed ar. contra ff. quo. le. l. fi. & s̄. de iure emphy. l. fin. §. j. & ff. de mino. l. emilius. & ff. de oper. liber. l. cum patronus. & de damno infect. l. iiij. §. hoc autem audi. Itē si hoc ad euitandam pœnam, nil ei prodest: ergo non potest purgari mora pœnalis stipulationis: vt hîc, & ff. de act. & oblig. l. traiectitiæ. §. de illo pomponius. Sed contra j. de fideiuss. l. sancimus. & ff. si quis cau. l. & si post tres. Sed illa specialia in iudicijs. sic etiā in arbitrijs, vt in alio. contra ff. de arb. l. celsus. Item contra ff. de verbo. oblig. l. si insulam. Sed ibi non fuit pœna. Item eodem modò solue ff. de constit. pecu. l. si duo. §. fina. & l. sequen. Item contra ff. de verbo. obli. l. qui Romæ. § flauius. Sed ibi fauore libertatis, ne pereat. Vel non erat ibi commissa. & quod dicit, liberetur, id est in eam non incidat. & de his dixi s̄. de pact. l. si pacto.

Mora pœnalis stipulationis, an possit purgari.

VEteris.] CASVS Omnis stipulatio siue in dando, siue in faciendo, siue mista, ad hæredes & cōtra hæredes transmitti potest: siue qui stipulatur de hęrede facit mentionē, siue non: nec credatur quòd illa quæ in faciendo consistit, contra hæredes non transeat: quasi factum vni impositum, non possit ab alio compleri: quia bene potest transmitti.

t ¶ Mista.] vt scilicet illa quæ est de rationibus reddendis. continet enim dationem reliquorum & instructionem in ipsis rationibus: vt ff. de condi. & demon. l. cùm seruus. § j. Accursius.

Siue non.

a ¶ Siue nõ.] argu. ff. de pactis. l. iurisgentiũ. §. pactorum. & ff. de proba. si pactũ. Sed cõtra ff. e. l. cẽtesimis. §. id qđ. Sol. hæc corrigit illã. Vel refert, an factũ cõferat in tẽpus mortis: vt hic, & ĩ. eo. l. fi. si modo per aliũ possit impleri, an non: & tunc serua qđ ibi dicitur. Vel verius refert, an sit tale factũ quod possit per alium expediri: vt hic, an nõ: vt ibi. argu. s. de cadu. tollẽ. §. si autem in faciendo.

b ¶ Adimplere.] pro eis erat ff. de condict. inde. l. si nõ sortem. §. libertus. & ff. de solu. l. inter artifices. quæ sunt argu. contra pro Iustiniano est ff. de duobus reis. l. nemo

c ¶ Putabãt] s. antiqui.

Optimam.] CASVS. Si seruus tuus stipuletur à Titio c. tibi dari, & de hoc est factũ instrumẽtum in quo cõtineatur quod seruus tuus die tali c. stipulatus fuerit, & te agẽte ex illa stipulatione obijciatur tibi à Titio quòd seruus tuus non fuerit, neque quòd fuisset eo die præsens q instrumẽto cõtinetur: vel si tibi pmisit aliquid, & inde fiat instrumentũ quo contineatur dies factæ stipulationis: an nõ obstante tali exceptione agere possis, & credatur scripturę? Et respon. quòd sic. & in secundo casu præsumitur inter præsentes facta stipulatio, nisi Titius probauerit te vel se nõ fuisse in ciuitate tota die, de qua facta est mẽtio in instrumẽto, scilicet vel per scriptum, vel per testes omni excep. maiores.

d ¶ Optimam.] ex eo quòd inter optimos tractabãt, aliâs nec est optima, nec bona.

e ¶ Protestabatur.] repete, contendebant antiqui.

f ¶ Debere ostendi.] id est an debeat dici debere ostendi.

g ¶ Personas.] stipulantis, & promittentis.

h ¶ Excelsas.] quæ non patiuntur nomina sua apponi in instrumentis: vt ff. de autho. tut. l. pupillus. §. pupillus.

i ¶ Non omnibus perperam.] id est perperam esset si hoc esset. sic ff. de pbatio. l. si quis liberum.

k ¶ Concedit.] vt & s. de procura. l. maritus.

l ¶ Si seruus.] id est an seruus fuerit præsens, an non fuerit: vel an fuerit eius domini: quia sic præsumitur quo ad acquisitionem, non quo ad liberalem causam: vt s. de iure delibe. l. cum aliquis. Et ita est argu. quòd plebatus & curiæ per talia probentur, si inueniantur instrumenta quæ dicant actum in tali curia vel similia.

δ Et hoc.

niatur, & ad hæredes & cõtra hæredes transmitti, siue specialis hæredum fiat mẽtio, siue non [a]. Cur enim quod in principalibus personis iustũ est, non ad hæredes & aduersus eos transmittatur? Et sic existimentur huiusmodi stipulationes, quasi tantũmodo in dando fuerint cõceptæ. cũ nihilominus & hæredes factũ possint adimplere [b]: illa subtili & superuacua scrupulositate explosa, per quam putabãt [c] non esse possibile factũ ab alio compleri quod alij impositũ est. ¶ Et quare, cùm penè similis omnium hominum natura est, non etiã facta omnes, vel plus, vel paulomin⁹ adimplere possint: ne ex huiusmodi subtilitate cadãt hominum voluntates? D. calẽd. August. Constãtinop. Lampadio & Oreste VV. CC. Cons.

¶ *Verba enunciatiua in contractibus apposita, probant inter contrahentes donec contrarium probetur. Sali. uel sic: Statur scripturæ in qua seruus est stipulatus ut non poßit negari eum seruum, & per consequens acquiri domino. idem in monacho, si scripsi me promißisse tali monacho talis monasterij, non possum postea negare eum non esse monachum. Item creditur instrumento in die & in loco, nisi per testes fide dignos probetur contrarium. h. d. uel sic: Statur instrumẽto donec cõtrarium probetur per scripturã, uel per testes bonæ opinionis & famæ. h. d. secũdùm. But.*

Idẽ A. Ioanni præf. præ. LEX XIIII.

Optimam [d] quæstionem, & frequenter in iudicijs versatam, satis humanum est saltem in præsenti dirimere, ne diutius nostram rẽpublicam molestare concedatur. In multis etenim contractibus, & maximè in fœneratitijs cautionibus, solitum est adscribi, stipulationes per certos seruos celebrari. sed quidam indeuotione tenti, ex hoc materiam altercationis acceperunt: & alij quidem nõ esse seruum adhibitum contendebãt: alij verò non eius seruum ad quem pertinere scriptura ptestabatur [e]. ¶ Et si non per seruũ, sed inter præsentes celebratã esse rẽ fuerat scriptum δ: & hic iterũ dubitabatur debere [f] ostendi partes esse præsentes. ¶ Cùm itaq; satis vtile est in contractibus & seruos adhiberi, & præsentes esse personas [g] adscribi, fortè propter personas dignitate excelsas [h], vel mulieres (quas naturalis pudor non oĩbus [i] perperã sese manifestare cõcedit [k]:) sancim⁹ tales scripturas omnifariã esse credẽdas: & siue ad script⁹ fuerit seru⁹, ad quãdã psonã dicitur ptinere: credi oĩmodo & seruum adfuisse: & fecisse stipulationem, & eam esse scripto domino acquisitam: & non dubitari si seruus [l] ipse præsto fuerit, vel eius domin⁹ fuerit is pro quo scriptus est, fecisse stipulationẽ. ¶ Et si inter præsentes partes res acta esse dicitur, & hoc esse credẽdũ [m]: si tamen in eadem ciuitate vtraq; persona in eo die [n] commanet in quo huiusmodi instrumentũ cõscriptum est: nisi is qui dicit sese vel aduersarium adfuisse, liquidis ac manifestißimis pbationibus, & melius [o] quidem si per scripturã, vel saltem per testes [p] vndique idoneos, & omni exceptione maiores ostẽderit [q] sese, vel ad uersariũ suum eo die ciuitate abfuisse: sed huiusmodi scripturas ppter vtilitatẽ cõtrahẽtium esse credẽdas. D. cal. Nouẽb. post cõsulatũ Lãpadij & Orestis VV. CC.

¶ *Verba cõtractuũ debent trahi ad poßibilẽ & non impoßibilẽ intellectũ. h. d. uel sic: Stipulatio faciendi collata in tempus mortis promissoris, non redditur inutilis, sed trãsmittitur in hæredes. Idem in legatis & fideicommißis. h. d. secundùm Bald. uel sic: sicut promißio dãdi facta cum promittens morietur uelet, ita promißio facti. & sensum magis spectamus quàm uerba. h. d. Salicetus.*

Idem A. Ioanni præfec. præ. LEX XV.

Si qs spopõderit insulã [r] cũ moriebãt [s] ædificare stipulatori, impossibilis veteribus videbatur huiusmodi stipulatio: sed nobis sensum cõtrahentiũ [t] discutientibus, verisimile esse videt hoc inter eos actũ, vt incipiat qdẽ cõtra moriente obligatio, immineat autem hæredibus eius, donec ad effectũ perducatur [v]. Nemo enim ita stultus inuenit, vt tali animo faceret stipulationẽ: vt putaret posse tantũ ædificiũ in vno momento [x] horæ extollere: vel eũ q moritur, talẽ habere sensum δ quòd ipse sufficeret ad huius operis completionem. ¶ Sãcimus itaq; si quid tale euenerit, hæredes eius teneri, vt factũ quod mortis tempore facere promisit, hoc hæredes eius adimpleãt, quasi speciali hæredis mentione habita, licet hoc minimè fuerit expressum. Queadmodũ enim si in dãdo cõcepta fuerat stipulatio, & cõtra hęredes trãsmittebãt: ita & si in faciẽdo est, licet ĩ mortis tpe colligãt, attamẽ ad similitudinem in dãdo cõceptę stipulationis & hæredes obligari: vt nõ discrepet factũ à datione [y], sed sit lex nostra p oĩa sibi cõsentanea. ¶ Quod & in legatis [z] simili modo relictis

m ¶ Credendũ.] sic s. e. l. j. & de dona. inter virũ & vxo. l. si filij. Accur.

n ¶ In eo die.] s. toto: vt adijcitur instit. de inuti. stipu. §. item verborũ. qđ pręsumit: vt hic subijcit. Et nota secũdùm hoc diẽ & locũ apponi debere in instrumẽtis: vt & s. de diuer. rescrip. l. si qua beneficia. & ĩ aut. vt pręp. no. impe. in prin. col. vj.

Instrumentum an debeat continere diẽ & locum.

o ¶ Et melius.] Not. maioris authoritatis scripturã q̃ testes, qđ admitto, cũ dubiũ est de numero annorũ, vel tpis lapsu: vt & s. si mi. se ma. di. l. iij. Aĺs cõtra: vt s. de fide instru. l. in exercendis. Sed qd si duæ appareãt scripturæ, vna quæ dicit stipulatorem fuisse Bonoñ. alia Romæ eadẽ die? Rñ. bonus iudex videbit cui potius credẽdũ sit: quòd si non viderit, neutri credet: vt s. de fide instru. l. scripturę. Ac.

Scriptura qñq; præfertur testibus.

p ¶ Per testes, tres vel plures.] nam per duos non videretur. arg. s. de fide instrumen. l. in exercendis. vel hic in priuata. vnde duo sufficiunt. vel hic non directo contra instrumentũ, sed per obliquum probetur.

q ¶ Ostẽderit.] sed quo modo: cũ dies instrumenti edi nõ debeat: vt ff. de eden. l. j. §. editiones? Rñ. illud habet locum, quando inuitus edit instrumẽtum: hic autẽ volẽs. Vel verius: quia hic vult dicere falsum ĩ die. & ideo est edendus: vt s. de fide instrumen. l. fina. Et caue, quia hæc lex in priuato instrumento videtur loqui. Accursius.

Dies instrumẽti an debeat edi.

Si quis.] CASVS. Si promisisti mihi facere domũ cũ morieris, an valeat stipulatio? Dicitur q sic, licet olim nõ valeret: & hęredes eius tenebuntur ædificare domum. Viuia.

r ¶ Insulam] i. domũ.

s ¶ Moriebatur.] promissor.

t ¶ Contrahentium.] quem latè attendimus: vt s. de act. ab. hære. l. j.

δ Quod ipsè sufficiat ad huiusmodi operis complementũ.

v ¶ Perducatur.] scilicet promissio.

x ¶ Momento.] hoc enim fieri non posset: vt ff. e. l. cõtinuus. §. illud. licet Christus dixerit: possum dissoluere templum hoc &c. sed de templo corporis sui dixit.

y ¶ A datione.] quantum ad trãsitum: vt hic, & s. eo. l. veteris. & contrarium ibi positum, & hic posset poni: sed quantum ad alia differunt: vt ff. de verb. obl. l. continuus. §. fina. Accursius.

z ¶ In legatis.] puta damnas esto hæres meus

obſeruari cenſemus. D. xv. Cal. Nouembr. Cõſtantinop. poſt conſulatũ Lampadij & Oreſtis VV. CC. anno ſecundo.

TITVLVS XXXIX. De inutilibus ſtipulationibus.

Iſta lex tractat de materia pupillari, et eſt quædã materia per ſe. h.d. Pupillus ſine tutoris authoritate ꝑmittẽs, non obligatur. Bal. Bar. & Sali.

Imper. Antoninus A. Paulino. LEX I.

EX ſtipulatiõe ĩ qua impubes[a] ſine tutore authore ſpopondiſti, nõ es obligatus[b]. PP. Cal. Iul. Romæ, Læto ij. & Cereali Conſ.

Stipulatio pœnalis non ualet in matrimonijs. h.d. Bart. uel ſic: In matrimonio nemo detinetur inuitus. h.d. Vel ſic: Matrimonia debent eſſe libera à metu pœnarum. h.d. Bu. Sed ſecundum eſt cõtra legem diuinam: quia quos deus coniũxit, homo non ſeparet: unde eſt correctum in c. gaudemus. de diuortijs. Bal.

Imp. Alexãder A. Menophilo. LEX II.

LIbera † matrimonia[c] eſſe antiquitus placuit: ideoq; pacta ne liceret diuertere, non valere[d], & ſtipulationes quibus pœnæ irrogarentur ei qui quæve diuortium feciſſet, ratas nõ haberi conſtat[e]. PP. iij. nõ. Feb. Maximo ij. & Aeliano Conſ.

Primò ponit quandam generalem doctrinam. Secundò infert ad ſpeciem. ſecũda ibi, cùm igitur. & hoc dicit. Inter abſentes ſtipulatio non contrahitur, & alter alteri ſtipulari non poteſt. hoc dicit. Bar. uel ſic: Inter abſentes non poteſt contrahi ſtipulatio, nec alteri ſtipulari. Item quando petitur intereſſe: admittitur petitio incerta certificanda per ſententiam. hoc dicit. Bar.

Impera. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Iſidoræ. LEX III.

VT inter abſentes[f] verborũ obligatio cõtrahi nõ poteſt[g], ita alteri cui⁹ iuri ſubiectus nõ eſt, aliquid dari vel reſtitui (niſi ſua interſit[h]) nemo ſtipulari põt. ¶ Cũ igitur defuncta in matrimonio filia tua, ſuperſtitis filij nomine partem dimidiã dotis à marito detineri, alteram verò partẽ nepoti[i] tuo, vel ſi is in rebus humanis nõ eſſet, Iuliano reſtitui per pactũ cõueniſſe proponas: præuẽtoq; morte nepote, etiam ſtipulationẽ ad Iulianũ factã, ob abſentiam[k] eius nõ valuiſſe ſignifices: ac propterea ex perſona, ac ſtipulatiõe tua, qua reſtitui cũcta iuxta pactorũ tenorem prouideras[l], reddi tibi deſyderes: ſuper ſtipulatu tuo[m] adi prȩſidem prouinciæ: vt examinatis partium allegationibus, quãti cõſtiterit intereſſe tua, iuxta placiti fidẽ dotis portionẽ Iuliano fuiſſe reſtitutã, ob ĩcertæ actionis effectũ, cõcludat cõdẽnationẽ taxatæ quãtitatis[n]. PP. idi. Decẽbr. ipſis iiij. & iij. AA. Conſ.

Non ualet inſtrumentum contra bonos mores factum: ut cum quis ſe obligat ad aliquem hæredem inſtituendum. uel ſic: Pactum factum de futura ſucceßione eſt nullum. Bal. & Sali.

Idem AA. & CC. Dominæ. LEX IIII.

EX eo inſtrumẽto nullam vos habere actionẽ, in quo cõtra bonos mores † de ſucceſsione[o] futura interpoſita fuit ſtipulatio, manifeſtum eſt: cùm omnia[p] quæ cõtra bonos mores vel in pactum, vel in ſtipulationem deducuntur, nullius momenti ſint. PP. iij. Cal. Maij AA. Conſ.

Dolus uel metus nõ reddit cõtractũ ipſo iure nullum, ſed annullandum. h.d. Bal. uel ſic: Stipulatio facta dolo uel metu, reſcinditur. h.d. Sali.

Idem AA. & CC. Aquiliæ. LEX V.

DOlo vel metu[q] adhibito, actio quidem naſcitur[r], ſi

---

cum morieris facere illi domum.

¶ DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS. ¶ *Dixit de utili, ſequitur de inutili ſtipulatione.*

EX ſtipulatione.] CASVS. Pupillus ſi tutorem habeat, ſine ei⁹ authoritate obligari nõ põt. idẽ ſi nõ habet tutorẽ: quia ſi quis dolo ſtipuletur ab eo, non valet ſtipulatio. Viui.

a ¶ Impubes.] ſ. tu.

b ¶ Nõ es obligatus.] Dic quòd pupillus ſi habeat tutorem, obligare ſe non poteſt ſine eo alicui extraneo ciuiliter: vt hic, niſi inquantum locupletior eſt: vt ff. de authori. tu. l. impuberis. & ff. cõmo. l. iij. in prin. Si verò non ſit locupletior, tunc naturaliter tantùm: vt ff. de nouatio. l. j. in fi. & hoc cum eſt proximus pubertati, aliâs nec naturaliter: vt ff. de cõdict. indebi. l. quod pupillus. tutori autem nec ciuiliter nec naturaliter: vt ff. de autho. tut. l. v. cum tutoris authoritate poteſt ſe obligare ciuiliter & naturaliter: vt ſ. ſi tutor vel curator. l. etiam. Idem intelligendum eſt in adulto, ſi habeat curatorem: vt ſ. de in integrum reſtitu. mi. l. ſi curatorem. ſi autem non habeat tutorem: nec naturaliter, nec ciuiliter, obligatur: vt ff. de ac. & obli. l. pupillus. & ſic poteſt intelligi quod hic dicit. Vel illa in infante. Vel dic quòd non refert, tutori vel extraneo promittat: ſed an ſit infans vel maior infante, vt primo caſu nec naturaliter teneatur. aliâs ſic. Econtra ſi ſibi ſtipuletur, poteſt etiam ſine tutóre: vt inſtitu. de autho. tuto. in prin. niſi ſit infans: vt ff. de verb. obli. l. mulier. excepto caſu vno: vt ff. rem pupil. ſal. fore. l. ij. & l. ſeruum. ADDITIO. De materia huius l. an ſcilicet & quãdo pupillus obligetur, vide pulchrè per Barto. in l. j. ff. de noua. verſi. venio ad verſiculum &c.

Pupillus an ſe poſsit obligare.

† Concor. c. gẽma. cũ gl. ſup. ver. ſtipulatio. extra. de ſpon.

LIbera.] CASVS. Si mulier ꝓmiſit x. nomine pœnæ, ſi tibi non nuberet, vel ſi à te diuerteret, nõ valet promiſsio, nec eo obſtante minus diuertet: quia libera debent eſſe matrimonia. Viuianus.

c ¶ Matrimonia.] tam contracta quàm contrahenda: vt ſ. de nuptijs. l. neq; ab initio.

d ¶ Non valere.] placuit.

e ¶ Conſtat.] vt & ff. de verbo. oblig. l. ſi ita ſtipulatio facta fuerit. & l. titia. & ſ. de ſponſa. l. mulier. Sed contra ff. de dona. inter virum & vxo. l. ea quæ. ſed ibi à donatione pœna, vel pactio pœnæ incipit.

VT inter abſentes.] CASVS. Præmittit duas regulas, ſcilicet quòd inter abſentes non poteſt confici ſtipulatio, & quod alteri nemo ſtipulari poteſt, niſi ſua interſit. ſi ergo pater pro filia ſua dotem dederit, & pactus fuerit quòd dimidia dotis erit penes virum, aliam dimidiam ſtipulatus eſt nepoti ſuo ex filio reddi: vel ſi ille tempore ſoluti matrimonij in rerum natura non eſſet, quòd redderetur Iuliano abſenti: & ſi ei non redderetur, ſtipulatus eſt intereſſe, ſcilicet quanti ſua intereſſet Iuliano reddi: an Iulianus agere poſsit præmortuo nepote, quæritur. Et dicitur quòd non: quia ſibi non fuit quæſita obligatio: quia alteri &c. quia adſcripſerat: ſed aget pater ad intereſſe ſcilicet quanti ſua intererat dotem fuiſſe Iuliano redditam. Viuianus.

f ¶ Vt inter abſentes.] vt & inſtitu. de inuti. ſtipu. §. item verborum. & ff. de verbo. obliga. l. j. in princ. Sed contra ff. de dona. inter virum & vxo. l. ea quæ. ſed ibi inter præſentes fuit.

g ¶ Non poteſt.] vt & ff. de verb. oblig. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & inſtitu. eo. §. alteri. & j. de donat. l. cùm res. & ſ. per quas perſo. no. acquir. l. j. & non eſt abſurda hæc parificatio: quia vtrunq; impedimentum interuenit in caſu iſtius l. & ideo bona eſt comparatio.

h ¶ Sua interſit.] poteſt ſic eſſe quòd debeat centum Titio, & tantundem eidem dari ſtipuletur. & refert quo modo dicat: quia ſi ſic dicat, promittis tu Seio dare centum quȩ ei debeo, vel ſimpliciter an promittis Seio dare centum? prima valet. ſecunda non.

i ¶ Nepoti tuo.] ex ea nato. vel melius ex filio nato: vt & ſ. de pact. conuẽ. l. pater. & l. pactum. Et dic quòd fuiſti ſtipulatus nepoti in poteſtate conſtituto, vel Iuliano: vnde in perſona nepotis cõſtitit ſtipulatio, in perſona Iuliani non. Sed potuit ſolui ei tanquam adiecto: ergo ex eo quod fuit ſoluendum nepoti, agis condictione certi: ex eo quod Iuliano, ad intereſſe: vt ff. de verbo. oblig. l. liber homo. ij. §. fi. ſecundùm H. vel ſecundùm Azo. dic quòd fuit ſtipulatus vtriq; principaliter, & in nepote fuit vtilis: ſed per mortem facta eſt inutilis. in Iuliano ab initio fuit inutilis: interpoſuiſti tamen poſt illas aliam vtilem, ſic: ſi Iuliano non dederis, promittis quanti mea intereſt te daturum, & de hac ſtipulatione dicit hic. Accurſius.

† cõcor. gl. j. in. c. j. extra de pac.

Stipulatio an ſit ſemp ſtricti iuris.

k ¶ Abſentiam.] nedum quia erat alius: ſed ſi eo præſente ſtipularetur ei, valeret ſtipulatio: quia ipſe ſtipulationem feciſſe videretur: vt ff. de verborum obli. l. ſi procuratori.

l ¶ Prouideras.] ſtipulando nepoti, aut Iuliano dari. Vel dic ſtipulando poſt primas inutiles omne tuũ intereſſe.

m ¶ Tuo.] facto Iuliano ſecundùm primum.

n ¶ Quantitatis.] id eſt certæ, licet petatur incertum, id eſt intereſſe: vt inſtitutio. de actio. §. curare.

EX eo.] CASVS. Promiſiſti per ſtipulationem quòd faceres me hæredem, & inde confectum fuit inſtrumentum: inutilis eſt ſtipulatio, & contra bonos mores, puta de ſucceſsione futura: & ideo ex ea agi non poteſt. Viuianus.

o ¶ De ſucceſsione.] quod eſt, vel cùm paciſcor vt ſuccedam: vel certo modo ſuccedam: vt ſ. de pactis. l. pactum quod dotali. & l. licet. & l. fina. & de colla. l. pactum. & de inoffic. teſta. l. ſi quando. §. illud. Sed contra ff. de actio. empt. l. ſi quis ſeruum. ſed ibi ratione præcedentis contractus, ſcilicet venditionis ſerui venditor cauet emptori de hæreditate liberti reſtituenda, ſed & aliter ibi ſolui.

p ¶ Omnia quæ contra.] vt ſ. de condictio. ob turpem cauſam. l. j. & l. mercalem. & ff. de verb. obli. l. generaliter. & l. veluti. & l. ſi plagij. etiã ſi pœna ſit promiſſa: vt ff. de fideiuſſoribus. l. ſi à reo. §. fi. & de verb. obli. l. ſtipulatio hoc modo.

DOlo.] CASVS. Si dolo vel metu iduxiſti me ad promittendum aliquid: tenet quidem ſtipulatio, & ex ea agere poteris: ſed obſtabit tibi doli vel metus exceptio.

q ¶ Dolo vel metu.] etiam legali: vt ff. de conſtituta pecunia. l. illud. §. ſi iureiurando. licet ibi non habeat locum exceptio. Accurſius florentinus.

r ¶ Naſcitur.] quia ſtricti iuris eſt ſtipulatio: vt hic, & ff. quod metus cauſa. l.

causa.l.metum autem præsentem.§.sed quod prætor.& ff. de verbo. obli. l.si quis cum aliter.nisi in promissione dotis : vt ff. quod metus causa. l. si mulier.§.si dos.at in bonæfidei ipso iure non valet, etiam si fiat per metum: vt ff.de dolo.l. & eleganter.in prin.secundùm. H. Vel refert inter dolum apertum : vt ibi,& velatum : vt hic,& etiam in contractu bonæfidei : vt s̃. de rescin. vendi.l.j.& quod metus causa.l.si. Accursius.

Dolus apertus & velatus.

SI auia.] CASVS. Mutuaui tibi decem, et ea stipulatus sum mihi, et Titio extraneo reddi. Dicitur quòd solui sibi extraneo non potest : sed tantum sibi numeranti. Et sic habes quòd extraneo nõ acquiritur act.ex stipulatu.sed remanet penes numerantem. sed qui sibi & alij stipulatur, valet tantum pro parte dimidia, & sic est differentia, cũ numeratio præcedit stipulationem, vel non præcedit.

ō Vestra Septimio, & Eustolio, &c.

a ¶Potuit.] vt & s̃. e.l. vt inter.& de pact.con. l. pactum. & ita ex numeratione actio remãsit: vt ff.si cer.peta.l.certi condictio.§.quoniam.& s̃.de contrahen. & cõmit. stipula.l.iij. Porro cùm qs simpliciter stipulatur sibi & alij decẽ nulla præcedẽte numeratiõe: quinq; sibi debentur. alij nihil: vt ff.de verbo.oblig. l.si mihi & titio decẽ. & l. eũ qui ita.& insti.de inuti.stipu. §. quòd si qs sibi. secus in contractu bonæfidei, vt in emptione. quæ si sic fiat, fundus ille sit emptus mihi & Titio, persona Titij pro superuacua habetur: & totius fundi portio ad me pertinet: vt ff.de contrahen. empt.l fundus. Et est ratio: quia bonæ fidei est cõtractus. Vel dic vt ibi.

Ius accrescẽdi locũ nõ habet in cõtractib⁹ stricti iuris: secus in cõtra ctibus bonæ fidei.

† Hæc lex in quibusdam vetustis exẽplari. prima hic locatur, sed à typographis hactenus fuit omissa.

subdita stipulatio sit: per doli mali tamen vel metus exceptionem submoueri petitio debet. S. xiij. Cal. Octobr. AA. Conf.

¶ *Non potest quis alteri stipulari. fallit in posito in eius potestate. h. d. Sali. uel sic: Stipulatio inter se & extraneum ualet duntaxat pro parte sua. h. d. uel sic: Vbi inutilis est stipulatio, & utilis numeratio, agitur ex numeratione. & hoc in toto & in parte uerum est. h. d. secundùm But.*

Idem AA. & CC. Septimio. LEX VI.

SI auia ō vestra sibi & Eustolio quam mutuam dederat pecuniam, dari fuerit stipulata: nihil ei cuius subiecta iuri non fuerat, quærere potuit [a]. Sanè si ipse qđ ei solui placuerat, in stipulationem suo nomine deduxit: obligationem in eius etiam personã constitisse, non ambigitur.

TITVLVS XL.

De duobus reis stipulandi & promittendi.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. Paulinæ. LEX I.

SI duo † pluresve rei cuiusdã traditione conuentione insolidũ inierint: cuicũq; eorũ, quãdiu res in eadem causa permanserit, si casus obtulerit, actio insolidum competit. PP. iij. non. Decembr. Maximo ij. & Aquilino Conf.

¶ *Duobus insolidum constituentibus obligationem: creditor potest alterum insolidum conuenire: & soluenti datur regreßio contra correum. hoc dicit. Baldus.*

Idem AA. & CC. Diogeni. LEX II.

CReditor prohiberi non potest exigere debitũ, cùm sint duo rei promittendi eiusdem pecuniæ, à quo velit [b]. Et ideo si probaueris te cõuentum [c] insolidum exoluisse, rector prouinciæ iuuare [d] te aduersus eũ, cum quo communiter mutuam pecuniam accepisti, non cunctabitur. S. v. Cal. Mar. Diocletiano iij. & Maximiano AA. Conf.

In authen. de duobus reis. in principio. & §. sequen. collatio. vij. constitu. ix.

¶ *Duo rei tunc tenẽtur insolidum, cùm actum est: nec quilibet eorum potest insolidum conueniri ubi casu alter est inops, aut talis qui de facili exigi non potest. hoc dicit. uel sic: Duo rei constituuntur, si agatur ut quilibet insolidum teneatur: quo non acto, quilibet pro parte tenetur: & eo acto, ita demum ab uno insolidum fit exactio si alter sit absens uel non soluendo. h. d. Sali.*

HOc ita [e], si pactum fuerit speciale [f], vnumquenq; teneri insolidũ: & si alter inops sit insolidum vel in partẽ, vt id saltem ab altero petatur, vel si absens [g] sit. Cùm enim ambo adsunt, per iudicem producũtur, negotiũq; communiter examinatur, & sententia cõmuniter infertur. quod fiet [h] per administratorem, si iudex sit delegatus. ¶ Sin autem non conuenerint specialiter, ex æquo sustinebunt onus. Sed si conuenerint vt vterq; eorum sit obligatus: si ambo præsentes sint, & idonei, simul cogẽdi sunt ad solutionem [i].

¶ *Rescriptum principis quo cauetur, ut unus ex correis insolidum obligatis conueniatur tantùm pro parte, non insolidum, non est ser=*

¶ DE DVOBVS REIS STIPVLANDI. ¶ *Quia quãdoq; plures accedunt rei uel stipulandi uel debendi: ideo de hoc dicit. & à re non à reatu dicitur: & dicuntur rei debendi qui debent. stipulandi, qui stipulantur: ut ff. eod. l. j. Accursius.*

Continuatio. Rei debendi. Rei stipulandi.

CReditor.] CASVS Si creditor habeat duos reos promittendi, scilicet quòd sibi promittant eandem pecuniam: electionẽ habet quem eorum velit conuenire, & insolidum: & si contra vnum egerit insolidum, habeat ille regressum contra eum pro parte sua: sed non aperit qua actio. Tu dic mandati secundùm M. secundùm Ioannem pro socio, si erant socij: vel manda. si hoc actum erat, vt si vnus pro altero fideiuberet : si nec erant socij, nec hic actum erat actione negotiorum gestorum.

b ¶A quo velit.] pro solido vel pro parte : vt hic, & ff. loca. l. cùm apparebit. & de fideiusso. l. inter eos. §. duo. sed hodie cõtra: vt in authen. hic posita: hoc ita &c.

c ¶Conuentum.] ad totum debitum. Acrursius.

d ¶Iuuare.] actione mandati : quia vterque pro altero videtur fideiussisse secundùm Ir. & Azo. argu. ff. ad velleianũ. l. vir vxori. §. fina. Sed ibi fuit color quæsitus. vel ibi nõ dicit quod intercesserit, sed iuuari ac si intercessisset : vt in eo. titu. l. si debitrix. ij. respon. vel ibi erant socij. Item & pro eis ff. eo. l. reos. & in authen. eo. titu. in princip colla. vij. Sed vtrobiq; fuit actum. Item pro eis quod dicitur de adiecto contra quem agitur mandati : vt institut. de inuti. stipu. §. si quis alij. Sed ibi fuit mandatum. aliâs contra : vt ibi diximus. Nos secundùm [a] Ioan. diximus quòd non videtur fideiubere : vt no. ff. ad velleianum. l. vir vxori. & ideo damus hic actionem pro socio, si sint socij : vel cessam, si fuerit cessa à creditore vel mandati, si hoc actum fuerit inter eos : quòd vnus pro altero fideiuberet. Sed an sit insolidum cedenda actio soluenti vel pro parte? quidam insolidum : argumen. ff. de lega. j. l. si res obligata. in fine. sed ibi non aperit insolidum. Item quia sic est in causa noxali, quòd ab initio melior est quandoque conditio primò agentis, qui cum alijs teneatur : postea erit deterior : vt ff. de noxa. l. si quis à multis. & ff. si ex noxali cau. agatur. l. ij. Nos dicimus quòd pro parte : vt ff. de tute. & ratio. dis. l. cùm pupillus. & ff. de administra. tuto. l. si plures. & ff. de pecu. l. quæsitum. Sed quid si nec fuit cessa, quia hoc non fuit petitum : nec habet locum pro socio : quia non fuerunt socij : nec mandati, quia non fuit actum, quæ actio locum habet? Quidam dicunt nullam : vt in fideiussore. ff. de fideiussoribus. l. vt fideiussor. Alij mandati, cùm semper dicant eos videri inuicem fideiubere. Tu dices negotiorum gestorum. nam licet suam obligationẽ dissoluerit, tamen & alium liberauit : vt dixi s̃. si certum petatur. l. si in rem. Item dixerunt quidam etiam pro parte nõ fieri cessionem nisi sint socij, & eo casu quando sunt socij: vel quando est actũ vt fideiussores sint. Alij intelligunt legem istam quod est falsum : vt cessio fiat tantum quando sunt socij. argu. j. titu. j. l. cùm alter. Item pone quòd tres erant rei debẽdi in triginta. vnus insolidum fuit exactus: an insolidum in viginti contra vtrunque : an in decem contra quemlibet sit facienda cessio? Et videtur insolidum in viginti: sicut habet authenti. hoc ita. quæ est in cor. eo.

Rei debẽdi an videãtur se inuicẽ fideiubere.

a Salic. hic sequi distinctionẽ Bar. positã in l. reos. ff. eo.

Quæstio notabilis.

HOc ita.] CASVS. Hæc authentica determinat l. quòd creditor non potest conueniri quemlibet debitorẽ insolidum, nisi alter sit non soluendo, vel absens. Si verò vterque esset præsens & soluendo : vterque est conueniendus. Si verò non est actum expressè, vt quilibet possit insolidum conueniri, tunc quilibet conuenitur pro parte.

e ¶Hoc ita.] scilicet quòd vnusquisque teneatur insolidum cum effectu.

f ¶Speciale.] scilicet quòd vnusquisque teneatur insolidum : vt subijcit vnumquenque &c. Sed quid si ita dixeris : promittis mihi decem : & tu alius promittis eadem decem? Respondetur, duo sunt rei insolidum: quia satis videtur hoc exprimi : vt ff. de verbo. obligat. l. stipulatio ista. §. eum. secus si dicam simul promittis ; vt in eod. titu. si mihi & titio. & de lega. j. si quis testamento.

g ¶ Absens.] scilicet alter. ergo præsens conuenitur insolidum altero absente &c. & cùm alter est inops. secus verò in intercessore præsente, & reo absente : vt in authen. j. titu. j. præsente &c. vbi datur dilatio ad repræsentandum. olim autem in nostro casu sufficiebat pactum, licet alter non est inops, vel absens : vt ff. eod. l. reos. §. fina. Sed quid si vnus promisit purè, alter sub conditione, quod fieri potest : vt ff. eod. l. ex duobus. j. nunquid qui purè promisit, poterit insolidum conueniri sicut cùm alter est absens vel inops? Dic quòd sic : vt dicta l. ex duobus. j. ad quod institu. eod. §. finali.

Promittere potest vnus sub cõditione, altero purè promittente.

h ¶Quod fiet,] id est quæ productio : nec enim per delegatum, sed ordinarium producentur re ipsa: vt hic dicit, & inuiti: vt in auth. de exhib. & intro. re. §. si verò quidam. colla. v. Accursius.

i ¶Ad solutionem.] nisi renunciauerit beneficio diuidendarum actionum. nam prætor ait, pacta seruabo : vt s̃. de pactis. l. penultima, & l. pacta nouissima. in tutoribus idem & contutoribus & fideiussoribus ex epistola diui Hadriani vt viriliter conueniantur : sed non idem in fideiussoribus vnius tutoris qui non possunt diuidendarum actionum habere beneficium : vt ff. de tutelis & rationibus distrahen. l. prima. §. nunc tractemus. & s̃. de constituta pecunia. l. finali. & ff. rem pupilli saluam fore. l. fin. Item an hæc authentic. ha-

Actionum diuidẽdarũ beneficium quibus das.

heat locum etiam in fideiussoribus? Dic vt j. tit. j.l. non rectè diximus. Hic ponunt & habent quidem talem legem, quæ non est in Codice, scilicet si duo pluresve rei cuiusdam traditionem communem acceperunt insolidum: cuicunque eorum quandiu res in eadem causa remanserint, si casus obtulerit, insolidum actio competit.

Exprimere.] CASVS. Refert cùm duo obligant se pro eadem pecunia an 10 ab initio obligentur in solidum, an quilibet pro parte sua. Primo casu creditoris erit electio quem velit conuenire & insolidum. Secundo casu fiet quod cõuenit, scilicet vt quilibet pro parte sua cõ ueniatur.

a ¶ Insolidũ.] & facit ad 20 legẽ istam s. loca. & con duct. l. si diuisa. & s. si certum peta l. si in rem. sed hodie plus est opus. scilicet quòd alter sit absens vel inops: vt in authen. hoc ita. Accursius.

b ¶ Non possit.] scilicet creditor.

c ¶ Electio.] quam ha30 bet creditor, vt possit quemlibet insolidũ conuenire. Accursius.

d ¶ Rescripto.] cùm alterius ius per hoc tolleretur: vt s. de preci. impera. offer. l. quoties. Accursius.

uandum. uel sic: Vnusquisque tenetur exprimere quæ est causa & fundamentum suæ intentionis: & per rescriptum non intelligitur princeps derogare contractui, ex quo nata est naturalis & ciuilis obligatio. hoc dicit. Vel sic: Obligatio solidi non contrahitur contra plures, si hoc agatur. But.

Idem AA. & CC. Fabiano. LEX III.

EXprimere debueras tuis precibus, vtrumne in partem an insolidum [a] singuli vos obligaueritis, ac duo rei promittendi extiteritis: cùm si quidem ab initio vnusquisque pro parte sit obligatus, egredi contractus fidem non possit [b]. Si verò insolidũ, electio [c] rescripto [d] adimi non debeat. S. Idib. April. Byzantij AA. Conss.

¶ Quando plures sunt obligati, sufficit q causa obligationis finalis reperiatur in uno: nam suas radices extendit in omnes. hoc dicit. Bal. Vel sic: Licet pecunia uni numeretur: tamen alij possunt simul insolidum obligari. hoc dicit. Sali.

Idẽ AA. & CC. Andronico. LEX IIII.

PRopter mutuam vni datam pecuniam alijs reis promitten di factis, ob non numeratam sibi pecuniam obligationem remitti desyderio postulantium iura refragatur. S. v. Id. Februa. Sirmij, CC. Conss.

Propter.] CASVS. Mutuaui 40 Titio decem, & accepi pro eo duos reos, puta Caium & Seium. dicunt se non esse cõueniendos, quòd sibi pecunia numerata non erat. opponitur excep. non numeratæ pecuniæ. an sint audiendi, quærit. Et dicitur quòd nõ. Vel dic quòd mutua50 ui omnibus: sed Titio de voluntate omniũ mutuaui, & procedit sicut dixi.

¶ Interruptio facta per unum correorum, uel contra unum ipsorum, alijs prodest & nocet. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Interpellatio facta ab uno de correis credendi, interrumpit præscriptionem: etiam quo ad cæteros. & econuerso, agnitio facta per unum ex reis debendi, nocet alteri. hoc dicit. Sali.

e ¶ Refragantur [a].] cùm non propter numerationem eis faciendam fuerint confessi, sed alij faciẽda erat: vt & s. de nõ nume. pecu. l. aduersus. 60 & l. frustra. Vel si erat omnibus numerãda, fuit tamen data vni aliorum voluntate: & ad hoc facit s. si certum petatur. l. si nõ singuli. secus si non eorum voluntate: sed fortè pœnituerant, quod possunt: vt ff. si certum pet. l. qui pecuniam. Ac70 cursius.

a Fine huius glos. ibi (sed fortè) declara, præcedere, si denunciat creditori ante numerationẽ. p l. fideiussor. ff. de fideiuss. ita notat in l. titius. ff. de p cura.

Imp. Iustinianus A. Io. præ. præ. LEX V.

CVm quidam rei stipulandi certos habebãt reos promittẽdi, vel vnus fortè creditor duos vel plures debitores habebat, vel ecõtrario multi creditores vnum debitorem, & alij ex reis promittendi ad certos creditores debitum agnouerunt, vel per solutionem, vel per alios modos, quos in anterioribus sanctionibus interruptionis inuenimus positos, & nos ampliauimus [f], vel fortè ad vnum creditorem quidam ex debitoribus deuotionẽ [g] suam ostenderunt: vel cum plures essent creditores, debitor qui solus existeret, ad vnum ex his, vel quosdam debitum agnouit, & quærebatur, si eis vel ei [h] daretur licentia aduersus alios [i] indeuotionẽ suam exercere, & quasi tempore emenso [k] exactionem recusare, vel quibusdam ex debitoribus debitum agnoscentibus: vel in iudicio pulsatis, deberẽt & alij ab omni contradictione repelli: nobis pietate suggerẽte videtur esse humanum, semel in vno eodemq; contractu qualicũq; interruptione vel agnitione adhibita, omnes simul compelli ad persoluendũ debitũ, siue plures sint rei, siue vnus, siue plures sint creditores, siue non amplius q̃ vnus. sancimusq; in omnibus casibus quos noster sermo cõplexus est, aliorũ deuotionẽ vel agnitionẽ, vel ex libello [l] admonitionẽ alijs debitoribus præiudicare, & alijs pdesse creditoribus. ¶ Sic itaq; gñalis deuotio, & nemini [m] liceat alienam [n] indeuotionem sequi, cùm ex vna stirpe vnoq; fonte [o] vnus effluxit contractus, vel debiti causa ex eadem actione apparuit. Dat. Cal. Septembr. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

CVm quidam.] CASVS. Si plures creditores habent vnũ debitorem, vel vnus creditor plures debitores, vel plures creditores debẽt plures debitores: & aliquis ex debitoribus soluat alicui ex creditoribus, talis agnitio debiti sufficit ad interrumpendam præscriptionem: quia se volunt alij debitores tueri qui non agnouerunt: quia talis agnitio 80 debiti ab vno debitore facta vni creditori, alijs creditoribus obest, & alijs creditoribus prodest. Viuianus.

f ¶ Ampliauimus.] vt & s. de præscriptionibus triginta annorum. cùm notissimi,

g ¶ Deuotionem.] scilicet soluendo.

h ¶ Eis vel ei.] debitoribus vel debitori.

i ¶ Alios.] scilicet creditores: & hoc si non habes in litera.

k ¶ Emenso.] scilicet triginta annorum.

l ¶ Ex libello.] executore interueniente: vt s. de præscript. triginta annorum. l. si in rem. Vel loquitur in prætorijs & annalibus: vt s. quando libellus princ. datus. l. j. & ij.

m ¶ Nemini.] qui agnouit. Accursius.

n ¶ Alienam.] scilicet eius qui agnouit. Et sic nota factũ vnius alij prodesse & nocere: vt ff. eo. ex duobus. vlt. Et sic est argu. contra ff. de solu. l. cùm quis. §. si quis pro 10 reo. & ff. manda. l. si fideiussor. j. §. finali. & ff. de nego. gest. l. si ex duobus. in fine. Item contra est huic legi ff. eod. l. ij. & l. ex duobus. ij. Sed solues j. tit. j. l. fina. Item contra videtur ff de vsuris. l. mora. §. finali. Soluo. potest dici quòd hic 20 erãt socij: ibi nõ. Vel ibi mora, hic agnitio quæ est opposita.

Factũ vnius alteri pdest & nocet.

o ¶ Fonte.] quãtum ad idem debitum & vnam obligationem: licet diuersi sint: vt ff. eod. l. iij. §. fina. Accursius.

¶ DE FIDEIVSSO30 RIBVS ET MANDATORIBVS. ¶ Diximus s. de ijs qui per stipulationem principaliter obligantur: Nunc uideamus de fideiussoribus & mandatoribus qui principalibus obligationibus applicantur. Azo.

p ¶ De fideiussori40 bus & mandatoribus.] Cuique contractui potest fideiussor accedere & mandator: vt ff. mandati. l. si hæreditatem. §. & in summa. Est tamen differentia: quia fideiussor præcedit & sequitur obligationem: vt institu. eo. §. fideiussor. 50 & præcedere. at mandator tantum præcedit, nisi in casu: vt ff. manda. l. si verò non re. §. si post tra ditam. at constitutor tantùm sequitur: vt ff. de constit. pecu. l. j. §. j. & §. debitum.

Fideiussor & mãdator differunt.

TITVLVS XLI.

De fideiussoribus & mandatoribus [p].

¶ Exceptio reo competens, statu mutato non porrigitur ad fideiussorem. hoc dicit. secundum glos. Vel sic secundum But. Si solum reus ab obligatione eximitur, & in alium successorem transfertur: ista exceptio fideiussori non datur. hoc dicit. Bald. uel sic: Publicatio bonorum debitoris fideiussorem non liberat. hoc dicit. Bar.

Imperatores Seuerus & Antoninus AA. Lysiæ. LEX I.

SI lysias [q] adepta parte bonorũ exulare iussus est: non nisi pro parte quã retinuit, creditoribus [r] obligatus est. Verũ qui pro eo fidẽ suã adstrinxerũt, iure pristino cõueniri possunt [s]. PP. Idib. Octobr.

Si Lysias.] CASVS. 60 Mutuaui Lysiæ decem & fideiussorem accepi, & Lysias cõdemnatus l. iul. de vi, & ita tertia pars omniũ bonorum delata est fisco: licet nõ possum eum conuenire Lysiã nisi pro duabus partibus quæ apud 70 eũ remanserunt, & ita in parte tertia: fideiussorem tamen quem insolidum habeo obligatũ, & insolidum conuenire potero.

q ¶ Si Lysias.] pone exemplum in l. iulia de vi priuata: vt institu de publi. iudi. §. item lex iulia de vi. nam fiscus quasi successor pro tertia quæ ad se pertinet, conuenitur: vt j. ad l. iuliam de vi. l. tutoris. & ff. de capi. di. l. ij. & sol. mat. l. si ma 80 rito. in prin. & in ea tertia damnatus habet exceptionem: vt ff. si quis cau. sed & si quis. in prin.

r ¶ Creditoribus.] pro duabus partibus.

s ¶ Possunt.] videt quòd nõ: vt s. de exceptio. l. defensiones. Sed ibi non fuit integer status. Item adhuc contra ff. de iure fis. in fraudem. §. si principalis. sed ibi non successio, sed ex alia causa bona deuenerunt ad fiscum: vt quia debitor non soluebat. argu. j. de senten. pas. l. iij. in fine. Sed dic non est contra: quia ibi apud fiscum fideiusserat: hic apud alios.

Creditori.

CReditori.] CASVS. Mutuaui tibi x.fideiuſſorem & pignus accepi:electio mea eſt quem velim cõuenire,vel reum vel fideiuſſorem.exegi tandẽ fideiuſſori. cedam ius pignoris.ſi verò aliâs eſſent obligata mihi eadem pignora, & ſi pro alia pecunia non inquantum fideiuſsit : niſi totam pecuniam ſoluat,non cedam ei ius pignoris.

a ¶ Licet.] id eſt licitum eſt : vt ff.eod.l.inter eos. §.creditor.niſi aliud cõuenerit : vt ar. ff.man. l. qui mutuam.in prin.& j.eod.l.omiſsis.

b ¶ Obligauerit.] ſcilicet fideiuſſor.

c ¶ Ius pignorum.] vt ff.de diſtra.pigno.l.ij. & ſ̄.de ſenten.& interlo. l.cùm eorum.ſed & perſonales non ſolùm contra reum : vt ff. de ſolu. ſtichum.§. penult. Sed etiam contra fideiuſſores: vt ff.eod.l.ſi fideiuſſores.§. idem reſpondit. & l. fideiuſſoribus. & ſ̄. loca.l.ſi diuiſa.& ſ̄.arbi. tu.l.cũ interdictæ. ſi ergo fecit ne cedere poſsit, nec poterit agere : vt ff. de admi. tut. l. ſi pupillus. & d. l. ſtichum. §. penul.Sed contra ff.eo.l. ſi ſtipulatus. §. fina. ſed illud de rigore ſecũdùm Ro.hoc de æquitate. vel aliter vt ibi notatur.

d ¶ Obligatas.] ſecus ſi non habet obligatas: nec enim ob chirographariam pecuniã poteſt retinere contra fideiuſſoris volũtatem ſed contra voluntatem debitoris tantum : vt ſ̄. etiam ob chirographariam pecuniam.l.j.in fi.Item intelligunt quidam quòd hic obligatio fuit facta ante fideiuſsionem.ſecus ſi poſt:vt ſ̄.etiam ob chirographariã pecuniam. l.j. in fi. & ff.qui pot. in pigno.hab.l.ſi prior.§.ſi tertius.Alij dicunt quandocunque per dictam l. etiam chirographa.pecuniam.l.j.circa mediũ.ſed ſi debet cedere cõtra fideiuſſores,vt ſ̄.dixi,quomodo poteſt facere perſonale pactum vni fideiuſſorum: ita quòd alter inſolidũ remaneat obligatus? Dic quòd volente altero. Accurſius.

Seuero A.iij.& Victorino Conſ.

¶ *Licitum eſt creditori habenti pignora, agere contra fideiuſſorem : tamen debet ei pignora cedere : niſi in aliud debitum poßit retinere. hoc dicit. Bald. & Sali. uel ſic : Fideiuſſori ſoluenti tenetur creditor cedere actionem perſonalem & hypothecariam.hoc dicit. Bar.*

Idem AA.Plotio. LEX II.

CReditori qui pro eodem debito & pignora & fideiuſſorem accepit : licet[a] , ſi malit, fideiuſſorem conuenire in eam pecuniã in qua ſe obligauerit[b] . Quod cum facit, debet ius pignorum[c] in eum transferre.Sed cum in alia quoque cauſa eadem pignora vel hypothecas habet obligatas[d] ,non prius compellendus eſt transferre pignora, quàm omne debitũ exoluatur. Dat.v.Cal. Februa. Apro ij. & Maximo Conſ.

¶ *Expræßio eorum quæ tacitè inſunt nihil operatur.Et quoties plures ſinguli fideiubent, quilibet inſolidum videtur fideiubere.hoc dicit. Bald.*

Idem AA.Maximo. LEX III.

NOn rectè † procuratores[e] noſtri, ſi allegationi tuæ fides adeſſet, audire[f] te noluerunt ex bonis fideiuſſoris quæ ad fiſcum peruenerunt, pecuniam repetentem, ſed reum principalem conuenire iuſſerunt : cùm electionis poteſtas permittatur[g] creditori. Sed cum duos fideiuſſores accepiſſe te proponas : ſi alter idoneus eſt, intelligis te diuiſa quantitate partem competentem à procuratore[h] noſtro petere debere, & aduerſus alium fideiuſſorẽ eius experiri[i] . Nã licet ſignifices adiectum[k] eſſe in obligatione, vt ſinguli inſolidum tenerentur:tamen nihil hæc res mutat cõditionem[l] iuris & conſtitutionem. Nam & cum hoc non adijciatur, ſinguli tamen inſolidum tenentur[m] :ſed vbi ſunt omnes idonei: in portionẽ obligatio diuiditur[n] .PP. xvij. Cal.Septemb. Antonino A.iij. & Geta iij.Conſ.

† De materia huius l. & ſeq. auſ. & l.iure noſtro. j.e.tit. c.j. cũ gl.j. extra eo.ti. Pignus contra fideiuſſoris volũtatẽ non poteſt retineri ob chirographariã pecuniam.

NOn recte.] CASVS. Electionẽ habet creditor quẽ velit primò cõuenire, ſcilicet fideiuſſorẽ vel reũ:ſi ergo mutuaui tibi pecuniã,& fideiuſſorẽ accepi,& fideiuſſoribus ob debitũ aliquod ſuccedat fiſcus,& cõueniã fiſcũ, procurator autẽ Cæſaris q cognoſcit inter fiſcũ & priuatũ, interlocutus fuerit me debere cõuenire prius rẽ principalẽ : an rectè pronũciauerit, quæritur.Et dicitur quòd non.Si verò accepi duos fideiuſſores, & alteri fiſcus ſuccedat:cõueniã fiſcũ pro parte,& aliũ pro parte ſi ſoluẽdo ſit,nec (etiã ſi ab initio nõ cognouiſſet, vt qlibet fideiuſſor inſolidũ teneretur) ob hoc minus inſolidũ tenebũtur.ſed & ſi omnes idonei fuerint, p parte erit quilibet cõueniendus : ſed Authentica dicit quòd ſi vterq; ſit præſens,ſcilicet tam fideiuſſor quàm reus principalis:debet primò cõueniri principalis,etiam ſi ſit non ſoluendo in totum vel in partem.ſi reus ſit abſens,poterit fideiuſſor conueniri.& ſi petat tempus intra quod reducat reum : à iudice concedendum eſt.intra quod ſi non venerit, conuenietur fideiuſſor: creditor tamen cedet fideiuſſori actiones ſuas.

e ¶ Procuratores.] ſcilicet Cæſaris qui iudices ſunt inter fiſcum & priuatum : vt hic,& ſ̄.ſi aduerſus fiſcum.l.ij. §. j.

f ¶ Audire te.] ſcilicet creditorem cõuenientem fiſcum hæredem vnius fideiuſſorum.

g ¶ Permittatur.] iure veteri : vt hic,& j.eod.l.iure noſtro. Sed hodie contra : vt in authen.præſente. hic poſita.

h ¶ A procuratore.] ſ. fiſci,qui ſucceſsit alteri fideiuſſori:vt ſ̄.dixi,

i ¶ Experiri.] vt & ff.eo.l.inter eos.in prin.& §.j.& inſti.eo.§.ſi plures.

k ¶ Adiectum.] id eſt dictum.

l ¶ Conditionem.] conditio iuris eſt vt vterque pro parte conueniatur, quando ambo ſoluendo ſunt. Item conſtitutio dicit actionem diuidendam. ſiue ergo dictum ſit vt vterque teneatur inſolidum, ſiue non:vterque tenetur inſolidum . ſed pro parte conuenitur, ſi vterq; ſit ſoluendo. & ſic eſt ff. de leg.j.l.iij.

Fideiuſſores duo qualiter poſsũt conueniri.

m ¶ Inſolidum tenentur.] hodie contra, niſi hoc dicatur ; vt ſ̄.titu. j. authẽ.hoc ita. Vel aliud in reis debendi qui pro parte pecuniã accipiũt; vnde pro parte nouo iure tenẽtur & conueniuntur,& aliud in fideiuſſoribus,qui cum intercedant pro eo qui inſolidum tenetur, merito & ipſi inſolidum tenẽtur : vt inſti.eod.§.ſi plures.

n ¶ Diuiditur.] ex epiſtola diui Hadriani : vt inſti.e.§.ſi plures.niſi inficient:vt ff.e.ſi dubitet.

In authen. de fideiuſſo. & mãda. §. ſi quis igitur.&.§.non ſolùm.colla.j.conſtitu. iiij.

¶ *Iure nouo prius conuenitur principalis, ſi eſt præſens : demum eo diſcuſſo, fideiuſſor.hoc dicit. Baldus.*

PRæſente tamen vtroque non permittitur interceſſorẽ conueniri prius,quàm reus inuentus eſt minus idoneus, ſiue in totum, ſiue in partem. ¶ Abſente autem reo, præſens interceſſor iure quidem cõuenitur,ipſo tamẽ deſyderante iudex definiet tempus intra quod deducat reũ primò conueniẽdum[o] ,ipſo in ſubſidium reſeruando.Nam tranſacto tempore compellitur interceſſor ſatiſfacere, ceſsis ſibi à creditore actionibus[p] ,abſque diſtinctione[q] contractus[r] ſiue interceſsionis[s] .

¶ *Obligatione nouata, fideiuſſores non ſunt obligati, niſi ipſi ſe de nouo obligauerint. hoc dicit. Baldus.*

Imper.Antoninus A.Rufæ. LEX IIII.

NOuatione legitimè pfecta, debiti in aliũ translati,prioris cõtractus fideiuſſores vel mandatores liberator eſſe non ambigitur[t] :ſi modo in ſequenti ſe non obligauerũt.PP.xv. Cal. Octobr. Antonino A.iiij.& Balbino Cõſ.

¶ *Poteſtas à iure cõceſſa,per pactũ poteſt modificari.h.d.Bald.uel ſic:Per pactum cõtrarium tollitur poteſtas eligendi fideiuſſorem.h. d. Salı.*

Idem A.Potamoni. LEX V.

IVre noſtro eſt poteſtas[v] creditori, relicto reo, eligendi fideiuſſores , niſi inter contrahen-

PRæſente.] Diuiditur in duas partes. Primò quãdo ambo ſunt præſentes.Secundò quando principalis eſt abſens,& fideiuſſor præſens. ſecunda ibi, abſente. Et illa ſubdiuiditur in partes, quæ per ſe patent.Salicetus.

¶ CASVS. Præſens authẽ. ſic continuatur ad leg. C.in iure ff. & C. Erat in electione creditoris, vellet primò conuenire reum vel fideiuſſorem : ſed hodie illud eſt correctũ cũ diſtinctione ſi vterque eſt præſens & ſoluẽdo.nã primò agendum eſt cum reo : ſed ſi reus eſt abſens, vel non ſoluẽdo in totum vel in partem,in ſubſidium poteſt agi cum fideiuſſoribus : ſed ſi reus eſt abſens,& agitur cum fideiuſſore, & fideiuſſor petit tempus vt præſentet reum in iudicio vt primò cõueniatur, datur ei tempus à iudice, intra quod ducat eum : poſtea in ſubſidiũ agitur cum fideiuſſore, & cogitur ſatiſfacere elapſo prædicto tempore, & ceduntur ei actiones abſque diſtractione contractus. Viuianus.

o ¶ Primo conueniendum.] ſecus in hoc ſeruatur in duobus reis : vt ſ̄.titu.j.authen.hoc ita.

p ¶ Actionibus.] ſi verò non cedantur,non dantur fideiuſſori actiones quæ dabantur creditori : vt ff. eod. l. vt fideiuſſor. & l.fideiuſſoribus. ſecus verò in tutoribus : vt ff.de tutelis & ra.diſtra. l.j. §. nunc tractemus.

q ¶ Abſque diſtinctione.] quod hic ſubijcit,ſumitur ex cor.§. nõ ſolùm.vſque ad §.quod autem. ſed præcedentia ex §.ſi quis igitur.

r ¶ Contractus.] ſiue mutuum ſiue venditio ſit in quo interceſſerit.

s ¶ Interceſſionis.] interceſsit mandãdo vel fideiubendo vel cõſtituendo,non tamen nouando. Accurſius.

NOuatione.] CASVS. Habebam debitorem in decem, & fideiuſſo.animo nouandi ſtipulatus ſum decem ei à Titio ; an fideiuſſores ſint liberati, quæritur.& dicitur quòd ſic, niſi in conſequenti contractu obligauerit ſe. Viuianus.

t ¶ Ambigitur.] vt & ſ̄.etiam ob chirographa.pecuniã.l.j.& ff.de noua. l.nouatione.& de ſolu.l. ſolutionem.

IVre.] CASVS. Dicit Imperator in hac lege quòd electio datur creditori, velit primò conuenire reum vel fideiuſſorem relicto reo:niſi aliud fuerit actum.

v ¶ Eſt poteſtas.] vt ſ̄.eo. l. non rectè. ſed hodie contra: vt in authen·

præsente. Item contra huic legi ff. de verbo. oblig. l. si ita stipulatus fuero te sisti. §. possum. sed ibi actū videtur contra. ff. de admini. rerum ad ciui. perti. l. curatores. §. fin. sed ibi soluitur. Item contra J. de decur. l. j. lib. x. sed ibi solue. Accursius.

Si pater.] CASVS. Mutuaui decem Titio. confectum est instrumentum. pater tuus interfuit tanquam testis, & in instrumento signum apposuit: nō propter hoc 10 erit conueniendus, nisi se obligasset. Viuianus.

a ¶ Acciperet.] scilicet Cornelius.

b ¶ Conueniris.] vt & s. de administra. tutorū. l. si non. & si certum pet. l. mutuæ. & de actio. & obliga. l. nimia. & de rebus alie. non alie. l. ij.

20 Si creditor.] CASVS. Mandaui tibi vt Titio mutuares decem, & pignus acciperes: sed pignus non accepisti: an me conueniri possis actione mandati, quæritur. Et dicitur quòd non: aliter videor me obligasse, nisi pignus ac- 30 cepisses.

c ¶ Mandato.] id est quia non potest cedere actionem in pignore: vt ff. manda. l. si mandato titij §. fina. Accursius.

Filiusfamilias.] CASVS. Pater fundum vendidit: filius in sua potestate constitu- 40 tus pro euictione fideiussit: an teneatur quæritur. Et dicitur quòd sic. Viuianus.

Filiusfamilias pro patre potest fideiubere.

d ¶ Tenetur.] potest ergo fideiubere pro patre: vt hic, & s. de filiofamiliâs mino. l. j. & quod cum eo. l. si ex alio. & ad Velleianum. l. si pater- 50 na. & ff. qui satisda. cog. l. ij. §. si filius. & ff. eod. l. si dubitet. §. filiusfamilias. & pro extraneo: vt ff. de pecu. l. ij. §. si filius. & s. quod cum eo qui in ali. potesta. l. nulla. Dubitatio fortè hæc erat: quia quasi dominus videtur etiam viuente pa- 60 tre: vt ff. de liber. & post humis. l. in suis. & insti. su. de hæredum qualitate & differentia. §. sui.

tes aliud placitum doceatur. PP. vj. non. Maij, Messala & Sabino Cons.

¶ *Notarius qui conficit instrumentum, uel testes instrumenti, non obligantur ex instrumento. hoc dicit. Bal. Vel sic: Subscribens se ut testis, non dicitur fideiubere. hoc dicit. Salicetus.*

Idem A. Pollæ. LEX VI.

Si pater tuus pro Cornelio cùm pecuniam mutuā acciperet [a], se nō obligauit: frustra ex eo quòd tabulas obligationis vt testis signauit, conueniris [b]. PP. xj. Cal. Iul. Messala & Sabino Cons.

¶ *Mandator non obligatur ex forma statuti, uel omissa forma mandati. Hoc dicit. Baldus. Vel sic: Mandans ut alicui mutuet pignoribus datis, non potest ab illo conueniri sine pignoribus mutuanti. hoc dicit. Sali.*

Idem A. Eroti. LEX VII.

Si creditor conditioni mandato [c] adscriptæ, cùm pecuniam mutuam daret, in accipiendis hypothecis non paruit: frustra te iudicio mandati conuenit, quando non aliter te obligasse intelligaris, quàm si pignoribus contraheretur obligatio. P P. Cal. Iul. Læto ij. & Cereali Cons.

¶ *Filiusfamilias potest pro patre fideiubere. hoc dicit. But. & Sali.*

Imper. Alexãder A. Lõgo. LEX VIII.

Filiusfamilias qui pro patre, quáuis in venditione fundi, fideiussit tenet [d]. PP. ij. Id. Octobr. Maximo ij. & Aeliano Cons.

¶ *Licet actum sit hypothecaria, non liberatur fideiussor. hoc dicit. Bal. uel sic: Persecutio pignoris non liberat fideiussores. hoc dicit. Sali.*

Idem A. Aristocrati. LEX IX.

Etiam si de iure obligationis [e] pignorum actum fuerit [f], fi-

Etiam.] CASVS. A debitore fideiuss. & pignus accepi: egi hypotheca. an nihilominus possum conuenire fideiuss. per hanc actionem, quæritur. Et dicitur quòd sic: non enim ob hoc quòd egi hypothecaria, liberatus est fideiussor. Viuianus.

e ¶ De iure obligationis.] scilicet hypothecaria, non solùm personali contra debitorem vel fideiussorem: nec enim fit nouatio: vt ff. 70 de pigno. l. grege. §. etiam. & §. si cum defensore. & s. de pig. l. quanuis ij. Accursius

f ¶ Fuerit.] à creditore ad pignora enim agit.

Fideiussor.] CASVS. Si pro te tam in sortem quàm in vsuras fideiussi: eas quin soluam non potero recusare. & hoc in prima. Si verò cum alio fideiussi: an possim impetrare vt diuidatur inter nos obligatio? Respondeo quòd sic: si vterque nostrum est soluendo & hoc in secunda.

g ¶ Obligatus est.] vel quia expressè se obligauit. Vel quia in omnem causam fideiussit: vt ff. loc. l. quæro. circa princ. & ff. de admi. rerum 80 ad ciui. perti. l. ij. in fi. At vbi simpliciter intercessit, dicit Ioan. idem. argu. ff. eod. l. si quid pro eo §. si nummos. & l. amissi. §. fideiussores. & ff. rem pupil. sal. fore. l. si postea. & ff. ad municip. l. lucius. §. Paulus. Pla. tamen respondet his legibus: quia in omnem causam videtur fideiubere quæ ex numeratione nata nunc, vel postea nascitura est: vt d. §. si nummos. At vsura non nascitur ex numeratione. Item ad l. amissi. dicit ideo teneri: quia & prædiorum dos fuerat locata expressè vel tacitè. argu. ff. loca. l. sed addes. §. illud. Vel expone dotis prædiorum, id

Fideiussor simpliciter intercedens an videatur etiā pro vsuris intercedere.

est dotalium prædiorum. argu. s. de iure do. l. ij. Tenentur ergo fideiussores marito mercedis nomine dotalium prædiorum, etiam secuto diuortio. Item in l. si postea. in omnem causam fideiusserat. Item ad l. lucius. dicit non semper valere argumen. à contrario sensu. Et ipse distinguit an debentur ex officio, quo casu cùm nec sint in obligatione, non tenetur fideiuss. sor: vt ff. de eo quod cert. lo. l. centum. aut ex stipulatione, & tunc sic: & 10 pro eo qui frustra diceret lex in omnem causam aliquando, si semper in omnem causam teneretur: vt dicta l. ff. lo. l. quæro. & s. de pact. inter empt. l. in initio. Item quia in pœnis quæ crescunt contra reum, non tenetur: vt ff. eod. l. si- 20 nali & dicta l. centum. Item qui simpliciter promittit, ea tantum quæ in obligatione iam sunt promittere videtur: vt ff. de verborum obliga. l. si stipulatus fuerim illud. §. cum stipulamur. & l. si à colono. Item pro eo ff. eod. l. fideiussores 30 magistratuum. sed ibi pro sorte tantum intercessit. sed tu serua primam distinctionem: vt no. ff. lo. l. quæro.

deiussoribus liberatio non cōtingit. PP. v. Cal. Decemb. Maximo ij. & Aeliano Cons.

¶ *Si fideiussor intercessit in sortem & in usuras, tenetur in totum, & habet beneficium hoc diuisionis. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Si fideiussor se obligauit pro usuris, ad illas tenetur. Et beneficium diuisionis quod habent fideiussores, debet opponi ante sententiam. hoc dicit. Sali.*

Idem A. Vitali. LEX X.

*Fideiussor seu mandator si in vsuras quoque obligatus est [g], iustam causam recusandi eas soluere non habet. Vt autem is qui cum altero fideiussit, nō solus conueniatur, sed diuidatur [h] actio inter eos qui soluēdo sunt: ante condemnationem [i] ex ordine postulari solet. PP. *.

* Si fideiussor uel mandator, &c.

¶ *Fideiussor soluens solidum, non agit contra fideiussores nisi actiones sint cessæ: & ut cedantur potest petere tam à fisco creditore quàm à priuato. hoc dicit. Bal.*

Idem A. Salustio. LEX XI.

Cum alter ex fideiussoribus in solidum debito satisfaciat, actio ei aduersus eum qui vna fideiussit, non competit [k]. Potuisti sanè cum fisco [l] solueres, desyderare vt ius pignoris [m] quod fiscus habuit, in te trāsferretur: & si hoc ita factum est, cessis actionibus vti poteris. Quod & in priuatis debitis obseruandum est. PP. vij. Cal. Nouemb. Alexandro A. iij. & Dione Cons.

¶ *Diuersitas idiomatis fideiussores non uitiat. hoc dicit. uel sic: Fideiussor obligatur uerbis tantùm, non re, non consensu, non literis apud intelligentem tamen. hoc dicit. Barto. uel sic: Fideiussor obligatur per stipulationem, etiam si uerba sunt græca. hoc dicit. Sali.*

h ¶ Diuidatur.] si non inficientur: vt ff. eod. l. si dubitet. §. j.

i ¶ Ante condemnationem.] quia dilato- 40 ria est, vt dicunt: vt s. de proba. exceptionem. quod non placet: quia etiam ante litem contestatam deberet tunc apponi. Dic ergo magis anomalam: quia nec est dilatoria, neque peremptoria. & quod dicit ante condemnationem: su- 50 baudi maximè: nam & post potest proponi: vt ff. eod. l. si fideiussores. §. idem. & l. inter eos. §. fina. & quia exceptio Velleiani & Macedoniani postea proponuntur: vt ff. ad mace. l. sed & si. §. si. & l. seq. Vel dic vsque ad sententiam & non vl- 60 tra. Et aliud est in beneficio cedendarū actionum: vt dicta l. si fideiussores. Item in dicta l. inter eos. est intelligendum quando est appellatum, vt tunc opponatur exceptio in causa appellationis. Accursius.

Exceptio diui Hadriani est anomala.

Cum alter.] CASVS. Si creditor plures habens fideiussores contra vnum egit, & solidum exegerit: an ille contra fideiuss. agere possit, quæritur. Et dicitur quòd non: nisi à creditore fuerit ei cessa actio. & hoc in prima. Idem est in fisco creditore, vt fideiussor soluens 70 intra annum aduersus fideiuss. pign. actio. habeat, si ius pignoris vel actionis sibi fuerit cessum. Viuianus.

k ¶ Non competit.] vt & ff. eod. l. vt fideiussor. secus in tutore qui contra tutores habet vtilem actionem: vt ff. de tu. & ra. dis. l. j. §. nunc tractemus. & sic tutor triplex habet auxilium: beneficium scilicet epistolæ. item ceduntur actiones. Item habet vtilem, & sine cessione: vt d. §. nunc tractemus. & ff. de neg. ge. l. si ex facto. sed fideiussor habet tantùm prima duo. Item nō quòd fideiussor soluendo pro reo, non liberat reum ipso iure: vt ff. manda. l. Papinianus. quia nec est propriè solutio, sed pretium cedendarum actionum: vt ff. de solu. l. modestinus, & ff. eod. l. cum 80 ijs. & de censi. l. cum possessor. exceptio tamen competit debitori: & quo ad hoc dicitur solutio: vt ff. de iudi. l. de qua re. §. fi. & ff. de peti. hære. l. si quid possessor. §. sed & si. sed licet sit inutilis actio creditori futura per exceptionem: tamē cessa valet: sicut aliàs inanis actio vel obligatio aditione hæreditatis confirmatur: vt ff. de sol. l. stichum. §. aliquando.

Tutor contra cōtutores triplex habet auxilium. Fideiussor soluēdo pro reo, ipsum non liberat ipso iure.

l ¶ Fisco.] scilicet creditori.

m ¶ Ius pignoris.] idem personalis obligationis: vt ff. eod. l. fideiussoribus. & de solu. l. stichum. §. penulti.

Blanditus.

Blanditus.] CASUS. In latino stipulatus à te decem, in græco respōdisti, & intellexisti: an sis obligatus quæritur. Et dicitur quòd sic. & si aliquis contra illud persuaserit, magis videtur blanditus quàm verum dixisse. Intellige quòd tantum fideiubeat pro aliquo apud me, & illa si ipse non solueret, stipulatus sum à te.

a Dixisti.] respōdēdo græcè, vel alio verbo quo fueris interrogatus: vt & §. de contrahend. stip. l. omnes. mens enim magis quā verba spectatur: vt & §. de fideicommiss. l. cùm virum.

Pulchrè in hanc l. do. Alciat. libr. Parerg. iur. j. cap. iij.

b I Barsatora.] duobus modis intelligitur hæc lex. Primò quia hic Lysanias promisit hunc latronem iudicio sisti, & sic quasi fideiussor fuit: non verè cùm nulli obligationi accessit. Vel ergo exhibebit, vel secundū consuetudinem, vel motum iudicis punietur: vt ff. de custo. re. l. si quis reum. & j. ad turpil. l. ij. vel aliter promisit se inuenturum latronem, & super hoc etiam fideiussorem dedit. licet ergo inuenerit, non tamen est liberatus nisi exibeat: vt ff. de in ius vocand. l. eum pro quo. Nam verba cum effectu &c. vt ff. quod quisque iuris. l. j. §. hæc autem verba. sicut & quia haustum aquæ promisisse videtur: vt ff. de seruitu. rusti. prædio. l. iter. §. finali.

Id est, qui igitur vis fa ciam.

ADDITIO. Aduertas quia hanc l. notant doctores ad quæstionē: pone statutum dicit, si quis de nocte fuerit inuentus cum armis, puniatur tali pœna. Visus est aliquis cum armis de nocte, an inciderit in pœnam. & dicunt doctores communiter quòd non: de requiritur quia fuerit corporaliter apprehensus, per l. istam. ita vult Bartolus hic, & in l. j. in princip. ff. de acquiren. possess. & Cyn. in l. licet. suprà. de acquirend. possessi. de qua quæstione videas latius per Ang. & Io. de Imol. in l. iij. §. inde neratius. ff. de acq. poss.

c Prætorio.] scilicet Romæ.

Idem A. Theodoto. LEX XII.

Blanditus tibi est qui non teneri te persuasit, quia cū pro alio interuenires, ὅτι ἐκ θέλω, πειθώ[?] dixisti[a], cùm & his verbis obligationem verborum posse contrahi pridem receptum est. P P. vj. calē. Septembr. Agricola & Clemente Conss.

Qui promittit latronem inuenire, uidetur promittere in iudicio sisti: & si non sistit, punitur. hoc dicit. Vel sic: Ille dicitur inuentus, qui est inuentus & captus, & repræsentatus curiæ. Vel sic: Qui promittit antecedens, uidetur promittere consequens. hoc dicit secundum secundam lecturam Butri.

Pars ex epistola Gordiani, A. ad Auxium.

LEX XIII.

SI Barsatoram[b] latronem Lysanias decurio inuenturum se spopondisset: aut exhibere compellendus est, aut transmittendus ad præfectum prætorio[c], vel ad præsidem prouinciæ.

Sola solutio non acquirit fideiussoris hypothecariam uel personalem, nisi cedantur. hoc dicit. Bal. Vel sic: Actio mandati competit fideiussori soluenti, non hypothecaria competens creditori nisi cedatur: quæ cessa potest intentari con tra possessores bonorum. h. d. Sali.

Idem A. Saluio. LEX XIIII.

MAndati actio psonalis est: quæ si nomine[d] fideiussoris, vel aduersus debitorem, seu hæredes eius cōpetit[e], præses prouinciæ quę deberi cōpererit, reddi iubebit. Pignora etenim quæ reo stipulandi nexa fuerūt, ita demum ad vos transeūt, si facta nominis redemptione, solutio celebrata[f] est, vobisq́; mandatæ sunt actiones. Quod si factum est, ea quoque vobis persequentibus, aduersus pignorū possessores extraordinariā[g] iurisdictionē idē vir clarissimus impertiet. PP. iij. non. Iul. Gordiano A. & Auiola Conss.

Mandati.] CASUS. Mandaui tibi vt pro me fideiuberes, & fideiussisti. non solum me, sed hæredem meum habes obligatum mandati. si creditori solueris pignora quæ obligaui, ad te non transeunt, nisi à creditore ius pignoris tibi fuerit cessum, & mandati actio. quibus secutis aduersus pignorum possessores vtilis hypotheca. tibi competit, quæ directa datur.

d Nomine fideiussoris.] id est ipsi fideiussori, vel eius heredi. Et non fideiussori dari mandati, quandoque negotiorum gestorū: vt si pro absente fideiussit: vt ff. manda. l. qui fideiussorem. & l. ex mandato. quandoque vtilis: vt ff. mandal. si remunerandi. §. si passus.

e Competit.] ad fortem è fideiussore solutam, & vsuras, si sub vsuris accepit vt solueret. licet ipse debitor sine vsura inuenisset, non tamen plus repetit quā soluerit verè vel interpretatiuè: vt ff. man. l. inter cau sas. §. si is. l. si verò non remunerandi. §. simili modo.

Fideiussor quā actionem habet. Fideiussor per solā solutionē non acquirit sibi hypothecariam.

f Celebrata est.] cùm vel incontinenti facta est cessio, vel hoc acto etiam postea, aliàs non: vt ff. de solu. l. modestinus. & ff. eo. l. cùm is. Et nota quòd sola solutio non acquirit fideiussori hypothecariam vel personalem quæ creditori dabatur[a], licet personalem mandati sic: sed demū facta cessione, vt hic dicit. Et differentiam inter cedere & mandare dixi §. de action. & obligatio. l. j. Item an fit eadem hæc vtilis, quæ directa primo creditori competens? vel vnde nascatur hæc vtilis? dixi §. de legatis. l. ex legato. Item qualiter ceditur vtilis, cùm nec vtilis nec bona sibi creditori sit facta sibi solutione? Respond. cedit ante solutionem vel tunc. Sed quid si postea soluit, & hæc actio prius fuit cessa? Respond. adhuc erat sibi vtilis: licet non pro se, tamen procedendo: & ita ad opus alterius: & quia non soluit fideiussor, vt debitorem liberet, sed vt sibi actionem cedat: vt ff. eo. dem, l. cùm is.

a Placet Sa li. & est di-

ligenter ad hoc aduertendum.

Fideiussor soluens indebitum, agit condictione indebiti. Item si fiscus succedit reo debēdi, & soluit: liberat fideiussores. h. d. Bal.

g Extraordinariā.] id est sine solennitate quæ olim desiderabatur: vt instit. de interdi. §. finali. & §. de formul. Vel dic extraordinariā, id est vtilem hypothecariam. directa verò ipsi numeranti daretur. Accursius.

Idem A. Claudiano. LEX XV.

SI indebitam pecuniam quasi ex causa fideiussionis obstrictus in cautionem per errorem[h] deduxisti, tam doli mali exceptione vti, quā condicere vt obligatio tibi accepto feratur, potes. Nō est autem dubiū, fideiussorem rei pro mittendi bonis ad fiscum deuolutis, si idem fiscus de debitum resti tuēdum fuerit[i] cōuentus, & solue rit, liberari. PP. v. cal. Decembr. Gordiano A. & Auiola Conss.

I indebitā.] CASUS. Habebam debitorem & fideiussorem: soluit mihi debitor fideiussore ignorante: post solutionem factam extorsi cautionem ab eo de pecunia redden da: si soluit, repetet per condictionem indebiti: si non soluit, & agam, excipiet de dolo, & cautionem per condictionem sine causa vt ac cepto feratur, condicet. & hoc in prima. Si bona debitoris sunt à fisco occupata: creditor agat aduersus fiscum, & exigat: non est dubium quin liberetur fideiussor. Viuia.

Actio per litis contestationem diuisa, integrari non potest. hoc dicit. Bal. Vel sic: Electio non nocet creditori quo minus aduersus alium confideiussorem habeat regressum: sed diuisio facta pro cuiuslibet rata. sic. h. d. secundum gl. Sal.

Idem A. Maximo. LEX XVI.

LIberum fuit antequam lis aduersus omnes fideiussores con testaretur: vnum eorum eligere[k] creditori, si modo cæteros minus idoneos existimaret[l]. At nunc post litis contestationem, petitionē diuisam redintegrari, iuris[m] rō nō patitur. PP. ij. idi. Iun. Gordiano A. ij. & Pompeiano Conss.

h Per errorem.] vt quia nec reus nec ipse tenebatur: vel licet reus tenebatur, ipse tamen falsè putabat se intercessisse, vel putabat ij plus obligatum se quàm esset. Vel putabat se non munitum exceptione: cùm tamen ea sibi competeret. Vel putabat debitorem non soluisse, cùm tamen soluisset. & est ad hoc §. de non numera. pecun. l. si quasi. & de condict. indebit. l. cùm ex soluta. & suprà de condi. ex lege. l. si non est.

Omisso pignore potest conueniri fideiussor, nisi contrarium sit actum. hoc dicit. hoc est correctum: quia eo usque potest ad bona debitoris sine controuersia haberi recursus, & non potest fideiussor inquietari. §. e. authen. præsente. Bald. uel sic: Creditor qui accepit fideiussores & pignora, potest fideiussores eligere, nisi in subsidiū pignorum sint accepti. h. d. Sali.

Idem A. Brasidæ. LEX XVII.

OMissis quoque pignoribus fideiussorem à creditoribus[i] vtiliter conueniri[n], nisi in id tan-

i Fuerit.] conuentus à creditore. Accursius.

Liberum.] CASUS. Creditor habet electionem conueniendi, vel primò fideiussorem, vel principalem, vel vtrunque insolidum vnum qui sit soluendo. & si idoneum insolidum: an possit postea actionem in alium transferre, quæritur. Et dicitur quòd non: quia hanc potestatem habuit ante quam lis esset contestata. Viuianus.

k Eligere creditori.] vt ff. manda. l. si mandato titij. §. Iulianus respondit. Accursius.

l Existimaret.] vt ff. eodem l. inter cos. §. primo. & instit. eodem §. si plures.

m Iuris ratio non patitur.] oppositā exceptione taciti pacti: vt & ff. eo. l. amissi. §. j. & ff. de euic. l. si per imprudentiam. §. fina. & §. de pact. l. si creditores. Sed contra j. eodem. l. reos. & l. fin. sed hic diuisit ab vtroque partem petendo, ibi autem ab vno tantum petijt: vt solue, vt ibi. Item contra ff. de legat. j. l. si ex toto. §. j. Solue vt in dicta l. suprà de pactis si creditores. Et nota secundum Irn. quòd non in electione, sed diuisione sibi præiudicauit: vt argu. ff. quod fal. tuto. autho. l. non nouissimè. §. fi. Accursius.

Actio per litis contestationem diuisa non redintegratur.

Missis.] CASUS. Electionem habet creditor, in residuū debitum quod non potest redigi ex pignoris venditione, conuenire fideiussorem, quo casu primò agere potest. Viuia.

n Conueniri.] vt & §. eodem. l. creditori. & ff. eodem. l. inter eos. §. creditor.

a ¶ Ex his.] scilicet pignoribus.
b ¶ Acceptus sit.] vt & ff. man. l. qui mutuam. sic & ff. eo. l. si fideiussores. in prin.

SI vt proponis.] CASVS Si creditor in centum habeat pignus quod valeat centum, & fideiussor lege vel pacto distrahat pro l. an pro residuis l. quæ sibi debentur adhuc habeat regressum aduersus fideiussorem, quæri tur. Et dicitur quod non.

c ¶ Vendidisti.] & ita teneris debitori pignoratitia actione ad interesse, quod est, puta decem: vt s. si vend. pigno. agat. l. j. sicque in eo factus est debitor tui debitoris. vnde fideiussor potest compensationem obijcere: vt ff. de compensa. l. si quid à fideiussore. cùm exceptio reo competens, & fideiussori detur: vt s. de excep. l. defensiones. Accur.

SI alienam.] CASVS. Si pro Titio fideiubere mādasti, vel te pro eo soluturum cōstituisti, non cōpelli tur creditor eū primò cōuenire: sed electionem habet, an velit te primò cōuenire vel eū, nisi ab initio aliter cōuenisset.

d ¶ Suscepisti.] non transferendo in te: sed ita quod reus principalis remansit obligatus: quod fit constituendo, fideiubendo, ac mandando: quia mandatum in casu sequitur principalē obligationem: vt ff. māda. l. si verò non remunerādi. §. si post creditam.

e ¶ Vel fideiussorio.] diuidit quod in genere dixerat.

f ¶ Quocunque alio.] puta cōstituendo: sed hodie corrigitur hęc lex per authē. præsente. suprà eod. positam. Accursius.

SEntentia.] CASVS. Pone quòd omnia bona debitoris fuerunt confiscata: quomodo subueniēdū erit creditori, queritur. Et respond. quod habebit electionem an velit conuenire fiscum, vel hæredē debitoris, vel successorem, aut fideiussorem.

g ¶ Bonorum omnium.] scilicet debitoris.

h ¶ Continente.] sicque fiscus vt hæres tenetur: vt s. e. l. j.

i ¶ Intercessores.] Scilicet quosdā, cū multi essent: sed hoc videtur falsum: vt s. eo. l. non rectè, in fin. Sed dic quòd illud eit ex beneficio epistolæ. Vel dic quòd dat hic electionem conueniendi fiscum, vel fideiussores: quod & hodie est immutatum: vt s. eod. authen. præsente. Acc.

tum quod ex his [a] refici non poterit, acceptus [b] sit, explorati iuris est. PP. vj. id. Mart. Attico & Prætextato Cons.

¶ *Creditor qui uendit rem obligatam minus iusto pretio, totum iustum sibi computare tenetur. h.d. Bal. Vel sic: Si creditor minori pretio uendit fundum debitoris, residuum iusti pretij à fideiussore non iure petit. h.d. Sali.*

Imperator Philippus A. Smyrnæ. LEX XVIII.

SI (vt proponis) fundum ob debitum obligatum non iusto pretio vendidisti [c], residuam quātitatem, quam ex pretio eiusdem seruare potuisses, refundi tibi à fideiussore non iure poscis. PP. v. calend. Aug. Peregrino & Aemyliano Cons.

¶ *Suscipiens obligationem pro alio, potest conueniri omisso reo principali qui accepit pecuniam mutuo. hoc dicit. Bal. Vel sic: Constitutor & fideiussor, uel mandator, non potest compelle re creditorem ut prius exigat reum principalem, nisi aliter conuentum fuerit. hoc dicit. & est hæc lex correcta per authen. præsente. s. eo. Sali.*

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Sabino. LEX XIX.

SI alienam reo principaliter constituto obligationem suscepisti [d], vel fideiussorio [e], siue mādatorio, vel quocunque alio [f] nomine pro debitore intercessisti: nō posse creditorem vrgeri eum qui mutuā accepit pecuniam, magis quā te conuenire, scire debueras: cū si hoc in initio contractus specialiter non cōplacuit, habeat liberam electionem. S. ij. calend. Maij, AA. Cons.

¶ *Licet principalis sit confiscatus, potest conueniri fideiussor. Bal.*

Idem AA. & CC. Aureliano. L. XX.

SEntentiam bonorum [g] omniū ademptionem continente [h], rei damnati principalis intercessores [i] eligendi creditori potestas non adimitur.

¶ *Conueniens fideiussorem, debet ei cedere iura pignorum & hypothecæ: nec potest fideiussorē ad soluendū cogere nisi primò actionibus ei cessis. h.d. Vel sic: Sicut subuenitur creditori ut eligere posit fideiussores: ita subuenitur fideiussori ut fiat pignorum cessio. h.d. Bal.*

Idem AA. & CC. Iuliano. L. XXI.

SIcut.] CASVS. Sicut electio datur creditori quem velit conuenire, scilicet fideiusso. an princip. ita non compellet creditor fideius. ad solutionem nisi cedat actio. hypothe. i. ius quod aduersus debitorem habet. Viuianus.

k ¶ Sicut eligendi.] contigit eundem idem sæpius debere decem.
l ¶ Creditor.] secus in patre fideiussore pro filio: vt j. de decurio. l. j. lib. x. Accursius.

m ¶ Vrgeri.] vt & s. eo. l. ij. & l. mandati. in fi. & ff. de solu. l. stichum. §. penulti. & etiam post condemnationem: vt ff. eo. l. si fideiussores. §. idem respondit.

SI vltra.] CASVS. Mandaui de quinque mutuandis: accepisti decem: non nisi in quinque tenebor. Vel dic aliter vt in gloss.

SIcut eligendi [k] fideiussores creditor [l] habet potestatem, ita intercessorem postulantem cedi sibi hypothecæ siue pignoris obligata iure, nō prius ad solutionē (nisi mādata super hac re fuerit persecutio) conuenit vrgeri [m]. S. xj. calend. Nouemb. AA. Cons.

¶ *Non potest teneri mandator ultra quā principalis teneatur. h.d. Bal. Vel sic: Mandator nō tenetur de numeratis ultra mandatum, nec etiam nisi de acceptis intra mandatum. h.d. Sali.*

Idem AA. & CC. Hermiano. L. XXII.

SI vltra hoc quod accepit ea, pro qua te mandatorio [n] nomine intercessisse commemoras, daturū [o] te scripsisti: præses prouinciæ ex hoc quod vltra mandatum tuum numeratum [p] est, à te nihil exigi patietur. S. xij. calend. Maij, CC. Cons.

x ¶ Celebrata.] depositio secundum vltimam expositionem.

SVccessores.] CASVS. Debes mihi decem, mancipium mihi in solutum dedisti: nunquid hæres tuus poterit illud reuocare, quæritur. Dicitur quòd non. Viuia.

y ¶ Constat.] sic s. de restitu. mi. l. ea quæ à patre. & s. de pig. l. cum dominam. & s. de reb. alie. non alie. l. venditrici. Acc.

AA.Conſ.

Quod debetur uxori non poteſt ſolui marito ſine uoluntate uxoris: etiam ſi uxor ſit minor xxv. annis. Bald.

Iidem AA.& CC.Capitolinæ. L. XI.

CVm maritum tuum à debitoribus tuis minoris vigintiquinque annis conſtitutæ velut ex cauſa tibi debiti aliquas accepiſſe quantitates, nec tamen te cō ſenſum accommodaſſe ſignifices: nullum [a] tibi præiudicium potuit fieri, niſi factam ſolutionem poſt maiorem ætatem ratam feceris. S.v.calend.Maij, Heracliæ AA. Conſ.

Quod mihi debes, alij ſoluere non potes: niſi me mandante, uel ratum habente. hoc dicit Baldus.

Iidem AA.& CC.Eutychio. L. XII.

INuito vel ignorante creditore qui ſoluit alij, ſe non liberat obligatione [b]. Quòd ſi hoc vel mandante [c], vel ratum habēte eo fecerit, non minus liberationem conſequitur, quàm ſi eidem creditori ſoluiſſet [d]. S.iij. Maij CC. Conſ.

Simulata liberatio, non eſt liberatio. hoc dicit. Bal. *Vel ſic: Figmentum ſcripturæ de recepto, non præiudicat ueritati. h.d. Sali.*

Iidem AA.& CC.Philotimo. L. XIII.

SI obligatum hominem ex cauſa mandati non [e] per ſtipulationem facta nouatione poſt acceptilationem [f] liberaſti, ſed tātum receptam ex eadem cauſa debitam quātitatem falſo ſcripſiſti [g]: figmento veritatis extingui non potuit [h] obligatio. S.vj.calen. Iuñ. AA.Conſ.

Melius eſt habere euidentem liberationem, quàm chirographi redditionem. h.d. Vel ſic: Melius eſt habere pro ſe euidentem probationem, quàm præſumptionem quæ recipiat in contrarium probationem. Bal. uel ſic: Plus probat confeſsio debiti recepti, quàm inſtrumenti redditio. Sali.

Iidem AA.& CC.Cohorthæ. L. XIIII.

PEcuniæ ſolutæ profeſsio [i] collata inſtrumento maiorem [k] rei geſtæ probationem continet, quàm ſi chirographum acceptæ pecuniæ mutuæ fuiſſet redditū [†]. S.v.id.Iul.AA.Conſ.

Chirographum redditum debitori ſine uolūtate creditoris non liberat debitorem: & ex ipſo inſtrumento (quod ipſe debitor tanquam pro ſe producit) conuincitur: & ad ſoluendum compellitur.

Iidem AA.& CC.Quartino. L. XV.

QVod debitori tuo chirographum redditum contra voluntatem [l] tuam aſſeueras, nihil de iure tuo diminutū eſt. ¶Quibuſcunque itaque argumentis iure proditis hanc obligationem tibi probanti, eum pro huiuſmodi facto liberationem minimè conſecutum, iudex ad ſolutionem debiti iure compellet. S.v.calen.Septemb.AA.Conſ.

Ius pro re inuito creditore, cedi non poteſt. Bald. uel ſic: creditor non compellitur recipere in ſolutum nomen debitoris ſui debitoris. Sali.

Iidem AA.& CC.Charidemo. L. XVI.

EVm à quo [m] mutuam ſumpſiſti pecuniam, in ſolutum nolentem ſuſcipere nomen debitoris tui, compelli iuris ratio non permittit.

In authen. de fideiuſſori. & man. §. quod autem. colla.j. conſtitu.iiij.

Hæc authent. in principio excipit caſum. Et no quod colligitur in l. præcedenti. & hoc dicit. Si debitor quantitatis non habet aliunde unde ſoluat, poteſt rem meliorem quam habet in ſolutum dare creditori pro æſtimatione diſtrictius facienda per iudicem: & cum cautela de euictione. & ſi creditor reperit emere uolentem, non compellitur tunc in ſolutum recipere, ſed debitor tenebitur illi uendere cautela adhibita, quòd de pretio ſatisfiet creditori. Sali.

HOc, niſi [n] debitor in pecunia, vel alia re mobili [o] ſoluere nequeat: tunc enim res immobilis quam debitor habet meliorem [p], ſolui poteſt, facta per iudicem ſubtili eius cauſæ æſtimatione: vt rem prædictam & debitori ſoluere, & creditori liceat petere: præſtanda creditori cautela [q] de euictione, quæ debitori poſsibilis ſit. quod eſt in omni actiōe. ¶At ſi creditor paratus ſit emptorem rei præſtare, oportet debitorem cautela iudicis arbitrio creditori præbita, rem tunc diſtrahere vt ſatisfiat creditori.

Aliud pro alio uolenti creditori ſolui poteſt. Bal. & Sali.

Iidem AA.& CC.Caſsio. L. XVII.

CVm maritum. CASVS. Si maritus aduerſus debitores vxoris egerit, & exegerit: an mulieri præiudicet, quæritur. Dicitur q̄ non. Viuia.

a ¶Nullum tibi præiudicium &c.] vt ff. de neg. geſt. l. ſoluendo. & ff. de noua. l. ſi ſtichus. §. fi.

INuito.] CASVS. Debebam Titio decem: illa decem eo ignorante & inuito, alij 10 ſolui: an ſim liberatus, quæritur. Et reſpondetur quòd non: ſecus ſi ſoluiſſem eo volente, quia tunc liberor.

b ¶Obligatione.] Fallit in adiecto, cui me inuito ſoluitur. Item in eo qui quandoque fuit procurator, cui rectè ſol 20 uitur ab eo q ignorat mandatum reuocatum: vt ff. eod. l. vero procuratori. & facit ff. de nego. geſt. l. ſoluendo.

c ¶Mandante.] Niſi in caſu, vt quando mando Titio ſolui poſt mortem meam: vt ff. eo. l. vti. j. reſpon. Acc.

30 d ¶Soluiſſet.] vt ff. de pig. actio. l. ſolutum. §. ſolutam.

SI obligatum.] CASVS. Procurator meus tenebatur mihi ex cauſa mandati in centum. ſcripſi me recepiſſe pecuniam, quam nō recepi: an talis error 40 mihi præiudicet quo magis liberetur? Dicit quòd non: niſi eum per acceptilationem præcedente Aquiliana ſtipulatione liberaſſem. Viuia.

e ¶Non.] hæc negatio determinat verbum, liberaſti.

f ¶Acceptilatione.] 50 ſic enim habet fieri p nouationem ſuper contractu iure gentium: vt j. titul. j. l. fina. Sed quid ſi per errorem liberaſti eum per acceptilationē: nonne ſublata eſt prior obligatio? Rñ. vtique: ſed tamen agere potes condictione ſine cauſa, 60 vt ſe reponat in obligationem: vel ſi debitū liquidum & purū erat, vt ſtatim ſoluat: vt ff. de condi. cau. da. l. ſi quis accepto tulerit. & l. ſi mulier. & ff. de pact. l. ſi cum te. & ff. de iure do. l. licet.

g ¶Scripſiſti.] ſperādo 70 vel errando.

h ¶Non potuit.] niſi tacuerit per triginta dies: vt s. de non numerata. pecun. l. in contractibus. §. ſuper cæteris.

† Concor. cap. ſanctæ Mariæ. ij. in fin. cū gl. fi. extra vt lit. pen. ien.

PEcuniæ.] CASVS. Si in inſtrumento confeſſus ſit creditor ſibi ſolutam fuiſſe pecuniam: maior probatio eſt, quàm ſi debitori 80 chirographum reddidiſſet. Viuia.

i ¶Profeſsio.] quia ſcribit creditor ſe recepiſſe pecuniam creditam, quæ ſcriptura dicitur apocha.

k ¶Maiorem.] Maiorem ſiquidem, quia redditio chartæ, etiam ob aliam cauſam fieri poteſt, quā vt liberetur debitor. vnde & de hoc ſubijcit lex ſequens: confeſſio verò apertè denotat liberationem. ſic ergo nota quòd ſufficit creditorē liberare debitorem, ſi non poteſt reddere inſtrumentum: vt hic, & ff. de legatis j. l. huiuſmodi. §. ſi ita cui. Acc.

QVod debitori.] CASVS. Titius ſurripuit mihi inſtrumentum in quo erat mihi obligatus Seius, & reddidit Seio: ſi probem Seium debere mihi pecuniam, non præiudicat mihi inſtrumenti ſurreptio. Viuia.

l ¶Volūtatem.] Debitor debet probare ſibi redditum voluntate creditoris duobus teſtibus, niſi in caſu: vt ſuprà de lati. lib. tol. §. ille autem. & eſt ad hanc & ſuperio 10 rem l. ff. de probat. l. ſi chirographum. & ff. de pactis. l. labeo. vbi de hoc not. & s. de fid. inſtr. l. j. & s. de remiſſi. pig. l. creditricem. & j. de don. l. j. Acc.

EVm a quo.] CASVS. Debebam tibi decem: vo 20 lebam tibi cedere in ſolutum actio. quam habebam aduerſus Titiū: nunquid es compellendus? Dicitur quòd non. Viuia.

m ¶Eum a quo.] Sic ergo no. quòd aliud pro alio inuito creditore nō poteſt ſolui: vt j. l. pro 30 xi. & ff. ſi cert. pet. l. ij. §. j. & s. de ſecun. nupt. authenti. ſed ſi aurum. ſed hoc fallit in caſibus: vt ff. de lega. iij. l. non dubium. §. fin. & de aur. & ar. leg. l. j. §. fi. & in alijs quos not. ff. ſi cer. peta. l. ij. inter quos eſt vnus in authē. hic poſita. hoc 40 niſi debitor &c. quā hic lege quæ eſt de fideiuſſ. §. quod autem. colla. j.

Creditore inuito non poteſt aliud pro alio ſolui.

HOc niſi.] CASVS. Lex C. dicit quòd creditor non cogitur recipere aliud pro alio: auth. vero non determinat illud, ſcilicet quòd compellitur, 50 ſcilicet quando debitor pecuniam non habet, & tunc res immobilis melior quam habet, poteſt pro pecunia ſolui creditori. & iudex æſtimabit quantum valeat res illa quæ datur creditori in ſolutum, & ſic creditor paratus eſt oſtēdere em 60 ptorē, debitor debet rē diſtrahere, & ſoluere pecuniam creditori. Viui.

n ¶Hoc niſi.] Dixit nō poſſe ſolui aliud pro alio, hoc niſi &c.

o ¶Mobili.] ſcilicet debitor.

p ¶Meliorē habet.] hoc ideo, quia aurum ac 70 ceperat, quod eſt pretioſius metallum: vt in corpore. aliâs res mediocris poſſet dari in ſolutū: vt s. de ſacroſan. eccl. auth. hoc ius porrectum. quæ eſt contra. Vel dic quòd etiam ſi in alia re, etiam vili ſit debitor: habeat tamen locum, quod hic dicit. & ideo, quia vnum ſit contra creditorem, vt inuitus aliud pro alio recipiat: aliud ſit pro eo, ſcilicet vt optimam rē habeat in ſolutum. arg. ff de iureiu. l. eum qui. & in eccleſia ſit ſpeciale: 80 vt in dicta auth. hoc ius porrectum. ADDITIO. An autem aliud pro alio ſolui poſſit. Et quid ſi mutetur moneta per principē: potes hic videre per Abba. in c. quanto. extra de iureiu. in v. col. ver. vlterius quæro de quæſtione &c. vſque ad finem.

q ¶Cautela.] quòd ſcilicet de pretio rei ſoluet creditori: vt in corpore authenticæ.

Manif

Manifesti.] CASVS. Si alius soluit creditori quod ei debeo: liberor. Item si res aliquas accepit in solutum, similiter liberor. Viuianus.

a ¶Soluente.] vt ff. de neg. gest. l. soluendo.

b ¶Consentiente.] non inuito, nisi in casu: vt in authé. superiori, hoc nisi &c. quæ etiam sup hac l. posset poni. & nisi in alijs casibus: vt not. s. l. proxi.

Casus. c10 Inquisitio.] Procurator tuus creditoribus tuis de propria pecunia soluit, & chirographa recepit ab eis: tibique ab eius hærede restituta sunt in quibus erat subscriptio procuratoris, scilicet quòd nihil creditoribus tuis de-20 bebatur: certè non tollitur procuratori actio vel hæredi. licet enim & ipse de creditoribus erat, pro hoc quòd de suo soluerat: tamen generali sermone non continetur persona loquentis: sic & ff. loca. qui insulam. §. finali. & ff. de sena. l. j. 30 Sed argum. contra. ff. de pignorib. l. Paulus. §. fin. & de verbo. significa. familiæ appellatione. cui potest responderi quia videtur dominus obligari per seruum: vnde & ibi ipse seruus obligatur. Item argum. contra. ff. de conditio. & demó-40 stratio. l. qui hæredi. §. plautius. sed certè in generali sermone continetur ibi persona cui loquitur testator. Ioan.

Persona loquentis generali sermone non continetur.

d ¶Fecerat.] obligando se creditoribus pro domino.

e ¶Creditoribus.] cæteris.

50 f ¶Et nō vestræ.] id est à vobis debitæ vestro procuratori, id est eius quam debetis procuratori. nā (vt ex principio legis apparet) domino loquitur. & sic repetit illud verbum, satisfactum. & illa erunt datiui casus, vestræ pe-60 cuniæ. Vel dic melius quòd sunt genitiui: nec repetitur satisfactū, imò recipiunt sequentia præcessisse solutionem. Accur.

Si actore.] CASVS. Mulier quædam præposuerat seruū suum pecunijs mutuandis, & recipiendis vel 70 exigendis: solui ei pecuniam quam debebam mulieri: nunquid sum liberatus? Dicitur quòd sic. Si verò solui seruo qui non habuerit mandatum de pecunia exigenda, non liberor. Viuianus.

Manifesti iuris est tam alio pro debitore soluēte [a], quā rebus pro numerata pecunia consentiente [b] creditore datis, tolli paratam obligationē. S. cal. Decem. Sirmij AA. Cons.

¶*In generali sermone non continetur persona loquentis. h. d. Bal. & ad hoc allegatur.*

Idem AA. & CC. Domitio. L. XVIII.

Inquisitio [c] veritatis tolli non potuit, quòd chirographa quæ fecerat [d] procurator tuus recepta, tibique restituta ab ipsius hærede proponas, cum subscriptione procuratoris significante quòd nihil creditoribus [e] debeatur: cum nihil prohibeat, & creditoribus satisfactū esse, & non vestræ [f] pecuniæ, sed ipsius cui negotium gerēdum mandaueras, processisse solutionem. S. id. Feb. CC. Cons.

¶*Solutum seruo recipiendis pecunijs proposito, liberat soluentem: & licet chirographum debiti sit apud dominum, non cassum scilicet nec cācellatum: tamen eius uigor intrinsecus sublatus est: quia eius obligatio extincta. Bal.*

Idē AA. & CC. Diogeni. LEX XIX.

Si actore seruo [g], tam mutuis dandis pecunijs, quàm debitis recipiēdis præposito, in hoc quod susceperas [h], eius dominæ per ipsum [i] satisfecisti: instrumentum inane [k] solutione celebrata nihil tibi nocere potest. Aliter enim soluentes seruo, de actione dominæ liberare se minimè possunt. S. v. id. Octobr. CC. Cons.

¶*Operarum exceptio potest cum pecunia compensari. Bal.*

Idem AA. & CC. Eucrati. LEX XX.

Si operas certi serui pro pecunia sumpta sibi in debitum compensare placuit creditori, his secundum conuentionis fidē præstitis, de mancipio restituendo pacti tenor [l] seruari debet. S. v. calē. Nouembr. Hadriano CC. Con.

¶*Solutio partis non liberat à toto, licet ibi sit spe futuræ numerationis confessio. Sed si pro parte in totum transigitur, in totum actio tollitur. Bal. uel sic: Si creditor partem recepit, & totum recepisse scripsit: si quidem ex causa transactionis, ultra non petit: sin autem spe futuræ solutionis, tunc residuum petere potest. Sali.*

g ¶Si actore seruo.] accepi à domina mutuum, & reddidi seruo acto-80 ri: liberor quidem.

h ¶Susceperas.] à domina.

i ¶Per ipsum.] soluendo ipsi seruo.

k ¶Instrumentum inane.] sic s. ad exhiben. l. fi. & de condic. ex lege. l. dissolutæ. & facit s. e. l. nihil. Acc.

Si operas.] CASVS. Obligaui tibi mancipium vt operæ eius in debitum computarentur: si tibi satisfactum fuit: nunquid potero mancipium recuperare? Dicitur quòd sic. Viuian.

l ¶Pacti tenor.] qui est vt satisfacto debito in operis, ipse seruus reddatur: quod fieret & si simpliciter pignori fuisset acceptus, vt s. de pig. act. l. j. & ij.

Interest.] CASVS. Mutuasti mihi centum, solui quinquaginta, scripsi me recepisse: non obstante tali subscriptione petam residua quinquaginta. si verò ex causa transactionis accepissem à te quinquaginta: tibi nulla superest re-10 petitio. Viuia.

Idem AA. & CC. Ruso. L. XXI.

Interest multum vtrumne spe futuræ numerationis [m] suscepisse te quod instrumento continetur, scripsisti: an accepta minore quantitate [n], tantum quantum lectio probat, in scriptura conferri placuit. Nam superiore casu, residui petitio debiti manet īntegra [o]: posteriore verò: consensu transactionis finitis stare conuenit [p]. S. iij. non. Decembr. CC. Cons.

¶*Non refert utrum instrumentum sit inductum & cancellatum, siue etiam non inductum, nec cancellatum: dummodo debitum sit solutum. h. d. Bal.*

Idem AA. & CC. Grato. L. XXII.

Inductum [q], id est cancellatum, necne sit chirographum vestrum, solutionem semel debiti causa factam ei qui exigendi potestatem habuit, probantium nihil interest. S. v. idus Decembr. CC. Cons.

¶*Qui contemplatione literarum liberat scribentem. literis effectum non habentibus, condicit libertatem. Vel sic: Confessio facta pretextu causæ non securæ: non nocet confitenti. hoc dicit. Bal. Vel sic: Si creditor scripsit se recepisse debitum contemplatione literarum missarum ad soluere debentem: illo non soluente, integra manet petitio debiti. hoc dicit. Sali.*

Idem AA. & CC. Vacio. L. XXIII.

Si literarum Auxenonis [r] contemplatione, quas ad Aristonem [s] de numeranda tibi pecunia dederat, recepisse te scripsisti debitum ab Aristone: mandato non impleto [t], cum petitio debiti maneat integra, nihil legitimā exactionem impedire potest [v]. S. xv. calend. Ianuar. Nicomediæ, CC. Cons.

¶*Si fundus in solutum datus per industriam creditoris melior factus est, non propterea debet restitui debitori etiam minori. Vel sic: Non debet quis id petere cuius contrarium postulaturus non esset. nisi sit actum. Hoc dicit cum gloss. secundum Butrigarium.*

Idem AA. & CC. Rufino. L. XXIIII.

Cvm pro pecunia quam mutuo acceperas, secundū placitum Euādro te fundū dedisse profitearis: eius industriam, vel euentum meliorē, tibi non ipsi prodesse, cōtrariū [x] non postulaturus, si

m ¶Numerationis.] id est solutionis.

n ¶Quantitate.] trāsigendi animo.

o ¶Integra.] vt s. eo. l. si inter. si modo intra xxx. dies petierit: vt s. de non nume. pec. l. in contractibus. §. super.

20 p ¶Conuenit.] vt s. de transact. l. si quidē. Accur.

Inductum.] CASVS. Si debitor soluat creditori: licet instrumentum obligationis non sit cancellatum vel incisum: non propter hoc minus con-30 sequetur liberationem. Viuianus.

q ¶Inductum.] Nota quòd hic pro eodem ponitur inductum & cancellatum, cum proprie sit inducere, per medias literas pennam ducere: cancellare per modum crucis ducere. & in-40 cipe constructionem in fine nihil interest &c. nam videbatur debitorem nō liberatum, cùm chirographum non sit cancellatum: sed tamen non interest vestrum probantium, scilicet vestram solutionem & cætera, vt & supra de non 50 numerata pecunia. l. assecuratio. Accur.

Cancellare, & inducere differunt.

Si literarum Auzenonis.] CASVS. Auzeno debebat mihi centum: misit epistolam ad Aristonem vt mihi solueret cōtemplatione epistolæ missæ, scripsi ab eo mihi fuisse 60 satisfactum: Aristo: non soluit: nunquid Auzeno liberatus est? Dicitur quòd non. Viuianus.

r ¶Auzenonis.] nomen debitoris.

s ¶Aristonem.] amicum suum. mandauit enim debitor tuus amico suo, vt tibi solueret.

70 t ¶Nō impleto.] facto à debitore ad Aristonem amicum suum de soluendo tibi creditori. Accur.

v ¶Impedire potest.] contra Auzenonem. si modo intra triginta dies paritum sit iuri: vt s. de non nume. pecu. l. in contractibus. §. super. Accur.

a Sic non debet quis testes habere pro se qbus fidē adhibere non vult: vt habetur in .c. præsentium. in glos. su. per verbo, protestatus. extra de testi. vt etiam aliæ sunt cōcordan.

80 Cvm pro pecunia.] CASVS. Obligaui fundum: eum in solutum dedi, & cum meliorasti: nunquid possum reuocare? Dicitur quòd non: quia si deterior factus fuisset, nunquam reuocarem: vnde si petam hoc cuius contrarium non eram petiturus, non sum audiendus. Viuianus.

x ¶Contrarium.] non debeat [a] quis postulare, cuius contrarium non esset petiturus. & est sic s. de vsur. l. si ea lege. Sed arg. contra ff. loc. l. ea lege. Sed ibi ex vi pacti fuit.

a ¶ Distraxisset.] sed deteriorasset prædium, & ita minoris distrahere posset.

SOlutionem.] CASVS. Si debitor dicat se soluisse creditori, debet hoc probare: & postquam probauerit, petere potest vt sibi reddatur instrumentum. Viuia.

minoris distraxisset[a], nō iustè petis. S. vij. calē. Ianuar. Nicomediæ CC. Conſ.

¶ Qui accipit de solutione, debet probare. hoc dicit. Baldus. uel sic: Probata solutione, chirographum condicitur uel uendicatur. hoc dicit. Salic.

I idem AA. & CC. Aureliano. LEX XXV.

SOlutionem asseueranti, probationis onus incumbit[b]: quo facto[c], chirographum condicere potest[d]. S. iij. cal. Ianuar. Nicomediæ, CC. Conſ.

TIT. XLIIII.
De acceptilationibus.

¶ Liberatus per acceptilationem, errore facti uel iuris postea soluens repetit. Baldus. uel sic: Pupillus cū tutoris authoritate potest per acceptilationem liberare: nec potest conueniri, nisi ex causa legitima. h. d. Sali.

Imp. Antoninus A. Apronio. LEX I.

IAm tibi[e] * scripsi posse apud iudicē quæri, an solennibus[f] verbis tutoris authoritate interueniente, soror tua acceptilatione debitorem suū liberauit, quare si in repetenda pecunia quam exoluit[g], diuersa pars perseuerauerit[h]: vteris defensionibus[i] competentibus. PP. iij. id. Febr. Duobus & Aspris Conſ.

¶ Acceptilatio facta ex causa donationis, omnem uiam agendi perimit. h. d. Bal.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Claro. LEX II.

b ¶ Incumbit.] vt s. de probat. l. j. & de non numer. pecu. l. asseueratio. Acc.

c ¶ Quo facto.] scilicet solutione probata.

d ¶ Condicere potest.] si non est debitoris. aliâs vendicat: vt s. de condic. ex lege. l. dissolutæ. & s. ad exhib. l. fi.

¶ DE ACCEPTILATIONI. ¶ *Dixit de ueris solutionibus: Nunc de imaginarijs. id est acceptilationibus. Nam acceptilatio est imaginaria solutio: ut institu. quibus modis tol. obli. § j.*

Acceptilatio est imaginaria solutio.

IAm tibi.] CASVS. Si soror mea debitorem suum tutoris authoritate interueniente per acceptilationem liberauit: & debitor post acceptilationē soluit: an repetere possit si indebitè sit solutū, quæritur. Et dicitur quod si tu ei successisti, vel nomine illius si viuit: poteris contra repetentem vti defensionibus. sed non aperit quibus. tu dic, vt quia acceptilatio non erat solenniter facta, vel sine tutoris authoritate: vel quia enormiter esset læsa per talem acceptilationem. Viuian.

* rescripsi.

e ¶ Iā tibi.] loquitur Imperator fratri petenti pro sorore minore accepto ferente, cui forte successit, vel defēdit eā.

f ¶ Solennibus.] quia dixit debitor, habes ne quod tibi debeo? Respō. ipse: habeo, acceptumque tuli: vt institu. quib. mo. tol. obli. §. est autem. Sed quomodo hoc fieri potuit, etiam cum tutore, scilicet donandi animo: vt s. de admi. tut. l non omni? Respon. non fuit facta hic animo donādi: sed aliud inuicem erat datum vel dandum: in quo si decipitur, restitui potest: vt s. si aduer. transſ. l. j. & ij. sed si sine tutore, ipso iure non valet: vt de in integ. resti. mino. l. si curatorem.

g ¶ Exoluit.] scilicet debitor post acceptilationem, credens se nō esse liberatum: quia illa quæ erat minor, fecit acceptilationē tutore authore.

h ¶ Perseuerauerit.] repetens indebitum.

i ¶ Defensionibus.] quæ nullæ sunt si accepto tulit, secundum quosdam. Vel dic quod aliquæ possunt esse, vt si dicas non solenniter esse factam, vel sine tutoris authoritate, vel eam læsam.

SI donationis.] CASVS. Debebam tibi decem ex causa venditionis: animo nouandi stipulatus es ea tibi reddi: & donandi animo ea mihi accepto tulisti: nunquid adhuc petere potest? Dicitur quòd nō. Viuianus.

k ¶ Si donationis gratia.] secus si nō donationis, quia tunc ageret præscriptis verbis in id quod conuenit: vt ff. de præscr. ver. l. ob eam.

l ¶ Per acceptilationem.] aliâs ageretur antiqua, & exciperetur: vt s. de transact. l. vt responsum. & ff. de transact. l. ij.

m ¶ Agendi.] sic ff. de sol. l. qui res. §. aream. & j. l. proxi.

PEr Aquilianam.] CASVS. Debebas mihi decem ex causa venditionis: ea mihi promisisti per stipulationem animo nouandi: & conuenit vt ea accepta tibi ferrem: & solenniter accepto tuli: nūquid potero adhuc petere? Dicitur quòd non. Viuia.

Stipulatio aquiliana quas obligatiōes nouat.

n ¶ Per Aquilianam stipulationem.] sic dictam, quia ab Aquilio introducta fuit: vt per eam nouarentur obligationes iurisgentium, & in stipulationem deducerentur. & sic per acceptilationē possent tolli: quod aliâs esse non potest: vt habes hic, & insti. qui. mo. tol. ob. §. j. & §. est autem. & ff. de regul. iur. l. nihil tam naturale. & facit ff. de solu. l. prout quisque. Super realibus autem actionibus an possit fieri acceptilatio cū sit obligatio, & qualiter: dic vt s. de transact. l. vt responsum.

o ¶ Pacto.] sic enim conuenit vt fieret, & facta fuit.

p ¶ Acceptilatione.] id est pr acceptilationem.

q ¶ Perempta.] scilicet stipulatione Aquiliana.

r ¶ Ex nulla causa.] sunt enim causæ per quas in talibus quis restitui potest. vt propter minorem ætatem, errorē, dolū, metū, scilicet si dolo vel metu inductus fuerit ad accepto ferendum. & sic agitur actione de dolo, vel metu: vt. s. de transac. l. sub prętextu īstrumēti. §. fina. vbi autem bene & ritè facta fuit acceptilatio, sed non seruatur fides: tunc dic qualiter agatur: vt s. de transac. l. actione. Item si acceptilatio est inutilis ratione rei, vel ratione solennitatis omissæ: an saltem iure nudi pacti valeat? Respondeo vt no. ff. de pact. l. si vnus. §. si accetilatio.

Acceptū ferens pōt ex multis causis restitui.

SI donationis gratia[k] nouatione facta per acceptilationē[l] præstitisti liberationē, omnis agēdi[m] via perempta est. S. vj. Cal. Ianuar. AA. Conſ.

¶ Interueniente Aquiliana stipulatione & acceptilatione sequente, nisi creditor sit talis ætatis cui restitutio indulgeatur, omnis agendi uia præcluditur. Bal.

I idem AA. & CC. Demetriæ. LEX III.

PEr Aquilianam stipulationem[n] pacto[o] subditam, obligatione præcedente sublata, & acceptilatione[p] quæ fuit inducta, perempta[q]: ei qui ex nulla[r] causa restitui potest, omnis agendi via præcluditur. S. v. calend. Decemb. CC. Conſ.

TIT. XLV.
De euictionibus.

¶ Emptor uniuersitatis non agit pro euictione rei suæ: nec ad sumptus litis, nisi hoc specialiter sit promissum & conuentum. hoc dicit ista singularis lex secundum Bal. uel sic: Venditor hæreditatis non tenetur de euictione rerum singularium nisi contrarium sit actum: & suo sumptu & periculo illas consequi debet emptor. hoc dicit. Sali.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Munitio. LEX I.

EMptor hæreditatis rē[s] à possessoribus sumptu[t] ac periculo suo pseq debet. ¶ Euictio quoque nō pręstatē in singulis[v] rebus, cùm

¶ DE EVICTIONIBVS. ¶ *Quia soluta & ēpta solent euinci, ideo de euictionibus subijcit.*

EMptor.] CASVS. Vendidi tibi hæreditatem. conuentus tu rei vendicatione pro fundo vno, denunciasti mihi vt te defenderē: an teneat, quæritur. Et rñ. quòd non: sed tuis sumptibus te defendere debes: neque de euictione teneor. nisi aliud conuenisset vt pro vna re euicta debeam teneri. Viuianus.

s ¶ Rem.] singularem illius hæreditatis emptæ. Ac.

t ¶ Sumptu.] sumptus, quo ad expensas. periculum, quo ad rem quam perdit. sed licet patiatur periculum perdendo: an re habeat à venditore? Respō. nō aperit hic de sumptu, sed de æstimatione rei sic, dicens quòd euicto non præstatur. de sumptu autem dicas quòd videtur prima facie ex hac litera suo sumptu, quòd venditor emptori non teneatur ad sumptus factos in causa euictionis. Sed certè distingue: Aut pro re principali potest ex empto ad interesse agi: & tunc pro sumptibus agetur: vt j. eod. l. si cum quæstio. in fi. & ff. de do. excep. l. fideiussor. & ff. quod fal. tu. au. l. nouissimè. §. pomponius. & argu. ff. de lib. le. l. petitor. & ff. si mulier ven. no. l. fina. in fin. licet illa econtra posset intelligi. si autem non potest agere emptor pro re principali: vt quia non est euicta, vel alia de causa, vt hic erat: & tunc nec de sumptibus agetur: vt hic, & j. eod. l. si status. in fi. suam enim egit rem emptor: vt ff. ad trebel. l. deducta. §. qui post tempus. nisi fuissent promissi: vt ff. de verb. obli. l. venditores. Et est simile in eo qui liber esse iussus est redditis rationibus: vt si nulla sunt reliqua purè erit liber: si aliqua, tunc computare domino & reddere reliqua tenetur: vt s. de test. ma. l. cum testamento. Item si vincit emptor, alia est ratio quòd non agat ad sumptus: quia eos consequitur à victo ex generali regula, victus victori &c. vt s. de iudi. l. properandum. §. sinautem alterutra. Alij dicunt si agatur ex empto, semper posse agi ad sumptus. si verò ex stipulatu, non. sed prima placet. ADDITIO. Aduertas quòd Bar. in l. venditores. ff. de verb. obli. reprehendit istam glos. volens quòd semper teneatur venditor ad sumptus. quod probat primò per l. si plus. §. mota ff. eo. & l. qui absentem. ff. de procurator. vbi dicitur quòd mota lite tenetur defendere emptorem. ergo si non defendat, tenetur ad interesse ob rem non defensam. ar. l. cùm quærebatur. in fi. ff. iudi. sol. Secundò probat per rationem. venditor tenetur emptori vt sibi habere liceat: vt l. stipulatio ista habere licere. ver. quòd si fortè. ff. de ver. obli. & ibi nota. ergo &c. Contraria solue vt per eum.

Vēditor an teneatur emptori ad sūptus factos in lite.

v ¶ In singulis.] id est in re singulari: quia aut erat hæreditaria, & tunc est ei facta iniuria: vnde venditor nō tenetur: vt ff. eod. l. si per imprudentiam. & ibi plenè dixi. aut non erat hæreditaria: & tunc non videtur vendita, vt probatur hæc distinctio ff. de hære. vend. l. ij. in princ. & ff. eod. l. serui venditor. & l. naue. Sed quid si tantum tria prædia erant in hæreditate, & illa sunt euicta? Dicunt quidam licet non agatur propter

pter primum prædium, vel secundum: tertio tamen euicto, agitur de omnibus ad exemplum legis Falcidiæ. Sed Io. contra: quia hæreditas est etiam sine vllo corpore: vt ff. de peti. hæred. l. hæreditas. si tamen nec nomina sunt in hæreditate, nec aliquid aliud nisi prædicta prædia: condicetur pretium: nec enim spes emitur, nisi hoc agatur: & tunc decipiens condemnabitur: vt ff. de hæred. ven. l. cùm hæreditatem. & l. quòd si in venditione. & l. hoc autem. Acc.

hæreditatem iure vænisse [a] constet, nisi aliud nominatim inter contrahentes conuenit [b]. PP. vj. calend. Mart. Seuero A. iij. & Victorino Cons.

Etiam si ista lex daretur in punctis, esset aurata: & breuiter hoc dicit: Donator tenetur de euictione si per stipulationem de euictione promisit: secus si nudo pacto. h. d. Bal.

Idem AA. Quartæ. LEX II.

QVoniam auus tuus cùm prædia tibi donaret, de euictione eorum cauit: potes aduersus cohæredes [c] tuos ex causa stipulationis consistere ob euictionē prædiorum, pro portione scilicet hæreditaria [d]. Nudo autem pacto interueniente [e], minimè donatorem hac actione teneri certū est. PP. ij. cal. Mart. Antonino A. ij. & Geta ij. Cons.

Antequam res euincatur, de euictione non agitur: etiam si res sit alij obligata. h. d. Bal.

Idem AA. Aureliano. LEX III.

QVi rem emit, & post possidet [f]: quandiu euicta nō est, authorem suum propterea quòd aliena vel obligata res dicatur, conuenire non potest [g]. PP. viij. calend. Aug. Faustino & Rufino Cons.

Si res in solutum data propter hypothecam euincitur: utilis de euictione actio datur. Nam datio in solutum instar uenditionis obtinet. h. d. uel sic: Si res obligata uenditur, transit cum sua causa: & ideo pignus non extinguitur. Bal. uel sic: Pro prædio dato in solutum & euicto agitur de euictione utili ex empto. h. d. Sali.

Imperator Antoninus A. Georgio.

LEX IIII.

SI prædium tibi pro soluto datum est, quod alijs creditoribus fuerat obligatum: causa pignoris mutata non est [h], Igitur si hoc iure fuerit euictum, vtilis tibi actio [i] contra debitorem cōpetit. Nam huiusmodi cōtractus vicem venditionis obtinet. PP. xj. calē. Aug. Duobus & Aspris Cons.

Emptor cui res est tradita, potest agere ut libera tradatur: & si conuenitur de pretio, potest excipere de re non tradita. Baldus. uel sic: Antequam res tradatur uel pretium soluatur, potest emptor petere ut pignoris obligatio dissoluatur. hoc dicit. & est hæc lex bona & menti tenenda secundum Bart.

Idem A. Patroniæ. LEX V.

EX ijs prædijs quæ mercata es, si aliqua à vēditore obligata, & necdū tibi tradita sunt: ex empto [k] actione consequeris, vt ea à creditore liberent. Idem etiā fiet, si aduersus venditorem ex vendito actione pretium petentem, doli exceptionem opposueris. PP. xv. calend. Octobr. Duobus & Aspris Cons.

Licet uenditor non obligauit se de euictione: tamen ex natura contractus tenetur de euictione. Bal.

Imperator Alexander A. Octauio. L. VI.

NOn dubitatur [l], & si specialiter venditor euictionē nō promiserit, re euicta ex empto cōpetere actionē. PP. viij. id. Mart. Alexandro A. Cons.

Sufficit denūciari principali, licet nō denūciet fideiussori. h. d. uel sic: Processus factus cōtra principa

a Vænisse.] id est venditam esse ab eo qui de iure est hæres. si ergo etiam modica res euincatur: ideo quòd nō fuit hæres, venditor aget: vt ff. de hære. vendi. l. & si nulla. Item hoc verum vendita hæreditate: si 20 autem rem singularē hæreditatis vendat, de euictione tenetur: vt ff. de peti. hæred. l. sed & si lege. §. item si rem distraxit.

b Conuenit.] scilicet vt in singulis præstetur euictio. Vel quia singulas res hæreditate 30 affirmauit: vt ff. de hæredita. vēd. l. nisi de substantia. Vel nisi sciens erat rem illam non esse hæreditariam: vt ff. de hæred. vend. l. ad hoc. Azo.

QVoni.] Casus. Auus tuus dedit tibi quædam 40 prædia, & de euictione promisit: postea decessit te instituto hærede, & quibusdā alijs: si aliquid ex prædijs illis euincatur, ages pro euictione aduersus cohæredes tuos pro ea portione qua sunt hæredes, actione ex stipulatu. Si 50 vero de euictione per stipulationem non promisisset: nullo modo eū conuenire potes. Vi.

c Cohæredes.] contrarium. infra de dona. l. si quis.

d Hæreditaria.] nam pro parte qua hæres est, extincta est actio: 60 vt s. de hære. act. l. si adulta.

e Interueniente.] scilicet in donando. & sic olim non agebatur, sed hodie sic condictione ex hac lege: vt hic subijcit, & j. de dona. l. si quis argentum. Vel dic nudo pacto interueniente super euictione præstanda: & erat olim nudum siue ex interuallo apponeretur ad pactum donationis, siue etiam incontinenti. cùm enim nec ex illo posset agi, per consequens nec hoc informabit: vt ff. de pericu. & commo. rei vendi. l. si in venditione. secus autem si in traditione apponebatur: vt j. de donat. l. legem. & s. de rer. permut. l. fin. sed cum hodie sit pro vestito ipsum principale, vestiet & illud pactum euictionis sui cohærentia. vbi autem nihil esset de 70 euictione cautum, tunc dolosus donator tenetur: vt ff. de dona. Aristo. aliās si incepit à pactione. idem si à traditione, agitur ad instar dotis: vt s. de iu. do. l. j. & ad hoc ff. de ædil. edi. l. ad res. In legato autem euicto distinguitur, sit in specie, & sic non agitur: aut in genere, tunc agitur: vt ff. eod. l. si is qui. & l. hæres. & de legatis. j. l. si à substituto. §. j. & hoc in vere lucratiua: in quasi lucratiua quid sit, dicitur ff. de noxa. l. si noxale. §. finali.

Donator an teneatur de euictione.

QVi rem.] Casus. Vendidisti mihi prædia: si dicantur aliena vel alij obligata, an possum agere aduersus te actione ex stipulatu pro euictione antequam euincatur? Dicitur quòd non. Nam si emo 80 à te rem quæ dicitur alij pignorata, vel quæ dicitur aliena: licet de ea moueatur mihi quæstio: quandiu nō est euicta, non agam de euictione. Viuianus.

f Possidet.] maximè: nam idem si non possidet: vt ff. eod. l. non tamē consequens.

g Conuenire nō potest.] vt & ff. eo. l. si plus. §. mota. nisi in limine cōtractus euictio immineat: vt j. e. l. si post perfectā. vel nisi hoc cōuenit: vt j. cod. l. siue in libertatem. Vel nisi venditor fuerit sciens: vt ff. de act. emp. l. seruus quem. in fi. Vel nisi ad cauendum agatur: vt ff. eo. l. ij. Item nisi agatur vt liberam tradat, non autem euictionis nomine: vt quia erat obligata: vt j. cod. l. ex his predijs. quę omnes sunt contra. sed omnes habent suas rationes diuersitatis, vt dixi.

Euictionis nomine quis agi re non dum euicta.

SI prædium.] Casus. Debebas mihi decem: prædiū dedisti mihi in solutum alijs creditoribus obligatum: vnde si euincatur: dabitur mihi vtilis actio ex ēpto 10 pro euictione aduersus te quia hic contractus habet similitudinem cū venditione. Vnde nota hic, vt breuiter tollatur contrarium argumentū cùm quis est debitor meus, & dat mihi in solutum, aut est debitor in quantitate, & dat mihi rem in 20 solutū. eo casu si res euincit, ista datio in solutum est quasi venditio, & agā vtili ex empto: vt & ff. de pig. act. l. eleganter. in prin. Si autem est debitor in corpore, puta debet mihi quis aliquam speciem, & dat mihi aliā speciem in solutum: non 30 cōtrahitur hoc casu emptio de specie ad speciē: vt ff. de act. ēpt. l. j. & tūc nō ago directa vtili actione ex empto secuta euictiōe: sed agam præscrip. ver. vel prima: vt ff. de solut. l. si quis aliquam rē pro alia. & sic intelligitur quod no. s. de sentē. 40 & interlo. om. iudicū l. libera quidem. Viuianus.

h Mutata nō est.] vt & s. de distractione pignorum. si debitor. sed certè imò videtur contra: vt diximus s. si antiquior credi. l. j. Accursius.

50 i Vtilis tibi actio.] scilicet ex empto pro euictione: vt subijcit. & ff. de pigno. actio. l. eleganter. in principio. & argument. ff. eodem l. si plus. §. & si iussu. sed videtur danda antiqua: vt ff. de solutio. l. si quis aliam. & 60 s. de sententijs & interlocut. l. libera. quæ sunt contra. Solut. vt in illa l. libera.

EX ijs prædijs.] Casus. Mulier emit à te prædia obligata Seio: si nondum ea tradidisti, ex empto aget vt ea tradas, & liberabis. Si verò tradidisti, & pretium antequam prædia liberentur ab obligatione, petas: repellet te mulier doli exceptione. Et nota si consulitur alicui per modum agendi, multo fortius per modum excipiendi: quia cui damus actionem. &c. vt ff. de superfi. l. j. in fi.

k Ex empto.] non ex causa euictionis: sed quia liberam rem non tradit sicut semper præsumitur vendidisse, secundum Ioan. vt hic, & argu. 70 ff. de act. emp. l. in vēditione. & quod hic consequitur agendo, scilicet vt res liberetur, idē cōsequitur excipiendo: vt subijcit. idem enim fiet &c. argumen. ff. de contrahen. emp. l. pacta. & de pericu. & commodo rei vendi. l. habitationum. & facit ff. de verb. obligationibus. l. cùm stipulatus. in fi. & de contrahend. emp. l. cùm ab eo. si autem tradita esset res alij obligata: tunc quidam dicunt non posse agi ex empto, vt liberetur. & sic esset deterioris conditionis emptor re tradita, quàm si non esset tradita: vt s. eodem l. qui rem. sed certè ibi agebatur quasi euictione secuta; non vt liberetur. dicam ergo postea agi vt liberetur; vt ff. de act. emp. l. creditor. §. prædium.

Venditor præsumitur semper rem liberam vendere.

80 NOn dubitatur.] Casus. Licet vēditor de euictiōe nō promisit specialiter: re tamē euicta, tenebitur de euictione actione ex empto. Viuianus.

l Non dubitatur.] vt s. de communi rerum alie. l. si maior. & ff. eodem l. ij. & l. si in venditione. Item petitur pretium, licet fuerit dictum ne agatur. vt ff. de act. empt. l. emptorem. §. qui autem habere. nisi emptor fuerit sciens; vt j. eodem l. si fundum, & facit ff. de action. empt. l. in venditione.

AVthore.] CASVS. Vendidisti mihi prędium, de euictione promisisti, & fideiussorem dedisti: denunciaui tibi vt me defenderes in causa euictionis: licet non denunciauerim fideiussoribus: an non ideo minus tenentur fideiussores, quęritur. Et dicitur quòd non. Nota hic quòd emptor non agit de euictione, nisi denunciet venditori quòd eum defendat: vt. s. vbi in rem actio. l. j. & s. de pericu. & cōmo. rei venditæ. l. j. nisi per pactum 10 esset remissa denūciatio: vt ff. eo. l. Herennius modestinus. in fin. fideiussori autem dato ꝑ euictione, non habet necesse denunciare: vt hic. primum nota. subseruit legi immediatè sequenti. Viuianus.

lem citatum, nocet fideiussori non citato. Bal. Vel sic: Fideiussor euictus potest conueniri solum denunciatione facta uenditori. hoc dicit. Salicetus.

a ¶ Authore.] laudato. i. vēditori denūciato vt defēdat: quod est opꝰ vt de euictiōe postea agi possit: vt j. l. proxi.

b ¶ Ignorauerit.] Nō oportet ergo fideiussori nunciari: sed sufficit reo id est actori, sicut & alias mora rei nocet fideiussori: vt ff. de verbo. obli- 30 gationibus. l. mora rei.

Idem A. Hilariano. LEX VII.

AVthore laudato [a], si euicta res est, fideiussorem (etiam si agi causam ignorauerit [b]) cōueniri euictionis nomine posse, non ambigitur. PP. iij. noñ. April. Alexandro A. Con.

¶ Ista lex ponit tres casus in quibus denegatur regressus euictis. & hoc dicit. Tria faciunt cessare periculum euictionis: omissa denunciatio emptoris, eius absentia, & iudicis iniuria. hoc dicit. Bal. Vel sic: Emptor non agit de euictione, nisi denunciauerit uenditori ut causam defendat. Item si res euincatur per iniuriam iudicis, uel culpam emptoris de euictione non agitur. hoc dicit. secundum Sali.

Idem A. Clementino. LEX VIII.

EMptor † fundi, nisi ✠ authori aut hæredi eius denunciauerit: euicto prædio, neq; ex stipulatu, neque ex dupla, neq; ex empto actionem contra venditorem, vel fideiussorem [c] eius habet. ¶ Sed & si iudicio emptor non affuit [d], aut præsens per iniuriam [e] iudicis victus est absente [f] ✠ authore vel fideiussore, regressum aduersus eū non habet. PP. viij. id. Decembr. Alexandro A. Con.

✠ Actori. † Concor. cū hac l. c. vlt. extra de empt. & vē.

EMptor.] CASVS. Nisi ēptor venditori denunciauerit vt eum defendat in causa euictiōis, & res fit euicta: non tenebitur venditor actione ex stipulatu, vel pro euictione. si verò emptor in iudicio nō cō 40 pareat, aut prȩsens per iniuriam iudicis condemnetur: nō tenebitur venditor vel eius fideiussor. Viuia.

✠ Actore.

c ¶ Vel fideiussore.] vt ff. eo. l. si fundo. §. sed cum possit. & l. si per imprudentiam. §. j. & s. de pericu. & commo. rei vē. 50 l. j. & hoc ante sententiam & testiū aperturā: vt ff. eod. l. si rem quam. §. fi. Sed quid si sciuit vēditor? Respond. nō oportet ei nunciari: vt argu. ff. eo. l. herennius §. caia. & ff. de actio. empt. l. j. in fin. & arg. ff. de peti. heredi. l. item veniunt. §. pe 60 titam. & ff. de admini. tuto. l. pater tu. §. fina. & ff. eo. l. si dictū. §. penul. Sed argu. contra ff. ad legem Iuli. de adulter. l. denunciasse. Tutius ergo est scienti denunciari.

Emptor si inquietetur super re em pta sciēte vē ditore, an te neatur ei de nunciare.

✠ Actori. † Ad hanc l. vide l. fin. in prin. ff. de pig. vbi per instrumenta emptiona lia ꝓbatur latitudo agrorum, & no Ange. in l. vēditores. ff. de verb. oblig.

¶ Etiam si emptor agendo succubuit: debetur euictio. hoc dicit text. cum glos. Vel sic: Si emptor agendo uicit, non debetur euictio. secus si agendo succubuit. h. d. Bal. Vel sic: In causa euictionis pōt agi etiam pro interesse meliorationis. h. d. Sali.

Idem A. Terentio. LEX IX.

SI † controuersia tibi possessionis quam bona fide te emisse allegas, ab aliquo [g] mouetur [h] ✠ authori hæredive eius denuncia: & si quidem obtinueris, habebis quod emisti. ¶ Sin autem euictum fuerit, à venditore successoreve eius, consequeris quanti tua interest [i]. ¶ In quo continetur etiam eorum persecutio, quæ in rē emptam à te vt melior fieret, erogata sunt [k]. PP. xj. calend. Ianuar. Alexandro A. Cons.

ADDITIO. Tu dicas omnino necessarium esse vt denuncietur per notabilem theoricam Bartol. in l. qui vxori. §. quid ergo. j. ff. de adulte. vbi dicit quòd quandoque denunciatio requiritur ad simplicem scientiam habendam: & tunc non oportet quòd fiat scienti: & habet locum regula eum qui certus. de regu. iur. lib. vj. & l. j. in fi. ff. de actio. em- 70 pti. quandoq; fit denunciatio ad aliquid faciendum: & tunc non sufficit sola scientia: vt d. §. quid ergo. in proposito autem cùm denunciatio ista fiat non solùm ad simplicem scientiam: sed vt venditor veniat ad defendendum emptorem, necessario requiritur denunciatio. nam fortè emptor confisus de sua prudentia, non curat vocare venditorem: nec tenetur venditor re. ita vult Bartolus vbi s. & Abb. post eum in c. fi. quod concordat cum hac l. extra de emp. & vendi.

d ¶ Non affuit.] quo casu magis propter absentiam suam, quàm propter malam causam quam habuit, amisisse videtur: vt hic, & ff. e. l. fi ideo.

e ¶ Per iniuriam.] quę facta emptori non tangit venditorem: vt hic: & 80 ff. eo. l. si per imprudentiam. in prin. & arg. s. man. l. si pro ea.

f ¶ Absente.] quid si prȩsens esset. Respon. appel. deberet: vt ff. e. l. herennius. §. j. & de ap. l. à sententia. Azo. & facit s. vbi in rem acti. l. j. & de senten. l. libera.

SI controuersia.] CASVS. Duobus modis pone: Vendidisti mihi fundum: conuentus pro fundo denunciatur tibi vt me defenderes: si euincatur, agam aduersus te quanti mea interest. Vel sic: vendidisti mihi fundum: cecidi à possessione: ego aduersus possidentem ago: si non possum recuperare prædium, agam aduersus te quanti mea interest. & consequar sumptus quos feci in melioratione prædij. Viuia.

g ¶ Ab aliquo.] possidente.

h ¶ Mouetur.] id est refertur.

i ¶ Interest.] in quo etiam cōtinentur sumptus. vt ff. de cond. & demō. l. quibus diebus. §. j. & dixi plenè s. e. l. j.

k ¶ Erogata sunt.] & ex hoc apparet hanc 10 legem loqui cum emptor non possidebat, sed agebat aduersus alium, & sic reus dicitur facere actori cōtrouersiam: sic ff. de procura. l. non solùm. §. si status. Nam si possideret emptor iure exceptionis, hoc debuit consequi à vendi- 20 cante: quòd si non fecerit, non consequitur à venditore: vt ff. de actio. emp. l. idemque. §. j. in prin. hoc tamen quòd desijt possidere, fuit sine culpa sua: aliàs nec à venditore quicquam cōsequitur: vt ff. e. l. si rem quam. §. j.

¶ Quicquid est intra fines demonstratum, uidetur uenditum: & si quid euincatur, debetur euictio: tamen si finium regūdorum agatur, propter ea nihil debetur. hoc dicit ista no. lex secundum Bal. Vel sic: Quod actione finium regundorum euincitur in actione ex empto, pro euictione uenit. secus si non euincatur: sed ex alia causa per iudicem adiudicetur. h. d. Bar.

Idem A. Largo. L. X.

SI fines agri venditor demonstrauit, & legem dixit, intra eos neminem ingressurū: si quid inde euincatur [l], periculo fit authoris. Quòd si finibus suis quos demonstrauit, agrum vendidit: lis finalis [m] ad venditorem non pertinet. PP. vij. cal. Decemb. Maximo ij. & Aeliano Cons.

30 SI fines.] CASVS. Vendidisti mihi fundum, euicta est pars fundi: nunquid agere possum pro euictione fundi, quæritur. Et dicitur quòd sic. Si verò vicinus egit finium regun. & pars sibi adiudicata est: refuso mihi pre 40 tio partis illius, an nihilominꝰ agere possim, quæritur. Et dicitur ꝙ non. Viuia.

l ¶ Euincatur.] ea ratione quòd non fuerit venditoris: vt ff. eo. l. qui fundum.

m ¶ Lis finalis.] id est lis quæ fit de finibus iu 50 dicio finium regundorum. refert ergo petitorio iudicio sit aliquid euictum, vel hoc iudicio de parte vnius alteri adiudicatum & sic est contra ff. eo. l. si mancipium. §. finali. vbi dicit non interesse quo genere iudicij euincatur. sed cer- 60 tè non dicitur euinci hoc iudicio, cùm possit superare & superari. Itē & si superetur, pecunia sibi adiudicatur. Alij distinxerunt, an ostēdit terminos intra fundum: vt ibi, aut extra terminos: vt hic, quod non placet.

¶ Fideiussor rem uenditam euincere non potest. Vel sic: Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. h. d. Bal. Vel sic: Exceptio, quem de euictione tenet actio, etiam locum habet contra fideiussorem. h. d. Sali.

Idem A. Clementi. L. XI.

EXceptiōe doli rectè eū [n] submouebis quē ab authore [o] tuo fideiussorem accepisti, si eius nomine controuersiam refert, quasi per vxorem suam [p] antequam tu emeres comparauerit: qui venditioni adeo consensum [q] dedit, vt se etiam pro euictione obligauerit [r]. PP. noñ. Febr. Pompeiano & Peligno Cons.

¶ Ista lex ponit de pacto, de quo non habe-

EXceptione.] CASVS. Fundum mihi vendidisti: & pro euictione promisisti, & fideiuss. dedisti: fideiussor agit pro fundo, dicens se per vxorē eum emisse: an possit repelli per excep. fideiussor, quęritur. Et dicitur quòd sic: cùm vendendo adeo consensit, vt pro euictio- 70 ne fideiusserit: quia quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. vnde nota hic: sicut venditor non potest euincere rem quam vēdidit: ita nec eius fideiussor: quia quem de euictione tenet actio &c. vt hic, & ff. e. l. vendicantem. Viuia.

n ¶ Eum.] fideiussorem.

o ¶ Ab authore.] i. venditore. Et nota ꝙ dicit, doli exceptione: quia dolo facit qui petit quod restituturus est: vt hic, & ff. de excep. doli. l. dolo.

p ¶ Suam.] ementem nomine viri.

q ¶ Consensum.] nota ꝙ fideiubdo quis cōsentit: vt ff. in qui. cau. pig. taci. contra. l. si gratuitam. aliàs Pomponius scribit. §. fi. & s. de vsucap. ꝓ 80 emp. l. venditioni. Et si inferas: ergo ratum habet: ergo tenetur quod iussu sicut dominus: vel pater ad eum pro quo fideiubet. non sequitur: quia aliud est consentire vt extraneus, vt fideiubendo: aliud est consentire vt dominus: vt ff. l. quod iussu. l. j. §. quid ergo.

Consentit quis fideiubendo.

r ¶ Obligauerit.] Nota ergo regulam hic, quem de euictione tenet actio, ipsum agentem repellit exceptio: vt hic, & infrà eodem. l. si ob causam. & l. siue possessio. & ff. e. l. vendicantem. quæ fallit in casu quem habes j. e. l. fi.

Siue in lib

Siue in libertatem.] CASVS. Vendidisti mihi seruum, siue proclamauerit in libertatem, & sic euictus sit: siue conuenit vt si aliqua quæstio mihi moueretur nomine eius, restitueres mihi pretium, licet nondum esset euictus: quid mihi restituendum sit, animaduertet præses prouinciæ. Nota hic, Si tu vendis mihi rem, & tu promittis mihi quod siue res euincatur, siue de re moueatur quæstio, statur conuentioni. Viui.

tur alibi in iure. Valet pactum quod statim re uendita, lite mota, reddatur pretium emptori. Vel sic: Regulariter non agitur de euictione, nisi euictio sit secuta, aut exceptio iudicata. hoc dicit. Bald. Vel sic. Ad interesse agitur antequam res euincatur, si inter partes hoc agatur. hoc dicit. Sali.

a Euictus est.] satis 10 euincitur qui in libertatem prouocat: vt ff. eo. l. si per imprudentiam. §. j. & j. eo. l. si status.

b Recuperares.] aliàs si actum non esset, non posset agi, nisi demum re euicta: vt ff. eo. l. si plus. §. mota.

Si ob causam.] 20 CASVS. Mulier tenebatur mihi in x. conuenta condenata est: ea non satisfaciente, iussu iudicis distracta sunt prædia eius, & mihi est satisfactum: an prædia mulier illa vel eius successor possit recuperare? Dicitur quod non: & si ab 30 alio emptore non conuincatur: non contra iudicem, sed aduersus me cui facta solutio est pro euictione emptori competit actio. Viuia.

c Mercatus es.] scilicet ab officialibus.

d Refertur quæstio.] cùm ipsi sint qui 40 de euictione teneantur: vt subijcit, & s. eod. l. exceptione.

e Actionem.] & in pretium & in vsuras habita ratione fructuũ: vt ff. eo. l. si plus. §. & si iussu. & ff. de distract. pig. l. rescriptum. §. sed quantum. non autem tenetur 50 apparitor vel executor: vt ff. eod. l. si pignora. & ff. famil. ercisc. l. qui erat. §. non magis.

Siue possessio.] CASVS. Titius vendidit mihi prædium. decessit filio hærede instituto: siue erat prædium patris, siue fi- 60 lij: filius à me auocare non poterit illud: quia quod de euictione, &c. cùm ergo filius hęres patris sit, agat: si agat, per exceptionem repelletur.

f Laudari potest.] id est potest ei denũciari: & sic tenetur. & sic habet locum hæc regula, 70 quem de euictione tenet &c. vt hic, & s. eod. l. exceptione. & s. de lib. cau. l. si ab eo. & de reb. alie. non alienan. l. venditrici. & de rei vendic. cum à matre. & j. titu. j. l. j. & facit s. de ser. pign. da. ma. l. si creditoribus. & s. de trãsactio. l. tranactionem. & s. de reuo. ijs quæ in fraudem credi. l. 80 filios. & s. si aliena res pig. da. fit. l. cùm res.

Imperator Gordianus A. Philippo. L. XII.

Siue in libertatem euictus est[a] seruus quem mercatus es: siue cum comparares, conuenit vt si qua quæstio nomine eius relata esset & si necdum euictus esset, vt pretiũ recuperares[b]: præses prouinciæ quod tibi præstandum animaduerterit: restitui iubebit. PP. vij. id. Marti. Gordiano A. & Auiola Conss.

Res uendita in causa iudicati non potest per debitorem euinci: & si euincatur ab alio, tenetur debitor de euictione. hoc dicit. Vel sic: Factũ iudicis reputatur factũ partis. ad hoc allegatur. Bal. Vel sic: Emens à iudice iudicatum exequente, partem habet obligatam de euictione: ideo eam agentem repellit exceptio. hoc dicit. Sali.

Idem A. Zoilo. LEX XIII.

Si ob causam iudicati pignora capta sunt ex eius authoritate, cui præcipiendi ius fuit: eaque de quibus complecteris, tu mercatus es[c]: frustra ab ea quæ condemnata est, vel quæ in eius locum successit, eorum refertur[d] quæstio: quandoquidem & si euictio eorũ ab alio subsecuta fuisset, aduersus eos debuisse dari actionẽ[e] quibus pretij solutio proficit, rectissimè respõsum est. PP. xvj. cal. Iun. Gordiano A. & Auiola Conss.

Filius non potest euincere rem quam pater uendidit, cuius ipse est hæres. h. d. Bald. Vel sic: Quem de euictione tenet actio tanquam hæredem principalis, eundem agentem repellit exceptio. h. d. Bar. & Sali. secus in hærede fideiussoris.

Idem A. Secundino. LEX XIIII.

Siue possessio venditoris fuit, filius eiusdemque patris hæres frustra quæstionem mouet: siue non patris, sed filij eius possessio fuit, de qua iure hæreditario author laudari potest[f]: controuersiam mouere nõ potest[g]. PP. xiiij. calẽ. Aug. Gordiano A. & Auiola Conss.

Re ritè euicta, tenetur de euictione uenditor, & in pignus data ab eo. hoc dicit. Bald. Vel sic: Emptor ratione euictionis pignus datum perse-

g Mouere non potest.] in totum scilicet si insolidum hæres est: alio quin pro ea parte pro qua est hæres: vt arg. suprà. de hære. act. l. si adulta.

Si non iniuria.] CASVS. Si emptor nec per iniuriam iudicis, nec per culpam suam fuit absens: & denunciauit & condemnatus est in causa euictionis, ac res fuerit euicta: pignora quæ pro euictione obligantur, persequi poterit.

h Si non iniuria.] vel aliàs ob culpam tuam: vt quia fuisti absens, vel non denunciasti: vt ff. eo. l. si per imprudentiam. & l. si ideo. & s. eo. l. emptor. nam gratia exempli ponit.

i Persequi potes.] vt s. de pac. pig. l. ij. & s. de præd. mi. l. & si is.

Vper empti.] CASVS. Mulier vẽdidit mihi prædium: in eo meliorando impensam feci. si Titius partem prædij vendicet, & euincat: sumptus quos feci 10 habita ratione fructuũ à Titio recuperabo: & ad pretium agam aduersus mulierem.

qui potest. hoc dicit. Salic.

Imperator Philippus A. Menandro. LEX XV.

Si non iniuria[h] iudicantis, sed iuris ratione superatus es: pignus ob euictionẽ acceptum solẽniter persequi potes[i]. Dat. cal.

Re euicta uel eius parte uenditor tenetur de euictione: in qua ueniunt impensæ factæ ad perpetuam rei utilitatem, deductis fructibus. ipse autẽ euincens nõ tenetur ad restitutionẽ pretij. Bal.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. Alexandro & Diogeni. LEX XVI.

Super empti agri quæstione[k] disceptabit præses prouinciæ: & si portionẽ[l] diuersæ partis esse cognouerit, impensas quas ad meliorandam rem vos erogasse constiterit, habita fructuum ratione, restitui[m] vobis iubebit. Nã super pretio euictæ portionis nõ eum[n] qui dominium euicerit, sed auctri cem conueniri cõsequens est. PP. x. cal. Iul. ipsis iiij. & iij. AA. Cõss.

Re euicta uenditor certioratus tenetur de damno emptoris. Bal. Vel sic: Si res per sententiã euincatur, de euictione agitur: non si sponte restituatur. h. d. Sali.

Idem AA. Mutiano. L. XVII.

Si cùm quæstio tibi super, eo quem comparaueras, moueretur, authorem tuum certum fecisti,[o] nec citra[p] iudicis disceptationem eum quẽ emeras tradidisti: præses prouincię in damnis[q] quæ te tolerasse meministi, medellam iuris adhibebit. PP. v. id. Nouẽbr. ipsis iiij. & iij. AA. Conss.

Emptor serui eo pronunciato libero, agit de euictione, secus si esset pronunciatus seruus. h. d. Bal. Vel sic: Emptor qui succubuit, de euictione agit, si non obtinuit. Sali.

Idem AA. & CC. Eutychio. L. XVIII.

Si status tibi super homine venundato mota quæstio est: solennibus, quæ[r] iuris admittit ratio, interpositis: si secundùm libertatem fuerit lata sententia, poteris de euictione eius quem cõparaueras, si nesciens eius conditionem comparasti, sine aliqua dubitatione authorem, vel eius fideiussores, hæredésve eorũ cõuenire[s].

Quòd si fuisse seruum sententia declarauerit, intelligis ad venditorem te reuerti non posse[t].

k Quæstione.] quã mouet dominus contra emptorem.

l Portionem.] nam etiam pars quandoque euincitur ff. e. l. j.

20 m Restitui.] à domino vendicante: vt hic, & ff. de rei vendi. l. sumptus. & ff. de act. ẽp. idemque. §. j. & de excep. doli. l. Paulus.

n Non eum.] Non ergo vendicantem nõ teneri ad pretium: vt s. de fur. l. inciuilem. & de rei 30 ven. l. mater. & l. si mãcipium. In casu tamen dominus tenetur ad pretium: vt ff. de rei ven. l. emptor. Item in alio, scilicet quãdo pupillus vẽdicat prædium suum sine decreto alienatum: cùm pretium in suam vtilitatem sit conuersũ: 40 vt s. de prędi. mi. l. vtere. Item in alio: vt s. de vx. mi. l. ij. sed dic vt ibi.

Vendicans nõ tenetur ad pretium.

Si cum.] CASVS. Vendidisti mihi seruũ: conuẽtus rei ven. pro seruo, denunciaui tibi vt me defenderes: nihilominus euict⁹ est, quia succubui, dãna quæ pas- 50 sus sũ mihi resarcies. q. d. teneberis mihi ad expẽsas factas in lite, & ad pretium.

o Fecisti.] Vel postea vsque ad sentẽtiã, ante apperturã tamen testiũ: vt ff. e. l. si rẽ quã mihi. §. fi. & secundũ hoc etiã intelligit qd est ff. de leg. iij. l. 60 q concubinã. §. si hæres. qd debet denũtiare ante iudiciũ. i. ante sẽtẽtia, vel speciale ĩ legato.

p Nec citra.] si enim sine sñia iudicis restituisset, nõ ageret de euictione: vt hic, & ff. de rei vẽ. l. vtique. & ff. de neg. gest. l. at qui natura. §. cũ me. 70 & ff. e. l. si dictũ. §. si cõ promisero. nisi esset notorium rem esse alienã: vt ff. de act. emp. l. empto rem in prin.

Euictionẽ perdit qui sine iudicis sententia rẽ restituit.

q In dãnis.] ergo & in sumptibus litis, quod plenè dixi s. e. l. j.

Si status.] CASVS. vendidisti mihi liberũ, quẽ credebam esse seruũ: proclamauit in li 80 bertatẽ. si pronũciet liber, quia seipsum euicit: teneberis mihi de euictione: si seruus est, in nullo mihi teneberis.

r Solennibus quæ.] i. ordinato assertore qui causam pro seruo facit, quod non fit hodie, sed ipsemet litigat: vt s. de asser. tol. l. j.

s Conuenire.] vt s. e. l. siue in libertatẽ. & ff. e. l. minor. §. pater filiũ. & s. de sententijs. l. libera.

t Non posse.] nec ergo in sumptibus, nisi cauerit: vt ff. de ver. oblig. l. vẽditores. & plenè dixi s. eodem. l. j. ADDITIO. Tu dicas con-

tra vt ibi adnotaui, quod sequitur etiã Abbas in c.fi.in fi. extra de empt. & ven. Nec ob.ista l.secundùm Bart.in d.l.venditores.ff.de ver.obli. quia verum est ꝙ non potest agi ex clausula de euictione: quia res non est euicta, sed bene potest agi ex clausula ob rem non defensam: siue hoc fuit expressum, siue non: quia à lege tacitè subintelligitur. vnde potest agi ad interesse: quare est aduertendum in modo concludendi in libello. prædicta intellige quãdo emptor denunciauit vẽditori vt eũ defendat, aliâs est quod posset ei imputari, secundũ Abb. vbi s.

SI obligata.] CASVS. Vendidisti mihi prædium, licet alij obligatum x. vel xx. annis illud possedi: an possit à me euinci? Dicitur quòd non.

a Non potes.] quia siue non opposuit eam emptor, & sibi imputet: vt ff.eo.l.si rem quam.§.si duplæ. siue opposuerit, & non fuit admissa: & sic passus est iniuriã, vnde non teneris: vt ff. eo.si per imprudentiã.in prin.& est idẽ ff.e.l.qui alienã.& ar. ff.man.l.Iulianus. Sed quomodo hypothecariȩ longo tẽpore præscribitur cum xl.annis duret: vt s.de prȩscri. xxx.an.l.cùm notissimi? Rñ.quia extraneus possessor cũ titulo ĩter prȩsentes: & sic decẽnio. vel inter absentes, & sic xx. an.præscribit: vt s.si aduer.cre.l.j.& ij. Itẽ cõtra j.eo.l.empti. Sol. vt ibi.

Hypothecariȩ potest prȩscribi lõgo tẽpore.

* Dominis.

SI parẽtes.] CASVS. Pater meus vendidit tibi mancipiũ. si conueniaris, potero in iudicio adesse si fortè timeam collusionẽ. Si verò euictum iam sit: nisi fuerit appellatũ, propter personã meam lis nõ instaurabit. Si verò mihi nõ denũciasti, de euictione me obligatũ non habebis.

b Si parẽtes vestri.] quorum hȩredes estis, vt habeant locũ sequẽtia.

c Non prohibemini.] ne fiat collusio: vt ff.de appel.l.si perlusorio.& l.à sententia.§.si hæres.& l.ab executore.§.alio.& ff.de inoffi.test.l.si suspecta. & in authẽ. de liti.§.j.col.viij.

d Ex persona.] nisi essetis minores.

e Debeatis.] quia non tenemini. s.e.l. emptor. Accur.

EMpti actio.] CASVS. Mihi seruum vendidisti, possedi eum spatio xx.ann. quibus elapsis ꝓclamat in libertatẽ: denunciaui tibi, & pronũciatus fuit liber: agam pro euictione quanti mea interest.

f Submouetur.] quia talis res erat quæ nõ poterat vsucapi vel præscribi: vt subijcit, & s.de præscript.long tempo.quæ pro liber.l.fin. aliâs contra: vt s.eo.l.si obligata. Sed nunquid xxx.annis tollitur? Respond. non: cùm præscriptio nec eo tempore compleri possit contra libertatem: vt argu.ff.eo.l.minor. in princip. Vel dic quòd tollitur si nasceretur: sed non nascitur nisi demum re euicta: sicut in alijs actionibus quibusdam dicimus: vt s.de rerum permu.l.ex placito.

Euictionis actio an triginta annis tollatur.

Emptor qui præscripsit, debet se tueri exceptione præscriptionis. & qui eadem omittit, de euictione regressum non habet. hoc dicit. Bald. Vel sic: Præscriptio emptoris prodest uenditori. h.d. Sali. & ratio aßignatur in prin.glos.

Idẽ AA.& CC.Theodoro. LEX XIX.

SI obligata prædia vænundedisti, & longi tẽporis præscriptiõe solita emptores se tueri possunt: euictiõis periculũ timere nõ potes [a] .S.ij.cal. Maij, AA.Cons.

Ex persona uenditoris iudicium cum emptore sopitum non retractatur: tamen emptor non habet regressum de euictione, nisi uenditori denunciauit. hoc dicit. Bald. Vel sic: Re euicta agitur de euictione etiã contra uẽditoris hæredem: ideo ei debet denunciari ut adsit defensioni, nec ex eorum persona potest in integrum restitutio impetrari. h.d. secundũ Bal. & Sali.

Idẽ AA.& CC.Solidio & alijs. L. XX.

SI parentes vestri [b] mancipia vænundederunt, & quȩstio * dominij mota est: emptoribus adesse, ac defendere causam nõ prohibemini [c]. ¶ Quòd si eis hæc iã euicta sunt, ĩstauratio litis ex ꝑsona [d] vestra, si appellationem non interposuistis, cõtra ius desyderatur. ¶ Empti sanè iudicio pro euictione si conueniri cœperitis, nec vobis negotium vt defendatis, denunciatũ ꝓbetur: intelligitis quatenus vosmetipsos tueri debeatis [e] .S.vj.cal.Iul.AA.Cons.

Licet res post longa tempora sit euicta, non impeditur emptor agere de euictione. h.d. Bald. Vel sic: Etiam si post longum tẽpus res non præscripta euincatur, de euictione agitur, si legitima denunciatio præceßit. h.d. Sali.

Idẽ AA.& CC.Heliodoro. LEX XXI.

EMpti actio lõgi temporis præscriptione nõ submouetur [f], licet post multa spatia rẽ euictam emptori fuerit cõprobatum. ¶ Si itaq; is quem te comparasse commemoras, nunc in libertatem proclamet: interpellare venditorem siue successorẽ eius debes, vt tibi assistãt, causamq; instruãt. Quem si liberum esse, vel seruum nõ esse fuerit ꝓnunciatũ: nec te conuentione remisisse [g] periculũ euictionis fuerit cõprobatũ, præses ꝓuinciæ (si res integra est) quãti tua interest, restitui tibi prouidebit. S. xj.cal.Aug.Serdicæ AA. Cons.

Emptor conuentus hypothecaria, qui debitũ obtulit agenti, non expectata sententia euincente per actionem ex empto, indemnitatem consequitur à uẽditore. h.d. Vel sic: Non creditur libera res emptoris quæ est alteri obligata, & ideo agi potest cõtra uenditorem ad interesse: nisi liberet eã. h.d. Bal. Vel sic: Ex stipulatione de indemnitate, potest emptor agere pro eo quod soluit ob liberationem rei emptæ. hoc dicit, sed non de euictione. Sali.

Idem AA.& CC.Iulio. LEX XXII.

CVm tibi liberum [h] vænundatum fundum ab authore proponas: si ex antecedẽte obligatione quod debebatur iure soluisti [i]: stipulationẽ quam subiectã emptioni de indemnitate proponis, ipsius [k] cõceptio [l] cõmissam manifestè declarat. S.vij. calẽ. Septemb. Viminatij AA.Cons.

Successoribus uenditoris in quocunque gradu est denunciandum: quo facto, siue ipsis præsentibus siue absentibus res euincatur: non solùm prætium, sed interesse emptor à uenditore consequitur. h.d. Vel sic. Re euicta post denuntiationem absente reo, uel absente actore, ad interesse agitur, necnon ad pretium. h.d. Bal.

Idẽ AA.& CC.Eustochiæ. L. XXIII.

CVm successores etiam venditoris pro euictione teneri possit: si velut obligata sibi respublica Thessalonicẽsium pignoris instituat [m] iure persequi quæ cõparasti: authoris hæredibus quocunq; gradu [n] constitutis assistere negotio denũcia. ¶ Quòd siue præsentibus his fundus quẽ emisti, fuerit euictus, siue absentibus: postea quãti tua interest, rem euictã nõ esse, teneri, nõ quãtũ [o] pretij nomine dedisti, si aliud nõ placuit, publicè notum est. S.ij.calẽ. Ianuar. Sirmij AA.Cons.

Cum in limine contractus imminet euictio, emptor pretiũ soluere non tenetur: uel residuum pretij: & si soluit, repetit: nisi ei de euictione satisdatur. hoc dicit. Bal.

Idẽ AA.& CC.Eutychio. L. XXIIII.

SI post perfectã venditionem ante pretium numeratum [p] rei vænundatæ mota fuerit quæstio, vel mãcipia vẽdita ꝓclamẽt in libertatem: cùm in ipso limine contractus immineat euictio: emptorem, si satis ei nõ offeratur [q], ad totius, vel residui pretij solutionem nõ cõpelli [r], iuris authoritate mõstratur. Vnde cũ parte [s] pretij numerata, domus quã emisti,

g Remisisse.] quia tunc ad pretium tantum ageres: vt ff.de ac.emp. l.emptorem.§.qui autem habere. Acc.

CVm tibi.] CASVS. Vẽdidisti mihi prædiũ liberũ ab omni obligatione, & ꝓmisisti mihi reficere omne damnũ: apparuit postea qui dicebat illud sibi fore obligatum pro decem quæ solui ei: nunquid ea à te potero petere, quærit. & dicitur ꝙ sic.

h Cum tibi liberum.] i. vt liberum: vel hoc dicto expresim, vel non dicto in contrariũ: vt s.eo.l. ex his prædijs. Accur.

i Soluisti.] potuisti enim soluere: vt s.de cõpen.l. quoniam liberũ. Sed quomodo agit non secuta aliqua sententia? Dicunt quidam quia sit notoriũ: vt ff.de act.ẽp. l.emptorẽ.in princ. Vel dic nõ agitur de euictione hic, sed ex quadã stipulatione de indẽnitate interposita: vt subijcit.

k Ipsius.] scilicet stipulationis.

l Conceptio.] id est tenor.

CVm successores.] CASVS. Pater tuus vendidit mihi prædiũ obligatũ ciuitati tuæ, & decessit. si actor ciuitatis agat hypothe. & euincat prȩdium, prius tibi facta denũciatione qui ei successisti: non solũ conueniã te ad id quod mea interest prȩdiũ nõ fuisse euictũ, sed etiã ad pretiũ.

m Pignoris instituat iure.] id est per hypothecariam. Accur.

n Gradu.] id est instituti vel substituti sint.

o Non quantum.] id est non solùm ad pretium, sed etiã ad interesse: vt hic, & ff.eo.l.euicta.

SI post.] CASVS. Vendidisti mihi domũ vel mancipium: pretiũ tamen non solui: si aliquis dominiũ vendicauerit, vel mancipium ad libertatẽ proclamauerit: an pretium tibi numerare sim compellendus, quæritur. Et dicit ꝙ nõ. Si verò partem pretij numeraui, & mihi ab aliquo denunciatum est ne emã: iudex prȩcipiet tibi vt satisdes de domo me indemnem conseruare, si domus euincatur.

p Ante pretium numeratum.] si autem esset numeratum, non posset agi: vel vt fideiussor detur, vel vt aliâs quasi re euicta: vt s.eo. qui rem.& ff.e.l.si plus.§.mota.

Vẽditor an teneat dare fideiussores ꝓ euictione.

q Satis ei non offeratur.] cum fideiussoribus: vt ff.de peri.& com.rei vend.l.habitationum.§.fi. aliâs non tenetur dare fideiussorem, nisi conuenerit de dando: vt ff.eod.l.emptori.& ff.de contrah.emp.l.pacta. Sed an pro hac euictione tantum? Videtur quòd sic: vt dicta l.habitationum. Argum.contra de rescin.ven.l.fi.

r Non compelli.] habet enim doli exceptionem: vt ff.de excep.doli. l.pater.§.ex quadrante.

s Cum parte.] vel nihilo. sed sic euenerat.

Prouidebit

a ¶ Prouidebit.] scilicet per fideiussoriam satisfdationem, vt dixi.

SI tibi.] CASVS. Vendidisti mihi liberam quam credebam ancillam: proclamat in libertatem, & tu eam defendis: pronunciata est libera. teneberis mihi ad duplum nomine eius, si duplum promisisti: vel quanti mea interest conueniam te iudicio emptionis.

b ¶ Si tibi liberam.] tibi dico ignoranti. secus si scienti: vt ff. de contrahen. emp. l. si in emptione §. liberum hominem. & §. item si emptor.

c ¶ Ignorans.] quia propter ignorantiam videbatur excusatus. magis autem teneretur sciens, etiam ante euictionem: vt ff. de act. empt. l. seruus quem. §. si.

d ¶ Defendit.] scilicet Saturninus constitutus assertor, secundum has leges: vt s. de asser. tol. l. j. Et dic defendit, scilicet agendo. sic & ponitur s. de test. l. j. agit autem non nomine suo, sed nomine eius quae vendita est. & sic nota quod venit cõtra factum suum[a]. sic & s. de libe. causa. l. j. & de patri. qui fi. dis. l. ij.

[a] Concor. xxv q. ix. si quis. & c. vnus. cum glos. super verbo, resti tuis. extra de filijs presb.

e ¶ Pronũciata est.] & tunc locum habet regula, quia quẽ tenet de euictione actio, eum certem repellit exceptio.

f ¶ Cõuenire potes.] imò videtur quòd potuerit exceptione repelli, cùm ipse erat qui de euictione tenebatur: vt s. eod. l. siue possessio. quae est contra. Sol. speciale hic fauore libertatis. Vel dic quòd hic potuit excipere, vel pati euictionem & agere: vt ff. eod. l. vendicantem. & l. j. & s. de rebus alie. non alienã. l. venditrici prima placet. & facit ad l. ff. eo. l. minor. §. pater.

SI quis.] CASVS. Vẽdidi tibi seruum nemine vendicante eũ: sed fortè praeparante te ad litem decessit: nunquid ages de euictione? Dicitur quod nõ.

g ¶ Exẽptus est.] Lite nondũ mota. nam nemo eum euincit: sed fatũ humanae sortis, & vt hic, & ff. eo. l. si seruus. in princi. secus si iam lis mota esset: quia tũc procedituri ad sententiandũ: & de euictione agitur: vt ff. de rei vend. l. vtiq. & s. de asser. tol. l. fi. fi. & ff. iudica. solu. l. si seruus, quae sunt contra. sed soluũtur praedicto modo. Accursius.

tibi velut pignoris iure obligatae, ne ad emptionẽ accederes, denunciatum ab aliquo proponas: iudex tibi quae ex emptione veniũt, praestari prouidebit [a]. S. vj. cal. Febr. Sirmij CC. Conss.

¶ *Fauore libertatis uenit quis contra proprium factum: & licet de euictione teneatur: attamen eum non excludit exceptio. hoc dicit. Bal.*

Idem AA. & CC. Saturninae. L. XXV.

SI tibi liberã [b] Saturninus conditionem eius ignorans [c] distraxit, ac nunc eam defendit [d] in libertatẽ, ac libera pnuntiata [e] est: venditorẽ vel ex stipulatione duplę quantum in hãc deductum est, vel empti actione, quãti tua interest, cõuenire potes [f]. S. idi. Februar. AA. Conss.

¶ *Homo mortuus non potest euinci: & ideo de euictione non agitur. hoc dicit Bal. Vel sic: Re ante litem motam perempta, cessat periculum euictionis. hoc dicit. Sali.*

Idem AA. & CC. Neoni. L. XXVI.

SI quis tibi seruum vendidit: postquam his rebus humanis exemptus est [g], cùm euictionis periculum finitum sit, à te conueniri non potest. S. ij. calẽ. April. Sirmij, CC. Conss.

¶ *Ista lex est non in sua materia: & h. d. Qui sciẽter emit rem alienam uel alij obligatam, sibi imputet: nisi expressẽ de euictione sit stipulatus: ignorans enim semper habet regressum de euictione. hoc dicit secundum Bal.*

Idẽ AA. & CC. Theophilo. L. XXVII.

SI fundum sciens alienum vel obligatum comparauit Athenocles, neq; quicquã de euictione cõuenit [h]: quod eo nomine dedit, cõtra iuris posceit [i] rationẽ. Nam si ignorans * desyderio tuo iuris forma negãtis hoc reddi refragatur. S. xv. cal. Octob. CC. Conss.

* Alienũ esse fundũ.

¶ *Emptor ex persona venditoris habet ius defensionis: hoc dicit Vel sic: Omnis defensio venditoris transit ad emptorem. Bal.*

Idem AA. & CC. Maximiano & alijs. LEX XXVIII.

EMptori etiam venditoris iura prodesse non ambigitur [k].

si ignorauit & si non sit stipulatus vel pactus, agit tamen ex empto ad interesse nisi remisit periculum euictionis: quo casu agit tantum ad pretium: vt s. eo. l. non dubitatur. & l. empti. & ff. de act. emp. l. emptorem. §. qui autem habere.

agere contra venditorem re euicta.

EMptori.] CASVS. Vendidisti mihi praedium, de quo erat pactum de non petendo tibi factum vel fortè illud praescripseras vel susceperas. nunquid praescriptio mihi emptori proderit? Dicitur quòd sic. vnde si res euincatur per culpã: quia exceptio nẽ ex psona tua cõpetẽtem mihi nõ opposui. de euictione nõ teneberis.

k ¶ Non ambigitur.] vt pactum factum venditori: vt ff. de pact. l. si tibi. §. pactũ. & prescriptio: vt ff. de contrahen. emp. l. dolia. & s. de vsusca. transfor. l. j. §. j. & ad idem ff. de haere. ven di. l. emptor nominis. Sed quid si sciens alienum comparauit. an possit vti exceptione actoris? Quod videtur: vt ar. ff. de rei ven. l. emptor. & ff. eo. l. in creditore.

¶ Si igitur vobis propter rei proprietatẽ mota fuerit quaestio: tam proprijs quàm venditoris defensionibus vti poteritis. S. iij. Non. Octobr. * Scuppis, CC. Conss.

¶ *In contractu permutationis uenit euictio, dum tamen interueniat denuntiatio. h. d. Bal.*

Idem AA. & CC. Rhaeso. L. XXIX.

SI permutationis gratia praedia curatoribus quondam fratris tui mater tua dedit: ijs quae in eorum vicem accepit, posteaquã ad defensionem fuerit denunciatum, vel cum eorum non haberet facultatem [l], euictis, quanti interest, eos conueniri posse, rationis [m] est. S. idib. Decembr. Nicomediae CC. Conss.

SI permutationis.] CASVS. Permutasti Digestum tuum cum Codice meo. Titius vendicat Digestum tuum. denunciaui tibi nihilominus euictũ est: an agere possim de euictione, quaeritur. Et dicit quod sic ad interesse.

l ¶ Facultatem.] cum fortè se absentarent: vt ff. e. l. si ideo. §. si.

m ¶ Rationis est.] ad similitudinem emptionis: vt s. de re. permut. l. j. & ff. de aedil. edic. l. sciẽdum. §. emptorem.

¶ *Licet quis sibi diligenter prospiciat, & de dupla stipuletur: non praesumitur mala fides: nec rei alienae scientia. h. d. Vel sic: Ex abundanti cautela non praesumitur mala fides. hoc dicit. Bald. uel sic: Stipulatio duplae pro euictione, non facit emptorem praesumi malae fidei. h. d. Sali.*

Idem AA. & CC. Hastio. L. XXX.

NOn ex eo [n] quòd duplum is qui à matre tua [o] mancipiũ cõparauit, euictionis nomine stipulatus est, alienae rei scientia cõuincitur: nec opinio eius ex hoc laeditur, vt malae fidei emptor existimetur. Alijs itaque hoc indicijs, si vis, probare debes [p]. S. idib. Decemb. AA. Con.

NOn ex eo.] CASVS. Vẽdidisti mihi praediũ tuũ: feci mihi caueri de euictione: nũqd ideo intelligẽdus sim malę fidei emptor? Dicitur quod non.

n ¶ Non ex eo.] Not. ergo hic quòd licet mihi caueam, non ideo sciẽntia vel mala fides praesumitur. sic & aliàs abundans cautela nõ nocet: vt s. de test. l. testamẽta. & ar. j. de cal. q. nõ ꝑbasse, & ff. de lib. ag. l. j. §. eleganter. in fi. §. Sed ar. cõtra ff. de cõd. ĩst. l. si qs sub cõditione. & ff. ad l. fal. l. seius & augeri. & quod hic subijcit, alijs

Cautela abundãs nõ nocet.

¶ *Iste casus non est alibi. Haeres fideiussoris ex persona sua potest euincere: licet tanquam haeres fideiussoris teneatur de euictione. hoc dicit. Vel sic: Quem de euictione haereditario nomine tenet actio: eundem agentem proprio nomine non repellit exceptio. h. d. secundum Bal. Vel sic: In fideiussoris haerede cessat regula, quem de euictione tenet actio: eundem agentem repellit exceptio, si agat nomine proprio. h. d. Sali.*

Idem AA. & CC. Agathoni. L. XXXI.

HAeredem fideiussoris rerũ [q] pro quibus defunctus apud emptorem intercesserat pro venditore, factũ eius cui successit, ex sua persona [r] dominium vẽdicare

SI fundum.] CASVS. Si sciens fundum alienum vel alij obligatum comparasti, nec de euictione caueri fecisti tibi: pretium quod soluisti petere non potes. Si verò ignorans emisti: non iure recusat venditor refundere tibi pretium quod numerasti.

h ¶ Conuenit.] potest ergo stipulari etiã sciens: vt s. cõmunia vtriusq; iudi. si fratres. i prin. & ff. de doli excep. l. apud celsum. §. idẽ labeo scribit.

i ¶ Cõtra iuris poscit.] vt & s. de praescrip. xxx. an. l. j. & de iure dot. l. si à matre. Sed contra s. communia de leg. l. fi. vbi agit etiam sciens, & non fuit stipulatus. Sol. specialia sunt ibi in legato: vt hic, & quod emptor bonae fidei res sub conditione legatas non vsucapit: vt ibi. Vel solue: vt ibi. Item contra: vt s. si vend. pigno. ag. l. j. vbi similiter sciens recuperat pretium. Sol. ibi pretium repetitur à vendicante: quia in eius vtilitatem conuersum fuit, puta suo creditori datum: vt ff. de rei vend. l. emptor. Vltimò distinguitur: quia vel emptor sciuit rem esse alienam, vel ignorauit. si sciuit, non habet actionem pro euictione nisi stipulatus est vel pactus: vt hic,

Emptor quẽadmodum possit

itaque &c. quasi & hoc indicium sit.

o ¶ Tua.] loquitur haeredi venditricis.

p ¶ Debes.] sic ergo bona fides praesumitur, nisi probetur mala: sic s. de praescrip. lon. temp. l. emptor. Sed quid proderit probanti, cùm nihilominus possit conueniri de euictione: quia hic promisit: vt s. eo. l. si fundũ? Rñ. intellige hic quãdo nõ est promissum: vt s. cõia de leg. l. fi. in fi. Item potest prodesse quantum ad hoc, vt sibi non possit expensas in praedio factas refectare secundum H. vt s. eo. l. si controuersia.

Fides bona praesumit.

HAeredem.] CASVS. Vendidisti mihi praediũ. de euictione promisisti mihi, & fideiussorẽ vnum pro euictione dedisti. Sempronius haeres Titij vult vendicare praediũ: an possit, quaeritur. Et dicit quod sic: neq; factũ Titij cui successit, sibi obest: quia ex persona sua vendicat. videbat quod non: quia quando de euictione tenet actio, eundẽ agentẽ repellit exceptio. vñ cũ fideiussor tenebatur, videbat teneri & hęres fideiussoris vnde & agere non possit. contrarium tamen est verum.

q ¶ Rerum.] & ita fallit hęc regula, quem de euictione tenet &c.

r ¶ Persona.] scilicet haeredis: sed ipse fideiussor hoc nõ poterat, nec hę-

Ordo lfæ.

res eius ex eius persona:nec heres venditoris:vt s.eo.l.exceptione.& ff.eo. feia.& ff.de distr.pig.l.& si is. Et incipit constructio,factum eius cui &c. & quod subiicit,pro quibus.i.p quarum euictione.Itē nota ex hac l.fallere regulam magistralem,quę colligitur s.eo.l.exceptione.& ff.eo.l.vendicantem.scilicet quē de euictione tenet actio, ipsum agentē repellit exceptio. Item contra s.de reb.alie.nō alie.vēditri ci.sed ibi in hęrede vēditricis: hic fideiussoris.licet & quidā dicāt:& hic habere cōuentū electionem vel vti exceptione, vel patri euīci,vel cōuenire cū p euictione.Acc.

In uetustissimo exemplari, deest uerbum pignoris.

nō impedit:scilicet euictionis causa durante actione. S.xviij.calen. Ianuar.CC.Conf.

¶CREDITOREM EVICTIONEM PIGNORIS NON DEBERE.¶ *Post generalē euictionem,de quadam speciali dicit.*

Diuisio.

CVm iure.] Diuiditur ī quatuor partes.Primò ponit dictum duplex. Secundò ponit exceptionem Tertiò nouum dictum. Quartò eius rationem. secunda ibi,Nisi.tertia ibi.Si tamen. quarta ibi, Siue quia Bald.& hec loquitur tam in fisco quàm in priuato. secundum Salicet. CASVS. Si fiscus iure creditoris, hoc est lege vel pacto distrahat: an teneatur emptori de euictione, quærit. Et dicitur quòd non: sicut nec vt priuatus: nisi de euictione se obligasset. Si verò idem pignus erat obligatū fisco & priuato,& post venditionē fiscus priuato succedat: an posit fiscus pignus euincere contra factum suū,quærit. Et dicitur ꝙ non siue quia potior erat quando vendebat,siue qa infirmior: debet enim qui rem distrahit se ostendere potiorem cæteris creditoribus esse.

TITVLVS XLVI.

Creditore euictionem pignoris nō debere.

¶ *Creditor uendens iure creditoris rem quam putabat esse debitoris,non tenetur de euictione, nisi expresse promiserit. Item creditor uendens iure creditoris:nec ex persona sua,nec ex persona alterius creditoris cui successit, euincere potest.h.d.Sali.*

Imperator Alexander A.Publicio.

LEX I.

CVm iure[a] creditoris propter fisci debita prædiū obligatum procurator[b] meus vænundedit,euictio non debetur:quia & priuatus creditor eodem[c] iure vtitur:nisi nominatim hoc repromissum à priuato fuerit creditore[d] .¶ Si tamē fiscus[e] in ius alterius creditoris successit[f] :emptori nō iusta nomine fisci[g] mouetur cōtrouersia: siue quia potior fuerat quādo vēdebat[h], siue quia infirmior:qm hoc vtiq; præstare debet qui pignoris iure[i] vēdit potiorem se cæteris esse creditoribus. PP.xv.cal.Nouē. Maximo ij.& Aeliano Conf.

¶ *Creditor uendens iure pignoris,tenetur de euictione duobus casibus, scilicet quando expresse se obligauit de euictione,item quando mala fide contraxit,sciens rem esse alterius & non debitoris.h.d.Bal.*

Imperator Gordianus A. Sabinæ.

LEX II.

SI à creditrice iure pignoris fundos obligatos pater tuus comparauerat, euictis prædijs, ita demum petitionem aduersus creditricem habere iure potes, si vel cum vēdidit, de euictione rei promisit[k] : vel etiam dolo malo, cùm sciens prudensque esset rem sine vitio non esse,eam patri tuo cui successisti, vænundedit. Nam sicut genus huiusmodi cōtractus inscium creditorem vinculo euictionis nō adstringit:ita eum qui fraudem admisit,vel decepit,non excusat.[m] PP.vij.id.Apri.Sabino ij.& Venusto Conf.

TITVLVS XLVII.

De patria potestate.

¶ *Patientia non solum inducit præsumptionem consensus:sed inducit præsumptionem ueritatis, & solennitatis.hoc dicit.Baldus.Vel sic:Liberatio à patria potestate præscribitur longo tempore.h.d.Sali.& Bal.*

Impp.Antoninus & Verus AA.Titio.

LEX I.

SI filium tuum in potestate tua esse dicis: preses prouinciæ æstimabit[n] an audire te debeat:cùm diu[o] passus sis[p] , vt patrisfamilias res eius

Creditor vendēs pignus,an teneat de euictione.

a¶ Cum iure.] vendit ergo interdum quis vt dominus, & tūc tenetur de euictione:vt ex tit. superiori apparet. interdum vt creditor, dicens se vendere quia creditor:& tunc si non habet ius vendendi ex pacto vel ex lege , tenetur emptori ex empto vt cedat ei contrariam pignoratitiam: vt ff.de euic.l.in creditore.Si verò habet ius vendendi : non tenetur nisi vt præstet rem sibi obligatam: & se potiorem cæteris creditoribus , secundùm H.vt in fin.huius l.certè & superiori casu multo magis ad hæc duo tenetur , scilicet vt sit sibi obligata, & sit potior alijs: quia non debent esse melioris conditionis malè agentes quàm bene agentes:vt ff.de noxa.non solùm. Item & hoc secundo casu quando potuit vendere,potest dici & eum teneri ad cessionem contrariæ pignoratitiæ actionis.cū sine dispendio hoc facere posit:vt d.l.ff.de euict.l.in creditore.quare nō videtur interesse quantum ad prædicta,iure vendat vel non.vendit iure, ex quo iure creditoris vendit,& hoc extraneo domino euincente.ipse autem debitor si non est dominus,tenetur de euictione post euictionem se vtili ex empto,quasi ipse vendidisse videatur: sed ante eam secutam tenetur vero domino habenti ratū vtili negotiorum gestorū : vt ff. de distrac.pig.l.rescriptū.§.j.si verò est dominus,tenetur habere ratum, & emptor effieitur dominus:quāquā à nō domino.i.à creditore habeat: vt insti.qui.alie.licet.§.j.& hoc si iure vendatur.aliàs potest vendicari à debitore si est dominus:dū tamē offeratur pretiū:vt.ff.de rei ven.l.emp. & à creditore est liberatus p pretiū emptoris:vt dicta l.ff.de distra.pig.l. rescriptum.sed si non iure vendit creditor,& propter hoc debitor euincat:an ex empto vel ad interesse quod est vltra pretium tenetur creditor emptori?& puto ꝙ sic:ratione doli,sicut & si scisset alienam:vt ff.de act. em.l.emptorem.§.cassius &§.Iulius.& §.sententiam.Accur.

b¶ Procurator meus.] qui ad tempus vicem procuratoris fisci gerebat.arg.s.de pœ.iu.l.j.Vel dic meus.i.fisci:quia omnia principis esse intelliguntur:vt s.de quadrien.præscrip.l.fi.in prin.

c¶ Eodem iure vtitur.] vt vendens iure creditoris,non teneatur de euictione:vt hic,& ff.de act.emp.l.emptorem.§.sententiam.nisi vt cedat contrariam pignoratitiam,& se præstet potiorem , & sibi obligatam:vt dicta l.in creditore.& in fi.huius legis.

d¶ Creditore.] tunc enim tenetur sicut promisit:vt hic,& j.l.proxi.& debitor tenetur pignoratitia contraria actione creditori ad totum interesse:si ideo promisit creditor quòd melius venderet, vel ideo quia consuetudo erat,aliàs ad pretiū tantū,non ad duplam:licet in dupla ex promissione teneatur emptori creditor:vt ff.de pig.act.l.si pignore.§.fina.& & l.sequen.& ff.de dist. pig.l.rescriptum.in fi.

e¶ Si tamen fiscus.] qui prius vendiderat pignus.

f¶ Successit.] scilicet post venditionem pignoris factam.

g¶ Nomine fisci.] nā sic contra suum factum veniret:quod nō potest: vt hic , & ff.de adopt.l. post mortem. & j.ne fiscus rem quam vē. euin. l.j.& ij.lib.x.& sic esset in priuato creditore priꝰ vendente, & postea in ius alterius succedente: vt ff.de distrac.pig.l. & si is.& facit ff.de iure fisci.l.iij.§.si posteriori.

h¶ Vendebat.] & sic firmus est contractus:vt supra si antiquior cre.l. j.Accur.

i¶ Iure vendit[a].] collige ergo hic creditorē quatuor præstare debet.Primò quòd sit sibi res obligata, vt ex principio legis patet, vbi dicit prædium obligatū. & hic dicit pignus.Secūdò quòd sit potior quolibet alio creditore : vt hic,qd euenit,vel tēpore:vt s.ꝗ po.in pig.ha.l. ij.vel priuilegio : vt in hypotheca pro dote: vt s.ꝗ po.in pig.l.fin. Tertiò ꝙ creditor credat rē esse debitoris,&sic nō sit in dolo & eadē ratione. Quartò ꝙ sibi liceat vēdere ex pacto[b]vel ex lege,vel saltem credat sibi licere cùm interdum iuste possit errare:vt ex cōtractu procuratoris : vt dicta l.emptorem.§.Iulianus.& §.sententiam.& s.l.proxi.Accur.

Creditor vendēs rem sibi obligatā quatuor pstare debet.

a Nota hāc glo.& vide notata in l. iij.C.de di. str.pig.hic.

b Videbis gl. §.econtra. & ibi no.insti. q. bus alie.li. cet vel nō.

SI a creditrice iure.] CASVS. Tu a creditrix vēdidit mihi prædium sibi obligatum lege vel pacto,si euincatur à debitore, non agā de euictione , nisi de euictione repromiserit,vel dolum commiserit:quē quāliter committere potest creditrix, non aperit.tu dic si sciat sibi non fuisse obligatum,vel se non esse potiorem,vel rem non esse , vel si dicāt suam esse, cùm sit aliena , vel sibi non licere:in quibus casibus aget emptor de euictione.

k¶ Promisit.] vt s.l.proxi.

l¶ Vitio.] id est sibi non esse obligatam,vel se non esse potiorē , vel rēnon esse debitoris,vel sibi non licere vēdere:vt hic,& ff.de ac.emp.l. emptorem.§.Cassius.& §.Iulianus.& §.sententiam.

m¶ Non excusat.] nota ergo aliquem scientem teneri, qui ignorans non teneretur:sic ff.de hære.ven.l.hoc autem.

¶DE PATRIA POTESTATE.¶ *Dictū est suprà de iure quod habet aliquis in rebus suis uel alienis uel in personis.i. quòd persona alterius mihi obligata sit:nunc de iure quod habet aliquis in personis filiorum de iure ciuili.Azo.*

Continuatio.

SI filium.] CASVS. Mater filium suum hæredem instituit:tutorem in testamento suo ei nominauit:tutor administrauit:& hoc passus est pater tanquā filius esset emācipatus: vult pater tutorem remouere,dicens filium in potestate sua esse:nunquid est audiendus,quæritur. Et dicitur quòd potest esse quòd non sit audiendus:cùm diu sit passus filium morari in emancipatione.

n¶ Aestimabit.] bene dicit æstimabit.potest enī esse cā quare non audiaris.& hoc est cū diu &c.sed hic fortè ppter iustā ignorātiā posset ei subueniri per restitutionē ex clausula generali:vt ff.ex quib.cau.ma.l.j.§.vl.

o¶ Cum diu.] puta decennio:vt ff.qui & à quib.l.si cum fideicōmissa.§.aristo.Vel dic xx.an.vt sicut seruus præscribit tibi libertatem tanto tēpore,sic & filius suā potestatē:vt s.de præsc.lon.tēp.quæ pro lib.l.ij.

p¶ Passus sis.] per quā patientiam videris approbare. & præsumitur eum esse sui iuris:vt hic,& argumen.s.de petit.hæreditat.l.si filius.& l. si putas.& ff.ad macedonianum. l. si filiusfamilias patre absente.& ff. de repu.

de repu.l.fi.§.fi.& hoc cum dubium est,emancipauerit eum vel non.si autem esset certam emancipationem factam,sed dicit pater non iure factam,non auditur pater,si diu sic stetit filius:vt ff de adopt.l. post mortem.si non diu,tunc auditur:vt §.si aduer.rem iudi.l.ij.Accur.

a Nominati.] nam dari de iure non potuerunt: sed nominati debet confirmari:vt ff.de confir.tuto.l.j.

agi per eos qui testamẽto matris tutores nominati [a] fuerunt.PP. sine die & consule.

Quod habet filius, præsumitur ad patrem pertinere,nisi probetur de rebus ad patrem non pertinentibus.h.d.Bal.

Imperator Antoninus A Maroniæ.

LEX II.

EIus quod in potestate patris agens habuisti, dominiũ ad patrem tuũ pertinuit,extra ea quæ nõ acquirũtur [b].PP.xvj.cal. Mart.Læto ij.& Cereali Conſ.

Eius.] CASVS. Filius in potestate cõstitutus,acquirit patri:nisi sint ea quæ patri non acquiruntur,puta castrensia.

b Non acquiruntur.] patri: vt castrense peculium,& quasi.

b Non acquiruntur.] i.prohibentur acquiri,vt sit infinitũ verbũ.& est exemplũ eorum quæ non acquiruntur iure veteri castrẽsia & quasi:vt ff. de iudi.l. lis nulla.& instit.p quas perso.no.in prin. hodie omnia etiam aduentitia quantum ad proprietatem:vt dicto titu.instit. per quas perso.§.j.&.§. de bo.quæ libe.l.cũm oportet.& l.fi.

Filius res acquisitas alienare non potest. & si patrem offendit,potest castigari per patrem. & si est necessaria seuerior castigatio,patre petente iudex debet eum punire ea pœna quam pater dictauerit.h.d.secundum Bal.

Imperator Alexander A.Artemidoro.

LEX III.

SI filius tuus in potestate tua est,res acquisitas tibi alienare nõ potuit [c]. Quem si pietatẽ patri debitã non agnoscit: castigare iure patriæ potestatis nõ prohiberis [d]:acriore remedio vsurus, si in pari cõtumacia [e] perseuerauerit:eũq; præsidi puinciæ oblaturus,dicturo sententiam [f],quã tu quoque dici volueris [g]. PP.vj.id Decẽb.Albino & Maximo Cõſ.

Si filius.] CASVS. filiusfami. aliqd acqrit,quasi patri quæsitũ alienari nõ potest:& si patri non obediat,castigare eum poterit.Si verò in contumacia perseuerauerit, eũ iudici offerat accepturo de filio vindictam qualem pater voluerit.

c Non potuit.] idẽ de aduentitijs quamuis non acquirantur: vt §. de bo. quæ lib.l.fi.§.filijs autem.

d Non prohiberis.] sic ff.de fur.l.serui & filij.& de iniur.l.prætor.§.præterea.in fi.§.& l.fina.& §.de bo.quæ libe.l.fina.§. filijs autem.

e Cõtumacia.] simile de liberto ff.de iure pa.l.j.

f Sententiam.] de eo conuincendo, vel commouendo,& puniẽdo. & est sic ff.de offi. procon.& le.l.nec quicquã. §.de plano.& ar.ff.de offic. ꝑfect. vrb.l.j.§. cũm patronus.& ff. de obsequijs li. per totum.& j.qui accusa.non poss.l. propter. & j. l.proxi.

g Volueris.] nam est verisimile quòd non prauam sententiam petet:vt dicta l.propter.

Quæstiones domesticæ inter matrem & filiũ debent dirimi:sed si necessarium est iudicium,in ciuili causa seruabitur iudiciorum ordo.Si verò alius excessus contra matrem deprehenditur,seuerius per iudicem plectitur.h.d.Bal. Vel sic: Causæ pecuniariæ inter patrem & filium iuris ordine sunt tractandæ:& reuerentiam debet filius matri,& impietatem filij debet iudex seuę rius uindicare.h.d.Sali.

Impp Valerian.& Gallien.AA.Calæ.

LEX IIII.

COngruentius quidẽ videtur intra domũ inter te ac filios tuos,si quæ cõtrouersię [h] oriũtur, terminari. Sed si ita res fuerit, vt pro iniurijs eorũ,& ad ius experiẽdũ,& ad vindictã procedere:is aditus præses prouinciæ super disceptationibus quidẽ pecuniarijs [i] consuetum exerceri iubebit ordinem iuris:reuerentiam autẽ debitam exhibere matri filios co

Congruẽtius.] CASVS. Si inter patrẽ & filium orta est cõtrouersia,in domo debet determinari.Et si filius aduersus patrem velit experiri in causa pecuniaria,iudex inter eos debet iustitiam exhibere.Item compellet iudex filium vt matri reuerentiam præstet quod nisi præstet,eum poterit punire.

h Controuersiæ.] siue ciuiles siue criminales :vt hic,& argu.§. an seruus ex suo facto.l.fi.& dixi §.l.proxi ij.respon.

i Pecuniarijs.] idem de criminalibus:vt j.qui accusa.non pos.l.propter,& intellige in emancipato quantum ad pecuniarias lites: aliter nõ posset esse iudicium:vt §.de in ius voc.l.vlti.& ff.de iudi.l.lis nulla. & §. de transac.l.fi.

Filia.] CASVS. Non solùm debet filia patri obedire,sed alere & sustentare tenetur.

k Vitæ.Nota ergo inferiorem alere superiorem:vt §.de bo. quæ libe. l.fi.§.hoc proculdubio.& §.de alen.lib.l.j.& j.& iij.& ff.de libe. agno.l. si quis à liberis.in prin.Accur.

ABdicatio.] CASVS. Licet apud Græcos pater filiũ vendere potest,non tamẽ apud nos:sed si fiat venditio,non tenebit:vt §. de patri.qui fi.dist.l.j.

get.Et si prouectam ad inclementiores iniurias improbitatem deprehenderit,læsam pietatem seuerius vindicabit.PP.xv.cal.Iuñ. Aemyliano & Basso Conſ.

Filia tenetur alere matrem pauperem.& uocat ista lex alimenta,subsidium uitæ.h.d.Bal.

Impp.Dioclet.& Maximian.AA.Donato.

LEX V.

FIlia tua non solùm reuerentiam,sed etiam subsidium vitæ [k] vt exhibeat tibi , rectoris prouinciæ authoritate compelletur.PP.calen.Martijs, Diocletiano iij.& Maximiano AA.Conſ.

Quæ naturalia sunt,separari non possunt.h.d.Bal.uel sic:Coniunctio naturæ non potest separari:nec filius à patre uendi.h.d.Sali.

Idem AA.Hermogeni.

LEX VI.

ABdicatio [l] † quæ græco more ad ad alienandos liberos vsurpabatur,& ἀποκήρυξις dicebatur,Romanis legibus nõ cõprobatur.PP.xviij. calen. Decembr. Maximiano A. ij. & Ianuario Conſ.

l Abdicatio.] i.separatio:vt quia pater filium vendebat. hoc quidem fieri non potest apud nos:vt hic.& §.de patribus qui filios distra.l.j.nisi in casu:vt in l.ij.eiusdem tit. Vel dic abdicatio: vt quia dicebat pater, nolo quòd sis filius meus, & filius consentiebat vel ignorabat, vel dissentiebat. hoc quidem similiter fieri non põt apud nos:vt hic,& ff.de pact.ius autẽ agnationis.& de reg. iur.l.iura sanguinis.

Militia non liberat à patria potestate.

† Abdicationum causas, vide apud Alciat, dispunct.li. ij.c.xxvij.

Licet filius sit miles,nepos natus ex eo est in aui potestate:& non in potestate patris sui mi litis,donec auus uiuit.h.d.Bal.

Idem AA.& CC.Duplicanæ.

LEX VII.

SI maritus tuus licet militans in patria potestate constitutus,filiũ ex legitimis suscepit nuptijs:eum [m] in potestate aui perseuerasse non ambigitur [n].S.ij.noñ. April.CC.Conſ.

Si maritus.] CASVS. An filius filijfa. militis sit in potestate aui,quæritur, Et dicitur quòd sic.

m Eum.] s.nepotem.

n Ambigitur.] nã & ipse filius licet miles sit,remanet in potestate:vt instit. quibus mo. ius pa. po.sol.§. filiusfamilias. & facit j. de castrẽ.pecu.l.errat. lib.xij.

Natus legitimè ex liberto,est in liberti potestate.h.d.Bal.

Idem AA.& CC.Aemylianæ.

LEX VIII.

LIbertos exemplo ingenuorũ filios suos post libertatem ex legitimis nuptijs natos, in ptãte habere,non est prohibitũ [o].S.xvj. cal.Maij,Sirmij,CC.Conſ.

Libertos.] CASVS. Sicut ingenui homines liberos natos ex legitimo matrimonio habent in sua potestate,ita liberti.

o Non est prohibitũ.] imò permissum: vt & §.de suis & legi.hære.l.filium.& §.de serui. reipu.ma.l.si decretum.

Licet quis neget aliquem esse filium suum, ei non potest denegare alimenta quæ pater filio post triennium præstare debet.h.d.secundũ Bal.

Idem AA.& CC.Niconagoræ.

LEX IX.

NEc filium [p] negare cuiquam esse liberum [q], senatusconsulta [r] de partu agnoscendo, ac denunciata pœna [s] , item

Nec filiũ.] CASVS. Quatuor sunt quæ declarãt nulli licere negare filium quominus teneatur ei præstare,quæ filio à patre sint præstanda, scilicet senatuscon.de par. ag.pœna denũciata aduersus eum.item præiudicialis actio:& remediũ alimentorum.

p Nec filium.] legitimũ,vt non teneatur ei præstare quæ filio à patre præstanda sunt.

q Liberum.] i.licitum.

r Senatuscõsulta.] scilicet declarant quod est in fi. & sic subaudi declarant,ad omnia sequentia.& sunt hæc scilicet Plautianũ. quod pertinet ad eos partus qui post diuortium edũtur.Item aliud senatusconsultum quod factum est tempore diui Hadriani,cuius nomen non habemus:quod pertinet ad eos qui constante matrimonio edũtur:vt ff.de agnos. libe.l. siue.§. quia plautianum, hæc enim senatusconsulta dicunt aliquem agnosci , id est haberi vt filium.

s Pœna.] pœna est ex eisdem senatusconsultis : vt agnoscere.i. tenere & alere vt filium teneatur,licet nõ sit filius:& sic cõstet calumniosè petere.quòd si nõ fecerit,subijcitur alia pœna:quia extra ordinẽ punitur: vt ff.de lib.agno.l.j.§.iulianus. aliâs quod senatuscon.& §.pœna. Sed secus in carboniana,quæ nõ datur alicui q calũniosè petit:vt ff.de carb. edic.l.iij.§.causæ.hæc quidẽ pœna ei imponitur,si ad denunciationem mulieris faciendã intra triginta dies à tempore diuortij dicentis se ex eo pregnantem,nõ contra denunciauit:scilicet nõ ex se eam esse pregnantem.Vel custodes non misit:vt in eodem titu.l.j.§.j.& ij. alterum enim

Alimẽta an sint præstanda per eum q negat aliquem filiũ.

prædictorum ſufficit facere marito:vt in ea.l.j.§.fi. ſed licet teneaт̃ agno-ſcere vt filium,non præiudicat plenè cauſæ filiationis:vt in ea.l.§.elegãter.& §.Iulianus.&' §.ex his.An ergo maritus reſponderit vel cuſtodes miſerit ſummatim,quæritur:& pronunciatur ali vel non ali : vt eod.tit. l.ſi quis à liberis.§.ſi vel parens.vbi non reſpondet, omnino ſine cognitione aliqua cogitur agnoſcere: vt dicto §.iulianus.al's qđ ſenatuſcõſul.in princi. Vel dic ſecundò, pœna amiſsionis patriæ poteſtatis : vt nõ habeat eũ in poteſtate cui negat alimenta,vt in liberto dicitur : vt ff. de liber.agno .l.alimenta.& in ſeruo:quia liber efficitur:vt ſ̃.de lati.lib. tol.l.j.§.ſed ſcimus. Sed huic videtur cõtra. ſ̃.de nup.l.patrem. vbi videtur non amittere patriã poteſtatem:licet non vt filiam habuit in alendo: ſed ibi non potuit plus amittere patriam poteſtatem,quam ſemel amiſerat exponendo: vt j̃.de infan.expo.l.ij.

† In quodã exẽplari qđ' diligẽtius recognitumvidetur, illud ſic ſcriptum ĩuenimus & remediũ alimentorum apud præſidem maiori trimo petendi monſtratum iure,manifeſtè declarat.

prȩiudicium [a] edicto perpetuo ꝓpoſitum †, & remediũ alimẽtorũ apud prȩſidẽ maiori trimo [b] petẽti nomine eius [c] monſtratũ, iure manifeſto declarant [d]. S.v.calen. Maij Sirmij, CC.Conſ.

Pater non poteſt derogare libertati filij:olim uerò libertati non ſolùm derogare licebat,ſed etiam occidere.hoc dicit. Baldus.Vel ſic : Pater filium non poteſt facere ſeruum , niſi ex neceſſitate famis.

Imperator Conſtantinus A. ad Maximum P.V. LFX X.

LIbertati à maioribus tantum impenſum eſt , vt patribus q̃bus ius vitæ in liberos , necisque poteſtas olim erat ꝑmiſſa [e] , libertatem eripere nõ liceret [f].D.xv. calend.Iuñ.Theſſalonicæ,Seuero & Rufino Conſ.

TITVLVS XLVIII.
De adoptionibus.

Actus legitimus adoptionis non poteſt explicari, niſi coram eo qui ſuper eo actu habet plenitudinem iuriſdictionis .h.d.Bal.Vel ſic: Magiſtratus authoritate adoptantur ij,qui in aliena poteſtate ſunt.h.d.Sali.

Imper.Gordianus A.Martiæ. LFX I.

I qui in aliena poteſtate ſunt , iuxta ius ciuile nõ niſi apud eũ [g] apud quẽ plena legis actio [h] eſt,adoptari poſſunt.PP.cal.Iuñ. Gordiano A.& Auiola Conſ.

Arrogatio authoritate principis fieri debet, cauſis arrogationis examinandis per præſidem iuſſu principis,quando impubes arrogatur:& talis arrogatio ualet:ac ſi eſſet coram toto populo Romano facta.hoc dicit.Bal. Vel ſic:Impuberis arrogatio à principe impetrata,præſidi eſt intimanda : qui cum magna inquiſitione habet illam concedere.Et tenetur arrogator impuberi quartam bonorum relinquere ei uel præbere , ſi eum emancipat ſine cauſa.Et quia arrogatione finita emãcipatione uel impuberis morte, bona impuberis ueniunt reſtituenda : ideo tenetur arrogator ſatiſdare ſeruo publico de eius bonis conſeruandis & reſtituendis in caſibus prædictis.h.d.Sali.

Impp. Diocletian.& Maximianus AA. Timotheo. LEX II.

IMpuberem [i] quem ad vicem naturalis ſobolis arrogare de-

a Præiudiciũ.] i.præiudicialis actio:quia dicit ſe filium eſſe:qđ prȩiudicium fit patri,ſi nõ econtra denunciet ex ſe non eſſe prægnantem. Vel mittat cuſtodes : vt ff.de libe.agno.l.j.§.iulianus . Vel dic. i. præiudicialis in rem actio, quæ datur filio cõtra patrem , per quem petit illum in patrem,& ſe ei in filium:vt inſti.de act. §.præiudiciales.quæ nõ eſt verè rei vẽdicatio:cũ non ſit pater in dñio filij:nec filius in dñio patris.Et prȩiudicialis ideo dicitur:quia præiudicat alijs queſtionibus,vt interim non tractentur: vt ff.de libe.cau. l.ordinata. Item edicto dicit, id eſt in generali præcepto . verba cuius edicti non habemus.

b Trimo petẽti.] i. triennio.inde annua bima,trima &c-vt ſ̃.de rei vxo.acti.§.cũ autem.intra trienniũ.ergo mater debet alere : pater abinde ſupra : vt hic,& j̃.de infan. expoſ. l.ij.& ſ̃.de nego.geſt.l .alimenta.& de hoc ibi dixi.

c Nomine eius.] ipſe enim cum ſit infans, petere non poteſt.

d Declarãt.] quatuor ergo ſunt quȩ declarãt non licere alicui negare filiũ: quæ hac.l.dicũtur.

LIbertati.] CASVS. Licet pater habuerit olim poteſtatẽ vendẽdi filiũ vel nõ:tamen fauore libertatis pater filiũ in ſeruitutem redigere non poteſt.

e Permiſſa.] vt ff.de lib.& poſthu.l.in ſuis.in fi . qđ hodie non licet, etiam in ſeruis:vt inſti.de ijs qui ſunt ſui.§.j.

f Non liceret.] niſi propter famem:vt ſ̃.de patri.qui fi.diſ.l.ij.

DE ADOPTIONIBVS. *Quia & per adoptionem conſtituitur patria poteſtas:ideo & de ea dicit:ut inſti.eo.in prin.*

IIqui.] CASVS. Qui filiũ nõ habẽt,an aliquẽ poſsint adoptare,quærit.Et dicit ꝙ ſic,apud competentem iudicẽ.

g Eum.] præſidem.

g ¶Propriam maiestatem.] vt scilicet valeant quantumcunque sint, sine insinuationę: vt hîc, & s. de quadrien. præscrip. l. fi. §. fi. & econtra si priuatus donet principi, idẽ est: & hoc dicit authen. quæ est hîc. Item & à priuatis &c. quæ est ex titulo, vt non fiant pign. pro alijs. §. fina. col. v.

h ¶Ad quingentorum.] quod hodie est ius commune per legem penul. j. eo. Vnde dixerunt quidam ex ingenio suo, quòd hodie licet donare in pias causas sine insinuatione, etiam vsque ad octingentos solidos: vt addãtur ccc. vt olim. Alij dixerunt in immensum causa pietatis posse donari: vt in authen. de non alien. §. finimus. colla. ij. Sed ibi de imperiali donatione dicit. donationes autem in ca-10 ptiuorum redemptione in immensum fiunt, etiã sine scriptura: vt infrà eodem. l. pe. in prin.

Donatio in pias causas, an sine insinuatione possit in immẽsum fieri.

i ¶Etiam nisi.] i. si nõ. nam valet sine insinuatione facta donatio propter nuptias minori fœminæ: vt hîc, & s. de donatio. ante nup. l. minori-20 bus. quod hodie est ius generale vt dixi per authen. eo decursum &c. in eodem titu.

† Concor. c. pastoralis cũ gl. super verb. plures de rescrip.

k ¶Non in auro.] idem in Boñ. & qualibet alia moneta, cùm res per eam æstimentur: vt. ff. de fideiuss. l. si ita fideiussorem. si ergo sit aurum vt 30 species, erit idẽ quod in alia specie: vt. ff. de lega. j. l. planè. j. §. ij.

l ¶Communione.] quæ inducitur ex eo ꝙ pars quæ est vltra legitimum modum, remanet penes donantem: alia trãsit in donatariũ: sicq; efficitur communis.

40 m ¶Contentio.] quam solet excitare communio: vt. ff. de lega. ij. l. cùm pater. §. dulcissimis. Ioan.

n ¶Ampliorem.] Nota quòd ratione maioris partis quis maiorẽ consequitur potestatem. sic. ff. de pact. l. maiorem. & ff. 50 de statu homi. l. quæritur hermaphroditum. & j. de metatis. l. ij. lib. xij. & de ijs qui se de. l. j. lib. x. & ar. quando & qui. quarta pars. l. ij. in princ. li. x Sed quid si æquales habeant portiones: vt quia res valet sexcẽtos aureos? Dic, fortè occupantis meliorẽ 60 esse conditionem: licet quidam dicant neutrum eligere. pro prima opinione facit. ff. de pecul. l. si verò. & est hoc speciale vt in re communi sic fiat: aliàs contra: vt. ff. cõmuni diui. l. Sabinus. & s. communi diui. l. penul.

Potestatem maiorẽ qs cõsequitur ratione maioris patris.

o ¶Qui minorem.] 70 Not. ꝙ cùm is est in mora qui habet electionem: transfertur electio in aduersarium. sic. ff. de leg. j. cùm quidã ita. in fi. & de sol. l. j. & est arg. pro R. in legato relicto in genere. Arg. cõtra. ff. de op. leg. l. mancipiorum. Accur.

Electio ꝑpter morã transfertur.

p ¶Reuocentur.] quod 80 esse nõ debet: vt ar. ff. de re. du. l quoties. ij.

q ¶Intelligantur.] j. proxi. §. si quis cõtra. Sol. hic pluribus temporibus liberalitatem suã pluries dando exercuit: ibi semel tantùm, licet solutionem per diuersitatem temporum facere voluerit. Item ad id ꝙ non coniungũtur. facit. ff. de iurisdi. om. iud. l. si idem. & s. qui nume. tu. l. j. in fi. Sed arg. cõtra. ff. de appel.

de appel.l.ſi quis ſeparatim.§.j.Item & nota argu.ꝙ aliud eſſet in legatis. ſi enim relicta ſingularia vltra dodrantem plura intelligerentur:non detraheretur Falcidia de ijs quæ primo relicta dodrantem non excedunt:ſed de pòſt relictis.quod eſt falſum.

a ¶ Præſtari quantitatem.] puta centum aureos.Acc.

b ¶ Vel dantis.] tātū dantis,vel accipientis tātum,vel vtriuſq; alternatiuè.ſed.j.proxi.fuit expreſſum de dante tantum,vel accipiēte tātum.

c ¶ Multæ intelligātur.] ad hoc vt non inſinuentur: verè tamen vna eſt ſtipulatio: vt.ff. de donatio.cauſa mor.l. ſenatus.§.fi.& de verbo. obli.l.ſi ſtichum.§.j.quæ ſunt contra. vt ſemel in principio inſpiciatur cōditio ſtipulatoris vt ſibi vel alij quęrat: vt. ff. de verbo.obli.l.ſi filius. nec obſtat prædictis in.e.tit. l.pluribus.vbi plures dicit eſſe ſtipulationes:quia ibi per alia verba facta fuit.ſ.annua &c.Vel recitat ibi quandam opinionem,quæ non eſt vera. legata autem annua conſtat eſſe plura: vt. ff.de an.lega.l.cùm in annos. &.d.l.ſenatus.

d ¶ Fortunæ.] Nota ꝙ ratione incertitudinis ſtatuit valere.ſic.ſ̄. de vſur.l.ſi ea lege.&.l.oleo.

e ¶ Poſsibile ſit.] ſimilis ratio.ſ̄. de vſufr.l. ambiguitatē. §.cū enim. inſpicitur ergo quod pōt cōtingere:vt hîc,&.ff.de iuriſdic.omnium iudi.l. ſi idem.§.fin.& de lega. j.cùm res.§.fin.& de ſtatu.libe.l.ij.§.fi.

f ¶ Metas.] ſubaudi per. Azo.

g ¶ Superuenire.] alîas ſuperuiuere,& alîas ſuperuenire,id eſt ſuper eſſe.ſubaudi tantū, quòd alter deceſſit.

h ¶ Hæredū.] ſ.indefinitè.Sed qd ſi de primo tantùm dixerunt? Reſpon.idem: quia eadem eſſet ratio promiſſionis in ſecundo & vlteriori. Sed licet non valeat in infinitum,an valeat vſq; ad legitimum modum? Reſpō.ſic, puta ſingulis centum annis. ſicq; elapſo triennio non valebit vltra,& per tempora fiet ſolutio.non ſtatim ab initio.

legitimam ſummam,non indiget inſinuatione:ſecus ſi ex utraq; parte,uel ex altera hæredis fiat mentio.et non reperitur alibi.Bal.Vel ſic:In ſtipulatione annua requiritur inſinuatio,ſi ſit facta mentio hæredis donantis uel donatarij. & fortius ſi utriuſq;.alias non eſt neceſſaria.hoc dicit Sali.

¶ Si quis autē talem receperit donationē, in qua ſtipulatus fuerit annuam quandam ſibi præſtari quātitatē [a] tantæ ſummæ quæ nō excedit legitimū donationis modum:variabatur,vtrū eum ex particulari donatione multas feciſſe donationes exiſtimandū ſit,& eas actis nō indigere,an ex totius ſtipulationis fundamēto & fonte eiꝰ ex quo annuę donationes profluxerunt,& vnā eſſe eam donationē putādū,& proculdubio monumētorum obſeruatione vallandá,qđ veteres quidem ſatis abundeq; variauerunt.Nos autē omnia certa diuiſione cōcludimus. vt ſi hmōi quidē fuerit donatio,vt intra vitā perſonarum ſtetur,vel dātis [b],vel accipiētis:& multę intelligātur [c] donationes:& liberè à monumentorum obſeruatione. Incertus etenim fortunę [d] exitꝰ hoc nobis ſuggeſſit vt poſſibile [e] ſit vnius anni tantummodò, vel breuioris, vel etiā amplioris temporis metas [f] ſuperuiuere [g]:vel donatorem, vel eum qui donationē accepit,& ex hoc inueniri etiam totam ſummā donationis nō excedere legitimā quantitatem. ¶ Sin autem etiam hæredum [h] ex vtraq; parte fuerit mētio,vel adijciatur tēpus vitę [i], vel donatoris, vel eius qui donationem accepit:tūc ei quaſi perpetuata donatione,& cōtinuatione eius magnam & opulentiorē eam efficiēte:& vna intelligatur donatio,& quaſi dēſioribus [k] donationibus cumulata, excedere legitimum modū,& oīmodo acta depoſcere,& aliter minimè cōualeſcere.Recitata ſeptimo in nouo cōſiſtorio palatij Iuſtiniani. Dat.iij. Cal.Nouembr.Decio V. C.Con.

i ¶ Tempus vitæ.] hoc videtur cōtra eſſe ei qđ ꝓximè dixit:ibi,nos autem &c.Sed dic,hîc certum tempus.ſ.centū annis:vt.ſ̄.de ſacroſan.eccle.l.fi. ibi,incertū.Vel diſtingue,an ex vtraq; parte ſit perſonalis.ſ.dantis & accipiētis.& tunc intelligantur plures donationes.An ex altera perſonalis,& ex altera realis:quia fuit facta mentio heredis ex altera parte tantùm,& ex altera vitæ hominis:& tunc intelligitur vna donatio.Item ſimiliter eſt contra.ſ̄.proxi.§.Sol.vt ibi diximus.

k ¶ Denſioribus.] id eſt ſpiſsioribus.

S I quis.] CASVS. Si promiſi alicui argētū,alîas in maſſa ſoluēdo, vel in vaſis.liberor.Si promiſi reditū annuum,teneor dare prædium tāti reditus.Si promiſi tibi.v.ſeruos:nō optimos, non viliores, ſed mediocres dare debeo.ſi non habeo ſeruos:teneor dare æſtimationem, ſcilicet.xv.ſolid. pro vnoquoq; ſeruo.Item ſi nō habeo prædium,dabo æſtimationem in.xv. annos.Idem eſt de argēto.& in omnibus his caſibus, ſi donatio ſubſiſtat intra legitimū modum:nō erit inſinuatio:aliter ſuperfluum enaneſcat. & hoc in prima.Si verò quis omnia bona ſua,vel duas partes, vel tertiā, vel quartam,& ſic deinceps donat:valebit donatio:ſi q̄relæ inoffi.locus non ſit:& ſi neceſſaria fuerit inſinuatio:puta quia excedat ſummam,interponatur: ſi intra ſubſiſtat,non:ſed quod iam ſtatutum eſt.Sin autē donator in caſibus prædictis vſumfruct.retinuerit in re:intelligatur facta traditio: ſi verò de vſuſfructus retētione nihil dixerit,ſiue interceſſerit ſtipulatio,ſiue nō:ſi aget cōdi.ex.l.compelletur donator rē tradere.& licet ab initio in poteſtate ſua erat nō donare:tamē ex quo donauit,neceſſe habebit tradere,& maximè cùm in pias cauſas facta ſit donatio.aliquando non ſolùm pro motu iud.extra ordinem punietur,ſed cœleſtes pœnas expectabit:nec ſolùm ipſe ad tradendum compellitur,ſed & hæres eius.

¶ Pro materia poteſt ſolui materiatum,& ecōuerſo.hoc primo. Pro reditibus ſolui prædium ad percipiēdū reditū.hoc ſecūdò.Quod indeterminatè promittitur, nec peſsimum ſolui poteſt, nec optimum ſolui debet, ſed mediocre.hoc tertiò. Qui promittit in dando ſeruos quos in patrimonio non habet,uel reditus, cùm non habeat poſſeſſiones tot reditus afferentes:tenetur ſoluere iuxta æſtimationem hic deſignatam.h.d.uſq; ad.§.Sed ſi quis uniuerſitatis. Bald.Vel ſic:Qui cauſa donationis promiſit certum pondus argenti,poteſt illud dare in maſſa, uel ciphis iuſto pretio æſtimandis.h.d.Sali.

Idem A.Iuliano præ.prę. LEX.XXXV.

SI quis argentū donauerit,certūq; pondus [l] nominauerit,nō autem aliâs vel generaliter [m], vel ſpecialiter expreſſerit: neceſsitatem ei ♁ imponimus omnimodò præfatū pondus argēti dare, ſiue in vaſis quibus voluerit,nō tamē peioribꝰ ęſtimatione [n] maſſę: ſiue in ipſa ęſtimatione quę pro maſſa rudi in illis locis frequentata eſt.

¶ Donans certum annuum reditum ex poſſeſsiōibus ſuis,neceſſe habet dare fundos mediocres eiuſdem reditus.h.d.Sali.& notabiliter.

¶ Si verò reditum certū ex poſſeſſionibꝰ donauerit,nō tñ noīa poſſeſsionū edixerit: neceſſe habere de ſua ſubſtātia fundos [o] tradere, tantum reditum [p] inferre valētes, quātū in donatione poſuerit:in talibus tamē agris,qui nec omnibꝰ quos habet in poſſeſsione antepo nūtur:nec deteriores oībus ſunt, ſed ſtatus mediocris [q] inueniūtur.

l ¶ Pondus.] aliâs nō valet:vt.ff.de iure dot.l. cū poſt.§.gener.Item in pondere ideo dicit: quia ſi in ſpecie,nō poſſet fieri ſolutio in ęſtimatione: quod ſtatim dicet: vt. ff. de auro & argento lega. l.j.§.fi.in fi.

m ¶ Vel generaliter] vt anglicanū:ſpecialiter, vt hoc.

n ¶ Aeſtimatiōe.] Nota ergo ꝙ cui debetur aurū et argētū, pōt ſolui pecunia:vt hîc, &. ff. de auro et argento lega.l.j. §.fina. Sed contra. ff.de ſolu.l.Paulꝰ reſpondit.j. vbi dicit nō cōpelli creditorem in alia forma accipere ſolutionē. Sol.ſecūdū quoſdā ſpeciale hîc in fauorē exercentis liberalitatem: & ſic eſt ſpeciale fauore vltimæ voluntatis: vt in dicta.l.de auro & argento legato. Tu dic pecuniam poſſe ſolui pro maſſa: non tamen ęre contaminatam: vt not.ff.ſi certum petatur.l.ij.§.mutui.Item an pecuniam vnam pro alia pecunia cogitur creditor accipere: vt Boñ. pro imperialibus: hoc non videtur per.d.l.Paulus.j.&.ff.ſi certum petatur.l.cùm quid.niſi ſic ſe habeat conſuetudo, vt Bononię: pro quo eſt.d. l.cùm quid.&.ff.de reg. iur.l.ſemꝑ in ſtipulationibus. ADDITIO. Aduertas ꝙ Bar.in dicta. l.Paulus.ponit hanc quæſtionē,& dicit ibi quòd quando debitor vult ſoluere aliam pecuniā eiuſdē ligę ſiue bonitatis in materia, licet eſſent diuerſę formę:idem videtur ſolui:& ideo creditor cogitur illam talem pecuniam recipere.ſed ſi vellet debitor dare monetā alterius materię quę non eſſet eiuſdem ligę,de iure poſſet creditor refutare:quia aliud pro alio ſolui non poteſt. de quo vide latius per eundem Barto.ibidem.Vide etiam circa hanc materiam Abb.in.c. quanto in fi.extra de iureiuran.

Pecunia poteſt ſolui illi cui debetur aurū & argentum.

♁ Imponi.

o ¶ Fundos tradere.] Sed quomodo cōpellitur aliud ſoluere,& donatarius quomodo recipere tenetur:Reſpond.Quidam dicunt,ꝙ dantur ei in pignore.arg.ff.de ali.leg.Lucius.Sed ibi teſtator ſic voluerat ꝙ darentur alimētario. Alij dicunt quòd hic promiſit dare poſſeſsiones tantùm reditum inferre valentes:licet litera videatur dicere reditum.quod non placet:quia contra literam eſſet.Tu dic ideo hoc eſſe,quia placuit principi:& ei placuit fauore exercentis liberalitatem contra communia iura: quia aliud pro alio inuito creditore reddi non poteſt &c.vt.ff.ſi certum peta.l.ij.§.mutui.in fin.§.&.ſ̄. de ſolu.l.eum.quod ergo ſubijcit,tantum reditum &c. probat donatarium ius habere in eis ad inſtar fructuarij:vt.ff.de vſufruct.l.hactenus.& alimentarij:vt.ff.de alimen.leg.l.ij.vt faciat coli,& fructus percipiat tot, quot ſufficiunt ſingulis annis ad donationem,deducta omni expenſa: quia alias non dicitur fructus:vt.ff.de peti.hæred.ſi à patre.§.fina.&.ff.ſolu.matri.l.fructus. Item hoc quando non nominauit certum fundum:vt dixi.aliâs ex eo darentur:vt.ff.de tritico lega.l.cùm certus.

Creditore īuito aliud pro alio reddi non pōt.

p ¶ Reditū.] puta decem corbes frumenti annis ſingulis.Accur.

q ¶ Mediocris.] vt &.j.proxi.§.ſic in legato: vt.ff.de lega. j.l.legato generaliter.idem in ſtipulatione:vt.ff.de verborum obliga.l.quicquid.Sed arg.

contra. ff. manda.l.si fideiussor sine.
a ¶ Sed & hic.] non solùm superiori.§.
b ¶ Habes] nec fundos.
c ¶ Vel nõ tantùm] scilicet habens.
d ¶ Nonamplius.] i. non maior.
10 e ¶ Quindecim solidis.] sic fit æstimatio. s.de condi.inser.l.si.aliàs aliter: vt.s.cõmunia de leg.l.fi.et.s.de cõi seruo manumisso.l.j.§.pe.

† Concor. ca. literas. cũ gl. super verbo, in clericũ de fil.præsbytero.

f ¶ Præstet.] non statim, sed singulis annis. Vel dic, statim deducto interusurio medij tẽpo-
20 ris: vt.ff.sol.ma.l.si constante. §. quoties. Azo. quindecim autem anni ideo taxantur: quia tantũ viuere presũmitur: & donatio fuit facta causa alimẽtorum, quę constat cum vita finiri: vt. ff.de transac.l.cùm hi. §.constat. Vel quoad viueret
30 donatari°, que etiã cum vita finitur: vt institut.de verb.obli.§.at si ita.aliàs nõ finiretur morte: vt.ff. de verb.oblig.l.si stichũ. §.j.Si tñ viuat plus hic, & plus dabitur.si minus etiam min° præstabitur. & facit.ff.ad.l.falc.l.hæreditarium.quę est contra.
40 Sed dic vt ibi.
g ¶ Nostram legem] vt.s.e.l.sancimus. Accur.
h ¶ Bessis.] i.duarum partium: vt instit.de hæredi.insti.§.hæreditas.
i ¶ Reclamauerit.] nã tũc nõ cogit, nisi quatenus cessaret querela: de qua dicitur.s.de inoffic.
50 dona.l.j.&.l.ij.
k ¶ Legis nostræ.] scilicet huius.
l ¶ Quantum donauit.] habita ratione ne egeat: vt.ff.de re iudica.l. inter eos.nisi in casu cũ donatio facta est in opus publicum: quo casu in solidum tenetur donator:
60 vt.ff.de pollici.l.ex pollicitatione.Vel dic hic nõ haberi rationẽ, quia opifex erat: vt.ff.de liber.agno.l.si qs à liberis.§ ij.
m ¶ Omnimodo. ex hoc colligitur indistinctè hoc casu fieri insinuatione.quod nõ placet: quia dicit, secũdũ ꝙ iam &c.vt
70 s.eo.l.sancimus.
n ¶ Intelligi.] vt.s.eo.l. quisquis.
o ¶ Expresserit. de retentione vsusfructus.
p ¶ Sin verò & hoc] id est stipulatio est prætermissa.
q ¶ Detinuerit.] & sic nudo pacto facta fuit do
80 natio. Accursius.
r ¶ Ex lege] ista psenti.
s ¶ Etiã tradere.] vt in sti.de don.§.pficiuntur. & argu.s.de dona. ante nupt.l.cùm veterum. & hoc per cõditionem ex hac lege, cùm nõ sit no-

¶ Donator certi numeri seruorum, tenetur ad mediocres, non ad meliores: nec potest dare pro ternos.h.d.Salic.

¶ Similiq; modo si quis certũ numerum seruorum donauerit, nõ tamẽ & hic nominatim seruos in scripserit: & hic mediocris figuræ † seruos tradere, & neque tales quos nõ habere magis ꝙ habere ꝓdest: nec iterũ eos qui omnẽ seruorum familiã donatoris antecellũt, sed & hic[a] mediocritas spectetur.

¶ Si donator non habet argentum, uel annuum reditum, seu numerum seruorum quem donauit ad eius æstimationem hic taxatam recurritur: & si æstimatio non excedit legitimam summam non indiget insinuatione: aliàs sic.h.d.Sali.

¶ Sin autem donator neq; argentum, neq; seruos habens[b], vel nõ tantum[c] quãtum donauit, fecerit eorum donationem: æstimationẽ in his celebrari pro eo quod deest: ita tamen, vt argenti quidẽ (secũdũ qd prædiximus) estimatio det: in seruis autẽ nõ amplius[d] nec minus quindecim solidis[e] quantitas pro singulis detur. ¶ In reditibus autẽ in quindecim annos estimationem prestet[f]: sed in his omnibus, si quidẽ intra legitimam summam donatio fiat, nulla monumẽta requirantur. Sin autẽ amplioris summę, tunc ad acta publica recurrat: ita vt in ijs quæ amplioris sunt estimationis, secundũ nostram legem[g] non totum, sed solũ superfluum euanescat.

¶ Valet donatio uniuersalis siue quotæ, siue totius substãtiæ: tamẽ requirit insinuationem.h d. usq; ad.§.sin autẽ.Bald. Vel sic: Donatio totius uel quotæ bonorum ualet, & requirit insinuationem, si excedit legitimum modum.h.d.Salic.

¶ Sed & si quis vniuersitatis faciat donationem, siue bessis[h], siue dimidię partis suę substantię, siue tertię, siue quartæ, siue quãtęcũq; vel etiã totius, si nõ de inofficiosis donationib° ratio in hoc reclamauerit[i], coarctari donatorem legis nostrę[k] authoritate tantũ quantũ donauit[l] prestare: obseruatiõe & hic monumẽtorũ (secũdũ qđ iã sanximus) omnimodo[m] requirenda.

¶ Si donator retinuit sibi usumfructum rerum donatarũ, intelligitur illas tradidisse: & si non retinuit, cogitur illas tradere: etiam si nudo pacto promiserit. quod obtinet etiam in donatione ad pias causas: & donationes transeunt ad hæredes actiuè & passiuè.h.d.secundum Salic.

¶ Sed si quidẽ in omnibus supradictis casibus vsusfructus fuerit à donatore retẽtus, & traditionem iure intelligi[n] fieri.

¶ Hic dicit imperator, quòd licet donatio non sit uallata stipulatione uel traditione: sed nudo pacto: tamen agitur ex eo, et maximè ad pias causas. Ista actio appellat cõdictio ex lege.Bal.

¶ Si autem hoc minimè donator expresserit[o], si quidẽ stipulatio donationi inserta sit, ex eius authoritate traditionẽ compelli fieri. Sin verò & hoc[p] prætermissum sit, et vsumfructũ minimè detinuerit[q], nihilominus ex lege[r] nostra necessitatem ei imponi, etiam tradere[s] hoc qđ donare existimauit: vt non ex hoc inutilis sit donatio, ꝙ res nõ traditę sunt: nec cõfirmetur ex traditione donatio, sed liberalitatem plenã & secũdũ legẽ nostrã ꝓfectissimã cõstitutã necessari° traditionis effectus sequat: & necessitatẽ habeat donator omnimodo vel res vel partẽ substantiæ quam nominauerit †, vel totã substãtiã tradere. Cùm enĩ in arbitrio[t] cuiuscũq; sit hoc facere qđ instituit: oportet eũ vel minimẽ ad hoc ꝓsilire, vel cùm ad hoc venire ꝓperauerit, non quibusdã excogitatis artibus suũ propositũ defraudare, tantãq; indeuotionem quibusdã quasi legitimis[v] velamẽtis protegere. ¶ Tantoq; magis hęc firma esse, si pijs actibus, vel religiosis personis donatio deputata sit monumẽtorum obseruatione in his modis (secũdum quod specialiter à nobis in hmõi casibus prędictũ est) obseruãda[x]: ne in prefatis pijs causis ex quibusdã machinationibus, nõ solũ indeuot°, sed etiã impius donator intelligat: pœnasq; non solũ legitimas[y], sed etiã cœlestes[z] expectet. resq; donatas in omnibus supradictis casibus[a] non solũ eos dũ supsunt, sed etiã eorũ successores reddere compelli, non tantùm ijs in quos donatio facta est, sed etiam eorum hæredibus[b]. D.xv.Cal.April.Cõstantino. Lãpadio & Oreste VV. CC.Conſ.

¶ Ista lex habet duo uel tria dicta notabilia. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit quosdã casus speciales, in quibus donatio quantæcunq; summæ insinuationem nõ exigit. In secunda parte statutũ usq; ad trecentos aureos, ampliat usq; ad quingentos in donationibus, quæ à iure communi censentur. Secunda ibi, Cæteris etiam. & h.d. Datum uel promissum in redemptionem captiuorũ, insinuationẽ non exigit: nec donatum à duce belli, seu à magistris militum, nec datum uel promissum pro refectione domus uel edificij incendio uel ruina corrupti.h.d.In prima parte. Secũdò dicit, quòd hodie est regula generalis quòd quælibet donatio ualet sine insinuatione, usq; ad quingẽtos aureos. hoc dicit hæc lex.Bal.

Idem A.Ioanni præ.præ.

LEX XXXVI.

SI quis pro redemptione captiuorũ pecunias dederit, siue per cautionẽ dare ꝓmiserit, cuiuscũq;[c] quãtitatis: cognoscat se neq; repetitionẽ habere, neq; exactionem cautionis[d] posse declinare, vt pote gestis (sicut in donationibus) nõ subsecutis super insinuatione eiusdẽ quãtitatis: eo videlicet qui pecunias accepit, vel prima vice[e], vel post cautionẽ, necessitatem habente

Permissis.

men actionis: vt. ff.de cõdic.ex lege.l.j.
t ¶ In arbitrio] sic et.s. de act.& obli.l.sicut.
u ¶ Legitimis.] allegans nudum esse pactũ.
x ¶ Obseruãda.] vt vltra qngentos solidos demum insinuetur: vt.s.e.
10 l.sancimus &c.
y ¶ Legitimas.] extra ordinarias.
z ¶ Cælestes.] ex eo ꝙ in piam causam promissum nõ soluit: nã vouete & reddite &c.vt &.ff.de pollicita.l.ij.
a ¶ Casibus.] idem & in omnibus donationib°.
20 b ¶ Hæredibus.] sic &.j.de dona.illa. Sed cõtra.s.de acti.& obli.l.si quidẽ.sed ex ijs quæ ibi dici apparet solutio.

† Aliàs, donauerit.

SI quis.] CASVS Dedi vel promisi aliquam quãtitatem pecunię in redemptionẽ captiuorum: eam repete
30 re volo, vel promissum soluere detrecto, eo pretextu, ꝙ donatio nõ erat insinuata: an sim audien dus, quęrit? Et rñ.ꝙ non. & ille qui pecuniam accepit, fideliter eã vt captiui redimãtur, subministrabit, & ob eã causam pecuniam esse impensam iu-
40 rabit. Si magister militum rem mobilẽ, vel immobilẽ, vel de suo vel de spolijs hostium dederit: siue in bello siue extra militibus dat: & si non fuerit insinuata, vires habeat. Idem est si illi cui° est domus combusta detur pecunia in refectio-
50 nem, vel promittatur: quia soluta, non repetetur: promissã non soluta, exigetur non obstante ꝙ insinuata donatio non fuerit: ita vt accipiens in refectionẽ domus cõuertat. et nõ in aliã causam. & si dubitetur an tãtum expenderit vel non, sa-
60 cramento accipientis declarabitur. Aliæ autem donationes omnes valebunt vsq; ad quingentos solidos. Viuianus.
c ¶ Cuiuscunq;.] etiã excedentis summam.
d ¶ Cautionis.] i.exactionis: quæ fit ex cautione vel promissione.
70 e ¶ Prima vice.] s. tempore promissionis. Accur.

Vota sunt reddenda.

pijssimā administrationē adimplere: nulla ei molestia vel inquietudine inferēda, vel ab eo qui pecunias pbuit, vel ab alijs ex authoritate legum permissis [a] hoc requirere: sed tantūmodò sacramentū [b] præstare, quòd re vera omnē quātitatē sine dolo malo, vel aliqua diminutione ad redēptionē dederit captiuorū. Simili etiā modo à gestorum absoluimus ordinatione donationes rerum mobilium vel se mouentiū, quas viri gloriosissimi magistri militū fortissimis pstant militibus, tàm ex sua substantia, quàm ex spolijs hostiū, siue in ipsa bellorum occupatione, siue in quibuscunq; locis degere noscunt. Eandēq; liberalitatē nostræ legis indulgemus etiam ijs quorum domus incendio vel ruina corruptę sunt: quibusdam fortè pecunias cuiusc ūq; quātitatis pbētibus, vel cautionē cōficiētib⁹: vt & ipsi nec repetitionē timeant, verū etiā exactionē pecuniarū cōfessioni insertarū facere possint, licet gesta non fuerint subsecuta, nulla eis licētia dāda pecunias ad alias causas, nisi ad refectionē [c] domorū, erogare. Quòd si aliqua dubitatio orta fuerit, vtrū tota quātitas, an pars ei⁹ in ædificijs expēsa sit, hæc dñi domus sacramēto dirimet. ¶ Cæteris etiam donationibus quę gestis interuenietibus minimè sunt insinuatę: sine aliqua distinctiōe vsq; ad quingentos solidos valituris. hoc etenim tātūmodò ad augēdas hmōi donationes addēdū esse ex præsenti lege decernimus, anteriore tpe nostra leged [d], pręcedēte moderando: qua vsq; ad trecētos solidos factę donationes & sine insinuatione, firmitatē obtinere iussę sunt. Dat. xv. Calend. Nouemb. Cōstantinop. post cōsulatū Lampadij & Orestis. VV. CC.

¶ *Verba superflua omissa non uitiant: nec etiā si apponantur habent uitiare. hoc dicit. Bal. Vel sic: In contractibus uerba nō sunt ponēda, ex quibus nullus resultat effectus. h.d. Sali.*

Idē A. Ioanni p. præ. **LEX XXXVII.**

VErba superflua quæ in donationibus poni solebant. s. sestertij nūmi [e], vnius assis vel quatuor, penitus esse reijciēda censemus. Quid ēm verbis opus est, quę rerū effectus nullus sequit? ¶ Sancimus itaq; nullo modo eorū verborū mētionē, vel in imperialib⁹ donationibus, vel in omnib⁹ alijs decętero fieri. sed si quisquā p verbositatē aliqd tale inscripserit, siue remiserit: nulla differētia sit.

TITVLVS LV.

De donationibus quæ sub modo, vel cōditione, vel certo tempore, conficiuntur.

¶ *Si donatarius non præstat aliment[a] donatori quæ ex pacto præstare tenetur, donatio reuocatur, & potest donans rem suam uendicare. h.d. Bald. Vel sic: Donatum ut alimenta præstentur, non solùm potest condici si non præstentur, sed etiam rei uendicatione agi. h.d. Sali.*

Impp. Vallerian. & Gallien. AA. Gamicæ.

LEX I.

SI doceas (vt affirmas) nepti tuę ea lege esse donatū à te. vt certa tibi alimenta pręberet: vendicationem etiam in hoc casu vtilem, eoquòd legi illa obtēperare noluerit, impetrare potes: id est actionē qua dniū [f] pristinū tibi restituat. Nā nō solū cōdictio [g] qdē tibi in hoc casu, id est in psonā actio, iure pcedit, verū etiā vēdicationē quoque diui principes ī hoc casu dādā esse sanxerunt. PP. vj. Calēd. Decemb. Tusco & Basso Cons.

¶ *Si donatur alicui ad uitam suam: post mortē eius res redit ad donatorem. Bal. Vel sic: Donatio potest fieri ad tempus certum uel incertum. h.d. Salic.*

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Zenoni. **LEX II.**

♁ SI rerū tuarum [h] proprietatem dono dedisti, ita vt post mortē eius q accepit, ad te rediret, donatio valet: cùm etiā ad tempus certū, vel incertū [i] ea fieri potest, lege scilicet quę ei imposita est, cō seruanda [k]. PP. v. Idus Mart. Maximo. ij. & Aquilino Cons.

¶ *Lex singularis. Ex pacto celebrato inter donantē & donatarium, acquiritur utilis actio sequenti secundo donatario, sine aliqua cessione. hoc dicit. Bal. Vel sic: Speciale est ut in contractu donationis alteri per alterum quæratur actio. hoc dicit. Sali.*

Idē AA. & CC. Marcellæ. **LEX III.**

QVoties donatio ita conficitur [l], vt post tēpus id quod donatū est, alij [m] restituatur: veteris iuris authoritate rescriptū est, si is in quem liberalitatis compendium conferebatur [n], stipulatus [o] non sit, placiti fide non impleta ei qui liberalitatis author fuit, vel hæredibus eius condictitię actionis [p] persecutionē cōpetere. ¶ Sed cùm posteà benigni iuris interpretatione diui principes ei qui stipulatus non sit, vtilem actionē iuxta

---

a ¶ Permissis.] subaudi vel non permissis.

b ¶ Sacramentum.] argumentum contra commissarios vt iurent. sic & arg. s. de iur. do. impe. l. fin. & de bo. authorita. iudi. pos. l. fi. §. fi. Sed cauere nō debent: vt. ff. si cui plus quàm per. l. falcid. l. diuus. Accur.

Commissarij iurare debēt nō autē cauere.

c ¶ Ad refectionē.] hoc ideo, quia sic fuit dictum à donāte. aliàs con 10 tra ff. eo. l. ij. in fine. & l. iij. & de condi. ob cau. l. si repetendi. & ff. de donatio. inter virū & vxo. l. sed si vir. §. fi. & l. sequē. Vel dic hîc speciale, etiā si non fuerit dictū expsse. Et nota q tres sunt hîc casus quibus nō exigitur insinuatio. Est & quar 20 tus in donationibus imperialibus: vt. s. e. l. sancimus. Quintus. s. de dona. ante nup. l. minoribus. Sextus est in donationibus causa mortis: vt. j. de dona. cau. mor. l. fi. & Septimus: vt in aut. item à priuatis. s. e.

Donationis insinuatio in qbusdam casib⁹ necessaria non est.

d ¶ Lege.] scilicet. s. eo. 30 l. sancimus. quæ hîc corrigitur. & facit. s. de sacro san. eccle. l. illud. Accur.

VErba.] CASVS. Olim si fiebat donatio, necessaria erat quædam sollennitas verborū. hoc modo: Do tibi rē istam sestertij nūmi: vnius assis vel qua 40 tuor. hodie aūt nō est necessaria talis verborū solennitas, sed reijcit: quid enim verbis opus est, cū rerum effectus nullus sequatur? si ergo fiat donatio qualiscunq; &c. prędicta reijciantur. nec refert an fuerit huiusmodi solēnitas remissa, an posi 50 ta: quia omni modo valebit donatio.

e ¶ Nummi.] nō intelligo hęc verba. & est sic in decretis. xix. distinc. si romanorū. vbi dicit, vt quid vel membranas occupant &c. vt. ff. de verb. oblig. l. quæ extrinsecus.

¶ DE DONATIO 60 NIBVS QVAE SVB MODO, VEL CONDITIONE &c. ¶ *Dixit in genere de dona. nunc prosequitur per species: & est modus per ut. conditio per si: ut. ff. de cōdi. et de mō. l. demonstratio. §. fin. 70 & patet. j. eo. per totū*

Continuatio.

SI doceas] CASVS. Auus nepti suæ hoc pacto prædiū dedit vt subministraret ei alimēta: nō fecit q cōuenit: qualiter auo succurratur, qrit. Et rñ. q vēdica 80 bit prędiū: & neptē cōditione sine cā psonaliter habebit obligatam. Viuianus.

f ¶ Dominium.] s. directum: nam vtile habet, vt dicit.

g ¶ Condictio.] s. ob causam, quæ est in personam: vt dicit. & instit. de actio. §. appellamus autem &c. Sic ergo nota tres actiones dari huic, scilicet præscriptis verbis, vt fiat qđ conuenit de qua non est hîc: sed. s. de contrahen. emptio. l. donationis. & . s. tit. j. l. legem. Item condictionem ob causam, vt reddatur quod est datū: vt hîc. & . s. de cōdictio. ob causam da. si vt proponis. dictū quòd est hodie specia 10 le, cū sit hodie nominatus contractus donatio. quia fit consensu: vt. s. tit. j. l. si quis argentum. §. fi. sed regulariter contra: vt. ff. de rerum permuta. l. j. §. penult. & de cōdic. causa da. l. fina. Item ei detur rei vendicatio vtilis. quod est speciale fa 20 uore alimētorū: sicut & aliâs fauore ecclesię: vt. s. de sacrosan. eccl. l. vt īter diuinū. Et sic nō obstant cōmunia iura, quæ dicūt ex pacto nudo nō trāsire dominium: vt. s. de pactis. l. traditionibus. & . s. de condict. ob causam. l. ea lege. In pacto autem 30 legis cōmissoriæ & adiectionis in diem, similiter datur in rem ex pacto. Sed ibi fortè directa: vt de his & alijs similibus dixi in dicta. l. traditionibus. Item no. hîc duas contrarias actiones dari ad idem: scilicet in rem & in personam cōdictio: 40 vt instit. de actio. §. sic itaq;. Sed dic vnam dari ad proprietatem ratione dominij: alteram ad possessionem rei ratione possessionis quam non habeo.

Donator q alimenta ex pacto à donatario nō præstantur, tres contra eum habet actiōes.

Actiōes cōtrariæ quādoque dantur ad idē.

SI rerum.] CASVS. Dedisti mihi prædium hoc pacto, 50 vt post mortem ad te rediret: an valeat donatio? Dicitur quòd sic. & conuentio seruanda est. Viuianus.

h ¶ Si rerum tuarū.] aliàs incipit, Si prædiorum tuorum.

♁ *Si prædiorū tuorum proprietatem &c.*

i ¶ Vel incertum.] vt hîc fuit: vt. ff. de condicti. 60 & demon. l. j.

k ¶ Conseruanda.] sic. s. de iure dot. l. si dotem. & de lega. l. illud.

QVoties.] CASVS Soror mea dedit mihi prædium, ea conditione vt tenerem per. x. annos: et eis elapsis restituerem Titio. si non 70 stem placitis: si Titius sibi dari stipulatus non fuerat, habebit aduersus me condictionem sine causa. Item aget ea actione qua soror mea egisset si non concessisset in fata.

l ¶ Conficitur.] puta in Titium.

80 m ¶ Alij.] puta Sempronię. Accursius.

n ¶ Conferebatur.] s. Sempronia.

o ¶ Stipulatus.] i. stipulata.

p ¶ Actiōis.] s. condictiōe ob causam datorū.

a ¶ Admiserint.] erit ergo spāle vt alteri paciſci vel ſtipulari quis poſſit: vt.ſ.de pac.conuen.tā ſuper do.l.pater.regulariter cōtra:vt inſti.de inutil.ſtip. §.ſi quis alij.&.ff.de actio.& obli.quęcūq;.quę ſunt contra.

b ¶ Sororij.] ſ.Sempronię.Sed quæ actio cōpetit Sempronię, cùm die veniente non erat in rebus humanis?R̄n.competebat,ſed exceptione re-10 pellebatur.

PErfecta.] CASVS. Pater tuus dedit mihi prędiū: poſt elapſis multis tēporibus voluit pater apponere cōditionē,vel quę conſiſtebat in dando vel in faciēdo:an ſit audiēd⁹,q̄ritur?Et dicit̄ q̄ nō. Viuia.

20 c ¶ Nō capit.] ſed cū ſit perfecta ſtipulatione vel pacto etiam ante traditionē: vt inſtit. de donati.§.perficiuntur. non ne poſteà ī traditione poterit cōditio apponi:vt.ſ. de pac.inter empt.& vē. l.tēpore?Reſpō.ſic: volēte donatario,non aliter: 30 & niſi liberè vt cōueneratt tradat,nec tradidiſſe videtur:vnde adhuc tenetur. Vel dic pfecta,id eſt completa : q̄ eſt poſt traditionem.& facit.ſ.tit. j.l.ij.&.ff.de ſolu.l.j.& de pac.do.l.cùm dos.

d ¶ Facta.] in filios fratris tui.

40 SI quid.] CASVS. Dōauit mulier filiæ ſuæ prędiū, ſi intra biennium pater ſuus emancipare eā poterit:nō emācipauit:ſed deceſſit intra biennium: & ita filia ſui iuris morte patris effecta eſt:vult mater reuocare prædiū qua 50 ſi conditione nō exiſtente:an poſſit,quæritur? Et dicitur q̄ nō:quia nō refert quomodo ſui iuris ſit effecta,vel emancipatiōe vel morte.& hoc ad ſimilitudinem legati ita relicti.vnde ſi filia prædium poſſidet, non reuocabitur:ſi nō, vēdicabit.

60 e ¶ Licet hoc] i.hāc rēdonatā nō tenuit,id eſt non poſſedit adhuc. Vel dic hoc,id eſt hęc conditio non tenuit,id eſt non fuit impleta vt voluit mater directè.

f ¶ Marito.] codēq; patre.Accurſius.

g ¶ Legati.] vt.ff.quan 70 dō dies lega.ce.l. ſi ita. Idē in cōuerſo caſu:vt.ff. ad trebel.mulier.j.ī pric. Et ſic not.nihil intereſſe quid ex ęquipollentibus fiat:vt et.ſ.de cōdi.inſtit. ſi mater.&.ff.manda.l.ſi. Sed arg.cōtra.ff.de lega. ij.l.cū pater.§.hęreditatē.

80 ¶ DE REVOCANDIS DONATIONIBVS. ¶ *Licet ſint perfectæ donationes,tamen quandoq; reuocantur:ut & inſti.c.§.ſcienda.& ideo de hoc dicit.*

[margin: † Concor. xxij.q.ij.c. non enim. Donationi perfectę an poſſit appo ni conditio in traditione.]

[margin: ※ Donationes.]

[margin: † Concor. ea.vlti extrà de dona.]

donatoris voluntatem competere admiſerit [a] actio quę ſorori [b] tuę, ſi in rebus humanis ageret,cōpetebat:tibi accōmodabit.PP.xj. Cal. Octob.ipſis.iiij.&.iij. AA.Conſ.

¶ *Poſtquam donatio eſt perfecta, forma ſubſtantialis ipſius nō poteſt mutari uoluūtate unius h.d.Bal.Vel ſic: Perfecta donatio conditiones non capit inuito donatario.h.d.Sali.*

Idem AA.&.CC. LEX IIII.

PErfecta † donatio cōditiones poſteà nō capit [c]. Quare ſi pater tuus donatione facta [d] quaſdā poſt aliquantulum temporis feciſſe ※ conditiones videatur:officere hoc nepotib⁹ eius fratris tui filijs minimè poſſe nō dubiū eſt.D.Calē.Oct.Tyberiano & Dione Cōſ.

¶ *Etiam in cōtractibus ſufficit aliquid fieri per æquipollens.h.d.Bal.Vel ſic: Non refert quid de æquipollenti fiat.hoc dicit.Vel ſic: Donatio facta ſub conditione emancipationis, habet effectum quomodocūq; donatarius efficiatur ſui iuris.hoc dicit.Salic.*

Idem.AA.&.CC.Dexipo. LEX V.

SI quid mater filiæ ſuæ in poteſtate patris conſtitutæ ſub hac conditione,ſi fuerit intra bienniū emancipata,donauerit:licet hoc [e] matris voluntate ſui iuris effecta nō tenuit,tamē prius marito [f] defuncto,ſui iuris quocunq; modo effecta,ad ſimilitudinē legati [g] ita relicti,rem donatam firmiter habere,vel vēdicare poteſt.S.Id.Deceb.Nicomediæ.CC.Conſ.

TITVLVS LVI.

De reuocādis donationib⁹.

¶ *Libertus ingratus perdit res donatas.ſed ſi fuit gratus donec uixit,ingratitudo hæredū nihil nocet.Bald.Vel ſic: Donatio facta in libertū,ex leui ingratitudine reuocatur per patronum,ſed non per eius hæredem.h.d.Sali.*

Imperator Philippus A.Coſmino. LEX I.

ET ſi perfectis [h] donationibus in poſſeſſionē inductus libert⁹ quantolibet tempore ea quæ ſibi donata ſunt,pleno iure vt dn̄s poſſederit tamen ſi ingratus ſit, omnis donatio mutata patronorum voluntate † reuocāda [i] eſt. ¶ Quod obſeruabitur & circa ea quę libertorum nomine,pecunia tamen patronorum et beneficio cōparata [k] ſunt. Nam qui obſequijs ſuis liberalitatem patronorū prouocauerunt,nō ſunt digni quo eam retineant,cùm cœperint obſequia negligere [l]:cùm magis in eos collata liberalitas ad obſequium eos inclinare debeat, quā ad inſolētiam erigere. ¶ Hoc tamē ius ſtabit inter ipſos tantū qui liberalitatē dederint:cęterū neq; filij eorū, neq; ſucceſſores ad hoc beneficiū pertinebunt [m].Neq; em̄ fas eſt vllo modo inquietari † donationes, quas is qui donauerat,in diem vitę ſuę nō retractauit.D.xv.Calend. Iul. Aemyliano & Aquilino Conſ.

¶ *Licet inſtrumēta ſint cōbuſta,tn̄ donatio remanet firma.h.d.Bald.Vel ſic: Ex pœnitētia demōſtrata facto uel uerbo,non reuocatur perfecta donatio.h.d.cum ſeq.ſecundum Sali.*

Imp.Probus A.Felici. LEX II.

SI apud prouinciæ præſidem auiam [n] filiæ tuæ quaſi pœnitētia ductam ſubtracta inſtrumenta donationum igne exuſſiſſe cōſtiterit:veteri te nō oportet,ne id quod iure vires acceperat, ex poſt facto poſſit in dubium reuocari [o]. PP.Non.Maijs,Probo.A.& Paulino Conſ.

¶ *Donator rem donatam & traditā uni,nō poteſt donare alteri.h.d.Bal.Vel ſic: Sola pœnitentia donationem non reuocat.h.d.ſecundum Bar.*

Impp.Carinus & Numerianus AA.Ianuario & Felicio. LEX III.

POſſeſſionē quā in vos emācipatos per donationē mater cōtullit,ex pœnitentia ſola alienare nō potuit [p] †:PP.ij.Id.Ianuar.Carino.ij.& Numeriano.AA.Cōſ.

¶ *Ad reuocandum factum propriū,nō admittitur propriæ fraudis allegatio.h.d.Vel ſic: Licet alias factū in fraudem reuocetur:tamen ad petēdum reuocari,non admittitur allegans turpitudinem ſuam.hoc dicit.Bal.Vel ſic: Non licet donatori allegare turpitudinē ſuam ad reuocandū donationem.h.d.Sali.*

Imp.Dioclet.& Maximia.AA.&.CC. Proculę.

LEX. IIII.

CVm profitearis in fraudem te alterius donaſſe, profeſſionē inhoneſtam continere intelligis [q]. Itaq; ſi donationē perfeciſti: eam reuocare nō potes ex memorata allegatione ſub obtentu pœnitentiæ. PP. Cal. April. Heracliæ. AA. Conſ.

¶ *Donatio perfecta nō reſcinditur obtentu reſcripti principis.h.d.Bal.*

Idem AA.& CC.Epagatho.

LEX. V.

SI donationem ritè feciſti, hanc authoritate reſcripti noſtri reſcindi non oportet [r]. S.v.Calend. Maij, Heracliæ. AA. Conſ.

¶ *Bona lex.Donatio perfecta per matrem uni ex filijs,marito & alijs filijs abſentibus, ualet: nec propter abſentiā eorū reſcinditur.h.d. Bal.*

Idem AA.& CC. Herenniæ.

LEX VI.

ET ſi perfectis.] CASVS. Dedi liberto quoddam prædiū: extitit mihi ingratus.an reuocare poſſim prædium,quærit?Et dicitur q̄ ſic.Idē ſi dedi ſibi pecuniā:& ex ea fundum comparauit.cęterū ſi dum ego vixi reuocaui, reuocabit: aliàs hæres meus reuocare nō poterit.

h ¶ Et ſi perfectis.] i. quàuis impletis.

10 i ¶ Reuocāda eſt.] quā actionē dices.ſ.eo.l. his ſolis.Accurſius.

k ¶ Cōparata ſunt] nota ſpeciale in patrono & liberto vt res ex pecunia donata empta reuoce.ſic &.ff. de donatio. inter virū & vxo.l.cùm hic ſtatus.§.j.& extra de 20 vſur.cū tu.Arg.cōtra.ff. de fur.l.qui vas.in fi.Sol. vt no.ff.de peti. hæred.l. ſi & rem.

l ¶ Negligere.] Not. hic in eis ſpeciale ſolam negligentiam puniri. ſic &.ff.de cuſto.reo.l.carceri &.ff.de offic .præſi.l. diuus.& ſic eſt contra.ſ. de libe.cau.l.ſolo. Sed ibi agit de libertate reuoca-30 da,hic de re pecuniaria. In alijs autem donatarijs certæ cauſæ ſunt.ſ.e.l.fi.

m ¶ Pertinebūt] vt hic, & ſ.eo.l.fina.in fi.ſic &.ſ. de inofficio.teſta. l.omni modo.

SI apud.] CASVS. Mulier dedit 40 pdiū nepti ſuę:& inde cōfectū fuit inſtrumētū: ſurripuit mulier inſtrumentū,& cōbuſſit:& per hoc volebat prędiū reuocare:an poſſit, quæritur? Dicitur q̄ non.Viuia.

n ¶ Auiam.] maternā. & loquitur patri.

50 o ¶ Reuocari] facit. ſ.eo.l.j.in prin.& de tranſac.l.quamuis.

POſſeſſionem.] CASVS Simater in filios ſuos emancipatos contulit donationem aliquarum poſſeſſionum:illam donationē ſi pura eſt,mater ſola pœ 60 nitentia non poteſt reuocare.

p ¶ Non potuit.] facit ſ.de donat.inter virū & vxo.l.ſi conſtante.

CVm.] CASVS. Vult quis reuocare quod dedit, eo pretextu q̄ dixit in fraudem creditorū donaſſe: 70 an ſit audiendus, quæritur?Et dicitur q̄ non.

q ¶ Intelligis.] vnde non audiris turpitudinē tuā allegando : vt&.ſ.de tranſact.l.tranſactione finita.& de reuo.ijs quę in fraudem credi l.ſi los.

SI donationem.] CASVS. Si do-80 natio ritè facta eſt: talis donatio authoritate reſcripti imperialis nō poteſt retractari.

r ¶ Non oportet.] nā reſcripta nō dant, & data nō valent reſcripta quę ius alterius tollūt:vt &.ſ.de rei

[margin: † Concor. gl.ſup ver. viueret . in me.in.c.ſi. gnificante. de reſcript.]

[margin: Donatio aliquando ob ſolā negligentiam reuocatur.]

[margin: † Simile xxij q.ij c. ſi eū.inij.]

& fuprà de rei ven.l.in ciuile. & de refcin.ven.de contractu.& de dona. ante nup.cum te.& de emancip.nec auus.

Velles.] CASVS. Mulier donationem in filiã factã vult reuocare eo prætextu q̃ dicat maritũ,vel alios amicos præfentes nõ fuisse tẽpore donationis: an fit audiẽda, quæritur? Et dicitur quòd non.

berauit, fi eã accufauerit: rõne cui⁹ accufatiõis, oĩa bõa fua poterũt publicari.

k ¶Quod mater.] fumitur ex cor.de nup.col.iiij.§.mater tamen. Sed an idẽ in patre fecũdam accipiẽte coniugẽ? Refpõ. nõ: tum quia non inuenitur mutatum.arg.§.de tefta.l.fancimus. tum quia non fic facile per fecundã vxorem animum mutaret ficut vxor per virum: vt in cor.aut.

Velles necne filio tuo prędia, itemq; mãcipia donare, fuit in initio tibi liberũ [a]. Define itaq; poftulare vt donatio quam perfeceras, reuocetur prætextu mariti [b] & liberorũ abfentiæ: cùm huius firmitas ipforũ præfentia non indigeat. S. v. Calen. Octob. Vimi natij. CC. Conf.

¶Lex optima. Mater quæ donauit filio ingrato, poteft reuocare donationẽ: nifi poft mortẽ mariti uiuat inhoneftẽ, uel nubat fecundo. fed fi filius antequàm fit ingratus alienet in alium: ta le alienatum mater obtentu ingratitudinis fubfequentis non reuocat. h.d.Bal.

Impp. Conftantinus & Conftant. AA. ad Philippum. LEX VII.

His folis matribus quæ nõ in fecundi matrimonij fœdus nupferint, fed vnius tantùm matrimonij funt, reuocandarum donationum quas in filios fecerint, ita decreuimus facultatem, fi eos ingratos circa fe effe oftenderint. Quicq̃d igitur is qui à matre impietatis [c] arguitur, ex titulo donationis tenet: eo die [d] quo controuerfiæ qualecunq; principiũ iuffu iudicantis datur, matri cogatur reddere. ¶Cęterum ea quę adhuc matre pacifica iure perfecta funt, & ante inchoatum cœptumque iurgium vendita, donata, permutata, in dotem data, cæterifq; caufis legitimè alienata: minimè reuocamus. ¶Actionem [e] verò matris ita perfonalem effe volumus, vt vendicationis tantùm habeat effectum [f]: nec in hæredem detur: nec tribuatur hæredi. de cæteris [g] autem quæ portentofæ [h] vilitatis abiectæque pudicitiæ funt, fatis etiam tacitè cautum putamus. Quis eft enim qui his aliquid arbitretur tribuendum effe: cùm etiam illis quæ iure fecundas tantùm contraxerunt nuptias, nihil ex his priuilegijs tributum effe ve limus [i].

In authen. de nupt.§. mater tamen.colla.iiij.conftit.j.

¶Ifta authen. ponit tres cafus propter quos mater poteft donationem reuocare. Et primus cafus eft quando filius infidiatur uitæ. Secundus, quando flagellis eam afficit. Tertius, quãdo ponit infidias contra omnes facultates maternas. h.d.Bal. Vel fic: In tribus cafibus, matri fecundo nubenti competit donati reuocatio. h.d.Sali.

Quod mater [k] filio donat, ex ingratitudine non reuocatur, poftquàm tranfit ad fecũdas nuptias nifi ex tribus caufis. Prima fi vitæ eius infidiatur. Item fi manus impias in eam intulerit. Tertia, fi totius fubftantiæ molitus eft iacturam.

¶Donatio facta liberto per patronum carentem liberis, ipfo iure reuocatur nato pofthumo. h.d.Bal. Vel fic: Donatio quotæ bonorum propter carentiam liberorum, illis fufceptis reuocatur. h.d. uel fic: Donatio habet tacitam conditionem, fi liberos non fufcipit: ideo eis fufceptis reuocatur. h.d. fecũdum Sali. Et eft notabilis & fingularis ifta lex. uide ca.fi.xvij.q.iiij.

Idem AA. ad Orphitum præfect. præto. LEX VIII.

Si vnquam libertis patronus filios non habens bona omnia vel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus, & poftea fufceperit liberos: totum quicquid [l] largitus fuerat, reuertatur [m], in eiufdem donatoris arbitrio ac ditione manfurum. Dat. v. Calend. April. Arbitrione & Lolliano Conf.

¶Donationes non reuocantur propter ingratitudinem: nifi ex caufis ingratitudinis lege contentis & enumeratis. h.d.Bal. Vel fic: Donatio in liberos fui iuris collata, non reuocatur: nifi ingratitudinis caufa. h.d.Sali.

Impp. Theod. & Valentin. AA. ad Senatum. LEX IX.

Donationes [n] circa filium filiámve, nepotẽ neptémve, vel pronepotẽ proneptémve emãcipatos celebratas, pater, vel auus, vel proauus reuocare non poterit: nifi edoctis manifeftifsimis caufis, quibus eam perfonam in quam collata donatio eft, contra ipfam venire pietatem, & ex caufis quæ legibus continentur, fuiffe cõftabit ingratam. D. v. Id. Nouemb. Rauennæ, Theodofio. xiij. & Valentiniano. iij. AA. Conf.

¶Certæ funt caufæ ex quibus perfecta donatio reuocatur: & debent in iudicio probari dilucidis argumentis: & quod donator non reuocat, fed fub filentio pertranfit, hæres eius reuocare non poteft. h.d.Bal. uel fic: Donatio reuocatur ex quinque caufis in hac lege infertis. & non reuocata per defunctum, non poteft reuocari per hæredem. h.d. fecundum Sali. hæc lex fingularis, cui non eft fimilis in declaratione caufarum concor.c.fi.extra. de dona.

Imperator Iuftinianus A. Iuliano præfecto prętorio. LEX X.

Generaliter fancimus omnes donationes lege cõfectas [o], firmas illibatafq; manere, fi non donationis acceptor ingratus circa donatorem inueniatur [p], ita vt

a ¶Liberũ.] fic & .s. de act.& obli.l.ficut.&.s. de don.l.fi quis argẽtũ.§.fi.

b ¶Mariti.] fic & .s. de repoft.velamẽto. Sed cõtra eft ĩ lõbarda qualiter mu lieribꝰ ali. præ.l.pe.& fi.

His folis.] CASVS. Mulier vult reuocare quod dedit filio fuo, qa extitit fibi ingrat⁹: an poffit, quæritur? Et diftinguit. aut cõuolauit ad fecũdũ matrimoniũ, aut nõ. fi cõuolat, nõ reuocabitur: fi nõ cõuolat, reuocabit. Si verò mater fcdo nõ nupferit, fed aliàs meretricãdo fœdam vitã duxit indiftinctè non reuocabitur.

c ¶Impietatis.] i. ingratitudinis.

d ¶Eo die.] facit fuprà ad exhi.l. nõ ignorabit.

e ¶Actione.] f. in factũ vel cõditionẽ ex lege vel fine caufa, cũ caufa redierit ad non cãm. Hęc quidẽ actio adeò eft pfonalis. i. nõ datur hære di, vel in hæredem: ficut & rei vendicatio eft perfonalis eo refpectu: quia & ipfa nõ datur hęredi vt hæredi, vel in hæredẽ: vt fubijcit. & .ff. ad exhi. l. de eo.§.fi. Prædictæ autem actiones dantur ad reuocandam donationẽ. Itẽ rei vẽdicatio vtilis: vt hîc, & .ff. de do.cau.mor. l.fi filiofa.j.& l.fi mortis. j.& l.qui mortis. Accur.

Rei vendicatio aliquo refpectu poteft dici perfonalis.

f ¶Effectũ.] fi hæc perfonalis habet effectũ vendicationis: ergo videtur dari in extraneum poffefforem. quod nõ placet. fed in hoc vt non fit tranfitoria habet eius effectum. & facit.s.eo.l.j. in fi.& .j.e.l.fi. in fi.

g ¶De cæteris.] fcilicet mulieribus.

h ¶Portentofæ.] i. meretricio more viuũt.

i ¶Velimus.] nec eñ amplꝰ caftitate debet habere luxuria: vt in aut. de reftitu.& ea quæ pa.§.fi. col.iiij.& .ff. de don. inter virũ & vxo.l.iij.§.j. Sed quid fi poft fecundũ matrimoniũ donet? Rñ nihil hîc dicitur nifi de ea donatione quã prius fecit. & põt dici idẽ. Sed authẽ. etiã fecũdo cõtrahenti mulieri tribus cafibus permittit reuocare, quæ fequit. quod mater &c.

Quod mater.] CASVS. Lex codicis dicit, q̃ fi mater cõuolat ad fecundas nuptias, vel fit aliàs meretrix: donationẽ reuocare nõ poteft. authẽ. corrigit dicẽs, q̃ poteft in tribꝰ cafibꝰ: fi vitę eiꝰ fuerit infidiatus, fi eam ver

Si vnquã.] CASVS. Si patronus cares liberis, libertis fuis donauit oĩa bona fua, vel partem bonorũ fuorũ: poftea patronus fufcepit liberos: nũquid donatio illa infolidũ reuocatur? Refpon. quòd fic.

l ¶Quicquid.] imò videtur bonorum fubfidiũ tantũ: vt.s. de inoff. dona.l.fi totas. quæ eft cõtra. Sol. hîc fpeciale eft, cũ libertis eft donatum. fecus fi cuilibet alij. Vel verius, ibi quãdo alijs ti lijs donauerat, quibꝰ non totũ debet auferri: hic cũ extraneo. Nam idem dicam fi cuilibet extraneo donauerit: cũ nõ eft veri fimile alienas fuccefsiones fuis anteponere: vt.s. de fideicõ.l.cùm acutifsimi.

Donatio propter fuperuenientes liberos reuocatur.

ADDITIO. Hanc legem limita non procedere in donatione remuneratoria: hoc eft antidotali quæ nõ reuocatur ex fuperuenientia liberorũ, fi non excedat legitimũ modum remunerationis: vt dicit Ang. hic. idem tenet Ludo. in confil. fuo.xxvj. incipiente, pro decifione eorum de quibus dubitabatur. Et de pleniore intellectu iftius legis vide pulchrè per Bar.l. Titia feio. in.§. imperator autem.ff. de leg.ij.in verfi. quæro vtrum.l.fi vnquam &c. vfque ad finem.

m ¶Reuertatur.] ipfo iure, & fic vẽdicabit, vel condicet poffefsiones rerum. Accurfius.

Donationes.] CASVS. Si pater in filiũ ẽmãcipatum, nepotẽ, pronepotem &c. donationẽ fecerit: eã reuocare non poterit: nifi appareat eos effe ingratos aliquo genere ingratitudinis, quæ feq.l. proxima declarantur.

n ¶Donationes.] facit ad hoc.s.eo.l.fi apud. &.s. de donat.l.fiue. Accurfius.

Generaliter.] CASVS. Donatio legitimè facta nifi in quibufdã cafibus qui in litera cõtinentur, non reuocatur. & hoc in prima. Si verò donator in vita fua non reuocauit donationem: hæres eam reuocare non poteft.

o ¶Lege confectas.] id eft legitimè.

p ¶Inuenlatur.] hoc fallit in cafu vt etiam ex ingratitudine non reuocetur, quando fcilicet captus à latronibus dat pro patrocinio: vt.ff. de don. fi pater.§.j. vel ibi eft ob

causam donatio quæ non reuocatur.

a ¶ Atroces.] quæ consyderantur ex tribus: vt insti. de iniur. §. atrox.

b ¶ Inferat.] vulnerando. Accursius.

c ¶ Quæ.] scilicet moles, id est magnitudo iacturæ.

d ¶ Non leuem sensum substantiã donatoris imponant.] i. non videtur leue sensui alicuius inspicientis.

iniurias atroces [a] in eũ effundat, vel manus impias inferat [b], vel iacturæ molẽ ex insidijs † suis ingerat, quæ [c] nõ leuẽ [d] sensum substãtiæ donatoris imponat, vel vitæ periculũ [e] aliqđ ei intulerit, vel quasdã cõuẽtiões siue in scriptis donatiõi ĩpositas, siue sine scriptis habitas, quas donationis acceptor spõpõdit, minimè implere voluerit [f]. Ex his eñ tãtũmodò causis, si fuerint in iudiciũ dilucidis argumentis cognitionaliter approbatæ, etiã donationes in eos factas euerti cõcedimus: ne sit cuiquã licentia, & alienas res capere, & frugalitatem † irridere [g] donatoris, & ipsum iterum donatorẽ suasq; res perdere, & præfatis malis ab ingrato donationis acceptore affici. ¶ Hoc tñ vsq; ad primas ꝑsonas tantũmodò stare cẽsemus, nulla licentia cõcedenda donatoris successoribus huiuscemodi querimoniarũ primordiũ instituere [h]. Et enim si ipse q hoc passus est, tacuerit, silentium eius maneat semper: & nõ à posteritate eius suscitari cõcedatur, vel aduersus eum qui ingratus esse dicitur, vel aduersus ei⁹ successores. D. xv. Calend. April. Lampadio & Oreste. VV. CC. Cons.

TITVLVS LVII.

De donationibus causa mortis.

i ¶ Extraordinaria.] nec em̃ est ordinaria pœna pecuniaria quę ex hoc crimine dat: vt hic, & ff. de termi. mo. l. j. Sed certè imò videt q̃nquaginta aureo 80 rũ: vt ff. de termi mo. l. agraria. in prin. q; est cõtra. Sol. distingue tp̃a & cõcordabis scripturã. à principio em̃ nõ fuerat statuta. & sic loquit hic, & . d. l. j. ff. e. sed postea p cæsarẽ statuta est: vt ibi dicit. Alij dicũt hic de corporali, vt nulla ordinaria sit statuta: ibi de pecuniaria. vel nõ est ordinaria quatũ ad priuatũ, sed quatũ ad fiscũ sic. Vel ibi de terminis ĩ iure positis: hic ĩ vrbe. pria placet.

¶ Si cuiusdam.] C A S V S. An seruus de publico crimine accusari possit, quæritur? Et dicitur q̃ sic. & dominus eum defendere potest, & verba pro eo facere: sed probato crimine, seruus, non dominus pœnam subeat.

se crimine quo pmũtur, exuerint, secundũ scita veterũ iuris cõdito rum: ita tñ, vt et ipsi inscriptiones contra eos, etiam pendente accusatione, deponere possint. D. ij. Id. Mart. Clarimont. Gratiano A. iij. & Equitio Cons.

¶ *Excepto maiestatis crimine, familiares et ser ui non possunt dominos accusare: alias puniuntur. hoc dicit. Sali.*

Impp. Arcad. & Honor. AA. Eutychiano præfe. prætorio. LEX XX.

Si quis † ex familiarib⁹ vel ex ser uis cuiuslibet domus cuiuscũque criminis delator atque accusator emerserit, eius existimationẽ[a] caput[b] atq; fortunas[c] petiturus, cuius familiaritati vel dominio inhæserit: ante exhibitionem testium, atque examinationem iudicij, in ipsa expositione criminum atque accusationis exordio[d] vltore gladio feriatur. Vocẽ enim funestam † amputari oportet potius quàm audiri. Maiestatis autẽ crimen tantùm excipimus. S. v. Id. Nouembr. Constantinop. Cæsario & Attico Cons.

¶ *Libertus non potest accusare patronum nec eius hæredem, & contra faciens punitur. hoc dicit. Salicetus.*

Impp. Honorius & Theod. AA. Cõsulibus, præto. & trib. Pleb. Senatui S. D. LEX XXI.

Si liberti accusatores manumissorum hæredũmve[e] esse præsumpserint: eodem, quo serui, supplicio[f] tenebuntur, luituri pœnas ante prohibitæ delationis exordium[g]. D. vij. Idus Aug. Asclepiodoto & Mariniano Cons.

TITVLVS II.

De accusationibus & inscriptionibus.

¶ *Euulsor finalium terminorũ, extraordinariè arbitraria pœna punit. h. d. Bal. Vel sic: Q. i ter minos amouit, causa fines turbandi, punitur extra ordinem. hoc dicit. Salicetus.*

Imperator Alexander A. Martiano. LEX I.

Eos q̃ terminos effoderũt[h], extra ordinaria[i] aiad uersione coercẽri debere, præses prouinciæ non ignorabit. PP. iij. Calend. Augu. Alexandro A. Con.

¶ *Dominus potest defendere seruum suũ accusatum de crimine capitali. h. d. Bald. Vel sic: Pro suo interesse admittitur quis ad defendendum alium in crimine capitali. h. d. Barto.*

Idem A. Syro. LEX II.

Si cuidã crimini obnoxius seruus postulatur[k], dominus eũ defendere potest[l], & in iudicio sistere, accusatoris intentionibus † responsurum. post probationẽ autem criminis nõ ipse dominus, sed seruus pro suo delicto cõdemnationem sustineat. Ideo enim seruum suum domino defendere permissum est, vt pro eo possit competentes allegationes offerre[m]. PP. xj. Calen. Decembr. Alexandro A. Con.

¶ *Admittitur procurator absentis ad allegandum absentiam in causa capitali. hoc. d. tex. Item ad excusandum de pœna contumaciæ, sed non à pœnis criminis. Bal.*

Idem A. Stephanidi. LEX III.

Reos[n] capitalium[o] criminum absentes etiam per procuratorem[p] defendi, leges publicorum iudiciorum permittunt. PP. iiij. Non. Nouemb. Maximo. ij. & Æliano Cons.

¶ *Non tenet sententia absolutoria lata pro præ sente, contra absentem non citatum legitimè, & ea non obstante, tanquam nulla ipso iure, proce ditur in causa per iudicem qui pronunciauit, uel eius successorem. Bal. Vel sic: Absolutoria lata accusatoribus absentibus non per contumaciã, est ipso iure nulla. h. d. Bart.*

Imperator Gordianus A. Archelao. LEX IIII.

Si accusatoribus[q] absentibus, & non per contumaciam adesse iudicio cessantib⁹, ex vna[r] postulatione aditus præses pũinciæ sed apud eundem iudicem vel successorem eius causa iterata ventilabitur.

k ¶ Seruus postulatur.] qui omnibus legibus reus fieri potest, exceptis ijs quibus pœna pecuniaria imponeretur: vt hic, & . j. ad. l. iul. de vi pub. vel priuata. l. si criminis. et. ff. de accu. l. hos accusare. §. omnibus.

l ¶ Defendere potest.] et eius procurator: vt. ff. de publi. iudi. l. seruus. et sic est contra. ff. de pub. iudi. l. penulti. §. ad crimen. Sol. potest interuenire ad omnia præterquàm ad sententiam vt hic, & ibi. Vel hic dominus nõ pro alio sed pro se et sua vti 10 litate interuenisse videtur: quia sua interest pecuniariter seruum suum absolui. Vel hoc specia le. in quibusdam tamen criminibus omnino interuenit procurator quæ imponunt pœnam relegationis, vel infamiæ: vt no. ff. de procu. l. seruum. 20 §. publicè. Accur.

m ¶ Offerre.] quasi dicat non vt sententiam subeat: sed & si non defendat, non amittit eum: vt. ff. de publi. iudi. l. sciendum. & . ff. de sta. ho. l. seruus.

† Si cuiusdam crimi nis.

Reos.] C A S V S. An rei ab- 30 sentes in causa capitali per procu. defendi possint, quæritur? Et dicitur quòd sic. quod intellige vt allegat causas absentię, nõ causas causæ. ne sit cõtra. ff. de public. iu. l. ac cusatore. §. ad crimen. Vinia.

† Respon surus.

n ¶ Reos.] id est accu- 40 satos.

o ¶ Capitalium.] quæ sunt: vt. ff. de pub. iud. l. ij.

p ¶ Per procuratorẽ] imò videt q̃ non: vt. ff. de pub. iudi. l. pe. §. ad crimẽ. quæ est contra. Sol. secundum M. hic erat iam lis cõtestata contra principalem: vnde ipse, nõ procu- 50 rator est cõdemnandus. qd nõ placet. imò semper procurator dãnaretur: vt s. de procur. l. nihil. Dic ergo defendi. s. vt allegentur causæ absentiæ[a]: vt. ff. de procu. l. absens. non in principali: vt in cõtrario & in quibusdam criminibus etiam plenè defendit: 60 vt no. ff. de procu. l. seruum. §. publicè. Accur.

a Etiam ea quæ nõ cõ cernunt principaliter crimen vt ad dilatorias proponendas: in habilitatem iudicis: in capacitatem accusatoris: ineptitudinẽ libelli proponendam admittitur pcurator. Sali.

Si accusatoribus] C A S V S. De facto duo vnũ accusabãt de eodem crimine: cœperũt abesse, & non per contumaciã: in absentia quorũ iudex ad postulationẽ accusati eũ absoluit: an va- 70 leat sentẽtia absolutoria quærit? Et dicit quod nõ, sed apud eundem iudicem vel successorem eius causa iterata ventilabitur.

Accusatio vn⁹ an per mittat plu ribus.

q ¶ Si accusatoribus.] erant ergo plures, & crimen vnum: vt in fin. l. ibi, intentati criminis & c. & vnus accusatus. sic ergo plures accusant vnum. & sic est contra. j. e. l. qui de crimine. & . ff. de accusa. hi. §. fi. & . l. si plures. & . ff. de lib. ho. exhi. l. quod & lex. §. hoc interdictum. Sol. hic sic de facto fuit, non tamen fieri debuit: vnde non quid fiat, sed quid fieri debeat obseruabitur: vt & . ff. de offi. præsi. l. sed licet. Vel hic renunciauit accusatus de iure suo confidens, dicens se paratum omnibus respondere. Alij dicunt quòd vno libello possunt, 80 vt hic: diuersis non, vt in contrarijs. A D D I T I O. Bar. hic dicit quòd hic non fuit opposita exceptio. si enim fuisset opposita, de pluribus fuisset electus vnus: vt. d. l. si plures. quod satis concordat cum prima solutione glos. Dicas ergo quòd in accusationibus publicis non admittuntur plures: vt. d. l. si plures. quod fallit, nisi plurium interesset æqualiter: vt. l. j. §. si ad plures. ff. de sepul. viola. & ibi de hoc per Barto. & per eundem in dicta. l. si plures. ff. de accusa.

r ¶ Ex vna postulatione.] i. postulatione vnius partis, scilicet accusati.

a ¶ Causa cognita.] quod fuit eoipso quòd non erat præsens vtraq; pars: vt.s.si per vim vel alio modo.l.fi.
b ¶ Criminatione.] id est accusatione.
c ¶ Contumacia.] id est cõtumaci cessatione. Vel cõtumacia qñ expressè dixit, nõ veniã. cessatio, quando est tacita: vt quia ter citatus nõ fuit inuentus.

Accusator & recusat qualiter citari debeat.

Sed qualiter fiat citatio accusatoris vel accusatiuit sic ad sententiam posfit veniri? Dicũt quidã, secũ 10 dũ formã quæ est.ff. de publ.iud.l.inter accusato rem.in fi.Ar.contrà.ff. de pœnis.l. absenté. Tu dic sicut in ciuilibus actor, sic hic accusator: & sicut in ciuilibus reus, sic hic accusatus: vt dixi.s.ti.j.l. qui crimé. saluo iudici ꝙ cau sa pendente poterit tépo 20 ra statuere intra quæ incidat in Turpillianũ accusator, si nõ prosecutus fuerit: vt.s.tit.j.l.si ea. eis autem accusatis citatis & nõ venientibus, pœnę pecuniariæ imponũtur: vel etiã hæ quæ cõtingũt esti matione: & etiã interdũ possunt relegari. cæterũ 30 si qd grauius eis irrogãdũ fuerit, puta pœna metalli vel capitis, eis irroganda non erit: sed in accusatoré absenté qnque grauius statuitur quã per Turpillianũ sit statutũ: vt.ff.de pœnis.l. absenté. §.j.nec obst.ff. de public. iud.l.inter. quia illud iu 40 xta hãc exceptioné pòt intelligi: vt de eius quidé calumnia pronuncietur: nõ tamé vt calumniator cõdenetur, sed vt plus interdũ patiatur quàm per Turpilianum sit statutũ.

Accusatus citatus non veniés quo modo puniatur.

d ¶ Eundem.] sententia absolutoria habita ꝓ nulla. & idé esset in ciuili. ꝙ 50 ipso iure esset nulla si le gitimé citatio facta non fuerit: vt.s.quo & qñ iudex.l.ea quæ. Ité ad id qd dicit, apud eundé, subaudi vel superioré: vt.j.eo.l. absentem. & quod apud eũdé cognoscatur, est sic. s.de sen.l.j.i fi.& quomodo & qñ iudex.l. fi præ 60 ses. Sed contra in eo. tit. quomodo & qñ iudex.fi vt.pponis.i. vbi dicit alij committédum. sed ibi pri mus fuit delegatus: hic or dinarius. Item contra.ff.de re iud.l.iudex.&.s.sententiam rescin. non poss.l.j. Sol.ibi valuit. Sed contra ius litigatoris lata fuit: vnde tenuit. hic ipso iure fuit nulla.

non causa cognita[a] sententiam dixit, qua eum de quo querimoniã detulisti, liberandum existimauit: criminatione[b] etiam nũc perseuerãte, quæ cõtumacia[c] vel cessatione accusatorũ nõ interueniéte auferri nõ potuit, causa intẽtati criminis apud eundé[d] vel successoré eius more[e] iudiciorum tractabitur. PP. Noñ. Mart. Gordiano A. ij.& Pompeiano Conss.

¶ *Mandatum mandatariũ à crimine nõ excusat: & tam mandator quàm mandatarius possunt de crimine accusari. Primò remouet allegationes mandatarij. Secundò dicit quid iuris de mandãte & mãdatario. Secunda ibi, Namque. h. d. Bal. Vel sic: Delinquens propter mandatum alterius, non excusatur. hoc dicit. Bar.*

Idem A. Paulino. LEX V.

NOn ideo minus crimine siue atrocium iniuriarum iudicio tenetur is qui in iustam accusationé incidit[f], quòd dicit[g] aliũ se huiusmodi facti mandatoré habuisse. Nanque hoc casu præter principalem[h] reum, mandatorem quoque ex sua persona conueniri posse ignotum[i] nõ est. PP. iij. Id. Septẽbr. Gordiano A. ij.& Pompeiano Conss.

¶ *Contra absentem in causa capitali, nõ potest procedi nisi per annotationem bonorum: & si ad condemnationem fuerit processum, sententia nulla est: & quatenus de facto processit, à superiori rescinditur. hoc dicit. Bald.*

Idem A. Audiano. LEX VI.

ABsentem capitali[k] crimine accusari non posse[l], sed requirendum[m] tantummodò annotari solere, si desit: vetus ius est[n]. Et ideo cùm absentem te & ignorantem, cui nunquam vllum crimen denunciatum[o] esset, per iniuriam à præside[p] prouinciæ in metallũ dãnatum esse dicas: quò magis in præsenti te agẽte (vt asseueras) iam nunc fides veri possit illuminari, præfectum prætorio adire cura: qui quicquid nouo more & contra formã cõstitutionũ gestũ deprehenderit, pro sua iustitia reformabit[q]. PP. iiij. Noñ. April. Ariano & Pappo Conss.

¶ *In non notorio iudex per uiam accusationis procedens, debet procedere solenniter. Bal. Vel sic: De notorio ad denunciationem officialis, iudex procedit citra solennitatem accusationis. hoc primò. In non notorio iudex debet procedere per uiam accusationis solenniter. hoc. d.*

Idem A. Proculo. LEX VII.

EA[r] quidem quæ per officium[s] præsidibus denunciantur, & citra solennia[t] accusationum posse perpendi[v], incognitum nõ est. Verùm si falsis necne notorijs[x] insimulatus sit, perpenso iudicio dispici debet. PP. viij. Id. Ianuar. Peregrino & Æmyliano Conss.

¶ *Coram præside debet quis accusatorium libellum producere, non coram stationarijs. hoc dicit. Bald.*

Exemplum sacrarum literarũ Dioclet. & Maximian. AA. LEX VIII.

SI quis se iniuriam ab aliquo passum putauerit, & querelam deferre voluerit: non ad stationarios[y] decurrat, sed præsidalem[z] adeat potestatem, aut libellos[a] offerens, aut querelas suas apud acta deponens. PP. sine die & consule.

¶ *Accusatus ab uno de eodem crimine, non potest accusari ab alio: sed de diuerso, licet ortum habente ab eodem facto: non tamen prius iudex de altero pronunciabit, quàm de utroque plenè cognouerit. h. d. Sali.*

Idem AA. Honorato. LEX IX.

k ¶ Absentem capitali.] id est ex quo pœna imponitur capitalis vltra relegationem. aliàs secus: vt.ff.de pe.l.absentem.§.j.
l ¶ Non posse.] vt procedatur in causa: vt in.d.l.absentem.&.ff.de adulte. si maritus.ij.§.legis iuliæ.&.j.de adul.l.si quondam. Accusatio tamen recipitur: vt.j.tit.j.l.ij.§.ex longinquo. Interdum etiam ꝓceditur: vt.j.de pœnis. l.ne diu. Accur.
m ¶ Requirendũ.] sicut in ciuilibus: vt no.s. quia accu.non poss.l.iij.
n ¶ Vetus ius.] est de quo tituli sunt speciales: vt.ff.de req.re.&.j.de req rédis re. vbi plenè dices.
o ¶ Denũciatũ esset] ad maiorem exaggeratio né dicit: vt hic, &.ff.quæ 20 sen.si.ap.l.j.§.ité cùm ex edicto. nam idé est si esset citatus cum esset absens.
p ¶ A præside prouinciæ.] & hoc etiam facit non valere sententiam: quia præses non potest damnare in metallum: vt.ff.de pœnis.l.ij.§.j.
q ¶ Reformabit.] sententia habita pro nulla: vt 30 &.s.e.l.si accusatoribus. &.s.quomodo & qñ.l.si vt proponis.j.hoc qñ lis nõ fuerit cõtestata. Quid autem si se lite cõtestata absentauerit? H. idem. sed de hoc dic vt not.s.eo.l.si accusatoribus.

H. contrà hic restituit audeus in ano. posse. in.l.ab accusatione. tit. ad sena. cõsul. turpil. quo loco & vocem notoria interpretat. Dinũs.

r EA.] Diuiditur in 40 duas partes. Primò loquit de crimine notorio, & ꝓcessu super eo. secũdò loquit de crimine non notorio. Secũda ibi, Verũ. CASVS. Officialis deputatus ad hoc vt denunciet, an se inscribere debeat, quæritur? Et dicitur quòd iudex facilè 50 dictis eius non credet.
r ¶ Ea.] crimina.
s ¶ Per officium.] i. officiales. erãt enim quidã officiales ad hoc deputati: vt.j.titul.ij.l.j.&.ff. de offic.præfe.vrb.l.j.§.& sanè.&.j.de decu.l.j.lib.x.
t ¶ Citra solennia.] i. sine inscriptione. et est 60 speciale. regulariter con trà: vt.j.e.l.vlti. Sed an soli officiali credat? quod videtur per prædicta legem.ff.de offi.præfe.vrb. l.j.§.& sanè.& per aliam.ff.de rebus eo.l.magis.§.ne tamen. & maximè quando notorium erat toti populo vel maiori parti: vt arg.ff.qui satisda.cog.l.si verò pro condemnato.§.fina. Sed dico contrà: vt.d.l.de curiosis.§.hic, &.ff.de cust.reo.l.diuus.ij.& infrà.eo.l.singuli. hic ergo ad minus debet probari notorium esse.

Officiali soli an credatur.

70 v ¶ Perpendi.] id est audiri, & audita puniri & c.& facit.ij.quæstio.j.c.de manifesta.
x ¶ Nec notorijs.] Nam tũc nõ crimé, sed notoriũ esse sufficeret probari.
SI quis.] CASVS. Si quis dicat ab alio se passum iniuriam, adeat competentem iudicem non stationarium: & cõueniat eum ciuiliter si velit, vel criminaliter. Viuianus.
y ¶ Ad stationarios.] publicos, quibus locatæ fuerunt stationes publicè. Vel econtra stationarios dicit, id est procuratores cæsaris & fisci, qui præerant stationibus. vel appellat stationarios liminarchas, qui custodiunt limina imperij.

Stationarij qui dicũtur

80 z ¶ Præsidem.] qui est iudex criminum: vt.s.de iurisdic.om.iudi.l. iuris ordinem.&.l.in criminali.
a ¶ Libellos.] s. accusando criminaliter. & querelam, qñ ciuiliter agit secũ dum Azo. vel libellos à se scriptos: et querelam, quando apud acta facit sibi scribi libellum per alium: vel libellum, quando est in scriptis dandus: & querelam, quãdo sine scriptis hoc potest fieri: vt.j.de dig.quoties.lib.xij. Vel libellum, quando scit scribere: querelam, quando nescit: vbi verbotenus (dummodò redigatur in actis) potest accusare & inscribere.

e ¶ More.] id est prout iura requirunt.
NOn ideo.] CASVS. Intulisti mihi iniuriam: volebam te accu 70 sare: dicebas te non esse accusandum, eo prætextu quòd de mandato alterius dicebas te fecisse: an sis audiendus, quæritur? Et dicitur quòd non, sed vterque tenebitur tam tu quàm ille qui mandauit.
f ¶ Incidit.] id est iustè accusatus est. agitur ergo criminaliter de iniurijs: vt ff.de priua.deli.l.vlti.& insti.de iniur.§.penul.
g ¶ Quia dicit.] quod etiã dicere cogitur: vt &.ff.ad Sylla.l.& si percussor. in prin.&.l.prius. Accursius.
h ¶ Principalem.] vocat principalem, iniuriam inferentem.
i ¶ Ignotum non est.] vterque ergo tenetur: vt hic, &.j.ad.l.Iul. de vi.l. sernos.&.ff.de iniur.l.non solùm.in prin.&.§.si mandato.&.§. proculus.&.l. 80 lex Cornelia.§.si quis liberum.&.ff.de vi & vi ar.l.j.§. deiecisse.&.j.si reus vel accusa.mor.fue.l.defunctis.& argu.ff.de constitu.pecu.l.vtrum.in fin. vbi dicit, factum alterius alium non releuare. & hoc nisi debuit obedire: quod euenit quandoque in leuioribus: vt.ff.ad.l.Aquil.l.liber homo.ij.in prin.&.ff. de regu iur.l.ad ea.
ABsentem.] CASVS. Accusatũ de crimine capitali in absentia sua præses condemnauit in metallum: an sententia teneatur? Dicitur ꝙ nõ, sed requiri debet, & bona eius annotari. præsentabit se ergo accusatus iudici, & seipsum defendet. & quod perperam gestum est, in melius reformabitur.

Qui de

QVi de crimine.] CASVS. Accusatus de vno crimine super eodem casu accusari non potest, nisi esset tale crimen ex quo possunt plures oriri accusationes: verbi gratia: vt quia commisit accusatus adulteriũ cum cognata sua: quia de adulterio, & de incestu potest accusari à Titio: & de vtroque cognoscet iudex: & super vtroque feret sententiam. Vi.

QVi de crimine publico [a] in accusationẽ deductus est, ab alio super eodem crimine deferri non potest [b]. ¶ Si tamen ex eodem facto [c] plurima [d] crimina nascuntur, et de vno crimine in accusationem fuerit deductus: de altero non prohibetur ab alio [e] deferri. Iudex autem super vtroque [f] crimine audientiam accommodabit. Nec enim licebit ei separatim de vno crimine sententiam proferre, priusquã plenissima examinatio super altero [g] quoque crimine fiat. PP. Calen. Septemb. Basso & Quintiano Cons.

¶ Qui promittit se facturum quòd iudex feret sententiam in aliquo: tenetur, sicut qui dat pecuniã pro sententia obtinenda. h.d. Bal. Vel sic: Victoriam causæ pollicitus, non minus crimen contrahit, quàm stipulatus. h.d. Salicetus.

Idem AA. & CC. Vrsæ. LEX X.

QVi explicandi [h] negotij spẽ [i] (cuius finis in iudicis potestate ac motu situs est [k]) pollicetur, non minus [l] ob illicitam sponsionẽ crimen contrahit, quàm qui ad huiusmodi promissionis commercium contra disciplinam publicam aspirat. PP. iij. Calen. Nouembr. ipsis. iiij. & iij. AA. Cons.

¶ Accusatus, & quia non fuit probatum absolutus, potest ab alio de præuaricatione primi primò docentis iterum accusari de eodem crimine. de alio uerò crimine potest accusari, si doceatur uel non doceatur de præuaricatione uel collusione primi. hoc dicit. Bal. Vel sic: Absolutus nõ reaccusatur de eodem crimine, nisi doceatur de priori præuaricatione: de alio uerò non prohibetur. hoc dicit. secundum Salicetum.

a ¶ Qui de crimine publico.] quæ sint. ff. de publi. iudi. l. j.

b ¶ Non potest.] Hoc siue fuerit cõdemnatus ab accusatione primi: vt ff. nau. cau. stabu. l. pe. in fi. siue absolutus, nisi doceatur de prçuaricatione primi accusatoris. vel nisi secundus prosequatur suam vel suorũ iniuriã, & probet se nesciuisse accusationem ab alio institutam: vt. j. e. l. si quis homicidij. & ff. de præuari. l. iij. in princi. & ff. co. l. si cui. §. ijsdem. siue etiam pẽdeat: vt hîc, & ff. e. l. hi tamen. §. ab alio delatũ. nisi decesserit primus, vel nisi aliàs impeditur procedere: tunc enim intra. xxx. dies admittit alius: vt. ff. e. l. libellorum. §. fi. Item accipe hîc, siue vna lege, siue diuersis: ex eodem tamẽ crimine: vt. ff. e. l. senatus. Item lite contestata. nam si antè ambo simul veniant, idoneior eligitur: vt. ff. eodem. l. si plures.

c ¶ Si tamen ex eodẽ facto.] multò magis si ex diuersis: vt. ff. de priua. delic. l. penul. & j. ad. l. fla. de plag. l. j in fin.

d ¶ Plurima.] vt si in iniuriam domini seruũ eius occidi. nam teneor iniuriarũ & homicidij: vt. ff. de priua. deli. l. pe. Vel si quis cõmiserit adulterium cum sorore, tenetur adulterij & incestus: vt. ff. de adult. l. si adulterium cum incestu. in prin. Sed huic videtur contra: vt. ff. e. l. senatus. sed ibi erat idem crimen, hic duplex. Quid si aliquem fui aggressus, & in aggressione homicidium perpetraui? Respon. licet facta diuersa sint. tamen quantum ad initium pro vno facto habetur: vt ar. j. ad legem. Iul. de vi. l. quoniam.

Crimine duplici quãdo que quis tenetur.

e ¶ Ab alio.] à contrario ergo ab eodem non potest accusari. & erit verũ, vbi crimina ex eodem facto oriuntur: si autem ex diuersis, potest etiam ab eodem: vt. ff. eo. l. libellorum. §. sed & si aliud.

f ¶ Super vtroque.] Sic. s. de iudi. l. nulli. interim tamen dum respondet pro vno, non arctetur pro alio: vt. ff. de custo. reo. l. ij. §. fi.

g ¶ Super altero.] vtroque tamen plenissimè discusso, poterit seorsum pronunciare: vt hîc innuit. Et vltimò distingue, quia aut vnus accusat vnum: & tunc de vno crimine & vna lege potest, diuersis legibus non potest: vt. ff. eodem senatus. sed si diuersis criminibus descendentibus ex diuersis factis, potest: vt. ff. eo. l. libellorum. §. sed & si aliud. si ex vno, non videtur quòd liceat: vt sumitur arg. à contrario sensu, in hac. l. ij. respon. aut vnus accusat plures: & tunc si de eodem crimine, licet: vt. j. si reus vel ac. mor. fue. l. j. & ff. de adulte. l. qui pupillam. § j. & l. vim passam §. incesti Sed fallit in accusatione adulterij: vt. j. de adul. reos. & ff. de adult. l. si maritus. ij. §. j. si verò de diuersis criminibus, vno libello non possunt accusari duo: sed si diuersis, sic: non tamẽ tres. & hoc nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur. ff. eo. l. hos accusare. §. j. & s. titu. j. l. cum rationibus. Aut econtra plures accusant vnum: & tunc si de eodem crimine, idoneior est eligendus: vt. ff. e. l. si plures. si autẽ de diuersis criminibus ex vno vel diuersis factis descẽdentibus possunt, scilicet plures vnũ accusare: vt hac. l. interim tamen dum habet necesse respondere pro vno, non arctetur pro altero: vt. ff. de custo. re. l. ij. §. fi.

Accusatus ab vno sup vno crimine, an possit ab alio sup eodem accusari.

QVi explicandi.] CASVS. Si comes vel assessor iudicis accipiat pecuniam à conuento, vt absoluatur: non minus puniendus est comes vel assessor, quàm qui corrupit. quæ autem sit hæc pœna, non aperit. tu dic, si corrumpens sit actor, perdit litem: vt. s. de pœna iudi. qui malè iudi. l. j. comes fustibus ceditur: & pro iniuria quam fecit iudici, damnabitur: vt ff. de iniurijs. l. item apud. Viuia.

h ¶ Qui explicãdi.] puta familiaris, vel assessor, vel comes, vel cõsiliarius iudicis: vt & ff. ad. l. Iul. repe. l. in comites.

i ¶ Spem.] id est victoriam quam sperat qui dat.

k ¶ Situs est.] dum tamen secũdum legem iudicet: vt in aut. de iu. §. omnis autem colla. vj.

l ¶ Non minus.] q. d. non minus punitur dictus consiliarius quàm ipse corruptor, cum par sit delictum. arg. s. de epis. & cleri. l. si quemquã. Sed quod sit hoc crimen, non aperit. Dic ergo, actor corrũpens perdit litem: vt. s. de pœna iudic. l. j. Item crimen falsi committit, vt relegetur ad tẽpus: vt. ff. de falsis. qui duobus. familiares autem vel alij prædicti, fustibus ceduntur: & per hoc de iniuria quam iudici fecisse videtur, damnati videntur: vt. ff. de iniur. l. item apud. §. idem ait. Sed hodie ei qui dedit, parcitur. quod dic vt s. de pœna iudi. authenti. nouo iure. & facit ad legem istã. ff. de calum. l. si ab eo. & quod not. in. l. j. §. j. ij. & iij. in eo. titu.

Iudicẽ corrumpẽs qua pœna punitur.

Idem AA. & CC. liberis Crispinæ clarissimæ nobis. LEX XI.

SI quis homicidij crimen existimat persequendum [m]: secundum iurispublici formam debebit eum [n] qui in primordio homicidij postulauerit reum neque probauerit, ideoque reus absolutus est, præuaricationis arguere [o]. Id enĩ salubriter statutis principum parentum nostrorum iurisque forma præscriptum est [p]. Vel si id nõ putauerit [q] agendum: ad sequens crimen, id est pastorũ latronúmve descendere eum coges [r], atque id exequi iudicio tuo: cùm si quidem id ab incusato appareat esse commissum, ob vltionem publicam obnoxius legibus fiat [s]. Dat. viij. Idus April. Annibaliano & Asclepiodoto Cons.

¶ Si præcipitans absque conscientia criminis, non nocet successoribus. hoc dicit. Salicetus.

Idem AA. & CC. Aurelio. LEX XII.

FActum spontè se præcipitantis [t], innocenti criminis periculum afferre non potest [v]. S. xiiij. Calend. Iuñ. Sirmij AA. Cons.

SI quis.] CASVS. Accusaui Titium de adulterio, & absolutus est: an possit eundem accusare, quæritur? Et dicitur quòd non, nisi arguere me poteris de præuaricatione: quia fortè collusi cũ Titio. Si verò Titius homicidium fecit, poteris eum accusare. Viuia.

m ¶ Persequendum.] contra eum qui iam ab alio accusatus fuerat & absolutus.

n ¶ Eum.] primũ accusatorem qui succubuit

o ¶ Arguere.] Aliter enim regulariter non auditur [a]: vt hîc, & ff. de præua. l. iij. in princip. sed fallit quando secundus suam vel suorum iniuriã prosequitur: & docet se nescisse de prima accusatione: vt. ff. e. l. si cui. §. sed hoc vtrũ. si verò accusatus trãsigat, quod potest: vt. s. de transa. l. trãsigere. non nocet nisi transigenti: cum res inter alios acta &c. vt. s. res inter alios acta. l. ij. licet enim cuilibet liceat redimere sanguinem suum: verum est vt non habeatur pro confesso: nõ ad hoc vt nõ possit ab alio accusari: quod est in alijs publicis iudicijs, vbi non de sanguine agitur: vt. ff. de priua. delic. l. fi.

a Addi. Sal. si iuramentũ purgationis delatũ sit accusato nõ poterit amplius accusari. addo tamen quod iuramentũ veritatis non noceret nisi differenti. Ias. in l. iij. penul. fi. de iureiu.

p ¶ Præscriptum est.] id est in scriptis positum.

q ¶ Non putauerit.] s. docere de præuaricatione primi; quod est etiã cũ prosequitur suam vel suorum iniuriam: vt modò notaui. & quod subijcit ad sequens crimen. s. homicidij: quod est sequens ratione præuaricationis, de qua regulariter deberet antè docere. Item quod subijcit pastorum: ideo dicit, quia à pastoribus hoc crimen. s. homicidij, primò deuenit. s. Cayn & Abel. & quod subijcit coges. non absolutè: sed si vult accusare, coges eũ subscribere: vel aliâs non audias eum. Vel dic secundò secundũ B. quod fecerat iniuriã, & posteà homicidium in pastores: & hic secundus accusator de homicidio & iniuria inscripsit. omisso de homicidio, ad sequens crimen, scilicet iniuriæ peruenitur, quæ tamen ante homicidium facta fuerat, quod totale cœpit à pastoribus: vt Cayn & Abel. Tu dic melius tertiò, quòd tria delicta commiserat. primò homicidiũ vnius pastoris, posteà iniuriam fecerat alijs, tertiò pecora abegerat: & sic ex quo omittit primum, descendit ad primum crimen pastorum id est iniuriæ eis factæ & domino per eos, & latronum qui scilicet abegerunt pecora. vel si iste non fuerat ordo in committendo: fuit saltem in libello accusationis, vt habeat locum, quod dicit sequens.

Homicidij crimen à pastoribus ortũ habuit

r ¶ Eum coges.] si iam cœperat accusare: vt s. non incidat in Turpilianum: aliâs non compellitur: vt. s. vt nemo inuitus. l. j. Sed si inscripsit in tribus casibus supradictis, omisso vno an tunc inscribet in duobus? Respond. sufficit prima inscriptio. Item an ratione omissi homicidij incidit in Turpilianum? Respon. non: quia nunc spontè desistit, sed repulsus exceptione: quia ab alio absolutus.

s ¶ Legibus fiat.] lege cor. de sica. secundum primum modum. vel secundum vltimum crimine abigeatus & iniuriarum.

FActum.] CASVS Si quis sponte vel impatientia doloris se præcipitauerit: hoc hæredi suo non imputabitur.

t ¶ Præcipitantis] scilicet ob tędium vitæ, vel impatientiam doloris: vel pudorem æris alieni.

v ¶ Non potest.] præcipitanti, vel eius hæredi: vt hîc, & suprà. qui testa.

face.pof.l.ij.vbi plenè diftinxi.& habes titulum fpecialē, infrà de ijs qui mor. fibi confci.

SI quis.] CASVS. Si aliquis volens feruum accufare, petat eum torqueri,vt fic veritas patefiat: an fit audiendus antequā infcribat, quæritur? Et dicitur quòd non. Viuianus.

a ¶ Adftrinxerit.] ficut fi liberū accufaret: vt ff. eo.l.hos accufare.§. fi feruus. & dic ꝙ infcribit 10 promittendo fe fubiturum eandē pœnā, fi non probauerit. Vel dic profitebitur fe depofuiffe libellū. vel fecundū alios, fe perfeueraturum vfque ad finem accufationis.

SInguli.] CASVS. Si quis publicum crimē ab officialib⁹ 20 dicatur perpetraffe: fecūdum relationē eorum nō cognofcet iudex, fed veritatē inquiret. Viuia.

b ¶ Vti fuffragijs.] hoc eft ꝙ non ex aliorū cōfcientia & fciētia iudicent, fed fua: vt in aut. de iudi.§.j.colla.vj. Vel dic quòd iudicent ficut alius 30 vel alij iudices in fimilibus iudicauerunt: vt fuprà de fen.l.nemo.

c ¶ Relationibus.] vt dicas quærite ab officialibus: ipfi referunt vobis quid fit, fecūdū Azo. & fic non creditur officiali foli: vt & not.s̄.eo.ti. l.ea quidem. & facit.ff.de 40 cufto.reo.l.diuus.ij.

Officiali foli non creditur.

d ¶ Inquirere.] & facit fuprà de relationibus. l.fina.

TVnc cōuenit.] CASVS. Nobilis demum adeffe iudicio debet, cùm accufatur de publico crimine: aliud cum pecuniaria caufa cō 50 uenitur: quo cafu per ꝓcuratorem fe defendere poteft. Viuia.

e ¶ Tunc conuenit.] q.d. femper cōuenit eos adeffe publicis iudicijs: quia femp hoc caufa depofcit, cùm ad crimē publici iudicij fruftra interueniat procurator: vt.ff. 60 de publi. iudic.l.penult. §.ad crimen. nifi in crimine iniuriarum, quod mouet vel fufcipit illuftris per procuratorē: vt j.de iniur.l.fi.

Procurator in criminalibus nō interuenit.

f ¶ Licet in pecuniarijs.] fed hoc ius hodie ftat vfque ad illuftres tantùm ex neceffitate: vt fuprà de procu.l penul.& authen.ibi pofita.

¶ Accufatus non debet torqueri, fi accufans fe non infcripfit.h.d.Bal. Vel fic: In accufatione facta de feruo, neceffaria eft infcriptio ficut de libero. hoc dicit. Sali.

Imppp. Valent. Grat.& Theod. AAA. Mariniano vic. Hifpaniæ.

LEX XIII.

SI quis feruos crediderit accufandos, non prius ad corporū tormēta veniatur, quàm fe vinculo fubfcriptionis adftrinxerit[a]. D. vj. Calen. Ian. Patauij, Merobaude ij.& Saturnino Conf.

¶ Iudex in criminalibus non debet ire per mendicata fuffragia, fed per probationes, quibus lux ueritatis afsiftat. Vel fic: In criminali iudex non debet credere dicto alterius iudicis uel notarij, fed debet inquirere per fe.h.d.Bald. Vel fic: Etiam in criminalibus non iudicatur exemplis & fimplici relatione: etiam fi perfona referentis fit publica, non creditur, fed de rei ueritate cognofcitur. Sali.

Idem AA.& Arcad. A. Cynegio præfec. præto.

LEX XIIII.

SInguli vniuerfiq; iudices cognofcant in publicis criminibus non oportere emendicatis vti fuffragijs[b] decretorum, aut relationibus[c] à publicis perfonis deftinandis credere: fed rei veritatē inquirere[d]. D. prid. Calend. Maij, Conftantinop. Arcadio A. et Bautone Conf.

¶ In publicis iudicijs etiam potētiores uiri debēt perfonaliter adeffe: licet in ciuili caufa poffint mittere procuratorē.h.d.Bal. Vel fic: Nemo in crimine publico poteft per procuratorem litigare.h.d.Sali.

Idem AAA. Tatiano præfect. præto.

LEX XV.

TVnc cōuenit[e] potētiores viros adeffe iudicijs, cùm eorū præfentiam in criminib⁹ publicis per infcriptionē caufa depofcat: licet in pecuniarijs[f] caufis per ꝓcuratores litē fuftineāt. D. xij. Calen. Mart. Mediolani, Valentiniano A. iiij.& Neoterio Conf.

¶ In criminalibus caufis requiritur infcriptio, & facti & tēporis defignatio. fupple, & etiam loci depofitio.h.d.Bal. Vel fic: Non debet procedi fuper crimine, nifi certa & clara præceſſerit accufatio: aliàs iudex punitur.h.d.Bart. Vel fic: Libellus in caufa criminali, debet continere factum & tempus: & iudex qui non recipit libellum, qui debet recipi: debet puniri.h.d. Vel fic: Libellus in criminali debet continere nomen accufatoris, nomen iudicis, & nomen accufati. Item factum & eius qualitatem. Item debet continere tempus & locum. hoc dicit text. cum gl. unde aliquid quod hic deficit, debet fuppleri per legem libellorum.

70 IN caufis.] CASVS. In libello accufatorio debet comprehendi nomen accufatoris, & accufati, & crimen, & tempus commifsi criminis: quòd fi aliter fiat, iudex recipiens infcriptiones in quinque libris multabitur. Viuianus.

g ¶ Infcriptiones.] id eft libelli accufatorij in fcriptis & cum infcriptione.

h ¶ Magnitudinem.] exprimendo illud.

i ¶ Tempusq;.] i. annum & menfem non autem diem commifsi criminis, fed dati libelli. fic vt.ff.eo.l.libellorum.

k ¶ Alterutram.] id eft vtranque, fcilicet accufatum, fi fuccumbat: ac80 cufatorem, fi non probet: vt fuprà.l.proxi.& infrà de calum.l.non prius.

l ¶ Statutum.] aliâs fcilicet.

m ¶ Secretarium.] id eft recipientes infcriptiones, fecundum Azo. fed alij vt H. id eft curatores, aliâs viatores litium. In prædicto autem libello plura debent contineri. Primò anni domini eius temporis, quo datur libellus. nam in omni inftrumento quod fit, temporis commemoratio poni debet & indictio: vt in authenti. vt præponatur nomen imperatoris. colla.v. Deinde anni imperij illius imperatoris qui tunc eft, cùm libellus datur Conful, Menfis, dies dati libelli, non dico dies commifsi criminis. Item quis accufat, & quis accufatur: & de quo crimine certetur: & apud quem iudicem. Item locus criminis. Certum tempus menfis. Conful: non dies vel hora apponatur ab initio. in fine fubfcribitur. Erit ergo hæc forma: Anno domini Mccxxvij. imperij facratifsimi Friderichi Imperatoris anno feptimo, confulibus illis, in dictione tali, die xij. exeunte menfe Iulij, ego Titius defero vel accufo Geraldū apud Te10 fpinum poteftatem Bonō. lege Iulia de adulterijs: quia fecit adulterium cum Bertha tali, in domo illius. menfe tali, confulibus vel poteftate tali: & huic me accufationi fubfcribo, & vfque ad finem vel ad fententiam perfeueratu20 rū promitto. fuper hoc etiam fideiuffor dabitur: vt infrà ad Turpilli.l. prima. &.ff. eodem. l.fi cui.circa princip. Vel fi ponatur in tertia perfona, talis detulit talem &c. non eft vis: vt ff. eodem. l. libellorum. vel erit fubfcriptio, quòd 30 patiatur eandem pœnam: vt & infrà eodem. l.proxi. Vel tertiò, profitebitur fe dediffe præfatum libellum: per quod ftatim intelligitur ligatus ad talionem. & facit fuprà de fide inftrumē.l.fina.& fuprà titu.j.l.iij.

Libellus criminalis qd cōtinere debet.

Libelli accufatorij forma.

Impp. Arcadius & Honorius AA. Pafiphilo.

LEX XVI.

IN caufis criminalibus dignum eft vt infcriptiones[g] præponātur, quæ magnitudinē[h] videlicet criminis, tempusq;[i] defignent: vt alterutram[k] partem digna legum terrere pofsit authoritas. ¶ Quòd fi fuerit ftatutū[l] fortè cōtemptū: ij qui ex officio ingrediūtur fecretariū[m], quinq; librarū auri cōdemnatione feriētur. D. viij. Id. Iañ. Olybrio & Probino Conf.

¶ Non intelligitur quis effe culpabilis eoipfo quòd coram iudice diffamatur, fed debet ille qui eum putat culpabilem, accufare & detineri unà cum reo, fimilitudine fupplicij puniendus fi conftiterit eum calumniatum. hoc primò. Confeffus in fe in tormentis, non debet torqueri in alium: nec debet credi eius teftificationi contra alium. hoc dicit fecunda pars. Bald. Vel fic: Accufator debet fe infcribere & detineri ficut accufatus, donec caufa examinetur: & qui torquetur, non debet interrogari de focijs.h.d. fecundum Bal.

Impp. Honorius & Theod. AA. Conf. præt. trib. pleb. S.D.

LEX XVII.

ACcufationis exordiū† iamdudum legibus inftitutum[n] feruari iubemus: vt quicunque[o] in difcrimen capitis accerfitur, non ftatim reus qui accufari potuit, exiftimetur: ne fubiectam innocentiā feriamus[p]. ¶ Sed quifquis ille eft qui crimen intendit, in iudicium veniat[q], nomen rei iudicet[r], vinculum[s] infcriptionis arripiat, cuftodiat fimilitudinem[t]

† Aliàs, ordinem.

40 ACcufationis.] CASVS. Si quis accufatur de crimine, non debet ftatim credi, quòd crimen commifit: fed accufator libellum accufatorium porrigat, in quo contineatur crimen commiffum, & nomen ac50 cufati: & in fine libelli obligabit fe ad pœnam talionis: quæ eft vt eandem pœnam patiatur, fi non probet quam paffurus effet, fi crimen inftitutum probatum fuiffet: & vterque fub cuftodia tenebitur fimili: nifi di60 gnitatis ratio aliud exegerit: & non audietur accufatus volens fe excufare per hoc quod alij dicantur idem crimen commififfe quod ipfe cōmifit, cùm de fe confiteri debeat quis: nec de aliena confcientia interrogari: quia nullus de proprio crimine fuper aliena confcientia eft interrogan70 dus. Viuianus.

n ¶ Inftitutum.] vt no.s̄.l.proxi.

o ¶ Vt quicunque.] fupple eatenus volumus feruari, vt non ftatim &c. & dic reus.i.damnandus.

p ¶ Feriamus.] i. fubiectos innocentes. vnde Boetius: hoc tantùm dixerim vltimam effe aduerfæ fortunæ farcinam, quòd dum miferis aliquod crimen infligitur, quæ perferunt meruiffe creduntur. & ad hoc quòd non debet effe quis credulus, eft.ff. de eo per quem fa.eft.l.j.§.j.

Boetius.

Credulus quis effe nō debet.

q ¶ In iudicium veniat.] vt ergo præfens abfentem non accufat: vt fuprà eodem.l.abfentem. fic nec abfens præfentem: vt hîc. fic ergo præfens præ80 fentem accufat.

r ¶ Indicet.] in libello: vel querelam apud acta deponat: vt fuprà eodem. l.fi quis.

s ¶ Vinculum infcriptionis.] id eft det infcriptionem, per quam ad fimilem pœnam ligatur: vt ibi, cùm calumniantes &c. vt fuprà.l.proxi. diximus.

t ¶ Similitudinem.] i. ficut accufatus cuftoditur, fic accufator: vt hîc, &.j. titu.j.l.ij.in fi.& infrà ad legem Iul. maie.l.fi quis alicui.

Habita

a ¶ Habita tamen dignitatis æſtimatione.] quia aliter in dignitate poſitus cuſtoditur quã alius: vt hic, & ff. de cuſt. re. l. j. & l. diuus. j.
b ¶ Nouerit.] accuſator: vt j. de cal. quiſqs. & j. ad leg. iul. de vi. l. ſi quis.
c ¶ Similitudo ſupplicij.] hoc ergo eſt vinculũ: & qñ crimen ordinariũ erat & pœna criminis ordinaria, planũ eſt. Sed quid ſi extraordinarium? rñ. & hic extraordinaria imponitur pœna calũnianti qualis imponenda erat reo, ſi victus fuiſſet: vt ff. ad turpil. & in priuatis. & ff. de priua. deli. l. fina. & ff. de pęua. l. ab imperatore. in caſu tñ calũniari permittit: vt ff. de bo. li. l. q cũ maior. §. ſi patris. ſed illud vt nõ perdat patronus cõtra tabulas nõ vt pœnã talionis euitet. Itẽ nõ talionis ſed alia pœna videtur debere imponi: vt s̄. titu. j. l. j. l. iij. ſed ibi erat abſens accuſator: hic præſens.

Calumniãs in crimẽ extraordinario qualiter puniatur.

(habita tamen[a] dignitatis ęſtimatiõe) patiatur, nec impunitã fore nouerit[b] licentiam mentiendi: cũ calumniantes ad vindictã poſcat ſimilitudo[c] ſupplicij. ¶ Nemo[d] tamẽ ſibi blãdiatur obiectu cuiuslibet criminis de ſe in quęſtione cõfeſſus, veniam ſperãs propter flagitia adiuncti, vel ꝑ communione criminis cõſortium perſonę ſuperioris optans, aut inimici[e] ſupplicio in ipſa ſupremorum ſuorũ ſorte* ſatiandus, aut eripi[f] ſe poſſe cõfidens, aut ſtudio, aut priuilegio nominati: cũ veteris iuris authoritas de ſe confeſſos, ne interrogari[g] quidẽ de aliorũ cõſcientia ſinat.[h] ¶ Nemo igitur de proprio crimine cõfitentem, ſuper cõſcientia ſcrutetur aliena[i]. Dat. viij. idi. Augu. Rauẽnę, Aſclepiodoto & Mariniano Conſ.

* Socian- dus.

d ¶ Nemo tamen.] licet s̄. faueat reo, non tamen in omnibus fauet, vt ſi confitens de ſe nominet ſocium parem vel maiorẽ, vt illo abſoluto, vel nõ inquiſito, iniquum ſit eum teneri.
e ¶ Aut inimici.] repete, & nemo ſibi blandiatur, quaſi hoc ſibi poſsit cõtingere ꝙ nominet inimicum quaſi in delicto cum quo vt ille pereat, vult libenter perire.

† Et cõfeſſis de delictis nõ credit ſi alios accuſent: vt in c. j. cũ gl. ij. extra de confeſ.

f ¶ Aut eripi.] repete, & nõ blãdiat ſibi, quaſi & ſic poſsit euadere, ſcilicet priuilegio vel ſtudio nominati.
g ¶ Nec interrogari.] nedum accuſationẽ non admitti.
h ¶ Sinat.] vt s̄. de teſti. l. quoniam liberi. & j. de quęſt. l. ſicuti. & ff. de q̄ſti. l. repeti. §. j. & ff. de publi. iudi. l. is qui.
i ¶ Conſcientia.] fallit in caſibus propter immanitatem criminũ. Primus eſt s̄. de feri. l. prouinciarum. Secundus j. de fal. mo. l. j. Tertius ff. de cuſt. re. l. diuus hadrianus. Item alius ff. ad exhiben. l. fina. Item j. de malefic. & ma. l. fina. & facit ad idem j. de cuſto. reo. l. j. & tamen his caſibus non debet interrogari, niſi aliqua præcedat præſumptio: vt j. de quæſtionibus. l. prima. Item eius reſponſio non erit plena probatio, ſed aliqua præſumptio.

Confeſſus de proprio crimine qñ q; ſup aliorum cõſciẽtia interrogatur.

TITVLVS III.

De exhibendis & tranſmittendis reis.

¶ *Miles à præſide captus, eſt magiſtro militum ſub fida cuſtodia remittendus. Bald.*

Impp. Valentin. & Valens AA. Valentiniano conſulari Piceni. LEX I.

Si miles in ꝓuĩcia[k] repertus crimẽ publicũ cõmiſerit, eũ rector ꝓuĩcię ſub cuſtodia[l] cõſtituat atq; ita vel cauſę meritum[m], vel etiã perſonę qualitatem[n] ad magiſtrum militũ referat. D. xij. cal. Febr. Mediolani, Valentiniano & Valente AA. Conſ.

¶ *Non eſt quis in carcere ligandus antequam conuincatur: non eſt quis accuſandus antequam inſcribatur: non eſt quis ad iudicem tranſmittendus antequam xxx. dierum ſpatium eidem ad componendum mœſtos penates aſsignetur: & tam reus quam accuſator ex uinculis æqualiter cauſam dicunt: in quibus debent detineri donec reperitur celebrata cognitio ueritatis. Bald.*

Impp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. Eutropio præfecto præto. LEX II.

¶ DE EXHIBEN. & TRANSMIT. REIS. ¶ *De perſonis accuſantium dixit, nunc accuſatorum quæ quãdoq; exhibentur, quandoq; etiam ad alium locum tranſmittuntur etiam ſub cuſtodia: & ideo de hoc dicit.*

Si miles.] CASVS. Miles ſi publicum crimen in prouincia cõmiſit, præſes faciet eum cuſtodire: & epiſtolã mittet ad magiſtrum militum, in qua contineatur qualiter contra eum fuerit probatum, & vt pro reo mittat.
k ¶ In prouincia]. Et ſic extra militiã: quia tũc ſub magiſtro militum tantùm reſponderet.
l ¶ Cuſtodia.] id eſt cuſtodiendo habetur diſcretio: vt ff. de cuſto. re. l. j. & l. diuus. j.
m ¶ Cauſæ meritũ.] i. acta qualiter deliquerit & ꝓbatũ ſit: & vt mittat pro eo, & huiuſmodi ſcriptura miſſa appellatur elogium.

Elogium quid ſit.

n ¶ Vel etiã perſonæ qualitatẽ.] i. ipſam ꝑſonã qualis eſt, remitti vt hic, & ff. eo. de militibus. & l. nõ dubiũ. §. illud. & ff. de re mil. l. iij. & j. de re mili. l. fi. in prin. lib. xij. & hoc ex volũtate, cũ crimen eſt cõmune & enorme: nã & ipſe præſes poteſt punire: vt ff. de accuſa. l. fi. & s̄. vbi ſe. vel cla. l. j. & in aut. vt oẽs ob. iud. §. ſi igit. colla. v. & plenè dixi de his s̄. dę iuriſ. om. iud. l. magiſterię. & facit s̄. de offi. ma. mi l. j.

Nullus.] CASVS. Accuſatus antequã conuincatur, et ſi cuſtodiri debeat: in vinculis tamen nõ eſt ponendus: nec accuſatori facilè credendum eſt, niſi inſcripſerit. quo facto dabuntur xxx. dies accuſato ad diſponendam familiam ſuam: nec officialis à quo mittitur ad accuſatũ debet habere copiã nundinandi, id eſt negotiandi: & ſi proroget tempus quo veniente donec de veritate conſtiterit, ſub pari erit cuſtodia accuſator cũ accuſato. Viuia.

Nullus in carcerem priuſquã cõuincatur, oĩno[o] vinciatur. ¶ Ex longinquo ſi quis eſt acciendus[p], nõ prius inſimulanti[q], id eſt accuſatori accõmodet aſſenſus[r], q̃ ſolẽni lege ſe vinxerit. ¶ Ei vero qui reducẽdus[s] erit[t], ad diſponendas res ſuas, componendosq́; mœſtos[v] penates, ſpatium coram loci iudice, aut etiam magiſtratibus ſufficientium dierum, nõ minus[x] tamẽ triginta tribuat: nulla remanẽte apud eũ[y] q ad exhibẽdum miſſus eſt copia nũdinãdi[z]. ¶ Qui[a] poſteaq̃ ad iudicem venerit, adhibita aduocatione, ius debebit explorare quęſitum[b]: ac tã diu pari[c] cũ accuſatore fortuna retineri donec repererit cognitio celebrata diſcrimen[d]. D. v. calẽd. Iuñ. Conſtãtinop. Gratiano v. & Theodoſio AA. Conſ.

q Id eſt accuſatori ui detur ſubdititium.

¶ *Nullus debet exhiberi ut reus ad iudicium, niſi præceſſerit iudicis mandatum. Salicetus.*

Imperatores Valẽt. Theod. & Arcad. AAA. Drepanio proconſuli Aphricæ. LEX III.

Neminẽ in iudicio exhibẽdũ eſſe pręcipim⁹[e], niſi de cui⁹ exhibitione[f] iudex ꝓnũciauit. D. PP. noñ. Feb. Mediolani, Valentiniano A. iij. & Neoterio Conſ.

TITVLVS IIII.

De cuſtodia reorum.

¶ *Siue per accuſationem ſiue per inquiſitionem procedatur, cauſa debet celeriter examinari, & non debet differri: & interim reus in carceribus poſitus non debet iniuriari: nec in locis tenebroſis de die poni: nec alias inurias pati. Bar. Vel ſic: In cognitione cauſæ criminalis quando partes ſunt præſentes, debet accelerari. de ſocijs reus interrogatur: & interim dum de crimine agitur (ſi criminis qualitas exigit) quis incatenatur: & incarcerati de die reducuntur ad lucem, ut ex ea uegetentur in cuſtodia: & cuſtodia debet geminari de nocte: & carcer ad pœnam non eſt inuentus, ſed ad cuſtodiam: tamen ex poſtfacto redactus fuit interdum ad pœnam, nec eſt tolerãdum quòd ad inſtantiam accuſatorum rei malè tractentur à cuſtodibus. hoc dicit. Sali.*

Imp. Conſtan. A. ad Florentiũ rõnalẽ. L. I.

o ¶ Omnino vinciatur.] huic eſt cõtra. j. ea. l. in fi. & j. tit. j. l. j. Solu. non ponitur in carcere vt liget, ſed vt cuſtodiat ſine ligamine vel in carcere vel ſub fideiuſſorib⁹ vel nuncijs ſecundũ qualitatem delicti & perſonæ: vt. ff. de cuſto. re. l. j. Vel dic nõ ponit vt crucietur, ſed vt cõſeruetur: quod in idẽ recidit. Vel dic, poſtquã conuincatur qualiquali præſumptione: ſed prima placet, vel hic paratus erat dare fideiuſſorẽ: ibi, nõ.
p ¶ Acciẽdus.] id eſt accuſandus. vel, id eſt vocandus vt poſsit accuſari. ſic ergo abſens accuſatur. & ſic eſt contra. s̄. tit. j. l. abſentẽ. ſed recipitur accuſatio: vt hic, non autem proceditur in ea. vel fit inſcriptio, non tamen datur iudici.

† Reali ſecundũ Bart. & ſi reſiſtat, impune offendetur. l. ſi ſeruus. s̄. de ijs qui ad eccl. cõfug. itelligẽ etiã hãc legẽ ſecundùm eundẽ Bal. de citatione verbali.

q ¶ Aſſenſus.] qui petebat ſuam accuſationẽm recipi, & accuſatũ citari & puniri.
r ¶ Vinxerit.] faciendo inſcriptionẽ, ſed an ſtatim eſt vinct⁹ etiã anteq̃ reus veniat? Rñ. nõ, ſed vinciẽdus: quaſi eñ ſub conditione eſt ligatus. Vel dic etiã prius eum fore ligatum.
s ¶ Qui reducendus.] abſens pro quo mittitur vt veniat vt ſic poſsit accuſari.
t ¶ Erit.] re & verbo.
v ¶ Mœſtos.] i. familiarem. ſic ponitur j. de cõmeatu. l. fi. lib. xij.
x ¶ Non minus tamen triginta.] plus eñ poteſt. & facit. j. de pœnis. l. ſi vindicari.
y ¶ Apud eum.] ſcilicet officialem qui miſſus eſt ad exhibendum reũ. vel, id eſt abſentem pro quo miſſus eſt.
z ¶ Nundinandi.] id eſt negotiandi vel epulas faciendi: hoc eſt, nõ debet tempus prorogare.
a ¶ Qui.] abſens.
b ¶ Quæſitum.] id eſt quare fuit vocatus.
c ¶ Pari.] ſic s̄. titu. j. l. finali.
d ¶ Diſcrimen.] veri & falſi.
e Neminẽ.] Præcipimus à priuato. fallit ergo, qđ hic dicit in officiali: vt s̄. ti. j. l. ea quidem. Item & s̄. quãdo liceat vni ſine iudice. l. j. & ij. & j. de fal. mo. l. j. & ff. quæ in frau. cred. l. ait prætor. §. ſi debitorẽ. & ff. de fur. interdũ. ij. § qui furem. & j. de rapto. virgi. l. j. in prin. & in authen. vt liceat ma. & auiæ. §. penulti. & §. fi. col. viij.

¶ DE CVSTODIA REORVM. ¶ *Exhibiti. id eſt accuſati cuſtodiuntur: ideoque de hoc ſubijcit.*

Diuiſio.

IN quacũque.] Diuiditur in quatuor partes: nam primò mandat iudici vt cauſæ cognitionem & definitionem acceleret. Secundò mandat reorum cuſtodiam, annectendo eius nomen & formam. Tertiò prohibet crudelitatem cuſtodis fieri. Quartò imponit pœnam crudelitatem exercenti: & iudici in vindicando negligenti. Secunda ibi, Interea. Tertia ibi. Illud etiam. Quarta ibi, Non 10 enim. CASVS. Siue ſolenniter quis accuſatus de priuato, ſiue iudici per excubitores denunciatum fuerit de crimine, vt quia notorium: examinatio cauſæ differri non debet: ſed ſtatim accuſatus abſoluendus eſt, ſi appareat 20 innoxius. ſi verò accuſator abſit: iterum non debet accuſatus catenis conſtringi vel cruciari, vel in compedibus cuſtodiri: ita vt de die videat lucem: de nocte imponatur in profundum carceris: & poſtea in ortu ſolis ad lumen eleue- 30 tur: cuſtos verò carceris prẹmium non accipiat ab accuſatore vt accuſato crudelior fiat: vel vt accuſato denegetur, quominus audiri poſſit à iudice: quia ſi hoc faciat, erit infamis, Viuianus.

† Ratio eſt qa hoc iure carcer non eſt ad pœnã. l. aut damnũ. §. ſolent. ff. de pœ. ſecus de iure canonico c. quamuis. de pœ. li. vj. vt ibi notatur nõ poteſt tamẽ eſſe vſq; ad mortẽ ſub pœna irregularitatis. Panor. cap. nouimus. de ſen. excõ.

IN quacunq; cauſa reo exhibito, ſiue accuſator exiſtat[a] ſiue eũ[b] publicẹ ſolicitudinis cura ꝑduxerit[c] ſtatĩ debet quẹſtio[d] fieri, vt noxius puniat̃, innocens abſoluat̃. ¶ Quòd ſi accuſator aberit ad tẽpus, aut ſociorũ[e] prẹſentia neceſſaria videatur: id quidẽ debet q̃ celerrimè procurari[f]. Interea† verò reum exhibitum non per ferreas manicas & inhærentes oſsibus mitti oportet, ſed prolixiores catenas (ſi criminis qualitas etiam catenarum acerbitatem poſtulauerit) vt & cruciatio[g] deſit, & permaneat ſub fida cuſtodia. Nec verò ſedis intimæ tenebras pati debebit ĩcluſus, ſed vſurpata[h] luce vegetari, ac ſubleuari: & vbi nox gemĩauerit[i] cuſtodiã, in veſtibulis[k] carcerũ, & ſalubribus[l] locis recipiat̃: ac reuertente iterũ die, ad primũ ſolis ortũ ilico ad publicũ lumẽ reduci, ne pœnis carcerũ perimat̃: qđ innocẽtibus miſerum, noxijs[m] non ſatis ſeuerum eſſe dignoſcitur. ¶ Illud etiã obſeruabit̃ vt neq; ijs qui ♁ſtratorum[n] funguntur officio, neq; miniſtris eorum liceat crudelitatem ſuam accuſatoribus vẽdere[o]: & innocentes intra carcerum ſepta leto dare, aut ſubtractos[p] audientię longa tabe cõſumere. Nõ enim exiſtimationis[q] tãtùm, ſed etiã periculi metus iudici imminebit, ſi aliquẽ vltra debitũ tempus inedia aut quocũq; modo aliquis ſtratorũ exhauſerit[r], & nõ ſtatim eũ penes quem officiũ cuſtodiæ eſt, atq; eius miniſtros capitali pœnæ ſubiecerit[s]. D. ij. cal. Iul. Serdicæ, Conſtantio A. vj. & Conſtante Cæſ. Conſ.

♁ Statorũ, &c.

Detentus debet à iudice audiri: & apud acta duci: & iudicibus nimis ſeuientibus debet imponi freni temperies. hoc dicit hæc lex, quæ non ſolum ponit formam in detinendo, ſed in procedendo, & audiendo detentos. Baldus. Vel ſic: Si quis de crimine conuincitur, debet apud tribunal duci ut crimen confiteatur, & certum appareat. Hoc dicit. Bartolus.

Idem A. & CC. ad Euagriũ præ. prẹ. L. II.

SI quis in ea culpa vel crimine fuerit deprehenſus[t], quo dignus clauſtris carceris & cuſtodiæ ſqualore videatur[v]: auditus apud acta, cùm de admiſſo conſtiterit[x], pœnam carceris ſuſtineat: atq; ita poſtmodum eductus apud acta audiatur. Ita eñ[y] quaſi ſub publico teſtimonio commemoratio admiſsi criminis fiet, vt iudicibus immodicè ſeuientibus freni quẹdam temperies adhibita videatur. Dat. noñ. Februar. Heraclię, Cõſtantio A. vij. & Cõſtante Cẹſ. ij. Conſ.

Carcer mulierum debet eſſe ſeparatus à carcere maſculorum. hoc dicit. Baldus. Vel ſic. Mulieres non debent cum uiris in eodem carcere detrudi, ſed in monaſterio, uel honeſtis perſonis tradi. h. d. ſecundùm Sali. cum ſequẽti authen.

Idem A. Acindyno præfe. præ. LEX III.

QVoniam vnũ carceris conclaue[z] permiſtos ſecũ† criminoſos includit[a], hac lege ſancimus, vt etiã ſi pœnẹ qualitas permiſtione[b] iniungẽda eſt: ſexu tamen diſpares[c] diuerſa clauſtrorũ habere tutamina iubeantur. Dat. nonis Aprilis Acindyno & Proculo Conſ.

† aliâs, permiſto ſexu.

In authen. vt nul. iudi. §. neceſſarium. colla. ix. conſt. ix.

Mulier nunquam poteſt in carcere detineri in cauſa ciuili. Bald.

HOdie nouo iure[d] nullã mulierem pro pecunia fiſcali, ſeu priuata cauſa, aut ꝑ crimine quolibet modo in carcerem mitti, aut includi, aut cuſtodiri concedimus. ¶ Sed ſi pro fiſcali aut priuato debito pulſetur, per virum ſuum, aut quẽ alium legitimè reſpõdeat. Qđ ſi noluerit vel reſpõdere, vel perſequi litẽ ſuam: legitimè in rebus ſuis executio procedat. ¶ Si verò tale ſit crimen, vt neceſſe[e] ſit eam cuſtodiri: ſiquidẽ fideiuſſorem dare poteſt, ipſi credat̃: ſi verò iurauerit fideiuſſorẽ dare ſe non poſſe, iuratoriam cautionem prẹſtet de iudicij obſeruatione. ¶ Sed ſi crimen grauiſsimũ ſit de quo accuſatur, in monaſterium vel aſceteriũ mittatur, vel mulieribus tradatur, per quas cuſtodiatur. ¶ Iudices autẽ qui hẹc non ſeruãt, ſi maiores ſunt, viginti librarum auri pœnam: ſi minores, decem ſoluant. ¶ Obedientes autem eis in prẹdictis caſib⁹, ſpoliati cingulo, dentur in exilium.

Cuſtos carcerũ fracto carcere per negligentiã ſui cuſtodis, nõ euitat pœnam eum exhibẽdo: ſed ſubit ſupplicium quod qui fugit eſſet ſubiturus: niſi iſte cuſtos ex cauſa neceſſitatis abeſſet. hoc dicit. Baldus.

Imperato. Valent. Valens & Grati. AAA. ad Probum præfec. præto. LEX IIII.

a Exiſtat.] priuatus 40 & ſolennis

b Eum.] id eſt reum.

c Solicitudinis.] cura produxerit. ſcilicet qa publicus erat latro. Vel dic qđ officiales de his ſoliciti exibuerunt, cum eſſet notorium: vt ſ. tit. ij. l. ea quæ.

d Quæſtio.] id eſt 50 examinatio.

e Sociorum.] nõ ꝙ eiſdem ſocijs credatur, niſi in caſibus: vt not. ſ. tit. ij. l. fi. in fi.

f Procurari. ſcilicet vt accuſator, & ſocij accuſati, ſint præſentes.

g Cruciatio deſit.] Niſi in caſu: vt j. l. proxi- 60 ma. & in l. diuus. j. ff. eo. titu. carcer enim ad cuſtodiendum, non ad puniendum inductus eſt: vt hic, & ff. de pœnis. aut damnum. §. ſolent. & j. de exacti. tribu. l. ij. li. x.

Carcer eſt ad cuſtodiam.

ADDITIO. Videas cap. quamuis ad reorum. de pœnis. li- 70 bro ſexto.

h Vſurpata luce.] id eſt quaſi rapta. vel, id eſt deputata ad vſum hominum: vtetur & ipſe in die.

i Nox geminauerit.] nota nocte geminari cuſtodiam. ſic & ff. de vent. inſpicien. l. j. §. tria 80 lumina.

Nocte cuſtodia malefactorum eſt geminãda.

k Inveſtibulis.] locus ante carcerẽ: vt porticus ante domum dicitur veſtibulum ab aue: quia ibi ſalutabãtur antiqui: vt & ff. cõmuni diui. l. arbor. §. de veſtibulo. & in decre. lix. diſt. c. ſi officia. In die ergo etiam extra veſtibulum, & extra domum ſtare debent.

Veſtibulũ & porticus, quid ſignificent.

l Salubribus.] i. tutoribus ad eum ſaluandum.

m Noxijs.] id eſt nocentibus. Azo.

n Stratorũ.] quidã erant qui captos cuſtodiebãt, & lectos ſternebant.

o Vendere.] accipiẽdo aliqd ab accuſatorib⁹, vt faciant ſequentia.

p Subtractos au- 10 dientiæ.] quia nullũ audiunt, vel quia nõ referũt de eo iudice: vt de alijs.

q Aeſtimationis.] id eſt famæ.

r Exhauſerit.] i. interemerit vel occiderit.

s Subiecerit] vt ff. e. l. carceri. & facit j. de pœ 20 nis. l. pe. & antepe.

SI quis.] CASVS. Si de crimine alicuius qđ ſit notorium iudici denunciatũ fuerit, & iudex ad locũ tormẽtorũ criminoſum ducere fecerit, & ille metu tormentorũ cõfeſſus fuerit: nõ ſtatim eſt pu- 30 niẽdus, ſed ponẽdus eſt in carcere: & poſtea educendus & interrogandus: & ſic ſeuitia iudicis refrenabitur.

t Deprehenſus.] per confeſsionem, cui nõ ſtatim creditur, vel deprehẽſus ſummatim: qđ in idem recidit.

40 v Videatur.] qa fideiuſſores non habet, vel delictum eſt enorme: vt ff. e. l. j. & l. diuus. j.

x Conſtiterit] i. de admiſsi accuſatiõe ꝙ ſit admittẽda: nec eñ ꝑ ſententiã definitiuã quis in carcerẽ dãnandus eſt: vt ff. de pœn. aut damnũ. §. 50 ſolẽt. ſecũdũ R. Vel dic conſtiterit, nõ plenè ſed ſemiplenè, puta per confeſsionem cui non ſtatur niſi perſeueret: vt ff. de quæſtio. l. j. §. diuus ſeuerus. & §. quæſtioni. & §. ſi quis vltro. nam ſi plenè & ſolẽniter cõſtaret, nõ eſt differenda pœna: 60 vt j. de pœnis. l. cũ reis. quẹ eſt cõtra, niſi in caſu: vt j. e. ti. l. ſi vindicari.

y Ita enim.] i. eo ſæpius audito & cauſis ſuẹ innocentiæ ſæpiſsimè allegatis. ſic & j. de pœnis. l. qui ſententiam.

QVoniam.] CASVS. Si 70 in eodẽ delicto inueniãtur maſculus & fœmina: nõ ſimul, ſed ſeorſum incarcerabũtur. Viuianus.

z Cõclaue.] i. camera.

a Includit.] id eſt ſimul multi ſtant.

b Permiſtione.] i. ꝓpter identitatẽ criminis.

c Diſpares.] ſic ſ. di 80 uortio facto. l. j.

d HOdie nouo iure.] Aliq hñt, ſed nouo iure. alij nouo iure, alij hodie nouo iure.

e Neceſſe.] ſic qa ſit enorme. & plenè hẹc materia tractat̃ in corpore.

Ad cõmen

AD cōmentarienſem.] C A S V S. Si cuſtos aliquem ſuppoſuit qui accuſatum vel incarceratum cuſtodiat, & ob negligentiam illius accuſatus fugerit: eadem pœna plectetur cuſtos qua eſſet plectendus incarceratus. Et ſi habeat ſocium cuſtos carceris: ſocius in cuſtodiendo habebit diligentiā: qua omiſſa, ſimili pœna plectēdus eſt, qua cōmentarienſis, ſi ille negligentiā commiſiſſet.

a ¶ Ad cōmentarienſem.] id eſt principem 10 carceris. qui & ponit illos cuſtodes ſub ſe: & dicitur commentarienſis, quia comitari debet eū quem cuſtodit.

Cōmentarieſis qs eſt. Cōmentarieſes, qa in cōmentariū cuſtodias referebant. Budeus ſup l. abeſſe. de ijs qui not. infa. i principibus.

b ¶ Nec putet.] Hoc dicit ſi aliū cuſtodem poſuit cōmentarienſis, qui captiuum fugere permiſit, non euadet ipſe pœ-20 nam offerendo illū ſub cuſtodem puniendum.

c ¶ Vilem.] potior tamen fuerat quàm cuſtoditus.

d ¶ Ipſum.] commentarienſem.

e ¶ Qui fugerit.] hoc ſi nimia negligētia fuit in eo, quia tyroni com-30 miſit: vt ff. eod. l. fina. in princip. aliàs pro modo culpæ in eum ſtatuitur: vt ff. eod. l. milites. & l. fi. in princi. & idem in ipſo cuſtodiente: vt & ſimiliter puniatur diuerſimodè: vt in fine huius l. ſed ſi ille qui fugit, tenebatur lege Cornelia de ſi-40 carijs: ergo & cuſtodes eadem lege propter ſuā negligentiam: quod eſt contra legem: quia in dicta lege de ſicarijs non venit negligētia, ſed dolus: vt ff. ad leg. cornel. de ſica. l. in lege. Quidā dicunt hoc ſpeciale. Tu dic quòd non eadem le-50 ge punitur cuſtos, ſed ex reſponſionibus vel cōſtitutionibus: eadem tamen pœna, ſicut accuſator calūniator punitur ſimili pœna, ſed non ſimili lege: ſed lege rhemia: cum forte lege Iulia de adulterijs accuſaret: vt ff. ad turpil. l. j. §. 60 calūniatoribus. Item facit ad l. ff. eo. l. carceri. & §. de iudi. l. properandū. §. finautem vtraq;. Item & facit contra prælatos erga ſubditos negligentes. ſic & §. de offi. præfe. præto. orien. l. ſi quos.

Carcerum cuſtodes negligentes, q pœna puniuntur.

f ¶ Adiutorem.] illū vilē. Vel dic ſocium.

70 DE ijs.] C A S V S. Accuſatus in carcere incluſus, aut cito cōuincatur, aut condemnetur, aut abſoluatur ſi innoxius inueniatur: cuſtos verò carceris numerum perſonarum, ætatem & ordinem ſuggerat poteſtati: quia ſi hoc nō fecit in xv. libris auri multabitur.

80 g ¶ Subducat.] id eſt perimat: vt & §. de pœ. l. cùm reis. ſeruato tamē quod eſt § eo. l. ſi quis. Vel hoc per teſtes & plenè. ibi per confeſſionē ſe miplenè probatum erat.

h ¶ Tricesimum diem.] id eſt ſingulis xxx. diebus.

i ¶ Ingerat.] iudici.

k ¶ Officium.] i. officiales iudicis. Vel dic, ipſi commentarienſes.

l ¶ Tantum titulum.] i. dignitatem, & ponitur tantū in vi nominis vel pro tantummodo: nam ex quo iudex non facit quod debet, nomine ſed non re dignitatem retinet.

m ¶ Extorrem.] id eſt ſine parte vel extraneum factum iudiciali honore propter dictam negligentiam: vt & arg. §. de procura. l. eum. & de officio præfec. præto. orien. l. ſi quos. & facit ff. eod. l. carceri. & §. l. proxi. & §. de epiſco. audien. l. iudices.

AD commentarienſem [a] receptarum perſonarū cuſtodia obſeruatioq; pertineat: nec putet [b] hominem abiectum atq; vilē [c] obijciendū eſſe iudici, ſi reus modo aliquo fuerit elapſus. Nam ipſum [d] volum⁹ huiuſmodi pœna cōſumi, qua obnoxius docebitur fuiſſe, qui fugerit [e]. ¶ Si verò commētarieſis neceſſitate aliqua procul ab officio egerit, adiutorem [f] eius pari iubemus inuigilare cura, & eadē ſtatuimus legis ſeueritate cōſtringi. D. iij. cal. Iul. Cōſtātin. Gratiano A. ij. & Probo Cōſ.

¶ Cauſæ carceratorum debent velociter terminari: & ſingulis xxx. diebus cuſtos carcerum debet cauſas & nomina carceratorum iudici deferre: pœna non referenti, & iudici negligenti imminente. hoc dicit. Baldus.

Imppp. Grat. Valentin. & Theodo. AAA. Eutropio præfec. præto. LEX V.

DE ijs quos tenet carcer incluſos, id aperta definitione ſancimus, vt aut conuictos velox pœna ſubducat [g]: aut liberandos cuſtodia diuturna non maceret. ¶ Iubemus autem vt intra tricesimū diem [h] ſemper cōmentarienſis ingerat [i] numerum perſonarū varietatem delictorum, clauſorū ordines: ętatemq; vinctorum. q ſi hęc pretermiſerit, officiū [k] quidē viginti libras auri ęrario noſtro iubemus inferre: iudicē verò deſidē ac reſupina ceruice tantū [l] titulū gerentē, extorrē [m] impetrata fortuna, & decē libris auri multādū eſſe cenſemus. D. iiij. cal. Ianuar. Cōſtātinop. Gratiano v. & Theodoſio AA. Conſ.

TITVLVS V.

De priuatis carceribus inhibendis.

¶ Nemo poteſt habere priuatum carcerem. hoc primò. Iudex qui non punit hunc, tenetur crimine læſe maieſtatis. Idem de primatibus officiorum, qui ſcientes non referunt iudici. Is etiam qui hunc carcerem retinet, ultimo ſupplicio condemnatur, tanquam uiolator imperialis maieſtatis. hoc dicit. Bald. Vel ſic: Priuati carceris crimen committentes, afficiendi ſunt ultimo ſupplicio, & datur facultas iudici de hoc crimine inquirendi: & iudex qui cognitū crimen nō uindicauit, crimen læſe maieſtatis cōmittit. Salic.

Imp. Zeno. A. Baſilio præ. pre. L. Vnica.

IVbem⁹ nemini penitus licere p Alexandrinam ſplēdiſſimā ciuitatē, vel Aegyptiacam diœceſim, aut ī qbuſlibet imperij noſtri puincijs vel in agris ſuis, aut vbicunq; domi priuati carceris exercere cuſtodiam [n]: viro ſpectabili pro tēpore præfecto Auguſtali, & viris clariſſimis omnium prouinciarum rectoribus [o] daturis operam, ſemperq; futuris in ſpeculis, vt ſępedicta nephādiſſimorum hominum arrogātia modis omnibus opprimatur. Nam poſt hanc ſaluberrimam conſtitutionem, & vir ſpectabilis pro tempore præfectus Auguſtalis, & quicūq; puincię moderator, maieſtatis crimē pculdubio incurſurus eſt, qui cognito huiuſmodi ſcelere, læſam nō vindicauerit [p] maieſtatem. Primatib⁹ inſuper officiorū eiuſdē criminis laqueis cōſtringēdis, qui ſimul atq; nouerint memoratū interdictū facinus in quo cūq; loco cōmitti, proprios iudices de opprimēdo nephādiſſimo ſcelere nō protinus curauerint inſtruendos. Nā illud perſpicuū eſt, eos qui hoc criminis genus cōmiſerint, etiā p veterū legū & cōſtitutionū tenore, tanq ipſius maieſtatis violatores, vltimo ſubiugādos eſſe ſupplicio. Dat. calēd. Iul. Cōſtātinop. Lōgino V. C. Con.

¶ DE PRIVATIS CARCERI. INHIB. ¶ Dixit de publico præmittendo: nūc de priuato 10 inhibendo. Accur.

IVbem⁹.] Primò phibet. Secundò punit iudicem & primates officiorū. Tertiò punit habentē priuatū carcerem. Secūda ibi, viro ſpectabili. Tertia ibi, nam il-20 lud. Bal. C A S V S. Si priuatus qs carcerem habeat: an criminoſos authoritate ſua poſſit in carcerare priuato carcere, quærit. Et dicit q nō: ſed ſi talis inueniat, per rectorē prouinciæ coercebitur: alioquin ſi prætermiſerit, pinde vt læ-30 ſe maieſtatis reus coercendus eſt cum officiali ſuo, qui hoc paſſus fuerit: illi eñ qui hoc facinus cōmittūt tanquā rei criminis læſæ maieſtatis intelliguntur. Viuia.

Diuiſio.

n ¶ Cuſtodiam.] vt & §. de cohortali. l. j. in prin cip. lib. xij.

40 o ¶ Rectoribus.] no præſides clariſſimos: vt & §. ad legē iul. de vi priua. l. fina.

p ¶ Non vindicauerit.] & nota puniri prælatū, niſi ſubditorū exceſſus corrigat: vt & §. de cōmer. & mer. l. ij. & §. de ſepul. vio. l. iij. Sed fallit 50 q in q; hæc l. j. de fal. mo. l. j. Item nec eſt prohibitum habere carcerē vbi quis ſeruos ſuos ponat: ſed vbi ponat publicē accuſatos.

Prelatus negligens punitur.

Carcerē habere nō eſt phibitum.

TITVLVS VI.

Si reus vel accuſator mortuus fuerit.

✶ Græca Conſtitutio. ✶

¶ Poſſunt plures de eodem crimine accuſari in uno libello: & uno mortuo pēdēte pceſſu, nihilo minus durat inſtantia quo ad reliquos. h. d. Bal.

Imper. Antoninus A. Eutychiano. LEX I.

ET ſi Marcellus qui crimine falſi poſtulabatur [q], vita functus eſt: ac p hoc crimen in perſona ei⁹ ſit extinctū [r]: accuſatio tamē non eſt abolita [s]: cùm tam vxorē eius q te eodem crimine poſtulatos [t] mentum feceratis fieri.

¶ SI REVS VEL ACCVSA. &c. ¶ Scilicet pendente accuſatio-60 ne. & in reo dicunt oēs ll. titu. in accuſatore. l. fina. & l. ſi ut proponis. & ff. de pu. iudi. l. defuncto.

ET ſi Marcellus.] C A S V S. Pendente accuſatione falſi qua accuſabātur Titius 70 & Sei⁹, & vxor Titij, licet Titius deceſſerit, & morte eius ſit finitum crimen: in perſona vxoris ſuę, & Seij non abolita eſt accuſatio. Viuia.

q ¶ Poſtulabatur.] vna cum vxore ſua, & te cum: quia falſum inſtru

80 r ¶ Sit extinctū.] vt §. l. proxi. Sed hoc fallit in crimine repetundarum & maieſtatis: vt ff. de accuſa. l. ex iudiciorū. Item in crimine peculatus & de reſiduis: vt ff. ad le. iul. pecu. l. fi. Itē in crimine deſertę militiæ: vt §. de re mili. l. iij. lib. xij. Item cū vxor de veneficio mariti accuſatur: vt ff. de iure fiſ. l. lucius. Itē in crimine apoſtatatus: vt §. de apoſtatis. l. apoſtatarum. & hæreſeos: vt §. de hæreti. l. iiij.

Crimina multa ſunt quæ morte non extinguuntur.

s ¶ Abolita.] contra te & vxorem.

t ¶ Poſtulatos.] tres ergo accuſati fuerunt de eodem crimine, & ab

Accusari simul quot malefactores possunt ab eodem.

eodem.s.de crimine falsi.& sic est cõtra s.qui accu.nõ pos.l.cũ rationibus. vbi duos non tres permittit simul postulari. Solu postulari possunt:vt hic,sed non in accusatione proceditur:vt ibi.& quod hic subijcit,non est abolita.dic secundũ H.quin fiat qđ fieri poterit.Vel secundũ alios,tres possunt accusari:vt hic,vt tamen non prosequatur cõtra omnes,sed ordinarium:vt arg j.ad legẽ iul.de adulte.l.reos.Tertij dicunt ꝙ sic de facto hic fuit, non tamen esse debuit quòd tres accusarentur. Alij dicunt in criminibus quæ descendunt ex legibus publicorum iudiciorum obtinere, quod in dicta contraria l.dicitur. At lex Cornelia de falsis de qua hic dicit,non est de illis:nisi quando testamentũ falso sum dicitur:vt ff.de publi.iudi.l.j. Tu dic ꝙ nõ est cõtra:quia hic loquitur cũ ex vno delicto,qđ potest etiã c.ibi ex pluribus non potest tres: vt arg.ff.ad legẽ iuliam de adul.l.nihil.§.fi.& l.vim passam.§.incesti.Vel hic prosequitur suã vel suorum iniuriam,quod & l.contraria permittit:& plenè ibi diximus.& s.de accu.l.qui de crimine.

Cõcor.cũ hac l.xxiij. dist.c.quorundam.

SI is.] CASVS. Accusatus de homicidio, si pendente accusatione decedit: accusator quasi accusationem deseruerit,pœnam desertionis nõ subibit.quæ sit hæc pœna, non aperit.tu dic quinq; lib.auri infamia:vt j.ad turpi.. vt ff.de præuaric.l.iij.§.j.& l.j. cùm enim morte accusati extinctũ sit crimen,accusationis necessitas adempta videtur. Viuianus.

a ¶ Postulasti.] l.cornel.de sicarijs.

b ¶ Ob pœnã.] quinque librarũ auri & infamiæ quæ est pæna turpiliani in desistentẽ: vt ff. de præuarica.l.iij.§.fi.& l.j.& j.ad turpil.l.ij.

c ¶ Sit extinctum.] nisi in casibus quos not. s.l.proxima.

SI vt proponis.] CASVS. Conueniebaris ad decem, protulisti instrumentum qđ accusabam de falso,pendente accusatione falsi vita functus es,& successit tibi Titius. si hæres,velit vti aduersus me eodem instrumento:an posim eum accusare de falso, quæritur. Et dicitur ꝙ sic. Viuianus.

esse pponas.PP. vij.calẽd. Octob. Læto ij.& Cereali Cons.

¶ *Accusator non prosequens accusationem propter casum superuenientem in persona accusati, non incidit in turpilianum. Bal. Vel sic. Morte accusati liberatur accusator à prosecutione criminis instituti.hoc dicit.Salicetus.*

Idem A.Proculo. LEX II.

SI is quem† homicidij seu cuiuscuis criminis postulasti[a] reũ, vita functus est: frustra ob pœnam[b] desertæ accusationis conueniris: cùm morte eius crimen cum pœna sit extinctum[c]: ac per hoc tibi adẽpta est necessitas accusatiõis.PP.iiij.cal. Octob. Romæ, Sabino & Anulino Cons.

¶ *Etiam eo mortuo qui fabricauit falsum instrumentum: si quis illo instrumento utatur scienter, potest accusare de falso.hoc dicit.Baldus.*

Imperator Alex.A.Veronitiano. LEX III.

SI(vt proponis)causa pecuniaria ad emolumentum[d] tuum spectat: licet Anianus cui falsi crimen author tuus[e] intẽdebat,vita functus sit:non prohiberis,si quis aduersum te instrumento quod in dubium vocatur,vti cœperit[f], accusationẽ instituere. Quamuis enim in persona principalis rei morte subducti, iam subsistere non posit[g]:tamen si quis illo vti voluerit,intelligit se periculo criminis esse subiectum[h].PP. vj.calend.Ianuar.Albino & Aemyliano Cons.

¶ *Morte facientis & mandantis crimen, in persona morientis extinguitur, & finitur iudicium inchoatum: & bona non auferuntur heredibus, nisi mortem sibi consciuerit. hoc dicit. Bald. Vel sic: Mortuo reo non proceditur super delicto: nisi is sibi mortem consciuit. hoc dicit. Salicetus.*

Imperat.Gordianus A.Rufo. LEX IIII.

DEfunctis reis publicorum criminũ,siue ipsi p se ea cõmiserũt,siue alijs mãdauerunt[i]: pẽdente accusatione, pterquã si sibi mortẽ cõsciuerint[k],bona successoribus eorum non denegari[l] notisimi iuris est.PP.vij.cal.Nouembr. Pio & Pontiano Cons.

d ¶ Ad emolumentum.] quia hæres Aniani conueniebat te ad centum ex quodam instrumento pro quo ante pater tuus accusauerat Anianum de falso facto suo. Vel quia vtebatur.nam nihilominus hæres si vtatur,poterit accusari:vt hic,& s.de fide instru.l.si veteris.

e ¶ Author tuus.] i.pater tuus,vel alius cui fuisti hæres.

f ¶ Cœperit.] hæres Aniani.

g ¶ Non posit.] vt s.eo.l.j.& ij.

h ¶ Subiectum.] ex eo quòd vtitur, vnde non vtendo euadit accusationem,quod non est in eo qui ex eo quod fecit vel fieri fecit accusatur: vt j.ad legẽ cornel.de fal.l.sicut.& l.si falsos.& facit ff.ad legem cornel. de fal.l.falsi.§.ordine.

DEfunctis.] CASVS. Si accusatus de homicidio pendente accusatione decesit:ad quem debeant peruenire bona eius, quæritur. Et dicitur ꝙ ad hæredem,nisi mortem metu criminis sibi consciuisset: quo casu deuoluenda essent ad fiscum. Idem dicitur de eo qui mandauit de aliquo crimine committendo,& accusatus pendente accusatione decesit: extinguitur crimen: & cessabit bonorum adẽptio.& hoc in prima.Secundò,si accusator pendente accusatione decesit:aut relegatione damnatus cui pars bonorum adempta erat,expresse appellationem interposuit: pendẽte appellatione post mortẽ eius de bonis examinabitur, & inquiretur valeat an ne particularis ademptio.hoc dicit cum l.seq. Viuianus.

i ¶ Mandauerunt.] quo casu tanquã si fecissent,tenerentur: vt s.de accusa.l.non ideo.

k ¶ Cõsciuerint.] cõscientia criminis:quo casu indistinctè habet fiscus secundùm P. quod non placet, vt plenè diximus s.qui testamen.fa ce.pos.l.ij.

l ¶ Denegari.] ex testamento vel ab intestato: vt & ff.ad leg.pompe.de parrici.l.antepenulti.& facit j.de bonis eorum, per totum,& s.de accus. l.factum.

m SI quis.Capitali.Et per consequens bona tacitè adimuntur, etsi nihil sit dictum.

n ¶ Deportatione.] Quæ & ipsa est capitalis,& sic bona tacitè adimuntur:vt & j.de bo.pscrip.l.deportati.

o ¶ Interposita.] Post sententiam.

p ¶ Finitum est.] idcirco consequenter adẽptio bonorum cessabit.

q ¶ Obijsset.] qa accusatio extinguitur,& sic oĩa quæ acta sunt: petit tamen reus nomẽ suũ aboleri de reis,& ab alio accusari poterit:vt ff.de accusa.l libellorum.§.fi.

r ¶ Relegationis.] quia tacitè nõ fit bonorum adẽptio:vt ff.de interdic.& relega.l. relegatorum.§.ad tempus.

s ¶ Damnatus.] expresse. & facit s.si pendente appellatio. l. si is. & ff.de serui.rustic.prædio.l.iij.§.fi.

¶ *Vbi fit ademptio bonorum, uenit in consequentiam pœnæ quæ morte tollitur. post mortem non durat quæstio, etiam ratione bonorum. Si uerò uenit æquè principaliter, tunc sic.hoc dicit. Bal. Vel sic: Si moritur accusatus uel accusator appellatione pendente, finitur instantia etiam quo ad bona, nisi quæ erant necesse adempta hæredibus. de quo dic ut dicitur s.si pendente appel.l.iij.*

Idem A.Iuliano. LEX V.

SI quis cum capitali[m] pœna vel deportatione[n] damnatus esset,appellatione interposita[o], & in suspẽso constituta,fati diẽ functus est, crimen morte finitum[p] est. Idem obseruatur, & si accusator pendente appellationis tempore vltimum diem obijsset[q].

¶ Sin autem relegationis[r] pœnam sustinuit, & in parte bonorũ damnatus[s] appellatione vsus est:etiam post mortem eius nihilominus appellationis ratio examinabitur: cùm desyderetur vtrum valeat necne particularis publicatio.PP.vj.calend.Aug. Gordiano A.& Auiola Cons.

TITVLVS VII. Si quis Imperatori maledixerit.

¶ *Ex leuitate uel insania maledicens principi, non punitur: sed si per iniuriam, principis est æstimatio utrum, & qualiter puniatur: quod facit ex causis & personis.Baldus. Vel sic: Qui de Imperatore obloquitur, si non iniuriosè, à iudice condemnari debet: aliàs & iniuriosè debet ad principem rescribere.hoc dicit. Salicetus.*

Imppp.Theodo.Arcad.& Honor.AAA. Rufino præfecto præto. LEX Vnica.

SI quis modestię nescius,& pudoris ignarus, ĩprobo petulãtiq;[t] maledicto nomina nr̃a crediderit lacessenda,ac temulentia[v] turbulẽtus obtrectator tẽporũ nr̃orũ fuerit:eũ pœnę nolumus subiugari,neq; durũ aliqđ,nec asperũ volumus sustinere: qm̃ si id ex leuitate[x] procesit, cõtemnendũ[y] est: si ex insania, miseratiõe[z] dignis-

Cõtinuatio

¶ SI QVIS IMPERA.MALE. ¶ *Dixit de accusatoribus & accusatis: nũc de ipsis delictis. & primò de maximis quæ fiunt in principem: quãdoque uerbo: ut hoc titu. quandoque facto: ut infrà titu.primo.*

SI quis.] CASVS. Si aliqs principi maledixerit,an puniri debeat quærit.& distinguit,aut leuitate,& venia ei prę stãda est:aut per insaniã,& ei miserandũ est.si aĩo iniuriãdi, mittendus est ad principẽ,vt ex psona hoĩs dicta pensentur.

t ¶ Petulantiq;.id est superbo & inflato.

v ¶ Temulentia.] i.ebrietate.inde temulẽtus,id est ebrius.nam temetum ti.genus est optimi vini.

Temulẽtus. Temetum.

x ¶ Ex leuitate.] no. tribus modis maledici principi:ex leuitate,ex insania,& ex iniuria:& nullo casu punit iudex,licet vltimo remittat.

Prĩcipi maledicitur tribus modis.

y ¶ Contẽnendũ.] qa lubricũ linguę &c.nisi qñ est tale crimen qđ ex scriptura legis descẽdat,vel qđ ad exemplũ legis vindicandũ est:vt ff.ad le.iul.ma.l.famosi.§.j.& quia qđ calore &c.vt ff.de reg.iur.l.qđ calore.

z ¶ Miseratione.] quia satis punitur ipso furore: vt dicta l.famosi. &.ff.

et ff. ad leg. pompe. de parri. l. penul. in fi.
a ¶ Si ab iniuria.] id est iniuriosè & ex animo.
b ¶ Remittendum.] ad nos: vt subijcit.
c ¶ Pẽsemus.] sic ff. de iniur. l. itẽ apud. §. adijcitur. & ff. de neg. ge. l. põponius. lib. xxj. in negotijs. & xxiiij. q. iij. c. cum ergo. §. sed qui. in fi.

¶ AD LEGEM IVLIAM MAIESTA. ETiã ex alijs.] CASVS. Si iudex cõtra principis constitutiones sententiã tulerit, an quasi læse maiestatis reus accusandus sit? Dicitur ꝙ non. Viuianus.

Trecic.

d ¶ Cessant.] In qbus videbãt nõ cessare, vt qñ verbo facta est ei iniuria: vt s. tit. j. l. j. Item in alio: vt j. l. proxi.

e ¶ Pronũciasse.] qualiter ergo accusabit? Rñ. si per pecuniã fuit corruptus lege Iulia repetũdarum: vt ff. ad le. iul. repe. l. eadẽ. §. fi. & j. ad la. iul. repet. l. fi. & si sine pecunia: tũc crimĩe stellionatus. Itẽ & crimĩe falsi: vt ff. ad l. cor. de fal. l. j. §. sed et si iudex. Ciuiliter etiã cõuenit: vt insti. de ob. q̃ ex quasi deli. na. in prin.

ALienam.] CASVS. Si iracundia motus, ꝙ seru⁹ meus stabit in perpetuis vinculis iuraui ꝑ vitã principis, & hanc pœnã volo ei remittere: an quasi lęsę maiestatis crimine accusari debeã, quæritur. Et dicitur ꝙ non.

f ¶ Quod semper.] i. te futurũ iratum iurasti.

g ¶ Iuraueras.] ꝑ principis salutẽ: vt & s. de re. cred. l. ij. in fi. & facit ff. de reg. iur. l. qđ calore. & de repu. l. ij. sed alio modo puniris: vt ff. de iureiur. l. si duo patroni. §. fi. Vel dic ꝙ iurauerit per Deũ. vnde Deũ habet vltorẽ: vt s. de iureiur. l. ij. in prin. sed hodie est cõtra hanc l. s. in aut. vt nõ lux. homi. cõtra naturã. circa medium constitutionis, colla. vj.

Deũ iurãs, Deũ habet vltorem.

SI quis.] CASVS. Si me crimine lęse maiestatis accusasti, & per vnũ testẽ ꝓbasti, & sic semiplenè: an vna mecũ ad ꝓbationẽ meæ intẽtionis sis torquẽdus, quærit. & dicitur ꝙ sic. Item & ille torquebitur qui tibi mãdauit, vel consiliũ dedit vt aduersus me accusationem institueres. Viuia.

h ¶ Intẽderit.] qđ etiã infames facere possunt: vt ff. eo. l. famosi.

i ¶ Huiuscemodi.] s. crimĩe læsę maiestatis.

simũ: si ab iniuria[a], remittẽdũ[b].

¶ Vnde integris oĩbus hoc ad nostram sciẽtiã referatur, vt ex ꝑsonis hominũ dicta pensemus[c], & vtrum prætermitti, an exquiri debeant † cẽseam⁹. D. vj. id. August. Cõstantinop. Theodosio A. iij. & Habundantio Cons.

TITVLVS VIII.

Ad legem Iuliã maiestatis.

¶ Iudex qui iudicat cõtra legem, non propterea tenetur crimine læsæ maiestatis. hoc dicit. Bald.

Imp. Alexander A. Paulino. LEX I.

ETiam ex alijs causis maiestatis crimina cessant [d] meo seculo: nedũ etiã admittam te paratum accusare iudicẽ propterea crimine maiestatis, ꝙ contra constitutionem meam eum dicis pronunciasse[e]. PP. iij. id. April. Maximo ij. & Iuliano Cons.

¶ Deferens temerariè sacramentum, non tenetur crimine læsæ maiestatis. hoc dicit. Bald. *Vel sic: Deierans non committit crimen læsæ maiestatis. Salicetus.*

Idem A. Faustiniano. LEX II.

ALienam sectæ meę solicitudinem concepisti, quasi crimen maiestatis sustineres, si seruo tuo iratus esse non perseueres: qđ semper[f] te facturum incõsultè iuraueras[g]. PP. iij. noñ. Februar. Iuliano ij. & Crispino Cons.

¶ Accusator & eius instigator, nisi doceant per manifesta indicia delictum accusati de crimine læsæ maiestatis, sunt torquendi, & per torturam qualiter res processerit examinandi. hoc dicit. Sali. Vel sic: Accusator qui crimen læsæ maiestatis probauit tantum semiplene, uel per indicia: debet torqueri una cum accusato & instigatoribus ut ueritas eruatur, nullo obstante priuilegio. Salicetus.

Imp. Cõstãtin. A. ad Maximũ pręf. vr. L. III.

SI quis alicui maiestatis crimẽ intenderit[h]: cum in huiuscemodi[i] re conuictus[k], minimè qs̃ q̃ priuilegio dignitatis alicuius à strictiore inquisitione[l] defendat: sciat se quoq;[m] tormẽtis esse subdendũ (si alijs manifestis indicijs accusationẽ suã nõ potuerit cõprobare) cum eo qui huiusmodi esse temeritatis reus deprehenditur[n]. illũ quoq; tormẽtis subdi oportet cui⁹ cõsilio atq; instinctu ad accusationẽ accessisse videbitur, vt ab oĩbus cõmissi cõscijs instituta vindicta possit reportari. PP. calend. Iañ. Volusiano & Anniano Cons.

¶ Priuilegiatus potest suum priuilegium allegare, excepto crimine læsæ maiestatis: & excepto si torqueretur de principis conscientia: & hoc innuitur in principio legis à contrario sensu, secundùm Bald.

Imppp. Valentin. Valens, & Grat. AAA. ad Olybrium. P. V. LEX IIII.

NVllus omnino cui inconsultis ac nescientibus nobis fidicularũ tormẽta inferũtur, militię, vel generis, aut dignitatis defensione vti prohibeatur[o]: excepta tantùm maiestatis[p] causa, in qua sola omnibus æqua conditio est. D. viij. id. Iul. Valentiniano N. P. & Victore Cons.

¶ Conspirans contra principem, uel eos qui sunt ad latus principis, incidit in crimen læsæ maiestatis, sola ordinatione & tractatu: licet non sequatur euentus. unde ultore gladio debet puniri, & omnia bona sua efficiuntur fisci. hoc dicit. Bald.

Impp. Arca. & Hono. AA. Eutichiano. L. V.

QVisquis cum militibus, vel priuatis, vel barbaris[q], scelestã inierit factionẽ[r] aut factiõis ipsius susceperit sacramẽtum vel dederit, de nece etiam virorũ illustrium qui cõsilijs & cõsistorio nostro intersunt, senatorũ etiã (nam & ipsi † pars corporis nostri sũt[s]) vel cuiuslibet postremo qui nobis militat[t], cogitauerit (eadem enim[v] seueritate voluntatẽ sceleris, qua effectũ puniri iura voluerunt) ipse quidẽ vtpote maiestatis reus gladio feriatur: bonis eius omnibus fisco nostro addictis[x].

¶ Filijs eius de misericordia reseruatur uita: sed nulla bona possunt habere, uel accipere ex aliqua successione intestati, uel testati, & perpetuo sunt infames, & ab omnibus honoribus & officijs exclusi. hoc dicit. Bald.

¶ Filijs verò eius quibus vitã imperatoria specialiter lenitate cõcedimus[y] (paterno[z] enim deberent perire supplicio, in quibus[a] paterni, hoc est hęreditarij criminis exẽpla metuũtur) à materna, vel auita, omniũ etiã ꝓximorũ hęreditate ac successione[b] habeant alieni, testamentis extraneorũ nihil capiant, sint perpetuo egentes & pauperes, infamia eos paterna semp

† Cõcor. c. cũ dilectus. cũ gl. super verb. familiares. extra d. cleri. non resiđen.

mitten. reis. l. ij. in fine.
n ¶ Deprehenditur.] præsumptione.

NVllus.] CASVS. Si accusatus ne torqueatur tormento fidicularũ excep. militiæ vel dignitatis habeat: an eã obijcere possit, quæritur. Et dicitur ꝙ sic, pręterq̃ in crimine læsę maiestatis.

o ¶ Prohibeatur.] vt & j. de quæst. l. decuriones. & dic ꝙ fidis est chorda: inde fidicula, id est subtilis chordula.

p ¶ Maiestatis.] ergo & simonię: vt & s. de episco. & cleri. l. si quẽquã.

QVisquis.] CASVS. Si aduersus principẽ vel eius comites cõiurationẽ fecerit quis, eius sola voluntas punitur, licet nõ fecerit: quia gladio interficietur, & bona eius committũtur in fiscũ: filij verò nõ interficientur, sed nihil de bonis paternis vel maternis ad eos pertineat, nec alicui succedãt, nec ad honores promouentur, nec ad militiam: cũ sit eis mors solatium. & si aliquis pro eis duxerit supplicandũ: nõ audietur, sed erit infamis. filiab⁹ verò in bonis maternis falcidię portio remanebit. Si verò post institutũ crimen talem filiũ vel filiã emãcipauerit: postquã de nuda cõiuratione cogitauerit, valebit: vxor verò dotem recuperabit. & si aliquã fecerit donationẽ propter nuptias habebit vsumfructũ: sed ea in fata cõcedente, reuertetur ad fiscũ. Si quis verò cõiurationem detexerit: licet ipse de ijs sit qui cõiurationem fecerint pœnam nullam sustinebit, sed erit præmio afficiendus. Viuianus.

q ¶ Barbaris.] id est hostibus.

r ¶ Factionem.] id est conspirationẽ. & dic contra principem.

s ¶ Nostri sunt.] cũ & princeps sit caput. & est interpositio.

t ¶ Nobis militat.] i. circa nostrũ latus, in militia armata vel inermi.

v ¶ Eadẽ enim.] ĩterpositio est. Et not. cogitatũ puniri. sic & s. de episco. & cleri. l. si quis nõ. Sed cõtra. ff. de pœn. l. cogitationis. Sol. secũdũ Ir. hic ad actũ deuenit. s. ad sacramentũ dandũ vel recipiendũ: vt not. s. plenè de ijs qui ad eccle. cõfu. l. præsenti. & facit ad voluntatem ff. ad le. corne. de sica. l. diuus.

Affectus sine effectu q̃nq; punit. Versus.

x ¶ Addictis.] vt ĩ aut. vt nulli iudi. §. fi. col. ix.

y ¶ Concedimus.] ex misericordia, qua non

k ¶ Conuictus.] præsumptione. eoipso ꝙ accusatus hac l. præsumitur cõtra ipsum. quod nõ placet: vt s. de accusa. l. fi. in prin. Sed dic ꝙ conuictus per vnũ testem, & sic semiplenè est probatũ, vel per aliud indicium quo oportet præcedere quæstionem: vt ff. de quæsti. l. j. in prin.

Testis vnus facit semiplenã ꝓbationem.

l ¶ Inquisitione.] stricta per testes, strictior per tormentum.

m ¶ Se quoque.] q. d. sicut non defenditur à tormentis accusatus, sic nec accusator: & sic sunt pares. sic & in custodia: vt s. de exhibẽ. & transmitten. reis. l. ij. in fine.

sunt indigni qui alieno non suo vitio laborant: vt s. de na. li. l. legem.

z ¶ Paterno.] interpositio est.

a ¶ In quibus.] scilicet filijs, timetur ne similes sint patribus[a]. Iuxta illud: Sæpè solet similis filius esse patri &c. vt ff. de ædilitio edic. l. quòd si nolit. §. qui mancipia.

a Dictum in atrocioribus nõ incõuenit vnum puniri ꝓ alio glo. j. q. iiij. in summa.

b ¶ Successiõe.] ergo nec libertis paternis succedet. Sic est cõtra. ff. e. l. eorum. ff. de iure pat. l. iiij. Sol. vt diximus s. de bo. lib. l. j.

Ad nullos unquã honores ad nulla prorsus sacramenta &c. Patris delictũ filijs non tet qñq;.

a ¶Comitetur.] sic ergo delictũ patris nocet filijs qđ est speciale. Regulariter contra: vt j. de pœnis. l. sancimus. & ff. de pœ. l. crimen. & ff. de decu. l. ij. §. in filijs. & illud, Pater non portabit iniquitatem filij &c.

10 b ¶Sacramenta.] militaria.

c ¶Supplicium.] sic lxxiiij. dist. c. quorũdam.

d ¶Tentauerint.] Sic & s. de transact. l. si quis maior.

Fœmina minus audet q̃ masculus.

e ¶Minus ausuras.] Et no. q̃ min⁹ audet fœmina q̃ masculus. Sed qđ 20 si mater cõmiserit factionẽ, nunqđ parcitur filijs vel filiabus? rñ. idẽ quod in patre. Azo.

f ¶Non valeant.] ab eo tẽpore in quo eandẽ factionẽ cogitauerint: vt j. §. proxi. quia videt facere fraudẽ vt in eos bona cõferat. per qđ appa-30 ret, q̃ si ante emancipauerat & bona cõtulerat, q̃ nõ auferãtur: vt j. de bo. proscrip. l. pe. & fic, s. de filijs in potestate positis loquatur.

g ¶Iure.] quolibet contracto: vt j. eod. l. fi. & sic est contra. ff. de donat. l. post cõtractum. Sed sol. 40 vt s. de dona. inter virũ & vxo. l. res vxoris.

Donationes inter viuos collatæ in vxorem, an infirmentur viro damnato ex lege Iulia maiestatis.

h ¶Titulo donationis.] nã donationes inter viuos ante crimen cõmissum collatæ in vxorem, nõ infirmant dãnato viro ex hoc crimine. sed confirmant: vt s. d. l. res. de dona. inter viru 50 vxo. amittit tñ eas quo ad proprietatem mulier cũ nubit secũdo: vt s. de secun. nup. l. fœminæ.

i ¶Absumitur.] i. finitur qđ multis modis cõtingit: vt insti. de vsufruct. §. finitur. Interim enim retinet mulier.

k ¶Omnia ea] scilicet 60 filijs omnibus restituẽda: vt dicta l. fœminæ.

l ¶Relicturas.] id est tradituras.

☩ Deest in aliquibus exemplaribus, dictio filijs.

m ¶Satellitibus.] Sic j. de rap. virginum. l. j.

n ¶Et honore]. sic j. de ijs q̃ se de. l. j. li. x. & ff. de iur. fisci. l. edict. & l. senatus. & l. cum tacitũ. & 70 & ff. de ali. iu l. iij. §. fi.

Meminisse.] ¶ Casus. Si crimen læsæ maiestatis quis commiserit & decedat: post mortem eius accusabitur, vt bona eius publicentur. serui verò in caput domini in tali casu possunt torqueri: & 80 post crimen cõmissum nõ poterit committens rem aliquã alienare nec manumittere.

Crimẽ læsæ maiestatis post mortẽ obijci potest.

o ¶Post rei mortẽ.] vt & j. l. pxi. & ff. de accu. l. ex iudiciorũ. quod intelligẽ in duob⁹ capitu-

comitetur [a] ☩ad nullos prorsus honores, ad nulla sacramẽta [b] perueniant: sint postremò tales, vt his perpetua egestate sordentibus, sit et mors solatiũ, et vita suppliciũ [c].

¶*Supplicans principi pro eis, punitur pœna perpetuæ infamiæ. hoc dicit. Bald.*

¶Deniq; iubemus etiam eos notabiles esse sine venia, qui pro talibus vnquam apud nos interuenire tentauerint [d].

¶*Cũ filiabus eius dispẽsatiuè proceditur, ut possint ex bonis maternis obtinere Falcidiã. h. d. Bal.*

¶Ad filias sanè eorum, quotlibet numero fuerint, Falcidiã tantùm ex bonis matris, siue testata, siue intestata decesserit, volum⁹ peruenire, vt habeãt mediocrẽ potius fi liẽ alimoniã, quã integrũ emolumentũ, ac nomen hęredis. Mitior enim circa eas debet esse sentẽtia, quas pro infirmitate sexus minus ausuras [e] esse confidimus.

¶*Post illud crimen attentatum, pater nõ potest emancipare filium, nec aliquã alienationem facere. hoc dicit. Bald.*

¶Emancipationes quoq; quæ à prædictis siue in filios, post legem duntaxat latam, siue in filias fuerint collatę, non valeant [f]. Dotes, donationes, quarũlibet postremò rerum alienationes, quas ex eo tẽpore qualibet fraude vel iure [g] factas esse constiterit, quo primum memorati de ineunda factione ac societate cogitauerint, nullius stamus esse momenti.

¶*Vxores istorum non debẽt perdere dotes ipsarum: imò recuperant eas. Vel sic: Donationes nuptiales in casu quo erant seruandæ liberis, applicãtur fisco: in quibus filiæ etiam legitimam possunt petere. hoc dicit. Bald.*

¶Vxores sanè prædictorũ recuperata dote, si in ea cõditione fuerint, vt quę à viris titulo donationis [h] acceperũt, filijs debeãt reseruare: tẽpore quo vsusfructus absumit [i], omnia ea [k] fisco nr̃o se relicturas [l] esse cognoscãt, quę iuxta legẽ ☩filijs debebant: & Falcidia ex his etiã rebus filiabus tm̃, non etiam filijs deputata videatur.

¶*Conscij satellites & ministri, in pœna sunt similes delinquenti. Bald.*

¶Id quod de prædictis eorumq; filijs cauimus, de satellitibus [m] cõscijs ac ministris filijsq; eorum simili seueritate censemus.

¶*Reuelans coniurationes huiusmodi in initio, præmiatur: sed si ex postfacto. i. non incontinenti, sed post aliquod tempus reuelet secretum, sibi parcitur: non tamen præmiatur. h. d. Bald.*

¶Sanè si quis ex his in exordio initæ factionis, studio veræ laudis accẽsus initam prodiderit factionem, & præmio & honore [n] à nobis donabiĩ. Is vero qui vsus fuerit factione, si vel sero (incognita tñ adhuc) cõsiliorũ arcana patefecerit: absolutione tãtũ, ac venia dignus habebitur. D. ij. non. Septẽb. Ancyræ, Cęsario & Attico Conss.

✱ Constitutio Græca. ✱

¶*Crimen læsæ maiestatis post mortem obijci potest. & in hoc crimine serui torquentur in caput domini. hoc dicit. Bald.*

Paulus lib. singulari de publicis iudicijs.

LEX VI.

MEminisse oportebit, si quid contra maiestatem Imperatoris cõmissum dicatĩ, etiã post rei mortẽ [o] id crimẽ instaurari solere, postea q̃ diu⁹ Marcus Drũciani vtpote senatoris, qui Cassiani furoris soci⁹ fuerat bona post mortẽ fisco vẽdicari iussit: & nr̃o tp̃e multis hæredibus ablata sunt. In hoc itẽ crimine quod ad lęsã maiestatẽ Imperatoris ptinet, etiã ĩ caput domini serui torquentur.

¶*Etiam post mortem crimen læsæ maiestatis potest inchoari, & memori conuinci atq; damnari. hoc primò. Criminosus huius criminis, in ipso criminis exordio perdit ipso facto omnium suarum rerum administrationem. hoc secundò. Per incertitudinem successoris bona interim sequestrantur. Bald*

Martianus lib. j. de publi. iudi. titu. ad legẽ Iuliam maiestatis.

LEX VII.

POst diui Marci constitutionẽ hoc iure vti cœpimus, vt etiã post mortẽ nocentiũ hoc crimen inchoari possit: vt cõuicto mortuo memoria ei⁹ damnetĩ [p], & eius bona successori eius eripiantĩ. nã ex quo sceleratissimũ quis consiliũ cœpit, exinde quodãmodo sua mẽte punit⁹ est. Sic & diui Seuer⁹ & Antonin⁹ cõstituerunt, ex quo qs tale crimẽ cõtraxit, neq; aliena re [q], neq; manumittere eũ posse: nec ei soluere [r] iure debitorẽ, magnus etiam Antoninus rescripsit. In hac causa in caput domini serui torquẽtur [s] ☩, id est ꝓpter causam maiestatis. Et si decesserit qs: ꝓpter incertã ꝑsonã successoris, bona obseruantĩ, si in causa maiestatis fuisse mortuus arguatĩ [t], vt Seuerus & Antoninus literis ad rationales missis rescripserunt.

✱ Constitutio Græca. ✱

TITVLVS IX. Ad legem Iuliam de adulteriis & stupro.

¶*Vxor non potest maritũ de adulterio accusare: nec uxorio iure, quia non cauetur in lege: nec iure extranei, quia mulier. hoc dicit textus cum glos. secundum Bald.*

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Cassiæ.

LEX I.

PVblico iudicio [v] nõ habere mulieres adulterij accusationẽ quis de matrimonio suo violato [x]

lis illius legis, quãdo scilicet cõtra principẽ, vel rem publicã est molitus, non in alijs: vt ff. eo. l. fi.

Post diui Marci.] ¶ p ¶Dãnetur.] vt & s. l. proxi. & instit. de hæ re. quæ ab intestato. §. per contrarium. Sunt & 10 alij casus speciales quos no. s. si reus vel accus. l. j.

q ¶Neque alienare.] vt & s. l. quisquis. §. emãcipationes. & ff. de donatio. l. donationes. in fi. & est speciale. aliãs contra: vt ff. de donatio. post cõtractum.

r ¶Soluere.] iure spe-20 ciali, aliãs contra. ff. de solu. reo criminis.

s ¶Torquẽtur.] vt impediatur alienatio, torquentur donec de crimine conuincantur.

t ¶Arguatur.] id est argute accusetur.

AD LEGEM IVLIAM DE ADVLTE. &c. ¶Per ordinẽ maiora prosequitur crimina. *& dicitur adulteriũ propriè in nuptã, quasi trãsitus ad alterius thorum: propter partum ex altero cõceptum compositũ nomine. stuprũ in uirginem uel uiduam: ut ff. eo. inter.* 40 *§. j. Incestus, cum consanguinea uel affine: ut insti. de nupt. §. j. & ff. eo. si adulterium cum incestu. & dic q̃, leges huius tituli factæ sunt ad legem Iuliam emendandã, supplendam, corrigendam, & interpretandam.*

Adulteriũ, stuprum, & incestus, qđ significent.

50 Publico iudicio.] Casus. An vxor maritũ de adulterio possit accusare, quę ritur. Et dr̃ q̃ nõ, vetãte l. iul. de adulter. quę ĩ masculis solis locũ habet.

v ¶Publico iudicio.] 60 id est l. iulia de adulter. qđ nõ publicum est: vt ff. de publi. iudi. l. j.

☩ Hæc uerba, id est ꝓpter causam maiestatis, in uetustissimis exemplaribus non habentur.

x ¶Violato.] nõ dicit thoro. si ergo solutę se ĩmiscuit, planũ ẽ qa à nullo de adulterio accusatĩ: vt ff. e. inter. §. j. & xxxvj. q. j. c. lex illa §. adulteriũ sed & si ad alteri⁹ vxorẽ 70 accesserit, nec tũc thorũ hui⁹ mulieris vel sui viri est violatũ: sed viri adulterę: & sic nec tũc hæc accusat: cũm sit mulier: nec suã vel suorũ iniuriã ꝓsequatur: vt §. qui accusa. nõ pos. de crimine. & hoc de iure mariti. Sed an etiã iure extranei po-80 test? Quidam q̃ sic. sed dic q̃ nõ: cũ dicas eã nõ ꝓsequi suã iniuriã: virũ tñ dimittere potest. & lucretĩ donationẽ, & dotẽ: vt s. de repu. cõsensu. §. causas. & sic etiã intelligendi sunt canones: vt c. xxxij.

Vxor an posit maritũ de adulterio accusare.

queri velint, lex Iulia declarat [a]. ¶ Quæ cum masculis iure mariti accusandi facultatē detulisset [b], non idem fœminis priuilegiū detulit. PP. xiij. cal. Augu. Laterano & Rufino Cons.

¶ Retinens uxorem quam in adulterio inuenit, punitur ut leno: secus si non inuenit, sed habet eam suspectam. hoc dicit. Vel sic: Sciens punitur non autem qui suspicatur. & facit pro receptantibus bannitos: qui ad hoc ut puniantur, requiritur quod sciant, nō quod suspicentur Bal.

Iidem A A. Cyro. LEX II.

CRimen lenocinij [c] cōtrahūt, qui deprehensam in adulterio vxorē in matrimonio retinuerunt, nō qui [d] suspectam adulterā habuerūt. PP. calēd. Iul. Anulino & Frontone Cons.

¶ Serui mulieris quæ dicitur adulterium commisisse & etiam patris eius, pro eruenda ueritate sunt torquendi: ideo intra sexaginta dies prohibentur manumitti uel distrahi. Accusator tamen prius debet cauere de ipsorum emendatione totali, uel deteriorationis emendatione in casu absolutionis subsecutæ. Sali.

Imperat. Antoninus A. Iuliano. LEX III.

NOn solum verba [e] legis Iuliæ de adulterijs coercendis, sed etiam sententia per quæstionem quoq; seruorum [f] siue ancillarum crimen admissum probare volentis [g], ad earum tantū personarum seruos ei rei exhibendos pertinet, de quib⁹ specialiter comprehēdit [h], id est mulieris [i], & patris eius, non naturalis, sed iusti duntaxat [k], quos intra sexagesimum diē ex dissolutione [l] matrimonij numerandum, manumitti vel distrahi prohibet [m]: & quorū dominis [n] caueri præcipit, si defuncti fuerint in quęstione, vel facti deteriores secuta [o] absolutione. PP. xv. calend. August. Antonino A. iiij. & Balbino Cons.

¶ Occidens adulterum lege permittente, non censetur homicida. hoc primò. Occidens adulterum in casu non permisso, mitius punitur. hoc secundò. Bal. Vel sic: Maritus per se uel filios potest impune occidere adulterum uilem in adulterio noctis tempore deprehensum: non uilem uerò occidens, in totum non liberatur, sed mitius punitur. hoc dicit. Salicetus.

Impera. Alexander A. Iuliano procons. Narbonen. prouincię. LEX IIII.

GRacchus [p] quē Numerius [q] in adulterio noctu deprehēsum interfecit, si eius conditionis fuit, vt per legē Iuliā impune occidi potuerit [r]: quod legitimè factū est, nullam pœnam [s] meretur †. ¶ Idemq; filijs eius qui patri paruerunt, præstandū [t] est. ¶ Sed si legis authoritate cessante, inconsulto dolore adulterum * interemit, quāuis homicidiū [v] perpetratum sit: tamē quia nox & dolor [x]

xxxij. q. iiij. nemo. in prin. & q. v. pręcepit. & c. præceptū. & c. christiana.

a ¶ Declarat.] eo modo qui sequitur. quę cum &c. & est talis ratio: quia cū permittitur viro: videtur prohibitū mulieri. arg. ff. de iudi. l. cum pręt or. vel accusanti iure mariti permisit quæri de adulterio: sed hęc nō potest accusare iure mariti: q̄ a maritus non est ergo nullo modo etiā iure extranei: quasi dicat nō potest accusare aliquando: ergo nunquā. sed maritus aliquādo potest secūdùm Io. & sic generaliter ei cōcedi videtur. argu. ff. de mili. testa. l. ex militari. Sed mirū est ꝙ vir nō cōmittit adulterium accedendo ad solutam: nec ab vxore adulterij accusatur ad quan[...] accedat: nec dicit suam [...]iuriā prosequi, & ideo est arg. cōtrariū in aut. de nup. §. si igitur. secundū Theod. coll. iiij. ADDITIO Aduertas ꝙ licet de iure ciuili maritus cognoscēdo solutam, nō committat adulterium: de iure tamen canonico dicit adulteriū cōmittere: vt pbatur in c. trāsmisse & ibi hoc not. Abbas extra de eo qui cogno. consang. vxo. suæ. & xxxij. q̄. iiij. c. nemo. & cap. dicat.

Maritus accedens ad solutam, adulterium non cōmittit.

b ¶ Facultatem detulisset.] Nisi exceptione aliqua repellatur: vt j. e. l. ita nobis.

CRimen lenocinij. CASVS. Si vxorem tuā in aliquo adulterio deprehendisti, & postea in matrimonio tenuisti: adulterio consensisse videris: vnde crimine lenocinij poteris accusari.

c ¶ Crimen lenocinij.] Quod punitur vt adulteriū, & cōmittitur multis modis: vt hic, & ff. eo. l. ij. §. lenocinij. & ff. de minoribus. l. auxilium. & j. eo. l. castrati. & s̄. de condi. ob turpem cau. l. mercalem.

d ¶ Non qui suspectam.] Si tamen potest obumbrare patientiam suam prætextu incredulitatis: vt hic, & j. eod. l. sine metu. & ff. eod. l. ij. §. lenocinij. in fi. & l. mariti. Et nota ꝙ sine accusatore punitur vir de lenocinio, si vxore rea facta, mariti lenocinium detegatur: vt ff. eodem. l. iij. §. si publico.

NOn solum.] CASVS. Tam ex sentētia q̄ ex verbis l. Iul. si maritus velit vxorē de adulterio accusare: poterūt serui vel ancillæ vxoris vel patris eius torqueri, vt eruatur veritas: & intra lx. dies computandos à die dissoluti matrimonij. & hoc in prima. nec manumittentur, neq; alienabuntur. & hoc in secunda. & si in quæstione serui decesserint, vel deteriores facti fuerint: absoluta muliere cauebit maritus de æquè idoneis reddendis. & hoc in tertia. Viuia.

e ¶ Verba.] i. non solùm verba, sed etiam sententia. nam quandoq; in aliquid verba & sententia consonant: quādoq; verba tm̄: quādoq; sententia tantū: vt patet in macedoniano. Tu dic quòd verba pertinent tantùm ad eos quos hic nominat: sententia etiam ad alios quos dices: & sic hæc dictio, tantùm, ad verba tantùm respicit.

f ¶ Seruorum.] non solum alijs probationibus.

g ¶ Volentis.] scilicet legis.

h ¶ Comprehendit.] Comprehendit dicta lex, cuius verba tamen non habemus.

i ¶ Mulieris.] de adulterio accusatę.

k ¶ Iusti dūtaxat.] siue sit iustus de naturali & ciuili iure, siue ciuili tantùm: vt adoptiuus.

l ¶ Ex dissolutione.] quæ fit per diuortium, & quā opus est fieri antequā inchoet accusationem: vt j. eo. l. crimen. sed si morte, vel bona gratia, vel ex delicto viri soluatur matrimonium, tenet manumissio: vt ff. qui & à quibus. l. sed si maritus.

m ¶ Prohibet.] Per eos ergo probatur ꝙ ea quæ domi fiunt, per tales possunt manifestari: vt s̄. de repu. l. cōsensu. §. si autem aliter.

n ¶ Dominis.] scilicet dominę vel patri eius.

a ¶ Abrogatis.] tacitè: vt s. si reus vel accusa. mor. fue. l. fin. Sed quæro si incontinenti recupero, an desino vsucapere? Item an habeat locum pœna legis, si quis in tantā? Rñ. nec desino vsucapere, nec locum habet l. si quis in tantam.

Vsucapere nō desinit, qui vi deiectus inconti nenti possessionē recuperat.

SEruos.] CASVS. Si seruus commisit vim, aut ignorante domino, aut sciēte primo casu dabitur seruus vltimo supplicio. secundo casu dominus erit, in famis & seru⁹ ī metallū dabitur. si vero persona domini vilis fuerit: & sæpius tale delictum cōmiserit: pœna constitutionibus cōprehensa puniendus est. quæ ista sit, non aperit: tu dic pœna capitis, vel l. Iul. de vi: iudex verò qui id exeq distulit, infamis erit.

b ¶ Cōfessionibus.] spontaneis. vel si in tormentis ita quòd perseuerent: vt ff. de quæst. l. j. § diuus seuerus. & §. si qs vltro.

c ¶ Supplicio.] id est mortis: vt ff. de pœnis. l. vltimū. Et sic not. quòd plus serui quā liberi puniuntur: vt patet s. e. si criminis. in principio.

De Isauris & Buccellarijs, Alci. dispunctio. li. iij. cap. xx.

d ¶ Secundum legem.] vt ff. ad legem Iul. de vi priua. l. ij.

e ¶ Metallo.] i aliquo ergo parcitur etiam in atrocioribus si domino pareant: vt & s. ad legē Iuliā de adulter. l. gracchus. & facit s. de noxalibus. l. seruus.

f ¶ Infamesque personæ.] s. dominorum. nā supra in dignitate erāt. Et sic nota plus vilē quā nobilē ex æquali facto puniri: vt hic, & ff. de incend. rui. l. pedius.

† Vnde dicūt q̄ iudex nō debet criminosum cōcedere puellę petēti eū in virū; qa solus princeps remittit pœnā. l. diui fratres. ff. de pœ.

g ¶ Sæpius.] Nota plus puniri sepius delinquentem. sic s. de episco. audien. l. iij. in fi.

h ¶ Pœna.] quia fortè capite puniuntur, secundū quosdā. Vel saltē pœna huius l. de vi. & etiā secūdū Az. fortè p vi priuata deportabit: vt sic ī aliquo augeat. & facit ad l. j. de pœ. l. qui sententiam. & ff. de iniu. l. sed si vnius. §. non solū. & de act. & obliga. l. seruus.

i ¶ Impunitate.] absoluendo. Acc.

k CRimen. Malā facit grāmaticā. nam deberet crimina dicere hoc modo: hæc duo, s. rapere, & seruare raptori raptā sciēter, nō sūt dissimilia crimīa. sic & ibi, factū est vespere & mane dies vnus. Quia ergo est ęquale crimen, videt æqualis pœna: vt s. de epi. & cle. l. si quēquā. ī fi. & j. de ijs q latro. occul. l. j. sed tamen hic est contra arg. j. ti. j. §. pœnas. vel secundum Azo. sic si ponas aliquem rapere, & alium scientem delictum seruare rem raptam raptori: alterum crimen prædictorum non est alteri dissimile. & sic est bona grammatica.

Delictorū equalitas eq̄litatem pœnarum patitur.

OMnibus.] CASVS. Prohibet Imperator ne quis secū habeat tales qui transeuntes spoliant, & eis pœnam centum librarum auri præter aliam pœnam corporalem imponat. iudex autem qui hoc obseruari non fecerit, pœna centum librarum auri multabitur.

abrogatis[a]. D. ij. nonī. Octob. Romæ, Constant. v. & Licinio Con.

¶ Seruus qui proprio motu uim intulit, debet mori: si hortatu uel iussu domini, pœna mitigatur: & ideo damnatur in metallum. hoc primò. Viles personæ quæ bis aut sæpius uiolentiam cō miserunt, debent atrocius puniri, quā cum semel tantùm. hoc secundò. Punitur iudex qui uim illatam differt uindicare, uel remittit, uel imponit mitiorē pœnā quàm debebat imponere. h. d. Bal.

Impe. Valent. Theod. & Arcad. AAA. ad Albinum præf. præ

LEX VIII.

SEruos qui fecisse violentiam confessionibus[b] testium aut proprijs docebunt, si id inscio domino commiserint: postremo supplicio[c] deditos luere perpetrata cēsemus. ¶ Quòd si illi metu atq; exhortatione dominorum violentiam admiserint, palam est secundum[d] legē Iuliam dominum infamen pronunciatum, loci ac originis propriæ dignitate non vti. Seruos verò quos furoribus talibus paruisse constiterit, metallo[e] post sententiam dedi. Viles autem infamesq́;[f] personæ, & ij q bis aut sæpius[g] violentiā perpetrasse conuincentur, constitutionū diualiū pœna[h] teneantur. ¶ Iudicē verò nosse oportet quòd graui infamia sit notandus, si violentiæ crimen apud se probatum distulerit†, seu omiserit, vel impunitate[i] donauerit, aut molliorē q̄ præstituimus pœnā ptulerit. D. vj. nonī. Mart. Valētinia. A. iiij. & Neoterio Cōs.

¶ Par crimen est rapere & rapinam scienter receptare. h. d. Bal.

Imperat. Honor. & Theod. AA. Aurelio PP.

LEX IX.

CRimen[k] non dissimile est rapere, & ei qui rapuit raptam rem sciētem delictum seruare. D. iij. nonī. Mar. Honorio x. & Theodosio v. AA. Cons.

¶ Malandrinos & homines malæ conditionis quis non debet retinere nec receptare, alias punitur. h. d. Bal.

Impera. Leo & Anthemius AA. Nicostrato præfe. præ.

LEX X.

OMnibus per ciuitates & agros habendi Buccellarios[l], vel Isauros[m], armatosque seruos licētiā volumus esse pręclusam. ¶ Quòd si qs pręter hæc quę nostra māsuetudo salubriter ordinauit, armata mancipia, seu Buccellarios, aut Isauros in suis prædijs, aut iuxta se habere tētauerit: post exactam centū librarum auri condēnationē, vindictā in eos seuerissimam proferri sancimus. ¶ Viri quoq; clarissimi prouinciarum rectores in speculis[n] esse debebunt, ne quis audeat hæc statuta nostræ māsuetudinis in aliquo violare: sciētes q ex dissimulatione, dignitatis & administrationis cingulo priuabuntur, & post cētū librarū auri multā, salutis vitæq́; suæ periculū sustinebunt: primatibus videlicet apparitionis suæ psonis præter amissionē fortunarū suarum capitali quoq; supplicio feriendis. Dat. v. cal. Septemb. Anthemio A ij. Cons.

l ¶ Buccellarios.] latrones sunt qui à minimis inceperūt, puta à buccella panis. Vel verius: quia ponunt in ore captorum lignum vt nō clament: vt de conuersis sancti Lazari factum fuit.

Buccellarij qui sunt.

m ¶ Isauros.] q sunt pfidiores latrones alijs: vt s. de ferijs. l. puinciarū.

Isauri qui sunt,

n ¶ In speculis.] sic s. de priua. car. l. j. & facit in auth. de armis. in princ. col. vj.

TITVLVS XIII.

De raptu virginum, seu viduarū, necnon sanctimonialium.

¶ Pro raptu mulieris honestæ imponitur pœna amißionis capitis. Et deprehensus in flagranti crimine, id est in instanti, potest à coniunctis personis & tutoribus & curatoribus mulieris occidi impune. fugiens, ubicunque comprehendi potest: & debet ad mortem damnari. Res uerò rapientiū non publicantur, sed si rapta non sit ingenua, successoribus reseruātur: si autem sit ingenua, ipsi applicantur: & pœna quæ imponitur rapienti imponitur præstantibus eidem auxilium & fauorem in ipso raptu: & rapta non potest nubere raptori. hoc dicit tota lex in effectu: & hoc ultimū dictum debet præcedere primum dictum. Bald.

Imp. Iustinianus A. Hermogeni magistro officiorum.

LEX Vnica.

RAptores virginū honestarū[o] vel ingenuarū, siue iā desposatę fuerint, siue nō, vel quarūlibet viduarum[p] fœminarū, licet libertinę vel seruę alienę sint, pessima criminū peccātes: capitis supplicio[q] plectēdos decernim⁹, & maximè si deo fuerīt virgines vel viduę dedicatę: quod nō solū ad īiuriā hoīm, sed etiā ad ipsi⁹ oīpotētis dei irreuerentiā committitur: maximè cū virginitas vel castitas corrupta restitui non possit[r] †, & merito mortis dānantur supplicio: cū nec ab homicidij crimine huiusmodi raptores sint vacui[s].

¶ DE RAPTV VIRGINVM, SEV VIDVARVM &c. ¶ Specialiter de quadam rapina uel uiolentia dicit post generalem tractatum de ui.

Continuatio.

RAptores.] Ista lex habet principaliter duas partes: qa primò loquitur de pœna imponēda ratione huius criminis in psona raptoris. Secūdò loquī de pœna imponēda raptori in bonis. Secūda īcipit ibi, & si qdē. Prima pars facit quatuor: qa primò præmittit crimē detestatū. Secūdò p crimine isto īponitur pœna capitalis. Tertiò dat licētiā qbusdā occidēdi raptores inuētos ī crimine. Quartò monet iudicem q cōdemnet raptores fugiētes: & q oēs vltio tradat supplicio, fori declinatione & appellatione remotis, h. d. Bal. CASVS. Si qs virginē rapuerit, vel viduā, vel sanctimonialē, capite plectendus est: & si velit appellare, non audietur: bona tñ ei⁹ nō applicabūt fisco, sed dabuntur raptæ: vel dispo nat de his secūdū quod voluerit: & poterit nubere cui voluerit, raptore excepto: & nō solū prę dicta pœna puniet raptor, sed ei⁹ seruatores, siue volente siue nolēte muliere tale facin⁹ fuerit ppetratū. Si verò fuerit seru⁹ q tale qd admiserit, concremabit, abolitis his quæ de raptore virginū antiquis legib⁹ statuta sunt. & hac l. suā obtinente firmitatem.

o ¶ Virginum honestarum.] secus est in meretrice: vt s. ad leg. Iuliā de adulte. l. quæ adulterium. & ff. de furtis. l. verū ij. & determinat hoc dictio honestarum, etiā sequentia. Sed nonne hæc est lex superflua, per illam s. de epis. & cler. l. raptores? Resp. nō: quia multa sunt hic quæ non sunt ibi, & de nupta, & de spōsa, & de libertina, & parētibus, & de rapta, quòd non possit nubere raptori.

Raptus non cōmittitur ī meretrice.

p ¶ Viduarum.] quæ autem sint & dicant viduæ, dicitur ff. de verb. sign. l. malum. §. viduæ.

† Concor. xxxij. q. v. si paulus. & glos. in c. ij. ante finem. de biga.

q ¶ Capitis.] supplicio. vt & ff. ad legem Iuliam de vi publi. l. qui cetu. §. qui vacantem.

r ¶ Restitui non possit.] etiā à deo secundum Aug. licet omnia deo sint possibilia: vt xxxij. q. v. c. si Paulus. sed illud aliter ibi exponitur: & à deo potest restitui, non ab homine: vt hic.

Virginem post ruinā deus suscitare nequit.

s ¶ Vacui.] cùm plerunque in talibus rapinis homicidia perpetrentur.

Con

¶Ne igitur ſine vindicta talis creſcat inſania, ſancimus ꝑ hāc generalē cōſtitutionē, vt ij ꝗ huiuſmodi crimē cōmiſerint, & ꝗ eis auxiliū inuaſionis tēpore prębuerint: vbi inuēti fuerint ī ipſa rapina, & adhuc flagrāti crimīe cōprehēſi, & à parētibus virginū, vel īgenuarum, vel viduarū, vel quarūlibet fœminarū, aut earū cōſanguineis, aut à tutorib⁹, vel curatorib⁹, vel patronis, vel dn̄is cōuicti [a] interficiātur. ¶ Quæ multò magis cōtra eos obtinere ſancim⁹, qui nuptas mulieres auſi ſunt rapere: ꝗa duplici tenent crimine, tā adulterij ſcilicet ꝗ rapinæ, & oportet acerbi⁹ adulterij crimē ex hac adiectione puniri. ¶ Quibus [b] cōnumeram⁹ etiā eū ꝗ ſaltē ſpōſam ſuā [c] per vim rapere auſus fuerit. ¶ Sin autem poſt cōmiſſum tā deteſtabile crimē, aut potentatu raptor ſe defendere, aut fuga euadere potuerit: in hac quidē regia vrbe tā viri excelſi pfecti prætorio, ꝗ vir glorioſiſſim⁹ præfect⁹ vrbis in prouincijs autē tam viri eminētiſſimi præfecti prætorio ꝑ Illyricum & Aphricā, ꝗ magiſtri militum ꝑ diuerſas noſtri orbis regiones, necnon vir ſpectabilis præfectus Aegypti, & comes Oriētis, & vicarij, & ꝓconſules, & nihilomin⁹ oēs viri ſpectabiles & duces, & viri clariſſimi rectores ꝓuinciarū, necnō alij cuiuslibet ordinis iudices, qui in illis locis inuēti fuerīt, ſimile ſtudiū cū magna ſolicitudine adhibeant, vt eos poſsint comprehēdere, & cōprehenſos in tali crimine, poſt legitimas & iuri cognitas ꝓbatiões ſine fori præſcriptiōe [d] duriſsimis pœnis afficiant: & mortis condemnent ſupplicio.

¶ Quib⁹ & ſi appellare voluerīt, nullā dam⁹ licentiā [e], ſecūdū antiquę Cōſtātianę legis definitionē.

¶ Hæc eſt ſecūda pars principalis ī qua tractat de bonis raptoris, diſtinguēs īter raptū nō īgenuæ & īgenuæ: ꝓhibet etiā nuptias cū raptoribus. Itē diſtinguit inter eos qui ſe aſſociarunt ad ipſum delictū cōmittendum: & eos qui aliâs ſunt culpabiles. Dicit etiam quòd conſenſus mulieris raptæ non operatur. Vltimò derogat alijs legibus de materia rapinæ loquentibus. Bal.

¶ Et ſiquidē ancillæ, vel libertinæ ſint ꝗ rapinā paſſæ ſunt, raptores tantūmodo ſupradicta pœna plectētē: ſubſtātijs eorū nullā diminutionē [f] paſſuris. ¶ Sin aūt ī ingenuā perſonā tale facinus ꝑpetret, etiā oēs res mobiles, ſeu etiā īmobiles & ſe mouentes, tā raptorū ꝗ eorū ſodaliū, comitū, vel ſequētiū ꝗ eis auxiliū præbuerint, ad dominiū raptarū mulierū liberarū trāsferāt [g], ꝓuidētia iudicū, & cura parētū earū vel maritorū, vel tutorū, ſeu curatorū. ¶ Et ſi non nuptæ mulieres, alij cuilibet ꝑter raptorē legitimē cōiugent, in dotē mulierū liberarū eaſdē res, vel quātas ex his voluerint: ꝓcedere: ſiue maritū nolētes accipere ī ſua pudicitia manere voluerint, pleno dominio eis ſacim⁹ applicari: nemine iudice vel alia quacunq; ꝑſona hoc audēte cōtenere. ¶ Nec ſit facultas raptæ virgini, vel viduæ, vel cuilibet mulieri, raptorē ſuū ſibi maritum expoſcere [h]: ſed cui parētes voluerīt (excepto raptore) eā legitimo copulēt matrimonio: qm̄ nullo modo, nulloq; tpe dat à nr̄a ſerenitate licētia eis cōſētire, ꝗ hoſtili more nr̄a republica mr̄imonia ſtudēt ſibi cōiugere. ¶ Oportet [i] etem vt ꝗcūq; vxorem ducere voluerit, ſiue īgenuā ſiue libertinā: ſecundū noſtras leges & antiquā cōſuetudinem, parentes vel alios quos decet petat, & cū eorū volūtate fiat legitimū cōiugiū. ¶ Pœnas autē quas prædixim⁹, id eſt mortis & bonorū amiſſiōis, nō tātū aduerſus raptores, ſed etiā cōtra eos ꝗ hos comitati [k] ī ipſa inuaſiōe & rapina fuerīt, cōſtituim⁹, cæteros aūt oēs ꝗ cōſcij & miniſtri huiuſmodi criminis repti & cōuicti fuerīt, vel ꝗ eos ſuſceperint, vel ꝗcūq; opē eis tulerīt, ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint, cuiuſcūque cōditionis, vel gradus, vel dignitatis: pœnæ tantūmodo capitali ſubijcim⁹: vt huic pœnæ oēs ſubiaceāt, ſiue volētib⁹ [l], ſiue nolētib⁹ virginib⁹, ſiue alijs mulierib⁹ tale facin⁹ fuerit ꝑpetratū. Si em̄ ipſi raptores metu vel atrocitate pœnæ ab huiuſmodi facinore ſe tēperauerint, nulli mulieri ſiue volēti, ſiue nolēti, peccādi loc⁹ reliquet: ꝗa hoc ipſū [m] velle ō mulierū ab īſidijs nequiſſimi hoīs ꝗ meditat rapinā, inducit. Niſi etem eā ſolicitauerit, niſi odioſis artib⁹ circūuenerit, nō facit eā velle ī tātū dedecus ſeſe ꝓdere: parētib⁹ (quorū maxime vīdicta ītererat) ſi patiētiā ꝓbuerit, ac dolore remiſerit [n], deportatiōe plectēdis. ¶ Sed & ſi ꝗs īter hæc miniſteria ſeruilis cōditiōis fuerīt cōprehēſus, citra ſex⁹ diſcretionē eū cōcremari iubem⁹: cū hoc etiā Cōſtātiniana lege rectē fuerit ꝓſpectū: oīb⁹ legis Iuliæ capitulis ꝗ de raptu virginū, vel viduarū, ſiue ſāctimonialiū, ſiue ī antiqs legū libris, ſiue ī ſacris cōſtitutionib⁹ poſita ſūt, decętero abolitis: vt hæc tātūmodo lex ī hoc capite ꝓ oīb⁹ ſufficiat, quā de ſanctimolialibus etiā virginibus & viduis locū habere ſancimus. Dat. xv. calē. Decēbr. Cōſtantinop. D M. Iuſtiniano A. PP. ij. Conſ.

TITVLVS XIIII.
De emendatione ſeruorum.

¶ Dominus ſeruū poteſt caſtigare ſiue emendare: ſed non poteſt ipſum dolo malo occidere. h. d. & no. in hac l. quot modis homo poteſt occidi. Baldus.

Imp. Conſtantinus A. ad Baſſum. LEX Vnica.

SI virgis aut loris [o] dn̄s ſeruū afflixerit [p], aut cuſtodiæ cauſa in vīcula cōiecerit: dierū diſtīctione ſiue īterpretatione depulſa [q], nullū criminis metū ſeruo mortuo ſuſtineat [r]. ¶ Nec verò īmoderatē

---

a ¶ Cōuicti interficiantur.] hoc ipſo ꝙ inueniuntur in flagranti crimine. & facit ff. de ritu nut. l. palā. §. quæ ī adulterio. Sed an idem, ſi cognatus patiatur rapinā ꝙ eius cognati poſſint reſiſtere? Rn̄. ſic: vt not. ff. de vi & vi arm. l. iij. §. cum igit. ADDITIO. Videas de hoc plenè per Bar. in l. vt vī. ff. de iuſti. & iure. in vlti. col. ver. quærit gl. ꝗd de offenſis &c. vbi tenet ꝙ etiā extraneus ꝗs poteſt vim patientē defendere.

Cognatus rapinam patiens poteſt à cognato defendi.

b ¶ Quibus.] raptoribus.

c ¶ Spōſam ſuā.] idē econtra ſi ſponſa vel mulier rapiat hominē, licet hoc raro cōtingat, ſecundum Io. Sed huic videt cōtra. xxxvj. q. j. c. ij. & q. ij. cap. ſi quis virginē. & xxvij. q. ij. raptus.

d ¶ Sine fori præſcriptione alterius.] nā & hic ratione delicti forū habet: vt ſ. vbi de crimine agi oportet. l. j. & ſ. vbi ſe. vel cla. l. j.

e ¶ Nullā damus licentiā.] ſic ſ. tit. j. l. quoniā. & ſ. quorū appel. nō rec. l. ij. & j. de fal. mo. l. j.

f ¶ Nullā diminutionem.] ſpeciale hic & ſequenti caſu, vt nihil applicemus fiſco. & ſic ſ. de mulier. quæ ſer. ꝓ. l. j. aliâs autem cōſtat ꝙ publicantur omnia, vel aliqua pars, ſecundum hęc iura: vt j. de bo. dam. l. fi.

g ¶ Trāsferātur.] quę oīa amittit, ſi raptoris eligat cōſortium: vt in auth. de rap. mu. §. ſuper fluam. colla. ix.

h ¶ Expoſcere.] vt in d. authē. de rap. mu. Sed cōtra. xxxvj. q ij. tria. & ca. placuit. videas c fi. extra de raptoribus.

i ¶ Oportet.] i. decet. ſic ff. de iuſti. & iure. l. j. ī pri. & ſ. de poſtli. re. l. fi.

k ¶ Comitati.] ſic j. de nili ageribus. l. j.

l ¶ Volentibus.] ſic j. de ſalgamo hoſp. nō pręli. xij. l. ij. ſed arg. cōtra. ff. de iniur. l. j. §. vſque.

m ¶ Ipſum velle.] ſic ff. de lib. ho. exhibē. l. iij. §. ſi quis voluntatem.

n ¶ Remiſerint.] gratis: vt ff. ad l. iul. de vi. l. ꝗ cetu. §. ꝗ vacantē. non trāſigendo pecunia accepta. vt ſ. de adulter. l. de crimine. & plenè dixi ſ. de tranſact. l. tranſigere.

¶ DE EMENDATIONE SERVO. ¶ Dixit de illicitis, nūc ſequitur de licitis.

SI virgis. CASVS. Si dn̄s ſeruū ſuum verberauerit: licet poſtea deceſſit ſeru⁹, nō tamē criminaliter poterit cōueniri: ſed modicè verberabit, nec modum excedet. Viuia.

o ¶ Aut loris. i. frenis.

p ¶ Afflixerit.] cū cauſa ſcilicet emendandi, & ſine cauſa, ſecundū Io.

q ¶ Depulſa.] qua die ipſū afflixerit vel quot diebus: nā etiā in perpetuū poteſt. vel an fuerit mortuus intra trienniū, vel poſt triduū ſurrexerit, & ſup baculū ſuū ambulauerit. hoc enim in lege Moſayca diſtinguebatur. Azo [a].

r ¶ Suſtineat.] modicè ergo cū cauſa & ſine cauſa licet ſecūdum Ioā. vt hic, & ff. de viu. l. locū. §. ex eo. ff. ſo. ma. l. etiā. § licet. Sed P. dicebat licere modicè: vt emendādo. & ſic ītelligebat hic. īmodicè verò non licet: vt hic ſubiecit, nec verò &c. & ſubſequēter videt dicere: vt ff. de ijs ꝗ ſūt ſui vel alie. iur. l. j. §. fi. & inſti. de ijs ꝗ ſunt ſui vel alie. iur. §. ſed hoc tpe. ī fi. niſi cū cauſa. vt ff. de verbor. obl. l. ꝗ ſeruū merētē. & de leg. j. l. quid ergo. §. j.

a Dic tu ſi vulnus eſt letale, quandocūq; moriatur nocet l. ait lex. ff. ad l. aquili. vide Ia. in l. lecta. ff. ſi cer. peta.

ō mulieris

a ¶ Tetra.] id est pessima.
b ¶ Virus.] veneni species.
c ¶ Saniæ.] id est putredinæ.
d ¶ Sæuitia.] sic crudeliter vt de barbaro fieret. & facit ff. de in iur. l. item apud. §. adijcitur. & j. de male. & mathe. l. si excepta.

suo iure vtat: sed tūc reus homicidij sit, si volūtate eū ictu fustis, aut lapidis occiderit: vel certè telo vsus lætale vulnus inflixerit, aut suspēdi laqueo præceperit, vel iussione tetra[a] præcipitādū madauerit, aut veneni vir⁹[b] īfuderit, vel dilaniauerit pœnis publicis corp⁹, ferarū vnguib⁹ latera ✻ pscādo, vel exurēdo oblatis ignibus membra: aut tabescētes art⁹ atro sāguine pmista saniæ[c] defluētes, ppe ī ipsis adegerit cruciatibus vitam relinquere sæuitia[d] immanium barbarorum. D. v. id Mart. Romæ, Constantino A. & Licinio Cons.

TIT. XV.

De emēdatiōe propinquorū.

¶ Propinquis senioribus licet corrigere minores errantes: nisi facti atrocitas exigat iudicium ultionis iudiciariæ. h. d. Bal.

Impp. Valentin. & Valens AA. ad Senatum.

LEX Vnica.

In corrigendis minoribus p qualitate delicti seniorib⁹ ppinquis[e] tribuimus potestatem: vt quos † ad vitæ decora domesticæ laudis exēpla nō prouocant, saltē correctiōis medicina cōpellat, neque tamē nos in puniēdis minorū vitijs potestatē in immēsum extēdi volum⁹, sed iure patrio[f] authoritas corrigat propinqui iuuenis erratū, & priuata aīaduersiōe cōpescat. ¶ Quòd si atrocitas[g] facti ius domesticę emēdationis excedat, placet enormis delicti reos dedi iudicū notioni. Dat. idi. April. Valentiniano & Valēte AA. Cōs.

TIT. XVI.

Ad legē Cornel. de sicariis.

¶ Probans non animo occidendi se percußisse, nō punitur pœna homicidij, sed minori. h. d. Bal.

Imp. Antoninus A. Herculiano, & alijs militibus.

LEX I.

Frater vester recti⁹ fecerit, si se præsidi puīcię obtulerit[h]. Qui se pbauerit † nō occidēdi[i] animo hoīem à se pcussum esse, remissa[k] homicidij pœna, secūdū disciplinam militarem[l] sententiā proferet. crimen enim contrahit, si & volūtas[m] nocēdi intercedat. ¶ Cæterùm ea quæ ex improuiso casu potius q̄ fraude accidūt, fato plærunque[n] non noxæ imputantur. PP. ij. cal. Febr. Læto ij. & Cereali Cons.

¶ Aggressus in dubio uitæ discrimine constitutus, potest suum occidere aggressorem. si ergo erat certus quòd nō erat in dubio discrimine uitæ, non potuisset occidere aggressorem: quia excederet modum. h. d. Bal.

Imp. Gordianus A. Quintiano. L. II.

Is qui aggressorem[o], vel quencunq; aliū[p] in dubio vitæ discrimine cōstitutus occiderit, nullam ob id factum calumniam metuere debet. PP. iij. nō. April. Ariano & Pappo Cons.

¶ Potest quis gladio propriam salutem defendere, & repellere aggressorem. h. d. Et not. hanc legem. & uide quæ scribit Innoc. extra de restitut. spolia. c. olim. j. Bal.

Idem A. Quintiano. LEX III.

Si quis percussorē ad se venientē gladio repulerit, non vt homicida tenetur: quia defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur[q].

¶ Licet occidere latronē telo resistētē. h. d. Bal.

Imp. Gallienus A. Monatio. LEX IIII.

Si (vt allegas) latrocinantem[r] peremisti: dubium non est eū qui inferendæ cædis voluntate præcesserat, iure cæsum videri. PP. xiij. calē. Februar. Valerio & Lucillo Cons.

¶ Non præsumitur quòd ille qui cum calce solo percußit, percusserit animo occidendi: si ipse hoc allegat q̄ nō percusserit animo occidēdi. h. d. Bal.

Exemplum sacr. liber. Dioclet. & Maximia. AA. & CC. Agatho. LEX .V.

Evm qui asseuerat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse: cū calcis ictu mortis occasio præbita videatur: si hoc ita est, neque super hoc ambigi poterit, omni metu ac suspicione quam ex admissæ rei discrimine sustinet: secundum id quod

¶ DE EMENDATIONE PROPINQVORVM. ¶ *Quia emendatio propinquorū adhibita quorum quædā illicita celebratur, de emēdatione propinquorū annectit. Azo.* — Continuatio.

In corrigendis. CASVS. Frater fratrem pro qualitate delicti punire vel corrigere potest: ita tamen q̄ modum non excedat: sed si excedat: à iudice est puniendus. — ✻ Profocando.

e ¶ Senioribus propinquis.] vt reuerenda senectus.

f ¶ Iure patrio.] qd̄ potius in pietate quàm in atrocitate consistit: vt ff. de parrici. l. diuus.

g ¶ Atrocitas.] id est si sic grauiter deliquit, q̄ non sufficit ad pœnā correctio propinquorū: punit iudex. Vel dic atrocitas facti, id est correctionis? quia excessit modum in corrigendo, vnde punitur: vt si est pater qui filium occidit ex voluntate, punitur de parricidio: vt j. ti. ij. aliâs non tenetur: sed si sine causa malè tractat, cogitur emancipare: vt ff. si à parente quis fuerit ma. l. diuus traianus. alij propinqui pro motu iudicis: vt hic dicit. — Pater filiū occidēs, vel eū male tractans qualiter punitur. — † Hæc verba ī c. vt clericorum. in glo. sup verbo, pœna. extra de vita & hone. cleri.

¶ AD LEGEM CORNEL. DE SICARIIS. ¶ *Quia in uiolentijs committitur homicidium: de eo dicit quod per legem Corneliā de sicarijs punitur. Et est sicalantes culturum: sed largè interpretatur telū, ut omnia arma comprehendat: ut insti. de publi. iudi. §. item lex Cornelia.* — Continuatio. — Sica quid est. Telū quid significet.

Frater.] CASVS. Miles fortuito casu quēdam interfecit: præses pro eo misit, nec venit frater su⁹ cōsuluit pricipē an expediret vt se præsentaret? Respō. q̄ sic: quia non punitur de homicidio si probet se casualiter interfecisse. quia sine voluntate non contrahitur crimen. Viuian. — † Nō omne malum, praue præsumitur actū cō cor. c. j. cum gl. sup verbo, Iudeus. extra de psump.

h ¶ Obtulerit.] quàm si celet se.

i ¶ Non occidēdi animo.] sed quomodo probatur negatiua: vt s. de proba. actor? Respon. per præsumptiones, probando amicitiam & affinitatem & qualitatem occidentis, si etiam per iuramentum purgationis: vt arg. s. de ijs qui ad eccle. confu. l. præsenti. §. sicubi. sic & j. de iniur. l. si non conuitij. Acc. — Negatiua qualiter probatur.

k ¶ Remissa. No. impropriè nam in eam non incidit: sic ff. de verb. obli. decem.

l ¶ Militarem.] qualiter consulitur ei vt sit sub præside, cum miles erat: vt s. de iurisdict. om. iudi. l. magisteriæ? Respon. quia enorme est delictum: vt s. vbi se. vel clar. l. j. vel adeo notorium erat eum esse innoxium: vt etiam sub præside non sub iudice consulatur ei, vt consentiat.

m ¶ Si & voluntas.] hoc vt habeat locum lex Cornel. de sica. vt ff. e. l. j. §. diuus. & l. lege. & l. infans. & arg. ff. de iniur. l. qui iniuriarum. & insti. de obliga. quæ ex delicto. §. placuit. & ff. de pœnis. l. respiciendum. §. fin. culpa tamen contrahitur etiam sine volūtate delinquēdi: vt ff. ad leg. aquil. l. qui occidit. §. pe. & ff. de mino. l. si ex ca. §. si mulier.

n ¶ Plerunque.] hoc dicit, quia qui hominē per lasciuiā occidit, in aliquo punitur: vt ff. eo. l. lege. §. cum quidam. Item qui incendia fortuita commisit: vt ff. de pœnis. l. capitalium. §. qui ob inimicitias. Itē commentariensis tenetur qui non bene custodiuit: vt ff. de custo. reo. l. carceri. & s. de custo. reo. l. ad commentariensem. Et nota quòd non dicit hic casu fortuito, sed improuiso: vnde omnia exempla possunt dari ad dictionem plerunque, quæ habes s. de offic. præfect. præto. orien. si quos. — Hominem per lasciuiā occidens in aliquo punitur.

Is qui aggressorem.] CASVS. Si Titius aggrediatur Seium & interficiatur Titius: non tenebitur Seius l. corn. de sica.

o ¶ Is qui aggressorem.] intelligūt quidam, id est eum qui vel nocturnus depopulator est: vel de die itinera frequentata insidijs obsedit: vt suprà quando lic. vni. sine iudi. l. j. vel dic etiam alium qui insultum faciat: dūmodo ad defendendum, nō vindicandum fiat: vt hic & j. l. proxi. & diximus s. ad legem iuliam de vi. l. quoniam.

p ¶ Alium.] qui cum agressore sit socius. Vel vt puto, etiā nō socius: cum dicat in discrimine eum constitutum. & facit ff. e. l. j. in fi. & ff. ad legem aquiliā. l. si quis fumo. §. j.

q Si quis percussorem.] peccasse videtur. vt suprà l. proxi. & ff. ad legem aquiliam. sed & si quencunque. in prin.

Si vt.] CASVS. Si surripiētem res tuas interfecisti, nec lege Cor. de sica. teneberis.

r ¶ Latrocinātem.] id est aggressorem: vt s. l. proxima. vel dic, id est furem: & si quidem est nocturnus, ipsum occido: vel si se telo defendat, vel sine periculo personæ, vel rerū parcere ei nō potui: dūmodo clā est. si verò diurnus, ita demū si se telo defendat: vt percipi potest ff. ad legē aquil. itaq3. §. lex. & ff. e. fure. & ff. de furt. l. si pignus. §. j. nam tempus aggrauat delictū: vt s. ad legē iuliam de adulter. l. gracchus. & ff. de pœnis. l. aut facta. §. j. & §. tempus. Præterea in die potest cognosci: vnde non sic nocet si euadit, cum postea possit capi. ADDITIO. Videas text. in c. interfecisti. & ibi Abb. & in c. si perfodiens. extra de homicidio. — Furem an liceat occidere.

Evm qui. CASVS. Si quis fortuito casu percussit quendam calce, & interfectus est: nunquid tenetur lege Cornel. de sica. quæritur. Et respon. quòd non.

Anno

a Annotatione.] iste amiserat bona per annotationem: quia vocatus ab imperatore, noluit venire: postea venit & probauit se non esse homicidam, & ita recuperauit. Azo. Sed qualiter negatiua probabit? Dic vt dixi s. eo. l. j. vel dic quòd alij indulserat.

SI quis.] CASVS. Minor quædam interfecit: vult se excusare eo prætextu quòd minus teneatur l. Corn. quia minor: an sit audiẽdus, quæritur. Et dicit quòd non: nisi probet se ignorantem esse.

annotatione [a] nostra comprehensum est, volumus liberari. Da. vij. cal. Deceb. Sirmij, ipsis AA. iiij. & iij. Conss.

Adultus homicida tenetur pœna legis Corneliæ de sicarijs. h.d.Bal.

Idem AA. & CC. ad Agotium. L. VI.

SI quis te reum legis Corneliæ de sicarijs fecerit: innocentia purgari crimen, non adulta ætate [b] defendi conuenit. S. vj. cal. Nouemb. Romæ CC. Conss.

Insultus cum telo factus animo occidendi, punitur pœna homicidij. h.d.Bal. Licet hoc sit uerũ de rigore: tamen non seruatur de consuetudine, secundum Speculatorem.

Idem AA. & CC. Philisco. L. VII.

IS qui † cum telo ambulauerit [c] hominis necandi causa, sicut is qui hominẽ occiderit, vel cuius dolo [d] malo factum erit cõmissum, legis Corneliæ de sicarijs pœna [e] coercetur. S. vij. cal. Ianua. Nicomediæ CC. Conss.

Aggrediens infantem causa occidendi, punitur ut homicida. h.d.Bal.

Imperatores Valent. Valens & Grat. AAA. ad Probum. LEX VIII.

SI quis necandi infantis [f] piaculũ [g] aggressus [h] aggressave sit: sciat se capitali supplicio esse puniendũ. PP. vij. id. Febru. Romæ, Gratiano A. ij. & Probo Conss.

Ad probandum quòd uir uxorem uoluit occidere uel econtra: serui utriusque sunt torquendi. h.d.Sali.

Imppp. Grat. Valentin. Theod. & Arcad. AAAA. Cynegio præf. præ. LEX IX.

SI forte mulier marito mortis parasse insidias, vel quouis alio genere voluntatem occidendi habuisse inueniat, vel si forte maritus eodẽ modo insectetur vxorem: in eadẽ quæstione ab omni familia non solũ mariti, sed etiam vxoris suæ (quæ tamẽ tũc tẽporis domi fuerit) quærẽdũ [i] est sine cuiusq̃ defensiõe. D. iij. cal. Decebr. Arcadio A. & Bautone Conss.

TITVLVS XVII.

De iis qui parentes vel liberos occiderunt.

Parricida & similes debent insui in culleo ubi sit canis, gallus, uipera, & simia: & proijci debent in flumen. hoc dicit. Sed ista pœna non est in usu. Bal.

Imp. Constantinus A. ad Verinum vicariũ Aphricæ. LEX Vnica.

SI quis parentis, aut filij, aut filiæ, aut omnino affectionis [k] † eius qui nũcupatiõe parricidij cõtinetur, fata præparauerit [l] †: siue clã, siue palã id enis fuerit, pœna parricidij puniat: & neq; gladio, neq; ignibus, neq; vllis alijs solẽni [m] pœnæ subiugẽt, sed insutus culleo cũ cane & gallo gallinaceo [n] & vipera & simia, & inter eas ferales angustias cõprehensus, serpẽtiũ cõtubernijs misceatur: & vt regionis qualitas tulerit vel in vicinũ mare, vel in amnẽ [o] pijciatur: vt omni elementorũ [p] vsu viuus carere incipiat, & ei cœlum [q] superstiti, terra mortuo [r] auferat. D. xvij. cal. Decebr. Licinio v. & Crispo Cõs. Accept. pri. id. Mart. Cartaginæ, Constantino A. v. & Licinio Cæs. Conss.

b Aetate.] cùm etiã minores in delictis teneantur: vt & s. si aduer. delictum. l. j. & j. de pœnis. l. impunitas. & ff. de mino. l. auxilium. §. in delictis. vbi de hoc dices. & ff. ad leg. iul. de adult. l. si vxor. §. si minor. & l. si minor. & facit s. de procur. l. reum. & ff. de pub. iudi. l is qui. & s. de accu. l. non ideo.

IS qui.] CASVS. Non solum is qui occidit, sed q̃ ambulat cum telo hominis necandi causa, tenetur l. Cornel.

c Ambulauerit.] volũtas enim nõ exitus inspicitur: vt ff. e. l. diu'.

d Dolo.] malo. non culpa: vt ff. e. l. in lege.

e Pœna.] quæ est deportatio in maioribus, sed in minoribus decapitatio, vel bestijs subijci: vt ff. e. l. eiusdem. §. fin. & l. pe. Acc.

f SI quis.] Infantis, q̃ nondum est natus, vel etiam si sit natus.

g Piaculũ.] i. crimẽ sanguine piandũ: vel qđ pietatẽ promouet. Acc.

h Aggressus.] etiã si nõ peccauit: vt s. l. proxim.

SI forte.] Primò quæstio bipartita. Secũdò eius solutio. secũda ibi, In eadem. CASVS. Si mulier voluit interficere virũ, l. Corn. accusabitur: & ad veritatem eruendam serui torquebuntur.

i Quærendũ.] facit s. de adulte. l. in adulterij. Sed argumen. cõtra. j. de quæ. l. j. sed hoc speciale est seruos torqueri in caput domini.

DE IIS QVI PARENTES VEL LIBEROS OCCIDERVNT. De speciali homicidio dicit.

SI quis.] CASVS. Pater filium vel ecõuerso: vel aliquis descendentium, aliquẽ de ascendẽtibus vel ecõuerso si interfecerit: quã pœnã sustinebit, quęrit. Et dicit q̃ ĩuoluit &c.

k Aut omnino affectionis.] i. affectatæ personæ eius quæ parricidij &c. quales sunt parentes & liberi in infinitũ: vt ff. de in ius vocand. l. quique §. parentes. & l. sed si hac. §. liberos. quod ergo dicit ff. e. l. pe. tãtum patrẽ & matrem supple & similes: vt ascendentes & descendentes.

l Præparauerit.] occidendo vel tentando occidere: vt ff. eo. l. j. in fi. & l. vtrum. & l. si sciente.

m Solenni pœnæ.] vt & instit. de pub. iudi. §. alia deinde. Sed videtur pœna legis Corneliæ de sicarijs habere locum: vt ff. eo. l. j. quæ est cõtra. Solu. dic quòd hæc illam corrigit. Vel hic in ascendentibus & descendentibus illud in alijs ibi numeratis personis. Vel potest intelligi punire l. Cornelia de sicarijs: sed non accusari: vt tamen pœna vnius sufficiat. vel licet teneantur oẽs tanquã parricidæ, diuersæ tamẽ pœnæ ĩponuntur secundũ personarum diuersitatẽ: quæ idem est cum secunda.

n Gallinaceo.] i. castrato: & sic vili, quẽ dicunt fortius pugnare cũ serpente. Vel dic gallinaceo, quia gallinas amat: vt vir vxorius qui fœminas diligit, vt in odis Horatij.

o In amnẽ.] si neutrum proximum est, sub ijciat bestijs: vt ff. e. l. pe.

p Elementorum.] Sed nonne vtitur aqua? R̃n. hoc est ei ad pœnã.

q Cœlum.] cùm sit in sacco de corio q̃ culleus dicitur.

r Terra mortuo.] cum in aquam iactetur.

Volũtas inspicitur.

† Hæc lex, est canonizata de pœ. dist. j. si quis cum telo. in prin. dist. Legis Corneliæ de sicarijs, quæ est pœna.

Piaculum quid sit.

Diuisio.

† Aliâs, affinitatis eius, quæ nuncupatione parentum &c. † aliâs properauerit. Gallus gallinaceus q̃s dicitur.

Culleus q̃d sit.

TIT. XVIII.

De maleficis & mathematicis [s], & cęteris similibus.

Atrocius est uenenare quàm occidere gladio. h.d.Bal.

Imp. Antoninus A. Titio. LEX I.

PLus est [t] hominem extinguere veneno, q̃ occidere gladio. PP. sine die & consule.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Tyberio. LEX II.

ARtem geometriæ [v] discere atque exercere publicè interest. Ars autem mathematica dãnabilis est, & interdicta omnino. S. xiij. cal. Septẽb. Sirmij, CC. Conss.

Diuinatores concrementur: & eos euocantes, cum publicatione bonorũ deportentur. h.d. Sali.

Imperator Constantinus A. ad Maximum. LEX III.

NVllus aruspex [x], nullus sacerdos [y], nullus eorum qui huic ritui assolent ministrare, ad limen alterius accedat: nec ob alterã causam, sed huiusmodi hominũ amicitia (quãuis vetus) repellatur: cõcremãdo illo aruspicẽ q̃ ad domum alienã accesserit, & illo ĩ insulã deportando post adẽptionẽ bonorũ, q̃ eũ aduocauerit suasionib' vel præmijs. Accusatorẽ aũt huiusmodi criminis [z] nõ delatorẽ esse, sed dignũ magis præmio arbitramur. PP. cal. Fabr. Romæ, Cõstãtino A. v. & Licinio Cæs. Cõs.

Facientes incantationes ad finem mali, sunt

DE MALEFICIS ET MATHEMATIC. ET CAETERIS SIMILIBVS. *Dictum est s. de homicidijs. sed quia homicidia quandoque committuntur ueneno & arte magica, ideo de his ponit. Azo.*

s Mathematicis.] sine aspiratione debet esse, alioquin quadriuiũ significat. prima breuis est & altera longa. Azo. vnde versus. Scire facit mathesis: sed diuinare matesis.

t PLus est.] i. atrocius, & tenetur Cornelia de sicarijs: vt hic, & ff. ad leg. cor. de sicarijs. l. eiusdem. in princ. Acc.

ARtem geometriæ.] CASVS. Discere & docere geometriã nõ est prohibitũ, sed diuinare sic.

v Artem geometriæ. i. de mẽsura terrę.

NVllus.] CASVS. Incãtator vel aruspex ad domum alterius accedere nõ debet: quod si fecerit, concremabitur: & qui eum receperit, deportabitur: & omnia sua bona confiscabuntur: & qui talem accusauerit, crimen delatoris non incurret, sed præmiũ accipiet. Viuia.

x Nullus.] aruspex, id est momentorum inspector vel horarũ, quo puncto aliquid sit inchoandum dicens. Et dicitur ab aue & inspicio: quia ex auium garritu quandoque percipiunt.

y Sacerdos.] i. doctor nigromantiæ.

z Criminis.] hoc est qui accusat aruspicem. Acc.

Continuatio.

Aruspex q̃s est.

EOrum.] CASVS. Ille puniendus est,qui per artē magicam contra hominum salutem aliquid machinatus est:vel animos mulierum ad impudicitiā prouocauit : ille verò q per incantationem suam grandines vel intēperiē aeris quo magis fructus saluentur,sedauerit: puniendus non est.

a ¶ Pudicos.] sic ff.de pœnis.l. si quis aliquid. §.qui abortionis.

b ¶ Criminationibus.] i.accusationibus.

NEmo.] CASVS. Nullº debet cōsulere incantatorē de ijs quæ futura sunt: nec Chaldeos,nec maleficos : & q cōtra fecerit, vltore gladio capitali pœnæ subiacebit.Viuia.

c ¶ Hariolum.] id est aris vel altaribus & sacrificijs demonum deseruientem.Acc.

d ¶ Chaldæi.] id est incantatores.

e ¶ Curiositas.] non enim est nostrum nosse tempora vel momenta quæ &c.

f ¶ Supplicio capitis.] qa cōcremabit: vel dentibus ferarum dabitur dilacerandus. Vel debet deportari , vel decapitari:vt s̄.e.l. nullus. & l.j.& j̄.l.proxi.& l.etsi excepta.& l.fin. quæ oēs sūt pœnæ capitales. Sed iniuriarum non tenetur si quis furem dixerit in diuinādo:vt ff.de iniur. l. item apud labeonem. §.si quis astrologus. & facit s̄.de paganis & sacrifi.l.ij.

Furē si quis dixerit in diuinādo, iniuriarū non tenetur.

* Facultas uel curiositas,&c.

MVlti.] CASVS. Si aliqs in necē alicuius demones inuocauerit & consuluerit, capite punietur.

g ¶ Non dubitant.] pingendo imaginem ceræ.

h ¶ Manibus.] id est dijs infernalibus.

i ¶ Ventilare.] id est elementa mouere.

† Aliâs, manes accitos,

k ¶ Feralis.] id est ea morte qua bestiæ.id est gladio.

ET si excepta.] CASVS. Licet homines in dignitate constituti pro crimine torqueri non debeāt, exceptis quibusdam.scilicet lęsę maiestat. & falsi:vt j̄.de falsis.si quis de crimine.non debent tamen si in comitatu principis aliquis aruspex vel mathema.vel consimilis īueniat:licet ī dignitate fuerit cōstituti, ꝑpter hoc tormenta effugere.

† Hanc l. pulchrè declarat Alcia. in annota. ī posteriores tres lib. C. super l.metameos.

l ¶ Prædictorum.] vt s̄.de quæstioni. l.milites.& l.decuriones.

m ¶ Demonstrantur.] s.specialiter,vt in

punciendi:non si faciant ad finem boni.de iure uerò canonico etiam si faciant ad finem boni. xxvj. q.ij.c.illos.& c.ex tuarum. extra de sortilegijs. & c.fi.e.tit.ubi glossa.Bar.& Sali.

I dē A.ad Bassū præfectū prætorio. L. IIII.

EOrum est scientia punienda, & seuerissimis merito legibus vindicāda,qui magicis accincti artibus, aut contra salutem hominum moliti, aut pudicos[a] animos ad libidinem deflexisse deteguntur. ¶ Nullis verò criminationibus[b] implicanda sunt remedia humanis quæsita corporibus,aut in agrestibus loci innocēter adhibita suffragia, ne maturis vindemijs metuerentur imbres, aut ventis grādinisq; lapidatione quaterentur , quibus non cuiusq̃ salus aut æstimatio læderetur,sed quorū proficerēt actus ne diuina munera & labores hominū sternerentur.D.x.cal.Iuñ. Aquileiæ, Crispo & Constant.Conss.

¶ *Nullus debet consulere diuinatorem: & quilibet à diuinando debet cessare:& contra faciens punitur.h.d.secundum Sali.*

I mpp. Constantinus A. & Iulianus Cæs.ad populum. LEX V.

NEmo aruspicem consulat, aut mathematicum, nemo hariolū[c]. Augurū & vatū praua confessio coticescat. Chaldæi[d] ac magi, & cæteri quos maleficos ob facinorū magnitudinē vulgº appellat,nec ad hāc partem aliquid moliātur. Sileat omnibus ꝑpetuo diuinādi[*] curiositas[e]. Etenim supplicio capitis[f] feriet gladio vltore prostratus,quicunq; iussis nostris obsequiū denegauerit.D.viij.cal. Febr.Mediolani, Constantio A. viij.& Iuliano Cæs.Conss.

¶ *Qui demones inuocant,uel imagines cereas incantant,puniuntur.h.d.Sali.*

I idem A.& C.ad populum. L. VI.

MVlti magicis artibus vsi elementa turbare, vitā insontium labefactare nō dubitāt[g], & manibus[h] accitis[†] audent ventilare[i], vt quisq; suos conficiat malis artibus inimicos.hos(quoniā naturæ ꝑegrini sunt) feralis[k] pestis absumat. D.iij.noñ.Decebr.Constantio A.ix. & Iuliano ij. Conss.

¶ *Nulla dignitas excusat maleficos & mathematicos quin subijciantur tormentis.h.d.Bal. uel sic: Priuilegio à tormentis excempti, de crimine malefico uel magico accusati possunt sine præiudicio torqueri:& culpabiles inuenti sunt puniendi.h.d.Sali.*

I idem A.& C.ad Taurum præfectum prætorio. LEX VII.

ETsi excepta[†] tormentis sunt corpora honoribus præditorū[l]:præter illa videlicet crimina quæ legibus demonstrātur[m], etsi hoīes magi, in quacūq; sint parte terrarū, humani generis inimici credendi sunt: quoniā tamen qui in comitatu nostro sunt,ipsā pulsant propemodum maiestatem:si quis magus,vel magicis carminibus assuetus , qui maleficus vulgi cōsuetudine nuncupatur, aut aruspex,aut hariolº, aut certè augur, vel mathematicus , aut enarrādis somnis occultans artem aliquem diuinandi:aut certè aliquid horū simile exercens in comitatu meo vel cæsaris[n] fuerit deprehēsus,prę sidio dignitatis exutus , cruciatus & tormēta non fugiat[o]. ¶ Si verò cōuictus[p] fuerit, & ad propriū facinus detēgētibus[q] repugnauerit pernegādo:sit eculeo deditus,vngulisq; sulcātibus latera perferat pœnas proprio dignas facinore. D.vij.calen.Iul.Arimini,Titiano & Cereali Conss.

¶ *Ars magica nō potest disci nec doceri.h.d.Sali.*

I mpp. Valent.& Valens.AA.ad Modestum Præfe.præ. LEX VIII.

CVlpa[r] similis est,tam prohibita discere,quā docere.Da. ij.id.Decemb. Constantinop. Valentiniano & Velente AA.Conss.

¶ *Maleficum licet cuicunque capere, & iudici præsentare:sed nemini licet occidere.h.d.Bal.*

I mppp.Valent.Theod.& Arcad. AAA. Albino præfe.præ. LEX IX.

QVicunq; maleficiorum labe pollutū audierit, deprehenderit,occupauerit : ilico ad publicū pertrahat[♉] & iudicū oculis cōmunis hostem salutis ostendat. ¶ Quòd si quisq̃ ex agitatoribus, id est aurigis,seu ex quolibet alio genere hominū,cōtra hoc interdictū venire tētauerit, aut clādestinis supplicijs etiā manifestū reū maleficæ artis oppresserit[s], vltimū suppliciū nō euadat, geminæ suspicioni obnoxius:quòd aut publicū reū ne facinoris socios publicaret,seueritati legū & debitæ subtraxerit quæstioni:aut ꝓpriū fortassis inimicū sub huiusmodi vindictæ noīe cōsilio atrociore[t] cōfecerit.Da.xv.cal.Decebr.Romæ, Timasio & promoto Conss.

TIT. XIX. De sepulchro violato.

¶ *Contrectans res effectas religiosas, tenetur crimine læsæ religionis:nec excusat eum titulus, cum sit nullus.Bal.*

I mp.Gordianus A.Zenoni. LEX I.

RES religiō destinatas,quinimo[v] iā religiōs effectas, sciētes q. cōtigerīt[x],& emere, & distrahere[y] nō dubitauerint:tametsi iure venditio nō subsistat[z],læsæ tamē religionis inciderunt in crimē[a]. PP,iij.ca,Mar. Sab.ij.&Venu.cō.

crimine lęsæ maiestatis:- vt s̄.ad l.iuliā ma.l.nullus.& falsi : vt j̄.de fal.si qs decur.&priuati carceris:vt s̄.de priua.carc.l.j.

n ¶ Vel cæsaris fuerit.] vel dic,vel ꝑ id est.

o ¶ Non fugiat.] ille mathematicus. sic cōtra seipsum torquetur.

p ¶ Conuictus.] per testes.Acc.

q ¶ Detegentibus.] testibus.Accur.

CVlpa.] CASVS. Similis culpa est tā prohibita discere quàm docere. Viuia.

r ¶ Culpa.] sic ergo & pœna : vt s̄.de episc.& cler.l.si quēquā. Sed cōtra.s̄.de hęret.l.quicūq;. prope finem.Sol.vt ibi.

QVicunque.] CASVS. Si aliquis maleficiorum labe pollutum audierit & deprehenderit , statim ad iudicem eum ducat: & si quis plaustrarius talem oppresserit , vel si quis alius:vltimo supplicio punitur.

s ¶ Oppresserit.] Id est occiderit.

t ¶ Atrociore.] quàm debet.

¶ DE SEPVLCH. VIOLATO. ¶ *De uiuis uiolatis dixit: nunc de mortuis & eorum domibus,scilicet sepulchris: ut j̄.e.l.si quis sepulchrū.*

Continuatio.

REs religioni.] CASVS. Qui rē religiosam cōtrectat,distrahēdo vel emēdo sciēter: licet vēditio non tenuerit: tamen sacrilegij crimen incurrit.

♉ Et iudiciorū,&c.

v ¶ Quinimo.] correctiuè ponit sic: Stichus, imò Pāphilus liber vel hæres esto : vt ff.de manu.test.l.stichus.& de hęred.inst.l.si ita scriptū.

Quinimo, quomodo ponatur.

x ¶ Contingerint.] vim inferendo.

y ¶ Distrahere.] contrectando. Sed quid si vendidit & emptor tetigit volente venditore, an venditor tenetur? Respond.sic:vt ar.s̄.de acq. pos l.minus. Idem dicūt quidam si tātum vendidit , & nemo contrectauit,per legem istam.

z ¶ Non subsistat.] inter scientes vel emptore solo sciente : vt ff. de contrahen. emp.l. iiij.& l.seq.& l.liberi.& instit. de contrah.emp.§. fin.& ad hoc facit s̄.de adulte. l. eum.& de excus.tut.l. amplissimi.

a ¶ Crimen.] s.quasi sacrilegij.qđ crimē minus punit q̄ si verū sacrilegiū esset, auferēdo sacrū de sacro:& magis q̄ si fecisset furtū : vt ar.ff. ad l.iul.pe.l. sacrilegi capite.

Sacrilegiorum quoddam est verū,&quoddam quasi sacrilegiū.

Sepulchra violãs qua actione, & ad quid conuenitur.

pite.in princ.Azo.& oritur ex hoc crimine actio ciuilis, non legis Aquiliæ:ſed interdictum Quod vi aut clam: vt ff.eo.l.ij. Item & actio in factũ ſimiliter ciuilis quæ extraneo in centũ aureis datur:ei ad quem res pertinet,ad intereſſe datur: vt tamen non minus quàm in centum aureos.Si autem alius habitat ſepulchrum indiſtinctè in cc.aureos agitur:vt ff.eod. l.iij.in princ.& §.j. & ij. & §. qui de ſepulchro.& prædicta præſtantur actori. Criminaliter datur in xx.libris auri dãdis fiſco:vt j.dices eod.l. ſi quis ſepulchrum. quãdoque in plus:vt ff.eod. l.fin.& dices j.eod.l.qui ſepulchra. Sed ſi ille cuius intereſt violauerit, an teneatur?Reſpon.ſic: vt ff.ſi ſerui.ven. l.altı°.

SI ſeruus.] CASVS. Si neſciente domino ſeruus ſepulchrum ſpoliauerit, in metallum condemnabitur:ſi ſciente domino, relegabitur: ſi ad domũ domini aliquid apportatum eſt, domus confiſcabitur.Viuia.

a ¶Relegatione.] & ſic in aliquo etiam in atrocioribus mitius cũ ſeruis agitur, ſi domino parent: vt & s.ad legem iuliam de vi.l. ſeruos. Sed videtur hæc pœna non imponi ſeruo: vt ff. de accuſa.l.hos accuſare. § in omnibus. Sol.quod ibi dicit ſicut relegatio: ſubaudi quæ cadit in perſonã ſeruorum. Vel aliter durior relegatio imponitur ei: vt ibi in fi.§.ſed quidam libri nõ habent ibi,non.

Serui an poſsint relegari?

b ¶Aedificium.] ſic & j.de fal.mone.l.j.& s. de inceſt. nup.l. ſi quis inceſti.& j.de ijs qui latro.vel al.l.ij.in fin. Et not. quòd ſi ſeruus inhabitat,non eſt actio noxalis,ſed accuſatio:vt ff. e.l.iij.§.fi.

SI quis.] CASVS. Si iudex ſepulchrorum violatorem punire neglexerit,in viginti libris auri multabitur fiſco inferendis. Viuia.

c ¶Neglexerint.] ſic s.de priua.car.l.j.

d ¶Violatores.] ſic ergo in violatores hic eadem pœna ſtatuitur: & ſic eſt contra.j.l.proxi.vbi decem pondo auri dicit.Solu: dicunt quidam tantum eſſe decem pondo quantum viginti libræ auri, quod non placet:cùm pondo & libra idem ſignificant: vt ff.de leg.j.l.ſi ex toto.§. fi.Dic ergo quòd decem pondo ſit pœna in violatores,in iudicem viginti libræ auri.vt ſi neglegerint vindicare,ſtatuta pœna in violatores quæ eſt decem pondo auri non minus &c.

Pondo & libra idẽ ſunt.

¶Proprius motus aggrauat delictum, ſed iuſſus domini ipſum attenuat:& confiſcari debet ædificium in quo aliquid facit ſacrum ædificari. h.d.Bal.vel ſic:Seruus demoliens ſepulchrum domino inſcio,damnatur in metallum.ſi uerò eo cõſcio,relegatur,& locus ad quem aliquid de ſepulchro exportauit,publicatur.h.d.Sali.

Imp.Conſtantius A.ad Tacianum præfect. V.

LEX II.

SI ſeruus in demoliẽdis ſepulchris fuerit deprehenſus: ſi id ſine domini ſcientia faciat, metallo addicatur. ¶Sin verò domini authoritate, vel iuſſione vrgetur, relegatiõe [a] plectatur. ¶Et ſi fortè detractũ aliquid de ſepulchro ad domũ eius villãq; prouectum reperitur:villa,ſiue domus, aut ędificium [b] quodcunq; erit, fiſci iuribus vendicetur. D.xij.id.Iul.Acyndino & Proculo Conſ.

¶Iudex qui negligit punire uiolatorem ſepulchri,debet condemnari in uiginti libris auri.h.d. Salicetus.

Idem A.ad Limenium præfectum prætorio.

LEX III.

SI quis ſepulchrũ violaturus attigerit,locorum iudices ſi hoc vindicare neglexerint [c], non minus quã viginti librarũ auri ĩ ſepulchrorũ violatores [d] ſtatuta pœna,multentur,vt eã largitionibus noſtris inferre cogantur. D.v.cal. Apr.Limenio & Catulino Conſ.

¶Violator ſepulchri intelligitur offendere mortuum & uiuentem:& punitur in decem libris auri,& in omni alia pœna antiquitus conſtituta. idem eſt in uiolatore cadaueris & reliquiarum. h.d.Bal.

Idem A.ad populum.

LEX IIII.

QVi ſepulchra violant, domos [e] (vt ita dixerim) defũctorum:geminũ videntur facinus perpetrare.nã & ſepultos ſpoliant deſtruendo [f]: & viuos polluũt fabricãdo [g]. ¶Si qs igitur de ſepulchro abſtulerit ſaxa,vel marmora vel columnas, aliamve quãcunq; materiã fabricandi gratia: ſiue id fecerit vẽditurus, decem pondo [h] auri cogatur fiſco ĩferre:ſiue quis propria ſepulchra defendens, hãc in iudiciũ querelã detulerit, ſiue quicunq; [i] ali⁹ accuſauerit,vel ad officium [k] nunciauerit:quę pœna priſcæ ſeueritati accedit. Nihil enim derogatũ eſt illi ſupplicio,qđ ſepulchrũ violãtibus videt impoſitũ. [l] ¶Huic autem pœnæ ſubiacebunt & qui corpora ſepulta, aut reliquias contrectauerint. Dat.idib. Nouembr. Mediolani, Conſtantio viij. & Iuliano Cæſ. Conſ.

QVi ſepulchra.] CASVS. Sepulchrorũ violator duplex facinus committit.ſ.ſpoliando mortuum,& viuum polluendo: vnde qui aliquid à ſepulchro ſubtraxerit,in decem pondo auri multabitur.

e ¶Domos.] vnde illud,ſepulchra eorũ domus eorum in eternum.

f ¶Deſtruendo.] ſepulchra.

g ¶Fabricando.] i.faciendo alibi fabricari de materia inde ſumpta. Vel dic artifices quos adhibent domini ſepulchri ad reędificandum.

h ¶Decem pondo.] contra.s.l.proxi.Solu.vt ibi.

i ¶Quicunque.] cùm is ad quem ea res pertinet agere nollet: vt ff.e. l.iij.in prin.

k ¶Officium.] aliâs officio, vel aliâs officium:vt quia ſit notorium: vt s.de accuſ.l.ea quidem.

q ¶ Testamentum.] idem in alio instrumento.sed hoc interest: quia alio instrumẽto amoto, non est publica accusatio: sed in testamẽto sic: vt hic,& ff.e.l.paulus.Si verò scribatur falsum aliud instrumentum, an sit publica accusatio? Quidam, vt Py. quòd non, per l.istam quæ tantum de testamento dicit.& per l.ff.e.l. paulus. in prin. & l.qui testamẽtum. Item quia sola lex Cornelia testamentaria numeratur inter cæteras publica iudicia: vt ff.de pub.iudi.l.j.tunc enim demum cum contingit publicam vtilitatem, erit publica hæc accusatio: vt in amoto testamẽto, vel codicillo celato vel deleto: vt in dictis legibus, & ꝫ.titul.j.l.ij. Nos dicimus quòd semper est publica: vt probatur ff.de pub.iudi.l.j.& insti. de pub.iudi.§.item lex Cornelia de falsis.& ff.eod.l. paulus.§.j.& s.qui accu.non pos.l.senatusconsulto.& s.fi re.vel accu.mor.fu.l.fi vt proponis.& ꝫ.eod.l.& fi ad te. Item nota ex hac l. quòd fic committit falsum qui celat, sicut qui facit: vt ff.e.l.j.§.qui in rationibus.& l.qui testamentum.& ff.de dolo.l.fi quis affirmat.§ fi.

Falsificans non tantum testamentũ, sed etiam aliud instrumentũ, potest publicè accusari.

SI creditor.] CASVS. Die sabbati obligaui Titio fundum: eũdem Sempronio die dominica sequenti obligaui: Seius vult detrahere, colludens mecum: confeci instrumentum quo continebatur quòd fundus die sabbati erat Seio obligatus: an possim accusari de falso, quæritur. Et dicitur quòd sic. nec emptori obest collusio. Vel dic aliter vt in glos. Viuia.

Casus.

r ¶ Si creditor.] Creditor cum debitore scripsit falsum instrumẽtum, in quo continebatur sibi priusquam alij obligatum prædium: vt ita emptorẽ ad emendũ induceret. Vel pone vt ponimus ff.de fide instru.l.repetita.vel vt ff.e.l.fi à debitore. Vel dic q creditor vendidit cum iam esset ei solutum cũ pluribus debitor obligatus non inueniret emptorem.

s ¶ Nihil offecit.] quo minus de euictione agas.

t ¶ Accusationi.] falsi.& facit ꝫ.de crimi.stel.l.ignorantia.

De si

DE fide.] CASVS. De falſo teſtamento egit quis: an poſſit, quę ritur. Et reſpõ. ꝙ ſic, ciuiliter & criminaliter: primo caſu per procuratorem: ſecundo caſu non.

a ¶ Duplex via.] ſcilicet criminalis & ciuilis: ſed ciuilis multiplex, ſcilicet excipiendo & replicando & agendo actione in factum: vt j. e. l. damus.

Idem AA. & CC. fortunato. L. XVI.

DE fide teſtamenti quærenti duplex via [a] litigandi tributa eſt. Quamuis itaque per procuratorem accuſationem perſequi non potes [b], diſceptatiõe tamẽ priuata de eiuſdem [c] fide quæri non prohiberis [d]: cùm reus ita conuẽtus [e], non tantum ab alio iuſtè, ſed etiam ab eo qui ciuiliter egit, ſolẽniter accuſari poſſit [f]. S. viij. id. Febr. Sirmij CC. Conſ.

¶ *Veritas & falſitas curſu tẽporis non mutantur: & non eſt incipiendum à tormẽtis, ſed ab indicijs. h. d. Vel ſic: Curſus temporis non immutat ſubſtantiam ueritatis. h. d. Bal.*

Idem AA. & CC. Menelao. L. XVII.

SIcut falſi teſtamenti vel codicillorum ſcriptura tẽporis interuallo firmari [g] non poteſt, ita vera quę iure ſubſiſtit, non euaneſcit [h]. ¶ Si itaq; de fide delicti vel per accuſationem, vel per priuatum iudicium quæreris: rector prouincię tunc demũ eos exhiberi: de quibus ĩterrogatio [i] fieri poteſt, iubebit: ſi prius cęteris indicijs fuerit commotus [k]. S. iij. id. Februar. Sirmij CC. Conſ.

¶ *Falſus titulus nõ eſt titulus, & ex eo nec uſucapiẽdi cõditio, nec aliqs paratur effect⁹. h. d. Vel ſic: Habẽs falſũ titulũ, nõ intelligitur iuſtus poſſeſſor, & etiã poteſt accuſari de falſo. h. d. Bal.*

Idem AA. & CC. Maximo. L. XVIII.

EX initio [l] falſi commiſſi [m] iuſta poſſeſsio [n] non paratur. Vnde contra eos [o] quos de dñio fundi tecum contẽdere [p] proponis, accuſationẽ inſtituere potes. S. iij. nõ. Mart. C C. Conſ.

¶ *Fœmina nõ poteſt accuſare de falſo ratione ſolius affectionis: ſed ita demum ſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequatur. h. d. Bal.*

Idem AA. & CC. Coſmię. L. XIX.

ET ſi ad te [q] negotium pertinuit, etiam atq; etiam [r] tecum deliberare debueras, ne improbam [s] inſtitueres accuſationẽ, hoc inſtrumentum in quo ſubſcripſeras, falſum arguere contendes. At cum mulieribus in aliena cauſa falſi non ſit conceſſum accuſare [t], tu autem hæc eadem prædia te prius [v] alij donaſſe proponas, fieri tibi facultatem accuſandi, contra iuris poſtulas formã [x]. S. viij. id. Mart. CC. Conſ.

¶ *Error ſcribẽtis uel ſubſcribentis, non inuoluit eum in crimine falſitatis, nec derogat ueritati. h. d. uel ſic: Falſum ubi ceſſat dolus, non punitur ut falſum. Itẽ ubi eſt error, ibi neceſſario ceſſat dolus. Item error non præiudicat ueritati. h. d. Bald.*

Idem AA. & CC. Rufino. L. XX.

NEc exemplum editionis precum [y] aliter per errorẽ ſcriptum, cùm non niſi dolo malo falſum committentes crimini ſubiugentur, cognitionem dati iudicis moratur. Subſcrip. xj. cal. Nouẽb. Doroſtoli CC. Conſ.

¶ *Dignitas decurionatus antecedens uel ſequẽs, à tormentis non excuſat accuſatum de falſo, & ueritas ſcripturæ per authorem cõprobatur. h. d. quod nota. ſecundum Sali.*

Imp. Conſtantinus A. Hilariano Correctori Lucaniæ & Brutiorum. LEX XXI.

SI quis decurio teſtamentum, vel codicillos, aut aliquam deficientis ſcripſerit voluntatem [z], vel conſcribendis publicis priuatiſque inſtrumentis præbuerit officium [a]: ſi falſi quæſtio moueatur [b], decurionatus honore ſepoſito [c], quæſtiõi) ſi ita popoſcerit cauſa) ſubdatur: ſed non ſtatim deſinit eſſe decurio, qui in huiuſmodi facto fuerit. Quantũ eñ ad municipales pertinet neceſſitates, decurio permanet [d]: quantum ad rẽ geſtam & veritatem referãdam, vti decurionatus honore nõ poterit. ¶ Nec verò is [e] qui ante fuerit tabellio: ad eludendã quæſtionẽ ſup ijs [f] quæ ante ſcripſerit, factus decurio defendi hac poterit dignitate: qm̃ ſcripturæ veritas (ſi res popoſcerit) per ipſum debet probari authorem [g]. D. iij. calen. Februar.

b ¶ Non potes.] vt & ſ. qui accuſa. non poſ. l. ij. & ff. de publi. iudi. l. penul. §. ad crimen.

10 c ¶ Eiuſdem.] teſtamenti.

d ¶ Nõ prohiberis.] etiam per procuratorẽ.

e ¶ Conuentus.] priuata diſceptatione.

f ¶ Accuſari poſsit.] nõ ergo habet exceptionem rei iudicatę, ſiue cõdemnatus ſoluit, ſiue ab 20 ſolutus fuit in prima: vt j. quando ci. ac. pręiu. crimi. l. j. ſunt enim paria: vt ff. de excep. rei iudi. l. ſi quis cũ totũ. §. planè.

SIcut. CASVS. Tractu tẽporis teſtamentum falſum non ſit verũ: nec econuerſo. vel ſolo tẽpore. ad eruendã 30 ergo veritatẽ torqueri poſſunt ſerui aliqb⁹ indicijs pręcedẽtibus. Viuia.

g ¶ Firmari.] imò cõtra videtur: vt ſ. e. l. querela. ſed illud verũ eſt in accuſatione non in exceptione, vel in replicatione vel actione, vel etiam officio iudicis: vt ibi no 40 taui. Ex parte ergo accuſatoris nõ rei firmat: ſicut in actione de dolo quæ tollitur biẽnio, ſed non exceptio: vt ſ. de dolo. l. optimum. & ff. de excep. l. doli. purè. §. fi.

h ¶ Non euaneſcit.] arg. contra. ſ. de teſta. l. ſancimus.

50 i ¶ Interrogatio.] ſeruorũ cum tormẽtis.

k ¶ Cõmotus.] quia à qõnib⁹ nõ eſt incipiẽdũ: vt j. de queſt. l. j. & l. milites. & ff. de q̃ſt. l. j. i prĩ.

EX initio.] CASVS. Feciſti cõficĩ inſtrumẽtũ in quo cõtinebatur ꝙ prędiũ meũ 60 erat tuũ: non propter hoc effectus es iuſtus poſſeſſor: vnde potero te accuſare de falſo. Et ſi mulier dedit mihi fundum, & Titius fecit cõfici inſtrumẽtũ, in quo cõtinebatur mulierem ſibi Titio prius donaſſe: in quo inſtrõ mulier ſub- 70 ſcripſit, credens illud inſtrumentum eſſe epiſtolam, licet videretur mulier ſuam proſequi iniuriam ſi accuſaret, tamen accuſare non poteſt: mulieribus enim accuſare prohibitum eſt: vt ſ. qui accu. poſ. l. ſenatus. h. d. cum l. ſeq. Viuianus.

l ¶ Ex initio.] quia ſcripſiſti tuã quam iniuſtè tenebas, vel timore huius falſi inſtrumenti quo continebatur ꝙ erat tua, tibi tradita ſit: vt ſ. de tranſact. l. ſi ex falſis. ſiue etiam iudex ſecutus hoc inſtrumẽtum, tibi poſſeſsionem adiudicauit: vt ſ. ſi ex fal. inſtru. l. ij.

m ¶ Commiſsi.] ſcilicet inſtrumenti.

n ¶ Poſſeſsio.] vt poſsit ſequi vſuſcapio, ſecundùm ſecundam expoſi- 80 tionem. Sed an dominiũ tranſeat ſi dominus erat tradẽs? Rñ. diſtingue, an putauit ſe obſtrictum qui tradidit vt daret: an rem quam actoris eſſe putabat, ei tradidit. In primo caſu transfertur dñium. in ſecundo non: vt hic, & ff. de condi. ob cau. da. l. iij. §. ſubtilius.

o ¶ Contra eos.] poſſeſſores.

p ¶ Contendere.] excipiendo.

q ET ſi ad te.] Vt quia tuã vel tuorum iniuriã proſequeris. Et dic ꝙ Berta donauit Titio prædium: Seius fecit inſtrũmentũ quo cõtinebatur Bertam ſibi Seio ante dudũ donaſſe, & fecit eam ſubſcribere cum crederetur epiſtolam eſſe: ipſa mulier non accuſat.

r ¶ Etiã atque etiã.] i. ſæpè & ſępius. & facit ſ. de obſe. ſi manumiſſori.

s ¶ Improbam.] i. quæ improba eſt prima facie cum ſubſcripſeris.

t ¶ Accuſare.] vt & ſ. qui accuſa. non poſ. l. ſenatuſconſulto.

v ¶ Prius.] quàm aſſeribens tanquam epiſtolæ.

x ¶ Formã.] ſed nonne cauſa mulieris eſſe vi 10 detur: cùm de euictione teneatur? Rñ. non tenebatur: vt diſtinguitur ſ. de iure do. l. j.

NEc exemplũ.] CASVS. Impetraui reſcriptũ à principe vt delegaretur mihi iudex in cauſa quam habebam aduerſus Ti- 20 tium in x. notarius comprehendit in reſcripto xxv. an prætextu talis falſitatis debeat iudicis cognitio ĩpediri? Dicitur quòd nõ. Vel dic aliter, vt in gloſ. Viuia.

y ¶ Precũ.] petij iudicem ad decem: ſcriba dixit de viginti. vel mora- 30 toriam dilationem ſex menſium petij: ſcriba ſcripſit ſeptem menſiũ. procedit delegatus ſecũdum veritatẽ: vt & ſ. de preci. impera. offe. l. ij. Et dicitur exemplum: quia in reſcripto ſemper exemplificatur petitio: ſicut in ſententijs libel- 40 lus. Vel dic quòd ĩ his precibus fuit falſitas: qa dixi me prædium emiſſe agens contra authorem, vt mihi tradatur. cũ donatum mihi eſſet: nõ tamen dolo, non differtur cognitio dati iudicis. ſecus ſi dolo: vt hac l. innuitur: quia tunc reſcri 50 ptum eſſet nullũ: & ſic iudex nullus: vt ſ. ſi contra ius vel vti. publi. l. & ſi legibus conſentaneũ. & ff. de pigno. act. l. tutor. §. j. & extra de reſcri. c. ſuper literis. Item nota hac lege falſum ſine dolo non committi.

60 SIquis decurio.] CASVS. Tabellio aliquis multa fecit inſtrumenta: poſtea creatus eſt decurio. de aliquo inſtrumẽto quod ſcripſit dum erat tabellio, an ad eruendam veritatem torqueri poſsit non obſtante decurionatus dignitate, quæritur. 70 Et dicitur ꝙ ſic. Viuia.

z ¶ Scripſerit voluntatem.] nõ vt tabellio: nam tabellio eſſe nõ poteſt: vt j. de decur. l. vniuerſos. lib. x. quæ eſt contra. Vel dic, hic fuit ſed fieri non debuit, vel non deberet fieri tabellio poſtquã fuit decurio: vt ibi: ſed prius factus etiam poſtea poteſt conficere inſtrumentum: vt hic.

a ¶ Officium.] dictandi vel componendi, vel ſubſcribendi.

b ¶ Moueatur.] ei fortè.

c ¶ Sepoſito.] ſic ſ. de teſti. l. nullum.

d ¶ Permanet.] ergo duplex officium gerit, ſcilicet decurionatus, & ta- 80 bellionatus ſeu ſcriptoris, & ſic eſt argu. contra ff. de pact. l. ſi plures. & facit ſ. de quæſti. l. decuriones. & l. milites.

e ¶ Nec verò is.] ſ. quando poſt decurionatum ſcripſit, nunc quando ante.

f ¶ Super his.] ſcilicet inſtrumentis.

g ¶ Authorẽ.] & ei ſoli credit[a]: vt hic, & in auth. de fide inſtr. §. ſi verò moriãtur oẽs. col. vj. Sed cõ. ſ. de teſti. l. iuri ſiurãdi. ſed hoc ſpãle. Itẽ cõtra in auth. de hære. & fal. §. ſi verò abſunt. coll. j. Sed ibi non de fide ſcripturæ, ſed de ſolẽnitate agitur[b]. Quid autẽ ſi diffiteatur ſuã eſſe ſcripturã?

Caſus.

Falſum ſine dolo nõ cõmittitur.

Dominium an trãsferat dominus tradens rẽ ſuã prętextu falſi inſtrumẽti.

Caſum ponit.

a Scilicet an ſit ſua ſcriptura an nõ Sali. per l. ſi donationibus. ſ. de donatio.

b Tunc diſtinguendũ intrinſeca ſit an extrinſeca. l. ſcribendũ. ff. de verbo. oblig.

Respon. suspecta sit: vt ff. quemadmo. testa. ape. l. j. §. fi.

VBi] CASVS. Si accuset aliquem quis de falso, debet iudex diligenter inuestigare veritatem per testes & instrumenta scripturarum collationem: & tam accusator quã accusatus debet probationes inducere: & iudex debet causam definire & terminare non interloquendo: nec debet durare accusatio vltra biennium: & iudex debet pœnam imponere, vel maiorem 10 vel minorem vel faciet reum deportari, si hoc exegerit qualitas delicti: vel decapitari si est seruus. Viuia.

a Vbi falsi.] dic secundum Bart. q vtebar instrumento contra te, quod dicis falsum, & sic incidit quæstio falsi: pro 20 quo facit verbũ incide rit. sic j. de proba. l. iubemus. secundũ vnũ intellectũ illius l. Sed lo. dicit q accusatio falsi directo hic pponebatur pro quo est finis huius legis. vbi dicit de pœna capitali iponẽda: q a illa non debet iponi sine accusa- 30 tore: vt ff. de mu. & hono. l. rescripto. §. si quis accusatorẽ. cui tamẽ respõ. B. q post finitã causam pecuniariã fuit istituta criminalis, & sic pœna secuta. Vel etiã specia le sit vt sine accusatore procedat: vt & aliãs: vt ff. ad legẽ iuliã de adult. 40 l. ij. §. si publico. & no. j. de probat. l. iubemus. Itẽ p lo. quia si ciuiliter ageretur: non acerrima, sed leuior fieret idago: vt j. l. proxi. Item quia nõ exigeretur probatio, nisi ab actore: vt j. de eden. l. qui accusare. nisi i excipiente: vt ff. de pba. 50 l. in exceptionibus.

b Accusatori.] qui falsum probat ei, tamen prius.

c Quæstio.] i. falsitatis probatio. non autem de tormentis dicit.

d Indicatur.] vt & j. de. aboli. l. fallaciter. secus in ciuili causa: vt j. 60 de proba. l. actor. Accursius.

e Medius.] non declinãs ad dexteram vel sinistram: vt & in auth. iusiurand. quod præstatur ab his. §. & equus. colla. ij. Illud tamen verum est quõd si accusator non probat, absoluitur reus.

Quia etiã reus probare tenetur: vt dicit gl. in cap. illud quoque. ex tra de præsump.

† Actionis

Iudex neque ad dexteram, neque ad sinistram declinare debet.

Sabino & Rufino Conf.

In crimine falsi acerrima fit indagatio, etiam per torturam: & non solum accusati, sed etiam accusantis. Nec iudex debet animi sui finalem motum exprimere: nisi in prolatione sententiæ, quã proferre debet intra biennium à die exordij quæstionis: & secundum delicti atrocitatem reo conuicto, vel accusatori calumnianti pœna imponitur. Bal.

Idem A. ad Maximum P. V. **L. XXII.**

VBi [a] falsi examen inciderit, tunc acerrima fiat indago argumentis, testibus, scripturarũ collatione, alijsq; vestigijs veritatis. nec accusatori [b] tãtũ quæstio [c] incumbat, nec probationis ei tota necessitas indicatur [d]: sed inter vtranq; personam sit iudex medius [e]: nec vlla [f] interlocutione diuulget quæ sentiat: sed tãq ad imitationẽ relationis [g] quæ solum audiendi mandat officium, præbeat notionẽ: postrema sententia quid sibi liqueat, pditurus [h]. ¶ Vltimũ autem finem strepitus [i] criminalis cõpendioso [k] spatio limitamus, quem [l] litigãtem † disceptãtemq; fas non sit excedere: cuius [m] exordiũ nascetur auspicio cõtestatæ [n] † accusationis apud iudicẽ competentem: post probationem supplicio capitali, si id exigat magnitudo cõmisi [o], vel deportatione [p], ei qui falsum cõmiserit, imminente. PP. vij. cal. April. in foro Traiani, Constantino A. vj. & Cõstãtino Cæs. Conf.

De falso potest ciuiliter & criminaliter agi: & electa uia ciuili, debet supersederi in crimina li: sed ea finita, potest criminalis quæstio inchoari, & conuictus subijci pœnis legitimis. Sali.

Imppp. Valens, Grat. & Valentin. AAA. ad Maximum præfectum præto.

LEX XXIII.

DAmus licentiã litigantibus, si apud iudicem proferatur scriptura de qua oritur aliqua disputatio, profitẽdi vtrum de falso criminaliter statuat, qui dubitet de instrumenti fide, experiri, an ciuiliter. Quòd si expetens vindictam falsi crimen intenderit, tunc quæstione [q] ciuili per sententiam terminata, criminis fiat indago: vt si quis tabulas testamenti, chirographa, attestationesq;, necnon & rationes priuatas [r] vel publicas, pacta, & epistolas, vel vltimas voluntates, donationes, venditionesve, vel si quid [s] prolatum aliud instituere conabitur: habeat accusandi facultatem. ¶ Ciuilis autem inquisitionis inter vtrasq; partes cõfligentium leuior [t] examinatio procedat: cum iudex qui præerit quæstioni [v], intentiones actoris [x] falsas, & conuicta † crimina reorum, ex legibus pœnis competentibus posit vlcisci [y]. P P. xvj. Cal. Maij Romæ, Valente v. & Valentiniano AA. Conf.

Producenti instrumentũ suspectum, imminet prius probatio q sit uerum, & aduersario immi net postea probare cõtrariũ. h. d. Bal. Vel sic: De falso potest quæri ciuiliter & criminaliter: producens tamen instrumentum, eius fidem negatam prius debet probare: deinde de falso potest instituti accusatio. hoc dicit. Sali.

Imperatores Valent. Theod. & Arcad. AAA. Proculo præfecto pr.

LEX XXIIII.

PRæbemus licentiam, vt siue ciuiliter, siue criminaliter (vt actor elerit [z]) super prolatis codicillis vel alijs instrumentis requiratur: incumbat probatio fidei instrumẽti ei primitus qui scripturam [a] obtulerit, deinde ei qui stricta † instantia falsum arguere paratus sit. Dat. x. Calend. Februa. Timasio & Promoto Conf.

70 f Nec vlla interlocutione.] i. interlocutoria sententia non ostendat, sed per definitiuam suam voluntatem quam habet super crimine falsi condemnandi, vel absoluendi: vt arg. ff. de ar. l. qualem. & hoc ad imitationem, id est ad similitudinem.

g Relationis.] i. delegationis quæ mandat tantum officium audiendi non definiendi: hoc est, sicut iudex ad quem causa mittitur vt de ea tãtum cognoscat & referat definiendam, non debet aliquid interloqui, sed tantum cognoscere: vt j. de rela. l. si quis. ita hic nulla interlocutione debet vti per quam possit notum fieri quid sentiat: sed definitiuam det. hoc, si principaliter agitur de falso, secundum omnes. si autem incidenter: vt 80 dixit B. tunc an debeat super incidenti iudicari, dic vt diximus j. de ordi. iudi. l. j. in fi.

h Proditurus.] Sed si succubuit in ciuili, an aget in criminali? Ioã. sic: quia tantum facit vel minus vbi succubuit quantum si soluisset. sed solutione facta agitur: vt j. quando ciui. ac. præ. cri. l. j.

i Strepitus criminalis.] i. iudicij in quo strepitus sit confligentiũ, hoc est aduocatorum vel allegantium.

k Compendioso spatio.] scilicet biẽnij: vt j. vt intra cer. temp. crimina. & c. l. fina.

Strepitus sit in iudicio.

l Quem.] scilicet finem.

m Cuius.] scilicet finis, id est exordium quod respicit finem. & dic, auspicio, id est initio.

n Contestatæ accusationis.] id est ex die contestatæ litis. & dicitur initium, auspicium: quia veteres principia ab auspicijs & augurijs assumebant. Vel dic, cu- 10 ius scilicet strepitus: vel cuius scilicet accusationis.

o Commissi.] quia est seruus, & ideo debet decapitari: vel quia est visus falsis rescriptis sciens: vt j. eo. l. maiorem. & ff. eod. l. j. §. fi.

p Vel deportatio- 20 ne.] vt d. l. ff. eod. l. j. §. fina.

DAmus.] CASVS. Si profera tur instrumentum falsum: potest proferẽs criminaliter accusari l. cor nel. de falsis. vel ciuiliter actione in factum. Et si primò agatur crimi- 30 naliter, suspẽditur quæstio ciuilis quo ad criminalis accipiat finẽ. In ciuili autem leuior procedat indagatio: quia in criminali vterque probat: in ciuili tantũ actor. Viuianus.

q Quæstione ciuili.] super qua iudex pri- 40 mò, aditus fuerat: quæ primò debet terminari: vt hic, & ff. de iudi. l. qui prior. Sed opponitur: q a maior debet pręcedere: vt j. de ordi. iud. l. si. Sed rñ. q a causa mouendi soluti ons hic obij ciebatur crimẽ: vt j. e. l. ij. Vel hic prima facie instrumentum nõ appare- 50 bat esse falsum. Vel tertiò dic q ciuiliter agebatur de falso actione in factũ, quod cũ prius fuerat inchoatũ, prius finiatur q criminaliter agatur. Quarti dicũt termi nata, id est dilata per sententiam interlocutoriã. 60 Nã criminalis est præponenda: aliãs dixi hoc tenere quando diuersis temporibus incipit. Si autem simul ciuiliter & crimialiter incipiat, pręponitur crimialis: vt ff. de iudi. l. si de vi & j. de adulte. l. adulterij.

† Aliàs, cõficta.

Falsitas potest ciuiliter & criminaliter tractari.

† Aliàs, instructa.

r Priuatas.] Sed cur hoc, cum nemini preiudicet, si falsum priuatũ 70 scripsit instrumẽtum? Rñ. quia quantum potui, crimen ad effectũm produxi: vt ff. de extraor. cri. l. j. Vel intellige de priuato tali quod aliquid valet saltem ad comparationem: quia triũm testium habet subscriptionem. Azo: vt j. de fide instru. l. comparationes.

s Si quid prolatum.] vt ff. eod. l. j. §. j.

t Leuior.] cum actor tantum probet: secus in criminali: vt j. l. proxi.

v Quæstioni.] criminali.

x Actoris.] id est accusatoris.

y Vlcisci.] puniendo accusatorẽ si fuerit calũniatus. Si verò probaue rit puniendo reum secundũ leges quę pœnam imponunt: vt ff. eo. l. j. §. fi.

80 PRæbemus. CASVS. Si ex instrumẽto petas à medecẽ quod dico falsum: potero criminaliter vel ciuiliter agere vtrumvelim: ita tamen vt cum criminaliter agitur, prius incumbat onus probandi proferenti: deinde ei contra quem profertur. Viuia.

z Elegerit.] quod potest: vt j. l. proxi. & j. quãdo ci. ac. prę. cri. l. j.

a Scripturam.] quę fit prima facie maculata. Vel quia pducẽs alias falsas protulit scripturas: vt j. de proba. l. iubemus. Vel volens sponte probare: vt ff. de proba. l. circa. & facit j. de fide instru. l. fi.

De

TIT. XXIII.

De iis qui ſibi aſſcribunt in teſtamento.

Filius emancipatus ſibi aſſcribens in teſtamento patris patre dictante, de æquitate à pœna legis Corneliæ excuſatur: quia idem eſſet habiturus ſine delicto, quod cum delicto. hoc dicit. Bal. uel ſic: Factũ quod ex ſpeciali æquitate fouetur, non incidit in delictum: licet ſit de genere prohibitorum. Bal.

Imp. Antoninus A. Vallatio. LEX I.

Quāquàm ita interpretantur iuriſperiti, vt contra legē Corneliam videatur ſe ſcribere hæredē emancipatus filius patre dictante: tamē ſi cum teſtamentum non eſſet ſcriptũ, iuſtus ſucceſſor futurus[a] eſſet, accepta bonorũ poſſeſſione[b], filius patri: perinde habebit, atq; ſi ſua manu pater tuus te hæredē ſcripſiſſet, functus dulci officio[c]. PP. nonis Septembr. Duobus & Aſpris Conſ.

Vbi teſtator ſcribenti codicillos aſſcribit, ceſſat pœna: ſed ubi ſcribens ſibi aſſcribit, & teſtator in eadem uoluntate, uel in alia hoc recognoſcit: ſcribenti parcitur. h.d. Bal. uel ſic: Teſtatoris ſubſcriptio, etiā generalis excuſat à pœna: ſed non tribuit ius petendi legatum extraneo qui ſibi aſſcripſit: niſi ſpecialis fuerit ſubſcriptio teſtatoris. h.d. Sali.

Idem A. Atticio. LEX II.

Si teſtator codicillis quos ſcripſiſti, legatum quoq; ſeu fideicommiſſum reliquiſſe tibi ſua manu aſſcripſit[d]: nō videris ĩ pœnā ſenatuſconſulti incidiſſe. ¶ Quòd ſi teſtamentũ dictaſſe[e] codicillis ſignificauit, legato quidem vel fideicōmiſſo abſtinere debes[f]: pœna verò falſi tibi principali bñficio remittitur. PP. id. Decēb. Antonino A. iiij. & Balbino Conſ.

Verè ignorantiam alleganti, & à delicto deſiſtenti, pœna remittitur quam incurrerat, quia ſibi aſſcripſerat. h.d. Bal.

Imp. Alexander A. Martiali. LEX III.

Senatuſconſulto[g] & edicto diui Claudij prohibitum eſt eos qui ad ſcribenda teſtamenta adhibentur, quamuis dictante teſtatore, aliquod emolumentum ipſis futurum ſcribere[h]: & pœna legis Corneliæ[i] facienti irrogata eſt: cuius veniam deprecantibus ob ignorantiam[k], & profitētibus à relicto diſcedere, ampliſſimus ordo vel diui principes veniam[l] raro dederunt[m]. PP. xvij. Calen. April. Maximo ij. & Aeliano Cōſ.

Maritus ſibi aſſcribens in teſtamento uxoris, incidit in pœnam: & iſta ſcriptura nō ualet. h.d. Bald. Vel ſic: Non licet marito ſibi aſſcribere in uxoris teſtamento. h.d. Sali.

Idem A. Creſcenti. LEX IIII.

Quæ in teſtamento vxoris[n] maritus ſua manu legata ſibi aſſcripſerit, pro nō ſcriptis habentur[o]: & legis Corneliæ pœna, ſi venia impetrata non eſt, locum habet. PP. iij. noñ. Feb. Fuſco ij. & Dextro Conſ.

Miles ſibi aſſcribens, præſumitur iuris errore non malitia in legē incidiſſe: & ideo ſibi parcitur quo ad pœnam, ſed relictum non poteſt petere. h.d. Bal. Vel ſic: Miles excuſatur ſi ſibi aſſcribit, legatum tamen non petit. h.d. Sali.

Idem A. Gallieno militi. LEX V.

Quod adhibitus[p] ad teſtamētum commilitonis ſcribendum, iuſſu eius ſeruũ tibi aſſcripſiſti, pro non ſcripto habetur[q]: & ideo id legatũ petere nō potes: ſed ſecuto tenorem indulgentię meæ, pœna legis Cornelię tibi remittitur: in quā credo tu magis errore, quàm malitia incidiſſe. PP. xvij. cal. Iul. Fuſco ij. & Dextro Conſ.

Parcitur ei qui ſibi libertatem aſſcribit domino imperante: tamen quod ſcribit, eſt pro nō ſcripto. hoc dicit. Bald. Vel ſic: Seruus iuſſu domini ſibi aſſcribens, excuſatur à pœna: libertatem tamen non conſequitur, niſi de deſcriptione teſtatoris ſubſcriptione doceatur. Sali.

Impp. Diocle. & Maximian. AA. & CC. Aufidio. LEX VI.

Si libertatem tibi manu tua imperante domino aſſcripſiſti: cum proponas dominum nō ſubſcripſiſſe, & ſuis literis tuam libertatem expreſſim[r] * agnouiſſe: ad impetrandā libertatē ſenatuſconſulti beneficio, veniam poſtulare debes. ...

Nō agnouiſſe &c.

DE IIS QVI SIBI ASSCRIBVNT IN TESTAMENTO. ¶ *De falſis in genere diximus. Nunc in ſpecie de quodam, quod licet nō ſit falſum: punitur tamen ut falſum: ut j. e. l. ſenatuſconſulto.*

Continuatio.

Qvanquam.] CASVS. Qui ſibi aſſcribit in teſtamēto, tenetur. l. corne. de fal. ſi tamē filius emancipatus à patre dictāte, ſcripſit ſe hæredem: & ſi filium nō ſcripſit, patri tamē erat ſucceſſurus: perinde habetur, ac ſi pater ſua manu ſcripſiſſet. Viuia.

a Futurus.] iure prætorio: vt inſti. de hæred. ab inteſta. §. emancipati.

b Bonorũ poſſeſſione.] vnde liberi. quādo ab inteſtato ſucceſſerat: & ſic hic pũcta. Vel verius puncta poſt dictionem, eſſet. vel ſecundũ tabulas habet. & puncta ibi, poſſeſſione.

Filius ſibi aſſcribēs in teſtamento patris, an incidat in pœnam.

c Dulci officio.] Sed videtur incidere, filius emancipatus in pœnam. & ſolus in poteſtate filius: vel ſeruus, excuſatur: vt ff. de falſis. l. filius. in prin. quæ eſt cōtra. Solu. hæc illam corrigit: vt hic innuit. Vel dic quòd hic pater ſubſcripſit confirmando: ꝑ quod parcitur filio. In quo nota quòd generalis ſubſcriptio ſufficit in filio & ſeruo: vt quę hoc teſtamento dictaui, hæc manu mea confirmo. ſed in extraneo: & ſic in emancipato filio, ſpecialis exigitur: vt quæ illi danda dictaui, cōfirmo: vt ff. eod. l. j. §. inter. Vel ibi de iure ſtricto. hic de æquitate. Item nota ꝙ hic mutat perſonas in fin. l. Vel dic, filius quilibet ſubaudi, perinde habetur ac ſi pater te &c. Item quid ſi alius qui ab inteſtato veniret, vt patronus, vel agnatus, vel cognatus dictante teſtatore ſcripſit? Reſpond. non idem: vt ff. eod. l. ſi quis legatum. §. fin. & eſt ratio: quia filio eſt magis debita patris hæreditas: vt ſuprà de codicil. l. final. §. penul.

Si teſtator.] CASVS. Si teſtator in codicillis quos ſcripſit, aſſcripſit mihi legatum reliquiſſe: an videar incidiſſe in l. corne. Dicitur quòd non. Viuianus.

d Aſſcripſit.] generaliter, ſi eras filius vel ſeruus. aliâs ſpecialis exigitur, vt pœna remittatur, & legatum conſequatur: ſed generalis etiam ſola ſufficit ad pœnam euitandam: vt ff. eod. l. j. §. inter. Et nota quòd filius in poteſtate manens, vel ſeruus iuſſu defuncti ſibi aſſcribens, pœnam euitat: ſed legato caret. extraneus autem vel emancipatus, & legato carent, & pœnam incurrũt: vt ff. eod. l. j. §. inter. & l. filius emancipatus. & l. diuus claudius. & hoc ſubijcit.

Seruus & filius in poteſtate ſibi aſſcribētes iuſſu defuncti, nō puniuntur.

e Dictaſſe.] & ſcripſiſſe, ſubaudi de ſua voluntate: & verũ eſt te ſcripſiſſe & dictaſſe. ſecus ſi dictaſſes tantum: quia tibi poſſet tunc legari: vt ſ. de teſta. l. dictantibus. & ſic eſt generalis ſubſcriptio, vel recognitio in codicillis, quæ valet ad pœnam euitandam in extraneo: vt modo dixi: ſubaudi ſua voluntate. & dic te, ſcilicet extraneum.

f Debes.] lucri omiſſio fraudem repellit: vt hic, & j. l. proxima in fine. Accurſius.

Senatuſconſulto.] CASVS. Qui ſibi aliquid aſſcribit in teſtamento, tenetur l. cornel. de fal. Si verò dicat ſe ignoraſſe, & nolit legatum habere, venia indulgenda eſt.

g Senatuſconſulto.] Liboniano.

h Scribere.] ꝑ ſe vel per alium qui ſibi quærat: vt ff. e. l. diuus claudius. §. ſcribere. vel etiã alij adimit, vt ſibi remaneat vt ff. eo. l. ſi quis. §. ſi inſtitutus. & l. impuberem. §. qui codicillos.

i Corneliæ.] quę eſt ff. eod. ſcilicet de falſis. l. j. in fine.

k Ob ignorantiã.] Nã dicũt ſe neſcire legē iſtam quæ hoc prohibeat.

l Veniam raro.] aliâs eſt in litera raro, & aliâs deficit.

m Dederunt.] Duo ſunt neceſſaria, vt dicit: ignorãtia, & diſcedere à cōmodo: vt & argumen. ſ. l. proxima. & ff. eod. l. diuus pius. Sed contra. ff. eod. l. diuus claudius. ſecundo reſpon. vbi dicit non dari veniam ſcribenti & erranti. Solu. non datur venia erranti, vt ibi: niſi & à delicto velit diſcedere: vt hic. Vel non parcitur ipſo iure, vt ibi: cum non liceat ius ignorare, ſed petito hoc à principe: vt hic. vel non eo ipſo ſufficit quòd ſe ignoraſſe dicat, vt ibi: niſi & ꝓbet: vt hic. Item quomodo tenetur ipſo iure, cũ in dolo non ſit, ſine quo falſum nō committitur? Reſpon. propter ignorantiam iuris, quę toleranda non eſt.

Qve in teſtamēto.] CASVS. Si maritus in teſtamento vxoris ſibi aliquid aſſcribat, non pro ſcripto habeatur. & incidit in l. corneliam de falſis. idem eſt & econuerſo.

n Vxoris.] ſecus ſi in teſtamēto extranei vxori aſſcripſit vir: vt ff. eo. l. vxori.

o Habentur.] vt & ff. eod. ſcilicet ad. l. cornel. de fal. l. ſi quis legatum. ſecundo reſpon. & j. l. proxi.

Qvod adhibitus.] CASVS. Si commilito in teſtamento commilitonis ſui aſſcripſit ſibi, ꝑ non ſcripto habendum eſt: nec illud petere poteſt: pœna tamen l. cornel. ei remittenda eſt, in quam magis per errorem quàm per malitiam videtur incidiſſe.

p Quod adhibitus.] quòd id eſt quia. aliâs incipit, militi qui &c.

q Habetur.] vt & ſ. l. proxi. ſecus ſi pater filio militi in teſtamento cōmilitonis aſſcripſit: vt ff. eo. l. ſi pater.

Si libertatem.] CASVS. Seruus in teſtamento domini præcipiente domino libertatem ſibi aſſcripſit: quo minus petat libertatē, authoritas ſenatuſconſul. ſibi obeſt: à pœna tamen l. cornel. quia domino obtemperauerit, ei remittitur.

r Expreſſim.] vel etiam generaliter: vt ff eo. l. j. §. inter. tunc enim teneret libertas non directo, ſed per fideicommiſſum: vt ff. eo. l. diuus claudius. §. item ſenatus.

a ¶ Remittitur.] si tamen iussus subscriptione testatoris appareat: vt ff. eod. l. filius. in prin. & l. diuus. §. & quatenus.
b ¶ Venire.] nam velle non creditur &c. vt ff. de reg. iur. l. velle. & d. l. ff. eod. l. diuus claudius. §. & quatenus.

¶ DE FALSA MONETA. *De alio speciali falso dicit, q. demū pfectū punit: ut ff. e. l. q falsam.*

Q Uonia.] C A S V S. Fabricatores falsarum monetarum requiri debent, & torqueri: vt manifestent socios suos: & qui eos accusat: non punitur, si non probet. miles verò qui tales permisit egredi à carcere, punitur capite: & appellandi ei copia denegatur. Si verò miles fuerit, qui in prædictum incidit crimen: ad magistrum militum remittendus est: domus in qua fit moneta adulterina, est confiscanda, si dominus erat præsens: licet ignorauerit. Si verò præsens non fuerit, nullum patietur damnum: sed actor siue castaldus qui hoc passus fuerit, capite plectetur. Si verò in domo viduæ dicatur pecunia adulterina fabricata, venia digna est: licet præsens fuerit, ne domo sua careat: nisi euidens appareat eius delictum. idem in pupillo: tutor tamen eius non excusabitur, sed tantum ex substantia tutoris fisco inferatur, quantum ex substantia pupilli erat inferendū si alias pupillus nō fuisset.

c ¶ Cuncti.] quorū prædia sunt: vel domus, vbi falsum fit.
d ¶ Iudici.] Nota speciale cōtra id quod habes s. ad exhi. l. fi.
e ¶ Prodituri.] speciale contra id quod habes s. de accusa. l. fi. in fi.
f ¶ Eorum.] falsariorū.
g ¶ Immunitatem.] calumniæ, licet non probent. Vel dic si sunt socij non tamen puniuntur: fic s. ad. l. iul. ma. l. quisquis in fi. & ff. de re mili. l. nō omnes. §. fina. Vel immunitas dat, scilicet munerū ciuilium sordidorum. prima placet. Et est speciale hic contra id quod habes s. de accu. l. fi. §. j.
h ¶ Cuius.] inquisitionis.
i ¶ Patrimoniū.] id est dispares sunt in quorū patrimoniū fit. Alij enim magni, alij pupilli, alij mares, aliæ viduæ & spālis inquisitio fit in singulis. & hoc īcipit. j. §. dom⁹ &c. & q subijcit, si qs aūt &c. īterpositio est.

δ Suspectam.

sulti authoritas tibi obest: pœna tamen falsi tibi remittitur[a]: quoniam non potueras contra domini voluntatem venire[b]. PP. vj. id. Deceb. ipsis iiij. & ij. AA. Conss.

TIT. XXIIII.

De falsa moneta.

¶ *Fabricantes falsam monetam puniendi sunt vltimo supplicio sine appellandi remedio: & domus in qua fabricatur, est publicanda, siue dominus sciuerit, siue ignorauerit: dum tamē proximus loco fuerit, fallit in domibus viduarū & pupillorum: tutores tamen eorum tenentur. h. d. Sal.*

Imperator Constantinus A. ad Ianuarium.

LEX I.

Q Voniam nōnulli monetarij adulterinā monetam clandestinis sceleribus exercēt, cuncti[c] cognoscant necessitatem sibi incumbere huiusmodi homines inquirēdi: vt inuestigati tradantur iudici[d], facti conscios per tormēta ilico proditur[e], ac sic dignis supplicijs addicēdi. Accusatoribus etiā eorū[f] immunitatē[g] pmittimus. cuius[h] modus, qn dispar patrimonium[i] est, à nobis per singulos statuitur. Si quis autem militum huiusmodi personā δ suspectam[k] de custodia exire fecerit, capite puniatur. ¶ Appellādi etiā priuato[l] licētia denegetur. ¶ Si verò miles, aut pmotus[m] in gradū, huiusmodi crimē īcurrerit[n]: sup eius nomine[o], & gradu, ad cōpetētes iudices[p] referat. ¶ Domus verò vel fundus in quo hęc pperata sunt: si dñs in proximo constitutus sit, cuius[q] in curia vel negligentia punienda[r] est, etsi ignoret, fisco vendicet: nisi dñs ante ignorās, vt primū repererit, scel⁹ pdiderit[s] ppetratū. tunc enī possessio vel dom⁹ ipsi⁹ pscriptionis iniuriæ[t] minimè subiacebit. ¶ Sin verò lōgissimè ab ea domo vel possessione absuerit, nullū sustineat detrimētū: actore[v] vide licet fundi, vel seruis, vel incolis, vel colonis qui ad hoc ministeriū prębuerint, cū eo qui fecit, supplicio capitali[x] plectendis. ¶ Viduas aūt ac pupillos spāli dignos indulgētia credim⁹, vt viduæ nec in pximo constitutæ domo sua vel possessione careāt, si nulla apud ipsas tam grauis conscientiæ noxa resideat. ¶ Impuberes[y] verò etiam si conscij fuerint, nullum sustineāt detrimētum: quia ætas eorū quid videat, ignorat[z] †. ¶ Tutores tamē eorum si in proximo fuerint (quoniā ignorare eos quid in re pupilli geritur, nō oportet[a], hæc pœna expectabit,[b] vt de rebus eorum si idonei fuerint, tantū fisco inferatur, quantum à pupillo fuerat inferendum[c]. D. xv. calē. Decemb. Constātinop. Crispo iij. & Constantino iij. Cæsarib. Conss.

¶ *Falsans monetam Cæsaris: est reus læsæ maiestatis, & debet igne comburi, & omnia eius bona debent confiscari. hoc dicit. Baldus. Vel sic: quis nummos falsa effusione formauit, debet cōburi, & præmium datur accusatori. h. d. Salicē.*

I dem A. ad Tertullianum præfe. præ.

LEX II.

S I quis nummos[d] falsa effusione formauerit, vniuersas eius facultates fisco nostro præcipimus addici. In monetis etenim tātum nostris[e] cudendæ[f] pecuniæ[g] studium frequentari volumus[h], cuius obnoxij[i] maiestatis crimē committunt: & præmio[k] accusatoribus proposito, quicunq; solidorum[l] adulter poterit reperiri, vel à quocunq; fuerit publicatus: ilico omni dilatione submota flāmarū[m] exustionibus mācipetur. D. ij. non. Iul. Mediolani, Constantino A. vij. & Constantino C. iiij. Conss.

¶ *Obreptitium rescriptum impetratum, non excusat à crimine læsæ maiestatis, nec à pœna. Baldus. Vel sic: Rescriptum per quod conceditur facultas cudendi pecuniam, præsumitur surreptitium. h. d. Sali.*

I mppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Rufino præf. præ.

LEX III.

S I quis super cudendo ære vel rescripto[n] aliquo, vel etiā annotatiōe nostra sibi arripuerit facultatē, nō solum fructū propriæ

s ¶ Prodiderit.] cum ab alio non esset manifestatū: aliàs punitur si præuentus fuerit, vt hic dicit.
t ¶ Iniuriæ.] id est damno.
v ¶ Actore.] id est castaldione.
x ¶ Capitali.] imò maior pœna imponitur: vt j. l. proxi. quæ est contra. Sol. vt ibi.
y ¶ Impuberes.] doli non capaces. aliàs cōtra: vt ff. de reg. iu. l. pupillū. & l. pupill⁹. & ff. de furtis. l. impuberem. & s. si aduer. delic. l. j.
z ¶ Ignorat.] præsumptione iuris: vt ff. de iur. & fac. ign. l. fi. & ff. rē pu. sal. fo. l. fi. & ff. de. iur. l. i eo qd plus. §. pupill⁹.
a ¶ Non oportet.] vt s. de fer. fug. l. quicunq; & vnde vi. l. meminerit.
b ¶ Expectabit.] id est tenebit.
c ¶ Inferendum.] puta eius rei æstimatio in qua fit falsum.

S I quis.] C A S V S. Si aliquis falsam monetā cuderit omnia bona sua cōfiscabū tur, & in loco isto vbi cudit concremabitur.
d ¶ Nūmos.] s. aureos.
e ¶ Nostris.] qd ergo faciūt Pisani vel aliæ ciuitates? Rn. excusari possūt: qa Imperatoris monetā nō fabricāt: sed propria moneta Imperatoris erat aurea & maximi pretij. Vel pmissione principis faciūt. A D D I T I O. De materia ista, s. monetæ vide plenè p Abb. i c. quāto. extra de iureiur. vbi per tractat qualiter puniat falsarius monetæ. Item qualiter sciente expendens falsam monetam. Itē an inferiori à principe licitū sit monetam cudere, & alia plura hāc materiam contingentia require ibi.
f ¶ Cudēdæ.] à monetarijs nostris tantùm.
g ¶ Pecuniæ.] s. aureę.
h ¶ Volumus.] id est nullus alius faciat nostri fabricatores.
i ¶ Obnoxij.] i. q falsificāt nostrā monetā, vel aliā faciūt sine nostra voluntate etiam rectā. Azo.
k ¶ Et præmio.] qd p arbitrio iudicis libero homini statuit: vt ff. de iur. fisc. l. edicto. §. extat. seru⁹ fit liber: vt s. p q. cau. ser. p præ. l. penult.
l ¶ Solidorum.] id est nūmorum q faciunt solidum. imò. i. aureorum.
m ¶ Flammarum[a].] aliud ī eo qui nō cudit, sed radit vel tingit: vt ff. e. l. quicunq; nummos. Sed contra huic. s. l. proxi. vbi capitis pœna imponitur. Solu. hic est pœna capitis de qua ibi dicit secundum Azo. vel vbi sunt metella, vt alij terreantur hoc habet locum: sed vbi raro fit moneta, habet locum quod ibi. argu. ff. de pœnis. l. aut facta. §. fi. Vel hæc lex in falsarijs propriæ monetę Imperatoris. superior in alijs. hæc vera. vel illa indistinctè hoc definit. nam hæc sub illa cōtinetur quod in idem recidit cum prima.

S Iquis.] C A S V S. Non debet quis impetrare rescriptum à principe vt liceat sibi fabricare monetam. quod si fecerit, non valebit rescriptum: & pœnam non effugiet.
n ¶ Rescripto.] per obreptionem, dicens se hæredem eius cui Impe-

k ¶ Suspectam.] alias susceptam, ad custodiendum.
l ¶ Priuato.] de falsa moneta damnato: vel quia aliquem de custodia exire fecerit. & sic est speciale, cū regulariter liceat appellare: vt s. de app. l. & in maioribus. sic & s. ad le. iul. de vi. l. quoniam.
m ¶ Promotus in gradum.] id est homo alicuius dignitatis.
n ¶ Incurrerit.] i. falsam monetam composuerit.
o ¶ Nomine.] i. quod sit eius nomen. & in qua dignitate.
p ¶ Iudices.] id est ad magistratum militū, si miles erat: vel ad alium
q ¶ Cuius.] scilicet domini. cui subest delinquens.
r ¶ Punienda est.] No. speciale. aliàs dolus solus punitur.

† Concor. c. ex parte. cum gl. par ua extra de corpore vitia.

Monetā cudere, an possint ciuitates.

a Idem dicit glos. j. in c. quāto. extra de iureiuran. Nummos tingētes vel radētes qualiter puniendi sunt.

pera

petitionis amittat[a], verùm etiam pœnam quam meretur, excipiat.

TITVLVS XXV.

De mutatione nominis.

Mutatio nominis non fraudulosa, libero homini est permissa. hoc dicit. Bal.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Iuliano. LEX Vnica.

SIcut in initio noīs, cognominis, prænominis, recognoscendi singulos, impositio libera est [b] priuatis: ita eorū mutatio innocentibus [c] periculosa nō est. ¶ Mutare itaq; nomē, vel prænomen, siue cognomē sine aliqua fraude [d] licito iure, si liber [e] es, secundùm ea quæ sæpè statuta sunt, minimè prohiberis: nullo ex hoc præiudicio futuro. S. xv. cal. Ianuar. AA. & Cōs.

TITVLVS XXVI.

Ad legē Iuliam de ambitu.

Nemo potest redire ad officium quo ante functus est. Et ambitiosus qui per obreptionē officia impetrat, est cassandus, & etiam deportādus. h. d. Bal. Vel sic: Qui honores repetit, in legē ambitus incidit, & pœnam legitimam subit. h. d. Sali.

Imperatores Arcad. & Honor. AA. Pompeiano. LEX Vnica.

NVllus oīno principatum [f], vel numeratum [g], seu commentariensis [h] gradū, vel cætera officia repetere audeat [i]: cùm publicę disciplinæ semel gesta sufficiant. ¶ At si quispiā promotorū denuo ad munus etiā per sacras literas [k] irrepserit, qđ ante docebitur gessisse, cassatis quæ hoc modo sunt impetrata, ad solutionem debiti [l] primitus vrgeatur: & qui cōtra fecerint, pœnam deportationis ad instar [m] legis Iuliæ ambitus excipiant. D. ij. calend. Iul. Mediolani, Stilicone & Aureliano Cons.

TITVLVS XXVII.

Ad legē Iuliā repetūdarum.

Delinquentes in officio, ibi debent remitti puniendi: & ad quadruplum pecuniæ per se uel per ministros receptæ tenentur. hoc dicit. Sali.

Imppp. Grat. Valēt. & Theod. AAA. Matroniano duci & præsidi Isauriæ. LEX I.

VT vnius pœna, metus possit esse multorū [n] †, ducē qui malè egit, ad ꝓuinciam quā nudauerit, cum custodia competenti ire præcipimus [o]: vt non solum quod eius nō dicā domesticus [p], sed manipularius [q] et minister acceperit: verùm etiam quod ipse à prouincialibus nostris rapuerit, aut sustulerit, in quadruplum [r] exoluat inuitus. Dat. ij. Id. Iuñ. Constantinop. Antonio & Syagrio Cons.

Pœna pecuniaria delinquentis in officio trāsit in hæredes. h. d. Sali.

Iidē AAA. Florētio præf. præ. LEX II.

SCiant iudices super admissis proprijs, aut à se, aut ab hęredibus [s] suis pœnā esse repetēdam. Dat. cal. Septemb. Antonio & Syagrio Cons.

Iudex corruptus pecunia, puniendus est huius legis pœna. hoc dicit. Sali.

Iidem AAA. Marcellino. LEX III.

OMnes cognitores [t] & iudices [v] à pecunijs atq; patrimonij manus abstineant, neque alienum iurgiū putent suam prędam. ¶ Etenim priuatarum [x] quoq; litium cognitor idemq; mercator, statutam legibus cogetur subire iacturam. Dat. ij. noñ. April. Merobaube ij. & Saturnino Cons.

Concussionem inferens, & processum uenalem faciens, uel sententiam uenalem proferēs, potest à quolibet accusari dignis subijciēdus pœnis, accusatore ex hoc gloriam & honorem reportante. hoc dicit. Bal. uel sic: Licet maiores magistratus regulariter non possunt conueniri durante officio, fallit quando delinquunt in officio, seu in spectantibus ad officium. h. d. Sali.

Iidem AAA. & Arcad. A. LEX IIII.

---

perator & suis concesserat hæredibus. alias per consuetdinem toleratur: cum ex concessione principis ciuitatibus pluribus sit concessum. Vel dic hāc l. loq quādo à priuato peteretur: ab vniuersitate vero peti videmus.

a ¶ Amittat.] vt & s̄. de preci. impe. offe. l. rescripta. & l. quoties.

¶ DE MVTATIONE NOMINIS. ¶ *De alio speciali falso dicit.*

SIcut in initio.] CASVS. Aliquis nomen 10 impositū ei, an mutare possit, quærit. Et dicitur ꝙ sic, si liber fuerit, si in alteriꝰ fraudē nō fecerit.

b ¶ Libera est.] vt īsti. tu. de leg. §. si qs in noīe.

c ¶ Innocentibus.] id est non fraudulenter facientibus.

d ¶ Fraude.] secus si 20 fraus fieret vt alius deciperetur: puta libertus vt ingenuus crederetur, & patronum fraudaret: pœna enim falsi tenet.

e ¶ Si liber.] secus in seruo: quia ibi fraus pręsumitur: vt ff. eo. l. falsi. j. in principio.

Legis Iuliæ de ambitu quæ pœna est.

¶ AD LEGEM IV 30 LIAM DE AMBITV. *Quæ in tribus casibus locum habet, & cessat in urbe. Sed aliâs obtinet, & est pœna centū aureorum & infamiæ: ut ff. eo. l. j. & est crimē falsi in eo quòd appetēdo dignitatem simulat pro publica vtili 40 tate facere, cum pro propria faciat. quod tamen non l. corne. de fal. sed l. iul. de ambitu punitur.*

NVllus.] CASVS. Si aliqs semel dignitate functus, est nō iterum ad eandem per 50 ambitum aspirare debet: & si fecerit, primò debet compelli ad solutionē illius quod debuit ex prima administratione, & postea deportabit.

f ¶ Principatum.] qa fuit princeps agentium in rebus: vt de hoc habes j. titu. de prin. agen. l. 60 in rebus. lib. xij.

g ¶ Numeratum.] vt qa fuit princeps numerorū: vt habes j. de nume. ac. & chartu. &c. lib. xij.

h ¶ Commentariensis.] quia pręfuit custodibus carceris.

i ¶ Audeat.] sed cōtra s̄. de asses. l. liceat. Speciale ibi, sic & soluitur ff. de offi. procon. l. proconsu 70 les. quia ibi speciale. Vel expone fastibus id est mensibus. Item contra in authen. de defen. ciui. §. fi. col. iij. Sol. illud quando legitimi deficiunt: vt ff. de mune. & ho. l. honor. §. fina. Item videtur contra. j. de mu. & ho. non conti. l. ij. li. x. vbi post quinquēnium potest repetere: sed ibi in defectum.

k ¶ Per sacras literas.] hoc est quasi per priuilegium liceat: vt j. de suscep. & arch. l. si aliquid. lib. x. & j. de diuer. offi. l. ij. lib. xij.

l ¶ Ad solutionem debiti.] id est soluat quod debet ex præcedenti officio: vel quod promisit pro huiusmodi dignitate, soluet in fiscum. Vel debitum appellat pœnam centum aureorum: vt ff. eod. l. j. quam si non soluit, propter contumaciam deportatur: vt subijcit: aliâs sufficeret di 80 cta pœna cum infamia: vt dicta l. ff. eo. l. j.

m ¶ Ad instar.] quia antiqua solennitas cessat: vt. ff. de publi. iudi. l. ordo. Vel quia ipsa cessat in vrbe ad eius instar quod in vrbe prius seruabatur: seruabitur in oppidis. Vel in tribus casibus habet locum quo ad verba: hic quo ad sententiam.

¶ AD LEGEM IVLIAM REPETVNDARVM. ¶ *Post honorem habitum per ambitionem, facit id propter quod diu petijt. id est aliquid iniquè accipit per se uel per alium: de quo hic dicit. & dic repetundarum, scilicet pecuniarum. & habet locum in multis casibus: ut ff. eo. per totum. & j. per totum.*

VT vnius.] CASVS. Si rector prouinciæ aliquid commiserit in prouincia quā rexit: extorquendo à subditis, stabit in ea vsq; ad l. dies. & quærentibus de 10 se respondebit: & si prouinciam egrediatur, debet reduci: & quicquid abstulit, debet in quadruplum restituere.

n ¶ Multorum.] vt ff. de pœnis. l. aut facta. §. fina. Sed arg. contra. j. de pœnis, l. sancimus. sed dic vt ibi.

† Concor. cum hac l. c. sicut. in gl. sup verbo, pertimescat. extra de iureiur.

20 o ¶ Præcipimus.] debet em̄ ipse & sui per quinquaginta dies ibi commorari. & si fugit, ad locum redire cogitur: vt s̄. vt omnes tam ciui. quàm mili. l. j.

p ¶ Domesticus.] qa id officium gerebat extorquendo.

30 q ¶ Manipularius.] à manu & paululū, eò quòd paulatim extorquebat.

r ¶ In quadruplum.] quod medium læso, medium fisco dabitur: vt s̄. de asseso. l. iij. nisi turpiter dedit, vt sententietur fortè pro se reo: quia 40 tunc totum fisco: vt ff. de iure fisci. l. luciꝰ. Qualiter se habet hæc accusatio cum edicto de calumniatoribus, nota. ff. de calum. l. j. Item à quibusdam licet accipere: & sic non punitur: vt ff. eod. l. j. & l. lex. §. apparet. & est pœna huius l. ff. eodem. 50 l. lex. §. hodie. & facit j. de execu. & exac. lib. xij. l. penul. & s̄. vbi de cri. agi opor. l. j. & ij. & ff. deposi. l. bona fides. & ff. de pœnis. l. capitalium. §. penul. & ff. de custo. reo. l. diuus. ij. & in authen. de col. §. super hoc. col. ix.

Officialis in officio delinquens, in quo punief.

SCiant.] CASVS. 60 Si iudex in administratione deliquerit, non solū ipse, sed hęres eius poterit cōueniri.

s ¶ Ab hæredibus.] lite contestata contra se. & est mirabile vt intra annū tātum detur etiam post litem contestatā contra se: vt ff. ad turpil. in senatus. §. si propter. & ff. eo. l. iij. Alij dicūt etiam 70 lite non contastata intra annum in hæredem dari in totum. & sic etiam in eo quod non peruenit ad eum: licet edictum de calumnia non detur nisi in id quod peruenit: vt ff. de calum. l. in hæredem.

OMnes.] CASVS Iudex pro sententia nihil accipere debet: quòd si acceperit, pœnam legibus statutam non euitabit.

t ¶ Omnes cognitores.] delegati.

v ¶ Iudices.] scilicet ordinarij.

x ¶ Priuatarum.] an ergo in ciuilibus causis iudex accipiens, teneatur hac l. cuius pœna est ff. eod. l. antepenulti. §. fina. quod videtur per hoc quod hic dicit: vt arg. ff. de calum. l. penul. & ff. eod. l. antepenulti. 80 circa prin. vbi dicit iudicium capitis pecuniæve. Sed dic contra hoc, scilicet vt non habeat locum hæc lex, nisi in criminali iudex delinquat. & hæc l. magis est pro hoc quàm pro contrario. & dices iacturam, vt scilicet in quadruplum ex edicto de calumnia teneatur, non autem hac l. Item lex illa de calumniatoribus, de alia pœna intelligitur: vt ibi dices. Item & quod ff. eod. l. antepenult. dicitur pecuniæve, puta quando deliquit in tali crimine in quo pœna etiam omnium bonorum erat imponenda: vt patet in lege Iulia de vi.

Iudex in ciuilibus causis accipiens pecuniā an teneatur lege iulia repetundarum.

IVbemus.] CASVS. Iudex si pecunia accepta aduersus decurionem, vel quencunq; alium sententiam tulerit, vel pro pretio pœnam dignam infligi remiserit, vel non inferendam intulerit: durante administratione, & ea deposita poterit accusari: & accusans si probet, victoriam reportabit & gloriam.

r ¶ Defendunt.] accuſando. Accurſius.

s ¶ Omnimodo.] etiã per pecuniam: ſeruata tamen in omnibus diſtinctione ſequentis legis ſecundùm Ioan. Alij dicunt etiam ſi per calumniam accuſaſſet, ꝙ petit aoblitionẽ. quod non placet. & facit ſ. de adul. l. quãuis. ij. Accur.

† Nota ꝙ licet accuſator facit pacem cũ accuſato, nihilominus iudex poterit ꝓcedere ſuper mortis. ꝑ l. ita vulneratus. ff. ad le. Aquil.

¶ Per calumniam accuſanti, non debet abolitio concedi: nec etiam mente ſyncera accuſanti, ſi reus iam fuerit carceratus, uel aliquod grauamen corporale paſſus, niſi conſentiat impetranti: & poſt torturam teſtium nõ debet cõcedi: nec etiam in criminibus hic enumeratis. hoc dicit. Salicetus.

Impp. Valẽt. & Valẽs AA. ad Probũ. L. III.

FAllaciter[t] incuſantibus accuſationis abolitio non dabitᷓ. ¶ Sin aũt ſyncera mẽte accuſationem inſtituerit, & reus aliq̃d iniuriȩ ĩſcriptiõib⁹ illatæ tolerauerit, id eſt ſi vel carceres ſuſtinuerit, vel tormẽta, vel verbera, vel catenas: abolitio nõ petetᷓ[v]: niſi fortè ille qui hęc paſſus eſt, ſuũ cõſenſũ ad petẽdã abolitionẽ accõmodauerit. ¶ Qñ aũt reus nihil tale paſſus eſt: poſtq̃ fuerit officij cuſtodię traditus, intra dies triginta accuſatori petenti, etiã inuito reo, dari permittitur. Poſt hoc verò tẽpus, niſi reus cõſentiat, cẽſemus nõ eſſe tribuendam. ¶ Qđ ſi ingenuorum licet plebeiorũ, q cõſcij & participes criminũ nõ erãt, teſtimonij gratia corpora fuerint lacerata verberibus, tormẽtiſq; vexata[x], abolitionẽ etiã duarũ[y] partiũ cõſenſu petitam iubemus vigore iudicis denegari: & crimẽ ꝓpoſitum, cuius examẽ tormentis iam cœperat[z], agitari. ¶ Sin aũt teſtibus tormenta minimè ſunt illata, etiã ſic abolitio non dabitur in illis criminibus[a] (vt in violata maieſtate, aut patria oppugnata, vel

FAllaciter.] CASVS. Per calumniam accuſanti abolitio denegatur: ſed & ſi motus iuſta de cauſa accuſauerim: aut tu reus paſſus es tormenta, & tũc non poſſum petere abolitionem niſi requiſito aſſenſu tuo. aut non, & tunc intra triginta dies te inuito potero petere abolitionem, poſt non, niſi te conſentiente. ſi teſtes tormenta paſsi fuerunt, tunc nullo modo in caſibus tamen non datur abolitio, vt in crimine læſę maieſtatis, & in patria oppugnata, & in actione peculatus: & quando accuſatur miles de periurio quocunque modo fuerit inſtituta accuſatio: ſiue reus, ſiue teſtes fuerint ſiue non. Viuianus.

t ¶ Fallaciter.] i. per calumniã: vt j. de calum. l. fallaciter. & ſ. l. proxi.

v ¶ Non petetur.] cũ effectu.

x ¶ Vexata.] Nota ingenuos torqueri: vt & ff. de queſtioni. l. ex libero. & l. vnius. §. teſtes. etiã clerici; vt ſ. de epiſco. & cleri. presbyteri. & xiiij. q. vj. ſi res.

ADDITIO. Dicas de hoc vt per canoniſtas an c. j. extra depoſiti. & per Abb. in c. cùm in contemplatione. de reg. iur. in antiquis.

y ¶ Etiam duarum.] i. accuſatoris & accuſati.

z ¶ Cœperat.] præcedentibus tamen indicijs; non verò à tormẽtis incœpit: vt ſ. tit. proxi. l. milites. §. oportet.

a ¶ In illis criminibus.] in quibus &c. quod eſt j.

Prodita

a ¶ Prodita.] & iste incidit in crimen læsæ maiestatis: vt ff. ad le. iuliã maie. l. j. ij. iij. & iiij. & l. maiestatis. & ad idem ff. de capti. & postlimi. reuer. l. postliminium. §. transfugæ. & de re mili. omne. §. exploratores. & l. proditores. & Cato, Pugna pro patria.
b ¶ Desertis.] hoc in militẽ cadit: vt ff. de mili. test. l. ex militari. Item adde s̃. de fal. l. vbi. Item est istud spãle regularit' cõtra: vt s̃. de proba. l. ei.

fuerit, & vltimo die se non præsentauerit: in quarta parte bonorum suorum multabitur, & infamia notabitur.
m ¶ Detulerit.] An hic sufficit deferre? qđ videt secundũ Azo. vt ff. de adul. l. miles. §. socer. & j. de calũ. l. fi. Ecõtra ꝙ nõ, nisi fideiussor de exercẽda lite det. & ea cõtestata secũdũ H. vt j. ti. j. l. j. & ij. & ff. ad turp. l. quę sitũ. & l. in senatus. §. qui post. & ff. rẽ rat. habe. amplius. prima placet.

¶ DE GENERALI ABOLITIONE. ¶ *Quia s̃. tractauit de ea abolitione tãtũ qua una extinguitur accusatio: ponit hic de ea qua oẽs perimũtur accusationes: & iõ dicit de abolitione generali. Azo. Quæ datur ob aliquã letitiã: quæ publica dicitur. Est etiã legitima si moritur accusatus uel accusator: est & priuata quãdo petitur ut ff. eo. l. abolitio. & l. seq. & l. fi.*

Abolitio generalis legitima & priuata q̃ sunt.

Vi.] CASVS. Si accusationẽ aduersus te instituero, & gñaliter p principẽ abolitũ sit vsq; ad certũ tẽp': puta octo dies, quia natus sit ei filius: aut propter rẽ prospere gestam: an eam repetere possim, queritur. Et dicitur ꝙ sic intra triginta dies: post non.
c ¶ Qui potentatus.] quasi fuerit oppressus per potentiam.
d ¶ Factã.] ex cã publica: vt ff. e. l. si ĩteruenieĩte.
e ¶ Statutũ.] xxx. dierũ: vt ff. e. l. aut priuatĩ. §. trigĩta. Idẽ & si legitima est abolitio: vt ff. de accu. l. libellorũ. §. fi. sec' si priuata: vt s̃. ti. j. l. j.

a Hic vide notata in c. si vnus. §. si paciscar. ff. de pact.

Vm.] [a] CASVS. Tp̃e quo volebam te accusare ex principis ĩdulgẽtia, ante accusationẽ institutã interuenit abolitio: an tempore elapso possim te accusare, querit. Et dicit quòd sic, nec currit xxx. dierum exceptio.
f ¶ Crimina.] id est accusationes criminum.
g ¶ Præscriptio.] xxx. dierũ q coputant ab eo tp̃e quo cessauerũt feriç: vt ff. e. aut. priuatim. §. trigĩta. & facit ff. de le. & senatusc. l. cũ lex Acc.
Ndulgẽtia.] CASVS. Damnatus de publico crimine impetrauit à principe vt sibi pœna remitteretur. nũqđ infamia sit abolita? Dicitur ꝙ non. Viuianus.
h ¶ Indulgentia.] id est pœnæ remissio.
i ¶ Conscripti.] senatoribus loquitur.

prodita[a], aut peculat' admisso, aut sacramẽtis desertis[b], oĩaq; quę iure veteri cõtinent̃) ĩ qb' iudex nõ min' accusatorẽ ad docẽda quæ detulit, q̃ reũ ad purgãda quæ negat, debet vrgere. D. ij. id. Oct. Treue. Valẽti. N. P. & Victore Cons.

TIT. XLIII.

De generali abolitione.

¶ *Generali abolitione finita intra xxx. dies accusatio potest repeti, & non ultra. h. d. Sali.*

Imp. Antonin' A. Rutiliano cõsulari Ciliciç. L. I.

Qui potẽtat'[c] & vis aliorũq; criminũ reum fecit, si post abolitionẽ ex forma solita reorũ factã[d], & post edicta pposita intra diẽ statutũ[e] repetere supsederit persequi crimina volẽs nõ est audiendus. PP. viij. cal. Maij, Leto ij. & Cereali Cons.

¶ *Generalis abolitio cõcernit processus præsentes, non futuros. h. d. hæc lex nota. Bal. Vel sic. Si reus nõ erat accusatus tempore quo publica abolitio superuenit: ea finita etiam post xxx. dies accusari non prohibetur. h. d. Sali.*

Impp. Dioclet. & Maxi. AA. Paulino. L. II.

Cvm eo tẽpore quo indulgentia nr̃a crimina[f] extinxit, accusatio à te instituta nõ fuerit: publicæ abolitionis præscriptio[g] cessat. PP. vj. id. Februa. Maximo ij. & Aquilino Cons.

¶ *Indulgentia remittit pœnã, nõ infamiam. Sali.*

Imppp. Valent. Valens & Grat. AAA. ad Senatum. LEX III.

Indulgẽtia[h] (pr̃es cõscripti[i]) quos liberat[k], notat[l]: nec infamiam criminis tollit, sed pœnæ gratiam facit. D. xij. cal. Iuñ. Treueri, Gratia. A. ij. & Probo Cons.

TIT. XLIIII.

Vt intra certũ tẽpus criminalis quęstio terminetur.

¶ *Non prosequens accusationem intra tempus legitimum, in quarta parte bonorum multatur, & infamia notatur. h. d. Sali.*

Imppp. Valent. Theod. & Archad. AAA. Desiderio vic. Asiæ. LEX I.

Qvisquis accusator reũ in iudiciũ sub inscriptiõe detulerit[m], si intra statutum[n] tempus accusationem cœptam persequi supersederit, vel (quod est contumacius) vltima die adesse neglexerit: quarta bonorum omniũ parte multatus, aculeos[o] consultissimę legis ĩcurrat, scilicet manẽte infamia[p] quam veteres iusserant sanctiones. D. iiij. id. Iul. Treueri, Arcadio A. & Bautone Cons.

¶ *Dilationes necessarias nõ superuacuas debet iudex dare utriq; parti, & accusator intra tempus legitimum non prosequens ultra pœnam bonorũ notatur infamia: nisi sic sit uilis persona quod infamia ei non sit iniuria, quia tũc in exiliũ datur: nisi abolitio fuisset impetrata. h. dicit Sali.*

Impp. Honor. & Theod. AA. Cæcilio præfecto prætorio. LEX II.

Nouerĩt iudices cuilibet culmini honorive p̃sidentes, necessarijs vtriq; parti (si petant̃) dilationibus nõ negatis[q], p̃cedẽtibus scilicet inscriptiõibus, intra certũ[r] tp̃s criminales causas limitandas. Quo emenso, subeat accusator, qui destitit pœnã legib'[s] cõstitutã. ¶ Et si p̃sona vilior fuerit, cui dãnũ famç[t] nõ sit iniuria, pœnã patiat̃ exilij[v]: nisi fortè intra ♁ statuti tp̃is metas cõsensus partiũ abolitionẽ poposcerit. ¶ Iudicum aũt debet esse diligẽtia, vt si nulla rõnabilis à reo vel accusatore dilatio[x] postulet̃, vrgeant taliũ causarũ notionẽ, nõ expectatis moris. D. xij. cal. Feb. Rauẽnç, Honorio viij. & Theodosio iij. AA. Cons.

¶ *Causæ criminales debent intra biennium terminari, & hoc tempus est improrogabile: nec ualet definitiua sententia lata post id tempus, sed debet ferri absolutoria ab obseruatione processus. & imminet genus pœnæ iudice, per cuius negligentiã steterit quo minus causa terminetur. hoc dicit. Bald. Vel sic: Causæ criminales intra biennium sunt terminandæ. pœna iudici negligenti imminente.*

Imp. Iustinian' A. Mẽnæ prę. prę. L. III.

Criminales causas oĩmodo intra duos annos à cõtestatiõe litis[y] cõnumerãdos finiri cẽsemus, † nec vlla alia occasione ad ãpliora pduci tp̃a: sed post biẽnij excessũ, mĩme vlteri' lite durãte, accusatũ absolui[z], sciẽtib' iudicib' eorũq; officijs, ꝙ si litigatorib' admonẽtib', ipsi litis introductionẽ vel examĩationẽ distulerĩt, pœna vicenarũ librarũ auri feriant̃.

n ¶ Statutum.] à lege scilicet biẽniũ. Vel dic à iudice secũdũ moderamẽ locorũ: vt s̃. de dil. l. j.
o ¶ Aculeos.] i. pœnas de quarta parte bonorũ q̃s hęc cõsultissima lex ponit. Sed vr̃ alia pœna imponi: vt s̃. q accu. non pos. l. crimẽ. Sol. hęc pœna & illa extraordinaria ponit. Vel hic à lege data fuit dilatio. ibi à ministro legis, & sic corporaliter extraordinariè punit. nã miti' agit cũ lege quã cũ ministro legis: vt ff. de arbi. celsus. secundũ Azo. Vel qđ ibi dicit extra ordinariè, hic exponit i. quarta parte &c.

Lex q̃nq; mitius punit quàm minister legis.

p ¶ Infamia.] grauata est em̃ eius opinio: vt arg. s̃. de reqr. re l. fi. si tñ turpiter cõdẽnet etiã de iure est infamis: vt j. ti. j. l. ij. nec ob. huic l. j. tit. j. l. fi. qa ibi soluã. hic etiã turpiliano tenet̃: vt j. ti. j. l. j. & ff. ad turpil. l. ab accusatione. § destitisse.
Ouerint.] CASVS. Iudices scire debẽt ꝙ cã criminalis intra biẽniũ terminari debet: & si per accusatorẽ steterit, multabitur: quia si vilis sit, relegabitur, & nisi intra bienniũ accusator de voluntate accusati abolitionem impetrauerit.

♁ Statutas.

q ¶ Nõ negatis.] quæ reo tres, accusatori duæ dãtur: vt & ff. de fer. l. fi.
r ¶ Certum.] bienniũ: vt j. eo. l. fina.
s ¶ Legibus.] s̃. l. proxi. & s̃. qui accu. non pos. l. qui crimen.
t ¶ Famæ.] quã debet perdere: vt s̃. l. proxi.
v ¶ Exilij.] Not. ergo ꝙ infamis nõ põt plus infamari. sic & ff. de iniur. l. item apud. §. quod ait pretor. & s̃. ad le. iul. de vi. l. seruos. & hic. Sed cõtra est: vt ff. de ritu nup. l. palã. §. quę in adulterio. nã excõicatus iterũ excõicat̃. Sed huic & superiori l. est contra. ff. ad turpil. l. quęrebat̃. vbi deserens vel desistẽs nõ punitur. sed illud verũ est pœna talionis siue calumniæ. sed turpiliana sic: vt hic, & ff. ad turpil. l. ab accusatione. §. fina.

Excõicatus iterũ excõmunicatur.
† Concor. gl j. in c. de causis. in fi, glo. de offi. deleg.

k ¶ Quos liberat.] à pœna.
l ¶ Notat.] i. notatos relinquit: vt j. de sen. pas. l. generalis. & s̃. de ijs qui no. infa. l. ad tẽpus. Sed videtur huic l. contra ff. de postu. l. j. §. pe. & ff. de ijs qui no. infa. l. qd ergo. §. pœna. ibi solui. Itẽ not. versum Ouidij de Ponto. Pœna potest demi: culpa perennis erit. i. fama mala.

¶ VT INTRA CERTVM TEMP. &c. *Accusationẽ institutã opus est finiri &c. intra quãtũ tẽpus, dicit j. e. l. fi.*
Visquis.] CASVS. Si accusator intra tẽpus à lege cõstitutũ, puta biennium, accusationem suam prosecutus non

x ¶ Dilatio.] vt & s̃. de dila. l. j.
Criminales.] CASVS. Quæstio criminalis intra bienniũ terminari debet, numerãdũ à tp̃e litis cõtesta. quo elapso si non terminata fuerit, reus absoluetur accusatus: & si per iudicem steterit quo minus terminetur, pœna xx. librarum auri multabitur.
y ¶ A contestatione litis.] vt & s̃. de iudi. l. properandum. in prin. & ad leg. cor. de fal. vbi. sed in pręside speciale: vt s̃. vt omnes tam ciuiles q̃ crimi. l. j. in fi. & clerico: vt in aut. vt cle. apud. §. penul. colla. vj.
z ¶ Absolui.] ab obseruatione iudicij.

g AD SENATVSCONSVLTVM. ¶ Per hoc desistẽs punit qui tergiuersator dicitur: cuius pœna est quinq; librarũ auri: vt ff. de preuaric. l. iij. in fi. & infamia: vt j. eo. l. iij. Alij calumniant qui in talione lege remia puniũtur. Alij preuaricant qui sua parte ꝓdita &c. vt ff. eod. l. j. in prin. §. præuaricatore. & extraordinariè puniuntur: vt ff. de præuari. l. ij.

Is demũ.] CASVS. Volebam te accusare, porrexi tibi libellũ lite cõtest. dedi fideiussorẽ de prosequẽda lite, postea abolitione non impetrata destiti: an incidere debeam in turpil. quærit. Et dicitur ꝙ sic.

a g Is demũ.] hoc demũ ad omnia sequentia non refertur: nã accusato nõ sub custodia facto, sed fideiussoribus datis vel sola inscriptione deposita qui destitit, punit: vt ff. eod. l. in senatus. §. qui post. & de adult. l. miles. §. si socer. & ĵ. tit. j. l. fi. Et põt iduci in pecuniaria causa exemplũ s. quomodo & quãdo iud. aut. qui semel. Itẽ & is punitur qui deposuit accusationem nõ recipiendam: vt ff. eo. l. j. §. accusationem. ergo refertur dictio demũ, tantũ ad publicã. q. d. in priuato crimine desistens nõ punitur turpiliano: sed aꝛs iudicis officio: vt ff. eo. l. si quis reo petere. §. si stellionatus. & l. & in priuatis.

b g Nõ impetrata.] scilicet priuata: vt & s. de adulte. l. abolitionẽ. Idẽ si publicam haberet vel legalem: vt ff. eod. l. abolitio. & l. seq. & l. destitisse. & l. diuus.

c g Destitit.] id est in totũ animũ deposuit accusandi: vt ff. eo. l. ab accusatione. §. animo. & l. destitisse. & facit s. titu. j. Illa tamen est generalior in publico & priuato crimine.

Si pro.] CASVS. Accusabã te, Titius fideiussit pro me, de lite prosequẽda destiti: cõuenietur fideiussor in eam quantitatem quam promisit: & ego q destiti notabor infamia, & puniar in quinq; libris auri. Viuianus.

TITVLVS XLV.

Ad senatusconsultum Turpilianum.

¶ *Desistens præter abolitionem à causa criminis publici iudicij incidit in turpilianũ. h. d. Sali.*

Imp. Antoninus A. Amato. LEX I.

Is demum[a] in senatusc õsultũ icidisse videt, q crimẽ publici iudicij detulit et cã crimĩs ordiata, id est inscriptióibus depositis, & fideiussore de exercẽda lite prestito, eoq; q accusat, sub custodia officij facto, nõ ĩpetrata[b] abolitione ab executiõe crimĩs destitit[c].

¶ *Fideiussor datus pro lite prosequenda, accusatore non prosequente non tenetur nisi ad illam quantitatem quam promisit si accusator non prosequeretur, & in hoc casu fideiussor solendo non liberat principalem. hoc dicit. Bal. uel sic: Fideiussor non tenetur ultra quantitatem quam promisit: & accusator desistens notatur infamia, & etiam pro motu iudicis punitur. hoc dicit. Salicetus.*

Imp. Gordianus A. Apio. LEX II.

Si pro eo qui in crimen subscripsit, fidem tuam adstrinxisti[d], isq; destitit, et cõmissa stipulatio est: non vltra quãtitatẽ[e] quã spopondisti, obligatus es: eo qui destitit, infamia nihilominus nõ tãdo[f], & extra ordinẽ secundũm iudicialem motum puniendo.

¶ *Desistens ab accusatione criminali sub prætextu certæ finalis causæ, non potest ad illam reuerti quãuis eam non prosequatur. hoc dicit. secus esset in ciuili causa: ut s. de transac. l. siue apud acta. Bal. Vel sic: Licet promissa non seruentur ei qui destitit: ad accusationem non propterea redit. hoc dicit. quod no. Sali.*

Impp. Valer. & Gallie. AA. Syllano. L. III.

Quãuis eũ ordinem scripturæ[g] contineat, vt prĩo aboltio criminis poscerct, & tũc dehĩc oĩbus placitis[h] obtẽperaret: non obseruãtibus tñ aduersarijs pacto rũ fidẽ, instaurare accusationẽ mi tibi obstabit. Viuianus.

d g Adstrinxisti.] de lite perficienda: vt s. eo. l. proxi.
e g Quantitatẽ.] si fuit taxata. aꝛs taxabit iudex: vt ff. de cust. reo. l. iiij.
f g Notando.] in quinq; libris auri: vt ff. de preuar. l. iij. §. fi. & facit s. tit. j. l. j. & qui accusare non possunt. l. qui crimen.

Qvamuis.] CASVS. Cœpi te accusare: interuentu amicorũ destiti hoc pacto vt impetrarem abolitionẽ, vt tu omni anno dares mihi redditum alicuius prędij: nõ stas placitis: an possim redire ad accusationem à qua destiti, quęritur. Et dicitur ꝙ non.

g g Scriptura.] transactionis factæ inter accusatorem & accusatum.
h g Placitis.] quibus accusati pacti sunt aliqd dare vel facere si abolitionem impetrasset accusator. vnde videbatur ꝙ placitis non impletis accusare denuo liceret: quod nõ licet. secus in ciuili: vt s. de trãsac. sub pretextu. j. & l. siue. & hoc est ideo secũdũ Azo. quia tale fuit crimen de quo licuit trãsigi. qd nõ placet, quia accusatori nũq licet qn in turpilianũ incidat. licet ergo reo sic qq;, vt suũ sanguinẽ redimat: vt s. de trãsac. trãsigere. Ratio autem est, quia aliud in ciuili, aliud in criminali.

Accusationem deserẽs ratione ꝓmissionis si bi factæ ad illã nõ redit etiam promissione nõ seruata.

i g Ipse.] subaudi tu.
k g Destitisti.] vt & s. de generali aboli. l. j. & ff. eo l. mulier. §. fi. & dixi mus s. qui accu. non pos. l. accusationem.

Sis.] CASVS. Si me vel parentes meos accusasti, & destitisti: si iterum velis redire ad accusationem, exceptio accusationis tibi obstabit. Viuianus.

l g Opponi.] siue cum abolitione destitit, vt ff. e. l. mulier. §. fi. siue nõ: vt s. qui accu. non pos. l. accusationem. nisi quandoq; intra. xxx. dies: vt ff. eo. l. aut priuatum. §. ij. quæ est cõtra. & facit s. l. proxi.

Si fœmina.] CASVS. An fœmina accusans sua suorũq; prosequẽdo iniuria si desistat incidat in turpil. quæritur. & dicitur ꝙ sic.

Nimẽ potes, à qua ipse[i] destitisti[k].

¶ *Qui accusationem deseruit, amplius illam nõ repetit. h. d. Sali.*

Idem AA. Patrophilo. LEX IIII.

Sis de quo supplicas, contra parentes vestros desertã (vt dicis) accusationẽ cœperit ꝓsequi: præscriptio illi in iudicio præsidis destitutæ rei poterit opponi[l].

¶ *Mulier pacto desistens ab accusando, incidit in turpilianum. h. d. Sali.*

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. Matronæ. LEX V.

Si fœmina suam suorũq;[m] iniuriã exequatur[n], cũ ipsa pacto contra vetitũ destitisse profiteatur: in senatuscõsulti Turpiliani pœnã eã incidisse[o], certi iuris est.

¶ *Ille dicitur destitisse qui deposuit animũ prosequẽdi: nõ qui aliquãtisper distulit. h. d. Bal. Vel sic: Differens prosequi ex causa non dicitur desistere. h. d. Sali.*

Idem AA. Lucilio. LEX VI.

In executióibus criminũ obtinuisse videtur[p], illos destitisse q animũ accusatióis iplẽdę prorsus deseruerũt[q]. Cũ igitur alijs ex causis vel simplicitatis rõne, necdũ te ad finẽ vidictę puenisse, preces tuę testent: poteris postposita formidine ĩpedimẽti sup aliquãtulo silentio[r], institutã accusatione sẽdm leges proferẽs[s], quã ꝓbabis tibi debitã vidictã reportare.

TIT. XLVI.

De calumniatoribus.

¶ *Accusatoris calumnia iudicis officio mercenario punienda est tempore quo fertur absolutoria, non postea. h. d. Sali.*

Imp. Alexander. A. Sabino. LEX I.

Calumnia eo tempore coerceri[t] solet quo de cã pręsente[v] accusatore iudicat: ideoq; posteaq̃[x] de causa iudicatum[y] est, contra consuetudinẽ calumniã accusatoris

m g Suorũq; iniuriã.] sed quis dicitur suorum iniuriam prosequi. Certè qui ꝓsequit illorũ iniuriã ꝓ quibus testimonium dicere non pñt: qui sunt vsq; ad septimum gradũ: vt sobrinum, & ex eo natũ: vt ff. de test. l. iij. §. lege iulia. & l. lege iulia.

Suorum iniuriam quis dicitur prosequi.

n g Exequatur.] alias enim non auditur. vt s. qui accus. non pos. l. de crimine. Accur.

o g Incidisse.] imò nõ: vt ff. e. l. j. §. accusationẽ. & l. mulier. Sol. ibi non poterat accusare, hic sic: quia suã vel suorũ iniuriã ꝓsequat. hoc nõ valet: quia tunc magis videtur incidere, vt in dicto. §. accusationem. Dic ergo ꝙ hic pacto destitit, ibi non pacto.

In executióib⁹.] CASVS. Dicitur in hac l. ꝙ ille ab accusatione desistere vr̃, qui in totum deponit animum accusandi. licet ergo accusator ad tẽp⁹ sileat, poterit perficere accusationẽ, redeũdo tamẽ iterum ad eam. Viuianus.

p g Videtur.] inter viros prudentes.

q g Deseruerunt.] vt & ff. de iud. destitisse. & de mino. l. destitisse. & ff. eo. l. destitisse. & l. ab accusatione. §. desũtisse.

r g Silentio.] q tamẽ citra bieniũ est. aꝛs contra: vt s. titu. j. l. j. & ij. & fin. nec enim hic erat statutum tempus à iudice.

s g Proferens.] id est ad finem producens.

g DE CALVMNIATORIBVS. ¶ *Calumniator est qui falsa crimina scienter intendit: vt ff. ad turpil. l. j. ij. respon. de qua si crimina liter agitur, ut modo in rubrica dixi, in talione est pœna: ut s. de accu. l. fi. Si ciuiliter, pecuniaria: ut s. de epis. & cle. l. si qua per calumniam. in prin.*

Calumniator quis dicitur.

t Calumnia.] Coerceri. s. criminaliter vel ciuiliter: vt modo in rubrica dixi. Et dic. i. eadẽ sententia vel incontinenti.

v g Præsente.] vel per cõtumaciam absente: vt ff. de publ. iudi. inter. Sed quomodo: cum non est inscriptum ab eo q de calumnia accusat: vt s. qui accusa. non pos. l. iij. quæ est contra? Sol. speciale hoc, quia per officium iudicis petitur puniri.

x g Posteaquam.] i. ex interuallo: vt ff. de contrahen. emp. l. pacta. Vel dic ex interuallo fieri etiã si incõtinenti fiat, dũmodo fiat in eadẽ sententia absolutionis: nam totum in eadem sentẽtia debet contineri. Sed videtur quod semper demum lata sententia absolutionis de calumnia inquiratur: vt ff. ad turpil. l. j. §. j. quæ est contra. Sed ibi in modum accusationis, hic per officium iudicis. Vel qd ibi dicit reo absoluto, scilicet destinatione incœpit querere de calumnia. sic ff. de iureiur. l. admonẽdi. Alij dicunt ibi incœpit incontinenti, non ex interuallo: quæ non placet. Item cũ de hac calũnia pari pœna puniatur, quia est par delictum, ergo pendẽte priori non potest de hac calũnia cognosci: vt s. qui accu. nõ pos. l. neganda. quæ est contra. Sed hic nõ accusabat, sed officio iudicis puniri petebat. Vel prosequitur suam iniuriam: quod lex cõtraria permittit.

y g Iudicatum est.] absoluendo reum.

Puni

a ¶ Puniri.] per officium iudicis.
Mater.] Casus. Si mulier accuset aliquẽ de morte filij sui, licet nõ ꝓbet, excusat de calũnia. Itẽ extraneus hæres excusatur si accusat interfectorem testatoris, & incũbit ei necessitas hoc faciendi.

Calumniari videt q non probat.

b ¶ Possunt.] regulariter enĩ q nõ ꝓbat, calũniari videt: vt no. s. de adu. diuer. iud. l. j. Sed hoc fallit cũ mater de morte filij accusat, vt hic: vel pater: vt ff. de publi. iudi. l. 10 fi. Vel ecõtra filius pris, vt j. e. l. calũniæ. Vel etiã extraneus hęres, si modo à defuncto suspicionẽ ha buerit, vt hic subijcit. Item in tutore: vt s. qui accusa. non pos. l. ij. Item in viro: vt s. de adult. l. j. et l. quauis. ij. Et his casi bus loquitur regula nõ 20 eo ipso q nõ ꝓbat &c. vt j. eo. l. qui non probasse. et ff. ad turpil. l. j. §. j.

c ¶ Beneficiũ.] Vt sine metu calũnię accuset.

d ¶ Publicis.] f. vbicũq; mulier admittitur ꝓ quocunq; vt argu. s. qui accu. nõ poss. l. de crimine. Tu restringe ad filiũ, 30 qñ scilicet de iniuria filij accusat. Accursius.

e ¶ Cauit.] dictũ defuncti præsumptione vtilem non probatione facit: vt hic, & ff. ad syll. l. j. §. fi. et l. iij. §. j. Si ergo hic extraneus hæres non haberet suspicionem hãc, nõ euitaret calũniæ pœnã.

40 f ¶ Interfit. argu. ff. famil. ercis. l. qui erat. & ff. de bo. liber. l. qui cum maior. §. penul. et de mino. l. quod si minor. § restitutio. & s. qui accusa. non pos. l. ij.

punirí[a] desyderas.

¶ *Doloris immensitas & officium debitum per mittunt quem accusare impune. hoc dicit. Bal. Vel sic: A præsumpta calũnia excusatur mater, & hæres vindicans necem verbo defuncti. & hoc operatur natura sanguinis vel necessitas officij. hoc dicit. Salicetus.*

Idem A. Apolloniæ. LEX II.

Mater inter eas personas est quæ sine calumniæ timore necem filij sui vĩdicare possunt[b]. Idq; bñficiũ[c] senatuscõsulti & in alijs publicis[d] iudicijs seruatũ est.

¶ Sed extraneus hæres qui suspicionem quã de morte sua habuisse defunct⁹ cauit[e], exequit̃, hoc noĩe a calũnia excusatus est: cũ iter voluntariam accusatione, & officij necessitatẽ heredis, multũ interfit[f].

¶ *Non probans crimen quod intendit, non infamatur, nisi de calũnia damnetur. hoc dicit. Sali.*

Idem A. Aemylio. LEX III.

Qui nõ ꝓbasse crimẽ qđ intẽdit pronũciatur[g], si calũnię non damnetur, detrimẽtũ existimatiõis nõ patit̃[h]. Nõ enĩ si re⁹ absolut⁹ est, ex eo solo etiã accusator q pót iustã habuisse veniẽdi ad crimẽ rõnẽ, calũniator creded⁹[i] est.

¶ *Filius accusans de morte patris, excusatur à præsumpta calumnia. hoc dicit. Bal.*

Impp. Carus Carin. & Numerian. AAA. Arcadio. LEX IIII.

Calumniæ[k] pœna in paternę mortis accusatione cessat.

¶ *In causa criminali non probans punitur de calumnia, non in causa ciuili etiam liberali. hoc dicit. Salicetus.*

Impp. Diocl. & Maximian. AA. Cæsio. LEX V.

Qui calũniatores ꝓnũciant̃: in publicorũ dũtaxat iudiciorũ q̃stiõib⁹, nõ etiã in libera libus[m] causis q̃ priuatas disceptationes cõtinẽt, periclitari solẽt[n].

¶ *Faciens torqueri seruos alienos per calumniã, tenetur ad duplum. hoc dicit. Bal.*

Idem AA. Domitio. LEX VI.

Dominis seruorũ[o] per accusatoris calumniam tortorũ, aduersus eum pœna dupli lege Iulia prouidetur.

¶ *Ante inscriptionem accusatoris nedum reus non debet adduci, sed nec accusatio recipi. Sali.*

Impp. Valentinianus & Valens AA. ad Valerium. LEX VII.

a Ista lex, secũdũ Sali. limitat l. Athletis. §. calumniator. ff. de his qui no. infa.

g Q Vi nõ.[a]] Casus. Accusaui Titiũ, non probaui mul 50 tum resert an iudex distinguat in sentẽtia, absoluo Titiũ quia nõ probasti: an sic, absoluo quia calumniatus es. primo casu non est infamis, secundo casu sic.

g ¶ Pronunciatur.] vt quia dixit iudex, non probasti. secus si dicat, calumniatus es. licet de calũnia eũ aliter nõ da 60 mnauit: vt ff. eo. l. j. §. j.

h ¶ Nõ patitur.] accusari tñ poterit de calumnia: nisi fit de ꝑsonis exceptis s. l. proxi. & satis erit pro accusatore, q nõ probauerit qui nunc accusatur. Accursius.

70 i ¶ Credẽdus est.] quasi dãnatus. vel qñ est de personis exceptis.

Calũniæ.] Casus. Accusabã Titiũ: quia dicebã eũ interfecisse patrẽ meũ: nõ probaui: an sim puniendus de calumnia, quæritur. Et dicitur q non.

k ¶ Calumniæ. facit s. eo. l. mat. Accursius.

Qui.] Casus. Qui accusat: si desistit, incidit in Turpilianũ: 80 si non desistat in agendo ciuili actione, non incidit: vt si incipiebam à te petere x. & postea destiti.

Turpilianũ locũ nõ habet in crimi nibus priuatis.

l ¶ Iudiciorum.] i. in his iudicijs vel criminibus quæ punire publicẽ interest: qđ euenit etiam in priuatis vt officio iudicis calumniantes puniantur: vt ff. ad turpil l. & in priuatis. licet Turpilianum in priuatis cesset: vt ff. ad turpil. l. si quis repetere. §. fi. stellionatus.

m ¶ In liberalibus.] hoc est cõtra s. de li. cau. l. fi. tibi. sed ibi apparet so lutio.

n ¶ Solent.] id est periculum calumniæ pati.

Dominis.] Casus. Si qs petat calũniosẽ seruos aliquos torqueri, & moriant̃ ĩ tormẽtis, tenebit ad duplũ æstimatiõis seruorũ.

o ¶ Dominis seruorũ.] accusatorũ: vt & plenẽ dixi ff. de calũ. l. fi. & facit s. ad le. iul. de adul. l. verba. & ff. de adul. l. si postulauerit.

Non.] Casus. Dicit in hac l. q nõ debet aliqs admitti ad accusandũ, nisi prius libellũ accusationis accusator porrexerit, & se ad pœnam talionis obligaue 10 rit: tunc si probet, excusatur. si nõ, supplicij pati debet accusans.

Non prius quenq̃ synceritas tua ad tuæ sedis examen iubebit adduci, q̃ solennibus satisfecerit, qui nitit̃ fidẽ doloris asserere: cũ iuxta formã iuris antiqui, ei qui cœperit arguere, aut vindicta proposita sit, si vera detulerit: aut supplicium, si fefellerit[p].

p ¶ Fefellerit.] vt s. de accus. l. fina. & s. qui accusa. nõ pos. l. ij.

¶ *Accusator licet submissus, delator vocatur, & à calumnia non excusatur, nec à similitudine supplicij. hoc dicit. Vel breuius: Accusator licet submissus, à pœna calũniæ nõ excusatur. h. d. Sali.*

Idem AA. & Arcad. A. Menandro vicario Asiæ. LEX VIII.

Nostris.] Casus. Ille tenet de calũnia qui accusatio nem instituit, nec proba 20 uit idẽ si aliũ substitue rit qui noĩe suo intentet accusatiõnẽ. qui nõ probat, tenet de calũnia, & vterq; infamia notabit.

Nostris et parẽtũ nrorũ cõstitutiõibus[q] cõprehẽsum est, eos q accusatiõnẽ alienis noĩbus[r] ꝑsumpsissent, delatorũ nũero esse * ducẽdos: atq; ideo[s] calũniosum[t] caput & personã iudicio irritæ delatiõis infamiæ suppliciũ sequat̃: quo posthac singuli vniuersiq; cognoscant nõ licere in eo quod nõ posit ostendi, iudicũ animos cõmoueri. Dat. vij. id. Maij Arcadio A. & Bautone Conf.

q ¶ Cõstitutiõibus.] quas non habemus.

r ¶ Nominibus.] i. alterius mãdato, suo tñ no mine. nam alieno nõ po 30 test: vt ff. de publi. iud. l. penul. §. ad crimen.

* Dicendos.

s ¶ Atque ideo.] accipe j. supplicium &c.

t ¶ Calumniosum caput.] accusantis alteri⁹ mãdato, & etiã mãdatis. hoc si non ꝓbat submissus. alś nemo punit. vt ff. ad turpil. l. j. §. fi. sed fal 40 lit s. q accu. nõ pos. l. ij.

¶ *Per calumniam accusantibus non prosunt beneficia abolitionem, etiam à principe concessa. hoc dicit. Salicetus.*

Idem AAA. Floro. LEX IX.

Fallaciter.] Casus. Qui per calumniã aliquẽ accusat, post exhibitionẽ accusati nec publica nec priuata abolitio nec potest desistere: nec generale nec speciale beneficiũ principis sibi prodest.

Fallaciter[v] incusantibus, maximẽ[x] post exhibitionem accusati, nulli⁹ iuris color, veluti de riuata excusatiõe, proficiat: nõ publica[y] qđẽ abolitio, nõ priuata talibus ꝓficiat subueniat q; ꝑsonis: nõ specialis indulgẽtia[z], nec beneficiũ quidẽ eos gñale subducat[a].

50 v ¶ Fallaciter.] id est per calumniam.

x ¶ Maxime.] abũdat secũdũ H. vel nõ abũdat secundũ Azo. & hoc ꝓpter id qđ dicitur s. tit. j. l. j. & s. titu. ij. l. j.

¶ *Nemo potest mentiri impune. hoc dicit. Bal. Vel sic: Pœna calumniæ est similitudo supplicij. Salicetus.*

Impp. Honor. & Theod. AA. Conf. pręt. tribu. pl. Senatui. S. D. LEX X.

y ¶ Non publica.] triplex enĩ ẽ: vt ff. de aboli. l. abolitio. & l. seq. & l. fi.

Quisquis[b] crimẽ intẽdit, nõ impunitã fore nouerit licẽtiã mẽtiẽdi: cũ calũniãtes[c] ad vindictã poscat similitudo supplicij.

60 z ¶ Indulgẽtia.] nisi esset dictũ, nõ obstãte aliqua lege: vt argu. ff. de leg. iij. l. si quis. in prin

a ¶ Subducat.] necgña li nõ cõtinet ea quę spãliter nõ cõtinent: vt s. quę res pig. ob. pos. l. aliqãdo.

TIT. XLVII.

De pœnis.

¶ *Deportatus, & in opus publicũ aliud q̃ metalli dãnatus, æquiparantur. h. d. Sali.*

Imper. Tit. Aelius Antoninus A. Lucio. LEX I.

Etiã in opus[d] per-

70 Quisquis.] Casus. Dr in hac l. q accusator si nõ ꝓbet, punit de calũnia: qa eadẽ pœna puniẽdus est q punireť accusatus si contra eũ probatũ fuisset.

b ¶ Quisquis.] Exceptis qbusdã: vt s. e. l. mf.

c ¶ Calumniantes.] vt s. eo. l. nõ prius. & s. de accu. l. fi. idem de præuaricatoribus: vt ff. de præua. l. ab imperatore. Accursius.

¶ DE POENIS. ¶ Ad delicta præmissa supponit pœnas. Vel sic: Diximus 80 supra de priuatis delictis & publicis, nunc de pœnis eorum. Azo.

Continuatio.

Etiam.] Casus. Damnatus in opus perpetuũ similis est ei q in insulã deportatus est: & pręses inter duos priuatos debet cognoscere: procurator Cæsaris inter fiscum & priuatum. Si ergo procurator Cæsaris vice præsidis non cognoscens inter duos priuatos aliquem eorum in exilium damnauerit an sententia teneat, quæritur. Et dicitur q non. hoc dicit cum l. seq.

d ¶ Etiã in opus.] publicũ, nõ metalli. & tunc est plana. & sunt similes

in hoc: qa vterq; sine ciuitate est: vt ff.e.l.qdã.§.j.& l.capitoliũ.circa prin. Si verò dicas op⁹ metalli, licet sint similes, quia nõ sunt ciues: dissimiles tñ essent: quia primus amitteret libertatem: secũdus nõ: vt d.l.quidã.& l.aut damnũ.§.inter eos.& facit ff.de var.cog.l.pe.§.j.

a Procurator.] Non potuit.facit s̃.ad le.fla.de pla.l.nõ valet.& s̃.de ped.iud.l.j.

petuum damnati, non dissimilis conditionis sunt ab ijs qui deportantur in insulam.

Bannum datum ab eo qui non habet iurisdictionem, est nullum ipso iure. Vel sic: Sententia quæ est ipso iure nulla, non est timenda. Bal. Vel sic: Procurator Cæsaris non potest in exilium mittere: & sententia à non suo iudice lata, non ualet. hoc dicit. Salicetus.

Imp. Antoninus A. Valerio. LEX II.

Procurator meus qui vice p̃sidis non fungebatur, exilij tibi pœnã nõ potuit[a] irrogare: ac propterea frustra vereris sentẽtiã quæ nulla iuris rõne subnixa est.

Decuriones non afficiuntur pœnis plebeiorum. Salicetus.

Idem A. Senatui. LEX III.

Decurionem[b] in opus publicum dari non oportere manifestum est.

Conceptus ante condemnationem matris pro nato habetur, & ideo eius conditionis est cuius mater erat tempore conceptionis. hoc dicit. Bald. Vel sic: Calamitas matris non nocet filio ante concepto, licet postea nato sic. hoc dicit. Salicetus.

Idem A. Marinæ. LEX IIII.

Si ante[c] conceptus est puer de quo libellos dedisti, quàm mater eius in metallũ condẽnaretur: natus conditionis eius est, cuius ante cõdẽnationẽ mater ei⁹ fuit[d].

Veterani & eorum liberi primi gradus priuilegiantur ne in metallum uel opus publicum damnentur. Salicetus.

Idem A. Senatui. LEX V.

Honor veteranis etiã in eo[e] habitus est, vt liberi eorum vsq; ad primũ† duntaxat[f] gradũ pœna metalli vel opis publici nõ afficiãtur[g], sed in insulã relegent̃.

Liber homo non debet damnari ad perpetuum carcerem. Sal. & Bal.

Idem A. Alphio. LEX VI.

Incredibile est[h] quod allegas, liberum hominem vt vinculis perpetuis contineret, esse damnatum. Hoc enim vix[i] in sola seruili conditione procedere potest.

Aetas non releuat à pœna quando delictum potest cadere in personam. hoc dicit. Sali.

b Decurionẽ.] Et facit s̃.de quæstiõibus. diuo Marco. & ff.de pœnis.l.moris.§.iste.& s̃.ex quibus cau.infa.irrog.l.decuriones.

Si ante.] Casus. Mulier damnata in metallum, peperit dum erat in pœna. an peperit filiũ seruum vel liberũ, distinguitur. aut concepit antequam daretur in metallum, & tunc erit eiusdem conditionis cui⁹ mater erat antequam dãnaretur: vt si erat libera, & partus liber: si ancilla, et part⁹ seruus. Viuianus.

c Si ante.] secus si post: quia tunc fisci esset mancipium, non pœnæ vt mater: vt ff.de fideicommis. lib. l. generaliter.§.ex damnata.

d Eius fuit.] quia tẽpus conceptionis spectatur: hic sicut in filio senatoris spectatur: vt ff.de sena. l. emancipatum.& de decur.l.ij. §.penul.& facit ff.de sta.ho.l.imperator hadrianus.& insti.de inge.circa prin.& ff.eo.pregnantis.

e Honor.] Etiã ĩ eo. preter alia priuilegia quæ plura habent: vt hic, & ff.de priuile.vete.per totum.

f Dũtaxat.] secus in filijs decurionũ: vt ff.de pœnis.l.moris.§.iste.

g Non afficiãtur.] vt & ff.de priuileg.vetera l.j.& iij.& facit s̃.quãdo prouoc.non est necess. l.veteranis.& s̃.de excus. ve.per totum. In militãte constat: vt s̃.de quæstionibus.milites.& l.diuo.& ff.de re milita.l.iij.§.primo. Accursius.

† Gloss.j.c. ex transmissa. extra de fil. p̃sbyte. allegat hãc l.q̃ nomine hæredis intelligit primus seu proximus.

h Incredibile est.] quia fieri non debet: vt ff.eod.l.mandatis. Sed videtur fieri posse, & in decẽ annis intelligit, vt ff.eo.fine præfinito. Sed ibi dixit ad tempus, nec apparuit quod. vnde decem anni intelliguntur: hic in perpetuum dixit. vnde aditur princeps vt pœnam remittat. nam idem iudex remittere non potest: vt ff.de quæstio.l.j.§.fina.& de pœnis.l.moris.§.iste.& l.diui fratres.& j̃.eodem. pœnam.& sic tenet donec reuocetur, licet sic pronunciari non debuit: vt ff.de interdict.& relegat.l.relegatorum.§.ad tempus. licet sit argumen. contra.ff.de iniusto testamen.l.si quis filio exhæredato. §. quòd si quis fuerit. Sed expone non tenet, scilicet incommutabiliter.

ADDITIO. Aduertas q̃ hæc lex & similes procedunt de iure ciuili. secus autem de iure canonico, quod permittit aliquem dãnari ad carceres temporales & perpetuos: vt in c.quãuis.de pœnis.lib.vj. Et est ratio quare ius canonicũ hoc permittat secundùm Io. mo. & Archi.in d.c. quãuis. quia deus non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Ezech.xviij.& iij.q.iij.hi qui.& xxiij.q.viij.hi à quibus.& in aut.vt non luxu.con.na.in prin.col.vj.

i Vix.] nam in seruo tenet: vt j̃.e.seruus.& ff.de iudi.l.vix. Accursius.

Impunitas.] Casus. Minor xxv. annorum cõmisit delictum: an prætextu ætatis debeat excusari? Dicitur q̃ non.

k Non datur.] vt & s̃.ad legẽ cor.de sica.l.si quis.malorum enĩ mores &c. vt s̃.si aduersus delic.l.j. Mitius tamen agitur: vt ff.de mino.l.auxilium.§.in delictis.& l.si ex causa.§.nunc videndum.

l Cadere potest.] quia sit proximus pubertati: vt ff.de fur.l.impuberem. al's secus: vt hic, & ff.ad legem cornel.de sicar.l.infans.& s̃.de fal.mo.l.j.in fin. Item & minor xiiij. annorum excusatur à delicto carnis: vt ff.de adulte.l.si minor.

Imp. Alexan. A. Isidoro. LEX VII.

Impunitas delicti propter ætatem non datur[k], si modo in ea quis sit* in quam crimen quod intenditur, cadere[l] potest.

Ad pœnam deportationis tacitè sequitur ademptio bonorum, non ad pœnam relegationis. hoc dicit. uel sic: Bona deportati confiscantur, non relegati. Salicetus.

Idem A. Victori. LEX VIII.

Deportatorum in insulam ab eo cui id faciẽdi ius erat[m], bona fisco vendicantur: relegatorum autem non,† nisi sententia specialiter adempta[n] fuerint.

In metallum uel ministerium metallicorum nõ damnantur filiæ decurionum. Sali.

Idem A. Demetrio. LEX IX.

Si matrem tuam decurionis filiam fuisse probatum fuerit, apparebit eam non oportuisse in ministerium[o] metallicorum, nec in opus metalli dari.

Sentẽtia lata sine tẽporis præfinitione est perpetua. uel sic: Sententia quæ continet actum successiuum non modificatum nec limitatum ad tempus, in perpetuũ extenditur. hoc dicit. Bal. uel sic: Seruus ad uincula simpliciter damnatus, intelligitur perpetuo damnatus. Salicetus.

Idem A. Catullo. LEX X.

Seruus[p] sub pœna vinculorum sine temporis præfinitione† domino reddi[q] iussus sententia præsidis prouinciæ, perpetuò vinctus esse debet[r].

Tam liberi quàm serui possunt in metallum damnari. hoc dicit. Sali

Imp. Gordianus A. Titiano. LEX XI.

Metalli supplicium tam ad personas liberas, quã etiam ad seruiles[s] pertinet cõditiones.

Ad clamorem populi præses non debet illicita perpetrare: unde magis debet adhærere legibus quàm clamori populi. hoc dicit. Bal. Vel sic: Ad rumorem populi non debet sententia ferri, seu contra iura iudicari. hoc dicit. Sali.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. in consistorio dixerunt. LEX XII.

Decurionũ[t] filij non debent bestijs subijci[v]. Cũq; à populo exclamatum[x] esset, iterũ dixerunt[y]. Vanæ voces populi non

m Deportatorũ.] Ius erat.] vt à præfecto prætorio, vel ab eo qui eius vice cognoscit, & qui mandato principis: vt.de lega.iij.l.j.§. hi. Item prefectus vrbis: vt ff.eo.l.ij. Præses verò prĩcipi rescribit vt comprobet: vt ff.de iniusto rupto testamẽ.l.si quis filio exhæredato.§. sed & si de decurione. et si interim dum rescribitur decedat, hæredes ei⁹ habebunt bona: vt ff.de bonis eorum.l.ij. §.j.& facit s̃.si reus vel accus.l.finali.& si pendente appellatio.l.ij.

Deporrare possunt tantũ quatuor iudices.

* ætate in qua crimẽ &c.

n Adempta fuerint.], quod fieri non debet: vt ff. de interdic.& relega.l.relegatorum. §.ad tempus. nisi lex specialiter aliud inducat: vt s̃.de episco.audi.l.nemo vel in foro.

† Concor. gl. in verb. subtrahuntur. ĩc. pastoralis. extra de app.post prin.glos.

o Si matrem.] Ministerium. id est vt seruiret hominibus in metallum damnatis. Et dic differentiam inter metallum, & opus metalli, & ministerium metallicorum: vt ff. eodem.l.aut damnum.§.inter eos.& §.ministerium.& facit s̃. de quæstionibus.l. diuo. in fin.& ff.eod.moris.§. iste.& s̃.ex quibus causis infamia irroga.l.decuriones.

† Et sic est perpetua. simile in c. si auté. cũ gl. si. extra de coha. cleri. & mulie.

p Seruus.] Seruus deliquit, pro quo iussit iudex eũ stare in perpetuis vinculis, & domino reddi. certè perpetuò ligatus esse debebit. Sed contra. ff. eodem. l. fine præfinito. vbi dicit decennio. Sed hic ex certa scientia dixit, ibi per errorem. vel ibi in metallum, hic in vinculis. prima placet.

q Reddi.] Sed & hoc tacitè, cum dominus per vincula dominium non amittit, & sic sibi debet reddi: vt ff. de pœnis. l.aut damnum.§.finali.

r Esse debet.] vbi ergo iudex non definit, nec ego definiam: vt s̃.de diuersis re.l.falso.&.ff.de euic.l.si rem quam.§.fi.

s Metalli.] Ad seruiles. Et desinit esse domini etiam si euadat: vt ff.eodem.l.aut damnum.§.finali. sed non sic si in opus publicum sit damnatus de facto. nam finito tempore domino redditur: vt ff. eod.l.seruus.

Decurionum.] Casus. Fecit Imperator statutũ in quo cautum est ne filij decurionũ bestijs subijciantur. quod statutũ nolebat populus admittere: sed aduersus id clamauerat. dicit postea Imperator q̃ vanæ voces populi non sunt audiendæ. nõ enim exaudiri debet cũ noxium petit absolui: innocentem condemnari. Viuianus.

t Decurionum.] aliàs incipit in consistorio.

v Subijci.] vt s̃.de quæsti.l.diuo.& l.decuriões.& j̃.de decur.l.omnes. lib.x.& decu.vr.ro.lib.xj.l j.& ij.

x Exclamatum esset.] vt torquerentur.

y Iterum dixerunt.] imperatores.

Audi

a ¶ Audiendæ.] i. exaudiēdę. & ſic Pilatus malè fecit: vt hîc, & .s̃. qui manu. non poſ. diuo Marco. & .ff. qui & à quibus. l. ſi priuatus.

SEruo.] CASVS. Si ſeruus ob delictū aliquod cōdēnatus fuerit, & per ſnīam dn̄ium eius ademptū nō fuerit, puta quia in metallum non eſt cōdēnatus, ſed in opus publicū: vſq; ad .x. an. ante elapſum decēniū nō liberabitur à pœna: quia publicè intereſt pœnā non remitti: ne qs ad perpetranda maleficia temere proſiliat.

p ¶ Datur.] quod dari non debet.
q ¶ Artibus.] tumultum fortè faciendo: vt .ff. de ſica. l. penul.
r ¶ Patet.] quod eſſe non debet.
s ¶ Differenda non ſit.] vt .ff. eo. l. ſi quis fortè. in prin. niſi in caſu: vt .j. e. l. ſi vindicari. Accurſius.

ſunt audiēdæ [a]. † nec eī vocibus eorum credi oportet, quando aut noxiū crimine abſolui, aut innocentem condemnari deſyderant.

¶ *Pœna per quam dominus non priuatur ſerui dominio, non priuat eum ſeruitio. h. d. Sali.*

Idem AA. Vrſino. LEX XIII.

SEruo ex ſententia dānato, ſi quoquo modo ex ſentētia ꝓprietatis ius amputatum [b] nō ſit, domino ſuo obſequi eū par [c] eſt.

¶ *Iudex non poteſt corrigere ſententiam ſuam circa tēpus. Vel ſic: Iudex non poteſt facere gratiam de tempore, nec de pœna. h. d. Bal.*

Idem AA. & CC. Vicario. LEX XIIII.

SI operis publici tēporalis pœnæ ſentētia præfinitus nondū exceſſit dies, hunc expectari cōuenit [d]: cùm † non remitti pœnā facilè, publicè interſit: ne ad maleficia temere quiſquam proſiliat [e].

¶ *Pœnam temporalem uel perpetuam iudex nō reuocat uel minuit poſt ſententiam. h. d. Sali.*

Idem AA. & CC. Agatho. LEX XV.

POenam ſua dictā ſnīa præſidi ꝓuinciæ reuocare nō licet [f].

¶ *Ad pœnalem ſententiam non peruenitur, niſi reus fuerit confeſſus, uel probationibus clariſſimis conuictus. hoc dicit. Sali.*

Imp. Conſtantinus A. ad Catulinum proconſulem Aphricæ. LEX XVI.

QVi ſententiā laturus eſt, temperamentū hoc teneat, vt non prius capitalem [g] in quēpiam promat ſeueramq; ſnīam, quàm in adulterij, vel homicidij, vel maleficij crimine aut ſua cōfeſſione, aut certè [h] omnium, qui tormētis vel interrogationibus fuerint dediti, in vnū cōſpirantes, cōcordanteſq; rei finem, cōuictus ſit: & ſic in obiecto flagitio deprehēſus, vt vix etiam ipſe ea, quæ cōmiſerit negare ſufficiat [i]. Dat. iiij. Nonas Nouemb. Treueris, Accepta .xv. Calē. Maij Adrumeti, Voluſiano & Anniano Conſ.

¶ *Nemo eſt ſignandus in fronte: quia non debet facies hominis ad ſimilitudinē Dei formata fœdari. hoc dicit. Bal. Vel ſic: Pœna damnati in eius fronte uel facie non debet ſignari. hoc. d. Sali.*

Idem A. Euthymelo. LEX XVII.

SI quis in metallum fuerit pro criminū deprehēſorū qualitate damnatus, minimè in eius facie ſcribatur: cùm & in manibus [k] & in ſuris [l] poſſit pœna dānatiōis vna inſcriptiōe cōprehēdi: quo [m] facies, quæ ad ſimilitudinem pulchritudinis eſt cœleſtis figurata [n], minimè maculetur.

¶ *Crimine liquidato non debet ſententia differri, ne detur materia ſupplicandi. h. d. Sali.*

Imp. Conſtantius A. Theodoro præſidi Arabię. LEX XVIII.

CVm reis manifeſta [o] probatione cōuictis ſpatiū tp̄is ante ſnīam datur [p], facultas ſupplicādi, vel quibuſdam malignis artibus [q] tam pręſidū, quàm officialiū pœnas euitādi crimínoſiſsimis patet [r]: cū & in homicidij crimine, & in alijs detectis grauiorib⁹ cauſſis, vltio differēda nō ſit [s]. Igit̄ de cętero iuxta criminis qualitatem legē oportet ſeruari, & in ſceleroſos & noxios ꝓferri iure ſnīam [t].

¶ *In pœnā delicti, non debet quis alicui corpori uel collegio cōgregari, uel transferri. h. d. Sali.*

Impp. Grat. & Valentin. AA. Olybrio præfecto prætorio. LEX XIX.

NE quis pro coercitione delicti, vel piſtorib⁹, vel cuicūq; alteri corpori [v] (cùm alterius ſit corporis) addicat̄: ſed vnuſqſq; ꝓ crimine in quo fuerit deprehēſus, motū cōgruę ſeueritatis excipiat.

¶ *Si princeps reſcribat aliquem puniri ultra modū regularem, debet iudex uſque ad dies triginta differre: ut uideat ſi princeps pœnam relaxet. hoc dicit. Sali.*

Imppp. Grat. Valentin. & Theod. AAA. Flauio præfe. præ. Illyrici. LEX XX.

SI vindicari † in aliquos ſeuerius cōtra noſtrā cōſuetudinē pro cauſæ intuitu [x] iuſſerimus, nolumus [y] ſtatim eos aut ſubire pœnā, aut excipere ſententiā: ſed per dies triginta ſup ſtatu eorū ſors et fortuna ſuſpēſa ſit. Reos ſanè excipiat vinciatq; [z] cuſtodia, & excubijs [a] ſolertib⁹ vigilāter obſeruet. D. xj. Cal. Septem. Veronæ, Antonio & Syagrio Conſ.

¶ *De uenali perfidia apparitores licet abſentes, debent damnari. h. d. Sali.*

Idem Auguſti. LEX XXI.

NE diu apparitorum [b] praua admodū vænaliſq; ꝑfidia [c] impunè in publica cōmoda deſæuiat, cēſem⁹ etiā in abſentes [d] eos ꝓ cōpetēti vltiōe debere cōſurgi.

b ¶ Amputatū] i. ablatū dn̄o, vt qa in metallū, vel vt fiat ſeru⁹ pœnę nō condēnatur: ſed in opus publicum perpetuū vel temporaliū: vt .ff. e. l. aut dānum. §. fin. & l. ſeruus. & .j. de ſen. paſ. l. fruſtra. et .s̃. eo. l. ſeruus. & .ff. de ſtatu ho. l. ſeruus.

c ¶ Par.] id eſt conueniens. aliâs peræquum.

d SI operis.] Conuenit. vt .ff. e. l. ſeruus.

e ¶ Proſiliat.] vt .ff. ad l. Aquil. l. ita vulnerat⁹. in fi. & .ff. de fideiuſ. l. ſi à reo. §. fin. & .s̃. de hæreti. l. qcūq;. §. qđ ſi fecerint. & .ff. depoſiti. l. bona fides.

f POenā.] Non licet. vt & .ff. de re iudi. l. acta. & .s̃. ſen. reſcin. non poſ. l. j. & de ſen. ex breui cu. l. iij. ſecus in multa: vt .ff. de offi. præſi. l. illicitas. § fi. ſed principi pro hoc mittitur qn̄que: vt dixi .s̃. eo. l. incredibile. Item ratione reſtitutionis quis ſuam ſentētiam reuocat: vt .ff. de mino. l. in cauſſę. ij. § fin. & l. præfecti. & .s̃. ad legem Iul. de vi. l. ſeruos. & .s̃. de cuſto. reo. l. ſi quis in ea. & .ff. eo. l. reſpiciendum. in prin.

QVi ſententiā.] CASVS. Qui cognoſcit de crimine, cuncta debet inueſtigare: nec præcipitanter debet condemnare, niſi per cōfeſſiones vel probationes accuſatus conuincatur: ita tn̄ vt crimē poſſit inficiari, quod commiſit. Viuia.

g ¶ Capitalem.] Vbi mors naturalis vel ciuilis ſubſequitur: vt .ff. de publi. iudi. l. ij.

h ¶ Aut certè.] repete confeſſione.

i ¶ Sufficiat.] vt & .s̃. de proba. l. fina. & .s̃. de fal. l. vbi. Sed cōtra .ff. de quæſti. l. j. §. diuus Seuerus. ſed ibi nō ſtatur tormentis ſi non perſeueraret. hîc ſic: vt in eadem. l. §. ſi quis vltro. & dixi. .s̃. de quæſtio. l. fina.

k SI quis.] In manibus, id eſt brachijs. Accurſius.

l ¶ Et in ſuris.] id eſt in tibijs, ſiue pulpa cruris.

m ¶ Quo.] pro vt.

n ¶ Figurata.] qua cognoſcitur: vt dicitur .ff. de relig. l. cùm in diuerſis. Et ſic no. non eſſe quem bullandum in fronte.

In quæstione.] Ista lex varijs modis legitur per gloss. in sui prin.& diuiditur in qua-50 tuor partes. secunda ibi, Ita tamen. tertia ibi, Minores. quarta & vltima ibi, Quē si. CASVS. Seius filium habens in sacris vinculis suæ potestatis deportatus est: medio tempore filius fecit testamentum: contractus celebrauit emendo vendendo. posteà Seius in inte-60 grum restitutus est. Ex isto themate duæ eliciuntur quæstiones: an valeat testamentū. ad quod non respondet. vel alij cōtractus: quam quæstionē prosequitur dicēs quòd valent. & si filio datus erat tutor, desinet esse tu-70 tor patre reuerso: nisi pater esset prodigus vel furiosus: quia patri non præiudicat sententia deportationis, quo minus filius recidat in potestatem suā: quia ad omnia bona sua restituitur: quia si non haberet filium in potestate, luctuosior esset reditus quàm discessus. & hîc filius per emancipationem sui iuris efficitur, non per patris deportationem.

Diuisio.

a In quæstione.] quæstio illa est, an testamentum filij eius, qui deportatus est, irritetur patre in integrum restituto: quam non soluit, sed de alijs per eum gestis prosequitur.

b Deportati.] ideoq; à potestate exemptus: vt instit.quib.mo.ius pa. po-80 te.sol.§.cùm autem.Accursius.

c Remeante.] post testamentum factum. sed alij dicunt filium testatum post reuersionem patris.

d Patre.] quid de illo medio tempore, quod est post restitutionem, & ante reuersionem? Respon. est in potestate: quia licet deportatio facit statim eū perdere ciuitatem, & quæ iuris ciuilis sunt: sic econtra restitutio statim recuperare: vt.ff. de pœnis.l.quidem.& infrà.ea.l.ibi, quem si comparata &c. Item quid si post reuersionem? Respon. indubitanter non valet. Item si filius moritur

Deportatio tollit ea quæ sunt iuris ciuilis.

ritur patre non restituto:in quo valet testamentum? Respon. in aduentitijs, non solū in castrensi & quasi.saluo tamen vsufructu patris:vt.s̄.de bo.ma.l.ij.

Pauli notis, Papiniani placet valere sententiam: vt in patris sit filius potestate[a], cui dignitas ac bona restituta sunt.

¶ Gesta per filium tempore deportationis paternæ sunt ualida, donec filius fuerit ætatis legitimæ. si enim non fuisset ætatis legitimæ, nō sortirentur immutabilem effectum. Bal.

¶ Ita tamen, vt gesta per filium, cuius[b] consilia legitima ætas firmauerat, rata[c] sint, eodem in potestatem patriam redeunte, ne eorum[d] rescisio efficiat[e] (quod est maximè absurdum) eodem tempore nec in patris, nec in sua quēquam fuisse potestate[f].

¶ Tutor & curator dati filio deportati, patre restituto deponunt officium tutelæ & curæ, & pater reassumit ius legitimæ administrationis: nisi pater esset prodigus, & uitiorum seruus: quia tūc nec tutela, nec cura finitur: nec ius administrationis ad patrem reuertitur: ut luctuosior filijs sit paterna restitutio, quàm fuerit eius deportatio. h.d. Bald.

¶ Minores[g] enim ętate iure quicquam agere prohibētur[h]. ¶ Quibus[i] si damnato patre tutor datus[k] est, necesse est, vt ab officio suo recedat, regresso eo, quem nō solùm nomine redire, sed etiam officiū suum nulla prauitate corruptum[l] liberis prębere oportet: vt eorū bona tueatur & augeat. Nam si patria[m] potestate ad corrumpendi atque effundendi patrimonij licentiam abutatur: vt furioso, ac dementi, itemque prodigo, libidinum omnium vitiorumque seruo[n], non est eorum[o] pecunia committenda: quin ab administratione fugiat[p]: neque tutor[q] esse desinat, omniaque minoris dispendia suis ipse damnis præstet[r].

¶ Sentētia verò deportationis nullo patrem præiudicio diminuat[s].

¶ Quicquid deportatio abstulit, restitutio restituit: nisi sit aliqua causa ab extrinseco impediens. h.d. Baldus.

¶ Quem si comperta integritas, vt naturæ, ita officio liberis restituerit, ei gubernacula rerum tradēda sunt: cuius[t] ad imitationem publici iuris prouisa custodia est. Quæ[v] nisi bonis patribus detur, luctuosior erit filijs reditus, quàm discessus[x]. Ideoque tantum ad restitutionem indulgentia[y] valeat, quātum ad correctionem sententia valuit: vtque deportationis ipsum per se[z] nomen rerum omnium spoliatio est, ita indulgentiæ restitutio[a] bonorum ac dignitatis vno nomine amissorum omnium sit recuperatio. Et filij emācipationem à patribus officijs[b] petāt: vt libertatem[c] non damnationis, sed lenitatis paternæ testē habeant[d]. D.xvij. Calen. Octobr. Sirmij, Crispo.ij. & Constantino Cæsarib. Cons.

¶ Finis. Laus Deo.

a ¶ Potestate.] imò non: vt.s̄.e.l.in insulam. sed ibi sola indulgentia pœnæ: hîc restitutio in integrum, quæ est ad omnia, vt ibi dixi.

b ¶ Cuius.] scilicet filij.

c ¶ Rata sint.] quid de testamento filij deportati? Ir. & Cyprianus dicunt valere, & pro eis est qđ 10 subijcit, Ne eorum &c. & insti.de testa.§.sed neque hæres. ibi, quia totū hoc negotium quod agitur. vt ita cōueniat ad id, quod hîc dicit. gesta. Io. dicit irritari: sicut cùm testator se dat in arrogationē: vt instit. quib. mo. te.infir. §. alio. Item pro 20 eo.ff.de verb.signi.l.verba contraxerunt. Sed si facto testamento ante restitutionem patris decederet, valet testamentum. et hoc in articulo potest loqui hæc lex etiam in testamento vbi dicit, Rata sint, ne eorum &c. secus si filius capti ab hostibus 30 testetur, & decedat ante patris reditum: nam neq; eius testamentum sicut si non decessisset, valet, cùm semper fingitur in potestate fuisse: vt.ff. ad Macedo.l.j.§.si pendeat. &.ff.de capti.l.quòd si filius. &.ff.vnde liberi.l.ij. §.si quis decesserit. & de 40 suis & legi.l.si pater. At in deportati filio non est fictio: imò verè est sui iuris. inde est quòd habet tutorem, quem filius capti non habet: vt. ff. de tut.l.muto.§.fi.&.§.subijcit. Item in bonis liberti paterni habet contra tabulas filius deportati nō 50 capti, non obstante patre: vt.ff.de bon.lib.l. si necem. §. si deportatus. & facit.ff. de pactis. do.l. quoties.

Testamētū filij, cui⁹ pater fuit deportatus, & posteà restitutus est, an valeat.

Fili⁹ deportati est verè sui iuris.

d ¶ Ne eorum.] à filio gestorum. Accursius.

e ¶ Efficiat.] id est si diceres quòd rescinderētur gesta per eum, absurdum sequeretur, quod sequitur.

f ¶ Potestate.] No. pro nobis, qui dicimus nihil esse in pendēti: vt no. insti. 60 quib.mo.ius pa.po.sol.§.si ab hostibus.

g ¶ Minores.] bene dixi, cuius consilia legitima &c.

h ¶ Prohibentur.] contra se, sed pro se sic: vt.s̄.de procu.l.non eo minus.

i ¶ Quibus.] minoribus.

k ¶ Datus est.] secus in filio capti: vt.ff.de tu.l.muto.§.fi.

l ¶ Corruptum.] & sic testamentum rumpitur, vt dixi.

m ¶ Nam si patria.] bene dixit, nulla prauitate &c.

n ¶ Seruo.] Nota: qui facit peccatum, seruus est peccati.

o ¶ Eorum.] minorum 10 vt sicut tutor integrę vitæ non prodigus vel malus administrat, ita & pater talis esse debet. Azo.

p ¶ Fugiat.] scilicet pater. id est fugetur.

q ¶ Neq; tutor.] datus dudum. Et sic nota mirabile, quòd qui in po 20 testate patris est, tutorem habet: regulariter contrà: vt instit.de tute. in princi.

r ¶ Præstet.] scilicet tutor, qui actione tutelæ tenebitur. Accursius.

s ¶ Diminuat.] id est aggrauet: nisi esset prodigalitas.

t ¶ Cuius.] scilicet patris custodia est prouisa &c. & dic publici iuris, id est tutelæ. vt ergo tutor tenetur reddere rationem, sic & pater: & vt bona obligata sunt tutoris, sic & patris. & sic est contra.s̄.de bo.quæ libe. l.cùm oportet.§.non au 40 tem. potest dici hāc corrigi, vel speciale in quodam deportato.

P&ī seru⁹ est qui peccatū facit.

Tutorem qnque habet, qui in patris potestate est.

Pater vt tutor rationē reddere tenetur.

v ¶ Quæ.] scilicet gubernatio.

x ¶ Quàm discessus.] sic, s̄.de aposta.l.hi qui.

y ¶ Indulgentia.] id est in integrum restitutio.

50 z ¶ Per se.] vt & suprà.de pœnis.l. deportatorum.

a ¶ Restitutio.] scilicet in integrum: vt & suprà.eo.l.j.

b ¶ Officijs.] patribus exhibendis. sic.s̄.de inoffi.test.l.si quando.§.j.

c ¶ Libertatem.] id est existentiam sui iuris.

d ¶ Testem habeant.] id est dicant se liberatos potestate, non pœna paterna: sed benignitate patris, qui eos emancipauit. Similis testificatio est.s̄. de ad 60 ministrat.tuto.l.lex quæ tutores.§.sed & si parens. Accursius Florentinus legum doctor peritissimus.

¶ Codicis domini Iustiniani sacratissimi principis ex repetita prælectione librorum priorum nouem, cum suis glossematis,
FINIS.

Gregorius Haloander omnibus, qui uel ius Ciuile in vſu habent, quibúsve vſui eſſe poteſt, S. P. D.

MEMOR officij (neque enim conuenit, vt ſtationem, quam ſemel authore Deo tenere ac tueri occœpi, facilè deſeram) amans item publici boni, & de ſtudiorum veſtrorū rationibus ſolicitus: nihil penes me tam charum, tam à cognitione vulgari remotum habeo, quod non in vſus veſtros & libēter & benignè proferam: nihil tam arduum, tam laborioſum eſſe poteſt, quod non veſtri cauſa & magno animo ſuſcipiā, & patientiſsimè perferam: dummodò pulcherrimis honeſtiſsimisq; conatibus veſtris mea opera & induſtria vel cōpendij, vel additamenti aliquid importari exiſtimem. Inde adeò cùm iam per menſes plus minus viginti ſex in Digeſtis expoliendis, recognoſcendis Inſtitutionibus, Iuſtiniani Codice ex antiquiſsimis & ſpectatiſsimis exemplaribus reformando, incredibiles labores, grauiſsimas curas, & penè dies ipſos æquantes vigilias ſuſtinuerim, & exhauſerim: ſimul autem intelligam, diem & Con. pleriſque conſtitutionibus additum (qua maximè re dignoſci poteſt, quo quæq; conſtitutio die ſit edita, quæ item præceſſerit, quæ conſecuta ſit, quid denique prioribus temporibus obtinuerit, quid poſteà authoritate imperatoria ſit innouatum) ob ſummam earum rerum hoc tēpore obſcuritatem exiguo aut nulli penitus vſui futurum, niſi perpetua quadam ſerie omnes Conſ. in ordinem digerantur: non dubitaui ſub operis finem catalogum Conſ. quàm ſimpliciſsimè deſcriptum, longa à me obſeruatione conquiſitum, & pro theſauro habitum, ſubijcere. Neque conſilium hoc meum ſine effectu, aut factum ſine fructu erit Nam ſi diligenter & æquis animis facti mei rationem inieritis: quin non ſolùm de ſingulis eiuſmodi conſtitutionibus liberè & feliciter pronunciare, quantum quæq; habeat authoritatis: ſed etiam per omnes omnium veterum hiſtorias in offenſo pede volitare, & obſcuriſſ. quoſque authorum locos vel ſine interprete intelligere poteritis, nulla dubitatio eſt. Accipiāt ſanè alij, in quam velint partem, & ſuo arbitratu ac iure factum noſtrū interpretentur. Certè quod negare, niſi iniquus rerum æſtimator, nemo poteſt: multò plus habet in receſſu laboris & ingenij, quàm prima fronte & intuitu oſtēdat. Nec temere quiſquam rem facilem dixerit, noſtra tempeſtate ac memoria ſingulos Conſ. ſuo anno, ſuo numero, ſuo ordine deſcribere: qui modò Liuium non indiligentem annalium Romanorum tractatorem & deſcriptorem, grauiter de implicata temporum obſcuritate, de incerra authorum fide querentem audiat. Tanti (inquit) errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis magiſtratibus, vt nec qui Conſ. ſecundum quoſdam, nec quid quoq; anno factum ſit, in tanta vetuſtate non rerum tantùm, ſed authorū quoque digerere poſsis. Idem teſtatur alicubi Dionyſius Halicarnaſſeus, in quo neſcias, vtrum magis ſtudium & diligētiam in peregrinæ gentis rebus geſtis cognoſcendis mireris, an verò in ijſdem exponendis (licet in homine græco) fidem probes. Videas Aurelium Caſsiodorum & ipſum conſulem, qui ex profeſſo ſibi hoc ſcriptionis genus deſumpſit, quem ſuperiore nobis anno Baſilea dedit, dū Conſ. alios pro alijs recenſet, dum multos omittit, dum falſam temporum rationem init, dū *συγχρονισμοὺς* alieno loco intexit: non ſolū ſummæ de ſe negligentiæ & ſecuritatis ſignificationem dare, ſed etiam à profeſsione ſua & veritate ipſa quàm longiſsimè diſcedere. Atque vt alia omittamus: quis obſecro diligentiam in eo non requirat, cùm per quadraginta annos decemuiros legibus ſcribundis creatos, per viginti vtrinque annos tribunos militum conſulari poteſtate, per quatuor annos neminem in vrbe ſummum imperium tenuiſſe, item Valerio Potito & M. Manlio Conſ. vrbem à Gallis captam eſſe ſcripſit: quādo & ex rebus ipſis clareat, & probatiſsimis authorum teſtimonijs comprobari poſsit, decemuiros in tertium dūtaxat annum, neque eum integrū, ſibi imperium, aut potius dominatum vſurpaſſe: tribunos militares per quinquaginta fermè annos in conſulum locum ſublectos, ſolitudinem magiſtratuum per quinquennium vſque fuiſſe: vrbem autem captam à Gallis anno. ccclxiiij, hoc eſt tertio anno poſt Manlij conſulatum, Plinius lib. xxxiij. cap. primo: agrum verò Romanum depopulatum à Gallis, & exercitum contra eos conſcriptum altero poſt eundem conſulatum anno, teſtetur Dionyſius? Eadem & multò his plura & maiora in cæteris deprehendas, quæ omnia recenſere, neque huius temporis, neque loci eſt. Cæterùm nolim exiſtimet aliquis reprehendendi iſta animo & ſtudio calumniandi à me proferri, ſed vt veluti per tranſennam & obiter oſtendam, quàm longè adhuc in harum rerū cognitione abſimus à vero: quamq; infiniti laboris ſit, amiſſis vetuſtis annalibus (quorum unum atque alterū etiámnum fragmētum inter epigrammata & titulos vrbis Romæ cernimus) deficiente item bona parte Liuij, Dionyſij, Corn. Taciti, Proſperi, & aliorum, ex ſola authorum obſeruatione, & non fallētibus coniecturis denuo Conſ. in ordinē reducere, & veteri Romanæ hiſtoriæ nouum lumen ac claritatem inferre. Enimuerò cur digeſtioni huic meæ non à Romulo ipſo vrbis parente, non ab Hadriano & cæteris imperatoribus, quorum conſtituta Iuſtinianeo Codici ſunt inſerta, principium dederim: cur etiam vltra D. Iuſtiniani. iiij. & Paulini. V. C. conſulatum eam proſecutus non ſim: vtrūque certas rationes & magnas cauſas habuit. Quis enim mediocriter in veterum hiſtorijs verſatus ignoret, Romulum poſt cœpta mœnia & inauguratā vrbem per. xxxvij. annos imperium tenuiſſe, poſteà per annum interregnum fuiſſe, dehinc Numam Pompiliū. xliij. annis, Tullum Hoſtilium. xxxij. Ancum Martium. xxxv. Tarquinium Priſcum. xxviij. & xliiij. Seruium Tullū, Tarquinium verò Superbum cognomento vſque ad. xxv. annū regnaſſe? Vt cùm anno primo ſeptimæ Olympiadis (vt C. Sempronius author eſt) hoc eſt anno mundi. ııı. ccviij. ſecundum computationem ſacrorum Bibliorum, vel ſecundum Euſebium ıııı. ccccl j. prima vrbis fundamēta ſint poſita: decurſis. cc. & xliiij. annis. & regifugium, & primi Conſ. in primum. lxviij. Olympiadis annum incidāt. Subducta videlicet ratione annorum mundi ad Calēdas Martias: Olympiadis, ex diebus æſtiuis, quibus certamen Olympicum in Elide ad honorem Iouis Olympij celebrabatur: vrbis conditæ, ex Palilibus, quę feſta ad xij. Calen. Maias agebantur: regifugij & primi conſulatus initi, à. vij. die Calen. Martiarū. Ab imperatoribus verò incipere non libuit propter leges & varia ſenatuſconſulta, vt earum ætates per authores facilius deprehenderentur: propterque iuris originem, quæ ſpecialiter à Pomponio iuriſconſulto lib. ſingulari deſcripta eſt, & in Digeſtis hodie tit. de orig. iuris legitur, qui (quod ad rationem tēporum attinet, quæ in Florentino etiam exemplari admodùm deprauata ſunt) aliter neque intelligi, neque declarari poteſt. Sed à D. Iuſtiniani. iiij. & Paulini. V. C. conſulatu ideo digeſtioni finem fecimus, quòd ad præſens inſtitutum amplius pertinere non videbatur: quodq; deinceps, exceptis paucis admodùm annis, fermè per indictiones, & annos regnorū imperatoris (ſiquidem iam inde perpetuam ſibi poteſtatem conſularem haud aliter adſumpſerunt, atque olim ius tribuniciæ poteſtatis, vt apud omnes gentes ſacroſancti & inuiolati eſſent, agnouerant: teſtante id etiam Iuſtiniano *ἐν ναρςαῖς* conſtitut. de conſulibus) tēpora notari cœperint: id quod cùm alijs multis in locis, tum verò ex actis antiquorum conciliorum, & Gregorij Magni epiſtolis ex regeſto clarè licet deprehendere. Atque cùm tria Conſ. genera apud veteres fuerint, ordinarij ſcilicet ſuffecti, & honorarij: ne quis de mea ſententia erret, ſuáque ſpe fraudetur: ordinarios me tantùm Conſ. qui vel ſuffragijs populi centuriatis comitijs, vel deinde lege Regia in unum omni poteſtate & ſuffragiorū iure reiecto, beneficio principali deſignati, Calendis Ianuarijs magiſtratum inierint, deſcripturum profiteor. Nam & ſuffectos omnes, qui vel in demortuorum, vt L. Quintius Cincinnatus in P. Valerij Publicolæ: vel eorum, qui vltro ſe imperio abdicarunt, vt P. Valerius in Tarquinij Collatini: vel deinde aucta ambitione, per principes in ordinariorū locum, poſt binos quoſque menſes (quod ex Cornel. Tacito obſerues) ſublecti ſunt, percenſere: non iam breuiarij, ſed prolixæ hiſtoriæ opus fuerit, & honorarios, qui nullo certo numero incluſi erant, & (vt eleganter Auſonius poëta ſcribit) muneris exortes, nomine participes tantùm habebantur, in numerum cogere & literis complecti, non ſolùm factu impoſſibile, ſed etiam dementiæ ſimile ſit: cùm neque vllam ea res vtilitatem ſecum allatura ſit, neque vt allatura aliquam ſit, vllis literarum monumentis eorum nomina cognoſci poſsint. Illud penè prætericrā, quod cùm primis dicendum erat, nonnullorum in Pandectis & Inſtitutionibus ſenatuſconſultorum, quorum authores non ordinarij, ſed ſuffecti fuerint: neque vt tempora deſignēt, ſed quòd ipſis authoribus primum omnium ad ſenatum relatum ſit, rogatæqúe exinde ſententiæ: mentionem fieri. Quo in numero & Annęus Seneca, & alij complures fuerunt. Quapropter cùm hæc ita ſint: rectè atque ordine facietis, ſi quæ ad vtilitatem veſtrā propenſo ſtudio & ſumma animi alacritate in medium à me proferuntur: ea & boni conſulatis, & in eam accipiatis partem, in quam homines candidos, & humanitatis literis excultos accipere æquum eſt. Quare futurum eſt, vt non ſolùm mei me laboris ingentes fructus percepiſſe arbitrer, ſed etiam ad ſimilia edenda multóque maiora meditanda calcar addatis. Magna gratiæ pars eſt (inquit vulgare prouerbium) grato accipere animo, quæ gratis offeruntur. Valete & fruimini.

Annorum iam inde ab eiectis regibus usque

ad quartum D. Iustiniani sacratissimi principis & Paulini V.C. consulatum, quo tempore Codicis repetita prælectio fuit absoluta, per Consules Romanos & Olympiadas breuis & dilucida digestio, ex probatissimis quibusq; authoribus per Gregorium Haloandrum conquisita.

Anni ab eiectis regib.			Anni à cōd. vrb.	Olympiad.
1	L. Iunius Brutus.	L. Tarquinius Collatinus.	245	
2	P. Valerius Publicola. ij.	T. Lucretius Tricipitinus.	246	
3	P. Valerius Publicola. iij.	M. Oratius Puluillus. ij.	247	
4	Sp. Largius Rufus.	T. Herminius Aquilinus.	248	
5	M. Valerius Voletus.	P. Postumius Tubertus.	249	69
6	P. Valerius Publicola. iiij.	T. Lucretius Tricipitinus. ij.	250	
7	P. Postumius Tuburtus. ij.	Agrippa Menenius Lanatus.	251	
8	Opiter Verginius Tricostus.	Sp. Cassius Vicelinus.	252	
9	Postumius Cominius Aurunus.	T. Largius Flauius.	253	70
10	Ser. Sulpitius Camerinus.	M. Manlius Tullus Longus.	254	
11	T. Ebutius Helua.	Cn. Vetusius Cicurinus.	255	
12	T. Largius Flauius. ij.	Q. Chloelius †Siculus. († alias Vocula.)	256	
13	A. Sempronius Atratinus.	M. Minutius Augurinus.	257	71
14	A. Postumius Regillensis.	T. Verginius Tricostus.	258	
15	App. Claudius Sabinus.	P. Seruilius Priscus Structus.	259	
16	A. Verginius Cælimontanus.	T. Vetusius Geminius.	260	
17	Postumius Cominius Aurunus. ij.	Sp. Cassius Vicelinus. ij.	261	72
18	T. Geganius Macerinus.	P. Minutius Augurinus.	262	
19	M. Minutius Augurinus. ij.	A. Sempronius Atratinus. ij.	263	
20	Q. Sulpitius Camerinus.	Sp. Largius Rufus. ij.	264	
21	C. Iulius Tullus.	P. Pinarius Rufus.	265	73
22	Sp. Nautius Rutilius.	Sext. Furius Philo.	266	
23	C. Aquilius.	T. Sicinius.	267	
24	Proculus Verginius Rutilus.	Sp. Cassius Vicelinus. iij.	268	
25	Q. Fabius Vibulanus.	Ser. Cornelius Maluginensis.	269	74
26	Cæso Fabius Vibulanus.	L. Æmylius Mamercus.	270	
27	M. Fab. Vibulanus.	L. Valerius Potitus.	271	
28	Q. Fabius Vibulanus. ij.	C. Iulius Tullius.	272	
20	Cæso Fab. Vibulanus. ij.	Sp. Furius Medullinus.	273	75
30	M. Fabius Vibulanus. ij.	Cn. Manilius Cincinnatus.	274	
31	Cæso Fab. Vibulanus. iij.	T. Verginius Rutilus.	275	
32	L. Æmylius Mamercus. ij.	C. Seruilius Priscus Structus.	276	
33	C. Oratius Puluillus.	T. Menenius Lanatus.	277	76
34	A. Verginius Rutilus.	Sp. Seruilius Priscus Structus.	278	
35	C. Nautius Rutilius.	P. Valerius Publicola.	279	
36	L. Furius Medullinus.	C. Manilius Volso.	280	
37	L. Æmylius Mamercus. iij.	Vopiscus Iulius Tullus.	281	77
38	L. Pinarius Rufus.	P. Furius Medullinus.	282	
39	App. Claudius Sabinus.	T. Quintius Capitolinus Barbatus.	283	
40	L. Valerius Potitus. ij.	T. Æmylius Mamercus.	284	
41	T. Numitius Priscus.	A. Verginius Cælimontanus.	285	78
42	T. Quintius Capitolinus Barbatus. ij.	Q. Seruilius Priscus.	286	
43	T. Æmylius Mamercus. ij.	Q. Fab. Vibulanus.	287	
44	Q. Seruilius Priscus. ij.	Sp. Postumius Lauinius Regillensis.	288	
45	T. Quintius Capitolinus Barbatus. iij.	Q. Fabius Vibulanus. ij.	289	79
46	A. Postumius Albus Regillensis.	Sp. Furius Medullinus Fuscus.	290	
47	P. Seruilius Priscus.	L. Ebutius Helua.	291	
48	T. Lucretius Tricipitinus.	T. Veturius Geminius Ligurinus.	292	
49	P. Volumnius Amentinus.	Ser. Sulpitius Camerinus.	293	80
50	P. Valerius Publicola. ij.	C. Claudius Sabinus.	294	
51	Qu. Fab. Vibulanus. iij.	L. Cornel. Maluginensis.	295	
52	L. Minutius Carbetus.	C. Nautius Rutilius.	296	
53	C. Oratius Puluillus. ij.	Q. Minutius Augurinus.	297	81
54	M. Valerius Maximus.	Sp. Verginius Cælimontanus.	298	
55	T. Romulus Vaticanus.	T. Veturius Cicurinus.	299	
56	Sp Tarpeius Capitolinus.	A. Aternius Fontinalis.	300	

Annorum digestio.

Olym piad.	Anni à cōd. vrb.			Anni ab eiectis regib.
82	301	P.Oratius Trigeminus.	Sex.Quintilius Varus.	57
	302	L.Menenius Lanatus.	P.Sestius Vaticanus.	58
		Inde mutauit statum respublica,&		
	303	Decemuiri creati: App.Claudius Sabinus.T.L.Genutius.P.Sestius Vaticanus.T. Veturius Cicurinus.C.Iulius Tullus.A.Manilius.P.Sulpitius Camerinus.Sp.Postumius Albus. P.Oratius Puluillus. T. Romulius Vaticanus.		59
83	304	App.Claudius Sabinus.ij.L.Minutius Augurinus.M.Cornelius Maluginēsis.M.Sergius. Q.Fab.Vibulanus.Q.Pætilius.T.Antonius Merenda. Cæso Duillius.Sp.Oppius Cornicen. M.Robuleius.		60
	305	Idem,vt tamen iam à Claudio proximus sit Q.Fab.Vibulanus,vt testatur antiq.Calendarium.		61
		Rursus ad Conf.recidit resp.nondum finito anno,electiq́;		
		M.Horatius Barbatus.	L.Valerius Potitus.	
	306	Sp.Herminius Continisanus.	T.Verginius Cælimontanus Tricostus.	62
	307	M.Geganius Macerinus.	Claud.Iulius Tullus.	63
	308	Agrippa Furius Medullinus.	T.Quintius Capitol.Barbatus.iiij.	64
84	309	M.Genutius Augurinus.	P.Curiatius Philo.	65
		Iterum mutatur status reipub.& pro Con.primi omnium. Tribb.militum eliguntur.		
	310	L.Atilius Luscinius.T.Cæcilius Siculus.A.Sempronius Atratinus.		66
		Hi ante anni finem magistratum deponentes locum denuo Conf. fecerunt,vt post quartum ferè mensem eligerentur.		
		L.Papyrius Mugillanus.	L.Sempronius Atratinus.	
	311	M.Geganius Macerinus.ij.	T.Quintius Capitol.Barbatus.v.	67
	312	M.Fab.Vibulanus.	Postumius Ebutius Helua Cornicen.	68
85	313	C.Furius Pacilius.	M.Papyrius Crassus.	69
	314	Proculus Geganius Macerinus.	L.Menenius Lanatus.	70
	315	T.Quintius Capitol.Barbatus.vj.	Agrippa Menenius Lanatus.	71
	316	M.Æmylius Fidenas.	L.Quintius Cincinnatus.	72
86		Cl.Iulius Tullus.Trib.Mil.		
	317	M.Geganius Macerinus.iij.	L.Sergius Fidenas.	73
	318	M.Cornelius Maluginensis.	L.Papyrius Crassus.	74
	319	Claudius Iulius Tullus.ij.	L.Verginius Tricostus.	75
87	320	M.Manlius Capitolinus.	Q.Sulpitius Cossus.	76
	321	M.Fabius Vibulanus.	M.Folius Flaccinator.	77
		L.Sergius Fidenas.Trib.Mil.		
	322	L.Pinarius Mamercus.	L.Furius Medullinus.	78
		Sp.Postumius Albus Trib.Mil.		
	323	T.Quintius Pœnus Cincinnatus.	Cn.Iulius Mento.	79
	324	L.Papyrius Crassus.	L.Iulius Tullus.	80
88	325	L.Sergius Fidenas.	Hostius Lucretius Tricipitinus.	81
	326	T.Quintius Pœnus Cincinnatus.ij.	A.Cornelius Cossus.	82
	337	C.Seruilius Hala Structus.	L.Papyrius Mugillanus.	83
	328	A.Cornelius Cossus.L.Calphurnius Piso.T. Quintius Pœnus Cincinnatus. M. Postumius.Trib.Mil.		84
89	329	A.Sempronius Atratinus. L.Furius Medullinus.	L.Quintius Cincinnatus.ij. L.Oratius Barbatus.Trib.Mil.	85
	330	C.Papyrius Crassus. T.Sergius Fidenas.	Sp.Nautius Rutilius. Sex. Iulius Tullus.Trib.Mil.	86
	331	A.Sempronius Atratinus.	Q.Fabius Vibulanus.	87
	332	L.Manlius Capitolinus.	L.Papyrius Mugillanus. Q.Antonius Merenda.Trib.Mil.	88
90	333	Cn.Fabius Vibulanus.	T.Quintius Capitolinus.	89
	334	L.Quintius Cincinnatus.iij. Sext.Furius Medullinus.	M.Manlius Capitolinus. A.Sempronius Atratinus.ij.Trib.Mil.	90
	335	Agrippa Menenius Lanatus. Sp.Nautius Rutilius.ij.	P.Lucretius Tripitinus.Trib.Mil.	91
	336	L Sergius Fidenas.ij. Claud.Seruilius Structus.	M.Papyrius Mugillanus.Trib.Mil.	92
91	337	Claud.Seruilius Structus.ij. P.Lucretius Tricipitinus.ij.	Agrippa Menenius Lanatus ij. Sp.Rutilius Crassus Trib.Mil.	93
	338	A.Sempronius Atratinus.iij. M.Papyrius Mugillanus.ij.	Sp.Nautius Rutilius.iij.Trib.Mil.	94

P.Cornelius

per Consules Romanos.

Anni ab eie ctis regib.		Anni à cōd.	Olympiad.
95	P.Cornelius Cossus. T.Quintius Cincinnatus. C.Valerius Potitus. C.Martius Rutilus. M.Fabius Vibulanus.Trib.Mil.	339	
96	Q.Fabius Vibulanus.ij. L.Valerius Potitus. Cn.Cornelius Cossus. M.Postumius Regillensis Trib.Mil.	340	92
97	L.Furius Medullinus. A.Cornelius Cossus.	341	
98	Q.Fabius Vibulanus Ambustus. C.Furius Pætilius.	342	
99	M.Papyrius Mugillanus. C.Nautius Rutilus.	343	
100	M.Æmylius Mamercus. P.Valerius Potitus.	344	93
101	Cn.Cornelius Cossus. L.Furius Medullinus.	345	
102	C.Iulius Tullus. Cn.Cornelius Cossus.ij. C.Seruilius Hala.Trib.Mil.	346	
103	C.Valerius Potitus.ij. C.Seruilius Hala.ij. L.Furius Medullinus.ij. Qu.Fadius Vibulanus.ij.Trib.Mil.	347	
104	Cn.Cornelius Cossus.iij. L.Valerius Potitus.ij. P.Cornelius Cossus. Claudius Fabius Ambustus.Trib Mil.	348	94
105	C.Iulius Tullus.ij. M.Æmylius Mamercus. T.Quintius Capitolinus. Q.Quintius Cincinnatus. A.Manilius. L.Furius Medullinus.iij.Trib.Mil.	349	
106	P.Cornelius Maluginensis. M.Veturius Cicurinus. L.Valerius Potitus.iij. M.Sergius Fidenas. Cn.Cornelius Cossus.iiij. Claudi.Fab. Ambustus.ij. Sp.Nautius Rutilius.iij.Trib.Mil.	350	
107	M.Æmylius Mamertinus. M.Furius Camillus. L.Valerius Potitus.iiij. App.Claudius Crassus. M.Quintilius Varus. M.Iulius Tullus. M.Postumius Regillensis. M.Postumius Albinus Trib.Mil.	351	
108	C.Seruilius Hala. C.Sulpitius Cornutus. Q.Seruilius Fidenas. P. Verginius. A.Manilius.ij.M.Sergius Fidenas.ij.Trib.Mil.	352	95
109	M.Furius Camillus.ij. L.Iulius Tullus. L.Valerius Potitus.v. M.Æmylius Mamercus.iij. Cn.Cornelius Cossus.ij.Claudius Fabius Ambustus.Trib.Mil.	363	
110	L.Popilius Volscus. P.Manlius Capitolinus. P.Titinius. P.Melius. L.Furius Medullinus. P.Licinius Caluus primus ex plebe Trib.Mil.	354	
111	M.Veturius Cicurinus.ij. L.Titinius Longus. P.Menenius Cn.Genutius Pansa. L.Racilius Volso.Trib.Mil.	355	
112	L.Valerius Potitus.vj. L.Furius Medullinus.v. Q.Valerius Maximus. M.Furius Camillus.iij. Q.Seruilius Fidenas.ij. Qu.Sulpitius Camerinus.ij.Trib.Mil.	356	96
113	L.Iulius Tullus.ij. L.Sergius Fidenas.iiij. P.Furius Medullinus.ij. A.Postumius Regillensis. P.Cornelius Maluginensis. A.Manilius Trib.Mil.	357	
114	Cn.Genutius Pansa.ij. L.Racilius Volso.ij. P.Licinius Calui filius. P.Menenius.ij. L.Titinius Longus.ij.Trib.Mil.	358	
115	P.Cornelius Cossus. L.Furius Medullinus.v. P.Cornelius Scipio. M.Valerius Maximus.ij. Cæso Fabius Ambustus. Q.Seruilius Fidenas.iij.Trib.Mil.	359	
116	M.Furius Camillus.iiij. A.Valerius Publicola. L.Furius Medullinus.vj. Claud.Æmylius Mamercus. Sp.Postumius Albinus. P.Cornelius Scipio.ij.Trib.Mil.	360	97
117	L.Lucretius Flauius. Serg.Sulpitius Camerinus.	361	
118	L.Valerius Potitus. M.Manlius Capitolinus.	362	
119	L.Lucretius Tricipitinus. M.Æmylius Mamertinus. Ser.Sulpitius Rufus. L.Furius Medullinus.vij. Agrippa Furius Philo. Claud. Æmylius.ij.Trib.Mil.	363	
120	Q.Sulpitius Longus. Claud.Fabius Ambustus. Alteri duo Fabij. Qu.Seruilius Fidenas.iiij. P.Seruilius Maluginensis. Trib.Mil.	364	98
121	M.Furius Camillus per annum dictator & solus.	365	
122	L.Verginius Tricostus. L.Postumius Albinus. A.Valerius Publicola.ij. P.Cornelius A.Manilius. L.Æmylius Mamertinus.Trib.Mil.	366	
123	T.Quintius Cincinnatus. L.Aquilius Coruus. Q.Seruilius Fidenas.v. Q.Iulius Tullus. L.Lucretius Tricipitinus.Ser. Sulpitius Rufus.ij.Trib.Mil.	367	

Annorum digestio.

Olympiad.	Anni à cōd. vrb.		Anni ab eiectis regib.
99	368	L. Papyrius Cursor. Licinius Menenius Lanatus. Cn. Sergius Fidenas. L. Æmylius Mamertinus. ij. A. Valerius Publicola. iij. Trib. Mil.	124
	369	Ser. Cornelius Maluginensis. L. Quintius Cincinnatus. M. Furius Camillus. v. Q. Seruilius Fidenas. vj. L. Oratius Puluillus. P. Valerius Potitus Trib. Mil.	125
	370	A. Manlius Capitolinus. T. Quintius Cincinnatus. L. Quintius Capitolinus. L. Papyrius. Cursor. ij. P. Cornelius. Trib. Mil.	126
	371	M. Furius Camillus. vj. Ser. Sulpitius Rufus. iij. Ser. Cornelius Maluginensis. ij. P. Valerius Potitus. ij. Claud. Papyrius Crassus. Tit. Quintius Cincinnatus. ij. Trib. Mil.	127
	372	L. Valerius Publicola. iij. M. Trebonius Flauus. L. Æmylius Mamertinus. iij. A. Manilius. iij. Ser. Sulpitius Rufus. iiij. L. Lucretius Tricipitinus. ij. Trib. Mil.	128
100	373	Q. Seruilius Fidenas. Claud. Papyrius Crassus. L. Papyrius Cursor. iij. L. Æmylius Mamertinus. iiij. Serg. Sulpitius Maluginensis. iij. C. Sulpitius Peticus. Trib. Mil.	129
	374	L. Valerius Publicola. iiij. L. Lucretius Tricipitinus. iij. M. Furius Camillus. vij. L. Furius Medullinus. A. & L. Postumij Regillenses. M. Fabius Ambustus. Trib. Mil.	130
	375	L. Valerius Publicola. v. L. Æmylius Mamertinus. P. Valerius Potitus. iij. Cn. Sergius Fidenas. iij. Licinius Menenius Lanatus. ij. P. Papyrius. Ser. Cornel. Maluginensis. Trib. Mil.	131
	376	P. Manlius Capitolinus. M. Albinus ex plebe. C. Manlius Capitolinus. L. Iulius Tullus. L. Antistius. C. Sextilius. Trib. Mil.	132
101	377	Q. Seruilius Fidenas. ij. P. Chlœlius Crassus. Spur. Furius Medullinus. Licinius Menenius Lanatus. iij. C. Oratius Puluillus. L. Geganius. Trib. Mil.	133
	378	L. Æmylius Mamertinus. L. Quintius Cincinnatus. C. Quintius Capitolinus. P. Valerius Potitus. iiij. Ser. Sulpitius. Rufus. v. C. Veturius. Trib. Mil.	134
	379	Solitudo magistratuum per quinquennium fuit, Licinio Stolone	135
102	380	& L. Sextio Laterano Tribb. pleb. intercessione perpetua comi-	136
	381	tia interturbantibus, dum sedulò à patribus resistitur, ne legē de	137
	382	communicando cum plebe consulatu, de agrorum modo, de fœ-	138
	383	nore minuendo perferrent.	139
	384	L. Furius Medullinus. ij. A. Valerius Potitus Publicola. C. Valerius. Ser. Corn. Maluginēsis. vj. A. Manilius Ser. Sulpitius Rufus. vj. Trib. Mil.	140
103	385	Q. Seruilius Fidenas. viij. M. Cornelius Maluginēn. A. Cornelius. C. Veturius. Q. Quintius Capitolinus. M. Fab. Ambustus. Trib. Mil.	141
	386	T. Quintius Capitolinus. Sp. Seruilius Structus. Ser. Cornelius Maluginensis. vij. L. Papyrius Crassus. Ser. Sulpitius Prætextatus. iiij. L. Veturius Crassus Cicurinus. Trib. Mil.	142
	387	A. Cornelius Cossus. ij. L. Veturius Crassus Cicurinus. ij. M. Cornelius Maluginensis. ij. P. Valerius Potitus Publicola. vj. P. Manlius Capitolinus. ij. M. Geganius Macerinus. Trib. Mil.	143
	388	L. Æmylius Mamertinus. — L. Sextius Lateran. primus è plebe Con.	144
104	389	L. Genutius Auentinensis. — Q. Seruilius Hala.	145
	390	T. Sulpitius † Peticus. — C. Licinius Stolo Caluus.	146
	391	L. Æmylius Mamertinus. — C. Genutius Auentinensis.	147
	392	Qu. Seruilius Hala. ij. — L. Genutius Auentinensis.	148
105	393	C. Sulpitius Peticus. ij. — C. Licinius Stolo Caluus.	149
	394	M. Fabius Ambustus. — C. Petilius Balbus Libo Visolus.	150
	395	M. Popilius Lænas. — Cn. Manlius Capitolinus Imperiosus.	151
	396	C. Fabius Ambustus. — C. Plautius Proculus.	152
106	397	Cn. Manlius Capitol. Imperiosus. ij. — Claudius Martius Rutilus.	153
	398	M. Fabius Ambustus. ij. — M. Popilius Lænas. ij.	154
	399	C. Sulpitius Peticus. iij. — M. Valerius Publicola.	155
	400	M. Fabius Ambustus. iij. — T. Quintius Capitolinus.	156
107	401	C. Sulpitius Peticus. iiij. — M. Valerius Publicola. ij.	157
	402	P. Valerius Publicola. — Claud. Martius Rutilus. ij.	158
	403	C. Sulpitius Peticus. v. — T. Quintius Pœnus Cæso.	159
	404	M. Popilius Lænas. ij. — L. Cornelius Scipio Aruina.	160
108	405	L. Furius Camillus. — App. Claudius Crassus.	161

† Pythicus, corruptè legitur in Fabio Quintiliano lib. j.

M. Popilius

Anni ab eiectis regib.			Anni à cōd. vrb.	Olympiad.
162	M.Popilius Lænas.iiij.	M.Valerius Publicola Coruinus.	406	
163	T.Manlius Torquatus.	C.Plautius Venox.	407	
164	M.Valerius Coruinus.ij.	C.Pætilius Balbus Libo Visolus.ij.	408	
165	M.Fabius Dorsuo.	Ser.Sulpitius Camerinus Rufus.	409	109
166	Claud.Martius Rutilus.iij.	T.Manlius Torquatus.ij.	410	
167	M.Valerius Coruinus.iij.	A.Cornelius Cossus.	411	
168	Claud.Martius Rutilus.iiij.	Q.Seruilius Hala.ij.	412	
169	C.Plautius Venox.ij.	L.Æmylius Mamercus.	413	110
170	T.Manlius Torquatus.iij.	P.Decius Mus.	414	
171	T.Æmylius Mamertinus.	Q.Publilius Philo.	415	
172	L.Furius Camillus.	C.Mænius Nepos.	416	
173	C.Sulpitius Longus.	P.Ælius Pætus.	417	111
174	L.Papyrius Crassus.	Cæso Duillius Helua.	418	
175	M.Valerius Coruinus.iiij.	M.Atilius Regulus Calenus.	419	
176	T.Veturius Caluinus.	S.Postumius Albinus Caudinus.	420	
177	Annus sine Cons.		421	112
178	Cn.Domitius Caluinus.	A.Cornelius Scipio Aruina.	422	
179	T.Valerius Potitus.	M.Claudius Marcellus.	423	
180	L.Papyrius Crassus.ij.	L.Plautius Venox.	424	
181	L.Æmylius Mamercus Priuernas.	Cn.Plautius Decianus.	425	113
182	P.Plautius Proculus.	P.Cornelius Scapula Barbatus.	426	
183	L.Cornelius Lentulus.	Q.Publilius Philo.ij.	427	
184	Claud.Pætilius Libo Visolus.iij.	L.Papyrius Cursor.ij.	428	
185	L.Furius Camillus.ij.	Iunius Brutus Scæua.	429	114
186	L.Papyrius Cursor dictator sine Cons.		430	
187	Claud.Sulpitius Longus.	Q.Ælius Cæritanus.	431	
188	Q.Fabius Maximus Rollianus.	L.Fuluius Curuus.	432	
189	T.Veturius Caluinus.ij.	Sp.Postumius Albinus.ij.	433	115
190	L.Papyrius Cursor.ij.	Q.Publilius Philo.iij.	434	
191	L.Papyrius Mugillanus Crassus.iij.	Q.Ælius Cæritanus.ij.	435	
192	L.Plautius Venox.	M.Folius Flaccinator.	436	
193	Q.Æmylius Barbula.	C.Iun.Brutus Bubulcus.	437	116
194	Sp.Nautius Rutilius.	M.Popilius Lænas.	438	
195	L.Papyrius Cursor.iiij.	Q.Publilius Philo.iij.	439	
196	M.Pætilius Libo.	C.Sulpitius Longus.	440	
197	L.Papyrius Cursor.v.	C.Iun.Brutus Bubulcus.ij.	441	117
198	M.Valerius Maximus.	P.Decius Mus.	442	
199	C.Iun.Brutus Bubulcus.iij.	Q.Æmylius Barbula.ij.	443	
200	Q.Fab.Max.Rollianus.ij.	C.Martius Rutilus Censorinus.	444	
201	Hoc anno dictator & magister equitum sine Cons.fuerunt.		445	118
202	Q.Fab.Max.Rollianus.iij.	P.Decius Mus.ij.	446	
203	App.Claud.Crassus Cæcus.	L.Volumnius Flamma Violensis.	447	
204	P.Cornelius Aruina.	Q.Martius Tremulus.	448	
205	L.Postumius Megellus.	T.Minutius Augurinus.	449	119
206	P.Sempronius Sophus Longus.	P.Sulpitius Auerrio.	450	
207	L.Genutius Auentinensis.	Ser.Cornelius Rufus.	451	
208	M.Liuius Denter.	Q.Æmylius Paulus.	452	
209	M.Valerius Coruinus.v.	Q.Apuleius Pansa.	453	120
210	M.Fuluius Pætus.	T.Manlius Torquatus.	454	
211	L.Cornel.Scipio.	Cn.Fuluius Centumalus.	455	
212	Q.Fab.Max.Rollianus.iiij.	P.Decius Mus.iij.	456	
213	App.Claudius Cæcus.ij.	L.Volumnius Flamma Violensis.	457	121
214	Q.Fab.Max.Rollianus.v.	P.Decius Mus.iiij.	458	
215	L.Postumius Megellus.ij.	M.Atilius Regulus.	459	
216	L.Papyrius Cursor.	Sp.Caruilius Maximus.	460	
217	Q.Fab.Max.F.Gurges.	D.Iun.Brutus Scæua.	461	122
218	L.Postumius Megellus.iij.	C.Iunius Brutus.	462	
219	M.Curius Dentatus.	P.Cornelius Rufinus.	463	
220	M.Valerius Coruinus.vj.	Q.Cæditius Noctua.	464	
221	Q.Martius Tremulus.ij.	P.Cornelius Aruina.	465	123
222	M.Claudius Marcellus.	C.Nautius Rutilius.	466	
223	M.Valerius Maximus.	C.Ælius Pætus.	467	
224	C.Claudius Caninius.	M.Æmylius Lepidus.	468	
225	C.Seruilius Tucca.	L.Cæcilius Metellus.	469	124

Annorum digeſtio.

Olympiad.	Anni à cõd.vrb.			Anni ab eiectis regib.
	470	P.Cornel.Dolabella Maximus.	Cn.Domitius Caluus.	226
	471	Q.Æmylius Papus.	C.Fabricius Luſcinus.	227
	472	L.Æmylius Barbula.	Q.Martius Philippus.	228
125	473	P.Valerius Leuinus.	Tyberius Coruncanus.	229
	474	P.Sulpitius Auerrio.	P.Decius Pyrrhicus.	230
	475	Q.Æmylius Papus.ij.	C.Fabricius Luſcinus.ij.	231
	476	P.Cornel.Lufinus.ij.	C.Iunius Brutus.ij.	232
126	477	Q.Fabius Gurges.ij.	C.Genutius Clepſina.	233
	478	M.Curius Dentatus.ij.	L.Cornelius Lentulus.	234
	479	M.Curius Dentatus.iij.	Ser.Cornelius Merenda.	235
	480	C.Fabricius Luſcinus.	C.Claudius Cinna.	236
127	481	L.Papyrius Curſor.ij.	Sp.Caruilius Maximus.ij.	237
	482	C.Quintius Claudius.	L.Genutius Clepſina.	238
	483	C.Genutius Clepſina.ij.	Cn.Cornelius Laſina.	239
	484	L.Quintius† Gulo. († Alias Gallus.)	Q.Fabius Pictor.	240
128	485	P.Sempronius Sophus.	App.Claudius Ruſſus.	241
	486	M.Atilius Regulus.	L.Iulius Libo.	242
	487	D.Iunius Pera.	M.Fabius Pictor.	243
	488	M.Valerius Maximus.	Qu.Mamilius Vitulus.	244
129	489	App.Claudius Pulcher Caudex.	M.Fuluius Flaccus.	245
	490	M.Valerius Maximus.ij.	M.Otacilius Craſſus Meſſala.	246
	491	L.Poſtumius Megellus.	Qu.Mamilius Vitulus.ij.	247
	492	L.Valerius Flaccus.	L.Otacilius Craſſus.	248
130	493	Cn.Cornel.Scipio Aſina.	C.Duillius.	249
	494	L.Cornelius Scipio.	C.Aquilius Florus.	250
	495	A. Atilius Calatinus.	C.Sulpitius Paterculus.	251
	496	M.Atilius Regulus Serranus.	Cn.Cornelius Blæſus.	252
131	497	Qu.Cæditius Longus.	L.Manlius Regulus.	253
	498	Ser.Fuluius Nobilior.	M.Æmylius Paulus.	254
	499	Cn.Cornel.Scipio Aſina.ij.	A.Atilius Calatinus.ij.	255
	500	Cn.Seruilius Cæpio.	C.Sempronius Blæſus.	256
132	501	C.Aurelius Cotta.	P.Seruilius Geminus.	257
	502	L.Cæcilius Metellus.	C.Furius Placidus.	258
	503	M.Atilius Regulus Serranus.ij.	L.Manlius Volſo.	259
	504	P.Claudius Pulcher Cæci nepos.	L.Iunius Pullus.	260
133	505	C.Aurelius Cotta.ij.	P.Seruilius Geminus.ij.	261
	506	L.Cæcilius Metellus.ij.	M.Fabius Buteo.	262
	507	M.Otacilius Craſſus Meſſalla.ij.	M.Fabius Licinius.	263
	508	M.Fabius Buteo.ij.	C.Atilius Balbus.	264
134	509	A.Manlius Atticus.	C.Sempronius Blæſus.ij.	265
	510	C.Fundanius Fundulus.	C.Sulpitius Gallus.	266
	511	Q.Luctatius Catulus Cæreonius.	A.Poſtumius Albinus.	267
	512	Q.Luctatius Catulus Cercus.	A.Manlius Atticus.ij.	268
135	513	C.Claudius Cento.	M.Sempronius Tuditanus.	269
	514	C.Manilius Lucrinus.	Q.Valerius Flaccus.	270
	515	T.Sempronius Gracchus.	P.Cornelius Falco.	271
	516	L.Cornelius Lentulus Caudinus.	Q.Fuluius Flaccus.	272
136	517	P.Cornelius Lentulus Caudinut.	C.Licinius Varus.	273
	518	C. Atilius Balbus.ij.	T.Manlius Torquatus.	274
	519	L.Poſtumius Albinus.	Sp.Caruilius Maximus.	275
	520	Q.Fabius Verrucoſus.	M.Pomponius Matho.	276
137	521	M.Æmylius Lepidus.	M.Oblitius Malleolus.	277
	522	M.Pomponius Matho.ij.	C.Papyrius Maſſus.	278
	523	M.Æmylius Barbula.	M.Iunius Pera.	279
	524	L.Poſtumius Blbinus.ij.	Cn.Fuluius Centumalus.	280
138	525	Sp.Caruilius Maximus.ij.	Q.Fabius Verrucoſus.ij.	281
	526	P.Valerius Flaccus.	M.Atilius Regulus.	282
	527	L.Apuſtius.	M.Valerius Leuinus.	283
	528	L.Æmylius Papus.	C.Atilius Regulus.	284
139	529	Q.Fuluius Flaccus.ij.	T.Manlius Torquatus.ij.	285
	530	C.Quintius Flaminius.	Qu.Furius Philo.	286
	531	M.Claudius Marcellus.	Cn.Cornelius Scipio Caluus.	287
	532	P.Cornelius Aſina.	M.Minutius Rufus.	288
140	533	L.Veturius Leuina.	C.Luctatius Scæuola.	289

L.Æmylius

per Consules Romanos.

Anni ab eiectis regib.			Olympiad.	Anni a cōd. vrb.
290	L.Æmylius Paulus.	M.Liuius Salinator.	534	
291	P.Cornelius Scipio.	T.Sempronius Longus.	535	
292	C.Quintius Flaminius.ij.	Cn.Seruilius Geminus.	536	
293	M.Atilius Fabianus.	Cn.Seruilius Musitanus.	537	141
294	L.Æmylius Paulus.	M.Terentius Varro.	538	
295	T.Sempronius Gracchus.	L.Postumius Albinus.	539	
296	Qu.Fabius Max.Verrucosus.iiij.	M.Claudius Marcellus.iij.	540	
297	Q.Fabius Max.Verrucosi F.	T.Sempronius Gracchus.ij.	541	142
298	App.Claudius Pulcher.	Q.Fuluius Flaccus.iij.	542	
299	P.Sulpitius Galba Maximus.	Cn.Fuluius Centumalus.ij.	543	
300	M.Claudius Marcellus.iiij.	M.Valerius Leuinus.ij.	544	
301	Q.Fab.Max.Verrucosus.v.	Q.Fuluius Flaccus.iiij.	545	143
302	M.Claudius Marcellus.v.	T.Quintius Crispinus.	546	
303	M.Liuius Salinator.ij.	C.Claudius Nero.	547	
304	Q.Cæcilius Metellus.	L.Veturius Philo.	548	
305	P.Cornelius Scipio Aphricanus.	P.Licinius Crassus Diues.	549	144
306	M.Cornelius Cethegus.	P.Sempronius Tuditanus.	550	
307	Cn.Seruilius Cæpio.	C.Seruilius Geminus.	551	
308	T.Claudius Nero.	M.Seruilius Pulex Geminus.	552	
309	Cn.Cornelius Lentulus.	P.Ælius Pætus.	553	145
310	P.Sulpitius Galba Maximus.ij.	C.Aurelius Cotta.	554	
311	C.Cornelius Lentulus.	P.Villius Appulus Tribulus.	555	
312	T.Quintius Flaminius.	Sext.Ælius Pætus Catus.	556	
313	Cn.Cornelius Cethegus.	Q.Minutius Rufus.	557	146
314	L.Furius Purpureo.	M.Claudius Marcellus.	558	
315	L.Valerius Flaccus.	M.Porcius Cato.	559	
316	P.Cornelius Scipio Aphricanus.ij.	T.Sempronius Longus.	560	
317	L.Cornelius Merula.	Q.Minutius Thermus.	561	147
318	L.Quintius Flaminius.	Cn.Domitius Ænobarbus.	562	
319	M.Atilius Glabrio.	M.Cornel.Scipio Nasica.	563	
320	L.Cornel.Scipio Asiaticus.	C.Lælius Aphricanus.	564	
321	Cn.Manlius Volso.	M.Fuluius Nobilior.	565	148
322	C.Liuius Salinator.	M.Valerius Messala.	566	
323	M.Æmylius Lepidus.	C.Quintius Flaminius.	567	
324	Sp.Postumius Albinus.	Q. Martius Philippus.	568	
325	App.Claudius Pulcher.	M.Sempronius Tuditanus.	569	149
326	P.Claudius Pulcher.	L.Porcius Licinius.	570	
327	Q.Fabius Labeo.	M.Claudius Marcellus.	571	
328	L.Æmylius Paulus.	Cn.Bæbius Tamphilus.	572	
329	P.Cornelius Lentulus Cethegus.	M.Bæbius Tamphilus.	573	150
330	A.Postumius Albinus Luscus.	C.Calphurnius Piso.	574	
331	Q.Fuluius Flaccus.	L.Manlius Accidinus.	575	
332	M.Iunius Brutus.	M.Atilius Volso.	576	
333	C.Claudius Pulcher.	T.Sempronius Gracchus.	577	151
334	Q.Pætilius Spalo.	Cn.Cornelius Leuinus.	578	
335	Q.Mutius Scæuola.	M.Æmylius Lepidus.	579	
336	Sp.Postumius Paulus.	P.Mutius Scæuola.	580	
337	L.Postumius Albinus.	M.Popilius Lænas.	581	152
338	C.Popilius Lænas.	P.Cælius Ligo.	582	
339	P.Licinius Crassus.	C.Cassius Longinus.	583	
340	C.Hostilius Mancinus.	C.Atilius Serranus.	584	
341	Q.Martius Philippus.ij.	Q.Seruilius Cæpio.	585	153
342	L.Æmylius Paulus.ij.	C.Licinius Crassus.	586	
343	Q.Ælius Pætus.	M.Iunius Pœnus.	587	
344	C.Sulpitius Gallus.	M.Claudius Marcellus.	588	
345	T.Manlius Torquatus.	Cn.Octauius.	589	154
346	A.Manlius Torquatus.	Q.Cassius Longinus.	590	
347	T.Sempronius Gracchus	M.Iuuentius Helua.	591	
348	P.Scipio Nasica.	C.Martius Figulus.	592	
349	M.Valerius Messala.	C.Fannius Strabo.	593	155
350	L.Anicius Gallus.	M.Cornelius Cethegus.	594	
351	Cn.Cornelius Dolabella.	M.Fuluius Nobilior.	595	
352	M.Æmylius Lepidus.	C.Popilius Lænas.ij.	596	
353	Sext.Iulius Cæsar.	L.Aurelius Orestes.	597	156

Olympiad.	Anni à cōd.vrb.			Anni ab eiectis regib.
	598	L.Cornelius Lentulus.	C.Martius Figulus.ij.	354
	599	P.Cornelius Naſica.	M.Claudius Marcellus.ij.	355
	600	Q.Opimius.	L.Poſtumius Albinus.	356
157	601	Q.Fuluius Nobilior.	T.Annius Fuſius.	357
	602	M.Claud.Marcellus.iij.	L.Valerius Flaccus.	358
	603	L.Licinius Lucullus.	A.Poſtumius Albinus.	359
	604	L.Quintius Flaminius.	M.Acilius Balbus.	360
158	605	L.Martius Cenſorinus.	M.Manilius.	361
	606	Sp.Poſtumius Magnus.	L.Piſo Cæſonianus.	362
	607	P.Scipio Aphricanus Æmylianus.	C.Liuius Druſus.	363
	608	L.Cornelius Lentulus.	L.Mummius Achaicus.	364
159	609	Q.Fab.Maximus Æmylianus.	L.Hoſtilius Mancinus.	365
	610	Ser.Sulpitius Galba.	L.Aurelius Cotta.	366
	611	App.Claudius Pulcher.	Q.Cæcilius Metellus Macedonicus.	367
	612	L.Metellus Caluus.	Q.Fabius Maximus Seruilianus.	368
160	613	Cn.Seruilius Cæpio.	Q.Pompeius Nepos.	369
	614	C.Lælius.	Q.Seruilius Cæpio.	370
	615	Cn.Calphurnius Piſo.	M.Popilius Lænas.	371
	616	P.Scipio Naſica Serapion.	Decius Iunius Brutus.	372
161	617	M.Æmylius Lepidus Porcina.	C.Hoſtilius Mancinus.	373
	618	P.Furius Philo.	Sext.Atilius Serranus.	374
	619	Ser.Fuluius Flaccus.	Q.Calphurnius Piſo.	375
	620	P.Scipio African.Æmylianus.ij.	C.Fuluius Flaccus.	376
162	621	C.Mutius Scæuola.	L.Calphurnius Piſo.	377
	622	P.Popilius Lænas.	C.Sulpitius Galba.	378
	623	P.Licinius Craſſus Mutianus.	L.Valerius Flaccus.	379
	624	App.Claudius Lentulus.	M.Perpenna Nepos.	380
163	625	C.Sempronius Tuditanus.	M.Aquilius.	381
	626	Cn.Octauius.	T.Annius Rufus.	382
	627	L.Caſſius Longinus Rauilia.	L.Cornelius Cinna.	383
	628	M.Æmilius Lepidus.	L.Aurelius Oreſtes.	384
164	629	M.Plautius Hypſæus.	M.Fuluius Flaccus.	385
	630	C.Caſſius Longinus.	Sext.Domitius Caluinus:	386
	631	Q.Cæcilius Metellus.	T.Quintius Flaminius Apellas.	387
	632	Cn.Domitius Ænobarbus.	C.Fannius.	388
165	633	L.Opimius.	Q.Fabius Maximus.	389
	634	P.Manilius.	C.Papyrius Balbus.	390
	635	L.Cæcilius Metellus.	L.Aurelius Cotta.	391
	636	M.Porcius Cato Nepos.	Q.Martius Rex.	392
166	637	L.Cæcilius Metellus Diadema.	Q.Mutius Scæuola.	393
	638	C.Licinius Geta.	Q.Maximus Eburnus.	394
	639	M.Æmylius Scaurus.	M.Cæcilius Metellus.	395
	640	M.Acilius Balbus.	C.Porcius Cato.	396
167	641	C.Cæcilius Metellus Capratius.	C.Papyrius Carbo.	397
	642	M.Liuius Druſus.	L.Piſo Cæſonianus.	398
	643	P.Scipio Naſica.	L.Calphurnius Beſtia.	399
	644	M.Minutius Rufus.	Sp.Poſtumius Albinus.	400
168	645	Q.Cæcilius Metellus.	M.Iunius Syllanus.	401
	646	Ser.Sulpitius Galba.	M.Æmilius Scaurus Hortenſius.	402
	647	L.Caſſius Longinus.	C.Marius Nepos.	403
	648	C.Atilius Serranus.	Q.Seruilius Cæpio.	404
169	649	P.Rutilius Rufus.	C.Manilius Maximus.	405
	650	C.Marius Nepos.ij.	C.Flauius Fimbria.	406
	651	C.Marius Mepos.iij.	L.Aurelius Oreſtes.	407
	652	C.Marius Nepos.iiij.	M.Aquilius.	408
170	653	C.Marius Nepos.v.	Q.Luctatius Catulus.	409
	654	C.Marius Nepos vj.	L.Valerius Flaccus.	410
	655	M.Antonius.	A.Poſtumius Albinus.	411
	656	Q.Cæcilius Metellus.	T.Didius Viuius.	412
171	657	Cn.Cornel.Lentulus Clodianus.	P.Licinius Craſſus.	413
	658	Cn.Domitius Ænobarbus.	C.Caſſius Longinus.	414
	659	L.Licinius Craſſus.	Q.Mutius Scæuola.	415
	660	C.Cæcilius Caldus.	L.Domitius Ænobarbus.	416
172	661	C.Valerius Flaccus.	M.Herennius.	417

Hinc Conſ. à Calen. Ianuarijs magiſtratū inierūt, idquod prius ante Id. Mar. fiebat.

P.Claudius

Anni ab exactis regib.				Anni à cōd. vrb.	Olympiad.
418	P.Claudius Pulcher.	M.Pulcher Perpenna.		662	
419	L.Martius Philippus.	Sext.Iulius Cæsar.		663	
420	L.Iulius Cæsar.	P.Rutilius Lupus.		664	
421	Cn.Pompeius Strabo.	Lucius Porcius Cato.		665	172
422	L.Cornelius Sylla.	Q.Pompeius Rufus.		666	
423	Cn.Octauius.	L.Cornelius Cinna.		667	
424	C.Marius Nepos.vij.	L.Cornelius Cinna.ij.		668	
425	L.Cornelius Cinna.iij.	Cn.Papyrius Carbo.		669	173
426	L.Cornelius Cinna.iiij.	Cn.Papyrius Carbo.ij.		670	
427	L.Scipio Asiaticus.	C.Norbanus Bulbus.		671	
